Macchie Solari

Ex libris D.ni Joannis Simonis Fourdinois
pbri alg. V.G. Vagelens, et nunch pro animarum
regimine parrialis Ecclie Villæ Pernig deputati Pastoris
ac Ill.mo D.no D.no Joane Bap.ta Desbach dicte Vagelle
Ego die octobris Ann 1687

FRXN11127

Delle Macchie Solari

PRAXIS

# BENEFICIORVM

## D. PETRI REBVFFI

## MONTISPESSVLANI,

IVRIVM DOCT. AC COMITIS, iurisque Pontificij ordinarij Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum Patroni.

Cui apposuimus Bullam Cœnæ Domini, Bullam item Ieiuniorum, ac Supplicationum S.D.N. P.Pauli III. multis in locis restituta omnia,& hac editione aliquot Additamentis (quæ his notis [ ] includimus) ex postrema Auctoris recognitione locupletata.

*Accesserunt etiam nunc recens Additiones ad Regulas Cancellariæ,cum interpretationibus D.Petri Rebuffi:curaD.Audomari Rebuffi Montispessulani, Iur. Doct. eius nepotis, diligentissimè excultæ.*

His etiam adiecta est Practica Cancellariæ Apost. D.Hieronymi Pauli Barchin.

*CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.*

*Apud Marcum Antonium Morettum.*

ROMAE, Excudebat Gulielmus Facciottus. M.D.XCV.

*Superiorum permissu.*

# AD REVERENDISSIMVM D. HIERONYMVM VERALLVM,

## TITVLI S. MARTINI IN MONTIBVS PRESBYTERVM CARDINALEM,

## *Et in Gallia Sedis Apostolicæ Legatum,*

Petrus Rebuffus S.

VM in omnibus disciplinis, tum in vtroq; iure semper commodissimum esse putaui, si artis præceptionibus, quæ theoremata dici solent, vsum quis adiungere studeat. Etsi ij, qui in iure versantur, à quæstionibus ociosis & inutilibus, quę nunquam aut rarissimè in actionem hominum vel forum veniunt, traducant exercitationem suam ad eas, quæ quotidianæ sunt & forenses. Ab his enim cùm discceditur, vagatur studio si animus, caretque fructu operæ, & diuturni laboris. Vnde factum arbitror, vt tanta & tam immensa sint interpretum volumina, dum ociosè nimium scriptores permulti operam dederunt quæstionibus effingendis, magis quàm vsitatis exercendis: quæ vt quotidianæ sunt, & frequentes, ita quotidianas & varias pariunt dubitationes. Itaque cum in docendo atque tractando iure ætatem penè omnem consumpsissem, illudque illustrare quibus possem modis decreuissem, visa est mihi Beneficiaria materia tractatu dignissima, omnium vtilissima, tum etiam difficillima, quæ anfractus infinitos propemodùm habeat, quæ suo quoque complexu totum ius Canonicum contineat. Quapropter illud ipsum quod in omnibus partibus iuris semper sequendum iudicaueram, in hoc quoque multò magis mihi faciendum duxi: idcirco nomen & titulum huic libro inscripsi, vt Praxis Beneficiaria appellaretur: nunquam autem dubitaui cui dedicarem: tua enim humanitas, dignitas, & amplitudo semper in animo erat: tua erga me nullo tibi obsequio deuinctum beneficia me tantopere obnoxium effecerant, vt existimatem alij nulli quam tibi me illum debere, aliique nulli quàm tibi si non tribuerem, me ingratum videri posse: ni-

hil enim tale aliis debeo, sed tibi maxima: nam cùm in Galliam Sedis Apostolicæ legatus venisses, exceptus es, cùm vbique honorificentissimè, tum in hac regia Parisiorum vrbe à frequenti & amplissimo Senatu, florentissima Academia: denique ab omnibus ordinibus ciuilium & militarium magistratuum, qui obuiam sunt profecti, vt te in vrbem deducerent. ita (ne ego alia quàm vera narrem) omnium animos recreabat singularis tua humanitas, prudentia, & eloquentia, qua excipiebantur à te, vt tui videndi desiderio summo omnes tenerentur. Me quoque, cùm te salutatum venissem, priuatim & familiariter: ita tibi coniunctum voluisti, vt ego in summo beneficio id reponerem. quinetiam me nihil tale à te sperantem honore protonotariatus Apostolicæ sedis ornasti, contulistique duo sacerdotia. Et tametsi huius munificentiæ fructu careo, quod longe antequam in me conferres ea sacerdotia, litibus ius eorum controuersum inter plurimos, & impeditum erat. Ista tamen ipsa tua liberalitas me tibi adeò obligat, vt perinde me obnoxium iudicem, ac si essem ea consecutus. Nam in me sine vllo erga tuam dignitatem merito sponte contulisti, quod ex nostrorum Gallorum Præsulum nemine mihi contigit. Quo fit, vt quantò te magis colo, obseruo, suspicio, & diligo animo singulari, tantò vehementius in quosdam ex nostris conciter, quorum doctor eruditorque fui satis diligens, non publicè quidem, ne Reipubl. causa laborare viderer, sed priuatim eorum ipsorum tantùm gratia: quo nomine mihi adhuc tenentur obnoxij: nec enim cum omnium cumulatissimè possint, gratiam retulerunt vllam. At mihi id cum aliis multis literatis & probis viris commune est, qui multum diuque in iuris diuini & humani literis versari sunt, horumque apud te, qui à latere Pontificis maximi sedes, iustior esset querela: atque de eis huic instituto libroque meo magis quàm de me verba facere conueniret. Nam & de sacerdotiis differentem oportet quibus debeantur dicere. Ecquis non doleat eos, qui consenuerunt in studiis iuris diuini, & humani, nullum vtilissimi, honestissimi, sanctissimique laboris præmium consequi, nullumque locum, quo fructuum ferre possunt? Et quidem illud certum est placitis omnibus, & constitutionibus diuinis, Pontificijs, & conciliaribus, munera Ecclesiastica doctis & probis decreta, eorumque causa tantùm esse parata. Et iure Gallorum proprio, quod Concordatum dicitur, nulli alij debentur, quàm ei, qui in gradu aliquo sit doctrinæ & testimonio celebris alicuius Academiæ probatus: non negauerim certe deesse in orbe Christiano antistites, qui eruditione, & integritate vitæ præstent, sed non satis multi esse dicuntur, vt numerum superent imperitorum, sed repellunt, vt contraria ipsa sese mutuo non ferunt, optimos & doctissimos quosque atque sedem eorum occupant

pant, quæ nullo iure eis debetur: quin & Euangelica lex ratioque omnis abhorret. Quis enim doctor populi idoneus fuerit, rudis ne, stolidus, imperitus, qui docendus ipse est, an peritus? Quis optimo vitæ exemplo ducet ad vitę honestatem, & religionem? Ille qui malo exemplo fuerit, dignusque supplicio? quem grex vt lupum rapacem fugit, quem omnes oderunt, qui inutilis omnino pastor, qui neque possit, si velit, propter ignorantiam, neq; velit, si possit, propter improbitatem gregem tueri, aut iuuare? Quare minimè mirandũ, si multos hæc nostra ætas pepererit & pariat in dies, qui oppugnent & deleant in plerisque locis hierarchiam, hæreses excitent: eruditorumque nemo aut certè pauci sint, qui defendendam illam suscipiant, sed oppugnant potius (quamquàm hoc flagitiosum) commoti grauius dum se negligi vident. Et si velint, dum omni subsidio carent, non habent ocium, sed reuocantur ad vitæ necessaria paranda. Neque apud vulgus autoritate valent, vt commoneant: sunt enim in loco humili positi. Iam verò ad istas hæresum calamitates tollendas arma non sufficient potentioribus, vt in quibusdam prouinciis audimus, persuasis, quibus ratione, argumentis, doctrina, & probitatis exemplo opus est: hæret enim animo malum. Esset mehercle hęc iuris diuini humanique petitorum causa mihi exponenda potius, quam mea in hoc libri exordio, in quo toto de sacerdotiis agitur, cũ dentur quibus non conuenit. Sed non possum non semper meminisse singularis illius tuæ in me beneficentiæ, vt mihi de ea quoque dicendum fuisse existimauerim. Interea etiam atque etiam rogo, & obsecro, vt hoc munusculum quantulumcunque ea humanitate, qua soles, suscipias, vt sit testimonium perpetuum & publicum mei non immemoris aut ingrati animi. Atque dum nihil aliud habeo, aut possum, Deum optimum maximum deprecor, vt tuæ dignitatis magnitudinem conseruet, & augeat, ac perpetuam incolumitatem tribuat. Si quem fructum ex hoc nostro labore studiosi capiant, tibi acceptum referri velim. Id enim omne tuum feci: si quid aliter habeat, mihi tribui statuo. Sed antequam finem faciam, exponam breuiter rationem huius nostri operis. Iampridem multa, quæ ad beneficiariam materiam pertinent, conteleram in commentaria mea Concordatorum Galliæ. Multa posteà studio, vsu, & exercitatione sum consecutus, quæ mihi non negligendà visa sunt, vel cupientibus deneganda, vt hoc genus materiæ, quæ præcipua esset iuris Canonici, à me, sicuti cœperam, magis illustraretur: & si qua ad absolutam & perfectam tractationem deesse illis commentariis nostris videtentur, hoc vno libro vberrimè collecta omnia haberent studiosi. Quæ præterea habebã profutura ad interpretationem regularum Cancellariæ, ab aliis prætermissa, aut aliter quam à nobis intellecta, suo quoq; loco disponens huc congessi: atque dilucidè & cõmodissimè omnia ista Beneficiaria explicari posse

existimaui, si in tres partes diuiderem: quarum prima de acquirendis beneficiis, secunda de conseruandis, postrema de amittendis. Non solum autem tuæ amplitudini offerre volui, verumetiam declarare illam ipsam instituti mei rationem. Nullus enim est, qui prudentia, eruditione, iudicioue maiori possit hæc iudicare, & probare: cum præter dignitatis splendorem sis bonarum literarum, iuris diuini & humani peritia, & vitæ integritate præstantissimus, vt merito purpurati, & sacri Senatus habearis decus & ornamentum. Vale.

# INDEX OMNIVM TITVLORVM,

## QVOS BENEFICIARIA PRAXIS Petri Rebuffi iur. vtr. Doct. complectitur.

### *Tituli primæ partis.*


*Sacerdotium pro beneficio non rectè accipitur.* pagina 1
*Quid sit, & quot modis capiatur beneficium.* 3
*Quare instituta sint beneficia.* 4
*Quotuplex sit beneficium.* 5
*Seculare beneficium quotuplex.* ibidem
*Regularia beneficia multiplicia.*
*De clericis, & à quibus, & quomodo creentur.* 7
*Forma literarum tonsuræ, & in his requisita.* 9
*De literis dimissorijs.* 12
*Formula literarum dimissoriarum.* 13
*Quo modis beneficia aequirantur.* 17
*Canonica institutio quæ dicatur.* 18
*De electione.* 19
*De præsentatione & institutione.* 20
*De collatione.* 21
*Requisita ad collationem bonam, & volentibus habere beneficia.* 21
*Pœnæ contra collatores indignis conferentis.* 26
*Forma collationis & prouisionis ordinariorum.* 28
*Requisita in literis collationum.* 29
*Collationes plures an fieri possint.* 31
*De vicarijs Episcoporum, & aliorum collatorum.* 33
*Forma vicariatus Archiepiscoporum, & aliorum collatorum.* 36
*De missione in possessionem.* 57
*De Papæ prouisionibus.* 61
*Differentiæ inter priuilegium, rescriptum, & mandatum.* 61
*De mandatis Apostolicis.* 66
*De clausulis mandatorum.* 66
*Diuisio rescriptorum.* 72
*Differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ.* 72
*De reseruationibus tam generalibus quàm specialibus.* 74
*De expectatiuis.* 78
*De rescripto in forma communi, & in forma pauperum.* 78
*De rescripto in forma pauperum pro graduatis.* 80
*De rescripto dignum arbitramur.* 80
*De nominationibus.* 81

*De reſcriptis ad beneficia vacantia.* 81
*De parua data.* 83
*De ſignatura gratiæ.* 84
*Forma ſignaturæ ſimplicis prouiſionis, cum clauſularum elucidatione.* 86
*Bullæ nouæ ac ſimplicis prouiſionis cum ſuis clauſulis ſummè vtilis declaratio.* 122
*De noua prouiſione & ſimplici.* 124
*Forma & declaratio nouæ prouiſionis.* 128
*Opponi quæ contra Bullam poſſint.* 147
*De reformatione & correctione Bullæ.* 149
*Regula cancellariæ de veriſimili notitia cum ſuis ſcholiis.* 151
*De deuolutionibus.* 155
*De reſcripto ſi neutri, ſi alteri, & ſi nulli.* 165
*Regula cancella. de non tollendo ius quæſitum cum ſua declaratione.* 168
*De commenda.* 174
*De vnionibus beneficiorum.* 179
*Regula cancellariæ de vnionibus explicatur.* 184
*De vicarijs perpetuis.* 189
*De vnionis reuocatione.* 191
*De erectione eccleſiæ in cathedralem, ſecularem, vel in alium ſtatum.* 194
*De erectione in curatam & parochialem.* 195
*De erectione in collegiatam.* 196
*De translationibus Epiſcoporum, & aliorum, & quando fieri poſſint.* 197
*De trabslatione monachorum.* 198
*Regula ſeu conſtitutio perpetua S. D. N. D. Iulij Papæ III.* 201

## Tituli Secundæ Partis.

*De reſcripto etiam, & perinde valere.* 205
*De ſubrogationibus.* 211
*Regula cancella. de ſubrogandis collitigantibus.* 216
*De reprobata beneficij viuentis impetratione.* 221
*Regula cancella. de impetrando beneficium etiam per annum pacificè poſſeſſum, aliàs de annali poſſeſſore.* 229
*De gratia, Ratione congruit.* 235
*De diſpenſationibus.* 338
*De diſpenſatione ad plura beneficia.* 240
*Conſtitutio perpetua S. D. N. D. Iulij Papæ III. cotra retinentes beneficia eccleſ.* 246
*Formula diſpenſationis ad duo, & ſuper ætatem, cũ ſua declaratione.* 250
*Bullæ diſpenſationis ſuper defectu ætatis &c.* 252
*De diſpenſatione ratione ætatis.* 253
*De diſpenſatione ſuper defectu natalium.* 269
*De diſpenſatione cum regularibus facta.* 277
*De diſpenſatione cum corpore vitiatis.* 284

De

De dispensatione de non promouendo. 285
Formula dispensationis Papæ, de non promouendo. 286
Regula cancellariæ de clericis ad sacros ordines malè promotis. 288
De non promotis intra annum quando priuati censeãtur, & quando possint excusari. 293
Dispensatio de non residendo. 303
De modis amittendi beneficia. 310
De resignationibus. 315
De tacita renunciatione. 315
De resignatione expressa, pura, & conditionali. 315
De regressibus. 317
De pura resignatione. 318
De procuratoris ad resignandum constitutione. 318
De resignatione conditionali, quam in fauorem vocant. 322
De reuocatione procuratoris quomodo, & quando fieri possit. 325
De causis resignationem irritantibus, & primo de dolo. 326
De vi in resignationibus adhibita. 327
De resignatione metu extorta. 328
De simonia in resignatione. 329
Ratione personæ & rei vitiatur resignatio. 334
Regula Cancellariæ de infirmis beneficia resignantibus. 337
De permutatione. 351
Regula Cancellariæ de publicandis resignationibus. 355
Regula Cancellariæ 46. Innocen. octaui, de dispensationibus in gradibus prohibitis. 372
De rescriptis mistis. 380
Regulæ Cancellariæ 20. quòd quis intelligat idioma. 382
De oblatis, & quando regio nomine in monasteriis recipiendi sint. 384
De rescripto rehabilitationis misto. 386
De rescripto nobilitatis misto. 386
De rescripto legitimationis misto. 388
De Breui Apostolico, & aliis. 391
Forma Breuis Apostolici. 397

# INDEX IN SINGVLARES MATERIAS

## PRAXIS BENEFICIARIÆ & aliorum, quæ hoc volumine Petri Rebuffi Iur. Doct. habentur.

*Prior numerus paginam, secundus verò numerum marginis indicat.*

*A*


*Abbas si sit episcopus, non benedicitur, & vocatur Episcopus, non abbas.* 132. 14

*Abbas interdum confert tonsurā suis monachis, an & presbyteratum, & a quibus & quomodo creentur.* 8.12

*Abbas non nisi professis primam tonsuram conferre potest.* 8.17

*Abbas duos monachos à non residendo sua rei causa potest excusare.* 306.45

*Abbas dispensans absq; causa cum suo monacho peccat.* 279.21

*Abbas commendatarius non potest reuocare vicarium religiosum datum cum authoritate Papæ.* 53.198

*Abbas potest conferre, licet resignauerit ante sibi intimatas bullas, de simonia* 332. 27

*Abbatia secularis.* 6.5

*Abbatis consensus quando sufficiat ad translationem.* 199.13

*Abbatissa monialis potest habere electionē, & confirmationem, & nouam prruisionem.* 125.18

*Abbatissæ beneficium morientis intra xx. dies post resignationem subijcitur regulæ de xx. diebus.* 337.1.

*Abeundi licentiam non præstat Abbas monacho nisi videat consensum Abbatis secundæ religionis.* 199.8

*Abiurare hæresim publicè quis debet.* pag. 311. 17

*Abbatum beneficium retinens, est intrusus.* 218.12

*Absenti fructus percipere conceditur per breue.* 395.45

*Absenti collatum beneficium, an alteri possit conferri ante acceptationem.* 229.65

*Absentia beneficiariorum quanta mala pariat.* 307.56

*Absentia caussa vicarius constitutus cessat domino præsente.* 36.235

*Absentis multo tempore an beneficium conferri possit.* 223.21

*Absoluendi potestas in casibus episcopalibus conceditur vicario.* 52.179

*Absolui qui debeat in mortis articulo.* 428

*Absoluta regis potestate an possit auferri ius tertij.* 173.34

*Absolutio ad cautelam ad quos fines fiat* 534. *Eius forma.* 536

*Absolutio simpliciter concessa refertur ad pluresue iuxta petitionis formam.* 98.28. & seq.

*Absolutio à censuris in prim. tertia partis signaturæ, & quid nomine censuræ veniat ibid.*

*Absolutio à censuris non fit solo partium consensu.* 120.13

*Absolutio ad effectum quando post satisfactionem requiratur.* 134.7

*Absolutio à censuris ex quauis causa emanatis.* ibid.8

*Absolutiones aut indulgentiæ variantur per subreptionem.* 70.5

*Absolutionis clausula non suffragatur falsantibus bullas.* 539

*Absolutionis clau. in gratijs apponi solita* 67. 10

*Absolutus ad effectum non potest interim celebrare, nec beneficium ab ordinario obtinere.* 135.15

*Abusus non cadit in principem derogantem sua legi.* 340.29

*Abutens priuilegio id perdit.* 65.42

*Acceleratio impetrationis contra regulam de verisimili notitia vitiat bullam.* pagin. 149.28

*Acceptare beneficium non potest procurator in praiudicium domini.* 319.13
*Acceptare nolente resignatario potest resignans ad suũ redire beneficium.* 371.29
*Acceptatio rata haberi pot.* 319.14. & *seq.*
*Accessorium aut aque principale beneficium quomodo intelligatur vnitum.* 681.19
*Accusans aliquem non potest in locum eius postea mortui subrogari.* 221.1
*accusatus pendente lite cedere potest ibid.* 5
*acquirantur quot modis beneficia.* 17.1. *vsque ad finem.*
*acta per vicariũ sunt irreuocabilia* 53.196
*acta per vicarium reuocatum antequàm id ei significatum esset, an valeant* 54.207
*acta per vicarium non valent, nisi constet de eius mandato.* 56 238
*actor quis censeatur in interdicto retinendæ.* 174.11
*actore non probante reus etiam in beneficialibus absoluitur.* 174.9
*actoris est probare suum titulum in beneficijs.* 82.17
*actoris quandoque præsumptio transfert onus probandi in reum.* 82.22
*actu curam animarum gerit vicarius perpetuus* 190.11
*addere vel detrahere narrationi an liceat in bulla* 127.44
*adeptio possessionis qũo probanda sit* 60.41
*adipiscendi vel restituendi agens interiecto, probare debet titulum* 174.12
*administrans ante confirmationem priuatur suo iure* 372.35
*administratio spiritualium aut temporaliũ tantum in quo consistat* 38.18
*administratione durante temporalium rerũ ecclesiæ, an episcopus cõferre possit* 334.47
*administrator dicitur beneficiarius, licet plenum ius habeat in beneficio* 82.8
*admissa debet esse resignatio* 346.1
*admitti tlans. in quibus literis conscribenda sit glo. faciens te* 143.2
*aduersarij confessio sufficit etiam in beneficijs ad possessorium obtinendum* 174.6
*aduersarij confessio quantum prosit in Si neutri* ead.7
*aduersarij titulum beneficialem non sufficit impugnare, sed nostrum oportet iustificare* 82.17
*aduersarium repellere non sufficit in beneficijs* 173.2
*aduocati consistoriales non dicuntur magistri, & qui possint ita vocari* 132.19
*aginetarum cautio de legibus nouis non condendis* 440
*affecta graduatis & nominatis beneficia conferendi potestas non vlterius extenditur* 56.237
*affecta beneficia non censetur Papa conferre, nisi illius affectionis habita sit mentio. in verb. affectum* 94.95
*affectis carnis excæcat beneficiarios ad labefactandum ecclesiam in resignando beneficia.* 316. & *seq.*
*affectum beneficium Papæ quomodo dicatur per ipsius manus appositionẽ. in verb. affectum* 94.95
*affinitas quid sit gloss. iiij. regul. de dispensa. in gradib. consanguinit.* 374. & 518
*affinitatis in primo gradu an fiat dispensatio gl. iiij. reg. xl. vi. de dispensa. in gradib. consangui.* 374
*alendus est quis, & vestiendus pro qualitate personæ.* 408.32
*alexandri Mamm. Imp. mos in condendis legibus, aut constitut.* 441
*alienandi speciale mandatum sufficit, licet non exprimatur res* 42.59
*alienare bona episcopatus, sede vacante non licet capitulo, sed bene alienationi consentire* 164.104
*alienatio rei ecclesiastica facta à prælato durante vnione non reuocatur per eius dissolutionem* 183.45
*alienatio rei ecclesiæ an per breue concedatur* 394.39
*alimenta pauperi præstare cogit Rex monasterium à se fundatum* 384.10
*altare portatile an detur per breue.* 394.40
*ambitio episcoporum* 309.78
*ambitio beneficiorum* 195.4
*amicus pro amico beneficium impetrat, gl. 4. reg. cancel. de anna poss.* 229
*amittitur priuilegium duobus modis* 64.38
*amittitur beneficium duobus modis* 310.2
*anathematis etymon, & eius forma* 402.a
*anathematizari appellare an possint.* ibid.
*animi infirmitas non continetur in regula de infirmis* 339.11
*annali possessione quomodo iuuetur beneficiarius contra impetrantem. gl. 16. reg. cancel. de an. pos.* 233. & *seq.*
*ancus Martius qua noua Romanis induxit* 413.
*annexa beneficia quomodo possint exprimi* 115.1
*annexæ ecclesiæ quando veniant ad collationem principalis. in verb. cum annexis, in forma noua prouisio.* 140
*annexi faciendæ est mentio in dispensatione ad duo sub eodem tecto. in verb. etiam si sint.*

*sint, &c. de dispensa. ratione ætatis.* 260
*annexorum beneficiorum vtrumq; quando possit exprimi indifferenter, in verbo, annexorum in tertia parte signatura.* 115.3. *& sequentibus.*
*anni expressio quo possit mutari, in verb. annorum in tertia parte signature.* 116
*anno elapso perimitur p curatorũ.* 320.18
*anno elapso quis nõ põt subrogari.* 320.24
*annullata prima collatione an annulletur noua prouisio.* 125.13
*annum promotionis episcopus restringere non potest* 296.19
*annus subrogationis quomodo computetur* 215.52
*annus quomodo computetur. gl. 4. regul. cancel. de annali possessore* 230
*annus completus requiritur ad tuendum annalem possessorem, & à quo tempore competur. gl. 4. & 5. regula cancellar. de annali possessore* ibidem
*annus, dies, & locus inseri debent in literis tonsura* 10.6. *& seq.*
*annus valor vniendo beneficij est exprimẽdus. gl. 6. reg. canc. de vni.* 185
*anteferri clausi in verb. Aut si aliqui, in forma noua prouis.* 144
*antiochia primo discip. Christi dicti fuerunt* 401
*apostata & non promoti intra annum priuati sunt beneficiis* 313.47.48
*appellare an liceat ante diffinitiuam* 508.
*appellationi pendente impetratur, si neutri* 167.30
*appellationes extra vrbem non committuntur per breue* 344.36
*appellationis iudici quomodo rescriptum si neutri dirigatur* 165.3
*appellatur tanquam ab abusu vnionum* 183.47
*apostoli an aqualem ligandi & soluendi potestatem à Christo acceperint* 529
*approbatio resignationis quomodo pertinet ad episcopum, etiam in permutatione beneficiorum patronatorum* 111
*aqua benedicta aspersio in missione in possessionem quare fiat* 59.27
*archidiaconus est vicarius episcopi, tamen irrenocabilis* 53.199
*archiepiscopi est cõfirmare episcopos* 39.33
*archiepiscopi vicarius an cognoscere possit in episcopo suffraganeos* 50.164
*archiepiscopus an in defectum episcopi possit episcopalia exercere* 161.72
*Archiepiscopus quo possit vnire* 182.29
*archiepiscopus tenetur constituere vicariũ etiã in diœcesibus alterius ressortus* 50. 158
*archiepiscopo non potest iure metropolico dare tonsuram subditis suffraganeorum* 14.8
*armorum nomine qua veniant* 416
*arnaldistarum hæresis* 405.2
*assecutus vel apprehendit differunt, glo. seu per assecutionem, in for. sig.* 93
*asserens vacasse beneficium in partibus, nõ potest dicere postea in curia vacasse, in verb. etiam coram notario* 93
*assignatio quota partis fiat vicario perpetuo in beneficio vnito* 190.10
*attestatio episcopi literas tõsura factas esse sub suo sigillo an probet* 11.20
*attestatio episcopi de sua collatione non sufficeret* 31.31
*autoritate apostolica deuoluta ad episcopum non comprehendũtur sub potestate conferendi vicario data* 45.98
*autoritate propria an liceat capere possessionem beneficij* 30.22
*autoritatem interponere donationi iurispatronatus non licet vicario sine speciali mandato* 52.185
*andita morte coniugis, quando alter possit contrahere* 378.44
*augmentum valoris fructuum recipitur in bulla, sed non diminutio* 101.5
*aureus tantu vnus à collatoribus pro sigillo collationis facta, recipi potest* 18.13
*authentica litera clericatus requiruntur* 32.9.
*authentica litera Papæ dicuntur Bullæ* 123.10
*auxilium quando quis dicatur dare* 411

*B*

*Bannitus priuandus est suo beneficio* 314 57
*Baptizato puero domi, non contrahitur postea spiritualis cognatio in ecclesia* 376. 24
*Bastardi prohibentur ad ordines promoueri* 270.7
*Bastardi cur sint incapaces ad ministeriũ diuinum* 269.3
*Bastardi dispensantur & à iure, & ab homine* 272.44
*Bastardus dispensatus ad dignitates censetur esse dispensatus, de defect. natalium* 276.90
*Bastardus vi dispensationis non poterit obtinere duas prebendas cathedrales ibidem* 93
*Benedicendi abbates, &c. exprimenda est potestas*

potestas in vicariatu 40.36
Benedicendi quoq; pueros & puellas & confirmandi ead.37
Benedicendi potestatem vicarius episcopi impetrare potest à Papa 51.169
beneficia per cõtractum matrimonij vel aliàs vacantia 538
beneficia præsumuntur esse secularia 4.3.
beneficia quomodo Papa censeatur habere pro expressis 136.8.& seq.
beneficia in curia resignata 516
beneficia incompatibilia quando dicantur. 524
beneficia quæ non cõmendantur 177.35.41
beneficia quibus hodie conferantur 26.62
beneficia sunt pro spirituali seruitio fundata, feuda pro temporali 303.2
beneficiales materia specialiter vicario committuntur 50.156
beneficiarius quomodo de fructibus beneficij disponere debeat 276.3
beneficij viuentis impetratio, & quæ requirantur 473.& seq.
beneficia vacatura per promotionem ad ecclesias vel monasteria 478
beneficiorum quocumcunque verisimilis impetratio debet esse gl.2. reg. cancel. 151
beneficiorum qualitates exprimenda in impetra. 538
beneficiorum habenda est mentio in subrogatione 212.20
beneficiorum dispensatio circa illegitimos. 273.48
beneficiorum nomina hodierna sunt amplectenda, in prin ti.1.2.& 3.
beneficium quot modis capiatur 3. quid sit, & quot mod. benefic. capiatur ibid.
beneficium in dubio præsumitur ecclesiasticum non profanum 3.8
beneficium quando vocetur beneficium 3.4
beneficium generaliter sumptum. glo.2. regul. cancel. de vnionib. 184
beneficium quotuplex sit 5.1
beneficium comprehendit quandoque dignitates 467
beneficium impetratum per modum in cancellaria exprimendum 517
bidelli an teneantur remittere salaria, quando doctores Regentes remittunt sua. 277. 97
biennium quomodo computetur in dispensatione de non promouendo 287.13
bigamus ordinari prohibetur 292.7
breue quid dicatur 391.1
breue apostolicum quid sit 494
breue notariorum quid sit 497
breue quomodo discernatur 62.& 494
breuia quando concedi debeant 494
Quæ causæ pro ea concedatur ibi.& 495
Et an vitientur falsa latinitate ibid.
breuium apostolicorum effectus 496
britannia constitutio Papæ Pij quæ in verb. etiam per hanc 146
budæi & sequacium hallucinatio in interpretando. quid sit sacerdotium, in præfa. seu titu.1. 1.& 2.
bulla quid dicatur 414.a
bulla Sixti 429
bulla Pauli tertij, & eius commendatio 400
bulla Leonis decimi 424
bulla ex signatura extrahitur, sicut instrumentum ex sceda 119.3
bulla ieiuniorum & supplicat. pro pace 433
Eius occasiones, causa & specialia. ibidem
bulla duplex quando fieri possit 99.3
bulla pensionis continet, vt cogatur debitor sub sententijs, & censuris in 3. parte forma signat. 99
bulla semel expedita, non licet secunda bulla expeditioni alias addere clausulas 115 8
bulla vnica an possit comprehendere duas signaturas 103.11
bulla duplex quando ex vna signatura confici possit. 99.3.& 207.25
bulla quomodo eliciatur ex signatura, & à nomine concedentis incipiat 122.1
bulla interpetatur secundum ius commune. ibid.2
bulla est signatura extensa 123 21
bulla à quibus sit reformanda 150.4
bulla semel expedita non est locus huic rescripto 257.22.& seq.
bulla dicitur falsa, si contra signaturam expedita fuerit 254.12
bullas non valens obtinere, quomodo sibi prouideat gl.12. 363
bulla forma 414.& quid sit nulla 497
bulla clausula quomodo eliciuntur à signatura 94.1
bulla nil addendum vltra signaturã in verb. etiam si deuolutum ead.8
bulla expedienda facultas via vtiliore oratori in clauf. perinde valere 107
bulle non est addenda derogatio iuris patronatus, vltra signaturam 111.50
bulla imperfecta non creditur 149.22.
bulla super signatura prædecessoris Pontificis expediuntur per rationi congruit 236
bulla varia significata. 122. & vnde dicta, nu. seq.
bulla definitio 123. 11. & eius singulorum verborum examinatio, numero sequent.

*bullis nondum leuatis resignans, an comprehendatur sub hac regula, glo. 8. regu. de infirmis benefi. resignantib.* 244

C

*CAlybes populi vnde dicti* 416
*Camera an sit diuersum tribunal à cancellaria* 508
*Campanarum pulsus, & benedictio cur inducta sunt* 59.32
*cancellaria signat per concessum, non per fiat.* 101.17. *& quas causas cõmittat, nu. seq.*
*cancellaria an possit conferre post reuocationem intimatam camerę* 370.22
*cancellatio instrumenti inualida non nocet.* 321.35
*cancellatio seu rasura in collatione quando reddat eam suspectam* 31.33
*cancellatio Papę prodest quo ad non cancellata* 122.33
*cancellatum procuratorij instrumentum non facit fidem* 321.33
*canonica prouisio quid denotet* 18.1
*canonica electio & collatio quid.* 19.7. *& prouisio. nu. seq.*
*canonicatus quam ętatem requirit ad habilitatem* 465
*canonicatus in capella ecclesię cathedralis an sit eiusdem naturę cum canonicatu ipsiusmet ecclesię cathedralis* 72.29
*canonicè prouideri concernit vtrunque, & prouisum & conferentem* 19.5
*canonici modi quatuor acquirendi benefic.* 18.17
*canonicus verè creatus prefertur ficto* 207.30
*canonici in capella ecclesię cathedralis an possint esse delegati* 72.28
*canonici filios habere dupliciter pñt* 272.4
*canonici quando eligendo conferant* 20.4
*canonicos plures pro suo seruitio excusare an possit episcopus* 306.37
*cantorum & capellanorum Papę beneficia sunt reseruata* 76.27
*capituli consensus requiritur ad vniendum* 383.36
*capituli potestate cessante, tollitur quoque potestas vicarij eiusdem* 55.220
*capitulo nolente eligere episcopum ad quem fiat deuolutio* 157.17
*capitulum sede vacante potest eligere & confirmare* 48.150
*capitulum sede vacante procuratorem beneficijs vacantibus constituit* 23.21
*capitulum an sede vacante fungatur vice episcopi, reg. affirmatiua* 160.57. *& seq.*
*capitulum quę non possit facere sede vacante* 161.66. *& seq.*
*capitulum non potest non conferre nec præsentare vice episc. ibid.* 70. *& seq.*
*capitulum conferre potest in locum episcopi; si cum ipso simul conferenda essent beneficia. ibid.* 74. *& quid si cum alio. nu. seq.*
*capitulum sede vacante commendare potest.* 178.54
*capitulum sede vacante præstat autoritatem vnioni* 183.36
*capellania incompatibilis cum alio* 256.6
*capellaniam obtinens an ex statuto promoueri teneatur* 300.61. *& seq.*
*capellania quando requirant promotionem capellani* 295.17
*capto episcopo a paganis quomodo administret capitulum* 160.61
*capto præsule ab hostibus datur vicarius à Papa* 226.60
*cardinalem aut episcopum percutiens est ipso iure priuatus beneficio* 313.39. *& seq.*
*cardinales an comprehendantur sub regula de xx. diebus* 337.4
*cardinales an possint facere quòd quis ex sola signatura recipiat fructus* 119.8
*cardinalis Papę vicarius an possit conferre.* 42.64. *& seq.*
*cardinalis exterus absque Regis consensu non potest episcopatum in Regno obtinere glo. 1. reg. 20.* 382
*cardinalium collegium mortuo Papa certos casus tractat* 160.60
*cardinalium effrenata pluralitas in beneficijs taxatur* 133.23
*carnalis affectus inducit simoniam* 17.8
*castratus pōt ordines sumere* 285.15. *& seq.*
*casus episcopis reseruati* 455
*casus in quibus beneficium ad tempus conferri potest* 22.13 *& seq.*
*casus in quibus valet impetratio beneficij possessoris annalis sine expressione, glo. 13. reg. cancel. de annali possesso.* 232
*casus in quibus potest diœcesis suppleri, in verbo eiusdem, in forma signaturę* 89. *& seq.*
*casus in quibus signatura creditur* 119.5
*cathedralibus in ecclesiis quomodo fiat publicatio* 361.3
*cathedralis esse desinit ecclesia per translationem* 198.17
*cathedralis ecclesię consensus requiritur in vnionibus* 187.2
*cathedralium & metropolitanarum ecclesiarum semper est habenda mentio, in verb. & quidam* 260
*causa vnionis cessante, cessabit vnio* 191.1. *& seq.*

*cauſſa requiritur ad translationem & qua* 196.3 *ſeq.*
*cauſſa requiritur ad priuandum monachum ſuo beneficio* 180.32.*& ſeq.*
*cauſſas inceptas vicarius non poteſt finire mortuo epiſcopo* 49 152
*cauſſa diſpenſandi quæ ſint* 243.43. *& ſeq.*
*cauſſa cognitio an in diſpenſatione requiratur* 244.52
*cauſſa quibus conceditur legitimatio* 389.6
*cauſſa cognitio non requiritur in miſſione in poſſeſſionem* 61.42
*cauſſa cognitio an deſideretur in diſpenſatione* 236.9
*cauſſa diſpenſationum in illegitimis* 273.46
*cauſſa mouentes ad reſignandum* 315.2
*cauſſa cognitio deſideratur ad erectionem* 194.2
*cauſſa cognitio requiruntur in vnione reuocanda* 192.25
*cauſſæ ſex transferendi* 197.4.*& ſeq.*
*cautela vt ſignatura ſola ſufficiat* 246.63
*cautela habendi beneficium* 352.15
*cautela vt commendatarius faciat fructus ſuos* 176.26
*cautela notabilis pro diſpenſato à vicario.* 52.185
*cautela pro mandatarijs quomodo poſſint eludere fraudes ordinariorum* 66.2
*cautela pro impetrare volentibus beneficia* 285.17
*cautela vt habens ſignaturam non teneatur leuare bullam* 219.18
*cautela ne baſtardus in ſingulis impetrationibus teneatur exprimere defectum nat.* 276.94.95.
*cedente vel decedente poſſeſſore beneficij fit vnio* 193.33
*celebrare non debent ſacerdotes in aliena diœceſis ſine permiſsione* 306.46
*celeritatis cauſa diſpenſatio epiſcopi ſufficit ad translationem monachi* 199.10
*certi beneficij reſeruatio ſpecialis eſt* 75.8
*certis aliquando perſonis demandat inferior miſſionem in poſſeſſionem* 58.19
*certo modo & certo loco vacantium beneficiorum dicuntur reſeruationes generales* 74.1.*& ſeq.*
*certo loco conferendi data poteſtas non extenditur extra illum locum* 56.234
*certum tempus appoſitum ad renunciandum beneficio,quid operetur* 273.3.*& 7*
*certus vacandi modus eſt exprimendus, glo.* 7.*reg.cancel. de annali poſſeſſore* 231
*certus canonicorum numerus præſcribitur in erectione eccleſiæ collegiatæ, de erect. in colleg.* 196.*& ſeq.*
*certus debet eſſe procurator ad reſignandum* 319.7
*certus debet eſſe collator de vacatione antequam conferat* 226.54
*ceſſante impedimento curatus pro more ſeruire tenetur* 306.42
*ceſsione collitigantis fit ſubrogatio* 211.5
*ceteriſque contrarijs,clauſu.quid operetur, in verb.ceteris* 144.*& ſeq.*
*chriſtiani vbi prius dicti fuerunt* 401
*circa,dictio,quid importet in verb. ſeu circa.* 255.1.*& ſeq.*
*circumuentus præſumitur Papa, ſi dicatur nõ obſtante quòd ſit ius alteri quæſitum* 218.34.*& ſeq.*
*citandi ſunt conſanguinei in comprobatione legitimationis* 390.18.*& ſeq.*
*citandi omnes quorum intereſt in vnione facienda* 187.7
*citandi quorum intereſt ad vnionem etiam reuocandam* 192.26
*citatio partis non requiritur in informatione bullæ* 150.8
*citatio facta ad eligendum ante mortem non valet* 224.32
*ciuiles & criminales cauſſas ſpecialiter epiſcopus committit vicario* 49.152
*ciuitas occidens ſuum epiſcopum,eo priuatur* 65.43
*clandeſtinum matrimonium prohibetur, & quando dicatur clandeſtinum* 379 54
*claudus an ordines ſumere poſsit* 284.6
*clauſula inſerenda in impetratione ſacelli in monaſterio fundati* 5.7
*clauſula, quouiſmodo vacet,non eſt inſerenda in collationibus ordinariorum* 30.16
*clauſula, non obſtante, non apponitur ab ordinario* ibid.26.*& ſeq.*
*clauſula citra reuocationem aliorum vicariorum cur apponatur in vicariatu* 39.29
*clauſ.dantes & concedentes eidem plenam et liberam poteſtatem* 39.30.31
*clauſ.requirentium ſpeciale mandatum ibid.* 32.*& ſeq.*
*clau. in vicariatu dans vicario poteſtatem ſubſtituendi alium,qui eidem vicario poſſit conferre* 43.77
*clau. Et omnia alia & ſingula faciendi, non importat maiora expreſsis* 52.181
*clauſula ſi preces veritate nitantur, eſt inſerenda ſemper id reſcriptis iuſtitia,non gratia* 74.54.*& ſeq.*
*clau. (S'il vous appert) frequentiſsima in Regno Gallia* 74.55.*& ſeq.*
*clauſula, vocatis vocandis, & aquipollens omiſſa*

omissa in rescripto, an illud vitiet 74.61
clausula, non obstante, non inseritur literis iustitiæ, sed gratiæ 73.40. & seq.
clau. vitæ ac morum honestas quomodo inseratur 66.3
clau. necnon omnia, quid operetur 67.13. & sequen.
clauſ. ſi pro alio non ſcripſerimus, & eius in Francia obſeruatio declarata 68.25
clauſu. ad veſtram collationem, prouiſio quid importet ibid.33
clauſ. ſi aliud canonicum non obſiſtat, quomodo intelligatur 79.17
clauſ. quouiſmodo, quando in bulla non ponatur 92.9
clauſ. dummodo eius diſpoſitio, &c. quando non exprimatur in ſignatura ibid.10
clauſ. dummodo tempore data præſentium quando omittatur ibidem.11
clauſ. aut ſi alicui &c. quando omiſſam non vitiet 92.12.
clauſu. ipſumque beneficium &c. an omitti poſſit ibid.13
clauſula Aſſecutus vel apprehendit, in verbo ſeu per aſſecutionem 93
clauſu. Quatenus ipſum ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequentes, apponitur in diſpenſatione plurium beneficiorum, in verb. quatenus 91
clauſ. quatenus litigioſum, non apponitur in reſcriptis ad vacantia, in verb. quatenus litigioſum 105
clauſula, Et cætera, in ſupplicatione tantum appoſita, an & quomodo extendatur 249. 69. & ſeq.
clau. Et de parochialibus ad vitam, & de tribus incompatibilibus 274.16
clauſula de parochialibus ad vitam declaratur, in glo. Etiam ſi curam, de diſpenſat. rat. ætatis 259
clauſ. Etiam ſi ſint ſub eodem tecto neceſſaria, in verb. etiam ſi ſint &c. de diſpen. rat. ætat. 260
clau. vt animarum cura non negligatur in verbo, Prouiſo 269. & 513
clau. dummodo, non operatur conceſſionem, in verb. quoad vixeris &c. 263
clauſ. notabilis pro beneficijs in eadem eccleſia annexis, in glo. etiam ſi ſint 260
clauſ. non obſtante vel motus proprij non inducit diſpenſationem 277.2. & 7. & ſeq.
clauſ. vna cum obtentis conferimus, quando importet diſpenſationem ibid.3. & ſeq.
clauſ. Et de ſpeciali quando detur illegitimo. 276.87
clau. vt præfertur qualificata includit, etiam prebendas cathedralis eccleſiæ 276.91
clau. apponenda in diſpenſationibus illegitimorum 277.98
clau. In non obſtantijs pro illegitimis ibid.99
clauſula olim in principio bullæ illegitimorum poni ſolita ibid.101
clau. Prouiſo &c. non apponitur in bulla religioſorum 280.37
clauſula in diſpen. de non promouendo ponenda 286.7
clauſula in beneficijs vacantibus ponēda 537
clauſ. ſiue alio quouiſmodo in executorialibus tantum appoſita, & non in bulla nil operatur. 92.7.
clauſ. gratificationis prodeſt vltimo reſignatario 106.1
clauſ. vt in forma prouiſ. expediri poſſit &c. quid proſit, in verb. quod litera, in tertia parte ſignaturæ 106
clauſ. dummodo eius diſpoſitio, non inſeritur in prouiſione maiorum & principalium dignitatum 92.9
clauſ. vt derogationes poſſint ſimul expediri, vel ad partem 118.4.
clauſu. non obſtante non porrigitur vltra narrata ead. 9
clauſ. de augendo vel minuēdo valorem quid operetur 102.1
clauſ. Quòd maior ſpecificatio cum clauſ. de augendo, quid operetur ibid.2
clauſ. quòd verior expreſſio fieri poſſit etiam in 1.2 & vlteriori expeditione 102.8
clauſ. Quòd omnia mutari poſſint, non valet, in verb. maior. in 3. parte ſignat. 117
clauſ. dummodo tempore data præſentiū &c. quod ſit vtilis etiam in vacantibus in curia 138.1
clauſu. quod poſſit omitti narratio de qua in corpore 127.44
clau. in literis latiſſime extendenda effectus, in verbo, in literis latiſſimè extendēda 117
clau. Et de ſpeciali ad vitā qd denotet 113.75
clauſ. non ex clauſulis, ſed ex corpore ſigaturæ extracta, in verb. Siue vt præmittitur, formul. noua prouiſ. declaratio 139
clauſ. bullæ necnon omnia & ſingula &c. vnde eliciatur 135.1. & 2
clauſ. vt præmittitur, quid operetur. in glo. ſiue vt præmittitur 139
clauſu. dummodo, & clauſ. ſine præiudicio differunt 138
clauſ. abſq; narratione notabilis 125.12
clauſula vt aſſeris, & alia gloſſa vt aſſeris, in bulla noue prouiſio. 140
clauſ. ſi duo &c. quid ſignificet, gloſſa quatenus, in forma noua prouiſionis 141

Clauſ. faciens le vel procuratorem tuum &c. quibus dirigatur 142.1. & ſeq.
Clauſ. Quod poſſit expediri in vim noua ac ſimplicis prouiſionis abſque prima narratione 127.41. & ſeq.
clauſ. Amoto &c. quid operetur, in verbo amoto exinde, in forma noua prouiſ. 144
clacſ. non obſtan. quid operetur in verb. non obſtante. 142
clau, cæteris contrarijs quid denotet, glo. non obſt. ead.
clauſula vita, ac morum honeſtas hodie ferè datur in omnibus gratijs 166.21
clauſulam in commendis monaſteriorum poſolita 175.17
clauſ. qua & qualis apponenda in commenda ſecularis beneficij facta regulari 178. 44
clauſul. Quod maior expreſſio nominis gradus &c. gloſſa. 13. regu. cancell. de annal. poſſeſſ. 232
clauſ. a Anteferri, an præiudicet primo, gloſſa 4. de non tollendo ius quæſitum 169
clauſ. cum ſuſpenſione quarumcunque reſeruationum vnionum &c. 193.32
clauſu. ad vnionem diſſoluendam ibid. 29
clauſul. translationis monachorum à Papa facta 198.2
clauſu. Translationis dando monacho impetranti regulare beneficium alterius ordinis 188.17
clauſ. perficiendi presbyterum ad nutum reuocabilem in beneficio vnito 190,22
clauſ. pro penſione à capitulo debita 99
clauſula etiam valere, quando locum habeat 205.1. & ſeq.
clauſ. non obſtan. ſubintelligitur dum non fuerit tertio ius quæſitum 207.28
clauſ. ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis non extenditur ad defectus naturales 210.56
clauſ. vt perinde in omnibus & per omnia acta & geſta valeant, &c. quid operetur ead. 59
clauſ. ſpecialibus fauoribus proſequamur. gl. ſpecialibus fauoribus, in bulla diſpen. ad duo 253
clauſ. vocatis vocandis non debet apponi poſt rem iudicatam 337.26
eluuſula, parito iudicato, quando non ſit neceſſaria ead. 27
clauſ. in his diſpenſationibus ponēda 376.16
clauſ. differentia, quòd obſtantia habeantur pro expreſſis, vel quòd obſtan. beneficiales exprimi poſſint 100.6
clauſula in commendis ponenda 176.28
clauſula ſubſtantialès mandatorum 66
clauſ. non inſerenda niſi ad petitionem partium 91.5
etauſula ſuperflua non vitiant bullā 92.14
clauſula & ex quauis cauſſa, & generalem reſeruationem importan. non ponuntur, ubi eſt iuriſpatronatus 110.35
clauſ. in penſione imponenda 76.21
clauſula in reſignatione ponenda 510
clericali habitu debet incedere vicarius 35 37. & ſequen.
clericatus ſeu tonſura exigitur ad beneficium obtinendum 7. & 8. & dein.
clericatus multa requiſita 7.5. & ſeq.
clericatus confertur à proprio epiſcopo in ſua diœceſi, vel extra 8.11. & ſeq.
clerici camera Papa non dicuntur magiſtri. & beneficia illorum non ſunt reſeruata 132.20
clericorum conſanguineos vexantes ſunt excommunicati 328.3
clericum ſe eſſe & dicere oportet in impetrationibus beneficiorum, in verb. clericus, in forma ſignat. 88
clericus poſſidendo iuſpatronatus laicum, an id reddat eccleſiaſticum 108.25. & ſeq.
cluniacen. & Grandimonten. ordinum priuilegia, in verb. quibus inter alia de diſpenſa. ratione ætat. 278
coadiutor uel adminiſtrator quando detur beneficiario 226.59
cognatio carnis impedit matrimoniū 375.12
cognitio cauſſa requiritur in vniendo 183. 43. & ſeq.
cognomen Papæ, Cardinalium & aliorū magnatum non inſeritur in eorum literis, in verbo Iulius 130
collatio facta per reſignationem an ſit valida, & collationis varia acceptio 470
collatio duplex, & qua ſit neceſſaria, & voluntaria 21.1. & ſeq.
collatio ad quas perſonas ſpectet 21. & ſeq.
collatio beneficij ante deuolutionem eſt inualida 32.10
collatio facta alteri, quàm ei in cuius fauorem fuit reſignatum, non valet 322.3
collatio vicaria perpetua modo ad epiſcopum, modo ad priorem ſpectat 190.13
collatio cauſſa permutationis quando non tribuat ius 351.9 & ſeq.
collatio ſimoniaco facta nulla eſt 331.14
collatio præcex qua dicatur 484. & ſeq.
collatio beneficij exprimere debet eum per cuius mortem vacauit beneficium 30.19
collatio prima non annullatur in noua prouiſione, nec electione 124.6. & ſeq.

collatio à Papa facta valet non obstante reseruatione debita mãdatario, vel alij, in verb. specialiter 95
collatio ordinarij an solo verbo episcopi probari possit 23.26
collatio secunda non valet, si prima valida fuerit, etiam si dicatur non obstan. collatione, secus inualida, in verb. aut prouisione, in forma signatã. 94
collatio beneficij facta per vicarium legitimè reuocatum an valeat 54.210
collatio post deuolutionem non valet ab episcopo facta 157.27
collatio facta iure deuoluto, cum non sit, non valet 160.52. & seq.
collatio sola beneficij viuentis sine possessione an reddat quem inhabilẽ 224.36. & seq.
collatio facta ab ordinario excommunicato etiam absoluto ad effectum non valet 142
collatio ordinarij de consensu impetrantis facta valet, non obstante decreto, in verbo, nos enim 146
collatio nulla an inducat vacationem prioris beneficij, gl. 13 reg. cancel. de infirmis benefic. resignan. 348.
collatio non aufertur alicui ante notitiam reuocationis, trac. de simonia 333.34
collatio non verisimilis est nullas, ideo non colorata, glossa 6. 154
collatio facta à cancellaria quando sit valida, & quando non 508
collatio an valeat die obitus facta. gl. 8. 154
collationes Si vacat, non valent, si non sint verisimiles, glo. 9. 155
collationis nomen generaliter capitur 349.6
collationum eadem die factarum ab episcopo & eius vicario vtra valeat 46.121
collator in prouisione Papa quando exprimendus 119.20
collator viuentis beneficium conferens quomodo puniatur 123.19
collatores cognoscere debent eos, quibus prouident 26.3
collegij bursarius esse non potest, qui 24. libras in reditu habet 79.8
collator nouus non potest conferre ante adeptam possessionem 59.24.141.6
collitigans an tenetur facere mentionem litis impetrando ius tertij non collitigantis, in verb. aut litigiosum &c. in forma signa. 96
collitigans petens subrogari intra mensem, præfertur cæteris 221.4
collitigans supersles non mutat procuratorem contra subrogatum 214.37
collitigans iure alterius vti potest absq; subrogatione 216.57
collitigans intra mensem subrogationem impetrare debet, glos. 3. reg. cancel. de subrog. collitig. 217
collitigante subrogato moriente an conualescant aliorum impetrationes, glos 6. regul. cancell. de subrogand. collitig. 220
collitigantibus pluribus concurrentibus an contra vnum tantum possit obtineri Si neutri 165.9
collitigantium vno cedente an habeat locum hæc regul. glo. 8. 244
comes Palatinus condemnatus, quòd ad temporalia legitimasset in Regno 3886
comestores ecclesiæ oĩa deglutientes 176.21
commenda quando concedi censeatur 174.2
commenda Papa finita an ordinarius conferre possit 178.58
commenda facta minori tacitam importat dispensationem 239.18. Fallit in illegitimo 276.78
commenda comprehenditur sub collatione, glo. 16. regul. cancel. de publ. resignationib. 367
commenda comprehenditur nomine prouisionis 382
commenda beneficij subijcitur regulæ de verisimili notitia, glo. 5. 154.165
commenda alia perpetua, alia tẽporalis 273.1. & seq.
commendam Papa solus concedit illegitimis 275.77
commendare potest capitulum sede vacante beneficium ad sex menses, & ea durante conferre, & continuare 162.77. & seq.
commendare non potest capitulum ecclesiam parochialẽ, nisi psona qualificata 162.81
commendare regulare seculari, aut è contra, an possit capitulum ead. 83
commendari beneficium viuentis non potest 225.45
commendari non solent beneficia Sancti Spiritus, Sancti Ioannis, Sancti Antonij, & beatæ Mariæ Theutonicorum 177.41
commendarum nimia indulgentia est grauissima pestis apud Christicolas 175.12. & seq.
commendat Papa regulare secularj, & è contra 175.7. & pag. 273. verb. ad secularia
commendatarijs Papa an hodie beneficia sint reseruata 76.31
commendatario vita functo quomodo censeatur vacare beneficium 178.51
commendatarius non est nisi depositarius 17625
commendatarius ordinarij an possit impetrare ad

ve ad vitam, à Papa 177.31. & seq.
commendatarius ad vitam an possit desistui 176.67. cum seq.
commendatarius moriens intra 20. dies continetur in hac regula, glossa 7. 343
commendatitiæ literæ quæ dicantur 17.45
commendatum temporaliter beneficium conferri potest 225.46
commendatum à capitulo beneficium quomodo possit impetrari 163.84
commendatur & in titulum datur vicaria perpetua 190.15
commenda quibus danda 515
commendæ habenda est mentio in impetratione 178.52
commensales Cardinalium qui dicãtur 490
commissa cura non priuatur quis non promotus, nisi sit curatus 301.63
commissio an detur ad duo beneficia aduersus possessa 467
commissio vniendi faciẽda est ad partes, glos. 10. regula cancellariæ, de vnionib. 186
commissiones verbales cur periculosæ 487. idẽ
commissiones causarum à Papa factæ quando non valeant ibidem
commissiones an valeat ante conclusionem in causa 509
commissiones quomodo secundum earum qualitates varie signantur à Papa 97.8
commissionum materia 486
communione priuari quid sit: & communio ecclesiastica, ac sancta communio 221. 1. & seq.
communis æstimatio attenditur in beneficijs, in verb. cuius fructus & c. in forma sign. 91
communis valor beneficij attenditur, glo. 7. reg. can. de vnio. 185. & seq.
communis est hæc clausula, necnon verus valor in omnibus prouisionibus 101.3
communiter vel diuisim clau. quid importet 68. 28
commutari legata in aliam piam causam conceditur per breue 369.56
compensandus est curatus in constructione noua parochialis 196 5. & 7
compensare tenetur Papa ius ablatum tertio 171.16
compensatus prior curatus in constructione nouæ parochialis, quibus renunciare debeat 196 7. & seq.
compermutans habens vtrumque beneficium an incidat in c. de multa 126.34
compermutanti non alij potest fieri collatio 351.1
compositio requiritur in impetratione facta cum rehabilitatione 112.58
compositio non solet in præiudicium officialis remitti 277.96
compositio non datur pro dispensatione in foro conscientiæ 380.6
compositionem cur Papa super his recipiat 108.13
concessio Papæ in signatura vocatur dispositio, seu clausula 85.23
concessio Papæ refertur ad tempus petitionis 121.30
concessioni Papæ in signatura quando potius standum, quàm narrationi partis 99.36
concessum vt petitur à delegato Papæ datur 197.4
concilio general præsentes lucrantur omnes fructus, etiam distributiones 306.34
concordia sine Papæ beneplacito inducit simoniam 126.29. & seq.
concordiam partium in beneficijs Papa solus approbat 355.47
concursu mutuo impediti impetrant si neutri 166.17.18
concursum non facit rescriptum quod est nullum, licet sit eiusdem datæ 207.29
concursus dispensationum prohibitus est, in verb. si tibi aliàs canonicè, & c. de dispensatio. ratione ætatis 261
condemnatus à iudice non priuatur beneficio nisi id expressè dictum fuerit 314.64
conditio impedit matrimonium 519.6
conditionalem admittẽdo resignationem quomodo Papa quadam reijciat capita glo. 4. regul. cancel. de publicand. resi. 355.
conditionalis resignatio fit corã Papa. 322.1
conditionalis clausula in signatura, an possit dispositiue extendi in bulla 95.7. & 8.
conditionaliter derogat Papa iuripatronatus laicorum 110.31
conferendi generali potestas data non sufficit 37.3. & seq.
conferendi verbo comprehenditur omnimoda prouisio 41.49
conferendi potestas specialiter dari quomodo intelligatur 42.58
conferens vt vicarius cum non esset, tenetur ad damna & interesse 56.239
conferre valens an possit & commendare. 46.119
conferri bulla & signatura quomodo debeant, & produci 97.13
confert interdum ipse Papa, si neutri litigantium sit ius quæsitum 165 4
confessio aduersarij non dat titulum 173.4
confirmari potest inualidus contractus quatenus fiat absq; præiudicio tertij 208.33
confirmatio reseruationis legati vel recepto-

nis in canonicum facta per Papam, quomodo sit expedienda 73.49
confirmatio quid differat à perinde valere 205.4
confirmatio & noua prouisio non dantur, nisi in tribus casibus 125.14
confirmatio in beneficialibus non datur à Papa, sed perinde valere, quod differt 205 3. & seq. in rescripto perinde valere 205.5
confirmatio pensionis ab ordinario imposita non solet à Papa dari 75.17
confirmatio non habet locum in pensionibus beneficiorum 150.12
confirmatio concordia inter partes à Papa quomodo fiat 125.24
confirmatio electorum spectat ad capitulum sede vacante, quia est iurisdictionis 163. 88. & seq.
confirmatio vnionum solemnitatem requirit, sicut suppressio, glo. vlti. regu. cancell. de vnionibus 188
confirmationes et consecrationes episcoporum non fiunt à vicario sine speciali mandato 39.32
congrua portionis clausul. 190.21
coniugatus & illegitimus beneficia obtinere non possunt 25.46
coniugatus quando simul vxorem & beneficium habere possit 372.43
coniugi confitenti impedimentum non statur 174.5
consanguinitas inducit præsumptionem contra permutationem 355.45
consanguinitas quid sit, glo. 4. regul. cancel. de dispensatio. in gradi. cõsangui. 374. et 519
conscribi pro intitulari in aliquo beneficio 81.4
consecrationem vicarius exequi non potest, nisi sit episcopus 40.35
consecrare ecclesias est ordinis episcopalis, ideo id vicarius facere non potest 51. 170
consensu trium patronorum interueniente, & duorum dissensu quomodo prouideatur 108.11. & seq.
consensus partium an credendum sit signaturæ 120.11. & seq.
consensus patroni an requiratur in permutatione 110.40
consensus partium imperfecta reddit perfecta 120. 16
consensus præstiti tempus attenditur in resignatione 338.3
consensus dies attenditur in resignationibus 371.27
consensus vel ante, vel post vnionem sufficit 190.20
consentire ratione vicariatus generalis in multis casibus potest vicarius 45.96
conseruãtur beneficia per dispensationẽ 238.1
conseruandi virtus non minor quàm acquirendi 205.1
consilium quid est 412
consilium absentis aliàs requisitum an sit expectandum 44.95
consistorialibus in beneficijs an detur subrogatio 228.7
consistorialis vnio non patitur derogationẽ, gl. 10. regul. cance. de vnionibus 186
constitutio quid sit 440
constitutio vicarij generalis in spiritualibus & temporalibus specialiter & expressè ad conferendum, an valeat 38.9
constitutio procuratoris facta metu ad resignandum beneficium an valeat 511
constitutus procurator ad resignandum coram Papa, non poterit coram ordinario resignare 320.21
constitutus procurator ad resignãdũ in fauorẽ, si resignet simpliciter, an valeat 230.23
consuetudine, præscriptione, vel priuilegio quæ situm iurispatronatus an exigat derogationem 113.70. & seq.
consuetudines recipiendi prouisum adrogare non intendit Papa in verb. vt moris est, in formula noua prouisio 143
consuetudo quando absentem excusat à residendo 208.65
consuetudo promouendi ad sacros extra quatuor tempora non valet 289.14
consuetudo impetrandi beneficia viuorum non valet 225.42
consuetudo vt quis possessionem capiat ante administrationem valet 334.46
consuetudo regni vt episcopus ante fidelitatẽ Regi factam non administret ibid. 48
consules, scabini, & alij magistratus quid iurare debeant 407
consulendi periti super bulla vtiliore impetratione in verbo, perinde etiam valere. in tertia pate signaturæ 107
continere quid debeat signatura 85.15
cõtinuo ad fidẽ redire debet hæreticus 320.8
contractus, do vt facias, an liget superiorem in beneficialibus 501
contradictio vnius vitiat vnionem 187.4
contradictores qualiter sint compescendi ab executore Papæ in verb. contradictores, &c. in formul. noua prouisio. 14.3
contritione sola an peccata deleantur 529
conualescat ne collatio beneficij viuentis, qui postea mortuus est 227.64
consentio omnis in beneficijs absque auctorita te

ritate Papæ reprobatur 126.35
conuentio partium cum beneplacito Papæ an obliget 322.36
conuentionalis simonia an priuet ipso iure beneficio 330.9
conuentualis prior etiam commendatarius promoueri tenetur intra annum 294 5
conuentione à Papa approbata an liceat partibus discedere 126.28
conuentiones quæ & pactiones inducant simoniam 330.9
conuentionibus partium Papa nullo modo stare tenetur 324.30
corã laico facta resignatio an noceat 316. 13
corpus signaturæ quid dicatur 85.21
correctio bullæ quando parti noceat 150.8
correctio bullæ propter omissionem an concedatur 254.11
creari quomodo debeat expressè canonicus in signatura 118.3
creatio in canonicum ad effectum fit à solo Papa 68.37.& seq.
credatur quando soli signatura 119.2
crimen depositione dignum committens an dicatur intrusus. 218.13.& seq.
crimina quæ quis potest emendare, non corrigit, ipse committit 407
crimina grauia prohibent ordinari 292.6
criminali processu pendente quo ad priuationem non impetratur si neutri 167.30
cura iurisdictionalis non est exprimenda, in ver. etiam situationis 115.4
curata beneficia vacantia in curia sede vacante, possunt etiam ante mensem conferri ab ordinario 113.73
cura non intelligitur nisi exprimatur, in verbo. etiam si curam, &c. 259
cura quando quis dicatur habere 3 01.66
curata ecclesia non parochialis non adstringit quem ad promouendum intra annum. 300.60
curati beneficij quomodo sit habenda mentio. 116
curati beneficij qualitate omissa quomodo validetur impetratio 206.11
curatorum duorum simul an valeat collatio facta ab ordinario 32.15
curatorum plurium dispensatio non includit dispensationem simplicium 249.65
curatum esse beneficium non præsumitur. 6.11
curatum obtineri non potest ex dispensato ad beneficia, nec plura dispensatus ad vnum. 273.50
curatum habere non licet monacho sine dispẽsatione 278.5
curatus primus debet consentire ædificationi secundæ parochialis 196.4
curatus verus quis dicatur 298.36
curia Romana ibi est, vbi est Papa. 500


D


Data prima signaturæ attenditur in hoc scripto 137.21
Data mandati inspicitur 69.52
Data postrema est pars signaturæ 149.24
Data parua qd cõtinere dẽat 83.2. & 497.
Datarius secretus sit, alias punitur, in fine eodem. ibid.
data omissio in bulla purgatur eam rescribendo 149.26
Data eiusdẽ collationes quæ pferãtur 83.29
Decanatus nomine venit ruralis. in verb. aut dignitates, &c. 258
Decani, & Præpositi an priuentur per non promotionem. 294.9
Decani, Præpositi, & Archidiaconi non priuantur ob non promotionem 297.30
Decennio perditur priuilegium consistens in faciendo 65.41
Declaratio reg. de public. gl. 2. reg. can. de public. resign. 356
Declaratio Papæ non tollit ius quæsitũ, gl. 1. de non tollen. ius quæsi. in regu. cancel. 168
Declaratio gratiæ retrotrahitur, glo. 5. 169 & sequent.
declaratio Papæ qũo non recipitur circa substantiã gratiæ, sed bene circa accidẽs 179
declaratio Papæ vltra contenta in gratia an recipiatur ibid.
declaratio vacationis inducitur per Papæ prouisionem 302,79
decreti clau. quid prosit, in verbo, nos enim, in form. non prouis. 146
decretum irritans in cõtrariũ factũ 213.24
defectu vno concesso rescribi, non veniunt alij 150.7
defectus omnes exprimendi in perinde valere 208.39
defectus qualis in bulla recipi possit 123.18
defectus natalitiũ in bulla omissus, an eam vitiet 254.14
defectus mandati non solet per literas confirmari 582
defectus iurisdictionis non solet per literas sanari. ibid.
defectus supplendi regula 514
defensor vacante sede datus reuocat vnionem. 192.13
deformitas aut scandalum prohibet membris debilitatum ordinari 302.10
deformitas parua non prohibet quem ordinari ead. 12

*delegato iure competentia episcopo non transeunt in capitulum* 161.68
*deleta in signatura pro non scriptis habentur* 118.10
*delicto interuenientes ad quē fiat deuol* 157.19
*delicto perditur priuilegium.* 65.43
*delictum depositione dignum commissum a vicario impedit eum suo fungi munere.* 54 209
*delphini in Delphinatu authoritas.* 413
*denominatio beneficij in signatura quomodo verius exprimi possit in bulla, in verb. denominationum.* 113
*dependens beneficium facultas exprimendi. in verb. dependentium* 118
*dependentem à monasterio prioratū impetrās monachus an egeat translatione* 109.20
*deponendus est presbyter corrumpens eam, quam in confessione audiuit* 376.19
*derogari an huic regulæ possit, & à quo.* 340.24
*derogatio in præiudicium tertij toleratur in leuibus & paruis* 171.15
*derogatio iusta non est vtilitati publicæ contraria* 341.33
*derogatio priuilegiorum ordinis Cluniacen. in signatura non valet, nisi cum isto verb. latissimè extendenda. in verb. ac constitutionibus* 268
*derogatio regul. de verisimili notitia quomodo fiat* 152
*derogatio huius reg. an recipiatur* 365.18
*derogatio generalis non sufficit ad impetrandum vtentis beneficium* 227.68
*derogatio iurispatronatus laicorum quomodo limitetur* 110.38
*derogatio nec mentio patronorum laicorum exigitur vbi eorum consensus interuenerit* 112.65
*derogatio statutorum, priuilegiorum, & indultorum fit* 117.1
*derogatio in literis executorijs an prosit. ibi.6*
*derogatio regularum cancellariæ est exprimenda* 118.8
*derogatio regu. de annali possessore in verb. ac regul. de annal. possess.* 233
*derogatio ad regulam cancel. & capit. 2. vt lite pendente. in 6.* 212.10.& 13
*derogatione regul. de 20. diebus omissa iuuat perinde valere.* 208.43
*derogationes quæcunque dātur in gratia, si neutri* 167.37
*derogationum & expectatiuarum derogatio quomodo intelligatur. in verb. sed nullum præiudicium* 144
*derogatur constitutioni Bonifacij, & regulis cancel. in verb. non obstantibus* 144
*derogatur iuri patronatus laicorum in vacantibus per constitutionem execrabilis* 110.37
*derogatur in signatura quibuscunque contrarijs in verb. cū derogatione p̄missorū* 107
*derogatur regulæ de subrogandis collitigantibus* 227.1
*decentionis etiā prætextu ponitur clausu. Dummodo tempore date &c.* 113
*detentoris etiam ratione ponitur hæc clausu. Dummodo* 139.9
*deuoluitur collatio ad eum episcopum in cuius diœcesi situ est illud beneficiū* 158.39
*deuoluta ad episcopum non amplius deuoluū tur ad capitulum* 157.22
*deuolutio quando locum habeat.* 155. *& intra quod tempus beneficia iure deuoluto sint conferenda, n. 2. & sequenti, & gradatim fit. n. 7*
*deuolutio fit cum suis qualitatibus* 195 140 159.
*deuolutio iure etiam cōferre poterit vicarius* 4488
*deuoluto iure facta collatio ante deuolutionē nulla est* 158.32
*deuolutio quare inuenta* 156.8
*deuoluto iure confert Papa* 160.51
*deuoluto iure an capitulum possit conferre se de vacante* 163.92
*deuoluto iure patronatus ad Papam non est opus derogatione* 109.16
*deuotus quis dicatur in verb. deuotus* 88
*dictiones numerales, & vt scribi solita in lit. apost.* 460
*dictiones, sita tamen prouiso, & dūmodo aqui parantur. gl. prouiso, in bulla dispen. ratio. ætatis* 269
*dicto partis creditur ex collitigātis consensu* 120.17
*dies consensus non computatur, nec de momēto ad momentum* 345.9
*dies exprimendus est in collatione* 31.29
*differentia inter beneficium & sacerdotium. in procem.* 1. & 2
*differentia horum verborum vt asseris, vt asseritur, vt accepimus, in verb. vt asseris.* 154
*differentia inter clausulam vt verus valor exprimi, & quòd verior valor augeri possit. in verbo fructum* 116
*differentia inter vicarium & delegatū* 33.6
*differentia inter perinde valere, & Si neutri.* 207.26
*differentia inter rescriptum perinde valere, & rationi congruit* 237.20
*differentia inter dispensationes Papæ & summi pœnitentiarij* 243.36

differentia inter rescripta, si alteri, si neutri, & si nulli 165
dignitas principalis vel maior non dicitur deuoluta 94.5
dignitas maior uut principalis an possit exprimi vi clausulæ. Quod qualitates exprimi possint 114. & seq.
dignitas in signatura expressa intelligitur de non curata 136.14
dignitas in beneficijs personatus & officium quomodo capiantur 6.7
dignitas ecclesiastica non est incompatibilis cum vicariatu episcoporum 37.7
dignitatem habere dicitur vicarius epīscopi ibid.4
dignitatem collegiatam habens licet curatam non priuatur ea per non promotionem. 297.28
dignitatem habens cum canonicatu qualem habeat distributionem. verbo in cathedralibus 293
dignitates aut curata beneficia exigunt 25. annum 253.3
dignitates etiam comprehenduntur in regul. de 20. diebus, gl 5. regul. de infirmis beneficia resignantib. 343
dignitati vel alicui officio dari potest ius & potestas conferēdi certū beneficium 35.27
dignitatis nomine non venit dignitas curata. in verb. aut dignitates 258
dignitatis nomine non venit dignitas aut canonicatus ecclesiæ cathedralis. in verb. in cathedratibus ead.
dignitatis erectio in ecclesia cathedrali quomodo fiat titu. de erection. in collegia 196
dignitatum temporalium capax an sit illegitimus 270 18
digno an possit conferre, qui prius indigno contulerat 48 146
dignum arbitramur rescriptum quare sic vocatum 81.2
dignum arbitramur rescriptum est ad vacatura, & quid in eo mandetur ead. 1
diminutio vlla beneficij fieri non debet in eius collatione 22.6
dimissi loco aliud beneficium capere non potest illegitimus prætextu suæ dispensationis 257.81
dimissi beneficij loco quomodo nō liceat aliud habere 267 5
dimissi beneficij loco vel dimissorum quomodo liceat alia capere, & coram ordinario fiet dimissio in verb. & loco dimissi vel dimissorum 265
dimissio simplex beneficij quomodo fiat. 264.9
dimissoriarum vi clericatus confertur à non suo episcopo 13.6
dimissorias literas & commendatitias concedendi potestas specialiter est exprimenda in vicariatu 41.47
dimissoria speciales quæ & generales 12.2
dimissoria litera an morte concedentis extinguātur, & quid vno ordine suscepto 16.39
dimissoria litera quæ dicantur. glo. 3. reg. cancel. de cler. ad sacros ord. &c. 290.477
dimissoria litera concedūtur à capit. 161.67
dimittens beneficium resignare illud videtur. glo. 6. reg. canc. de infir. benefic. resig. 343. & seq.
dimittere potest quis pluries ex dispensatione beneficia, & alia obtinere in verb. quoties tibi placuerit 265
dimittere astrictus beneficium, quod non dimittit, an vacet. in verb. quoad vixerit. 269
diœcesis impetrantis exprimenda est in impetratione. in verb. Magalon. 88
diœcesis aut prouincia non exprimitur in dispositione signaturæ. in verb. eiusdem diœcesis 89
diœcesis beneficij est exprimenda 88
diœcesis expressio quomodo mutari possit in verb. diœcesis 117
diœcesis in qua situm est beneficium vnitum, episcopus reuocat vnionem 192.18
dispensandi data potestas intelligitur cum qualificatis 244.47
dispensandi potestas non transit cum generali mandato 40.44
dispensare super ætate quis possit 24.41
dispensare potest vscarius capituli cum scholastico de non promouendo 161.64
dispensare circa pluralitatem beneficiorum & alios defectus, quis possit 241.21
dispensat Papa de retinendis beneficijs sub patronatu laicorum existentibus 109.22
dispensatio ad duo beneficia non extenditur ad dignitates 4.15
dispensatio vt titulo obtentum beneficium de cætero teneatur in commendam 178.47
dispensatio quid sit, & dispensare 238.1. & 2
dispensatio in gradibus affinitatis 518
dispensatio secunda desiderat expressionem primæ 239 24
dispensatio prohibetur vicario certis in casibus, licet concessa sit episcopo 41.46
dispensatio ad duo beneficia patronata valet absq; patroni consensu 110.29
dispensatio non inducitur per clausulā, Quod obstan. 101.18
dispensatio non valet sine expressa mentione qualitatis 121.29

*dispensatio retinendi plura beneficia non inducitur per hanc clauſ. pro expreſſis niſi ex preſſe dicatur* 136.11
*dispensatio per ſignaturam valet etiam literis non confectis.* 245.62
*dispensatio an admittatur contra regul. de verisimil. notitia* 151.4
*dispensatio vocatur gratia* 250.79
*dispensatio intelligitur pro qualitate dispensati, in verbo, Etiam ſi ſunt* 260
*dispensatio ad petitionem non motu proprio conceditur glo. tuis in hac parte, de dispensation. ratione atatis* 255
*dispensatio contra ius naturale quando dicatur* 523
*dispensatio vt quis retineat duo, quid operetur. in glo. & inſimul. de dispen. ratio. etatis* 262
*dispensatio ſine cauſa an valeat* 244.51
*dispensatio perperam conceſſa ad inferos deducit* 250.84
*dispensatio eo tempore facta quo iniuſtè beneficium detinebatur, an trahatur ad idem poſtea iuſtè obtentum* 286.9
*dispensatio de non promouendo & per breue & per ſignaturam conceditur* 394.30
*dispensationem ſufficit etiam in minimo prodeſſe* 2388
*dispensationem exceſſiuam prædeceſſoris Papa non expediet ſucceſſor* 236.12.13
*dispensationes habentur pro expreſſis vt clauſ. necnon omnia* 67.14
*dispensationis iam habitæ & beneficiorum expreſſionem quomodo effugiamus. in verbo, ac huiuſmodi dispenſationum* 137
*dispensatus ad duo curata an vltra poſſit habere prabendam, cui ſit annexa cura. in verb. cum annexis* 140
*dispensatus vt in cathedralibus duo poſſit obtinere, uon potuit in Metropolitanis, verb. etiam ſi ſint* 260
*dispensatus ad quacunq; regularia, non poterit obtinere beneficia Sancti Ioannis, nec diui Antonij* 261
*dispensatus ad duo quando illa dimittere poſſit, & alia duo habere, in verbo illaq; ſimul dimittere* 264
*dispensatus ad duo an intelligatur de obtentis, gl. cõferãtur, de dispen. rat. etatis* 262
*dispensatus quatuor probat, glo. necnon, de dispen. ratione atatis* 255
*dispensatus ad duo intelligitur ſi ea canonicè conferantur ei, in verb. ſi tibi* 261
*dispensatus legitimè tutus eſt vtroque foro, in verbo licite* 263
*dispoſitio in ſignatura regulatur ſecundum ſupplicationem partis* 119
*dispoſitio vocatur tertia pars ſignaturæ, in prin. 3. partis ſig.* 99
*dispoſitiue vel cõditionaliter exprimere quid ſit* 105.5
*diſſimile beneficium quomodo liceat habere loco dimiſſi, in verb. vel diſſimile* 265
*diſſimilium beneficiorum valet permutatio* 355.49
*diſſoluitur vnio tendens in præiudicium eccleſiæ* 191.3
*diſſolutio vnionis ex non ſoluta penſione* 191.24
*diſſolutioni vnionis conſentire ſapit reſeruationem* 193.36
*diſtributiones quando præſentibus canonicis accreſcant* 304.10
*diuerſitas ſcripturæ quando vitiet literas Papæ* 147.2
*diuidua bullæ pars incongrua non vitiat totam bullam* 149.21
*diuino iure prohibita non poſſunt remitti per diſpenſationem* 239.21
*diuiſio bullæ in ſeptem partes, tit. noua prouiſ. forma* 130
*doctor vel ſcholaſticus an exprimi in impetratione debeat, in verb. Magalonen.* 88
*doctor iurium non poteſt dici, qui in altero tantum eſt* 208.42
*doctos vt quis fiat, per breue quando concedatur* 395.43
*doctoris titulus non datur religioſo* 279.27
*doctorum clau. in princip. bullæ poni ſolita* 132.17
*dolo reſignatio facta an ſit nulla* 321.4
*dolus multipliciter dicitur* 510. *& an vitiet actum in ſpiritualibus. ibid. & ſeq.*
*dolus vicarij non nocet Epiſcopo, niſi Epiſcopus conſentiat, & ratum habeat* 38.13
*dolus in ſpiritualibus an vitiet* 327.6
*domicilium nanciſcimur in loco beneficij* 208 74
*dominus non tenetur de ſeruo cõmuni opinione bono, qui poſteà fuit corruptus* 52.188
*domus presbyteralis ingreſſus an requiratur in poſſeſſione capienda* 60.33
*donare & retinere prohibitum eſt, gl. prima, regul. de public. reſignationib.* 366
*donatio principis intelligitur ſine præiudicio tertij* 170.3
*donationis non inſinuatæ confirmatio, à Rege an præiudicet hæredibus* 172.26
*dubitare dicens de viribus collationis an poſteà poſſit dicere de facto* 206.18
*dubitatio allegata in ſignatura non poteſt omitti in bulla* 124.4

*dudum, nuper, olim, quid importent* 173.4
*duæ dispensationes an concurrere possint, in verb. si tibi* 261
*duę signatura circa idem beneficium an per vnam bullam possint expediri eas coniungendo* 103.12
*dummodo tempore data præsentium, &c. in scriptur in bulla, licet non fuisset in signatura* 138.1
*duo beneficia non possunt eidem conferri, sicut nec commendari* 178.64
*duo curati in solidum in vna ecclesia an esse possint* 301.69
*duo tantum incompatibilia comprehenduntur sub dispensatione ad quotcunque, in verb. etiam si curam* 259
*duo collegia, officia, & honores non possunt simul teneri* 240.6
*duo tantum beneficia possunt in bulla exprimi ui clauſ. Quod obſtan.* 100.9
*duobus quomodo idem beneficium conferri possit* 347.7
*duobus vt plurimum tantum rescriptis gratia ad vacatura vtuntur hodie Galli. de nominationibus* 81
*duodecim persona ex veteri testamento nubere prohibitę, an dispensentur* 380.13
*duplex fiat quando subscribendum* 98.20
*duplex requiritur dispensatio in vitiato corpore, & ad ordines, & ad benefic.* 284.9
*duplicata non debet concedi signatura* 85.19

E

EBrius an possit effici sacerdos 292.8
*Ecclesia an temporalia bona habere possit* 427
*Ecclesia quam succursum dicimus* 526
*Ecclesia militās vnū corpus est mysticū* 529
*Ecclesia sæpe pro beneficio capitur* 5.9
*Ecclesiasticum beneficium non dicitur ante Episcopi approbationem* 5.10
*ecclesiasticus patronatus non eget derogatione* 118.6
*ecclesiasticus patronus quis dicatur, & quomodo differat à laico* 20.5
*ecclesia certa ratione dispensatus de non promouēdo nō intelligitur quo ad aliā* 286.5
*aditui seu operarij ecclesiarum an sint patroni ecclesiastici* 20.6
*effectus gratia ne frustretur inductum est hoc rescriptum* 236.17
*effectus translationis* 198.16
*effectus dissolutę vnionis* 193.38
*effectus dispensationis* 245.61
*effectus vnionis* 184.49
*effectus breuium qui sint* 397.67
*effranatum numerum beneficiorum Papa nō censetur habere pro expresso, vi clauſ. nec nē non omnia, & singula* 67.17
*electa est industria Curati, ideoque per se ipsum seruire tenetur* 304.20
*electio quid* 19.1
*electio & confirmatio quomodo concurrant in capitulo* 163.91
*electio propriè exigit confirmationem* 19.3
*electiones Abbatum non solent a Papa confirmari* 125.20
*electiua dignitas non comprehenditur sub mandato* 68.35
*electiua beneficia non comprehenduntur in dispensatione, nisi exprimantur, in verb. & ad prioratum* 260
*electo nondum confirmato datur simplex prouisio* 127.47
*electus administrains ante confirmationem, est intrusus* 218.7
*electus ad beneficiū nō vacās punitur* 224.33
*electus ante confirmationem non debet administrare* 58.10
*electas non aget possessorio ante confirmationem* 372.37
*eodem die facta collatio quo reuocatio, an valeas* 371.25
*episcopalia iura præscribere possunt inferiores* 182.33
*episcopalis ecclesia in Metropolitanam quando possit erigi* 194.3
*episcopatum viuentis vel aliud beneficium nullus impetrare potest* 225.44
*episcopatum adeptus dispensatur ad retinendum priora beneficia* 209.77
*episcopatus non nisi coram Papa est resignandus* 335.11
*episcopatus & Abbatię subduntur regul. de 20. diebus* 338.5
*episcopatus & dignitates consistoriales non continentur in hac regula. gl. 1. regul. de publicand. resignationibus* 356
*episcopatus Abbatiæque non vacant per non promotionem* 296.91
*episcopatus vel archiepiscopatus non venit nomine dignitatis* 2604. *& seq.*
*episcopatus non vacat per adeptionem alterius beneficij* 268.11
*episcopatus & alia beneficia vniri pñt* 180.3
*episcopi potestas* 455. *& seq.*
*epi consensus post vnionem sufficit* 188.21
*episcopi quo die ordinandi* 475
*episcopi seu capituli est reuocare vnionē* 191 11.15. *& seq.*
*episcopi vicarios constituere debent* 3.138
*episcopi ad capitulū non fit deuolutio* 157.23
*epi creant vicarios ad beneplacitum* 55.224

episcopi collatio præcellit collationem vicarij eiusdem 83.30
episcopi est approbare erectionem nouæ parochialis 196.9
episcopi non dispensant nisi in casibus à iure permissis 242.26
episcopi seruitio impediti lucrantur fructus. 306.25
epi secularia negotia nimis curantes 303.5
episcopi an hodie constituere possint pensiones 76.29
episcopi non dispensant cum illegitimis ad pensionem 274.70
episcopo præsente an eius vicarius suo fungatur munere 52.187
episcopo renunciante episcopatui, aut translato reuocatus cẽsetur eius vicarius 55.219
episcopo non licet mutare statum ecclesiæ, sine autoritate Papæ 195.11
episcopo subest necdum clericus, sed etiam laicus 14.15
episcopo recusante instituere præsentatum fit deuolutio 20.9
eeiscopus an habeat potestatem dispensandi cum illegitimis ad promouendum. 40.42
episcopus præuenit in conferendo suum vicarium 44.89
episcopus dans potestatem cõferendi indigno, habetur ac si ipse idem hoc fecisset 48.142
episcopus tenetur ad damna data per suos officiales 52.188
episcopus conferendo beneficium aufert potestatẽ vicario illud idẽ conferendi 55.215
episcopus ex officio coget possessorem beneficij suum exhibere titulum 82.20
episcopus tenetur ei prouidere quem promouit 78.1
episcopus indignus meretur decapitari, nisi in uitus fuerit ordinatus 28.16
episcopus constituendo vicarium narrat occupationes suas 34.11
episcopus an teneatur de euictione beneficij 341.37
episcopus quibus possit conferre tonsuram, seu clericatum 8.19
episcopus originis concedit dimissorias & in inferiore quid? 13.6
episcopus nisi ritè promotus non potest ordines conferre ibid.2
episcopus an teneatur inserere causam in suis literis dimissorijs 15.28
episcopus qua concessit, reuocare potest re integra 17.44
episcopus quomodo teneatur recognoscere suũ episcopatum à Papa, dicendo Sanctæ sedis Apostolicæ gratia 10.4
episcopus uniendo ecclesiam an videatur remisisse sua iura 188.14
episcopus unit beneficia suæ diœcesis 181.22
episcopus cogitur unire ex caussa 183.42
episcopus reuocat unioneus etiam à Papa factam 192.16
episcopus dispensat ex necesiitate circa plura curata 242.30
episcopus ex necessitate dispensat ad regularia 243.34
episcopus dispensatus ne consecretur, videtur quoque dispensatus ad retinenda priora beneficia 249.74
episcopus an teneatur dispensare 250.80
episcopus durante reseruatione seu deuolutione administratorem ecclesiæ præficere potest 23.20
eoiscopus non dicitur in bulla familiaris cardinalis, quia maior est, in verbo & annexorum 115
episcopus an de patroni consensu possit derogare statutis fundationis 111.46
episcopus quando possit dispensare super matrimonio 359.57
episcopus quomodo post collationem vi resignationis conferat per mortem 348.15
episcopus dispensat super tonsura & beneficio simplici cum illegitimo 270.8
episcopus aut Abbas bullis suis nondum receptis, an possint conferre 332.25.&seq.
episcopus in sua diœcesi situm beneficium permutatũ confert, & quid in exẽptis. 352.20
episcopus dispensatus de retinendis suis beneficijs an si transferatur gaudeat hac dispensatione 267.6
episcopus dispensat de dignitate cum existente in 20. anno, in verb. aue dignitates 258
episcopus electus & confirmatus, non tamen consecratus, an possit indulgentias concedere 533
episcopus fauore studij dispensas, in verbo, ac in vniuersitate 255
episcopus suos canonicos excusare potest à residendo, non alienos 306.40
equorum lacryma & præsagia 416
equus Alexandri qualis ibid.
æque principalis duarum ecclesiarum vnio. 181.15
electio ecclesiæ primaria spectatur in exprimẽdo nomen sancti, in verbo Sanctorum 89
error diœcesis quando vitiet in verb. eiusdem diœcesi. ibid.
error in exprimendo nomen defuncti an vitiet impetrationem, in verbo Ludouici 90
error in nomine canonici defuncti, & alterius beneficiarij 114.2

*error per cuius mortem uacauerit beneficium suppletur per clauſ. Aut ex alterius cuiuſcunque perſo. in forma ſignn.* 92
*error pdefuncti Papæ an poſsit corrigi* 119.17
*error quando vitiet matrimonium* 375.3
*error in ſignatura corrigitur in bulla* 260.3
*ætas in ordinibus requiſita* 24.36
*ætas à quo probanda ſit* 35
*ætas quando verior exprimi poſſit in verb. Qualitatum* 114.5
*ætas expreſſa non mutaturin verb. aliorũ* 117
*ætas legitima & literatura deſideratur in promouendis* 10.13
*ætatis diſpenſatio, aut alia non datur in literis in forma pauperum* 79i10
*ætatis ſubreptio purgatur per perinde valere* 206.10
*ætatis vel natalium defectu tacito et tandem perceptis fructibus, quid agẽdum* 210.63
*euictio an debeatur in beneficijs permutatis* 353.25
*euocari poſſeſſorem oportet intra ſex menſes, glo.* 14. 233
*euacationis reſcriptum annullatur ob ſurreptionem* 71.11
*euſebius translatus in Alexandriam* 197.10
*examinandi quomodo ſint, qui promouentur, & ſuper quibus* 292.12
*examinandus a quo ſit pauper promotus.* 76 11
*examinare non debet epiſcopus eum quem ipſe ordinauit* ibid.11
*examinare debet vicarius præſentatos, antequàm eos inſtituat* 44.85
*examinare debet præſentatũ inſtituens* 20.10
*examinari cur pauperem clericum in literatura mandet citius Papa quàm in alijs* 76.12.& 14
*examinari graduati vel nominati non debẽt ab epiſcopo* 80.4
*examinari debent ordinandi* 292.10
*examinatio ordinandorum ad quem ſpectet* 293.14
*excommunicare quomodo poſſit officialis capituli* 161.63
*excommunicare ne quis poſſit qualiter concedatur in verb. Seu ſi venerabili fratri* 145
*excommunicati collationem acceptans eſt intruſus* 218.12
*excommunicati ſunt mortui ciuiliter in verb. dilecto filio* 130
*excommunicationibus à duabus abſoluit Papa per verbum fiat, in verbo Datũ* 121.26
*excommunicatum ſcie ignorãs epiſco. & eius vicarius an poſſint conferre* 55.218
*excommunicatus non gaudet eccleſiæ immunitatibus* 402
*excommunicatus collator nõ confert nec eius vicarius* 21.1
*excuſatus de non reſidendo fructus lucratur* 305.22
*executio diſpenſationis non exigit ipſius diſpenſationis expreſſionem* 240.26
*executio ordinis interdicitur promotis per ſaltum* 289.16
*executor certus eſt deſignãdus in bulla* 141.3
*executor datus à Papa poteſt vnum vel plures ſubdelegare, & quos in verb. quatenus per ſe vel alium* 141
*executor in poſſeſſionem inductum hodie in Francia non defendit, in verb. & defendant inductum* 142
*executor excommunicatus conferre non poteſt in verb. per ſe vel per alium* 141
*executor bullæ quo modo publicationem facere debeat* 361.10
*executores plures quomodo inuicem ſubdelegentur, in verbo quatenus ipſi duo* 141
*executores bullarum qualiter cognoſcant in quoſcunq; impedientes, in verb. contradictores &c.* 143
*exẽptio ab ordinario per breue aatur* 396.54
*exemptis regularibus quomodo fiat deuolutio ad epiſcopum* 158.37
*exemptis an epiſcopus conforre poſſit tonſuram* 8.22
*exemptio epiſcopo, fit deuolutio ad Papam* 158.36.
*exemptorum vnio ad ſolum Papam ſpectat* 192.22
*exhibendum eſt procuratorium* 321.27
*exnunc & extunc quid ſignificent, in verb. tecum, vt exnunc* 256
*expectantium plurium eiuſdem datæ vni gratificare poteſt* 106.4
*expectatiuæ gratiæ quæ dicantur* 78.3
*expectatiuæ inducunt votum captanda mortis, & infinita alia mala* ibid.4
*expectatiuæ gratiæ habentur pro expreſſis vi clauſu. necnon omnia, 67.14. & in verbo, Necnon, in forma nouæ prouiſionis* 135
*expectatiuæ loco nominationum olim concedebantur, titul. de nominationibus* 81
*expectatiuæ in forma pauperum an inuentur per perinde valere* 206.17
*expenſas à quo tempore debeat ſubrogatus* 215.47
*expenſa in beneficio poſt priuationem facta repetuntur* 315.66
*expreſſa reſignatio duplex eſt* 315.2
*expreſſa diſpenſatio quid ſit* 239.19
*expreſſio eorum, qua tacitè inſunt nil operatur*

ratur 63.18
expreſſio etiam eorum, quæ pro expreſſis fuerant habita non vitiat 135.3
expreſſio fieri poteſt, non omiſsio, in verb. maior in 3. parte ſigna. 117
expreſsio ſit dupliciter, aut conditionaliter, aut diſpoſitiue, in uerb. generaleus reſeruationem 105.5
expreſsio beneficiorum in prima prouiſione an ſit repetenda, in perinde valere 209.47
exprimenda quæ ſint in clau. perinde valere. 208.37
exprimenda quæ ſint in impetratione beneficiorum vltra clauſulas 101.19
exprimenda ſunt illa in Rationi congruit. quę in noua prouiſione 236.15
exprimeada quæ ſint impetranti beneficium poſſeſſoris annalis, gl. 1 reg. cancellar. de anna poſſeſſo. 229
exprimenda in vnionib. glo. 5. regul. cancell. de vnionib. 184
exprimere in bullis iuſpatronatus laicorum pracisè quando quis teneatur 110.32
exprimere debet impetrans ſua beneficia coram Papa, vel eius legato, ſed non coram ordinario 101.22
exprimi poſſunt in bulla beneficia rõne clauſ. Quod obſtan. oratoris 99.3. & ſeq.
extendi quando poſsit diſpenſatio 249.70
extenditur diſpenſatio av conſecutiua inſeparabilia, non ad alia 249.75
extenſio quando in bulla fieri poſsit, in verb. & annexorum 115.6
exteri ſeculares de Regis conceſsione teſtantur 381.3
exteri quare prohibeantur habere prælaturas & beneficia in Regno 381.7
exteri quomodo diſpenſentur 384.18
exteri non poſſunt habere beneficia in Regno, niſi ex Papæ & Regis conceſsione 381.5
exteris non prouidetur, niſi prouiſo quòd degnant in Regno 384.17
extero an facta diſpenſatio a Papa valeat, glo. 1. ibid. 404
extero ignoranti idioma patrię quomodo ſuccurrat perinde valere 206.14
exterus ſua parochia vicarium præficere tenetur 307.49
extincta gratia non expeditur per rationi congruit 236.5
extra diœceſim an conferre poſsit vicarius. 56.227
extra conuẽtum an debeat ali ſecularis oblatus a Rege monaſterio 385.36
extraneo beneficij collatio facta an valeat, gl. 1. reg. can. eod. 382
extrauagans, execrabilis declaratur in verb. aut per conſtitutionem 93
extrauagantes non includũtur ſub derogatione generali, in verb. vel aſſecutionem 138

F

Fabrica cura ex conſuetudine ſpectare poteſt ad parochianos 166
Facilius diſpenſat Papa in ruralibus quàm in beneficijs ciuitatũ, gl. aut dignitates 258
facto quando beneficium vacare cenſeatur. 25.57
facultas reſignandi an debeat continere defectum natalium 335.8
facultas non reſidendi à Papa, & ab ordinario datur 304.19
facultatem non reſidẽdi quis dare poſſit 208.75
falſa ſignatura quæ dicatur 85.20
falſa ex cauſſa facta vnio, quomodo reuocetur, glo. 9. 186
falſarius literarum Papæ non gaudet abſolutione ad effectum 134.13
falſarius literarum Papæ beneficium amittit 313.43
falſi pœna qualis 414
falſum vt quid dicatur, qua requirantur in iure ead.
falſum quando in beneficijs committatur 415
falſificatur potius priuilegium, quàm reſcriptum 63.24
falſitas citius præſumitur in literis gratiæ quàm iuſtitiæ 72.25
familiarem aut nepotem Cardinalis ſe falsò aſſerens, an gaudeat abſolutione ad effectũ 135.14
familiarem quem eſſe non probat Papæ declaratio, glo. 5. 169
familiarem Cardinalis ſe dicens quomodo eius nomen & titulum debeat exprimere, in verb. ſpecialiter 95.6
familiares Papæ qui dicantur, & Cardinalium, itẽ familiaritatis litera 448. & 489
familiaritate ceſſante ceſſat reſeruatio 445
familiares Cardinalium an ſubdantur regulæ de viginti diebus 338.6
familiari, aut famulo ſuo non originario Epiſcopus non confert tonſuram 8.24
familiaritatis expreſſio falſa quomodo purgetur per perinde valere 210.66
familiarium Papæ clauſul. in principio bullæ propriæ 131.10
familiarium Papæ ſeu Cardinalium beneficia quomodo reſeruata ſunt 74.3
fautores qui dicantur 407

*febris continua seu interpolata facit incidere in regulam, de viginti diebus* 338.6
*feuda potest acquirere legitimatus* 389.11
*feuda retinemus vi nobilitatis ibid.* 16
*feudi concessio ab Imperatore non valet in praiudicium agnatorum* 170.2
*fiat sine praiudicio quomodo intelligatur* 167. 27
*fiat, vel concessum, vt petitur prout de iure, quid importet* 126.31
*fiat motu proprio, quando subscribatur in supplicationibus* 96.3
*fiat in forma, vel concessum in forma quando ponendum in subscrp tione ibid.* 5
*fiat in signaturis cur Papa vtatur* 97.14
*fiat tantum subscriptum an sufficiat, an verò requiratur fiat, vt petitur.* 98, 25. & 493
*fiat, breuis responsio Papa ad omnia petita refertur* 98.27
*fiat vt petitur in titulum, quo ad religiosum non inducit dispensationem* 278.12
*ficta vacatio beneficij inducitur hic* 340.10
*fictio denotatur per hanc dictionem perinde.* 205.7
*fictum mandatum quando dicatur* 65.51
*fictus canonicat. & nullius momenti datus compermutanti inducit fraudis praesumptionem* 355.44
*fictus modus vacandi an comprehendatur vi clauf.* Siue alio quouismodo. *in verbo siue praemisso* 91.4
*filum sericeum in quibus literis sit assigendū, vel filum cannabis* 72.24
*filij haereticorum sunt inhabiles ad beneficia obtinenda* 312.25
*filij paternum sectantur vitium* 269.5
*filij Papa cur omnes vocentur, in verb. preter* 87
*filij legitimatio per patrem peti potest, aut per procuratorem, aut alium* 389.8
*filij legitimi nati post legitimationem an excludant legitimatos, per legem si vnquam* 390.19
*filij legitimatorū an succedere possint* 390.27
*filios quos vocet Papa, in verb. Dilec. filio* 130
*filius an possit habere beneficium in ecclesia, in qua pater est praefectus* 272.32
*filius absente patre potest experiri sine consensu patris* 44.94
*financiam debet effectus nobilis* 388.17
*fingitur vacatio per obitum, licèt verè vacet per resignationem, gl.* 15. 367
*finita lite per tres sententias an habeat locū subrogatio* 228.4
*finito per sententiam processu an liceat impetrare, si neutri* 167.29
*fontium baptismalium ambitus requiritur in possessione adipiscenda* 59.31
*fori contentiosi curam habens non tenetur promoueri* 297.32
*forma collationis et prouisionis ordinariorum* 28.1
*forma et tenor vicariatus Archiepiscoporum & aliorum collatorum* 36.1
*forma instrumenti missionis in possessionem.* 58.14
*forma noua prouisionis, in prin. tit. no. prouis. forma* 128
*forma & stylo curiae deficiente reformanda veniunt quacunq; rescripta* 150.11
*forma deficiente nulla est vnio, glo.* 9. 186
*forma breuis* 397.66
*formula dispensationis ad duo & super aetate* 250
*formula dispensationis de non promouendo.* 286.4
*formu. dimissoriarum literarum* 13.1
*fratres mendicantes non possunt constitui vicarij* 35.32
*fratricellorum haeresis* 406
*frigidi commendatarij siluas denudantes.* 176.66
*frigiditas an impediat matrimonium, et quo* 378.49
*fructibus retentis resignatio non valet.* 336 23
*fructibus priuandus est non residens, & peccat* 303.9
*fructus beneficij lucratur vicarius etiam non residen.* 33.5
*fructus retinere conferendo quando liceat Episcopo* 22.7
*fructus beneficiorum Francia quomodo exprimantur, in verbo Cuius, & illi* 139
*fructus beneficiorum an possint exprimi vi clauf. Quod obstant.* 100.7
*fructus non percipiens an dicatur pacifice possidere, gl. 6. de annali possesso.* 230
*fructus a praedecessore perceptos an subrogatus restituere teneatur* 215.46
*fructus beneficij indebitè capiens an priuetur ipso* 219.19
*fructus restituere tenetur simoniacus* 331.15
*fructus exprimendi in vnionibus, glos.* 8. *reg. cancel. de vnion.* 185
*fructus beneficij iniustè recipiens fit intrusus, & inhabilis* 283.66
*fructus sibi reseruatos accipiendo resignans incidit in hanc regulam* 358.4
*fructus beneficij non potest iustè accipere resignans* 364.5
*fructus recipiens resignans post intimatam sibi*

*bi prouisionem tenetur ad eorum restitutionem* 369.7
*fructus non capiens anno primo, an promoueri teneatur* 294.11
*fructus recipiens post annum promotionis nec dum promotus an fiat inhabilis* 294.14
*fructus restituere an teneatur non habens animum promouendi, & an possit ad id conueniri* 295.15
*fructus an sint in plena dispositione commendatarij* 266.1
*fructus an percipiantur a dispensato de non residendo* 307.60
*fructuum mentio in supplicatione etiam non facta rehabilitatione in bulla purgat ab inhabilitate* 210.65
*fructuum verus valor quousque possit supplere* 102.3
*fructuum maior expressio fieri potest non minor, in verbo maior, verior, &c.* 117
*fundans parochialem quid præstare debeat.* 196.6
*fundata sunt beneficia in honorem Dei, & sanctorum* 4.1. *& seq.*
*fundationi beneficiorum in deuolutis quomodo derogetur* 154.44
*fundationi laicorum quando censeatur derogari. in verb. & qualibet alia* 145
*fundationi beneficiorum quomodo & quando deroget Papa* 113.72
*fundationis statutis Papa solus potest derogare* 111.44
*fundatorum voluntas defraudatur ex pluralitate beneficiorum* 241.18
*fupibus plumbum bullæ appenditur* 72.24
*fur est & latro viuentis beneficium impetrans* 222.10
*furiosus non potest resignare beneficiū.* 335.7
*furtiuè promitti* 293.18
*furiosus ex morbo vt possit resignare, tria requiruntur* 340.18
*furiosus per interualla an præsumatur resignasse tempore sanæ mentis ibid.* 20

G

*GAllus vbiq; in regno capax est beneficij.* 383 11
*Gazarenorum hæresis* 405
*Generale debet esse mandatum, alioqui non valet* 68.29
*Generales clauſ. derogatoria non censentur derogare iuri patronatus laicorum* 108. 9. *& limitatur, num. seq.*
*Generalis significatio beneficij comprehendit dignitates* 4.11
*Generalis debet esse vicarius* 34.15 *& seq.*
*Generalis concessio non sufficit, vbi specialis desideratur* 41.53. *& seq. nu.*
*Generalis potestas conferendi porrigitur etiã ad dignitates* 46. 111. *& ad curata. nu.* 117. *nisi quando à Papa. nu. seq.*
*Generalis expressio familiaritatis in signatura quomodo sit extendenda in bulla* 95.8
*Generalis expressio reseruationis quomodo sit intelligenda ibid.* 9
*Generalis concessio quomodo restringatur* 99 33. *& seq.*
*Generalis clauſ. Aliorum necessariorum verior expressio fiat, quomodo intelligenda. in verb. aliorumq; circa præmissa* 117
*Generalis est hæc regula etiam quo ad ordinarios* 341.39
*Generalitas vicariatus in quibus debet consistere* 34.18
*Generaliter constituendus est vicarius in spiritualibus & temporalibus, & specialiter ad omnia beneficia conferenda* 37 2. *& sequen.*
*Germaniæ episcopi quatuor hodie solum menses habent ad conferendum* 78.2
*gesta per legatum reuocatum valent* 333.35
*gibbosi & alij corpore vitiati religionis traduntur* 284.1
*graduati qualificati an præferantur impetrantibus a Papa* 139.4
*graduatorum in mensibus an liceat derogare huic regulæ* 340.27
*gradus possidentis beneficium est exprimendus glo 10. regul. cancell. de annal. possess.* 231
*gradus tantum vnus inserendus in bulla.* 132.22
*gradus & qualitates iudicium & litigantiũ qualiter habeantur pro expressis* 105.6
*graduum consanguinitatis & affinitatis antithesis* 519
*graduum computatio quomodo facienda, glo.* 2.374
*grammaticis beneficiorum pluralitas reprobata* 241.11
*gratia non faciens mentionem priuilegiorum est subreptitia* 71.19
*gratia perinde valere, non iuuat nisi literis confectis* 209.50
*gratia iam facta quomodo in bulla debeat exprimi* 133.5
*gratia facta non extinguitur per mortem Papæ, sed à successore expedietur* 235.2
*gratia rationi congruit, quomodo possit expediri* 237.28
*gratia perfecta est per appositionem vorbi fiat, vel concessum, in secunda parte signaturæ* 97.15

*gratia an scripturam requirat, & an in papyro, an pergameno* 491
*gratia si neutri, & si nulli, meretur derogationem iurispatronatus laicorum* 110.39
*gratia omnis verisimilis esse debet* 151.1
*gratia propter seruitia an restringatur, ex eo quod ea non fuerit exhibita* 66.6
*gratia delinquenti facta non potest argui ex nimia acceleratione* 152.3
*gratia facta delinquenti potest auferre bona acquirenda Baroni* 172.24
*gratia & iustitia per breue largiuntur.* 393 23
*gratia contra ius continentur sub priuilegio* 62.11
*gratia escriptum quid dicatur* 70.2
*gratia plures vna signatura quando veniant limitanda, in verb. dependentium, in 3. parte signat.* 116
*gratificationis clauſ. non ſuppletur in bulla.* 106.2
*gratificationis clauſ. tollit concurſum eiuſdem data* 166.18
*gratificatus præfertur non gratificatæ eiuſdē data* 106.3.5
*gratioſæ literæ & executoriæ quando ſimul eſſe poſsint, in forma noua prouiſ. in 4. parte, in verb. quocirca* 140
*gratioſæ literæ ſine contradictione ſunt, non tamen ſine ſine electione* 72.26
*gratioſæ literæ ſunt ambitioſæ, ideoque reſtringendæ* 73.34
*gratioſa litera an ius ad rem tribuant* 73.45
*gratioſa litera difficilius expirant, quam iuſtitia* 74 52
*guidagium vnde dictum eſt* 412

H

HAbilis & idoneus eſſe debet is, cui beneficium confertur, & quod velit, & poſsit 23.24
*Habilitatio per breue non conceditur* 393.27
*Habitantis iniuria per annum abſque promotione, parochialis eccleſia vacat in curia* 296 20
*Habitum tantum curatum an vacet per adeptionem parochialis actu, in verb. etiam ſi curam* 259
*Habitum an teneatur ferre oblatus à Rege monaſterio* 385.37
*Habitum alterius religionis ſumēs monachus an ſit excōmunicatus, & apoſtata* 199.11
*Habitum occultando monachus ſit apoſtata.* 281.42
*Habitum dimittens religioſus fit inhabilis. & idem ſi laxiorem petat religionem ead.* 45
*Habitum non deferre quomodo concedatur per ſex menſes* 395.48
*Hæreſim incurrunt ſimoniaci* 330.12
*hæretici beneficium impetrari poteſt, & requiri ad hoc, glo.* 12 232
*hæretici beneficium quomodo impetrandum.* 104.8.
*hæretici beneficia vacant ipſo iure* 310.4. *& impetrantur nu. ſeq.*
*hæreticorum precibus iniuſtè obtinetur beneficium* 18.10
*hæreticorum precibus obtinens beneficium ſit inhabilis* 282.61
*hæreticus non gaudet abſolutione ad effectum* 134.9
*hæreticus eſt non credent Papa conſtitutionē ligare, in verb. nulli ergo hominum &c.* 146. *& ſeq.*
*hæreticus quando beneficium poſsit retinere.* 310.6
*hæreticus negans hæreſim, & de ea conuictus non recipitur ad abiurandum* 311.20
*hæreſis quid* 402. *eius origo* 402.404
*hæretici quot modis ad fidem inuitentur* 404
*hæreticus quis dicatur.* 402. *quomodo naſcatur* 404
*hæretieorum catalogus* 405
*homicida quomodo, & quando diſpenſetur.* 285.19
*homicida quomodo eſt irregularis, ideoque rehabilitandus* 314.55
*homicida non eſt priuatus beneficio, immò pendente lite poteſt reſignare* 313.50
*homicida ſunt conferentes indignis* 28.15
*homicidium alterius defendendi cauſſa quādo diſpenſatione remittatur* 285.22
*homicidium qualificatum ipſo iure priuat quem beneficio* 313.41
*hominis diſpenſatio de non reſidendo ſi ſit iniuſta non excuſat* 307.53
*honeſta non recuſat Papa* 236.9
*honeſtas vitæ & morum inducunt Papam ad conferendum.* 131.8
*honorum an ſint capaces legitimati* 390.25
*hoſpitale in titulum habetur loco beneficij.* 162.73
*hoſpitalitas derelicta à commendatarijs.* 175 15
*hoſtem regni legitimatio non iuuat ad ſuccedendum* 391.29
*huſſitanorum hæreſis* 406

I

IDem, tripliciter dicitur. gl. vlti. regul. cancel. de vnionib. 189
*Idoneus & ſufficienter literatus vicarius quando intelligatur* 35.28
*Idoneus ad beneficia quis dicatur* 44.87

*Ignari sciunt iniustos acquireadi beneficia modos, ac rectos ignorant* 18.14
*ignorans habere parochialem an priuetur per non promotionem* 300.52
*ignoranti nomen defuncti quid agendum impetranti cautela datur.in verb.Ludouici.* 90
*Ignorantia episcoporum perdita sunt priuilegia* 242.32
*Ignorantia resignationis an noceat resignaturio, quo minus minus post sex menses transactos admittatur* 366.29
*Ignerantia excusat impetrantem beneficium viuentis* 226.51
*Ignorantia reuocationis præsumitur in dubio* 333.37
*Ignorato facto Papa non videtur dispensare* 239.13
*Illegitimitas exprimenda* 114.6
*Illegitimo & incapaci commendari non potest beneficium* 179.63
*Illegitimus non debet in ecclesia reciri, si non fecerit mentionem statuti hoc prohibentis.* 70.14
*illegitimus quomodo possit ab episcopo dispensari* 270.8
*illegitimus impetrans vnum beneficium, non tenetur facere mentionem de dispensatione ad plura* 274.63
*illegitimus an possit succedere & dispensari in bonis temporalibus* 522.& *seq.*
*illiteratus ordinari non potest, & an secum episcopus dispensare possit* 7.8
*imbreuiatura notarij* 492
*immobilium ecclesiasticorum quomodo prohibita sit alienatio in verb.alienatione, tamen penitus interdicta* 167
*impedientia gratia effectum tolluntur per clausul.& qualibet alia, &c. in verb. & qualibet* 145
*impedimenta matrimonij* 374.1
*impedimentum iustum excusat non promotum* 299.47
*impedimentum in fine anni contingens an excuset* 299.48
*impedito collatori an currat tempus* 156.13
*impensis deductis fit vnio* 189.9
*imperatores aurea bulla vti poterant* 414
*imperfecta data signatura an bullam perfectam operari possint* 103.14
*imperfectio breuis quomodo sit purganda.* 393.29
*impetrans in eodem statu recipitur* 212.21
*impetrans vt vacant per adeptionem secundi, quid teneatur probare* 268.14
*impetrans duo beneficia, & eorum simul valorem annuum exprimens in signatura, an in bulla possit hæc separare* 103.9
*impetrans motu proprio siue in commendã, siue in titulum exprimere debet qualitates, gl.8.* 231
*impetrans subrogationem in locum eius, qui habeat beneficium reseruatum per regulas cancel.* 219.24
*impetrantis nomen mutari non potest* 114.4
*impetrantis prioratum Sancti Martini de Campis Parisiens. dolus* 118.13
*impetrari possunt beneficia a simoniaco* 330. 11
*impetrari an possit beneficium pendente tractatu permutationis* 354.37
*impetrari potest beneficium illius qui recepit fructus ante institutionem* 112.57
*impetrari quando possit beneficium malè vnitum.glos.9.* 186.& *seq.*
*impetratio beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium* 488
*impetratio beneficij etiam per annum pacificè possessi.* 498.& *seq.*
*valor exprimendus in impetrationibus* 537. & *seq.*
*impetratio eius nulla, qui non exprimis se promotum ab alieno episcopo* 15.23
*impetratio cum effectu requiritur, glo.8.* 231
*impetratio per modum in literis exprimendũ an valeat.in verb.maior, verior, &c.* 117
*impetratio facta per resignationem non valet* 318.3
*impetratio beneficij malè vniti quomode fiat* 193.30
*impetratio à Papa beneficij commendati ab ordinario an valeat* 177.29
*impetratio beneficij ab illegitimo tacito defectu natalium non valet* 270.15
*impetratio beneficij resignantis manentis in possessione non potest fieri ante obitum.* 368.2
*imponendi pensionem modus* 76.21
*imponi potest pensio super beneficio, donec de alio prouisum fuerit* 76.28
*impuberi facta collatio an importet dispensationem* 238.10
*incapacitas an post mortem allegari possit glo.vl.in fi.* 235
*incapax est illegitimus etiam simplicis beneficij in quo pater ministrauerit* 270.19
*idioma calleat, qui ad ecclesiasticum aliquod munus promouetur* 472
*incendiarij beneficia sua amittunt* 314.60
*incestus prohibet matrimonium* 378.46
*inchoatus processus quomodo persequendus à subrogato* 214.41

*incom-*

*incompatibilia beneficia qua dicantur* 257.1
*incompatibilia multa* 257.10
*incompatibilitas duplex an impediat dispensationem* 253.5
*indignationem Papa incurrens peccat, in verbo, nulli ergo hominum* 147.& *seq.*
*indignis conferentes priuati sunt potestate conferendi pro prima vice* 26.1
*indignis conferentes tenentur ad interesse ecclesiæ* 27.6
*indigno conferens vicarius an priuet suum dominum potestate conferendi* 48.138
*indigno conferendi potestatem concedens, an postea digno conferre possit. num.* 48.143
*indigno resignans beneficium tenetur ad interesse ecclesiæ* 349.3
*inuenta cur fuerit deuolutio* 156.8
*inductus in possessionem quomodo sit in ea defendendus, in ver.& defendant inductũ* 142
*indulgentiarum varia acceptio.* 530. *& qua ad illarum valorẽ requirãtur* 551.& *seq. et ad quos vsus pecunia earum debeant expendi ibidem.* & 532. *Item quantum sit dandum pro lucrandis indulgentijs* 532
*indulgentia indiscreta qua dicantur ibid.* & 533
*Et an prosint animabus qua sunt in purgatorio* 534
*indulgentias an vicarius concedat* 51.172
*indultorum derogatio,& an extendantur ad episcopatum de nouo quæsitum* 335.44
*indultorum prælatis à Papa concessorum derogatio, in verbo Seu, si venerabili fratri &c.* 145
*indultorum nimia liberalitas* 145
*indultum & dispensatio differunt. ibidem.*& 239.20
*ineligibilis quomodo intelligatur* 277.3
*ineligibilis quando fiat aliquis* 282.60
*inæqualitas resultans ex beneficiorum pluralitate* 241.19
*inæqualitas inducit præsumptionem contra permutationem* 354.42
*infamis est habens duas vxores, aut concubinam cum vxore* 378.40
*infantiũ laudabilia iudicia mouent Papam ad conferendum eis* 131.3
*inferior episcopo non potest vnire* 182.32
*inferiores episcopo non dispensant circa pluralitatem* 243.42
*inferiorũ deuolutio fit ad Episcopum* 157.25
*infirmitatem probare debet, qui eam allegat* 338.4
*infirmus quis propriè dicatur* 339.15
*infirmus effectus furiosus non potest resignare* 340.18
*infirmus priuatus moriens intra viginti dies non continetur hic.* 339.17.& 346
*informationes conscribens clericus quomodo fiat irregularis* 386.5
*ingressus ecclesiæ requiritur in eius adipiscenda possessione* 59.26
*ingressus religionis quomodo fieri debeat* 517
*inhabilis quando quis fiat* 282.59
*inhabilis impetrans beneficium punitur, gl.3.* 229. *& seq.*
*inhabilis si non sit notoriè non repellitur quominus subrogetur* 215.43
*inhabili facta dispensatio de retinendis beneficijs an prosit, in verb. si tibi* 261.
*inhabilitas possessoris est exprimenda in verb. aut incapacitatem* 93
*inhabilitas personæ non tollitur per clausul. Quod obstan.* 100.15.& *seq.*
*inhabilitas impetrantis nusquam habetur pro expressa* 67.19
*inhabilitas contrahitur ex retentione secundi beneficij sine dispensatione* 282.62
*iniuria quando inferri dicatur* 419
*iniustè à Papa concessa non expediet successor* 236.12
*inquirendi ex officio,& puniendi crimina, potestas specialiter est exprimenda in vicariatu* 50.166.
*inquirendum quid mandet Papa circa pauperem clericum* 79.16
*inquisitio necessaria ad erectionem parochialis* 195.2
*inquisitionem nullam mandat fieri Papa scribens pro graduatis* 80.3
*insigne summorum Pontificum bulla, & in plumbo quid insculpendum* 123.9
*insignia nobilium* 387.9
*insinuatio nominationis facta procuratori generali valet* 32.17
*insinuatione & notificatione quomodo fiat publicatio* 361.12
*insordescens in excommunicatione per annũ non gaudet absolutione ad effectũ* 134.10
*instantia possessorij perimitur cessando persequi per biennium* 216.59
*instituens ad præsentationem potest alteri posteà conferre pleno iure* 32.5
*instituere præsentatos an possit vicarius absque alio speciali mandato* 47.125
*instituere & præsentare quando liceat vni, & eidem* 48.149
*instituere potest capitulum præsentatos à patronis sede vacan.* 163.87
*institutio comprehendit sub verb. conferre.* 47.127

*institutio est necessaria dispositio* 47.130
*institutio fieri non potest nisi canonicè* 456
*institutio non transit in vicarium, sed bene in capitulum sede vacante* 47.132.& *seq.*
*institutio beneficij non vacans tempore præsentationis an valeat* 223.27.& *seq.*
*institutione facta præsumitur præsentatio.* 108.14
*instrumento dicenti solemnitates interuenisse an credatur, glo.9.* 186
*instrumentum vicariatus in acta referri voluis Senatus* 34.14
*integra executioni mandari debet gratia prædecessoris* 236.14
*integrè & sine diminutione conferendum est beneficium* 69.47
*intellectus ad c. Salonitana, sexagesimatertia distinctione* 14.14
*intellectus huius regulæ ex trib. casib.* 340.21
*intellectus ad S. in conferendis* 264.14
*intellectus ad c. ad abolendam* 310.7
*interdicto vnde vi, potest agere beneficiarius* 82.9
*interdictus à diuinis est ineligibilis* 134.6
*interpretandum est ita priuilegium, vt non reddatur inutile* 62.9
*interpretatio priuilegij non nisi in modico detrahat iuri communi* 63.20
*interuallo non vitiatur permutatio* 334.36
*intimare plenè munus, & non legitimè intimare quid differant* 508
*intimatio reuocati procuratoris ad resignandum quando parti fieri possunt* 325.4
*intimatio reuocationis procuratorij quando non desideretur* 326.10
*intitulata quomodo dicatur ecclesia* 81.3
*intra annum habenda est dispensatio de non promouendo* 187.10
*intrusus censetur accipiens possessionem ante collationem* 58.8. *& seq. & pag.* 481. *& seq.*
*intrusus est, qui possessionē ingreditur propria autoritate in ver. per se vel alium* 141
*intrusus non subrogatur.* 217.1.& *quis dicatur, num.4.*
*intrusus an & quomodo subrogari possit in locum habentis bonum ius* 219 25
*intrusus quo ad vnum beneficium, an quo ad alia censeatur intrusus* 220.26.& *seq.*
*inuentio commendæ à Leone Papa, & quomodo hodie habeatur loco tituli* 175.6
*ioannes 23. conditor regulæ de verisimili notitia* 151.3
*ipso iure vacans beneficium quomodo impetretur in Francia* 104.10
*ipso iure & ipso facto non differunt* 310.3
*irregulari facta dispensatio ante rehabilitationem nil prodest in verb. si tibi aliàs canonicè, &c.* 261
*irregularis vel inhabilis ad duo dispensatus si illa possidet, an nouam incurrat inhabilitatem* 262.8
*irregularitas ex delicto proueniens non tollitur per ingressum religionis* 274.71
*irreuocabilis est potestas data per viam compromissi, aut gratiæ* 53.197
*irreuocabilis est vicarius perpetuus* 190.15
*irreuocabilis est resignatio semel facta* 323.20
*irreuocabilis est commenda Papæ, nisi cum caussa* 179.71
*iudæus non nubet Christianæ* 377.34
*iudex prohibet ex caussa, ne matrimonium contrahatur* 379.36
*iudicandum quomodo sit in regressibus, tit. de regres.* 317
*iudicis autoritate spoliatus, ne conqueratur.* 338.4
*iudicum nomina in beneficijs litigiosis quomodo habeantur pro expressis* 105.5
*iulij Papæ tertij ordinatio, quibus non suffragetur absolutio ad effectum* 134.12
*iuramenti præstatio in commendis monasteriorum ponitur in fin.* 117.39. *secus in cōmendis dignitatum maiorum. nu. seq.*
*iuramentum de non reuocando vicarium nō impedit eum reuocari* 53.193
*iuramentū per procuratorē præstatur.* 69.51
*iurans non petere restitutionem potest reuelari* 3287
*iurant partes dolum in resignatione non interuenisse* 326.1
*iurare qua teneatur curatus epiſcopo* 29.2
*iure communi sublato non tamen priuilegia tolluntur* 63.22
*iure etiam diuino ius alterius tolli non debet, glo.1.* 168
*iuregentiū quæsitis non derogat Papa* 171.17
*iuri ad tempus, valet facta derogat.* 172.8
*iuri tertij non derogatur per perinde valere* 207.27
*iuri conditionali tertij vel ambiguo, an possit derogari* 173.36
*iuripatronatus regum nunquam derogatur.* 112.64
*iuris excommunicatio & hominis* 67.11
*iuris in re subrogatio valet, sed non ad rē. gl. 3. regul. cancel. de subrogan. collitigan.* 217
*iuris in auditorio publicatio fieri potest* 361.9
*iurispatronatus ex priuilegio tantum, aut præscriptione inducti, an sit habenda mentio.* 109.23.& *seq.*

ius adstringit residere quemcunque beneficiarium 303.7
ius beneficij resignans an contineatur hic. 358.10
ius ad rem tollitur per Papam, sed non ius in re 139.2
ius ad rem tolli potest 173.37
ius regaliorum quid & vnde 447
ius ad rem quomodo quaratur. gl. 6. 173.38
iuspatronatus quibus & quando acquiratur 107.3
iusta pensio qua dicatur 76.19
iustitia litera an valeant etiam non facientes mentionē priuilegiorum aduersarij 71.21
iustitia litera expirant re integra per mortē concedentis 73.37
iustitia litera anno tantum durant, gratiosa verò sunt perpetua 73.42. & 43
iustitia litera, niliuris tribuunt ibid. 44
iustitia litera non solent registrari, sed gratia sic 74.50
iustus metus quis dicatur 329.10

L

Laici interdum etiam non patroni conferunt ex priuilegio 21.9
Laici patronatus beneficium an possit vniri. 181.28
laici incapaces beneficiorum 7.4
laico siue in totū, siue pro parte competat iuspatronatus, illius est habēda mētio 113.68
laicorum iuripatronatus an derogetur 108.5
laicorum in derogatione iurispatronatus habenda est mentio semper 110.34
laicorū iuripatronatus nō derogatur in Francia cōsuetudinaria & Normania 110.36
laicorum specialis est habenda mentio in derogatione iurispatronatus eorum 112.59
laicorum iure patronatus deuoluto ad Papā non est opus derogatione 159.50
laicus non admittit resignationem 335.10
laicus potest constituere vicarium ad presentandum 43.71
laicus non potest esse vicarius episcopi 35.35 nisi in temporalibus. nu. seq.
laicus pro se non potest impetrare literas gratiosas 73.38. sed bene literas iustit. nu. seq.
laicus patronus quis dicatur. 108. 7. & quis ecclesiasticus nu. seq.
laicus patronus habet tantum quatuor mēses ad presentandū, et an variare possit 20.8
latens deformitas non prohibet ordines sumere 285.14
lateranensis concilij tenor 424
latinitas falsa quādo vitiet rescriptū 148.14
latiorem religionem adire non licet monacho sine authoritate Papæ 199.9
latissime extendenda clauf. quid prosit, in verb. Quibus inter alia 268
legalis cognatio impedit matrimoniū 376.25
legati ptās in dispensando qualis sit 239. 22
legati reuocati gesta an valeant, de simo. in resignatio. 352. & seq.
legato aut archiepiscopo seruientes excusantur a residendo 333.35
legatus non potest dispensare vt filius etiam legitimus habeat ecclesiam, in qua pater ministrauit 27232
legatus de latere potest vnire 181.24
legatus non vnit episcopatus ibid. 25
legatus an per concursum conferat beneficia ex alia prouincia 158.38
legatus Papæ an absque speciali mandato possit conferre. 42.65. & seq. & 43.70
legatus non potest alicui dare facultatem recipiendi resignationem certi beneficij, & idem in episcopo 46. 110
legatus non vtitur verbo fiat 97.17
legatus & episcopus quibus casibus possint dispensare 239.22
lege sublata remanet tamen naturalis obligatio, qua non tollitur à principe 245.59
lege magistratibus quæ 65.47
leges ad tollendam ambitionem 226.24
legitimatus post mortem patris ei non succedit 170.6
legitimatus non est propriè legitimus 389.10
legitimo matimonio natum esse oportet promouendum, & an censeatur cum eo tacitè dispensatum 10.11
lex ad futura extenditur, non ad ꝑterita 442
leuis etiam febricula facit incidere in regulam de 20. diebus 338.5
læsa maiestatis reus priuatus est beneficio 312.32
libera electio seu nominatio, intelligitur de habili 63.21
liberæ olim collationes relinquebantur episcopis 78.1
licentia non petita religiosus exiens monasterium an sit excommunicatus 279.17
licentia petita & non obtenta an sufficiat ad transferendum monachum 199.6
licentiatos an possit creare capitulum sede vacante 161.69
limitata potestas vicarij nō extēditur 47.131
limitata potestas vicarij intra diœcesim non extenditur vltra 56.229. & seq.
limitationes ad hanc regulam 365.12
lis an requiratur super beneficio ad impetrādum si neutri 166.15
lis siue iusta, siue iniusta sufficit ad subrogationem, gl. 5. 220

*lite pendente ac fiat vnio* 188.18
*lite pendente curatus non tenetur promoueri* 298.41
*lite pendente an per reſcriptum ſi neutri, poſſit impetrari beneficium ab ipſo collitigante* 302.77
*litem fingens vel procurans eſt priuatus beneficio* 298.42
*litem dolosè ſuſcipemus in ſenem moribundum non ſubrogatur* 217.1
*litera gratiæ & iuſtitiæ diuerſimodè diriguntur* 72.28
*litera gratiæ per obitum concedenti licet re integra non expirant* 73.36
*litera ad lites & ad beneficia ſe habent vt excedentia & exceſſa* 74.61
*litera in forma pauperum an ſint literæ iuſtitiæ* 78.6
*literæ quomodo expedienda* 509
*literæ exterorum ad beneficia vbi comprobentur* 384.18
*literæ regiæ non impetrantur ad reſcribendũ permutationem* 354.32
*literis miſſis ab epiſcopo de conferendo tale beneficium, an ſit credendum* 33.10
*literis probandæ ſunt dimiſſoriæ* 16.34. *& ſequent.*
*literis tantum expeditis datur perinde valere.* 57.210
*literis probandus eſt titulus beneficij* 83.24
*literis nõ confectis an acquiratur ius* 335.13
*liti beneficij renuncians, an titulo renunciare intelligatur* 336.20
*litigantium impetratur beneficium per ſi neutri* 165.1
*litigantium nomina quomodo poſſint exprimi* 167.34
*litigioſum beneficium exprimendum, & quod dicatur litigioſum, in verb. aut litigioſum.* 96
*litigioſum beneficium quomodo poſſit impetrari* 105.1
*litigioſum beneficium an poſſit alteri conferri* 213.12
*litis non habitæ mentio, an vitiet, ſi neutri.* 167.33
*litiſpendentia & litem pendere quid ſit* 487
*litis ſtatus exprimendus eſt in impetratione, in verbo ſuper ea* 138
*litis ſtatus cur experimendus in impetratione, in verbo, aut litigioſum* 96
*locans fructus beneficij præſumitur titularius glo.1.* 356
*loci cuius ratio habeatur in regula, de veriſimili notitia* 154
*loco certo, & ad certum tempus conſtitui poteſt vicarius* 34.25
*locorum importunitas inducit erectionem ſimplicis beneficij in parochialem* 195.2
*locus ſituationis beneficij exprimendus in impetratione, in verbo loci, de Baſilianiſſis* 89
*locus beneficij per ſe exiſtentis, aut intra aliã eccleſiam quomodo ſit exprimendus in verbo per obitum* ibid.
*loqui & intelligere idioma patriæ exterus in regno beneficiatus tenetur* 383.4
*luteri etymon, & eius hæreſis* 407

M

MAchinatus in mortem viri non poteſt eius coniugem accipere 377.27
*magalonen. ſedis translatio ad Montempeſſulanum, in verb. Magalonen.* 88
*maior ſumma an poſſit dari, ſi de minori mãdetur prouideri* 80.23
*maior & minor excommunicatio quomodo differant* 134.3
*maior, verior, ſeu amplior expreſſio quomodo intelligenda, in verbo, aliorumque circa præmiſſa* 117
*maior aut principali dignitas attenditur pro conſuetudine* 260.2
*maiores etiam dignitates vacantes poſt mortem Papa conferuntur à ſucceſſore, nulla habita mentione derogationis* 113
*maiores poſt Pontificalem non veniunt appellatione dignitatis, in verbo poſt Pontificales* 259.1
*mala plurima ex commendarum conceſſione, & alluſio vocabuli* 175.12
*malorum congeries ex pluralitate beneficiorum* 245.60
*mandatarijs & nominatis quomodo faciat locum hæc regul.* 349.5
*mandatario excommunicato facta collatio à Papa valet, ſecus ab ordinario, in verbo per ſe, vel per alium* 142
*mandatariorum iuri, aut nominatorum derogari non poteſt in Francia, in verbo aut ſi aliqui* 144
*mandatarius quomodo teneatur in poſſeſſio.* 69.45
*mandatis pluribus impetratis vtrum eorum præualeat* 68.27
*mandato fretus etiam antequam illud acceperit reſignare poteſt* 320.24
*mandatum excedens vicarius, aut abſque eo procedens tenetur ad intereſſe proui.* 36.42
*mandatum collatoris requiritur ad beneficij poſſeſſionem accipiendam* 57.5
*mandatum quid ſit* 65.45
*mandatum priuati quid, et quotuplex* 65.50
*mandatum an requiratur in literis gratiæ et iuſtitiæ*

*iustitia* 73.86
*mandatum prouidendi de dignitate intelligitur de non curata* 68.34
*mandatum mittendi ipso actu mandatarium in possessionem* 69.45
*mandatum Papæ de prouidendo quomodo afficiat beneficium primo vacaturũ* 76.33
*mandatum, nominationes, & generales reseruationes non impediunt vnionem* 182.31
*mandatam à Papa de prouidendo monacho non importat translationem* 199.16
*mandatum speciale non requiritur ad impetrandum dispensationem* 239.23
*mandatum quomodo sit innotescendum procuratori* 320.25
*manuaria beneficia reuocatione & morte vacant* 281.41
*manus Papæ appositione quomodo reseruetur beneficium* 76.30
*manus Papæ appositio plus afficit quam reseruatio* 77.34
*manus Regia leuatur mortuo collitigante.* 214.39
*manuum appositiones & reseruationes in beneficijs reprobatæ per Concilium Basilien.* 77 38
*mariæ sororis Moisi pœna ob murmurationem in fratrem suum* 524. 534
*maritus vxoris constitutus procurator in aliquibus, in alijs agere non poterit* 56.232
*maritus sicut habet ius in vxore, ita beneficium in beneficio* 82.10
*masculinum concipit fœmininum, non neutrum, in beneficialibus, glo. super ea, in forma nouæ prouisionis* 138
*matrimoniales causæ specialem desiderant commissionem* 49.155
*matrimoniorum dispensatio* 373.1
*matrimonium inducit vacationem beneficiorum* 372.38
*matrimonium quibus modis prohibeatur.* 519. & sequen.
*matrimonium an dolo annulletur* 327.8
*mediæ partis fructuum reseruatio an valeat* 75.15
*media persona quomodo purget vitium paternum* 271.12
*mediatus vel immediatus Papæ successor expedire potest per rationi congruit* 237.25
*melior titulus quis dicatur* 83.28
*meliorandi causa mutatur locus monasterij.* 197.7
*membrana requiritur ad bullam* 123.12
*mendicans nec quidem vicarius esse potest in religione, ad quam translatus est* 281.51
*mendicantes religiosi an possint transire ad aliam religionem* 281.47. & 503
*mense capituli vnitum beneficium non exigit, nisi temporalem vicarium* 189.6
*menses deuolutionis sex non possunt abbreuiari* 158.33
*mensis spectandus a die præsentationis mandati* 69.40
*mensis subrogationis colligantium quomodo computandus. glo. 6.* 220
*mensis graduatorum exprimẽdus in impetratione, in verb. annorum* 116
*mensularij quomodo comprobent signaturam* 119.7
*mensularius suis impensis curat bullas transcribi* 210.62
*mercatus tempore publicatur collatio facta vi resignationis* 361.8
*merita illegitimi inducunt Papam ad secum dispensandum* 273.46
*merita à Papa allegata non veniunt probanda, in verbo nos tibi* 133
*metropolitana vel cathedralis quomodo possint transferri* 197.1. & seq.
*metropolitanam ciuitatem facit Imperator.* 195.5
*motu resignatum beneficium Papa nusquam præsumitur alij conferre, in verbo, siue per liberam* 92
*metu facta resignatio non valet* 328.1
*minor dispensatus de promouendo non tamen potest obtinere beneficium curatum* 250. 76
*minor 14. annis est inhabilis ad canonicatum, in ecclesia cathedrali.* 253. 2. & ideo secum multipliciter dispensatur. nu. seq.
*minor dispensari potest ad curatum in 23. anno* 254.10
*minor beneficiatus qualiter sacerdotem debeat præficere ministerio diuino, in verbo, prouiso* 269
*minor dispensatus ad curatum tenetur in secuda dispensatione ad duo prima exprimere, gl tecum, in fi.* 256
*minor resignans an possit restitui, & à quo.* 335.3. & seq.
*minor ordinatus ante tempus non obligatur.* 290.10
*minor celebrans ante tempus est irregularis.* ibid. 11
*minor non promotus ad subdiaconatum & diaconatum suo tempore an sit priuatus.* 300.58
*minor dispensatus ne promoueatur ad aliquem sacrum ordinem, non tenebitur promoueri in hoc tempore præstituto à iure.* 300.59

*Minores ordines & ſacri, vbi, & quando poſſint concedi* 288
*Minori commendando ad vitam, an alia ſit neceſſaria diſpenſatio* 177.33
*minori 18. annis non datur parochialis in titulum, ſed in commendam ibid.34*
*minori vel militi facta conceſſio non praiudicat tertio* 171.10
*minoris an teneat reſignatio* 334.1
*miſſas duas eodem die celebrari quandoque permittitur* 189.4
*miſſa parochialis tempore ſit hac publicatio.* 361.7
*miſſio in poſſeſſionem fit, aut per delegatum, aut ſubdelegatum, in verb. per ſe, vel per alium* 141. & *ſeq.*
*miſſio in poſſeſſionem qua autoritate ſit facienda ibid.8*
*miſſio in poſſeſſionem quomodo requiratur in beneficijs* 30.22
*miſſio poſſeſſionem beneficij fit per quemcunque clericum in Francia* 31.25
*miſſio in poſſeſſionem à quibus faciẽda* 58.11
*miſſionem in poſſeſſionem debes precedere collatio ſub intruſionis pœna* 141.6
*mittendus eſt in poſſeſſionem impetrans. idi.5*
*mittens in poſſeſſionem qua debeat reſpicere.* 59.24
*mittero prouiſum in poſſeſſionem oportet* 372.34
*modi conſtituendi vicarium perpetuum* 190.12. & *ſeq.*
*modi ſubrogandi* 211.4. & *ſeq.*
*modi vniendi tres* 180.11
*modicum dari aut accipi pro collatione vel bulla non improbatur* 331.22
*modus impetrandi paruam datam* 83.2
*modus vacandi eſt exprimendus in ſignatura, in verbo maior, verior* 117
*modus antiquus impetrandi literas in forma pauperum* 78.3
*molendini conſtruendi conceſſio valet etiam in praiudicium alterius molendini* 172.23
*monachalis locus non niſi in vno monaſterio poteſt haberi* 7.7
*monacho translato an liceat redire ad primã religionem* 1983
*monacho data facultas teſtandi quomodo intelligatur* 62.16
*monacho facultas teſtandi conceditur à Papa* 381.1
*monachus aut canonicus regularis conſtitui poteſt epiſcopi vicarius, de licentia tamen ſui ſuperioris* 35.30
*monachus habere debet comitem alium religioſum ibid.31*
*monachus non poteſt habere duo etiam ſimplicia beneficia* 278.8
*monachus diſpenſari non ſolet ad duo beneficia ibid.9*
*monachus an quis dicatur ante profeſſionis annum* 279.23
*monachus baſtardus eſt inhabilis ad epiſcopatus, & dignitates* 274.67
*monachus impetrando beneficium debet facere mentionem defectus natalium ibi.69*
*monachus eccleſia parochiali præfectus dare poteſt vicarium* 307.47
*monaſterij alterius religioſo conferri non poteſt beneficium niſi à Papa* 199.4
*monaſterij ad eccleſiam ſecularem vnione annullata redeunt monachi in priſtinum ſtatum* 194.42
*monaſteriorum commenda quam ſoleant habere clauſulam* 176.28
*monaſterium regalis eſſe fundationis quis probet* 384.23
*monendus eſt curatus reuerſis parochianis, vt reſideat, & promoueatur* 298.35
*moneta taxatio & eius vſus in camera* 478
*moniali conceſſum reſcriptum perinde valere ad locum monachalem* 207.24
*moniali genitus, aut à coniugata, debet hoc exprimere* 115.7
*uontali quomodo detur facultas morandi extra ſuum monaſterium* 395.51
*morandi extra monaſterium licentia quando religioſo concedatur* 279.20
*morandi in alio monaſterio facultas datur per breue* 395.50
*mores boni ſunt clericis neceſſarij* 25.44
*mori quando quis dicatur ex eadem infirmitate, glo. 11. reg. cancell. infirm. benefi. reſig.* 346
*moriente compermutante alter vtoumque beneficium habebit* 353.28
*mors vniuſ expreſſa non prodeſt quo ad aliũ, in verb. aut ex alterius* 92
*mors ciuilis an comprehendatur in hac regula glo. 11. reg. cancel.* 346
*mortaliter peccat indigno conferens beneficium* 27.6
*mortuo epiſcopo vicariatus expirat* 54.216
*morte Papæ non extinguitur hac regula, glo. 9.* 344
*morte tantum vacantia beneficia ſubduntur reg. de veriſimili notitia, glo. 4.* 153
*morti proxima reſignatio reprobatur* 338.1
*mortis reſignantis die accepta poſſeſſio non valet* 364.10
*mortis tempore poſſidendo reſignans priuat ſuum*

*ſuum reſignatarium* 369.12
*mortuo Papa, vi bullæ ſucceſſoris ſit publicatio* 362.13
*mortuo reſignatario ante reſignantem verè vacat beneficium* 366.27
*mortuo collitigante contra quos petitio dirigatur* 214.38
*motu proprio clauſ. interpretatur* 67.20
*motu proprio clauſula vel ex certa ſcientia non tollit ius tertij* 170.1
*motu proprio conferri beneficium viuentis an poſſit* 225.49.& ſeq.
*motus proprij effectus, in verbo eiuſdem diœceſis* 89
*motus proprij clauſ. æquipollet clauſ. Quod obſtan.* 101.17
*motus proprius appoſitus in ſignatura et omiſſus in bulla an ſuppleatur* 150.9
*mutationes epiſcoporum pro communi vtilitate, aut neceſſitate fiunt* 197.9

N

*NArrandi modi varij pro varietate impetrationum, & quid proſit narratio.* 133.1
*Narratio bullæ quomodo incipiat in ſingulis reſcriptis* ibid.3
*Narratio eſt pars ſubſtantialis bullæ* 123.20
*Narratio an poſſit mutari in bulla* 127.43
*Natalium defectu non expreſſo, quid agendũ* 206.13
*Naturalis poſſeſſio & corporalis idem* 60.38
*Naturalis defectus non ſuppletur vi perinde valere* 209.54
*Nauigationis computatio ſit aliter quàm itineris terreni, gloſſ. 9. reg. cancell. de veriſimili notit* 155
*Neceſſaria collatio fieri poteſt à capitulo ſede vacante* 163.85
*Neceſſitas & vtilitas eccleſiæ excuſant à reſidendo* 305.23
*Neceſſitatis & vtilitatis cauſſa reuocatur vnio* 191.6
*Negatiuè intelligitur impetratio beneficij.* 121.28
*Negligentia in perturbandis peruerſis quid operetur in eccleſia* 407
*Nepos an impediatur aui beneficium obtinere* 71.25
*Nepos legitimus deſcendens ex ſpurio an aui beneficium poſſit obtinere.* 271.27.*et quid, quo ad ordines. nu. ſeq. & de nepote patrui, nu.* 30
*Nobilis ex altero tantum parẽte an gaudeat priuilegio nobilium* 253.4
*Nobilis ſpurius non vocatur* 280.31
*Nobilitas poſſeſſoris beneficij eſt exprimenda, glo. II.* 232
*nobilitas generis quomodo inducat ad diſpenſandum* 253.2
*nobilitas Papa, atque Rex* 386.1
*nobilitatis patronis habenda eſt mentio in eius derogatione* 112 61
*nomen ſancti exprimendum eſt in collatione.* 30.17
*nomen proprium ſolum epiſcopi, aut principis ponitur in literis* 10.3
*nomen & cognomen defuncti beneficiarij qualiter exprimendum, in verb. Ludouici* 90
*nomen petentis & cognomen eſt inſerendum in ſignatura, in verbo Ioannes* 88
*nomen & cognomen defuncti canonici quo modo verius poſſit exprimi* 114.1
*nomen abſque cognomine exprimere in permut. quando ſufficit* 351.7
*nomen beneficiarij, & cognomen poſſeſſoris quomodo exprimendum in impetratione, gl. 9. reg. cancel. de annal. poſſeſſ.* 231
*nomina ordinandi, & parentum ipſius quomodo exprimenda in literis tonſuræ* 10.8
*nominare non poteſt Rex ante vacationem,* 224.34
*nominari debet canonicus per cuius mortem beneficium vacat, in verb. quod verus vacationis* 103.2
*nominationes vniuerſitatum ſucceſſerunt in locum reſcripti in forma pauperum pro graduatis* 80.2
*nominationes conſiliariorum Senatus Pariſ. tit. de nominat.* 81
*nominationes & mandata an ſe extendant ad dignitates, in verb. in cathedralibus.* 258
*nominationes quando corrigenda* 151.14
*nominationis tantum regiæ autoritate adminiſtrans priuatur iure, quod hẽt* 119.22
*nominatis cur priuilegia fuerint conceſſa* 341 31
*nominatos ab epiſcopo an vicarius debeat examinare* 44.85
*nominatus a Rege epiſcopus, ſi immiſcuerit ſe ante Papæ prouiſionem eſt intruſus* 13.3
*nominis impetrantis literam primam quomodo non ſufficiat inſerere, ſed extensè* 149.23
*non aliter nec alias* 324.23.*cum ſeq. ac nume.* 30
*non obſtan. hac clau. tollit repugnantia in verbo eidem oratori, &c. in forma ſigna.* 96
*non obſtante clauſ. non inducit diſpenſationem* 170.7
*notarij atteſtatio raſuram purgat* 147.7
*notarij prima ſcriptura apud nos vocatur breue* 392.4

notario quando intimari possit reuocatio pro curatoris 325.9
notariorum breue quæ debeat cõtinere 392.5
notarios interuenire quomodo requiratur in reuocatione procuratoris 326.13
notarius regius non mittit in possessionem beneficij, sed quidem attestatur 59.20
notarius regius non debet esse clericus. ibidem 22
notificatio reuocationis quomodo facienda vicario 54.211
notificatio actus requisita est de eius forma. 368.1
notitia verisimilis vnde extracta, & ad quos & quàm bonos vsus quari debeat 483
notoria reseruatio quomodo subintelligatur. 96.10
noua prouisio quid 124.1
noua prouisio requirit dubitationem, sed modicam sufficit ibid.2
noua prouisio non habet locum in prouisione Papæ dubia, sed perinde valere ibid.5
noua prouisio et perinde valere differũt 205.3
noua prouisio beneficij secularis an egeat trãslatione 200.21
noua prouisio post sex menses resignationis an valeat 364.20
noua collatio an sit necessaria resignanti volenti redire ad suum beneficium 371.31
noua prouisio caussa permutationis quæ continere debeat ibid. 34
noua prouisionis bulla an possit exprimere ius patronatus non expressum in signatura 211.51
nouiter fundatum beneficium non potest à vicario conferri, nisi hoc specialiter concedatur 47.124
nouum ius non confertur subrogato, sed id tãtum ius quod cõcedenti cõpetebat 212.14
nouus interdum augetur conferendi terminus collatori 158.35
nubens secundo mulier potest impetrare dignitatem prioris matrimonij 373.9
nulli hominum, hæc clausſ. quid operetur in verbo nulli 146
nullum ius habens an possit obtinere, si alteri, &c. 165.6
numero certo canonicorum derogatur in mandato 69.39
numerus beneficiorum effrenatus quis intelligatur 67.17

O

OBitus appellatione in beneficialibus non venit mors ciuilis, in verbo per obitum 90
oblatio filiorum curiæ non iuuat hodie ad eos legitimandos 391.34
oblationũ tertia pars adepta Episcopis 266.4
obligatus ad dandum certum beneficium, an possit aliud dare 125.25
obstantia gratiæ quando tacitè videantur sublata 118.5
obstantias oratoris haberi pro expressis quid operetur 99.1
obstantia exprimenda pro personæ qualitate, in verb. non obstantibus 144
obtenta iam beneficia non includit dispensatio ad duo, nisi ea sint expressa in ver. conferantur 262
occultus & publicus simoniacus quomodo differant 330.13
oculi defectus remittitur per breue 396.55
oculo carens non est aptus ad sacerdotium 285.11
officia Regia non debent concedi ante vacationem 224.39
officia tria simul non potest quis obtinere, in verb. etiamsi curam 259
officiales Regij non possunt esse vicarij seu officiales prælatorum 35.34
officiales Regij residere tenentur 208.72
offi.ciali principali non foraneo delegat Papa 141.1
officialis interdum est vicarius simul, aliquãdo separatur pro consuetudine loci 39.24 & seq.
officialis & vicarius dicuntur esse in dignitate, ad hoc vt eis rescripta Papæ dirigi possint 39 27
officialis an possit conuertere pœnam corporalem in pecuniariam 49.153
officialis an possit cognoscere de causſa Episcopo delegata 50.159
officialis aut vicarius potest cogere patronum ecclesiasticum ad congruam portionem assignandam vicario perpetuo 50.163
officialium curia Rom. est reformare bullas. 150.4
officialium Papæ beneficia quomodo sint reseruata 76.25
officijs Regijs dandis non est præstitutum certum tempus 159.43
officium regulare quid 7.3.
officium habens perpetuum potest in eo Episcopatu promoueri 8.3
officium claustrale non datur in commendam 177.38
officium coram quo sit resignandum 317.14
officium vicarij & capituli sede vacante 161 63. & seq.
officium prælati & sacerdotis est, vt discat, & doceat 303.4

*officium secundum acceptans quomodo puniatur* 240.8
*officium Regiũ resignãs viuere debet quadraginta dies post resignationem,gloss.v.* 343
*oleum conficiendi potestas exprimenda est in vicariatu* 40.40
*omissio diœcesis an vitiet impetrationem, in verbo eiusdem diœcesis* 89
*omissio in bulla de contentis in signatura in ducit bullam rescribendam* 150.3
*omissionem in bulla factam eorum quæ erant in signatura, supplemus per perinde valere,aut reseribitur* 208.40
*omnia alia & similia faciendi clausu. quid importet* 32.181
*operas an debeat monasterio à Rege nominatus,vt alatur* 385.31
*opponi quando possit in rescriptis taciturnitas exceptionis peremptoriæ* 74.51
*oppositionis an sit habenda mentio in rescripto si neutri* 167.24
*optiõ an tollatur per Papam,in verbo,& qualibet alia* 145.1
*orator qũo accipiatur in verbo,orator* 88
*ordinary est vel superioris, admittere resignationem* 316.11
*ordinarium & legati collationes an subdantur regulæ de verisimili notitia,gl.v.* 153
*ordinarius non potest habere modum vacãdi pro expresso,nec absoluere ad effectũ* 30.15
*ordinarius & capitulum ad quod tempus cõmendare possint* 178.55
*ordinarius confert minori dispensato* 254.6
*ordinarius quomodo debeat inspicere dispensationem,antequam conferat secũdum, in verbo,vel ex caussa permutationis* 264
*ordinarius non admittit resignationẽ in fauorẽ tituli de pura resignatione* 315.& *seq.*
*ordinarius an subdatur regulæ de viginti diebus* 347.10
*ordinarius quando possit commendare beneficium sæculari regulari* 278.14
*ordinati extra quatuor tempora suspẽsi sunt* 289.16
*ordinatio datarij Papæ multa cõtinens* 83.3
*ordinationis verbum quid importet* 440
*ordinatus non tenetur probare ordinantem ritè fuisse promotum* 13.4
*ordinatus & conferens ordines ante tempus sunt suspensi* 290.7
*ordinem aliquem ex sacris sumere non tenetur dispensatus de non promouẽdo* 287.18
*ordines sacros vno die plures capiens an suspendatur* 476.
*Item tẽpus capiendorũ ordinũ,ibid,& seq.*
*Item ætas ordinandorum* ead.
*ordines suscipere non potest absolutus ad effectum* 135.19
*ordines perperam suscipiens est perpetuo suspensus* 292.3
*ordines probandi literi; sunt* 12.27
*ordinis appellatione nõ venit sacer ordo* 13.5
*ordinis diuersi beneficium impetratum à monacho an requirat eiusdem translationem* 200.18
*ordinis & officij ecclesiastici perturbatio ex pluralitate beneficiorum* 245.60
*ordinum exprimendorum facultas quando requiratur,in verb.ordinum* 116
*ordinum acceleratio per dispensationẽ* 154.8
*ordo requisitus in quolibet beneficio* 23.26
*ordo beneficij regularis exprimendus* 148.13
*ordo sacer impedit matrimonium* 377.38
*osculum maioris altaris fit in missione in possessionem,& quare.* 59.28

P

*PAcificè possessio computatur à die litis finitæ.glo.vi.* 230
*pacificè quando quis dicatur possidere,& possessio pacifica, an interrumpatur per citationem inualidam* ibid.
*pacificum beneficium exprimendum in signatura dispensationis* 100.12
*pactum, conditio, modus abesse debent à collatione* 21.2
*palam beneficium conferendum quomodo intelligatur* 22.12
*palatini Comites,& eorum potestas* 454
*papa solus erigit ecclesiam in cathedralem.* 194.1
*papa & legatus certis personis committunt, at inferiores incertis , qui in possessionem mittant* 58.16
*papa quot modis prouideat per commendam* 174.4
*papa duobus modis subrogat* 211.2
*papa potest ad certa beneficia constituere vicarium* 38.12
*papa grauans ordinariũ de conferendo beneficiũ non intelligitur de dignitate* 46.115
*papa prouidendo monacho alterius monasterij videtur eum transferre* 199.15
*papa vbique potest vnire beneficia* 181.23
*papa semper excipit ius tertij* 207.32
*papa an sit super ius* 488
*papa solus derogat iuripatronatus laicorum, non legatus,aut alius* 110.30
*papa qua bulla vtatur* 414
*papa solus vtitur hac clauf.Quod obstant. habeatur pro expressis* 101.21
*papa solus dispensare potest cum impetrante beneficium viuentis* 223.17

*Papa tribus modis confert beneficium vacans* 159.46
*Papa non confirmat inferioris collationem.* 125.23
*Papa pro dilectis scribit, & omnes præsumuntur dilecti, in verbo, Dilecto* 130
*Papa dispensando circa vitiatos corpore, cõmittit causæ cognitionem Episcopo* 284.7
*Papa confert ordines quocunque tempore.* 289.11
*Papa solus dispensat super ætate* 290.13
*Papa mortuo beneficia reseruata conferuntur per ordinarium* 77.36
*Papa an comprehendatur in reg. de viginti diebus* 373.3
*Papa solus indulget hodie dispensationes in prebendis in verb. in cathedralibus* 238
*Papa solus habet curiam* 458
*Papa etiam vicarius non potest conferre, nisi specialiter ei fuerit concessum* 42.61
*Papa vicariatus forma* 52.186
*Papæ solius autoritate quomodo erigatur ecclesia in collegiatam* 196
*Papæ multa epitheta, in verbo Beatissime* 87
*Papæ decretum appositum in reseruatione afficit, & titulum & possessionem* 77.40
*Papæ & Episcopi dispensationes de non promouendo quomodo differant* 286.2
*papæ morte impeditus resignatarius excusatur à non adepta possessione intra sex menses* 362.22
*papyro solet conscribi breue* 392.19
*parem religionem & diuersa diœcesis adeundi potestatẽ quis concedat monacho* 199.7
*parentes emunt & iniustè acquirunt beneficia filijs, & consanguineis* 18.12
*parentum metus, aut consanguineorum annullat resignationem* 328.2
*parricida priuatur ipso iure beneficio* 313.42
*parochialem impetrans, eamque subticens esse in villa murata, an inuetur perinde valere* 206.19
*parochialem habenti in titulum, & aliam petenti in commendam, si Papa dicat, fiat vt petitur in titulum, quid importet* 177.42
*parochialem habens promoueri tenetur intra annum* 293.1
*parochialem dicens eccl. siam, probare debet,* 294.7
*parochialem ecclesiam religiosus habere non potest* 280.38
*parochiales ecclesiæ non solebant commendari nisi episcopis, aut valde qualificatis* 177.35
*parochiales plures ex dispensatione obtinens quomodo censeatur dispensatus de non residendo.* 249.71. *& seq. & pag.* 524.
*parochiali ecclesiæ æquiparatur vicaria perpetua* 191.14
*parochialibus æquè principaliter vnitis an detur vicarius perpetuus* 189.3
*parochialis ecclesia dicitur esse cum administratione* 6.10
*parochialis vacans in curia sede vacante conferri potest ab ordinario etiam ante mensem* 140.14
*parochialis interdum commendatur regularibus personis* 177.36
*parochialis ecclesia non debet vniri Capellaniæ* 181.17
*parochialis vniri potest canonicatui ecclesiæ cathedralis ibid.*18
*parochialis an veniat nomine curati beneficij, glos. benefi. de dispens. ratio ætatis* 257
*parochialis ecclesiæ resignata quomodo apprehendatur possessio* 361.5
*parochialis ecclesia vacat per non promotionem intra annum* 285.1
*parochiani an possint impetrare succursum* 196.10
*parochianos non habens curatus an promoueri teneatur* 298.34
*partibus concordantibus quid ad iudicem confugiendum* 493
*paruæ datæ extra curiã mitti non debent. ibi.*
*parui momenti res per breue conceduntur.* 393.18
*passagertorum hæresis* 406
*pastorum stulta punitio* 404
*patarenorum hæresis* 405
*pater cur Papa vocetur in verb. pater* 87
*pater solo facto ministrans non impedit filium idem obtinere beneficium* 271.21
*pater non prohibetur habere beneficium filij ibid.*29
*paterni beneficij dispensatio facta bastardo an valeat hodie* 271.24
*paternum beneficium an & quando possit cõferri filio naturali* 270.16
*patriarcha quis dicatur, & vnde* 454
*patriarcha solus Lugdunen habet deuolutiones ab Archiepiscopis Franciæ* 157.24
*patrimonij habenda est mentio in literis paucrum* 72.31
*patris sola præfectura impedit filium habere beneficium* 272.33
*patronati beneficij in curia vacantis prouisio non egei derogatione* 109.19
*patronatus ius remissum in vnione est irreuocabile* 194.39
*patronatus ius quid sit* 107.2
*patroni vel patronæ ecclesiæ nomen verius ex primendi*

primendi facultas 108.5
patroni omissio in signatura an possit in bulla suppleri 111.52
patroni consensus an sit necessarius in permutatione 352.21
patroni consensus exigitur in vnione 187.6
patrono recusante consentire permutationi potest episcopus supplere 110.41
patrono presentante non cui debebat, an fiat deuolutio 160.56
patronum ius conferendi ad quem deferatur ibid. 171
patronus ecclesiasticus constituit uicarium generalem et ad presentandum 43.72
patronus est vocandus in reuocanda vnione, necnon collegiato 193.27
patronus quomodo cautè consentiat vnioni 194.41
pauperes de Lugduno, & eorum hæresis 405
pauperi clerico an prouidendum sit in ecclesia cathedrali 79.18
pauperi clerico beneficium quinquaginta librarum mandatur conferri 80.20
pauperibus non diuitibus mandatur prouideri in forma pauperum 78.4
pauperum forma pro graduatis 80.1
peccatum qua mala generat 519
pecuniam accipiens etiam cum dare permissum est peccat 331.23
pecuniam sumere non debent prælati pro litteris de non residendo 304.16
pedagia vnde dicta, & inuenta, & quid à vectigali differant 412. & seq. & pœna in illam inducentes, ab vtroque iure 413
pœna deferentium arma ad Saracenos 416
pœna male impetrantium beneficia viuentis. glo. 17. 234
pendente lite non licet alium vacandi modũ exprimere. glo. 19. ibid.
pendente lite an liceat resignare 348.19
pœna impetrantis beneficium viuentis 222.9
pœnitentia quid, & quotuplex 527
pœnitentiarij litteræ et breuia non validantur per perinde valere 206.16
pœnitentiarij & Papa in signando differentia 98.21
pœnitentiarius Papa circa qua dispenset 243.35
pœnitentiarius non dat clausulam vi loco dimissi vel dimissorum 265
pœnitere quomodo liceat in crimine hæresis 310.7
pensio an possit imponi in beneficijs patronatis absque laicorum consensu 110.28
pensio reseruatur canonico consentienti dissolutioni vnionis 193.35
pensio tribus tantum casibus venit in hoc regno imponenda 76.23
pensionarij morte an extinguatur pensio vel transferatur 76.20
pensionarius beneficij non percipit pensionem propria authoritate ibid.18
pensionem quis habere non potest ex dispens. ad benefic. 273.49
pensiones in beneficijs quando moderentur ad tertiam partem 75.17
pensiones duas non licet obtinere sub eodem tecto, nec ecclesiam cum pensione, in verb. etiam si sint 260
pensioni super futuro beneficio imponendæ constitui potest procurator 321.29
pensionis imposita ab ordinario confirmatio dari non solet, sed à Papa de nouo concedi 75.17
pensionis constitutio an desideret patroni consensum 111.48
per nos aut p procuratorẽ resignamus 318.1
peregrini deseruiant per vicarium 307.50
perficitur gratia per hoc verbum fiat 97.15
perinde personam, tempus, & actum respicit 206.8
perinde valere supplet transcriptionem bullæ ibid.19
periurus priuandus est suo beneficio 314.58
permutandi claus. quomodo inserendo in signatura in verb. vel ex caussa permutationis 264.
permutando non potest imponi pensio superaquati vel minori benefic. 76.24
permutans in fraudem beneficium cum infirmo perdit suum beneficium 342.2
permutare beneficium cum temporalib. simonia est 17.3
permutare beneficium non licet accusato 228.6
permutare potest curatus non promotus iuxta finem anni 298.37
permutari an possit commenda cum titulo 178.53
permutari non potest vnitũ beneficiũ 190.18
permutari nec alias resignari potest beneficium
permutari nec alias resignari potest beneficium vnitum 187.9
permutari non potest beneficium ad certum tempus concessum 263.8
permutati beneficij loco aut resignati, vel alias adempti quando liceat aliud capere, in verbo Simpliciter 264
permutatio non valet si alterum beneficium erat reseruatum 96.12
permutatio quid sit 351.2
permutatio de beneficio non suo an valeat 153.14

*permutatio beneficij lite pendente an valeat* 214.nu.23
*permutatio etiã inæqualis annullatur* 342.5
*permutatio beneficij non subijcitur regulæ de verisimili notitia* 152.4
*permutationes approbandæ sunt per collationem* 351.5
*permutationes admittere potest capitulum sede vacante* 164.95
*permutationi recusantibus patronis papa prouidet* 109.21
*permutato Episcop. an cẽseatur reuocatus vicarius, & an interim acta valeãt* 55.225
*perpetua vnio quomodo fiat* 180.8
*perpetuæ duæ vicariæ sunt incompatibiles in verb. vel earum perpetua vicaria* 257
*perpetuo conferenda sunt beneficia* 22.13
*perpetuus vicarius quis dicatur* 57.241
*perpetuus vicarius quando detur vnito beneficio* 189.1
*personales vniones reprobantur in Francia.* 183.46
*personam nõ transgreditur priuilegiũ* 63.26
*personæ qualitas attenditur ad iudicandum iustum metum* 329.11
*pertinax quis dicatur* 403
*peruenisse ad talem annum dicitur, quando eum attingit in verb. tecũ vt ex nunc* 256
*pessulum seu anulum portæ ecclesiæ quando requiratur tangere in possessione capienda* 64.34
*pestis an excuset à residendo* 305.29
*petenti secum ad maiores dispensari, si ad dignitates concedatur de maioribus etiam intelligetur* 267.88
*petitio partis præcedens non impedit effectum clauſ. motus proprij* 68.23
*petitionis clauſ. nisi fuerint repetitæ in dispositione ſignaturæ non intelliguntur conceſſa* 100.13
*petitor an poſſeſſor ſitis, in cuius locũ ſubrogamur, ſit ne exprimendum* 216.60
*petrus an maiorem poteſtatem in iuriſdictione reliquis apoſtolis acceperit* 529
*philippus molestè tulit, quòd alicui non beneficisset* 131.10
*philippus Valeſius cur vectigal ſalis impoſuit* 413
*pirata quis dicatur* 410
*placet Regis non expeditur poſt ſex menſes in ſuis nominationibus* 320.20
*plebania quomodo ſit exprimenda* 116.7
*plebi an conuocetur ad vnionem faciendam* 187.11
*plenitudo iuris canonicè quando dicatur* 69.43
*plumbum vnius bullæ mutare, quid* 414
*plumbum eſt de ſubſtantialibus bullæ* 122.3. & 13
*plumbum in bulla apponens ſua autoritate falſum committit* ibid.15
*plurali numero pro ſingulari vtimur honoris gratia, in verb. veſtra* 88
*pluralis Papæ locutio erga vnum, inducit faltatem* 148.11
*pluralitas beneficiorum reprobata multis rationibus* 240.2
*pluralitas beneficiorum iuri ciuili inimica.* 240.6
*plures habens prælaturas poteſt ſingulis ſpecialem vicarium præficere* 34
*plures in vnius locum ſubrogari poſſunt* 214.42
*pluries ab eodem diuerſo iure conferri poteſt beneficium* 32.4
*plurium collationum quanam optima* 27.7
*portio monachalis extinguitur, ſi melior fortuna ſequatur* 386.38
*poſſeſſio clericatus an iuuet* 11.25
*poſſeſſio beneficij adipiſcitur per ſolam ſignaturam* 209.50
*poſſeſſio diutina eccleſiæ tanquam vnitæ probat vnionem, glo. 9.* 186. & ſeq.
*poſſeſſio vitioſa autoris exprimenda* 212.19
*poſſeſſio an quæratur per ſubrogationem* 212.26
*poſſeſſio apprehenditur per ſubrogatũ ex praxi Francia* 213.28
*poſſeſſio capi & publicari poteſt poſt ſex menſes ante mortem reſignantis, glo. 11. reg. de public. reſig.* 263
*poſſeſſio ſine publicatione nõ valet, gl. 17.* 368
*poſſeſſione priuari quomodo intelligatur reſignans* 35.16
*poſſeſionem autoritate propria apprehendens an priuetur iure, quod habet in beneficio* 30.23
*poſſeſionem adeptus ex prima gratia inualida, non tenetur aliã apprehendere* 209.52
*poſſeſionem apprehendere debet permutans* 352.18
*poſſeſionem ingredi non licet impetranti per incapacitatem, niſi lata aliqua ſententia.* 165.106
*poſſeſionem accipi & publicari ante mortem reſignantis ſufficit* 363
*poſſeſioni beneficij incumbens reſignans facit id vacare per mortem* 364.8
*poſſeſſor vi poſſidens ſuum titulum iuſtificare tenetur* 83.23
*poſſeſſor beneficij an ad præceptum executoris poſſeſionem dimittere teneatur, in verb.* con-

contradictores 243
possessorium beneficij controuersum an ipsum efficiat litigiosum 213.31
possessor episcopatus vel abbatia ante sibi intimatas bullas confert 332.25
possidente resignante quare per eius mortem vacare censeatur beneficium.glo. 1. 356
possidere & in possessione esse quomodo differant 363.1.& pag.503
postmodum,dictio, quid denotet 503
posterior exprimens verum vacandi modum an praferatur priori habenti clauſ. aliàs quouismodo 91.6
posterior impetrans quomodo prefertur priori.glo.2. 217
posteritatis legitimatio extenditur solum ad legitimos 387.8
potentior an subrogetur 227.1
potentiori nihil prohibet cedere eum, qui iam pro se obtinuit sententiam 227.3
potentis aut calumnioſi vexationem licet redimere 331.10
praxis Francia comprobandi signaturas tẽpore belli 119.8
praxis annullandi resignationem metu factam 329.4
praxis Francia quomodo procedat impetrans per non promotionem 299.50
prabenda quid 6.13
prabendam impetrans per mortem nusquam releuatur ab expreſſione certi nominis defuncti.in verb.etiam coram notario 93
prabenda an vacet per adeptionem prepoſitura 524
prabendarum collatio ſede vacante non deuoluitur ad capitulum 164.101
prabenda ſeu canonicatus poſſeſſio quomodo apprehendantur 60.36
precarij conſtitutio an proſit quo ad iſtam regulam 367.33
precedentis prouiſionis quomodo ſit habenda mentio in gratia ſi neutri 167.36
precepta & mandata faciendi, clauſ. in vicariatu 51.175
preceptoria Hieroſolymitana & ſancti Antonij poſſunt ab exteris obtineri 381.9
precibus hereticorum obtinens beneficium eo priuatus eſt 312.24
predeceſſoris debita non tenetur ſoluere ſubrogatus 215.45
predeceſſoris titulus regulariter non oſtendendus 216.55
praiudicium conſanguineorum an impediat filium naturalem legitimari 389.15
prelati omnium maximè tenentur reſidere. 303.3
prerogatiua Papa quando concurrit cum ordinario 345.16
prerogatiua meritorum eſt cauſſa ad diſpenſandum ſufficiens 244.30
presbyteri abſoluentes in caſibus prohibitis, qua pœna plectendi 430
presbyter aut clericus ſolo verbo fieri poteſt à Papa 8.9
preſcriptio non probatur ex tempore decem annorum 255.6
preſcriptione ius quaſitum an princeps tollere poſſit 172.32
preſentandi & eligendi poteſtas data etiam cum clauſ.& alia omnia maiora faciendi,non comprehẽdit alium modum 41.51
preſentandi ius quomodo fuerit introductum. 20.1
preſentare poteſt commendatarius,eligere,& alia facere.ſicut habens in titulum 179.60
preſentat interdum prior vicarium perpetuũ 190.12
preſentatio quid ſit,& quotuplex 20.3
preſentatio probatur per narrationem in literis prouiſionis 108.14
preſentatio & inſtitutio an faciant ceſſare hanc regulam 340.7
preſentatione nulla & inualida exiſtente valet Papa prouiſio,etiam abſque alia derogatione 112.59
preſentatio nondum inſtituto datur ſimplex prouiſio 127.46
preſentatus à minori parte impetrat gratiam ſi neutri 167.31
preſentatus dubitans ſe inſtitutum quomodo impetret nouam prouiſionem 111.53
preſentatus ingrediens poſſeſſionem abſq; inſtitutione priuatur ſuo iure 112.54
preſentatus fructus percipiens ante inſtitutionem fit inhabilis ibid.56
preſentatus adminiſtrans ante inſtitutionem eſt intruſus 218.9
preſes ante ſucceſſoris ſui aduentus notitiam indicat 332.32
preſtimonij vnio nõ eget derogatione 190.17
preſumptiuè ex actis poſſeſſionis non ſufficit probare titulum 83.26
preteritum excludit preſen:gl.vacauerit,in forma ſig. 91
pretextatorum puerorum inſigne bulla 122.4
preuentiones Papa nimis accelerata non valent.glo.5 153
preuentionis via,aut conuerſus prouidet Papa 82.15
prima collationis validanda gratia impetratur perinde valere 206.9

*primus prouisus prafertur secundo, licet ei tradita fuerit possessio* 369 8
*princeps simpliciter concedendo tantum petita concedere censetur* 121.31
*princeps an id tollere possit, cuius ipse fuit caussa quarendi* 172.31
*principalis duarum vnitarum ecclesiarum est exprimenda in impetratione* 180.12
*principes rarò gratiarum affectus sentiunt.* 131.10
*principis gratia nõ expirat eius morte* 236.4
*prioratus conuentualis qui* 7.4.*clausstralis, num.*5
*ptioratus conuentualis quam atatem requirat* 253.3
*priores aliquando conferunt primam tonsuram* 8.16
*prioritate nulla apparente in collationibus plur.eiusdem data non valent* 83.31
*priorum secularium & clausstralium clausu. in principio bulla poni solita* 132.13
*priuare beneficio non potest vicarius, nisi hoc fuerit eidem expressè concessum* 48.135
*priuationi sententia appellatione suspensa non impedit quẽ interim resignare* 314.52
*priuato an possit iterum beneficium conferri* 302.81
*priuatus beneficio post sententiam se immiscendo fit intrusus* 218.10
*priuatus non intelligitur aliquis nisi à iure exprimatur* 314.62
*priue conseil du Roy, cur sic dicatur* 62.5
*priuilegia quibus de caussis cõcedãtur* 64.35
*priuilegia omnia transferuntur per vnionem* 184.57
*priuilegia ecclesia translata quomodo perdantur, & transferantur* 198.19
*priuilegia temporalia dat Imperator ecclesiis, Papa spiritualia* 159.6
*priuilegia nobilium* 388.12
*priuilegia rius non tenetur habere literas de non residendo* 304.14
*priuilegio ecclesia principalis gaudet vicarius perpetuus* 190.16
*priuilegium episcopi exercendi pontificalia vbique* 15.20
*priuilegiũ quid, &, eius etymologia* 62.3
*priuilegium est stricte interpretandum* 62.6
*priuilegium derogans statutis & consuetudinibus est large interpretandum ibid.*10
*priuilegium enormiter ladens ius alterius, reiicitur* 65.44
*priuilegium principum non faciens mentionem de alio priuilegio, vel indulto, est nullum ratione subrtptionis* 70.6
*priuilegium obtinens absque mentione statuti etiam idem quod ius commune statuentis, nil agit* 71.14
*priuilegium concessum intelligitur secundum petitionem* 98.30
*priuilegium motu proprio concessum an extendatur ad litem pendentem* 171.9
*probãda est caussa unionis* 187.191.&9.10
*probare non tenemur, qua in dicuntur exordijs gratiarum* 132.15
*probare an debeam mecum compermutantem ius habuisse* 352.17
*probare quando teneatur impetrans, in verb. vt asseris, de dispensa. ratio atatis* 254
*probat signatura contra supplicantẽ* 121.20
*probatio non recipitur contra verisimilitudinem temporis* 151.5
*probationis tantum gratia inductum est hoc rescriptum* 237.19
*processus super si neutri, literis non confectis nullus est* 166.12
*processus vt valeant ab omnium eorum data an concedi possit* 206.15
*proconsul ante successoris aduentum administrat* 332.29
*procurator per cuius resignationem vacat beneficium exprimendus est* 30.20
*procurator laici non potest presentare, nisi specialiter hoc ei concessum fuerit* 43.71
*procurator generalis ad acceptandum potest acceptare curata, & dignitates* 46.118
*procurator ad resignandum quomodo constituatur* 318.5
*procurator ad acceptandũ simul & resignandum constitui non potest* 320.16
*procurator ad presentandum ad beneficium non vacans an constituatur* 223.25
*psocurator à nominato constitutus ad acceptandum & resignandum an possit resignare* 224.32
*procurator à subrogato constituendus est de nouo* 214.35
*procurator prioris collitigantis an sufficiat ad subrogationem* 215.54
*procuratorem ex consuetudine potest vicarius constituere* 43.78
*procuratores generales loco vicariorum constituuntur apud principes laicos* 38.13
*procuratori meo beneficium viuentis collatũ an mihi praiudicet* 227.67
*procuratoria non valent vltra annum, glo.*7. 154
*procuratorum contradictarum beneficia, & notariorum Rota, ac aliorum an sint reseruata* 75.9
*productio bulla reformata qũo fiat* 151.5
*professio facta ante decimumquartum annũ quomodo*

*quomodo conualidetur* 209.53
*professio noua non desideratur in translatione monachi* 198.& seq.
*professus habere potest beneficia, non professus non* 279.24
*professus religionem priuatur suis beneficijs* 313.44
*prohibitio ordines sumere* 292.5
*prohibitio Papæ, ne tale conferatur beneficiū. inducit reseruationem.* 76.32
*promissio sine causa non valet* 262.10
*promoti quando dispensentur ad matrimonium* 378.39
*promoti sine dimissorijs suspensi sunt* 290
*promoto ante septennium collatio facta non valet* 290.9
*promoto sine beneficio quomodo prouidere debeat episcopus* 78.1
*promotum alium negans id probare non adstringitur* 301.71
*promotus male quot modis dicatur* 4.75
*promotus illegitimus ad sacros ordines & celebrans an fiat irregularis* 270.13
*promotus illegitime dispensatur* 291
*promouendi facultas à quocunque antistite datur per breue* 395.46
*promouentur hodie clerici pauperes in vim tituli patrimonialis* 80.24
*promoueri in Francia sufficit in secundo anno pacifica possessionis* 299.45
*promoueri quando liceat ante ætatem & extra quatuor tempora* 289.12
*prophetarunt quidam iuuenes* 290.6
*propria autoritate sumitur possessio rei vnitæ* 188.17
*prorogare annum promotionis non potest episcopus* 295.18
*prorogatio dispensationis quomodo petatur à Papa* 263.4
*prorogatio dispensationis inualida non impedit impetrationem tertij* ibid. 6
*prorogatio dispensationis quomodo fieri possit* 287.11
*prorogatio sex mensum fieri potest ad publicandam resignationem glo. 4.* 359
*prorogatio de non promouendo non debet esse maior quàm prima concessio, & ab ipso concedente dari* 394.31
*prorogatio non fiat nisi prima concessione durante* aad. 34
*prorogatio de consecrandis episcopis conceditur per breue* 396.58
*prosequi causam quomodo teneatur impetrans* 233
*protonotariatus bulla non simul cum bulla dispensationis expeditur* 275.84
*protonotariatus gratis autori concessus ibi.* 85
*prouidet Papa varijs modis* 82.11
*prouisio si fuerit in signatura expressa, an electo postea in bulla possit exprimi* 127.39
*prouisio narrata in signatura non potest in bulla omitti* 127.40
*prouisio Papæ tendit vel ad vacaturas, vel ad vacantia, de Papæ prouisione* 61
*prouisio facta alicui tanquam graduato, qui non est, non valet* 160.53
*prouisio cum accessu quando detur* 77.42
*prouisionis verbum late accipiendum est* 8.41. 50
*prouisus de episcopatu, vel abbatia ante adeptionem possessionis an conferre, & præsentare possit* 332.25
*prouisus à vicario sub eadem data prior capiens possessionem præfertur prouiso ab episcopo* 47.123
*publica honestas an egeat dispensatione ad nubendum* 378.45
*publicanda est collatio facta per resignationem* 361.1
*publicatio an intra ecclesiam fieri debeat, glo.* 9 360
*publicatio in quo loco fieri debeat* ibid.
*publicationum sex menses à quo tempore computentur glo. 5.* 359
*publicæ vtilitatis causa derogatur iuri etiam quæsito* 172.30
*publicæ vtilitatis causa regressus conceduntur, de regressibus* 317
*punctum bullæ à priuato additum eam vitiat* 148.9
*pupillo non potest dari facultas testandi* 210. 55
*purgatorium vnde probetur, & purgatio animæ defuncti, & an indulgentia extendantur ad eos qui sunt in purgatorio* 534. *& an purgatorium sit super terram* ibid.
*purgatus metus quando dicatur* 328.7

Q

*Quæliacunque beneficia possunt vnire.* 180.
*Qualis metus requiratur ad rescindendam resignationem* 329.8
*qualitas beneficij inducens reseruationem non habetur pro expressa* 136.18
*qualitas beneficij quando habetur pro expressa* 121.27
*qualitas spurietatis exprimenda* 264.61
*qualitates expressæ in petitione subintelliguntur in concessione* 99.32
*qualitates impetrantis & beneficij impetrati quomodo exprimendæ* 114.1
*qualitates cum ipsis beneficijs habentur pro expressis*

expreſsis 136.7
qualitates beneficiorum ſunt exprimendæ, niſi habeantur pro expreſſis ibid.13
qualitates beneficiorum habentur pro expreſſis vi clauſulæ, quacunque, quotcunque &c. 67.18
qualitates & fructus beneficij exprimuntur in acceſſu 77.43
qualitates ſuper concurrentibus in data 461. & ſeq.
qualitates requiſitæ in nobilitate 387.7
qualitates partium inſerendæ ſunt à notario in ſuo breui 392.6
quatuor temporibus cur potius ordines conferantur quàm alio tempore 288.8
quando impetrandũ ſit perinde valere 205.6
quærendo iuri derogare poteſt Papa 172.18
quæſito iuri non derogatur per ſi neutri 166 20
quilibet conſtitui poteſt procurator ad reſignandum 320.17
quinto exiſtens in gradu poteſt nubere cum exiſtente in ſecundo.glo.3. 374.
quandam & olim præteritum & præſens tempus ſignificant, in verb. quondam 98
quorumcunque beneficiorum diſpenſatio non extenditur ad curatum, in verb. etiam ſi curam, &c. 259
quot annis poſſeſſum fuerit beneficium eſt exprimendum glo.12.reg.cancel. 322
quot modis Papa prouideat beneficijs 81.2
quotuplex eſt diſpenſatio 236.5

R

RApere puellam quaſi dicitur, qui Regis beneficio illam capit 373.10
raptus non comprehenditur in diſpen. de matrimonio.glo.6.eod. 379
raſura ſeu litura in loco ſuſpecto vitiat bullã 119.18
raſura parit ſuſpitionem contra poſſidentem inſtrumentum 148.8
ratificatio an validet collationem aliàs nullam 38.11
ratihabitio epiſcopi an validet ordines abſq; ſuo conſenſu collatos ab alio 14.11
ratihabitio vocatur à quibuſdam figuratum mandatum 65.52
rationes inferuntur à Papa, quæ moueant illum ad conferendum 131.1
rationes prohibitæ impetrationis beneficij viuentis 221.7. & ſeq.
rationes plures prohibitionis, ne baſtardi beneficia habeant 269.3
rationes multæ pluralitatis reprobatæ 240.2
receptator quis dicatur 408
recipere in canonicum ad effectum quid importet 69.44
recipere beneficium ex diſpenſatione quid importet, in verb. recipere 263
recipiendi reſignationes habens poteſtatem, an etiam conferre poſſit 45.105
recipiendi diſpenſatio an comprehendat & retentionem, in verbo & ſimul tetinere 262
recipitur quis in monachum per ſimplicem ſignaturam 121.23
recognoſcere chirographum an cogat vicarius abſque ſpeciali mandato 50.156
reconciliare eccleſiã an poſſit vicarius 51.168
recredentia lata non ſubrogatur quis, niſi refuſis expenſis 215.49
rector aut curatus quid iurare debeat epiſcopo 29.2
rectoria eſt incompatibilis cũ vicaria 257.9
rectoris parochialis vnita conſenſus exigitur 187.8
rediens ad ſuum beneficium an noua egeat collatione 352.12
redimendæ vexationis cauſſa quando liceat aliquid dare pro beneficio contentioſo 331 17
redire poteſt permutans ad beneficium ſe ignorante vnitum 190.19
redire ad meum beneficium poſſum, licet alij collatum fuerit 352.13
redire ad beneficium non licet ei, qui ſpreto patrono permutauerat ibid.16
referendæ eſt bulla ad primam ſignaturam. 150.9
reformandæ vel tranſcribendæ quando ſint bullæ 150.2
reformatio literarum quomodo fiat 515
reformatio bullæ ex vna cauſſa non porrigitur ad aliam cauſſam 122.32
reformatio primæ gratiæ quando valeat.gl.7 231
reformationes gratiarum quomodo ſignentur 97.7
regaliorum iure ſumitur in beneficijs quædam ſpecies appoſitionis manuum 77.37
regeſtro approbatur ſignatura 119.5
regeſtrata regula fit lex regni irreuocabilis per mortem Papæ.glo.1 356
regia litera non impetrantur ad annullandã reſignationem beneficij dolo factam 327.1
regis conſenſu deſideratur in tranſlationibus epiſcopatuum 198.13
regis quando ſit rehabilitare 386.7
regiſtrata quando fuerit hæc regula, de veriſimili notitia 151.1
regiſtrata quando fuerit hæc regula in Senatu.glo.9. 344
regna, prouinciæ, ciuitates, loca & iura ad Romanam

manam eccleſiam pertinentia 427
regni beneficium non poteſt extra regnum vniri 383.9
regnicolæ efficiuntur per vnionem beneficiorum 184.53
regreſſus quando approbentur vel improbentur. de regreſſis 317
regreſſus interdum dantur reſignanti, ſed in Francia ſunt ſublati 77.41
regula, ſiue conſtitutio perpetua S. D. N. D. Iulij Papæ, quòd fructus beneficiatorum &c. 201
regula quid 440
regula cui derogatur, quando ſit exprimenda in verb. non obſtantibus &c. 144. & ſeq.
regula cancellariæ quod negatiuè intelligatur expreſſio, nõ procedit in ſimplicib, 139.19
regulæ cancellariæ cur dicantur 441
regulæ cancellariæ de expediendo per rationi congruit, intra ſex menſes an ſeruetur. 237.16
regulam iam incorporatam in regeſtis curiæ an Papa tollat 151.2
regulare eſſe beneficium quomodo probetur. 5.5.
regulare beneficium eſt incompatibile cum ſeculari, & è contra 257.7
regularia beneficia quæ ſint, & quotuplicia. 7.2
regularia beneficia ſant incompatibilia ſecularibus, in verb. etiam ſi ſint 260. & ſeq.
regularibus interdicta ſunt beneficia ſecularia 278.7
regularis eccleſia in ſecularem, aut è contra quomodo erigatur 195.8
regularium diſpenſatio ad regularia cum cura, non porrigitur ad ſimplicia 178.47
regularium beneficiorum cum ſecularibus diſpenſatio, vt è contra 254.7
regula cancellariæ quando ad verbum ſunt exprimenda, in verb. vel aſſecutionẽ. 138
regulæ de annali poſſeſſore ratio glo. 2. de annal. poſſeſſ. 229
regulæ reſeruationum ſummi Pontif. 443. & ſequen.
regulæ de viginti diebus derogat Papæ, & legatus 172.19
regularum cancellariæ producendarum modus 479
regum & illuſtrium perſonarum in derogatione patronatus eorum habenda eſt mentio 112.62
rehabilitatio & diſpenſatio conceduntur per ſignaturam 395.26
rehabilitationis clauſula 283.68
rehabilitatur homicida à ſolo Papa 314.54
rehabilitatus ad ſecularia an ſit habilis ad regularia 284.70
rei nomine & bonorum beneficium continetur 351.3
reincidens in morbum an contineatur ſub hac regula 339.8
religionis zelus, clauſu. pro regularibus 66.4
religionis ingreſſu. illegitimus ſit legitimus, & ad quæ 274.66
religioſi recipiendi cum clauſula 539
religioſorum translatio ibid.
religioſorum clauſ. in princ. bullæ poni ſolita. 131.11
religioſorum iuripatronatus quomodo derogetur 113.66
religioſus diſpenſatur ad obtinendum beneficia in alio monaſterio 277.2.
religioſus non vocatur nobilis in bullis. 280. 30
religioſus non debet ſumere nomen à beneficio ſeculari ibid 34.
rementa cauſſæ purè & ſimpliciter ſumens tenetur ad omnes expenſas 215.48
remiſſio delicti cum reſtitutione bonorum quomodo intelligatur 170.5
renouare non poteſt Epiſcopus commendam finitis ſex menſibus 179.65
renuncians liti nõ dat ius aduerſario 174.13
renunciari poteſt priuilegio 65.39
renunciari non poteſt malæ impetrationi ad fugiendũ multã Papæ debitam. gl. 17.234
renũciatio beneficij ſimoniacè facta nõ valet. 512. & quid ſit ſimoniacè renuntiare. ibi.
repetitam eſſe oportet clauſulam in ſignatura, vt extendatur in bulla 105.3
repetitio clauſ. non ob. certo canonicorum numero 69.39
reprobari collatio quando poſſit a collatore. 341.36
reputatio attenditur in nobilitate 387.11
requiſita in literis tonſura 10.3
requiſita in vicariatu 33.8
requiſita ad bonam collationem 21.1
requiſita in literis rationi congruit 236.6
requiſita in reſignatione 351.4
requiſita ad erigendum eccleſiam in curatã. 195.2
requiſita in vnionibus, gl. 1. 184
requiſita ad bonam tranſlationem 199.14
requiſita in ſignatura 85.21
requiſita ad regulam de viginti diebus 338.2
requiſita in ſubrogationib. 211.9.
requiſita in reſignatione in fauorem 323.14
reſcribenda bulla quando ſit, vel gratia perinde ualere impetranda. 210.59
reſcripta gratioſa 415

*reseruatum est iure communi beneficium vacans in curia sede vacante* 139.13
*reseruatum beneficium an post mensem conferri possit a capitulo sede vacãte* 164.98
*reseruatum beneficium an possit vniri in præiudicium expectantis* 192.31
*reseruatum an censeatur beneficium quod Papa grauauit dimittere.* 264.10
*residere quibus casibus quis non teneatur.* 305.22
*resignandi simpliciter data facultas, aut ex caussa permutationis, non comprehendit facultatem cedendi commendæ* 177.37
*resignare & præstare resignationi consensum, paria sunt* 467
*resignans si non moriatur infra 20. dies, an locum habeat regula, &c. Et si fato moriatur 469. Et dies admissæ resignationis qualiter in Gallia computentur ibid.*
*resignare compellens priuatur suis beneficijs.* 313.46
*resignatarius non habebit perinde valere, nisi resignantis accedente nouo consensu* 207.21
*resignatarius non gaudet annali possessione sui prædecessoris.glo.5.* 230
*resignatio etiam coram laico, aut duobus notarijs valet. in verb. siue vt præmittitur 139*
*resignatio cum ingressu & accessu explicatur* 316
*resignatio quid sit* 315
*resignatio duplex est, titulo de tacita renunciat.* 315
*resignatio coram legato in fauorem facta nõ valet, contra Boer.* 322.5
*resignatio coram legato quomodo fieri debeat* 323.12
*resignatio simoniaca an valeat in præiudicium resignantis* 312.35
*resignatio facta coram Papa post resignationem coram ordinario non valet. glo.* 3.341
*resignatio qualiscunque hic comprehenditur. ibidem.*
*resignationes non valent, nisi publicatæ fuerint intra sex menses, quando in curia facta est resignatio* 500
*resignationes vbi publicari debeant* 502
*resignationes an possint recipi a capitulo sede vacante* 163.94
*resignationum qualitates* 163. *& seq.*
*resignanti bulla intimari debent* 333.40
*resignatum in curia est Papa affectum, in verb. aut ex alterius* 92
*resignatum beneficium coram testibus solum an possit impetrari, in verbo etiam coram notario ead.*
*resignatum beneficium an per resignationem & mortem quoque possit conferri* 350.13
*resignatum fuisse beneficium exigit hæc regula* 342.1
*restituuntur omnia in pristinum statum dissoluta vnione* 194.39
*retentio prouisionis à Papa iuuat in beneficio patronatus* 109.22
*retentio prærogatiuarum approbata à Papa, an noceat resignatario* 367.31
*retentis omnibus fructibus facta resignatio valet, licèt Papa non reseruet nisi dimidiã* 324.25
*retractari an et quando possit factum vicarij* 36.40
*reuertenti ad suum beneficium non potest ius controuerti* 353.26
*reuocandi præcepta datur authoritas vicario.* 51.176. *& cur hoc inuentum nu. seq.*
*reuocari potest procurator ante resignationem* 325.1
*reuocari non potest commenda ante tempus finitum* 178.58
*reuocari quando possit dispensatio* 250.82
*reuocatio vnionum* 450
*reuocatio tacita procuratoris, & subdelegati.* 47.122
*reuocatio vnionum* 183.47
*reuocatio resignationis intimanda est collatori, aut procuratori* 325.2
*reuocatio non intimata an valeat in præiudicium reuocantis* 326.12
*reuocationem vnionis quis petere possit.* 191.11
*reuocatur vicarius duobus modis* 53.192
*reuocatus vicarius conferre potest, quousque notificata fuerit ei reuocatio* 54.214
*reuocatus an præsente episcopo censeatur vicarius ead.222*
*rex in principio regni nominat monachum, vel monialem* 384.24
*rex duobus eundem non grauat ead.26*
*rex dispensat ad plura simul officia obtinenda* 240.6
*rex an teneatur soluere pecuniam pro redemptione capitanei capti ab inimicis* 411
*rex Francia an in suo regno legitimare possit in bonis temporalibus* 553
*rogare potest resignans ordinarium, vt alicui conferat de pura resignatione* 316
*roma facta publicatio an sufficiat* 362.15
*ruinis ædificia patent ex non residentia* 176.19

*S*

*S Abbato cur potius ordines sacri conferuntur, quàm alio tempore* 288.10

*sacerdos*

*Sacerdos quando in fundatione requiritur, an censeatur derogatum per clau. & qualibet* 146
*Sacerdotij literas an sufficiat exhibere absque alijs ordinibus* 12.28
*Sacerdotis filius sufficit quòd quis probetur.* 272.42
*Sacerdotium capientes pro beneficio quantum hallucinentur* 2.2. *& seq.*
*Sacerdotium habens non habet beneficium. In proœmio* 2.
*Sacerdotium pro munere.* 2.3. *& pro dignitate.nu.seq.*
*Sacra sacris, profana profanis vniuntur gl.* 4. 185
*Sacrilegium incurrunt conferentes indignis.* 27.12
*Sacrilegus priuandus est beneficio* 314.56
*Salutatio Papæ quomodo dirigatur, in verbo salutem* 130
*Salutatio Papæ an importet absolutionem, in verbo salutem* ibid.
*Salutatio primum ponitur in mandato* 66.2
*Sancti nomen exprimendum est in impetratione, in verbo sanctorum* 89
*Sanctitas decet Pontificem, in verb. S. V. & cur ita breuiter scribatur* 87
*Sanum esse sufficit vel tempore procuratorij, uel consensus* 345.7
*Sanus pestis infectus an comprehendatur in hac regula* 339.14
*Saul damnatus, quia Achas pepercit, & regno priuatus* 407
*Scientia sine gradu non inducit ad dispensandum* 243.44
*Satisfactio congrua hæretici qua sit* 311.18
*Scabellum pedum Christi adorare, quid sit in sacris* 406
*Scandalosum corporis vitium an dispensatione remitti possit* 284.8
*Schismaticus est priuatus beneficio* 312.29
*Scientia mediocris in beneficijs regendis sufficit* 24.42
*Scientia qua, & qualis requiratur in dispensatione, & quis gradus* 243.44
*Scire præsumitur episcopus qualitatem eorũ, quibus confert* 26.3
*Scriptura an requiratur in vicariatu* 33.8
*Scriptura necessaria est in signatura* 84.4. *& sequent.*
*Scriptura legitimationi est necessaria* 391.30
*Scriptura in breui requiritur* 393.17
*Scripturam & subreptionem exigit resignatio* 336.17
*Scripturam & plumbũ requirit bulla* 123.12
*Secretarius episcopi vice subscribit* 11.21
*Seculare beneficium quid sit* 5.2
*Seculares & regulares intra annum quomodo promoueri teneantur* 294.7
*Secularia habentia administrationem qua sint* 5.2
*Secularis ecclesia facilius in regularem erigitur, quàm è contra* 195.9
*Secularis aut regularis an sit prioratus exprimendum, vel conuentualis* 136.16
*Secularis Abbas decolorat statum ordinis ecclesiastici* 176,24
*Secularis uocatur Doctor, regularis professor, & quamobrem* 296.28
*Secularis illegitimus ad beneficia dispensatus intelligitur de secularibus* 279.56
*Secularis dispensatus an post religionis ingressum regularia possit habere* 275.74
*Secunda collatio facta per vicarium nullius est momenti* 48.148
*Secunda resignatio est inutilis* 345.3
*Secundam vxorem ducens ob falsum rumorem primæ mortuæ, quando possit dispensari* 378.43
*Secundario iuri an princeps derogare possit.* 172.29
*Secundi adeptinne quando non uacet primum* 354.39
*Secundi gradus dispensatio ad matrimoaium an ualeat* 380.8
*Secundi beneficij adeptione quomodo uacet primum* 268.9
*Secundũ rescriptũ quãdo tollat primũ* 64.34
*Secundum constituendo uicarium an primus sit reuocatus* 53.202
*Secundum mandatum, non faciens mentionẽ primi cui cesit, nullum est* 67.16
*Secundus impetrans exprimens uerũ modũ uacandi, ꝓfertur primo nõ exprimenti* 32.11
*Secundus resignatarius an præferatur primo, quem præuenit in possessione* 368.3
*Semel collatum beneficium an iterum ab eodem possit conferri* 31.1. *& seq.*
*Senex an propriè dicatur infirmari, & an ualeat eius resignatio* 467
*Senio cõfectꝰ an infirmus mori dicatur* 339.13
*Sententia in beneficialibus non transit in rem iudicatam* 213.23
*Sententia quando requiratur ad priuandum aliquem suo beneficio* 313.50
*Sententia nil superflui debet inesse* 62.15
*Septennium ante minor non potest primã tonsuram capere, ita nec beneficium* 253.1
*Sepultura libera per priuilegium concessa nõ tollit quartam canonicam curato debitã.* 63,17
*Seruitia in liberalitate principis an sint pro-*

banda 385.29
Si neutri, si nulli, si alij, an soli colliganti possint contedi, in verb. & gratia si neutri 107
Sigillo vtitur pœnitentiarius, Papa plumbo. 242.40
Sigillum non apponitur in signatura 85.14
Sigillum à quo taxetur 388.19
Sigillū cur vocetur annulus piscatoris. 393.21
Signare quid sit 85.12
Signaturam decet esse signaturam, & quare supplicatio vocetur signatura ibid.11
Signatura gratiæ differt à signatura iustitiæ in modo signandi 71.15
Signatura pro varietate clausularum varias parit bullas 207.25
Signatura vt valeat non impetratur perinde, valere 210.57
Signatura describitur in papyro, non in membrana 84.10. & pag 491
Signatura an dicatur scriptura priuata 493
Signatura quare dicatur 85 17
Signatura motu proprio concessa an vocari possit supplicatio ibid.18
Signatura quid sit 84.3. & pag.491
Signatura cur extensè non scribatur. in glo. S. V. in forma signat. 88
Signatura quando possit approbari 119.7
Signatura an sit publica vel priuata scriptu. 120.18
Signatura quæ fieri possint 98.22
Signatura conferenda est cum bulla 118.14
Signatura per prædecessorem mutari non potest per successorem Papæ ibid.15
Signatura semper exigitur contra reges aut principes 119.19
Signatura Papæ sufficit in foro cōscientiæ, secus in signatura pœnitentiarij 243.41
Signaturam Papa tripliciter signat. 96.1
Signaturæ soli an credatur 119.2
Signaturæ creditur quo ad eliciēdum bullam 120.10
Signaturæ solius prætextu ingrediens possessionem beneficij an dicatur intrusus 219.15
Signaturæ appellatione non continetur breuis 393.22
Simile beneficium loco dimissi licet accipere. in verb. simile 265
Simonia tribus modis contrahitur 17.4
Simonia purgatur per Papam 126.36
Simoniaca resignatio an valeat in præiudiciū resignantis 329.1
Simoniaca vnio reuocanda 191.8
Simoniacè receptus in monasterio remanere debet religiosus, & absolui ab excommunicatione 179.16
Simoniaco quid agendum ad validandam suam impetrationem 18.9
Simoniacus ipso iure beneficio priuatus est. 330.7
Simoniacus priuatus est beneficio 312.33
Simoniaci dicuntur hæretici 330.12
Simoniam an contineat conuentio partiū quousque fuerit a Papa approbata 355.52
Simplex prouisio quæ dicatur, aut noua 127. 37
Simplex prouisio potest expediri per nouam prouisionem 127 45
Simplex beneficium sub falsa parochialis qualitate obtentum 211.68
Simplex beneficium erigitur in curatū 195.1
Simplex beneficium quando cum alio sit incompatibile 256.5
Simplex & permutationis caussa resignatio continetur hic 357.2
Simplicia beneficia quæ sint 6.12
Simplicia regularia beneficia quæ sint 8.6
Simplicia beneficia non subduntur dispositioni c.de multa, in verb. aut per constitutionem execrabilis 93
Simplicia plura beneficia obtinendi dispensatio, an requiratur de consuetudine 242 29
Simplicia & curata beneficia exprimenda sunt in dispensatione ad plura 249.67
Simplicia etiam beneficia sub eodem tecto sunt incompatibilia 256.4
Simplicia beneficia de consuetudine non exigunt residentiam 303.8
Simpliciter impetrans beneficium censetur nō curatum 114.4
Simpliciter facta resignatione ordinarius liberè potest conferre, tit. de pura resignatione. 318
Simulatæ permutationis coniecturæ 355.48
Synodum celebrare non licet vicario sine speciali mandato 49.151
Si quis, etiam fœminas comprehendit 466
Situatio beneficij sub eodem tecto an possit exprimi ui clauſ. quòd maior expressio 115.1
Socius beneficiati licèt extraneus, an ordinari possit ab episcopo beneficij 16.30. & seq.
Sodomiticus beneficio priuatus est 313.38
Speciale mandatum exigitur ad resignandum 319.10
Speciale mandatum quando dicatur 319.11
Speciales & generales reseruationes quando dicantur 75.10
Specialis dari potest vicarius ad beneficium iam vacans 39.26
Specialis reseruatio 75.5
Specialiter data potestas conferendi certū beneficium

neficium sapit reseruationem 34.17
Specialiter quando fieri intelligatur 42.16
Specialiter concedenda non censentur concessa per generale verbum fiat 122.35
Specificatio quid, in verb. specificatio, in 3. parte sign. 113
Specifice caussa vacationis est exprimeuda. gl. 13. reg. cancel. 332. & seq.
Speroniſtarum hæresis 405
Spirituale cum spirituali, & ius in re cum iure in re permutetur, non ad rem 353.23
Spiritualis cognatio impedit matrimonium. 376.18
Spiritualis cognationis persona viginti prohibita inuicem nubere ibidem. 20
Spiritualis cognatio quando patiatur dispensationem ibid. 22
Spiritualium aut tēporalium separatim quis vicarius esse non potest 43 75
Spiritualium dispensatio pertinet ad Papam, temporalium ad regem 386.1
Spoliati resignatio per vim non valet 327.12
Spontaneè constituēdus est procurator 321.31
Spurietatis quancunque maculā purgat Rex Franciæ 391.36
Spurius ad episcopatum promotus censetur ta citè restitutus natalibus 238.7
Spurij quando ad honores admittantur 523
Statur signaturæ de partium consensu 120.14
Status litis habetur pro expresso 105.3
Status caussæ cur habeatur pro expresso 212. 12
Statuta conuentus arbitrari ne sint frustratoria 62.14
Statuta facta à legato durant etiam post eius mortem, aut discessum 16.43
Statuto permitti potest vt quis per vicarium deseruiat 308.62
Statutorum derogatio, in ver. & qualib. 146. & seq.
Stellionatum committit, qui secundo resignat. 369.5
Stylus cancellariæ omissus vel mutatus vitiat literas 149.27
Stylus interdum inserit clausulas superfluas. 101 4
Studens excusatur a residentia 305.25
Studij ratione impetratū perinde valere 206. 20
Studij gratia non sortitur quis diœcesim, in ver. Magalon. 88
Studij caussa inducit ad dispensandum, in iuer. Ac in uniuersitate 255
Studij fauore episcopus dispensat etiam in fine anni 298.43
Subdelegare non potest episcopus vicarium ad caussas in futurum sibi delegādas 50 160
Subdiaconatus ponit in dispensatione de non promouendo ad sacerdotium 249.73
Subditi non possunt cogi ad rem inhonestam. 236.10
Subditis mandatur quem mittere in possessionem, non alijs 58, 18
Subijcitur ecclesia alteri per unionem 180.12
Subreptitia gratia non ualidatur ex consensu aduersarij, sed rescriptū ad lites sic 71.12
Subreptitia legitimatio non ualet 391.31
Subreptitiæ unciones 188.45
Subreptitio in gratia reddit eam nullam. 70.1
Subreptio quamuis ignoranter facta uitiat rescriptum 70.7
Subreptio etiam respiciens factum alienum uitiat, & annullat ibid. 8
Subreptio an inducatur appellando curatum, quod tantū erat simplex beneficiū 116.9
Subreptio non expressi beneficij purgatur per clauſ. Necnon omnia 135.4
Subreptio & obreptio uitiant bullam 148.10
Subreptio non tollitur per clauſ. non obstante, nisi in expressis 69.49
Subreptio uitiat subrogationem 212.9
Subrogatio quid 211.1
Subrogatio fit etiam pro non litigante ibid. 6
Subrogatio in ius collitigantis qui uiolauit sequestrum ibid. 8
Subrogatio est uitiosa 213.29
Subrogatio in locum eius, quē dubitamus nullum ius habere, quomodo fiat 215.44
Subrogatio non fit contra eum, qui possedit pacificè triennio, in principio, gl. quinta 220. & seq.
Subrogatio non fit, nisi beneficium sit litigiosum, etiam si persona sit litigiosa 221.2
Subrogatio dicitur simplex prouisio 127.38
Subrogatio beneficij etiam vacantis in curia 139.12
Subrogatio collitigantium 480
Subrogatus per bullam adhuc eget reali apprehensione possessionis, in uerb. quod litera 116
Subrogatus in ius recredentiarij & possessoris an sententia illius iurari possit 224.40
Subscripta debet esse in medio signatura 85.13
Substituere non potest alium uicarius, nisi hoc ei fuerit concessum 43.73
Substituere alium suo loco quando possit curatus 305.21
Substitutio facta per uicarium cum simili potestate an comprehendat collationē 43.79
Substitutus uicarij an ei conferre possit 43.77
Succedere potest legitimatus etiam liberis existentibus 389 13

*successionem futuram auferre non potest Papa* 172.22
*successor an possit declarare voluntatem prædecessoris* 119.16
*successorem in prælatura nemo sibi olim eligere poterat* 316.5
*successorem qualem resignantes optare debent* ibid.7
*succursu parochialis ecclesia non priuatur quis ipso iure per non promotionem.* 302. 74.& pag.526
*suffragio caret religiosus mendicans in non mendicantium translatus monasterium* 282.54
*summa tractandorum in titulo* 61
*summus pœnitentiarius dispensat.* 245.35
*sumptum signatura debet omnia continere etiam deleta* 118.12
*sumptum signatura quomodo probat* 119.5
*super quibus concedantur litera rationi congruit* 237.27
*supplentur defectus per fiat, qui non suppleren tur per concessum* 98.23
*suppleri an possit in bulla eius, qui non inseruit clauſ. Quòd verus vacationis modu* 127.48
*suppleri titulus an possit pro subrogatione tertij* 212.16
*supplicare quid sit, & quid continere debeat. in verb. supplicat* 87
*supplicatio duplex pro vnica impetratione porrigi non solet* 83.3
*suspectum redditur rescriptum, quod deuians à stylo* 148.18
*suspectum in parte omnino reijcitur* 149.20
*suspectus rasura locus quando dicatur* 147. 4.& 5.
*suspendendi clauſ. in vicariatu* 51.174
*suspendendi sunt à collationib. conferentes indignis* 26.4.& 5.
*suspendendo vnionem Papa confert beneficiũ vnitum* 193.32
*suspenso proprio episcopo clericus ordinari potest ab alio* 15.18
*suspensus est priuatus omni actu tendente in suum commodum* ead.24
*suspensus à diuinis non potest eligi* 134.5
*suspensus est accipiens plures ordines sacros eodem die* 289.18
*suum & tuum beneficium quando dici possit* 81.5

T

TAcita reuocatio est intimanda 325
tacita dispensatio non procedit in inferiore à Papa 239.15
*tacitè amittitur priuilegium agendo contra illud* 65.40
*tacitè quot modis reuocetur vicarius* 58. 201
*tacitè resignamus multis modis, titu. de tacita renuncia.* 315
*tacitè dispensatum quãdo intelligatur* 238.5
*tacuisse quid in signatura ne obsit inducta est clauſ. quotquot verior expressio, in ver. specificatio* 117
*taxatus æqualiter dispensatio consanguinitatis & affinitatis, glo.4.* 374
*taxæ variæ in curia Romana super dispensationib. benef.* 379.2
*tempora quatuor cur statuta* 475.& *seq.*
*tempora promouendi* 288.3.& *pag.*475
*temporale beneficium & spirituale quomodo discernantur* 3.8
*temporalia officia non subduntur regulæ, de verisimili notitia, gl.3.* 152
*temporalia beneficia an veniant appellatione beneficij glo.3.* 184
*temporalis vnio quod, & an recipiatur in Francia* 180.9
*temporalium beneficium, aut officium habens, non ex eo habet domicilium* 8.20
*temporibus certis prohibetur matrimonium contrahi* 379.55
*temporis similitudo in benef. obtinendis quomodo computetur, glo.4.& glo.7.* 153.& *sequent.*
*tempus deuolutionis quomodo computandum* 156.10
*tempus vacationis beneficij quomodo & vnde est computandum* 485
*tempus certum præfixum computatur à die vacationis beneficij* 156.15.& *seq.*
*tempus studij non valet, quando est tempus certum cum dictione circa* 255.5
*tempus verisimile quomodo computetur, gl.7.* 154
*tenor gratiæ perditæ probandus est per testes* 84.9
*tenor constitutionis Pij Papæ 2.* 291.2
*tenuitas beneficij est causſa vniendi* 183.41
*tertij beneficij retentio quomodo operatur vacationem cæterorum* 264.11
*tertio non colliti ganti datur quandoque gratia, si neutri* 165.10
*tertio quibus casibus præiudicetur* 171.12
*tertium beneficium curatum quandoque cõmendatur ad annum, quo finito vacat.* 263.2
*testandi libera data facultas non aufert legitimam* 63 17
*testandi facultas quando per breue concedatur* 394.37
*testatum breue quid* 392.3

*testes*

testes duo requiruntur in literis tonsura 11.18
testes adhibendi sunt in instrumento vicariatu 34.13
testes saltem duo requiruntur in collatione 31.30
theognidis dictum contra irreligiosos 408
titulus iustis quæsitum iuspatronatus exigit derogationem 118.67
titulo cedētis liti an iunetur collitigās 336.21
titulorum duorum in benefi. vter præferatur 83.27
titulo, siue in titulum quando beneficium concedi dicatur 81.3
titulū beneficij quis probare teneatur 82.17
titulum suum statim exhibere debet subrogari petens 215.13
titulus presbyteri vendi, & aliàs remitti non potest 80.25
titulus impetrantis iustificandus, non aduersarij 167.25
titulus à præstimonio non suscipitur 132.21
titulus tantum vnius beneficij datur in bulla, num. 22. & seq. in verb. vita, &c. ibid. & seq.
titulus in bulla qualis detur mendicantibus 133.25
titulus an requiratur ad pacificam possessionem. glo. 6. 230
titulus eius in cuius locum subrogamur est iustificandus 215.55
tonsura literis probanda 11. 22. & quando testibus num. seq.
tonsura à non suo Episcopo suscepta pro nulla habetur 15.22
tonsura prima quolibet die conferri potest, & in diœcesi, & extra 288 4
tonsuram deferant clerici 12.32
tonsuram habenti à non suo Episcopo quid agendum 14.10
tonsuratus simpliciter clericus potest mittere in possessionem beneficij 58.15
tonsura prima conferenda forma 9.30
tonsura & ordinum dispensatio circa bastardos, & alia multiplex 274.47
tractatus de conferendo beneficio viuentis nullus est 225.49
traditio pilei vel calami in possessione quid operetur 21.10
traditio pilei, vel calami, an hodie sufficiat ad translationem possessionis 57.6
transactio non est canonicus titulus acquirendi beneficium 18.16
transcribenda quomodo sit bulla & plumbū transferendum, & à quibus 123.16
transcribenda bulla seu reformanda per rationi congruit 237.24
transcribenda clausula pro commendatarijs, quando est omissa 176.27
transcribere quando sufficiat loco perinde valere 210.61
transferens se propria auctoritate ad aliam ecclesiam punitur 227.62
transferri mendicantes cur prohibeantur plures rationes 282.57
transfertur dominium ex principis donatione 64.33
transigi non potest super alimentis, à monasterio pauperi præstandis 384.25
translatio monachorum quomodo fieri possit 199.5
translatio in noua prouisione ponenda etiam ante annum professionis 200.21
translatio ecclesiæ quando fit, duo presbyteri debent in prima ecclesia dimitti 198.18
translatus Episcopus an possit ad suum redire Episcopatum 197.12
tres partes iuris 2.1
tres in partes diuidenda sunt bona ecclesiæ 266.6
tres summatim casus non residendi omnes complectentes 208.70
triennalis possessor loci ad fidem per se conuersi an nihilominus possit reuelli 227.66
triennalis possessio nō prodest hæreticis 312.27
triennalis possessor tutus est, vt eius beneficium impetrari non possit, in verbo Ac regula 107
trium beneficiorum dispensatio quomodo cōcedatur in verb. etiam si curam 259
triumphantium gestamen bulla 122.6
tuendi sui iuris gratia quando liceat aliquid accipere 331.24
tutori prohibetur nubere cum pupilla 373 3

V

VAcandi modus habetur pro expresso, in verb. necnon verum 139
Vacandi modus expressus non comprehendit alium, in verb. per obitum in formu. signa. simpli. prouis. 89
Vacandi modus aliquis est exprimendus in impetratione 92. 8. & pag. 164. 105
Vacandi modus an secure possit omitti 103.4
vacans beneficium de iure an possit conferri 26.60
vacans beneficium aut in titulum, aut in cōmendam, aut in proprietatem datur 81.2
vacans fuisse in curia quando possit suppleri 104.7
vacans beneficium quando ab ordinario conferri non possit 275 79
vacanti ecclesiæ procurator cum libera datur 22.19.

*vacantia per obitum in curia non intendit Papa conferre* 104.15
*vacantia in curia vel extra intra duas dietas sunt reseruata Papę* 77.45
*vacantia in curia non debentur mandatarijs* 69.42
*vacantibus in curia beneficijs an locum habeat clauſ. dummodo tempore datę* 139.7
*vacantium tantum per mortem, aut per reſignationem conferendorum conſtitui poteſt vicarius* 38.7
*vacantium in curia prouiſio eſt reſeruata Papa, in verb. Ext. Ro. cur in form. ſigna* 90
*vacare beneficium quando cenſeatur, & quot modis* 23.48
*vacat illi beneficiū, vbi eſt reſignatū* 321.28
*vacatio beneficij an attendatur ratione procuratorij, an reſignationis glo. 2.* 321
*vacationis ignoratio tempore an valeant impetrationes, glo. 9.* 155
*vacaturum petenti beneficium non obſtat dari literas de vacante* 80 *& ſeq.*
*vacaturum etiam de proximo beneficium nō poteſt conferri* 225.41
*vacet ne in præiudicium reſignantis beneficiū coram laico, in verb. ēt coram notario* 93
*vacua procuratoria, & in albo, an valeat* 319
*valetudo aduerſa excuſat à reſidētia* 305.27
*valor beneficij verus quibus caſibus non eſt exprimēdus. in verb. eorūq; fructuū* 139.1
*valor beneficij exprimendus, & fraus in hoc adhiberi ſolita, in verb. cuius fructus, &c* 91. *&* 93.2. *in verb necnon verus valor.*
*valor beneficij expreſſus an poſsit mutari.* 1015.6
*valor annuus beneficiorum cur ſemper in Francia redigatur ad 24. ducatos auri de camera* 102.7
*valor exprimendus in vnionibus, etiam in Francia gl. 5.* 185
*valor ſingulorum beneficiorum vnitorum exprimendus, glo. 8.* *ibid*
*varijs modis publicatur collatio pro varietate beneficiorum* 361.3
*vaſſallus qui incidit in commiſſum abnegando dominum, an poſsit reſtitui* 170.7
*vectigalia ſalis & vini à quibus ducta* 413. *quibus & cur danda* *ibid.*
*vectigalia & pedagia. iuri ciuili exoſa ſunt.* 412
*verba legis & reſcripti non ſunt fruſtra adijcienda* 62.13
*verba ſunt ſigna paſsionū aīa. ex Ariſt.* 402
*verus omnia et ſingula exprimēdi facultas* 113.1
*verus impetrans impetranti per perinde valere præfertur* 208.44
*verus beneficij valor habetur pro expreſſo vi clauſ. necnon verus ualor* 101.1
*verus modus vacandi an ſuppleatur ex ha. clauſ. Quòd modus vacandi* 104
*verus vacandi modus an ſuppleatur ui clauſ. pro expreſſis* 124.8. *& ſeq.*
*veriſimilitudo an p mare habeat loc. gl. 9.* 155
*veſcendi carnibus & lacticinijs facultas indulgetur per breue* 394.42
*veſtra vel alterius eccleſia olauſ. quid importet* 68.31
*vexans recipiendo pecuniam peccat* 331.23
*vi aut iniuria perperam acquiri beneficium dicitur* 18.11
*vi facta reſignatio valet certis caſibus* 327.1
*vi occupās beneficium dicitur intruſus* 218.6
*vicaria perpetua duplex eſt, in verb. vel earum perpetua vicaria* 257
*vicariatus probandus eſt literis, aliàs ad intereſſe conferens tenetur* 33.2
*vicariatus inſtrumentum ſemper exhibendū, & inſpiciendum* 52.185
*vicariæ perpetuæ ſunt incompatibiles* 256.3
*vicarij Epiſcoporum ſimoniaci* 18.3
*vicarij creantur ab Epiſcopo ſine conſenſu capituli* 33.1
*vicarij reuocati collatio valet* 333.34
*vicarij reuocati collatio quando ualeat* 370. 19
*vicarij epiſcopi poteſtas* 456. *quando autem eius inſtrumentum ſit validum* *ibid.*
*vicario ſolet concedi poteſtas mulctandi, & puniendi* 51.173
*vicarius ordinarij an reſignationes admittere poſsit* 336.16
*vicarius perpetuus quando conſtituatur, vel temporalis* 189.5
*vicarius in ſpiritualibus ſimul & temporalibus conſtituendus eſt* 34.15
*vicarius aut officialis licet ſit canonicus, non tamen antiquiores præcedet in choro, vel capitulo* 39.28
*vicarius ſubſtituens cum ſimili poteſtate an videatur ſubſtitutus etiam quo ad collationes* 43.80
*vicarius Epiſcopi non poteſt ipſimet Epiſcopo conferre, etiam ſi à Papa fuerit conceſſum* *ibid.* 82
*vicarius abſque ſpeciali mandato conferendi, nec conferre, nec collationi conſentire poteſt* 44.90
*vicarius in habitu clericali incedere debet* 3537
*vicarius in curata beneficia non expreſſa conferre poſsit* 46.117

vicarius Episcopi à Papa confirmatus an possit reuocari 53.194
vicarius per viam conuentionis approbatæ à Papa velut coëps est irreuocabilis ibid.200
vicarius an conferre possit excommunicato vel interdicto Episcopo 55-217
vicarius in diœcesi tantũ existens conferre potest beneficia, q̃ in curia vacarunt 56.228
vicarius perpetuus promoueri tenetur intra annum 294.4
vicarius temporalis parochiæ præfectus à collegio non tenentur promoueri 301.66
vicarius temporalis ad nutum reuocari potest 304.18
vicarius Episcopi an possit vnire 183.37
vicarius an constitui possit ad conferendum beneficium viuentis 223.23
vicarius præesse potest ecclesiæ parochiali etiam curato præsente 307.51
vicarius in succursu præfici potest à primæuo curato ibid.53
vicerex ex quauis ampla potestate iuri tertij derogare non potest 170.4
victo post tres sententias an detur, si neutri 166.22
victualium & victus nomine quæ contineantur 418
victus nomine quid veniat 385.32
vigesimo anno dispensatur quis ad duo incompatibilia, in verb. Tecum vt exnunc 256
viginti quatuor libras tantum habentes obtinent literas in forma pauperum 79.7
viginti dies computantur a consensu præstito. 344.1
vim cõmittẽs in beneficio priuatur eo 312.28
virginis coniugium non impedit quem promoueri ea mortua 396.59
vis & metus impediunt matrimoniũ 337.35
vis & metus in matrimonio non possunt remitti per dispensationem ibid.36
visitandi sanctum Sepulchrum licentia quomodo concedatur 394.35
visitare non potest vicarius, nisi specialiter hoc ei concedatur, nu. 100. formul. vicar. Archiep. & alio. collat. pag. 45. & nu. 65. de deuolut. ibi.
visitatio aut alia subiectio quoad episcopum non infringitur per vnionem 188.13
visitator quando præficiatur Epatui 161.62
visitator sedi vacanti datus confert 164.99
vita durante non auferetur beneficium possessori per dissolutionẽ vnionis factæ 194.44
vitia nutrientes & illis parcentes, ex Augustino 407
vitiati corpore sunt inhabiles ad ordines & beneficia 284.2
vitiosa possessio non prodest, etiam iustum habenti titulum 60.37
vitiũ personæ non notorium non impedit quem subrogari in possessionem defuncti 215.43
vitium parentum non est imputandum liberis 269.1
viua voce concessio facta expeditur per bullã 236.7. & seq.
viuente vxore cognoscens aliam, an coniuge mortua possit ei nubere 377 32
viuentis beneficium non est impetrandum 221.1
viuentis beneficium impetrans amplius illud habere non potest 222.13
viuẽtis in locũ subrogatio reprobatur 225.43
viuentis beneficium impetrari potest ex iusta caussa ibid.47
viuentis beneficium conferri potest ex eius consensu 226.58
viuentis beneficium impetrans, eo mortuo nõ potest in ius illius subrogari 221
viuo coniuge promittens aly fidem matrimonij nil agit 377.30
vnà cum obtentis clauſ. an inducat dispensationem 267.3
vna incompatibilitate sublata non intelligitur de alia 262.7
vniendi caussa 183.38
vniẽdi caussa est paupertas ecclesiarũ ibi. 39
vniendi potestatem habens, an postea quoque possit reuocare vnionem 192.20
vnio quotuplex 180.7
vnio in forma gratiosa qũo fiat glo. 10. 186
vnio quot modis fiat 180.11. & pag. 474. & sequen.
vnio an fieri possit in Episcopi detrimentum 181.26
vnio fieri pöt etiam post deuolutionẽ 159.31
vnionis definitio 179.1
vnionis dissolutioni consentiens, & moriens intra 20. dies an comprehendatur in hac regul. glo. 8. 344
vnire non licet vicario, nisi hoc specialiter ei concessum fuerit 45.102
vnire non potest prælatus absque capituli consensu ibid.103
vnire licet capitulo sede vacante 164.100
vniri quæ possint 450. & seq.
vniri quomodo possit beneficium viuentis. 226.56
uniri vel reseruari potest beneficium viuentis 172.33
vniri potest ecclesia parochialis monasterio monialium 383.6
vnita ecclesia perdit sua priuilegia & statũ, translato verò eo retinet 197.11

*vnitam beneficio simplici parochialem habens, non tenetur promoueri* 297.31
*vnitarum aquè principaliter ecclesiarum quo modo sit habenda mentio, in ver. cum anne xis* 140.& *seq.*
*vnitum alij ecclesiæ beneficium an sit exprimendum* 180.14
*vniuersitas quomodo ab vtroque principe fundetur* 195.7
*vnius tantum expressio beneficij in bulla cum duo essent in signatura, an vitiet* 136.6
*vnius vocationis modus an alium comprehendat* 103.2
*vnum beneficium cum plurib. permutari potest* 354.40
*vocandi sunt quorum interest* 186.1
*vocatus à Papa quando excusetur à resid.* 305.32
*voluntas Papæ in dispensationibus an sufficiat pro caussa* 244.54
*voti dispensatio, nu.* 10.& *seq. glo.* 5. 375
*vtilitas & necessitas ecclesiæ inducunt ad dispensandum* 244.48
*vtilitas vniendi quando sit* 183.41
*vtriusque iuris doct. appellari potest in bulla* 133.24
*vuicleuistarum hæresis* 406
*vulneratus qüo dicatur infirmus* 359.16
*vxore genitus cum propria tamen interdum est illegitimus* 272.40
*vxorem occidens remanebit absque spe coniugij* 377.33

FINIS.

# INDEX N PRACTICAM CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ,

## D. Hieronymi Pauli Barchin Rom. Cur. Vicecorrectoris.

*Absens causa mercaturæ, an sit absens ex causa probabili* 584
*Accipiens ordinem priusquam esset doli capax* 563.& *seq.*
*Astus sunt indiuiduorum, non generum* 602
*Adam vbi sepultus fuit* 568
*Administratio quando datur* 596
*Affinitas an contrahatur per fornicarium coitum* 657.& *an inter consanguineos mulieris ibid.*
*Appellandi summa doctrinalis, ex iuribus & formis antiquis Cancellariæ selecta* 559
*Appellatio vbi admittatur & à quibus* 553.& *seq.*
*Appellato quando dantur literæ* 553
*Assequi & apprehendere quid differant* 601
*Beneficia vacantia per assecutionem alterius beneficij* 605
*Beneficia specialiter reseruari quot modis dicantur* 609
*Beneficia quando non possint vacare in eccles.* 604
*Beneficia reseruata generaliter* 607
*Notabilia plura tam circa beneficia reseruata, quàm non reseruata* 609
*Beneficium primum an vacet per assecutionem secundi* 574
*Bissextilis annus quomodo scribatur* 541
*Bizogari seu Mantellati* 547
*Brachium seculare, & eius inuocatio quando fieri debeat* 551
*Cancellaria an det literas captionis super debito ciuili* 567
*Cancellaria an hodie seruet tantam vt olim se veritatem* 567
*Cancellaria cur non dat literas commentui vel Capitulo &c.* 549
*Cancellaria potest cogere arbitratores ad arbitrandum post onus susceptum* 562
*Cancellaria an det literas Iudæis vel Saracenis contra laicos Christianos* 547
*Cancellaria magnam vim in verbis facere solet* 553
*Canonicus quando creatur in pluribus ecclesiis.* 622. *& quando mandatur creari in pluribus eccles.* 623. *& quando creatur in vna ecclesia ibid.*
*Canthalonia, & violarium quid sit* 572
*Cathalani cuiusdam potentia mirabilis in re uenerea* 575
*Causæ quibus committantur* 544
*Cistercienſibus in quibus, & cur non dat Cancellaria literas* 549
*Citatio per edictum* 562
*Clausula, non obstante, quid operatur* 552
*clausula in euidentem, & super eam notabilia* 616.& *seq.*
*Clausula, testes, in quibus rescriptis poni soleat*

leat 553.& seq.
Clausula decret vbi ponatur 570
Clausula quatuor,prouiso &c. 550.& seq.
Clericus in cancellaria an reputetur potentior laico 610
codicilli an euerti possit per querelam inofficiosi 590
cognomen vbi suppletur 602
collatio beneficij an possit fieri absenti 613
collationes,& circa eas notanda 624.& seq.
commissio admissionis, cessionis bonorum, pro clerico excommunicato qui est paratus satisfacere &c. 555
communitas seu vniuersitas, pro quatuor personis computatur 549
conclusio quando petitur obseruatio laudi,seu arbitrij &c. 556
conclusio pro excommunicato ratione contumacia 555
conclusionum forma, quibus hodie Cancellaria vtitur in rescriptis mera iustitia 554. & seq.
confessio in beneficialibus non valet ad effectum adiudicationis 568
consuetudo optandi non cadit in beneficijs reseruatis 613
constantini donatio an sit vera apud historiographos 582.& seq.
creditor an ex causa lucratiua praferatur legatarijs 581
curare aliquid fieri,quid importet 562

Data quomodo scribenda 541
Declaratio super secundo genere affinitatis 566
Declaratoria super proponente seu vouente ingredi,& infra tempus exeunte, &c. ead.
Descriptiones iudicum 542
Dictiones quæ breuiter debeant scribi 541
Dignitas quomodo obtineatur 597
Derogatio statutorum de optando 597
dispensationes matrimoniales & super eas notabilia 616.& seq.

Ecclesiarum reseruatio 607
Emancipato quando & cur dat literas cancellar. 549
Emphiteota nouus an teneatur ad census præteritos 580
Excommunicatus quando petat absolutionem indicti 556
Expectatiua gratia quando concedatur prælato 597
Expectatiuæ pro regularibus 626

Falsitas multipliciter opponitur literis Apostolicis 536
Fauore prosequi gratioso quid 602
Feudorum textus barbaries 589
Filiusfamilias vixosus an possit emancipari à patre 576
Fœmina an possit succedere in regno 575
Forma clericorum pauperum expectantium 645
Forma pro testibus 564
Forma communis pauperum expectatiuè pro graduatis 640.678 & 679

Galli,Itali & Hispani, antiquiores Theutonicis in fide Christiana 582
Germani cur electores imperij Romani, & vnde ead.
Gratia beneficialis quando censeatur subreptitia 604
Gratiarum expectatiuarũ notabilia, & quid principium earum 595
Gratiam beneficij impetrans an teneatur mentionem facere de alio beneficio 598

Imperij Romani translatio in Germanos quando facta fuit 582
Inductio an in literis Apostolicis poni debeat 541
institutus in testamento hæres, an exhæredari possit 588
intitulationes 636
italia continuè vexata tyrannis & factionibus,ex defectu vnius magni principis temporalis 582
italiæ seruitus ibidem
iudæus percutiens clericum,an incidat in canonem 567
iudex secularis si condemnet clericum in causa reali quid agendum 561
iudices & eorum ordo 632
ius in re non potest ex pluribus causis quari. 568

Laicus an impetret literas contra clericũ generaliter super iniurijs 548
Lectus qui cum funere fertur ad ecclesiam 572
Legatum pro liberatione carceratorum quolibet anno &c. 581
Libertas sub Rege pio quàm grata 583
Literæ Apostolicæ an debeant lineari 541
Litisconsortes qui dicantur,& in quibus 645
Loca ad quæ trahũtur psonæ in rescriptis 544

Manumissus vindicta vnde dictus 580 & seq.& manumittendi modus ibid.
Maritus qualiter teneatur de bonis dotalibus ad debita vxoris 581
Merita semper precedunt defectus 614
Monachis, religiosis &c. litera non dantur proprio nomine 548
Mortuum non appellat Papa dil.fil. 550

Nequiter, verbum 562
Niti, verbum,quando verificetur 562

*Nominum appositio diligenter obseruanda, & quæ præferenda* 552. & *seq.*
*Notariorum huius temporis barbaries & improprietas Latinæ linguæ* 589
*Obligatio contra ius an valeat* 614
*Officiales Curiæ* 620
*Ordines inusitati* 617
*Ordo præcedit diœcesim, sed non ciuitatẽ* 552
*Orphanus pauper vel vidua an impetrent literas contra clericos* 548. & *seq.*
*Papa an possit dispensare matrimonium contrahi in secundo consanguinitatis gradu &c.*
*Papa vnde habuerit terras pro Ecclesia* 582
*Papa defuncto quo pacto dentur à suo successore litera* 556
*Papa an possit legitimare filium regis non recognoscentis superiorem* 575
*Parochiani nominare debent rectorem Capitulo, &c.* 573
*Pensiones constituta an sint beneficia.* 573
*Pensionum notabilia* 614. & *seq.*
*Pensio an religioso possit constitui vt propriũ* 615
*Personæ quæ possunt literas impetrare* 547
*Platina bibliothecarius, & eius opera magna* 582
*Postliminium vbi non habet locum* 578
*Præsimonium loco beneficij quando habeatur* 603
*Procurator an possit constitui ad præsentandum aliquem ad certum beneficium vacaturum* 586
*Prouincia, in quibus decima reducta est, sunt sex, & vnus episcopatus* 624
*Prouisio eius qui non est clericus* 605
*Punctorum vsus* 636
*Quilibet, dictio, quid significet.* 589. & *sequentibus* 569
*Rectoria & vicaria an possint esse apud eundem*
*Reges & principes quomodo literas Cancell. obtinent.* 549
*Renus de vitis Pontificum, & donatione Constantini, & huius lepra curatione, historiam scripsit* 582
*Resignatio in manibus patronorum* 611
*Resignatio facta per procuratorem* 613
*Rex Christianorum an pacem inire possit cũ Turcis aut infidelibus, sine consensu summi Pontificis* 579
*Sardiniæ mos quantum ad præbendas & canonicatus.* 614
*Scotiæ rex an sit verus rex* 574
*Sententia interlocutoria quomodo obseruari petatur &c.* 555
*Sententia diffinitiua & excommunicationis obseruatio quo pacto peti debeat ead.*
*Sententia obseruatio, quæ transiuit in rem iudicatam* 556
*Sententiæ diffinitiuæ vel interlocutoriæ quæ dicantur* 557. & *seq.*
*Sepultura est de iure diuino & non tantum canonico* 614
*Silentij perpetui impositio est diffinitiua* 557
*Sodomiticum vitium, morbus lepræ cur dicatur* 592
*Stupri pœna in virgine an habeat locum in prima defloratione tantum.* 578
*Subscriptiones literarum, & de ordinibus inusitatis* 617. & *seq.*
*Talias, gabellas, & vectigalia qui exigunt, an sint excommunicati* 575
*Tempus vetustum quando dicatur* 577
*Transigi an possit super spolio beneficij* 593
*Tutela impuberis an finiatur captiuitate.* 575
*Vacantia reseruata, & super eadem notabilia* 604
*Vacantia non reseruata, & notabilia super eadem* 598. & *seq.*
*Vacantia speciali reseruatione* 609
*Vectigalium species* 575
*Veneris peruersa pœna* 591
*Vindicius seruus cur manumissus* 580
*Viri viris qui nupserint* 592
*Vnio parochialis ecclesiæ cũ monasterio.* 610
*Vniuersitati impetenti in aliam vniuersitatem, qui dari iudices debeant* 545
*Volumus clausula* 361

FINIS.

# PRAXIS BENEFICIARIAE

## PRIMA PARS.

### *Beneficia acquirendi modos continens.*

### Proœmium.

PVLCHRE Vlpianus Iureconsultus totum ius consistere ait: *Aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in amittendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem suam, vel ius conseruet, aut quomodo alienet, vel amittat: Ita cum instituissem hanc materiam beneficiariam, quã diligentissime possem pertractare, operæpretium me facturum putaui, si imitatus Iureconsultum, eam totam in tres partes, tresque libros diuiderem: quorum Primus sit de acquirendis beneficijs: Secundus de conseruandis: Tertius de amittendis. Ita enim me satisfacturũ votis studiosorum, & omnium qui nosse ista beneficiaria iura cupiunt: nihil enim aliud volunt, quã scire rationes, modos vel quibus acquirantur, conseruentur, vel amittantur beneficia: hac omnia nos conabimur pro virili edocere & tradere, quæ ex quotidianis cõsultationibus lõgissimo vsu fori, in quo diu versati sumus, iurisq; & interpretum libris didicimus.*

*Antequam tamẽ ingrediar materiam, pauca præfabor de hac voce beneficij: sunt enim quibus magis sacerdotium, quod ἱεροσυνὴν Græci vocant, quam beneficium dicere placeat. Atq; beneficium putarem ista significatione, quam hic vsurpamus, Latinum verbum non esse. Nos primum contestabimur non decreuisse verba vsitata, receptaque apud iuris Canonici peritos, tanquã artis vocabula immutare: ne potius conturbemus, confundamusq; artem, & ius ipsum, quam doceamus, & præcipue in his verbis beneficij & sacerdotij: nam nusquam, vel rarissime in iure Canonico reperias beneficiũ pro sacerdotio, vel contra accipi: sed semper distincta esse. Sacerdotium enim sumimus pro presbyteratu, vel officio ipso, seu dignitate sacerdotis, presbyteri ve, ad quem pertinet sacrificium corporis, & sanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei: c. perlectis 25. distin. Beneficiũ vero consistit aut in prouentibus, emolumẽtoque quodam, vt præbenda: Aut in sola quadam præeminentia præstantiaque sine iurisdictione, vt quis primas sedes, locumque seu protocathedrias habeat: vt personatus, vel cum iurisdictione, vt dignitas vel in simplici quadam administratione sine illis, & officiũ dicitur. Quã differãt igitur iure Canonico sacerdotium, & beneficium, constat. Neque enim omnis qui habet sacerdotium, beneficiũ habet: Et perinde est, ac si doctoratũ, vel aliũ gradum Iurisperitorum quis idẽ esse dicat cum magistratu, & officio aliquo publico. Nam non omnis, qui gradum illum habet, magistratum habet. Et institutione, origine, forma, tẽporibus, & substantia rerum, in quibus illa sita sunt, & circa quas versantur, differunt inter se.* Sacerdotium habens nõ hẽt bñficium.

Simplicia beneficia nõ possũt sacerdotia vocari.

*Et alia via quæruntur beneficia, alia sacerdotia. Quædam tamen sunt beneficia dicata sacerdotibus: c. constitutus. de concess. præb. c. ei cui de non sacerdotali, de præb. lib. 6. vbi præbenda addicta sacerdotibus, sacerdotalis dicitur, quam præbendam si quis velit appellare sacerdotium, non impedio: tamen non consentaneum est iuri, alia beneficia nõ addicta sacerdotibus, sacerdotiũ appellare, cum sine sacerdotio esse possint, vt simplicia & non curata beneficia, quibus ordo aliquis nõ est annexus, & cum simplici tonsura teneri possunt: c. vlt. de præb. & no. in c. licet canon. de elect. si quis igitur dum ius canonicum docere vult, hæc confundat, conturbat omnia. Vix etiam apud iureconsultos, vel Oratores vsurpari existimo sacerdotium pro beneficio (vt in iure canonico accipimus.) Nam tum beneficia illa non erat, res noua est, nota tantum Christianis. Quare rebus nouis noua vocabula inuestiganda fuerunt, velut præbenda, canonicatus præpositura, personatus, præstimonia, aliaque nomina: quæ vt res nouæ, ita Romanis illis erant incognita. Apud autem Iureconsul. legimus tantum pro dignitate & munere sacerdotis: vt in l. non distinguemus, §. sacerdotio. ff. de recep. arbitr. l. vna. ad leg. Iul. de ambi. l. penultima. & l. in honoribus, de vacat. muner. l. si quis, de pollicita. l. sponte, de munerib. & honorib. Et Imperator ait, in authentica quomodo oporteat Episcopos, in princip. colla. 1. maxima quidem in omnibus dona esse a superna collata clementia, videlicet sacerdotium & Imperium.*

*Itaque sicut instituta, ritus, leges Christianorum multum diuersas, & incognitas veteribus, & Ethnicis libenter (vt debemus) amplectimur: ita inuenta ab illis nomina cur reijciemus? Et vt Christianorum lingua vtimur quatenus receptum est, & rerum ordo, & substantia non læditur, ita vti Christianorum dictionibus amemus. Ergo a nostris debemus, & non efficta nomina capere, quæ nouas quoque res significant, vt præbenda, personatus, lectores, cantores, & alia permulta ab ipsis inuenta sunt, quæ propriam & peculiarem habent significationem. Romani etiam finxerunt sibi initio nomina, principes quoque nostri, & authores iuris sua, quæ si sequamur, nõ ægre ferẽdum est: non laudo tamen illos, qui nulla rerum necessitate, vel mutatione coacti, cum Romanum nomen in promptu sit, barbarum quærunt pro suo arbitrio: sed tum faciendum existimo, cum res nouæ antiquis comparatæ, aut ipsarum ordo, aut substantia mutata, nomen vel mutandum, vel alio transferendum, vel effigendum postulant, quod in singulis quoque artibus fieri docet Cicero in libro de Finibus bonorum, & malorum.*

# Quid sit, & quot modis dicatur beneficium.

IN primis, † quia ꝺ beneficijs acquirendis agimus videamus quid sit beneficium, & quo accipiatur, quid ve eius nomine cõtineatur, & quotuplex sit: demum quot modis acquiratur: & alia suo quæque ordine tractatibus.

2 Itaque beneficium est gratia concessa p̃ter ius: & sic differt a rescripto & priuilegio ꝫm iuriũ interpretes, & ꝺfinitur, in c. 1. quib. mod. freud. amitt. & per Io. de Selua, in tract de benef. in 1. par. q. 1. Aliam quoq; dedi ego definitionem in prin. arb. feudor. in quibus diutius immorandum non censeo, licet prædicta parum a me probentur, quia forensia non respiciunt.

*Large & stricte beneficium sumitur.*

3 Sed aduertendum est ex cõi interpretum sententia beneficium accipi large & stricte: large comprehẽdit rescriptũ, mandatũ, & oẽ id per quod alicui bñfit: & sic oẽ rescriptum Bar. & alij in l. fi. ff. de const. prin. & in l. cũ de bñficiõ. ff. ad legẽ Falc. vnde bñficium literarũ dicit tex. in c. ad audientiã, 2. de rescr. & cõmodatũ dicetur bñficiũ, in l. in cõmodato, §. sicut, ff. cõmo. c. 1. illo tit. in Decr. Appellationis bñficiũ, in c. fi. de appel. & in c. pen. & bñficiũ, testandi, in l. pen. C. de test. milit. & dispensationis bñficium, & in. c. innotuit. uer. habito, de elect. facit. l. seruus ea lege ff. mand. l. si pignore, de furt. l. unũ ex familia. §. 1. de leg. 2. [& manumissionis bñficium in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. l. 2. §. Prætor. qui satisd. cog. priuilegiũ uocat bñficium Iurisconsi. in l. 1. ff. ad municipales, & principis beneficio fieri posse, docet l. fi ff. de adop. & beneficium legis in l. libertæ. C. de ope. liberto. beneficium ætatis in l. Iulian. ff. de in integr. restit. l. etiam, §. 1. & l. præses. ff. de minu. beneficium restõnis. l. cum mandato. Ibidem quod alibi vocat auxilium restitutionis, in l. quod si minor. in prin. & l. auxilium. Ibidem religionis beneficium, Modest. in l. aut religionis. ff. de procu. ] & inuito beneficium non datur, i. non benefit inuito, l. inuito, ff. de reg. iu. & in omnibus causis id obseruatur, ut vbi personæ cõditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat, ibidem.

4 Strictè uerò beneficiũ dicitur principis liberalitas, seu gratuita concessio: & vulgò vocamus benefactum principis, *Le beinfaict du Prince*, & potest & dici liberalitas seu gratia. cap. quamuis. de præb. in 6.

5 Et notandum est quod si princeps donet castrum, vel aliam rem, licet non dicat perpetuo, tamen illa donatio perpetua erit. decet. n. principis beneficium esse mansurum. regul. decet, de reg iur. lib. 6.

6 Et sic beneficium quam plenissime debet interpretari: l. beneficium. ff. de const. princip. vt si concesserit castrum, videt mobilia & supellectilia castro adhærentia concessisse, l. 2. C. de bon. uacan. lib. 11. *Beneficiũ principis perpetuũ & plenissime interpretandũ*

7 Quod secus est in donatione, vel venditione domus priuatorum, in qua non veniũt supellectilia, nisi affixa, quæ quasi pars ædium sunt. l. Iulian. in fi. cum l. seq. ff. de act. empt. liberalitas. n. Principis fræno non subiacet, nec debet vllo pacto coerceri. Bal. in l. penul. C. de donat. inter virum & vxor. & per quam absurdum est, & temerarium, per astutam interpretationem principum beneficia uelle ad strictam interpretationem reducere. l. fin. C. de præpositi. agentibus in rebus lib. 12. vbi vocatur etiam priuilegium. vt enim Imperialis fortuna omnes superemi net alias. ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum, l. cum multa. C. de bon. quæ lib. & hoc quatenus principis præiudicium concernit: secus quod ad tertium, cap. olim. de verb. significat. vbi Panorm. & Ias. in l. beneficium. ff. de constit. prin. & interpretatio beneficij ad principem pertinet. l. Neratius ff. de reg. iur. l. ex facto. de vulga.

8 Vnde si Imperator vel Rex mihi beneficiat, dando Baroniam, vel ducatum, vel quid aliud, dicitur feudum seu beneficium temporale: si uero Papa, vel Episcopus ecclesiam concesserit, dicitur spirituale, vel ecclesiasticum beneficium. c. Felicis. §. 2. de pœnis, lib. 6. ideo pars illa reddituum, quę ministro ecclesiæ datur, vocatur beneficium, & in materia ciuili regulariter appellatione beneficij uenit principis liberalitas seu indulgentia, si materia non refragetur: in iure uero Canonico hæc obuentionũ ecclesiæ portio, quæ pro seruitio datur, vocatur beneficium ecclesiasticum: quia a benefactis hominũ tpe nascentis ecclesiæ processit, & quia benefit illi, cui collatum est: ideo interdũ dicitur donatio: in c. eã te de rescr. & c. relatũ. de præb. & in dubio capella fundata ad seruiendum Deo, licet non appareat de approbatione Episcopi, præsumitur beneficium ecclesiasticum: vt abunde scribit Bellamera in c. super hoc, q. 16. num. 20. *Ecclesiasticũ beneficium quid sit, & temporale.* *Beneficiũ ꝑsumitur ecclesiasticum.*

de renun. & sic collatio Episcopi in dubio valebit, per omnes c. 16. q. 7. [Frac. Cur. consilio proponitur.]

9 Et sic in materia Canonica appellatione beneficii venit spuale, & ecclesiasticum: vt docet Cardin. in clem. 2. no. 8. de iudiciis. quod tribus modis capitur, large pro omni prouentu, seu commodo, quod ab ecclesia percipitur, interdum pro præbenda. c. ex parte. de conces. præb. qñq; pro titulo beneficii, teste Card. in clem. cãm. ver. quod si forsan, in 5. not. de elect. & quomodo cognoscatur beneficiũ ecclesiasticarum docet Bellamera in cap. in nostra, quæstione 3. de rescri. nu. 10. ego fusius tradidi in tracta. de pacific. off. in 10. limita. num. 287.

*In genere & spẽ dr̃ beneficium.*

10 Ego vero dicerem, quod ad ius pontificium attinet, beneficium duobus modis capi, in genere videlicet, & specie. Primo modo beneficii appellatio generalis est, adeo vt comprehẽdat quæcunque beneficia tam maiora, quam minora: text. in c. pen. de verb. sign. & c. olim, ibidem gl. in clem. auditor. de rescript. & gl. in c. vno. de rer. permut. in 6. & continet in hac appellatione tam regularia, quam secularia: Fely. in cap. postulasti, de rescript.

*Vicarius cõstitutus ad conferendũ beneficia, cõferre dignitates poterit.*

11 Ex quo infertur quod vicarius constitutus ad conferendum beneficia, conferre poterit & dignitates, officia, capellas, & alia ecclesiastica munia, seu beneficia, Doct. in c. fi. de offi. vicar. & inferius in materia vicariorũ dicet. [Et regularia & secularia.]

12 Item beneficia cã permutationis vacantia non debentur mandatariis, nec expectantibus Apostolicis, c. vno. de rer. permuta. §. volumus. dè colla. in concor. siue permutentur dignitates, & quæcumq; alia beneficia. gl. in d. c. vno. quam probant docto. ibi & Imo. in clem. vna nu. 16. de sequest. posi.

13 Etiam nullus põt obtinere beneficium sine canonica institutione: d. c. j. de reg. iu. lib. 6. hoc intelligitur de quocunque beneficio: vt ibi glo. & Doct. probant.

14 Item si indulgeatur Epo, vt fructus bñficiorũ vacantiũ in sua diœcesi recipiat, generaliter intelligitur: d. c. tua, de verb. signif.

15 Limitatur nisi materia sit odiosa, vt in dispensato ad duo bñficia, nõ est ad dignitates dispensatus: c. 1. & 2. de filiis presb. li. 6. vt inferius dicetur in materia dispensa. in 2. par.

*Generalis beneficij appellatio qñ restringatur.*

16 Idẽ qñ materia non pateretur, sed repugnaret, tunc ẽt restringitur, vt docet Fel. in d. c. postulasti. col. 7. ver. circa. gl. 2. de rescr.

17. Vel qñ cõtrariũ esset in iure expressum, vnde si cui mãdetur prouideri de beneficio, non poterit isti prouideri de præbenda in ecclesia Cathedrali, p̃p honorem ipsius ecclesię: & quia a iure prohibetur. in c. quãuis. 1. de præb. li. 6. & dicam inferius in forma signaturæ: alias regulariter beneficii appellatio pro materia gñaliter accipietur.

18 Et Vascones suo more mutantes B. in V. vocant hoc veneficium: quia est veneficium, i. veneno afficiuntur hi, qui fructibus horum bñficiorũ abutuntur, & non seruiũt: vt nunc sunt plurimi ab instõne beneficiorum maxime deuiantes: quamobrem sunt fundata beneficia nõ considerantes: in spẽ vero accipitur beneficiũ pro materia, vt docet plene Fel. in d. c. postulasti, de rescript.

## *Quare instituta sint beneficia.* 2

PRimo † nẽpe fundata sunt beneficia in honorem Dei, & sanctorũ, vt perpetuo illis in his deseruiretur, & stipendia ministrorũ hæc essent: c. pastoralis, de his, q̃ fiũt à præla. c. fi. de rescr. li. 6. Ideo qui nõ seruit, beneficiũ perdit. c. vno. de vassal. milite, q. arma bellica deposuit. Et fructus tenetur restituere, qui nõ dicit. officium. Fel. in c. postulasti, col. 9. de rescr. quia cessante cã cessat effectus: l. quod dictum, ff. de pactis. c. cum cessante, de appel. & sic pro seruitio speciali institutum est beneficium: nu. 18. scripsi in q. 1. tract. de deci.

2 Secundo vt prouentus ecclesiarum in vsus cederent necessarios: d. c. Pastoralis, non ergo in abusus, vnde ait Hiero. Tibi, o sacerdos, de altari viuere, non luxuriari permittitur, 44. dist. in summa.

3 Item in vsus necessarios, ergo non in usus voluntarios, videlicet vt beneficiarius de suis consanguineis diuitibus: c. non liceat Papæ, 12. q. 2 & donare histrionibus, vitium est immane, non virtus: cap. donare. 56. dist.

*Consanguineis an beneficiarius dare ex bonis ecclesiæ possit.*

4 Iniustum. n. vr̃. & ineptũ, vt quæ fideles viri seu fœminę pro redẽptione animę suę Deo, & sanctis eius consecrauerint, vt iterũ in seculare seruitutẽ redigantur, & vt eleemosyna vnius alterius fiat peccatum: cap. iniustũ, 12. q. 2. & cap. iniustum. de rerum permut.

*Orare à populo et illi prædicare beneficiarius dẽt.*

5 Tertio vt presbyter, qui istos prouentus ecclesiæ habet, teneatur orare pro populo, cui est præfectus, & a quibus bona habet, nempe Moyses & Aaron Dominũ pro populo indesinenter orabant, 1. Reg. c. 12.

6 Quarto debet etiã populum verbo prædicationis instruere, inter cætera. n. quæ ad populi Christiani spectant, pabulum verbi Dei permaxime dicitur esse necessarium

c. inter

c. inter cætera. de offic. ord.

*Rõnẽ pleb is reddere curatus, & pauperes alere tenẽtur.*

7 Quinto vt illa beneficia habentes custodiant sibi commissam plebem, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddant, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus percipiant: c. eccle sias. in prin. 12. q. 2. Exod. 23. ego mittam Angelum meum, qui custodiat te in via.

8 Sexto vt hospitales sint, & pauperes alant. c. de monachis. vbi glo. de præbendis, & in summa, 42. dist. ac in c. 1. & per totum: quoniam quicquid habent clerici, pauperũ est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent. c. fi. 16. q. 1. hodie quidam Episcopi canes, & meretrices, aues, & adulatores alunt, ac suis consanguineis reditus emunt, & pauperes spoliant, [& sic fures, & sacrilegi sunt, quia vsum rei inuito domino contrectant, vt plene alibi de his scribam.]

*Ecclesia pro beneficio accipitur.*

9 Item ecclesia sæpius pro beneficio sumitur in c. 2. de concess. præb. c. cum nõ ignores, q̃ vna ecclesia vnius debeat esse sacertis, cum multis iuribus ibidem scriptis de præbend. licet ecclesia varie accipiatur, vt per glo. in capit. cum clerici. de verborum significat.

10 Item non dicitur beneficium ecclesiasticum ante episcopi approbationem: c. nemo. & c. nullus. de consec. dist. 1. Feli. in c. ex parte. 2. col. 1. de rescr. sed dicitur quædam pia donatio, vel relictum pium: si forte promissis celebrandis, vel pro anniuersario, vel si alias pie in perpetuum relictum fuerit, & de his decidimus, sicut de aliis piis, de quibus multa scribit Rom. in auth. 2. similiter C. ad leg. Falcid. & an sint beneficia iure diuino, scripsi in verb. Parochias, in tit. de constit. in concord. videant ergo beneficiarii, & curent fundationi beneficiorum in seruire, alioqui sibi acquirunt inferni habitationem perpetuam.

## *Quotuplex sit beneficium.* 3

QVotuplex † dicemus beneficium? Respond. q̃ attinet ad hãc materiam, duplex, videlicet seculare, & regulare: c. cum singula. de præbend. lib. 6.

*Seculare beneficiũ quid.*

2 Seculare est, quod secularibus personis est addictum, & debitum: & seculares clerici dicuntur, qui nullam professi sunt regulã, sed in seculo Deo seruiunt: Bal. in c. licet. post glos. ibi. de offi. ordin.

3 Et regulariter omne beneficium præsumitur sæculare ex primæua institõne, nisi probetur regulare, quia postquam diuus Petrus fuit secularis, præsumitur quòd ita beneficia fundata sint, sequendo illum primum patronum. Do. de Rota decis. 32. Fuit dubitatum, [in no. sub. tit. de præb. decis. 2.] Et Philip. Prob. in additio. ad Io. Monac. in c. super eo, nu. 17. de præb. li. 6. post Nicol. Milium in verb. beneficium, q. 23.

4 Ideo secularis non tenetur probare esse seculare, sed is, qui illud regulare dicit: quia habet præsumptionẽ pro se is, qui est secularis, vt per Doct. in c. cũ. de benef. de præben. lib. 6.

5 Quod probatur, si per 40. annos possessũ fuerit absq; dispẽsatione a regulari, vel si ex fundatione appareat rẽaribus affectum, nẽpe quatuor interueniẽtib., q̃ scripsi in gl. rẽaria. in §. volumus. de colla. in concor.

6 Nisi quoque fuerint capellæ fundatæ in monasterio: quia illæ præsumuntur regulares, nisi per seculares teneri sint solitæ: d. c. cum de beneficio.

7 Et qñ quis illas capellanias impetrat, dẽt in bulla adijcere clausulã, nõ obst. monasterii statutis, quãuis ea statuta nõ ligẽt seculares, quatenus concernunt regulã, sed religiosos tm̃. Tamẽ quatenus disponunt, q̃ capellani sic seruire illis capellanijs dẽant, seculares illis ligantur; vnde his derogandũ est. Et hoc est tutius, quicquid in contrarium dicatur. [Item parochiales ecclesiæ præsumũtur seculares, quia regulares sunt cum eis inhabiles. c. monachi. de statu monacho. Nam monachi plangentis, & non docentis habẽt officium. c. monachus. & c. placuit 16. q. 1. Vide inferius ti. seq.]

## *Seculare beneficium quotuplex.*

*Seculare beneficiũ multiplex.*

SEcularia † Beneficia multiplicia sunt, quædam. n. sunt administratione, alia sine administratione, & sic simplicia vocantur: c. præsenti. vbi gl. de of. ord. lib. 6.

2 Cum administratione vocantur ministeria: c. cum in cunctis. §. inferiore ministeria. de ele. & c. 2. de concess. præb. quæ vocantur duplicia, per Spec. in tit. de lap. & dispensat. §. dicendum. ver. 1. & ver. duplex.

*Papatus dr̃ beneficiũ, patriarchatus, archiepiscopatus & epatus.*

3 Administrationem habentia hæc sunt. Primo Papatus dicitur beneficiuum, in c. 1. de maled. ibi in depositionem officii, & beneficij nostri; & sic comprehendetur sub c. 1. de reg. iur. lib. 6. vt cum canonica institutione obtineri debeat, alioqui a liminib⁹ sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijciatur, sicut Antichristus, & inuasor, & destructor totius Christianitatis: cap. 1. colum. 3. dist. 33.

4 Item Patriarchalis dignitas, & Archiepiscopalis, & Episcopalis, in c. clericos, 22. distin. De episcopatu habes textum in c. veritatis. de dolo. & in c. felicis, §. quod si quis. de pœnis. lib. 6. vbi episcopatus vocatur beneficium pro subiecta materia, licet non veniat regulariter appellatione beneficij, quia est culmen c. pen. 2. depræb. & c. illo tit. li. 6. vbi glos. & alibi scripsi.

5 Abbatia secularis etiam in c. ex. transmissa, de renunciat. vbi etiam glo. de qua est videre in ecclesia collegiata S. Sebastiani Narbonæ, quæ vocatur abbatia S. Pauli, vbi est dignitas secularis, & in ecclesia Claromonten. in Aruernia (vt fertur) licet fere sit regularis, vt inferius dicetur. *Abbatia secularis*

6 Item dignitas, personatus, & officium; beneficia autem sunt secularia, & cum administratione: in c. cum accessissent, de constitutionibus, c. 1. de consuetud. lib. 6.

7 Dignitas vero dicitur quædam præeminentia cum iurisdictione, quæ cognoscitur ex præeminentia, iurisdictione, & institutione, quando ad hoc est instituta, vt sit dignitas. Panor. & alii, in c. de multa, de præb. & ex consuetudine, quando consuetudo facit, vt dignitas reputetur. Doctores in d. c. de multa, & in d. c. cum accessissent, de constit. [& hoc in iure canonico, licet aliquando accipiatur etiam pro ordine, vt in c. deniq; vbi glos. 4. dist. & pro seculari potestate c. administratores 23. q. 5. sed ista alio tendunt.]

8 Personatus est habere præeminentiam in ecclesia sine iurisdictione, vt Præcentor. c. 1. de consuet. vbi Doct. scripsi in §. præfatiq; gradati, de collat. in concor.

9 Officium dicitur quando quis habet rerum ecclesiasticarum administrationē sine iurisdictione: Doct. in rub. de offi. deleg. vt Sacrista, tit. de offi. Sacristæ.

10 Ad hæc ecclesia parrochialis dicitur beneficium seculare, & cum administratione, c. extirpandę, & c. de multa. de præb. c. cum in cunctis §. inferiora, de electi. quia curatus tenetur ministrare sacramenta ecclesiastica, videlicet, baptizare, pœnitentes, & confitentes, peccata audire, & eos absoluere iniuncta eis pœnitentia, & sacramenta ministrare, aliaq; opera eos tangentia, facere tenentur, c. 1. & per totum de parrochi. scripsi in §. statuimus. 2. de colla. in concor. *Parrochialis ecclesia secularē est beneficium, et quod dicatur curā habē.*

11 Nota quod de iure cōi nullum beneficium hēt curam, nisi habeat populum, vel clerum: ideo asserenti beneficium non esse curatum, non incumbit probatio, quia de iure ita est: vt docet Aegid. Bellamer. in decis. 676. Si impetrans. probat Staphile. in tract. de liter. gratię, rub. de qualitate & statu benefic. in prin. Ideo q dicit illud curatum, oportet quod probet: arg. l. ei qui. ff. de probatio.

12 Alia beneficia sunt simplicia, & sine administratione, vt quæ non hńt populum, vel clerum, nec quidem administrationē: vt canonicatus & præb. c. 2. de renunc. Canonicus. n. rōne præbendæ sacramenta non administrat, sed Deo seruit in horis cantandis, & alio officio sibi iniuncto: ideo sine administratione dicitur. *Simplex bñficiū quid.*

13 Et præbendam dńt esse ius percipiendi prouentus in ecclesia rōne canonicæ: gl. in verb. receperunt, c. cum Mar. de constit. facit c. dilecto, de p̄b. [& præbenda dupliciter sumitur, primo pro quocunq; beneficio ecclesiastico, quod necessaria ad vitam præbeat, c. super hoc. de renunc. & pro iure p̄cipiendi prouentus ratione canonicæ. glo. & doct. in c. cum M. Host. in summa de præb. & dign. Fel. in c. postulasti. nu. 4. de rescr.] curam animarū non hńs: c. fi. de præb. Bellamera. in c. indecorum, col. 4. ver. 4. habemus, de ætate & qualita. [Spec. in tit. de lapsis. §. nunc dicendum, in prin.]

14 Item capellaniæ, vt in c. 1. de capellis monach. & per totum. & practici Romani faciunt differentiam inter capellam, & capellaniam: nā capellam vocant, qñ est corpus per se, & ecclesia per se, & tunc litteræ Apostolicæ diriguntur rectori talis capellæ vt in tit. de capellis monachorum. Si vero altare sit in aliqua ecclesia, tunc, dignitur capellania, & uocari solet perpetua & dirigitur rescriptum tali N. perpetuo capellano: & sic capella corpus est per se, capellania in ecclesia aliqua: quod est notandum, sed non exacte seruatur ista differentia etiam in iure: nam vno pro altero passim vtitur. *Capella & capellāia differunt.*

15 Altaria fundata in ecclesia, si cum auctoritate epi constructa sunt, simplicia vocantur beneficia: c. quæsitū. 1. q. 3. c. recolētes, de stat. monach. gl. in clem. 2. de deci. & in Germania sunt quædam altaria separata ab ecclesia: in Francia sunt quædam altaria in ecclesia sola, & de his loquimur: alia sunt altaria cum capellania, & capellania vocat. Et altaria nō sunt beneficia, si ab episcopo nō sunt approbata: c. nouerint, & c. regē da, 10. q. 1. hoc probat Fel. cons. 41. Vicarius. & cons. 45. Quinque. *Simplex vero bñficiū uocatur. Altaria an sint beneficia. Præstimonia q̄ & quare fuerint instituta.*

16 Præstimonia seu præstimonium dicitur etiam beneficium seculare simplex, de quo in c. fi. de conces. præb. li. 6. & fuerunt instituta pro studentibus, & pro subsidio contra in fide-

*institu-ta.* fideles, nullum vel paruum habent seruitium annexum, ideo multa teneri possunt sine dispensatione, teste Staphile. in tractatu de litteris gratiæ: in quinta expectat. forma. scripsi de his in tractatu de pacis. possess. in 17. ampliat. num. 90. & seq. post. Oldra. cons. 81. & 140. & ista sunt beneficia secularia de quibus in iure canonico frequens fit mentio. si alia sunt, his addere poteris: hactenus de secularibus.

*Regularia beneficia multiplicia.* 5

REgularia † beneficia sunt, quę religiosis addicta sunt, vel ex fundatione. vel ordinarii, seu superioris institutione: c. 1. & ibi Doct. de c. monach. vel de consuetudine, seu præscriptione: vt pote quia per regulares regi consuerunt, & administrari per quadraginta saltem annos: c. cum de beneficio, de præb. li. 6. gl. in §. idem ordo. in ver. regularibus, de colla in prag. & incongruum videtur, vt regulares secularibus supponantur: c. 2. de cap. mo. licet hodie quidam stolidi præficiantur sanctis religiosis, & eos famæ opprimant. sed væ illis. Vide quæ scripsi in concor. Franciæ, in ver. regularibus, in for. lit. executio. in fin.

*Duplicia beneficia regularia quæ.*

2 Etiam hæc sunt in duplici dimissoria secundum quosdam: quædam. 11. sunt duplicia, vt abbatia regularis, forte quia ea obtinent duplici onere funguntur, vel fungi debent, tam circa personas, quam res monasterij: c. quanto, in fi. de offi. ordin. c. cum ad monasterium, de statu monacho. & cap. in singulis, & per totum ibidem.

3 Officium: c. cum singula, de præb. li. 6. c. cum ad monasterium, versic. tales aũt, & cap. seq. de statu monacho. & multa sunt officia in religione, quæ si bene regantur, bene est religiosis.

4 Prioratus conuentualis, cle. ne in agro. §. cæterum, de statu monach. c. nisi essent, de præb. scripsi in §. monasterijs, in uersi. prioratibus, in concorda. rubr. de nomina. regu. ad prælat. vbi dixi priores conuentuales eos, qui in conuentu religiosorum præfecti sunt: vt not Doctores in cap. capitulum, de rescriptio. & cap. cum ecclesia, de causa possess.

*Prioratus clausti-alis q, & eius officium.*

5 Prioratus clausti-alis: c. cum ad monasterium. de statu monachor. & dicitur prior clausti-alis, qui religiosis in claustro & monasterio præfectus est, qui prę ceteris post abbatem potens esse debet in opere & sermone: vt exemplo vitæ, verboq; doctrinæ fratres suos & instruere possit in bono, & a malo etiam reuocare, zelum religionis habens secundum conscientiam, vt delinquentes corripiat, & castiget, obedientes foueat, & confortet. §. prior, d. c. cum ad monasterium. Et ista duplicia vocantur. *Regularia beneficia simplicia q.*

6 Simplicia sunt prioratus simplex, & monachatus, ac canonicatus regularis: hi enim suo & simplici onere funguntur: ca. quod Dei timorem, & cap. fin. de statu monach. clemen. ne in agro §. cæterum, & per totũ de statu mona. glo. in clemen. dispendiosam, in verb. in beneficijs, de iudic. cap. fin: de religio. domi.

7 Vbi monachus non potest locum monachalem in diuersis locis & monasterijs habere, sed vno contentus esse debet: cap. cum singula, de præbend. lib. 6. & dicam in seq. ferius, in materia dispensa super plur. in secunda parte.

*De clericis, & a quibus & quomodo creentur.* 6

SCiendum † est quod ista beneficia debentur clericis secularibus, si secularia sint: cle. 1. de elect. cap. Deus. de vita & honesta. cleric. vbi Doct. not.

2 Si vero sunt regularia, regularibus & religiosis debentur: cap. cum singula, de præbend. in 6. scripsi in §. volumus, de collatio. in concord.

3 Aliquando vero sacerdotibus, vt sacerdotalis præbenda, in cap. cui de non sacerdotali. de præben. lib 6.

4 Itaq; hæc beneficia ecclesiastica non debentur laicis, sed ipsi sunt illorum incapaces, nisi clerici fiant: ca. cum adeo, de rescript. cap. ex litteris, de transactio videndum esset de his clericis, & a quibus & quo modo creari possint.

*Clericus vt fieri possit, tria in eo requisita.*

5 Et vt clericus creari quis possit, tria requiruntur, ætas, habilitas, forma, seu ætas, morum grauitas, & litterarum scientia: cap. cum in cunctis, de electio.

6 Primo clerici fieri non possunt ante septem annos: ca. fi. de tempor. ordi. lib. 6. & tunc primam tonsuram sumere possunt, seu coronam: c. si. de cleri coniungat. & iste annus septimus debet esse completus, teste Præpos. in cap. de his, in prin. 28. dist. dispensatur tamen a Papa, vt in sexto anno possit insigniri clericali charactere: & completo illo sexto anno, vt beneficia simplicia obtinere possit.

*Post septem annos clericus sit.*

7 Ad beneficia aũt quæcunq; dispensare Papa põt in septimo completo, vt inferius dicam in tract. dispensat. super defectu ætatis

tis, videat tñ causſam: alioqui iudicium ſibi præparat Papa, ſi cum iſto minore diſpẽſet ſine ratione, ſola affectione motus.

8 Habilitas perſonæ conſideratur reſpectu dantis, & eius, cui datur: dantis, an is, qui concedit, dare hoc poſſit. l. naturali. §. 1. ff. de confir. tuto.

*Primã tõſuram quis cõcedere poſſit.*

9 Videndum eſt qui primam tonſuram concedere poſſint. Reſpond. Papa, qui etiam ſolo verbo põt presbyterum facere: teſte Angelo in l. 1. C. de ſenten. paſſis. quẽ refert, & ſequitur Felin. in dicto cap. 1. num. 23. colum. 6. de conſtitu. Ipſe. n. introduxit formam, quam tollere poteſt. ff. de ſponſal. l. ſi puellæ.

10 Solet tamen ipſe ſolẽnia quædam in illis ſeruare, ſine quib⁹ actus vix reciperetur.

11 Etiam epiſcopus clericos in ſua diœceſi creare poteſt: dicto cap. 1. & per totum de tempo. ordin. libr. 6. & archiepiſcopus in ſuo archiepiſcopatu, non autem clericos ſuffraganeorum: dicto cap. 1. de tempo. or dinan. in ſexto.

*Eps primam tõſurã, & in epiſcopatu, & extra ſuis ſubditis cõferre poteſt.*

12 Itaque epiſcopus primam conferre põt tonſuram, ſiue in epiſcopatu, ſiue extra: cũ collatio tonſuræ ſit voluntariæ iuriſdictionis: ergo ſuos ſubditos vbique non alienæ diœceſis viros ordinare poteſt, teſte Albe. in l. emancipari, ff. de adopti. Barba. in ca. nouit. de officio legati.

13 Etiam non petito conſenſu epiſcopi territorij, ſecus in iuriſdictione contentioſa: vt not. in clemen. vna. per illum tex. de foro compe.

*Abbas & prior quibus, & quoniã tõſuram cõferant.*

14 Interdum ab abbate prima confertur tonſura, ſi ipſe benedictus ſit, & presbyter: ſed monachis tm̃, & conuerſis monaſteriorum ſuorum, & qui ad illa conuolauerint, & in quos eccleſiaſticam, & quaſi epiſcopalem obtinent iuriſdictionem: alios autem ordinare non poſſunt, niſi id eis competat ex pleno ſedis Apoſtolicæ priuilegio: cap. abbates. in fin. de priuileg. lib. 6. Gloſſa in cap. de tempor. ordinan. eodem lib. capit. cum contingat. de ætate & qualita. vbi Doctores. ca. qm̃. 69. diſt. ca. cum inter. de re iudic.

15 Et alij, quam religioſi, promoti ab abbatibus debent oſtẽdere abbatis priuilegium, ſuper quo fundant intentionem ſuã. l. actor, C. de probationibus. alias nõ proderit eis tonſura ab abbatibus cõceſſa: Pariſ. in cõſilio 125. An collatio. in 4. volumi.

16 Interdum a prioribus etiam hæc prima tonſura cõfertur: doct. in d. c. abbates. Id tamen ex priuilegio, & ſicut abbates, de quibus ſupra dictum extitit: & hæc tonſura vocatur aliquando ẽcorona: c. fi. de cler. coniungat. cle. 2. vbi glo. de vit. & ho. cler. & vulgus Occitanorum ita vocat, & interdum vocatur clerica: cap. Pſalmiſta. 23. diſtin. vbi præpoſi. hoc ſcribit: quia per eam fit clericus is, qui ea honeſtatur.

17 Item conſideratur habilitas reſpectu recipientis, ſed quæ in recipientibus habilitas requiritur? Reſpon. ſi ab abbatibus, & prioribus conferatur, requiritur quod ſuis monachis, non alienis conferatur: c. abbates. de priuile. & in ſuo monaſterio: c. qm̃, 69. diſt. & poſt profeſſionẽ, alias ſuſcepta tõſura, is poſſet poſtea exire, & fraus fieri, quæ præcauenda eſt ca. 1. de ſer. non. ord. Doct. in cap. religioſo, de ſen. excom. lib. 6.

18 Valeret tamen, ſi intra annum profeſſionis eſſet collata, licet is dimitteret illam religionem, quia non annullatur id, quod iure factum fuit: per reg. iuris factum legitime. de regul. iur. lib. 6.

*Tonſura conferri põt originarijs & habẽtibus beneficium perpetuũ & domicilium.*

19 Si vero epiſcopus conferat tonſuram, requiritur qd̃ hi, quibus confert, orti ſint in ſuo epiſcopatu, vel ibi habeant domicilium, vel beneficiũ, niſi habebant litteras dimiſſorias: cap. cum nullus; de tempor. ord. in 6.

20 Beneficium dico perpetuum, ideo non poſſent promoueri collegiati, ſeu burſarij, vbi obtinent ad tempus collegii locum: quia hoc non eſt perpetuum. idem ſi haberet fructus præbẽdæ ad docẽdum pueros. c. quia nonnulli. de magiſt. vbi Hoſt.

21 Ideo habentes beneficium in commendam per ſex menſes, non poſſunt ratione illius beneficii, promoueri ab epiſcopo illius beneficii, quia non datum eſt eis perpetuo: c. nemo. de elec. lib. 6. niſi in religioſis habentibus beneficia manualia: cle. vni. ca. de ſup. neg. præl. quia pro perpetuis quoad hoc habentur. l. ſufficit. ff. de condi. indeb. glo. in c. ſi gratioſe. de reſcrip. in 6.

22 Poteſt etiam epiſcopus tonſuram conferre monachis degentibus in monaſteriis ſui epiſcopatus, niſi ſint exempti: quia tunc licentia Papæ requiritur: d. c. cum nullus. §. fi. vbi Peruſ. ſed alii firmant contrarium, quod etiã exempti ordines ab eõ recipere poſſint: qd̃ eſt valde fauorabile, & tenẽdũ.

*Habentibus officium perpetuum tonſura cõfertur non aũt famulis*

23 Bene tamen poterit tonſuram concedere epiſcopus conſiliarijs, & aliis habentibus officium perpetuum in diœceſi, vel quaſi perpetuum, quia ibi cenſentur habere domicilium: Bar. & alij in l. 1. ff. ad munic.

24 Non poſſet tamen epiſcopus conferre tonſuram, vel ordines alicui famulo ſuo alienæ diœceſi, ratione familiaritatis: & quia non cenſetur ibi habere domicilium famulus, vbi ſeruit, ſm̃ Domin. & Philip. in d. cap.

in d. cap. cum nullus. nisi haberet aliquod beneficium, vel domicilium ibidem: requiritur etiam quod hic sit bonis moribus preditus: d. c. cum in cunctis, de electi. & l. scire. in fi. ff. de tutor. & cura. dat ab his.

*Illiteratus non pōt promoueri.*

25 Item illiteratus ordinari non potest: ca. præcipimus, 34. dist. & c. illiteratos, 36 dist. in c. fi. de tempo. ordi. lib. 6. & in auth. de sanctiss. episc. col. 9. quia litteris carens sacris non potest esse aptus officiis: d. c. illiteratos. & episcopus, qui nesciebat Donatum fuit priuatus: c. fi. de æta. & quali.

26 Ego scio quosdam eo solo posse deponi, qui tamen sciunt legere, & scribere Gallicum sermonem, sed non Latinum: tñ per eorum astutiam nescio quo fato in animarum illorum forte perhiciem acquisierunt episcopatus, abbatias, & alia multa beneficia, & coqui, latomi, & armigeri, tibicines, & forte infideles in hoc regno nostra memoria, non dicam vnam, verum plures. vbi vsurpāt abbatias: sed quis est mortalium, qui hanc non videat insignem perniciem, & Ecclesias breui destrui, ac labefactari ab his, si diu sic regantur? Dicam cū Psalte egregio, *Benefac Domine bonis & rectis corde.*

27 Quod est verum, si omnino essent illiterari, prouendi non sunt, sed si scirent legere, possent habere primam tonsuram. Dominic. & Philip. in d. c. præcipimus. iuncta glo. 34. dist. quia tonsura est gradus primæuus, quæ solet iuuenibus conferri, de quibus spes est, vt studeant, & doctiores fiāt cap. fi. de tempo. ordinand. lib. 6.

*Epūs non dispēsat super scientia.*

28 Nec poterit dispensare episcopus vt illiteratus omnino tonsuram suscipiat, teste Innoc. in cap. cum dilectus. de tempo. ordinand. in d. cap. fina. Bernard. de Luco in pract. cri. in verb. illiterari.

29 Quod intelligerem verum in viris iam ætate ingrauescentibus, sed in iuuene septem annorum potest episcopus cum modi ca scientia isti iuueni primam conferre tonsuram, habita ætatis ratione, quæ ostendit illum magnam callere non posse scientiam in illa ætate, & sub spe futuri studii illum promouere: sicut quandoque doctores conferunt gradum baccalaureatus primæuum iuuenibus acrimonia ingenij præditis, licet parum studuerint in iure: quia spem habent vt ad maiora prouehi debeant, postquam bono præditi sunt ingenio.

30 Forma conferendi primam tonsuram ponitur in pontificali, in principio. eam non pono, nam postquam aliquis est clericali insignitus charactere, præsumitur quod forma fuerit seruata, & alia necessaria: vt docet in simili Panor. in capit. nisi, de preben. & forma intrinseca præsumitur: l. sciendum, ff. de ver. oblig. cap. si forte, de elect. libro 6.

*Clericus in ordinatione promittere dēt, quod fidem catholicā tenebit.*

31 Et in concilio Toleta. 11. fuit statutum, vt antequam clericus crearetur, cauere ret scriptura propria, vt fidem catholicam syncera cordis deuotione teneret, iuste ac pie viueret, in ca. quanquā, 23. dist. quod tamen hodie non seruatur.

32 Aduertendum est, quod interdum confertur tonsura, & alii ordines a suo episcopo, & quandoque ab alieno, si concedatur a suo episcopo, qui dicitur ratione originis domicilij, vel beneficij: cap. cum nullus, de tempore ordinandor. in 6. opus est, vt ipse concedat litteras probatorias, & authenticas: verum quia in eis sæpius erratum vidi, ob id sic concipi solent.

## *Forma litterarum tonsuræ, & in his requisita.*

IOANNES † miseratione diuina, ac sanctæ sedis Apostolicæ gratia, N. Episcopus, notū facimus vniuersis, quod nos anno, & die infra scriptis, & in Ecclesia parrochiali de Lesato nostræ diœcesi officium visitationis exercendo, dilecto nobis in Christo Petro Robin filio Petri Robin, & Ioanne coniugum dicti loci de Lesato nostræ diœcesis oriundo, in & de legitimo matrimonio procreato (pro vt fide dignorum testimonio nobis facta fides extitit) ætateque, literatura, & alias idoneo comperto tonsuram contulimus clericalem, militiæ clericali adscribendo eundem. Actum vb. supra sub sigillo nostro magno rotundo, die 20. Aug. Anno incarnationis Domini millesimo quadragesimo primo, testibus Ioāne Rotelino, & Gaspare Rito ad hoc vocatis, de mādato Do. P. Roccet Secret.

*Dispēsatio epi cū*

SI† autem Episcopus tonsuram conferat bastardo, solet addi dispensatio sic, & cum eodem super defectu natalium, quem

*Bastardis ad tō suram et ad beneficiū simplex.*

quem patitur de presbytero genitus & soluta: vt etiam ad minores ordines promoueri, & beneficium ecclesiasticum, cui cura nō immineat animarum si sibi canonice conferatur, recipere, & retinere, libere & licite possit, & valeat huiusmodi defectu, non obstante eisdem auctoritate & tenore dispensauimus, & dispensamus. In cuius &c. Et ista dispensatio elicitur ex c. 1. de fil. presb. lib. 6. de qua scribam, in tracta. dispensa. super defectu natal. inferius in secunda parte.

*Requisita in litteris tonsurę.*

3 Notanda sunt in his literis tonsuræ requisita. Primo requiritur nomen episcopi [quod probatur in c. nomine. 73. dis. c. ego N. de iureiuran.] Ioannes &c. nec solet cognomen addi, quia ex nomine satis est certus: ideo non debet amplius demonstrari, vt habetur in l. 1. ff. de dote prælega. & notoria demonstratione non indigent: l. emptorem, ff. de actio. emp. & si sola nominis commemoratio quicquam ambiguitatis nō pariat non fit alia expressio, per tex. in l. hac consultissima, C. qui testament. fac. possunt: vbi gloss nisi nomen & cognomen esset de forma, vt docet Alex. cons. 27. Viso, in 6. vol. & Alber. in tract. statu. inver. instrumentū primo.

*Episcopatū debet recognoscere qs a Deo & a sede Apostolica habere.*

4 Etiam in his literis solet describi misericordia diuina, & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, vt etiam a sancta sede recognoscat se episcopatum habere, cap. ego. N de iureiurando, alioqui priuari posset episcopatu, si nollet recognoscere sedem Apostolicam: vt scripsi in artic. 2. tract. vt benefic. ante vacatio. in consti. Reg vbi scripsi illos Principes, qui neminem nisi solum Deum in temporalibus recognoscunt, hac phrasi vti solere, gratia Dei seu diuina gratia, seu clementia: alios vero non maxime episcopos nisi sapiant hæresim, volentes Papam sua dignitate priuare, & tunc Papa debet eos episcopatu statim priuare, quia sic indignos se reddiderunt, & ego vidi quemdam episcopum, q nolebat hanc adiicere clausulam, [sanctæ sedis Apostolicæ gratia,] ideo præsumendum erat contra eum, & exitus acta probauit & c.

5 Secundo exprimi debet nomen episcopatus, videlicet Paris. episcopus vel alius, & hoc solet certum episcopū facere, vt cognoscamus, an quis a suo episcopo sit tonsuratus vt docet per c. 1. & per totum de tempor. ordinan. lib. 6.

6 Tertio debet exprimi in his litteris, annus & dies datæ tonsuræ, alioqui instrumētum sine anno & die non valet, l. generali, C. de tab. lib. 10.

7 Quarto, locus in quo est concessa tonsura exprimi debet, gl. vlt. in extrauagan. execrabilis. Ioan. 22. & Specul. in tit. de Instru. edit. §. 1. immo quidam locum loci ponunt, sic, Datum Paris. in templo nostræ Dominæ vel in aula episcopali, & prodest ad euitandam falsitatem, sed non est necessarium, vt testatur Ioan. de Grassis, in tract. de substantia procura. in verbo actum in ciuitate, & ego in his maxime vidi conscribi locū loci, [vt in ciuitate Paris. & in Ecclesia tali, &c.]

*Locus cōcessæ tonsuræ exprimendus.*

8 Quinto, exprimi debet nomen & cognomen eius, cui data est tonsura, ad euitandū dubia & æquiuocationes de alio, l. ad recognoscendos, C. de inge. & manu l. hac consultissima, C. qui test. fac. poss.

*Nomē et cognomē recipientis tonsuræ eiusque patris est primendum.*

9 Sexto nomen & cognomen patris ordinandi, & nomen matris, ex quibus progenitus est is, qui tonsuram suscepit, vt sciatur an sit filius legitimus, & ex quo ortus sit, & si pater mortuus sit, dicetur filius quondam talis, l. eius, ff. si cert. petat. vbi glo. & Dec.

10 Septimo debet exprimi locus, in quo illi, qui suscipiunt tonsuram, degunt, vt dignoscatur, an episcopus potestatem habuerit dandi tonsuram illis; & solet dici loci talis de Balianicis nostræ diœcesis vel a Lesato; quia nullus potest ordinare clericum alterius diœcesi. c. 1. per totum, de tempor. ordinan. lib. 6.

*Natus an sit tōsuratus ex legitimo matrimonio littera testari debent.*

11 Octauo, debet fieri mentio, q̄ is, qui tō suram suscepit, natus est de legitimo matrimonio, & sic episcopus, vel ab eo delegatus, antequam conferat tonsuram, debet dues saltem audire testes de hoc, & postea in litteris attestari, alioqui non valebit tonsura collata bastardo, licet episcopus possit secum dispensare, etiam ad minores.

12 Sed non censetur dispensatum, si hoc non fuerit expressum, vel si episcopus nesciat defectum, c. vno, vbi Gl. & Doct. de ætate & quali. lib. 6. c. 1. de filiis presbyt. Ibidem ideo superius scripsi dispensationem, quando episcopus confert tonsuram illegitimo.

*Ætas tonsuræ ætatem & scientiam attestantur, quibus creditur.*

13 Nono, debet fieri mentio ætatis legitimæ, videlicet quòd tonsuratus inuentus est in ætate legitima, ergo super hoc debet sciscitari episcopus a testibus, & parentibus, quibus etiam cum alijs in hoc creditur, l. de ætate, ff. de minor. vbi Bar.

14 Quia infanti non debet conferre tonsuram, nisi religionem intraret; cap. fin. de tēpo ordi. lib. 6.

15 Et licet fiat mentio testium, tamē creditur his literis, tam super ætate, quàm sup matrimonio, per c. post cessionem, de probat.

bat. nisi quis vellet probare contrarium.

16 Decimo, de literatura promouendi etiã solet fieri mentio in his literis, quòd est intuentus idoneus in literatura, per c. cum in cunctis, de electionibus. Nam illiterato conferri etiã tonsura non debet, d. c fi. ibi. illiterato: nec dicitur illiteratus, si legere sciat, vt superius scripsi: & in hoc etiam creditur his literis nisi quis eas falsas probare vellet, sup quibus est prius cogitandum.

17 Vndecimo, debet testari se dedisse ei tonsuram clericalem, eum adscribendo militiæ clericali, quod potest: vt plene scripsi, in fine concord. Franciæ contra Pet. de Ferrarijs contrarium dicentem: quia ea quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: vt docet Diuus Paul. ad Gal. 5.

*Testes in tonsura necessarij.*

18 Duodecimo, debent in fine literarum duo saltem testes inscribi: vt in ore duorum vel trium stet omne verbum, c. licet vniuersis, de testibus, cap. relatum, de testament. licet litteris quo ad hoc episcopi sigillo signatis crederetur. cap. post cessionẽ. de probat. sed stylus est seruandus.

*Data, si gillum & secretarij signũ in tonsura esse debent.*

19 Decimotertio, datam litterarum apponi necesse est, & quo die hæc gesta sunt, vt plene scribit Ioannes Andreas in fi. lib. 6. & ego in forma mandat. in fine in concordatis, & istæ litteræ sic confectæ faciunt fidẽ ideo si ista non sint in literis tonsuræ, impugnari solent.

20 Decimoquarto, attestatur episcopus literas sub sigillo suo esse confectas: nam sigillum episcopi in literis apponi debet, & postea probant literæ, interuenientibus aliis necessariis: d. c. post cessionem: vbi Doct. de probationibus: & dicere debet an sit sigillum rotundum, vel longum, magnum vel paruum: vt Doctor. notant in cap. significauit. de appell. & in cap. inter dilectos. de fid. instrum.

21 Decimoquinto, episcopi secretarius subscribit se in fine illis literis, de mandato episcopi, id se fecisse attestans, vt in l. hac consultissima. C. de testam. ibi, finem autem testamenti subscriptiones. Multa super hoc scripsi in tract. nomina. q. 10. hoc procedit nisi episcopus se subscribat: quia tunc alia non requiritur subscriptio, cum maior sit episcopi autoritas, quàm secretarij eius.

[Regula est quòd tonsura est probanda litteris ad hoc factis. Nec probatur per literas aliorum ordinum. Limitatur ex diuturnitate temporis. Panor. in cap. fraternitatis, de cleri. non resid. Feli. in cap. super his col. 9. de accus. & cons. 2. excellens doctor. nu. 29. & 32. quia ex diuturnitate tẽporis omnia præsumuntur solemniter facta. l. si filius fa. C. de petit. hæred. Secundo propter integritatem ordinantis, quia non est verisimile quòd episcopus contulisset ordines sacros, nisi primum vidisset tonsuram. Panor. not. primo in c. nisi. per illum tex. de præb. Et sic præsumendum est pro quolibet episcopo, siue. forte pro alieno, & cæteris qui non curant de ouibus, quia mercenarii & potatiles, vt plurimum sunt. Tertio si incidẽter probandæ essent literæ tonsuræ, vtpote si velim probare tonsuram resignantis mortui forte, vel illius in cuius locum subrogari cupio, tunc sufficiet aliquis probare literas aliorum ordinum. arg. l. quotiens. & ibi not. C. de iud. Panor. in c. illud. de præsum. & sufficit producere signaturam resignantis mortui, vel alterius quando incidenter eam produco, & sic in forum iudicij seruari vidi.]

22 Et sic patet tonsuram litteris probari debere, cum de ea fiant: vt hic per tex. in l. si qua per calumniam C. de episcopis & clericis. vbi Iac. But. & Pe. de Vergnia, in addi. ad eum: & Guido Papæ q. 582. reperitur. & text. in c. legum 2. q. 1. Ibi, ordinatus a suis ordinatoribus litteras accipere iussetur. Chassa. in consuetud. Burgund. in titul. *Des Iustices*. §. 6. *sont creues*. numero 12.

*Tonsura alterius p banda.*

23 Quod non procedit, si dicatur scripturam esse amissam, quia tunc per testes probari poterit, per l. testium in fi. ff. de testibus Ias. in repetitione l. admonendi, col. 67. num. 186. ff. de iureiur. & in l. hac consultissima, C. de testan. Guido Papæ in decis. 474. de materia, facit l. si solennibus, C. de fid. instr.

*Testium vno vel pluribus quando tõsura probetur.*

24 Immo etiam probari posset tonsura p vnum testem: Bald. & Felinus, in c. licet vniuersis, in fin. de testibus. quod limitaui quando ex hoc fieret magnum alteri præiudicium, vtpote, si litigarem super beneficio: nam eo casu saltem per duos testes probatio fiet, per dictam l. testium. secus quo ad hoc vt iudex ecclesiasticus cognoscat. [Ni eo casu etiam possessio & habitus clericalis sufficit: teste Bal. in c. dudum. 1. col. vlt. de elect. Ic. si iudex. de sent. excom. lib. 6. Pet. Gerar. singul. 49. nota regulam, quia hoc casu res est parui momenti: vel nisi probaretur p obstante impedimento scriptura fieri non potuit. teste Nicol. mili, in verbo probatio capellanatus.

25 Et tunc posset hæc probari per testes, cap. 2. & 3. de cleric. peregrinan. nec sufficeret probare se esse in possessione clericatus.

tatus per testes quo ad beneficia obtinenda, nisi probaret se clericum: vt docent Ioã. Andr. Archid. & alii in ca. si iudex. de sentent. excommunic. Gemin. cons. 61. præmitto. col. 1. Probus in cap. 2. de tempor. ordi. lib. 6. & Boer. in decis. Burdegal. q. 171. si super. col. pen. vbi dicit repellendũ quem in beneficialibus, nisi probet se clericum, sicut canonicus, vel beneficiatus probat se canonice institutum. Archid. in c. ordinarii. in uerb. exhibere. de offi. ordi. lib. 6. [Et sic censuit Senatus contrà: de quo scribit Ioan. Gallus in q. per arresta. q. 51. anno quo supra.]

26 Et sic in beneficialibus dicerem non posse probari tõsuram, nisi per scripturam, si non probetur eius amissio: vel quod non sit facta scriptura ratione impedimenti, sed in alijs casibus, vbi non est magnum præiudicium, vt in peregrinante, de quo dubitatur an sit clericus, vel sacerdos, tunc & per instrumenta, & p testes probatio fiet ca. 2. & 3. de cleric. pereg. alioqui infinitæ fierent in his beneficijs fraudes, & multæ falsitates committerentur, quibus est obuiandum: & hoc dicerem esse tam de iure canonico, q̃ ciuili, licet hoc dicant de iure canonico probari posse per testes sed non de iure ciuili. [Etiã dicerẽ tonsurã nõ posse probari testibus, si fuerit semel probata falsa, & non esse in regiſtro collationum, alioqui daretur materia falsum fabricandi, & delinquẽdi, quod iura abhorrent. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pactis. & per indirectum falsa tonsura vera probaretur, quia testes postea de ea deponerent: & ita consului.

*Ordines litteris probantur.*

27 Imo non solum oportet probare tonsoram literis, sed etiam quoslibet alios ordines. Antonius in c. 1. de clericis peregrinan. quem refert Felin. in c. super his. col. 9. nu. 18 in vlt. conclusione. de accus. qui. vna res non debet diuerso iure censeri. l. eum. ff. de vsucapionibus.

*Litteras sacerdotii an sufficiat ostendere.*

28 Nec sufficeret ostendere literas sacerdotii, nisi alias etiam literas ordinum ostenderet, quia per saltum posset esse promotus. c. 1. de cleric. per saltum promoto: alioqui frustra fieret scriptura de quolibet ordine, si p ipsam non esset probandum, nisi esset integritas ordinantis. Panor. in c. nisi de præb. & diuturnitas temporis eo casu litteras presbyteratus ostendere sufficeret. Ponor. in c. fraternitatis. de cleric. non residen. Felin. in d. c. super his. & cons. 2. excellens doctor, &c. nu. 29. & 32. [Nempe eo casu præsumptio est magna pro ordinante, quod tonsuræ litteras viderit, nõ tñ plene ꝓbat in beneficiis vt in d. c. fraternitatis. Docto. tradunt, maxime quando litteræ tonsutæ fuerunt probatæ falsæ, quia tunc præsumitur eꝑm fuisse motum his falsis litteris, & sic non esset aliqua præsumptio pro litteris maiorum ordinum: alioqui per indirectum falsum probaretur. Putarem tñ sufficere, qñ incidenter probanda tonsura esset, vt pote si vellem resignantem probare fuisse clericum, producerem litteras superiorum, vel aliquas ordinum, non exigetur alia probatio: vel si vellem probare ius illius, in cuius locum subrogatus sum: vt probatur in l. quotiens C. de iud. per ea q̃ Panor. scribit in c. illud. de præsumps. maxime ratione diuturnitatis tẽporis. l. si filiusfa. C. de peti. hæred.]

32 Etiam requiritur quod clericus deferat tonsuram ad modum sphæræ in capite, alias peccat: quia venit contra præceptum: cap. prohibete. 23. dist. vbi præpos. Mediola. hoc asserit: debet etiam vestes deferre decentes c. clerici. ibid. & in clem. vlti. de vita & honesta cleric. Boer. in decis. Burdegalen. q. 69. super quæstione.

*Clericus non deferens tonsurã peccat.*

## De litteris demissorijs.

INterdum † tonsura a non suo confertur episcopo iure, vt pote quando ordinãdus habet a suo episcopo litteras dimissorias, per quas episcopus subdito concedit, eumq; dimittit episcopo alieno ordinandum.

2 Et aliquando istæ literæ sunt speciales, vt possit a tali episcopo ordinari, & tunc ab alio ordinatus non iuuabitur ordinibus sibi collatis: quia non habet ad hoc concessionem: nam postquam est concessum de vno, de alio est prohibitum l. cum prætor. ff. de iudic. c. nonne. de præsumpt.

*Episcopus excõmunicatus, uel hæreticus ordines conferre nõ potest.*

3 Aliquando literæ sunt generales, vt quis possit ordinari a quocunque antistite, gratiã & communionem sedis Apostolicæ habente, vt in c. penul. de præscrip. vnde si episcopus fuerit excommunicatus, suspensus, interdictus, vel hæreticus, schismaticus, non poterit tonsuram, vel alios ordines conferre, nec proderunt ordinato: cap. quod sedẽ. de offic. ordin. vbi gloss. alia iura adducit, etiam quia ad illum non est dimissus hic ordinatus: ergo sine literis dimissorijs esse censetur.

4 Vel etiam sunt generales ad quoscumque ordines, vt omnes ordines a tali episcopo, vel a quocunq; antistite sumere possit: nam & qnandoque aliquis sumit tonsuram, vel alios ordines ab alieno episcopo, in diœcesi tamen ordinati, interdum extra

diœ-

diœcesim, de quo inferius dicetur: & ego scripsi in tract. nomi. q. 14. num. 42.

*Cautela vt tonsura ab alieno episcopo collata prosit.*

5 Vnde si quis a non suo episcopo tonsuram sumpserit sine dimissorijs, cautela est, vt impetret literas perinde valere a Papa, vt illa tonsura perinde valeat, ac si data & concessa a suo fuisset episcopo: & hoc antequam alios sumat ordines, & antequam eidē conferatur beneficium: & hoc a Papa non a pœnitentiarijs, qui super hoc dispensare non possunt: c. 1. in fi. de temp. ordinan. in 6. quia si initium debile sit, super ædificari valide non potest. c. principatus. 1. q. 1. l. egi. ff. de except. rei iud.

*Dimissorias quis concedere possit.*

6 Nunc videndum est, quia de dimissoriis agitur, a quo hæ litteræ dimissoriæ concedi valeāt? respon. ab episcopo originis, dūmodo sit electus & confirmatus, licet nō consecratus: c. cum nullus. de temp. ord. in 6. vbi dicit etiam concedi ab episcopo domicilii, & beneficij, & a vicario generali episcopi, ac a capitulo sede vacante. Ibidem Perus. in c. fi. in fi. eo. tit. Inferiores ergo has litteras cōcedere nō possunt: d. c. cū nullus, nisi hoc facerent ex legitima cōsuetudine: gl. & Doct. ibi, & Aufred. in decis. 450.

*Archiepiscopus dimissorias, vel ordines quibus concedere possit.*

7 Imo superior, scilicet Archiepiscopus in re Metropol. subditis suffraganeorum tonsuram, vel ordines, seu dimissorias concedere non potest: Perus. & alii in d. c. nullus.

8 Papa tamen iure suo has cōcedere Christianis omnibus potest: c. 1. de temp. ordi. li. 6. ibi. nisi a nobis specialem licētiam habeāt, quia est generalis episcopus totius mundi: ca. fraternitatem. 71. distin. & c. cuncta, per mundum. 9. q. 3. in eo tamen quod contulit beneficium alicui, vel episcopatum, non reseruat sibi ordines, saltem de consuetudine Franciæ, quidquid dicant Doct. in d. c. cum nullus.

*Formula dimissoriarum litterarum.*

VIdeamus quæ debeant hæ litteræ dimissoriæ continere, respon.

1 Primo nomen concedentis, vt dixi, in tō sura & cognomen illius, cui conceduntur, & permissio, quæ sic solet conscribi.

IOannes, &c. Petr. &c. vt a quocunque D. Antistite rite & canonice promoto gratiam, & cōmunionem sanctæ sedis Apostol. obtin. quem propter hoc adire malueris primam tonsuram accipere, & ad acolytatum, cæterosque minores etiā subdiaconat. diaconat. & presbyter. sacros ordi. statutis a iure temporib. valeas promoueri, eidem Domino Antistiti conferendi, tibiq; ab eodē recipiēdi, extra tamen ciuitatem, & diœcesim nostras, tenore præsentiū concedimus, & impartimur facultatem. Datum &c.

PRimo † concedit episcopus, vt ab Antistite rite promoto, ergo si non fuerit promotus secundum iura canonica, vel nullo modo non est episcopus: vnde non potest ordines conferre, nec alia facere, quæ ad episcopum pertinent, etiam consuetudine dictante: quæ reprobatur in c. quanto. de consuet.

3 Vnde si fuerit quis a Rege nominatus episcopus, & nō fuerit ei a Papa prouisum, non potest dici episcopus: c. quod sicut de electio. Ideo litteras dimissorias concedere non potest, nec alia, quæ ad episcopum pertinent exercere: quod si fecerit, intrusus est, vel si fructus receperit, etiam ex nominantis permissione, quæ non potest iuri canoni eo derogare, iure priuatus & inhabilis est: c. auaritiæ. de elect. lib. 6. ideo non valebit postea prouisio Papæ illi facta, nisi faciat mentionem, quòd fructus in vim solius nominationis receperit, & alios actus fecerit, vt infe rius abundantius dicetur.

*Nominatus a rege dimissorias nō concedit nec ordines. Nominatus a rege fructus recipiēs est intrusus.*

4 Non tenebitur tamen ordinatus probare episcopū fuisse rite ordinatum: quia præsumitur q; fuerit rite ordinatus, sed qui allegaret illum non fuisse rite ordinatum, hoc probare debet: quia is, qui dicit, probat. l. ei qui. ff. de probat. [Gratiam & communionē sanctæ sedis dicitur habere episcopus non excommunicatus, nec suspensus, nec interdictus. c. quod sedem. iuncta gloss. de offic. ordina. & capitu. penulti. de præscript. vnde quidam solent hoc in his dimissorijs exprimere.]

5 Dicit ēt sacros ordines, quia cōcedēdo recipi minores, vel ordines tantum, non intelligeretur concedere de maioribus: c. 1. de tempo. ord. ideo oportet & sacros exprimere, vt in litteris dimissoriis exprimi est solitū, ibi ēt subdiaconatus, &c. nam cui conceditur minus, non conceditur maius per reg. iur. sed econtrario, & quidam solent etiam inscribere, promoueri valeas, sub tit. talis Eccle. ne postea ei episcopus proui-

*Sacri ordines in dimissorijs exprimendi*

prouidere tenetur: c. episcopus, de præb. [Et episcopus concedens dimissorias tenetur prouidere, non autem promouens. c. si episcopus. de præben. in 6. nisi in litteris dimissoriis dictum fuerit, si ad hoc idoneus, debiteque intitulatus repertus fueris, super quod conscientiam episcopi promouentis in hac parte oneramus, & tunc promouens tenetur inquirere de ætate, & de peritia volentis promoueri, ac de titulo, & de aliis necessariis, alioqui ipse tenetur.]

6. Postea subiungitur in litteris dimissoriis statutis temporibus, quia maiores ordines certis temporibus & præstitutis conferri debent. c. 1. de temp. ordi. nec valet consuetudo in contrarium, c. 2. ibidem. Alia dicam inferius in litteris de non promouendo: sunt tamen quidam adiicientes clausulam, dummodo ætatis, & litteraturæ sufficientis, aliasque idoneus repertus fuerit: & tunc promouens tenetur illum examinare, & alias de sufficientia inquirere: c. si episcopus. de præb. in 6. vbi Doct.

*Tonsura quolibet tempore conceditur.*

7 Prima vero tonsura quolibet tempore, & die conferri potest, quia in ea tempus non exprimitur. Hostien. in c. penul. de temp. ord. & hoc seruatur de consuetudine, teste Aegidio de Bellamera, in c. 3. q. 3. ibidem.

8 Item datur potestas episcopo alieno, tonsuram, & ordines cõferendi, eo, quia illi est a iure sublata propter iniuriam, quam fecit episcopo, cuius subditum ordinat: c. 1. & c. cum nullus. de tempo. ordin. lib. 6. & per rationes superius adductas.

9 Datur etiam subdito facultas recipiendi, quia etiam a iure ei prohibitum erat recipere, & ista sunt correlatiua: quia postquam episcopus alienus non potest dare: ergo non subditus non potest recipere, & quod in vno correlatiuorum statuitur. & in reliquo locum habet. l. 1. & 2. C. de cupres. lib. 11. sufficit tamen dare licentiam recipiendi: nam eo ipso ratione annexionis videtur & data facultas conferendi: tex. in c. 2. de tẽp. ord. li. 6. vbi Perus. in 3. not.

10 Et sic vbicunque iura prohibent aliquid fieri in fauorem certæ personæ, de consensu illius personæ, hoc fieri poterit, vt hic: & sic tonsura data ab alieno episcopo, de voluntate sui episcopi valet, & sine voluntate, & licentia non, per c. primum, & per totum de temp. ordin. in 6.

*Dimissoria tonsuram, & ordines præcedere debent.*

11 Ex quo patet, quod dimissoriæ præcedere debent tonsuram, & ordinũ collationem ideo non valet ratihabitio episcopi, nec ipse hoc ratum habere potest, sed tantum Papa per litteras perinde valere hoc approbare potest, quia ratum quis habere non potest, quod suo nomine gestum non est, per regulam ratum, de reg. iur. lib. 6. & c. cum quis. de sentent. excom. eod. lib. c. 1. de temp. ord. ibidem.

*bent, nec valebit ratihabitio.*

12 [Quod probatur, quia per canones sine dimissoris irrita est ordinatio. c. 2. & c. si quis. 71. dist. ergo postea rata haberi non potest: quod enim in initio vitiosum est, non potest conualescere: l. quod in initio. ff. de reg. iu. quicquid dicat gl. in d. c. 1. 71. dist. & Probus in d. c. 1. de temp. ord. lib. 6. dicens prohibitionem non inueniri iure factam: tamen vides contrarium: & text. in c. 1. in 9. q. 2. dicit, nec ordinatio rata erit, nec vires vllas habebit. sic consuluit Petr. Paris. cons. 136. stante defectu. col. 1. vol. 4.

13 Ratio est, quia per hoc pax inter episcopos seruatur, tollitur discordia, quæ nascetur ex ordinatione alterius, c. illud. &c. primatus. 71. dist. & sic tonsura non prodest, tam ratione prohibitionis iuris, quam etiam annullantis, ẽt quia excommunicati, & indigni se faciunt communiter in aliena patria promoueri. c. 1. de temp. ordi. lib. 6. nempe infames loca suæ nationis fugere consuerunt: c. cum deputati. de iud. iũcta glo. c. duæ. 19. q. 2.

14 Nec obstat c. Salonitanæ, 63. distin. quia ibi non probatur, quod per ratihabitionem episcopi confirmetur ordinatio: sed ibi episcopus relaxat ex corde iniuriam, quam ordinatus sibi fecerat. probatur ibi. ego autem præceptioni pietatis eorum obediẽs eidem maximo, qui me nescieṅte ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me, vel responsalem meum pætermittere præsumpsit, ita ex corde relaxaui, ac si me authore fuerit ordinatus.

15 Nec obest, q̃ iura loquuntur de episcopo ordinante clericum, secus si laicum: quia ille, qui est clericus, est effectus iurisdictionis episcopi: laicus vero stat sub temporali iurisdictione, & non habet episcopum: vt dicit Guido Papæ in decis. 449. laicus, sed hallucinatur: nam omnes laici in diœcesi permanentes sunt sub iurisdictione spirituali episcopi, & sic habent episcopũ: si non haberent episcopum, essent acephali.

*Laicus nõ habet epi scopũ hoc falsum.*

16 Et a quo confirmarentur? ac chrisma reciperent, & alia spiritualia? Imo episcopus ordinaudo laicum alterius decœsis plus delinquit, quam ordinando clericum: quia subtrahit eum, & a iurisdictione temporali, & spirituali, & a plebe eum vsurpat: ca. primatus. 71. distinct. sed ordinando clericum tantum a iurisdictione eum spirituali sub-

li subtrahere nititur: & sic non tantum est delictum: & maius est in fundamento delictum, quam in aliis: quia vbi non stabit fundamentum, non poterit superædificari, nec alii sumi ordines: l. egi. de excep. rei iudi. c. cum Paulus. 1. quæst. 1. & idem in vtroque casu scribit sic de Monte Lauduno, in cap. primo, de tempo. ordin. in 6. dum textus ibidem dicit clericum. idem est, ait, si de laico faceret clericum, infra, eod. cap. vlti. & idem dicit de monte Lauduno, in d. cap. cum nullus. cum sit eadem, & maior ratio in ordinante laicum: vt dixi superius, & hoc probat Perus. & alii ibidem [ Præterea ordinatio dicitur irrita, cap. illud. 71. dist. & prohibet Papa, vt nullus cum isto sic promoto dispensetur, in c. 1. de temp. ordin. in 6. ergo sic promotus est inhabilis, alioqui non requireretur dispensatio. & iste sic promotus non gaudet priuilegio clericali in beneficialibus, & ita iudicatum fuit, vt testetur Chassa. in consuetu. Burgund. in titul. des iustices. §. 6. glos. sont creux.]

17 Item in d. c. primatus. 71. dist. dicitur, quod episcopus non debet laicum vt supra de plebe aliena: ergo loquitur etiam in laico, licet docto. contrarium asserat, etiam quia ius prohibet episcopo alienum ordinare, alienus est laicus, & sic prohibitus, & illa prohibito actum nullum facit: l. non dubium, C. de legibus.

18 Tamen tempore suspensionis ejus ordinandi poterit clericus ab alieno episcopo ordinari, secus in laico: c. 2. vbi Perus. in 2. no. de tempo. ordi. lib. 6. pœna tñ non habebit locum in ordinante laicum, ut dicunt doct.

*Clerici absq; dimissorijs quãdo ab alieno ordinari possint episcopo.*

19 Ideo in vno casu clerici absq; licentia proprii episcopi ordinari possunt ab alieno episcopo, si episcopus proprius fuerit suspensus, eo quod alienos ordinauerit, alienus suos ordinare poterit: c. 2. de tempo. ord. lib. 6. sed ipsi ordinati tenebuntur propare episcopi suspensionem per declarationem Metropolitani: alioqui non crederetur ordinato, per ca. cum secundum leges, de hære. lib. 6. doct. in cap. cum in iure, de offic. delega.

20 Etiam in alio casu, qñ episcopus habebat a Papa potestatem exercendi pontificalia in qualibet diœcesi, tunc ratione priuilegii valebit: sed retineas priuilegii exemplum si sapis: alias non credetur tibi.

21 Et sic in hac materia casus sunt faciẽdi sequentes: primus est, quòd collatio tonsuræ facta ab alieno episcopo non prodest, siue collata fuerit in diœcesi ordinati, siue extra, dummodo ab alieno episcopo sine consensu proprii episcopi, vt supra conclusum fuit.

*Tonsuratus ab alieno episcopo non est idoneus ad beneficium.*

22 Vnde hic promotus non erit habilis ad beneficia. sicut si non haberet tonsuram: cap. fin. de cleric. excom. minist. quia paria sunt nullam habere tonsuram, & habere inutilẽ: nam quoties vitiose cautum est pro non cauto habendum est: l. quoties, ff. qui satisda. cogan.

23 Ideo impetrans beneficium a Papa, & nõ exprimens se promotum ab alieno episcopo, nulliter impetrat, & subreptitia est illius impetratio: nam si Papa sciuisset illam tonsurã nullam; ei beneficium non contuliisset, vel saltem non ita de leui. c. postulasti, in fi. de rescri. Oldra. consi. 215. puncta, col. penult. nam hic suspensus est quo ad se, teste Ioan. Andr. in cap. quod translationem, de temp. ordinã. & dom. Gemi. in c. cos, illo tit. in 6.

24 Et suspensus quo ad se est priuatus omni actu spirituali, tendente ad suspensi commodum: vt docet Anto Butr. in d. c. fi. de cleric. excom. ministr. ob id redditur inhabilis ad obtinenda beneficia: c. cum bonæ, de æta. & qua.

25 Secundus casus, ordinatus ab alieno episcopo de sui episcopi voluntate, rite ordinatus censetur c. 1. & per totum de tempor. ordinan lib. 6. vide Paris. in consil. 125. an collatio, in 4. vol.

26 Quæ voluntas præsumitur in dubio propter ordinantis authoritatem: c. nisi, vbi Panor. no. 1. de præb. & Oldra. dic. consi. 215. nu. 9. Guliel. de Monte Laud. in c. 2. de tempo. ordi. lib. 6.

*Caussa ĩ dimissorijs nõ assignatur.*

27 Oportet tamen quod promotus probet istam voluntatem per literas dimissorias patentes: c. 1. ibi per eius episcopi patentes literas caussam rationabilem continentes, qua re ipsum nolit, aut nequeat ordinare, eodem titul.

28 Nota tamen quod licet episcopus in litteris dimissoriis teneatur assignare caussam, quare non ordinauit illum, quem alieno episcopo dimittit; hodie tamen de consuetudine non vidi episcopos assignare vllam caussam: quam consuetudinem puto valere.

*Rata nõ põt ordinatio haberi.*

29 Tertius casus est, ordinatio sine consensu episcopi facta rata postea haberi non potest ab episcopo, quia non est suo, nomine facta, cap. cum quis. de sent. excom. lib. 6. & non proderit ordinato ratihabitio episcopi. siue expressa, siue tacita; sed in hoc papæ requiritur confirmatio: quidquid dicat Philipp. & alii in c. 1. de tempo. ordinan. libr. 6. ideo litteris perinde valere vtendum erit. [ Et hoc probat cap. Lugdunensis

nensis.9.q.2. vbi Papa approbauit illos promotos,licet gl.ibi in c.1.contrariũ dicat.]

30 Quartus casus est, quòd sicut episcopus beneficij potest ordinare priorem suæ diœcesis,sic poterit ordinare ipsius sociũ,quandiu manet socius,& quòd iuris est de priore & de socio:hoc expresse decidit Ioan.Andr. in regula cui licet,col.5.versic. secundo inducitur,de reg.iur.lib.6.in mercuria. nam priuilegium personæ respicit familiam, authent.habita.vbi scripsi, C. ne filius pro patre.c.licet.de priuileg.lib.6.scripsi in scholastico priuileg.

*Socius beneficiarij ordinari non pot.*

31 Sic licet cum vno socio dicere horas, c.quod in te,de pœnit.& remiss. clem. fi. de celebrat.miss.facit l.si communem.ff.quem admodum seruit.amittant.

32 Istam opinionem vix probarem, si non haberet socius ille originem ibi,vel domicilium,vel non esset religiosus ibi:vt notat Perus.in d.c.cum nullus.in vlt.no.

33 Alioqui quilibet posset sic facere ordinari aliquem, & postea dicere esse suum socium,& sic auferretur potestas alterius epi, quod non est permittendum.

34 Quintus casus est,q̃ dimissoriæ litteræ postquàm fieri debent:ergo probatio debet fieri per scripturam.d.c.1.& 2.de temp.ordin.lib.6. & cap.extraneo. 71. distin. gl. in cap.1.de cens.lib.6.Alex.cons. 117. videretur in fin.7.vol.Feli.in c.super his.col.9.nu. 12.de accus.& in summa.71.dist. & p̃ totũ.

*Voluntas Episcopi p̃bare literis debet quo ad dimissionẽ tonsuræ & ordinũ.*

35 Sextus casus probatio voluntatis seu licentiæ,quoad episcopum conferentem tonsuram in alia diœcesi probari debet per litteras, testes, vel alio legitimo modo; quia illa potestas non potest sibi concedi, nisi de voluntate alterius episcopi:ergo illius voluntas probari debet per ordinatum.Chassa.in cons.20.num.9.& seq.nam qui hoc dicit, p̃bare debet,l.ei q.ff.de probat.

36 Quod probatur,si in literis episcopi conferentis ordines inscripta fuerit licentia episcopi,in cuius diœcesi celebrat ordines : vel si episcopus, qui confert ordines, dixerit se hoc de licentia & mandato episcopi fecisse : quia non est verisimile quod hoc fecisset, si episcopus illius diœcesis non dedisset licentiam:& quia tunc potuit hæc licentia in actu ordinum interuenisse.Cardi.in c. Albericus.de testib.Feli.in c.sicut.colu. 12. de re iudi.num.27. [Cepol.in l.signatorius. q.11.ff.de verb.signi.& Purpur.in l. 1. nu. 550.ff.de offi.c.eius.]

37 Maxime hæc probatur licentia episcopi,si sigillo episcopi,in cuius diœcesi ordines collati sunt,sigillatæ fuerint litteræ tonsuræ, & aliæ,quia sigillum probat voluntatem: c. post cessionem de prob.& is qui diceret contrarium,haberet probare furtiuum esse sigillum, vel adulterinum, quod facile probari non posset: c.tertio loco de proba.

38 Et sic promotus in aliena diœcesi,oportet quòd habeat literas dimissorias, promotus vero in sua diœcesi ab alieno episcopo, oportet quod probet episcopum alienum habuisse voluntatem sui episcopi ad conferendum primam tonsurã,& alios ordines,quod potest probari,vt superius dixi,& alijs litteris concessionis,ac aliis legitimis modis.

39 Litteræ dimissoriæ concessæ an morte concedentis extinguantur, quod non videbatur: quia gratia perpetua esse debet:l.falso.C.de diuers. rescr. & hæc videtur gratia, etiam quia capitulum sede vacante concedit:c.cum nullus,de temp.ord.lib.6.

*Litera dimissoria an morte concedentis expirent.*

40 Contrarium videtur,quia mandatũ seu voluntas alicuius morte mandantis finitur, l mandatum C.manda. c. si gratiose. de rescrip.lib.6. ista est voluntas concedentis, ergo est morte ipsius concedentis extincta; & sic post mortem concedentis non dicitur qs voluntatem habere episcopi: quia morte finita est:nam mors omnia soluit.§.deinceps. in authent.de nupt.coll.4.

41 Quod est verum si nõ fuerit promotus, sed si fuerit promotus ad tonsuram,& minores ordines cum illius episcopi voluntate,licet postea moriatur episcopus, poterit etiã ad alios promoueri ordines,si nesciuerit eundem esse mortuum,alioqui nouam voluntatem & dimissorias cautius est habere quo ad alios ordines.

42 Nam quoad suscipiendos finita est prima voluntas,cum ista diuidi possint,& quia inferretur iniuria nouo epo,si hoc fieret siue voluntate eius.per d.c.cum nullus.& vlt. de temp.ord.lib.6. & posset capitulum ex gratia omnibus concedere ét inhabilibus,quod esset graue epo inutiles postea permittere in suo episcopatu celebrare.

43 Tamen statuta facta a legato durãt post mortem legati, vel post eius discessum c. fi. de offi.lega. Sic potest dici in cõcessis a cap. sede vacante . & hoc docet expresse Ioan. Imol.in c.2.in fi.ne sede vacan. vnde tenendum est,q̃ gratia ista per mortem episcopi non expiret,quando ab eo est iure concessa, nec etiam si concessa sit a capitulo, expirabit finita capituli potestate, quia gesta a capitulo valida sunt, & durant, si recte gesta sunt. c. his quæ. de maior. & d. c. vno illo tit.lib.6.Ancha.in c.1. in fin.ne sede vacãte. Federic.de Senis,consil.16.capitulum.

*Gratia an p̃ mortem episcopi expirent.*

44 Po-

44 Poterit tamen episcopus reuocare ea, quæ nondum sortita sunt effectum. argu. c. si qua de rebus. 12. q. 2. Panor. in d. cap. cum olim. versic. septimo. de maior. quod si non reuocauerit, potestas data remanebit, quod est valde notandum.

45 Sunt tamen quædam commendatitiæ litteræ, quæ dantur presbytero peregrinari volenti, vt ei liceat in eliena diecœsi celebrare, alias non poterit, c. extraneo. & c. seq. 71. dist. c. 1. de cleric. peregri. scripsi in l. dimissoriæ. ff. de. verbo. signif. & formam vide 73. dist. cap. 1. & sequent.

*Quot modis beneficia acquirantur.*

*Iuste & iniuste beneficia acquruntur.*

His † præmissis adnotandum est. Quot modis beneficia acquirere possimus? Respond. duobus modis, iuste & iniuste: iuste per titulum habilem & canonicum, de quo loquitur regul. 1. de reg. iur. lib. 6. vbi beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri non potest, ergo cū canonica institutione iuste obtinetur, iniuste sine canonica institutione, & titulo legitimo. institutionem vero hic accipimus pro quacunque prouisione, vt declarat Panor. & alii in c. authoritate. ac in rub. de instit. post. Din. & alios in d. reg. 1.

2 Igitur quicunque non habet canonicam prouisionem, iniuste acquirit, videlicet si per simoniam forte usurparit, vt per totum tit. de simon. de qua multa scripsi in titu. de elect. derogat. in verb. simoniacis, in Concorda. & in addit. ad tract. de simo. Ioan. Naucleri, quē modum sciūt trapesitæ simoniacæ hæresis vt docet text. in cap. 123. dist.

*Resignās beneficiū fratri vxoris, qñ simoniā cōmittat*

3 Vt si permutauit beneficium cum bonis, vel officiis temporalibus, simonia est: cap. fin. de rerum permut. Resignans quippe beneficium fratri vxoris, vt ille bonis patris renunciaret in fauorem resignantis beneficium, vel vt maiorem consequeretur dotem, committit simoniam, Docto. in cap. nobis, & per totum. de simo. licet frequenter fiat a malis & perditis hominibus, sed vxor sic capta parum viuet, velis, qui sic eam duxit, & filij sic progeniti quandoque patris iniquitatem, cum Deus hoc vorit, portabunt.

*Simonia trib⁹ modis committitur*

4 Et sic tribus potissimum modis hæc simonia contrahitur, primo a manu, vt si pecunia detur: vt superius dixi, quando aliquid datur, vel susciptur, & dantem, & accipientem pariter damnatio Simonis inuoluit. capit. quos constiterit, & capit. placuit 1. q. 1. & per totum titu. de simo. nam beneficia ecclesiastica sunt Dei dona, quia a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, ideo gratis dari debent, cap. saluator. & c. res ecclesiæ. 1. q. 3. & simonia committitur, etiamsi aliquod temporale remittitur: vt in c. veniens. 1. de testibus.

*Seruiens*

5 Secundo a munere: munus enim ab obsequio est seruitus indebite impensa: vt si quis seruiat episcopo fine stipendiis, vt ei beneficium conferat beneficium, vel stipendia, quæ eidem famulo debebantur ab episcopo, ipse remittit, vt episcopus eidem prouideat, simonia est, cap. sunt nonnulli. 1. q. 1. & hoc etiam est frequentissimum: quod vtinam esset ignotum, & procul exularet ab episcopis.

*episcopo. vt beneficium obtineat. at. simoniacus est.*

6 Non dico tamen quin episcopus possit suo famulo conferre beneficium, si sit id one⁹ moribus, ætate, & scientia, vt dicitur in c. cū in cunctis. de electio. cum modo hoc nō fiat habita solum ratione seruitii, stipendiorum, sed meritorum. at pauci illorum famuli beneficia sic obtinerent hodie, sed quidā prælati ignari ignaros promouent, ac illis beneficia conferuut, doctos vero relinquunt.

*Rogans pro indigno beneficium obtineat simoniā committit.*

7 Tertio munus a lingua dicitur fauor in debite impensus: vt si quis roget episcopum, vt conferat beneficium non digno ob consanguinitatem, seu seruitium, vel quia ei notus est, simonia est; secus si quis roget pro digno, & tunc is rogans mereretur; d. cap. sunt nonnulli. & cap. tuam, de ætate & qualitat. scripsi in verb. simoniacis, in tit. de elect. deroga. in Concord.

8 Simoniam etiam cōmittit, qui solo sanguinis ardore motus confert beneficium cō sanguineo, vt nunc fere omnes prælati. cap. vno. §. omnibus. & ibi glo. in verb. carnalitatem. vt ecclesiast. benefi. quod est verum, si habita tantum ratione sanguinis conferat, secus si ille mereatur, sicut extraneus, & tūc laudandus est conferens, cap. non satis, 86. distin. glossa. in cap. 1. de cohabita. cleric. & mulier. etiam scribit Gratianus in cap. sunt quidam. 1. q. 1. his verbis; Sunt quidam qui vel violentia, vel fauore non permittunt ecclesias regulariter ordinari, hos etiam decreuimus vt sacrilegos iudicandos; illæ itaque preces reiiciendæ sunt, quas vel ipse, q promoueri cupit, vel amici eius fundunt, non spirituali sed carnali affectu, & quas nō charitas interueniens, sed ambitio supplicās extorquet, capitu. filium. in fi. 1. q. 1. nec sunt nostri omnes prælati ab hoc sacrilegii crimine exempti, qui ad præces mulierum, vel hæreticorum, seu aliorum beneficia ignaris sine examine conferunt: veh illis, nesciūt

nunc quid faciunt.

*Simoniacus quomodo debeat sibi prouidere.*

9 Quarto simoniacus si velit animæ suæ prouidere, debet relinquere beneficiũ, vel illud a Papa impetrare narrando simoniam, & quod detur ei perinde valere: & committi debet absolutio a labe simoniæ, & excommunicationis, & irregularitatis incursæ: & deinde poni debet in literis. Nos enim si absolutionem, & dispensationem huiusmodi per te fieri contigerit (vt prefertur) volum⁹, & eidem N. Apostolica auctoritate concedimus, & c. vt in alijs perinde valeat, ac si ab excessu excommunicationis absolutus, ac cũ ea super irregularitate prædicta dispensatũ extitisset, &c.

*Acqrẽs beneficiũ ad preces hæreticorum est eo priuatus.*

10 Quinto iniuste acquiritur beneficium, si precibus hæreticorum fuerit collatum, c. 2. §. ad hæc. de hæretic. lib. 6. vbi sic scribitur. Ad hæc quoscunque viros ecclesiasticos eos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, & quæcunque alia beneficia ecclesiastica sunt adepti, exnunc priuamus taliter acquisitis, volẽtes q̃ tales & habitis careant perpetuo, & si receperint illa scienter, ad alia, vel similia ne quaquam imposterum admittantur.

*Deuolutarij auferũt beneficia.*

11 Sexto iniuste acquiritur, quãdo per vim vel alias per iniuriam aufertur beneficium ab eo, qui iuste fuit prouisus: vt in cap. 1. & p totum, de restit. spol. videmus sæpius hos diabolicos deuolutarios, iudices habentes propitios, quos pecunijs corrumpunt, interdum ob id pauperes priuari opimis beneficijs: sed istorum relinquamus insaniam, & Deum, vt resipiscant, oremus.

*Patres filijs emũt bñficia.*

12 Sunt & multi parentes, qui emunt suis filiis, vel consanguineis beneficia, & eis per fas & nefas acquirunt, & patres, & filii in in inferno quandoque cruciabuntur, & istorum stultorum infinitus est numerus: vt scribit Ecclesiastes capit. 1. in fin. sed vtinam intelligerent, & nouissima præuiderent, & illud dictum præ oculis haberent, quid prodest homini, &c.

*Vicarij episcoporũ sunt simoniaci.*

13 Et fere hodie isti vicarij sunt simoniaci, & episcopos suos simoniacos faciunt, quia licet a iure sit prohibitum, ne episcopi recipiant aliquid pro beneficiorum collationibus: cap. non satis. & c. 1. de simo. fuit tamen decreto senatus permissum, vt aureum tantum, & non plus reciperent, vt dico in §. qa vero, de public. concubin. in concord. sed isti vicarii non solum recipiunt aureum, verum illorum famuli pro qualibet prouisione: & isti vicarii quot aureos possunt, & oblatos recipiunt, vnde & suos, & seipsos damnant, illi vero, qui sic coacti donant, nõ videntur simoniaci: qui non possunt resistere, dummodo voluntarie non dent: quod non præsumitur. Panor. & alii in c. cũ in ecclesiæ, de simon. ideo impetrari deberent beneficia istorum vicariorum, & hanc simoniã probare, quam episcopi ratam non haberẽt, vt arbitror: & iudices exacte ista deberent seruare, & non essent tot simoniaci, sed forte Claudius accusat mœchos, &c.

*Dans collationẽ an sit simoniacus.*

14 Sunt & alii plurimi iniuste acquirendi modi, quos multi bene norunt, in pernicie tamen suarum animarum: ideo eos reijcio: sed iustos modos abunde tractabo, ne indu cam aliquem in damnationem, cum ætas nostra maxime plus satis sit ad malum prona. cap. omnis ætas. 12. q. 1.

15 Istos enim iniustos modos ignari etiã sciunt, & exercent, & tot beneficia sibi, & suis quærunt, vt omnes famuli eorum, etiã stabularii, sint beneficiis onerati, & ipsi abbatiis, & episcopatibus, & hoc vnde? ex simonia matre ambitiosorum, & imperitorum, quia omnis ignarus malus, vt Menander Græcus ait.

16 Non dicitur etiam canonice institutus qui beneficium habet ex transactione, quæ non comprehenditur in canonica institutione per tex. in c. si quando, de offi. delegat. vnde si quis cum aduersario transigat, debet nouam petere prouisionem, alioqui eidem quo ad titulum non proderit.

*Transactio non est canonicus titulus.*

17 Dicamus nunc iuste & canonice quot modis beneficia nobis acquirantur, & certum est quatuor potissimum modis, sub q̃bus alii continentur, videlicet per electionem, præsentationem & institutionem, collationem, & Papæ prouisionem: & de his omnibus inferius est tractandum.

18 Itaque cum ex vero & iusto titulo q̃s beneficium acquirit, canonice obtinere dicitur. c. 1. de reg. iur. lib. 6.

## *Canonica institutio quæ dicatur.*

CAnonica igitur institutio seu collatio dicitur, quæ est facta secundum canones, & a iure canonico probata, teste Ioan. Andr. in capitul. non potest. in princ. de præbend. lib. 6. capitu. 1. de concess. prebend. ibidem per tex. in cap. causam. in fin. de rescript. vbi canonice heri id dicitur, quod iure fit, & secundum ius canonicum, cap. cum olim, de dolo: cap. grauis, de censibus, cap. vno, de ætate & quali. libr. 6. & canonica electio, quæ iure facta est, capitul. 1. de elect.

2 Canonice institutus is dicitur, qui iure prouisus est. cap. extirpandæ, §. qui vero. de præben.

3 Canonice etiam dicitur quis obtinere, quando habuit ab eo, qui iure poterat conferre: c. si gratiose, de rescript. lib. 6. & c. statutum, de præb. ibid.

*Canonice verbū & ad cōferentē, & ad recipientē refertur*

4 Solet itaque hoc verbum, canonice, referri ad potestatem conferentis, non ad habilitatem recipientis: teste Specula. in rub. de lapsis & dispensa. §. dicendum. vers. sed nunquid nos. & c. seq.

5 Ego tamen dicerem, quòd non dicitur canonice obtinere is, qui non est habilis, ideo ad vtrumque verbum canonice referē dum esse per cap. super inordinata. de præben. c. causam, de elect. & c. super ea. ibid. quia inhabilis non tenet secundum ius: ergo hoc non dicitur canonicum, nec canonice obtinere, quia non est valida collatio, igitur non canonica.

6 Vnde inoleuit practica curiæ Romanæ, per quam si quis dicat se canonice duo obtinere beneficia, & ea ex dispēsatione teneat, hoc non prodest: quia verbum, canonice, est valde latum, ob id oportet exprimere, quòd ea ex dispensatione teneat. & ob hoc multas reiectas dispensationes vidi, quia proprie in iure canonico illud canonicum dicitur, quod est a iure canonico comprobatum, & roboratum: c. postulasti, de cleri. excom. mi. sicut legitimum dicitur, quod lege confirmatur, & approbatur: l. legitima, de pact. ff. scripsi in l. lege obuenire. ff. de verb. signi.

*Canonica collatio quæ, & elect.*

7 Et ideo canonica collatio dicitur, quando interuenit potestas, & iuris solemnitas. c. 1. 63. dist. & sic regulariter sumi concludit Gemi. consi. 88. Innocentius col. 3. & consil. 131. sacrosancta, quamuis canonicum (vt proprie loquar) dicatur regulare, tamen in iure pontificio accipitur prout scripsi.

8 Et licet glos. & doc. in cap. quod sicut, de electio. & in d. cap. 1. de regul. iur. lib. 6. dicant illam prouisionem canonicam, licet deficiant iuris solemnitates, dum tamen substantialia adsint, vtpote si in electione seruata sit forma capit. quia propter de election. sed aliquis ex eligentibus non est vocatus, sed contemptus: tamen, mea sententia, non potest dici tunc canonica institutio, quia nō est facta secundum canones, & secundum iuris dispositionem: nam si contemptus prosequatur, irrita fiet electio, vt ibi: ergo non est canonica, cum a iure canonico improbata sit: in conscientia dixi posse substineri, sed non hoc iure in interp. c. postulastis. in gl. 1. de cler. excom. ministran.

9 Nec etiam canonica dici potest, quando non seruatur forma substantialis iuris positiui, licet adsit consensus, qui est de iure naturali, qui inter electum, & eligentem interuenit: vt no. in c. auditis, de electio. qd quid dicant doct. quòd large dicatur, sed non video quòd proprie dici possit canonica: prout legimus in iure canonico, nisi in conscientia, vt declaraui in d. cap. postulastis. [Non tenetur tamen prouisus probare collationem, esse canonicam, sed sufficit quòd ipsam probet collationem, quia iuris auctoritate canonica præsumitur, teste Innoc. in c. sicut. de re. iud. vbi etiam iuris interpre. & in c. 1. de cōcess. præb. refert, & sequitur Geminia. in c. licet episcopus. col. vlt. de præbend. in 6. vnde si pars neget esse canonicam, hoc probare debebit per cap. accedens. de accusa. Doct. in cap. constitutus de appell. & in c. suscitata. de in integr. restitut. cap. post electionem. de conces. præb.]

## *De electione.*

*Electio quid, & quotuplex.*

SIngulos itaque nunc acquirendi beneficia modos percurramus: primus est modus electionis: electio enim est ad prælaturas, vel ad beneficia vacantia ab his, ad quos pertinet rite facta optio: vt scripsi in §. præfatique ordinarii, de colla. in concorda. ca. 1. de elect.

2 Per electionem prouidetur ecclesiæ cathedrali, vel collegiatæ, seu conuentuali: & tunc electio a collegio vel congregatione fit. cap. 1. & per totum. de electio. & iuste acquiritur beneficium electo, quando electio facta est de habili, & secundum iuris formam, cap. cum nostris, de concessio. præben. ca. quia propter. de electio. & per totum titulum: & de hac electione his verbis loquitur Petr. de Viaffio in suo directorio elect. in princ. principum abusu, quorum est munus ecclesias contritas restaurare: ca. boni principis. 96. distinct. & ibi Archidia. & Gemin. hodie ecclesiæ opprimuntur, & destruuntur, ac penitus pereunt, pro eo quòd impediunt sanctissimas electiones, eligentes diuersimode ad indignos assumendos compellunt, & capit. multa scripsi in titul. de electio. derogat. in concorda. Franciæ.

3 Et ista dicitur proprie electio, quæ exigit confirmationem: vt in cler. quia contingit. de religios. domi. §. monasteriis, de nomina. regul. in concorda. vbi abunde scripsi.

4 Altera est electio, quæ non exigit confirmationem, sed canonici, vel alij eligendo conferunt, & hæc vim collationis habet potius, quàm electionis, gl. in regula cancella. 33. & in Prag. sanctio. rubr. de elect. §. sed quod per electiones: & electio fieri pōt sub triplici forma: vt in c. quia pp. de election.

*Postulatio admissa iuste præbet titulum.*

5 Et sub electione comprehendimus postulationem, vt in rub. de postula. præla. quę si admissa fuerit à superiore, iustum præbet titulum, c. 1. & per totum ibidem. & iustè quis acquirit per illum titulum, vt scripsi in §. 1. de nomina regia, in verbo postulationē, vbi videbis differentiam inter postulationē & electionem: & de his iustum scriberem volumen, sed extra oleas, cùm in hoc regno (proh dolor) non habeant locum: & quia supersista materia sunt plures tractatus, ad quos poterit quisque recurrere.

*De præsentatione, & institutione.*

PRæsentatio à fundatore fieri solet episcopo, vel alteri collatori, & episcopus instituit præsentatum à patrono: vt patet in rubric. & per totum titu. de institu. & cap. quod autem, de iure patrona. nam si laicus fundet ecclesiam, dotet, aut construat, ex gratia acquirit sibi ius præsentandi, & alia iura, quæ ius patronatus vocantur: c. 3. de iure patro. dico ex gratia, quia de rigore iuris non potest laicus ecclesiastica tractare negotia: c. 2. de iud.

*Iuspatronat⁹ cur laicis est reseruatū.*

2 Sed ne ipsi à fundationibus retraherentur ecclesiarum, sed ad eas potius allicerentur construendas, ius patronatus summi pōtifices eis in solatium & compensationem reseruarunt, eisque illud iure confirmarūt: c. decernimus. 16. q. 7. & per totum titul. de iure patro.

*Præsentatio qd, & quotuplex.*

3 Præsentatio quid sit, definit Panor. in c. ea noscitur, de his quæ fiunt à præla. dixi esse quandam personæ per patronum episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet, legitime factam exhibitionem. in §. prefatiq; ordinarij. de colla. in concor. Franciæ, in verbo præsentationem.

*Patronus ecclesiasticus, & laicus quis, & quomodo differant.*

4 Notādum est quòd præsentatio duplex est, quædam fit à patrono ecclesiastico: & hic sex habet menses ad præsentandum, à die notitiæ vacationis computandos: cap. vnic. de iur. patr. lib. 6. Do. de rota decis. 568. in tit. de senten. & re iudica. decis. 31. & 845. in titu. de filiis presby. decisio. 4. in antiq. & decis. 7. sub titulo de præben. per Bernardum de Bisigneto. glo. in §. visum. in verbo præsentandum. de colla. in pragma. scripsi in §. 1. de nomina. regia, in verbo sex menses, in concorda.

5 Et dicitur patronus ecclesiasticus is, qui illud ius habet ratione ecclesiæ, seu beneficij, quod possidet. cap. dilectus. de offi. leg. cap. cum dilectus. de iure patro.

6 Vnde iuspatronatus competens ædituis, seu operarijs ecclesiarum laicis, dicitur ecclesiasticum, quia ratione ecclesiæ eis cōpetit, etiamsi ipsi laici sint.

7 Patronus verò laicus dicitur, qui iuspatronatus habet ratione sui patrimonij, ecclesiasticus verò ratione suæ ecclesiæ. gl. & doct. in clem. vlt. de iure patro. Rochus Curtius in suo tract. de iure patro. [Et si non appareret, attenditur ius successionis, nam si illud per successionem deferatur, præsumitur laicum, quia sanctuarium Dei iure hæreditario possideri non potest. c. cū decorem, de institut. etiam iura ecclesiastica iure successionis non dantur c. 1. de præb. c. Moyses. 8. q. 1.]

8 Et is patronus laicus quatuor tantum menses habet ad præsentandum. d. c. vno, sed variare potest semel tantum. c. quod autem. de iure patro. sed hoc cumulatiue, non autem vt à primo recedere omnino possit. c. cum autem. vbi Panorm. ibid.

9 Ex quo infertur, quòd si intra hoc tempus patronis præstitutum ipsi præsentauerint, tenebitur episcopus præsentatum à patrono, siue clerico, siue laico, si idoneus sit, admittere: alioqui instō ad proximum superiorē deuoluetur. gl. in cle. vna. de supplēd. negligen. præla. c. nullus. de iure patro. & interdum fit præsentatio Archidiacono, vel alteri dignitati, & ipse postmodum episcopo repræsentat. c. post electionem. de concess. præb. & hoc solet in in diœcesi Carnoten. seruari, & in alijs quibusdam.

*Episcopus præsentatū sine examinatione recipere non debet.*

10 Sed non debet episcopus recipere præsentatum ab vno, seu altero ante examinationem. c. quod autem. & cap. significasti. vbi doct. de iure patro. alioqui damnationē sibi incurrit, & tenetur ecclesiæ læsæ damnum sarcire, instar magistratus, qui minus idoneo pupilli tutelam commisit. l. 1. & per totum de magistra. conuenien. expresse hoc docet Aucha. & Card. in clem. 1. col. vlt. de ætate, & quali. Ang. de Clauasio in verb. restit. & plene scripsi in interpreta. c. postulastis, in 4. no. de cler. excom. mi.

11 Sed quidam ex nostris carnales episcopi præsentatos sine examine recipiunt, maximè cum à mulieribns præsentantur, & ad mulierum preces omnes passim recipiunt: sed veh illis cum rationem reddent.

12. Si

12 Si vero episcopus instituit a patrono p̃sentatum, acquiritur præsentato beneficium iuste. c. 1. & per totum de instit. Super hoc posse m hic multa præscribere, quæ iustum volumen complerent: sed sunt tres, qui ediderunt super hac materia tractatus, ideo ad illos vos reiicio. Primus est Rochus Curtius secundus Paulus de Citad. tertius Cæsar Lambertinus. Illos si non graueris, perlege, & materiam istam amplam habebis: ego dicam in explanatione primæ signaturæ clausulas, quibus Curia Romana vtitur, in hoc iure patronatus.

*De collatione.*

*Collatio voluntaria & necessaria.*

TErtio acquiruntur beneficia per collationem, quæ duplex est, aut necessaria aut voluntaria: necessaria est, quam collator facere tenetur, veluti mandatario, vt in cap. tibi, & c. duobus. de rescrip. lib. 6. ca. si cap. & seq. de concessio. præb. eod. li. & §. 1. de mã. Apo. in concor. Item collator nominato cõferre tenetur, §. prefatiq; graduati. §. statuimus primo, de colla. in concor. plene scripsi in tract. nomi. & inferius dicam. Item institutio ad patroni præsentationem necessaria dicitur, in c. 1. de institut. libr. 6. per Panormit. & alios in cap. 2. in fin. ne sede vacante.

2 Voluntaria collatio est, quæ ex volũtate & libere fit: & hæc regulariter solet fieri, nisi a nobilibus & potentibus cogantur, vel a mulieribus collatores: quod multoties in Francia fieri solet.

*Collatio a quibus iure fieri possit.*

3 Et hæc collatio quandoque fit a Cardinalibus ratione suæ legationis, vel episcopatus: vt in c. 1. de offi. lega. lib. 6. & nuncius sedis apostolicæ habens potestatem legati de latere, beneficia conferre poterit: vt ibi tradunt doc. & Dec. cons. 128. licet, & Paris. consil. 17. de bon. in 4. vol.

4 Quandoque a patriarchis, c. 2. & c. qa, de concessio. præbend.

5 Aliquando ab episcopis, c. 2. & c. ex parte, & c. constitutus, de concess. præbend. c. ordinarii, de offic. ordina. libr. 6. omnes basilicæ. 16. q. 7.

6 Nonnunquam ab abbatibus, vel prioribus. c. fi. de instit. clemen. vna, de suppl. negli. prælat.

7 Item sæpius fit a capitulo, c. proposuit, de concessio. præb. c. eam te, de rescr. c. si c. de concess. præb. li. 6. & quandoq; ab episcopo & cap. simul, c. postulasti, de concess. præb. aliquando alternatiue, c. cum in illis, de præb. lib. 6.

8 Interdum etiam a singulis dignitatibus, vel canonicis, c. fin. de præb. lib. 6.

9 Interdum etiam fit a laicis ex priuilegio ẽt nõ patronis, vt rex Franciæ ex priuilegio confert Andegauen. de canatum, in c. dilectus, 3. de præb. & alia multa beneficia iure regali. c. generali. de elect. lib. 6. gl. in c. Imperium, 10. dist.

*Traditio pilei uel calami i collatione quid operetur.*

10 Et traditio pilei uel calami in collatione operatur, quod ille, cui collatio facta est poterit ingredi beneficium propria auctoritate: quia per hoc datur licentia & facultas ingrediendi: l. si ex stipulatione, ff. de acq. poss. c. 2. vbi Doct. de consue. Lud Roma. singul. 136. consuetudo.

11 Seruatur tñ vt prouisus mittatur in possessionem per aliquẽ, & hoc est vsitatum.

12 Nonnumquam isti collatores conferunt per se, aliquando per alios, vt pote per vicarios, & siue per se siue per uicarios conferãt, ius acquiritur per collatoris ordinarii, collationem, dummodo sequentia interueniant.

*Requisita ad collationem bonam, & volentibus habere beneficia*

*Habilis conferẽs esse dẽt.*

PRimo ex persona collatoris seu eius vicarii requiritur, quod collator sit habilis, non excommunicatus, c. postulastis, de cle. excom. mi. vbi abunde scripsi, quod qui non pót conferre per se, nec per alium facit. clem. religiosus, de procu.

*Pure & libere conferri bñficiũ debet.*

2 Item quod pure conferat, i. sine pacto conditione, & modo: alioqui si conferat alicui, vt compensetur talem: vel, si quæ alia conditio interuenerit, collatio simoniaca est & nulla, c. quam pio, 1. q. 2. c. cum pridem, & c. fi. de pact. c. 2. de elect. lib. 6. & hodie pauci sunt collatores a labe Simoniæ exempti, beneficia nulli conferentes sine contracto innominato.

3 Canonice tamen poterit Episcopus conferre beneficium alicui sub conditione, si aliud quod obtinet, resignet: vt docet Host. in c. ad audientiam, de rescr. Collec. in c. significasti, de elect. refert. Io. Franc. in tract. de offic. & pot esta. c. sede vacan q. 1. partis 2. col. 3.

4 Ad hæc libere id est sine aliqua coactione conferri beneficium debet: alioqui metu facta collatio est, nulla, cap. 2. de his, quæ ei metusue caus. fiunt. Nam quæ metu gesta sunt, rata non habet prætor, l. 1. ff. quod metus caus.

5 Item si per uim, vt ibi, & c. ad aures, & cap. penult. ibidem. nec dicitur libe-

re conferre, qui sola affectione ductus, absque caussa & immerito confert, vt in Euangel. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus, vt det illis cibum in tempore.*

6 Item sine aliqua diminutione conferendum est beneficiū: vt in cap. vno. ut eccles. benefic. vnde non pōt episcopus conferre beneficium vni, & sibi, vel nepoti, seu famulo suo reseruare pensionem, quia diminueretur beneficium: quod fieri non potest ab episcopo, vt ibi. & c. extirpandæ. in fin. de præb. nec potest iura dignitati cōpetentia, conferendo illam sibi reseruare, c. cū veniissent, de institut. Cardin. in verb. conferens dignitatē.

7 Ita nec potest episcopus conferre cuidam beneficium, & retinere sibi fructus: quod si hoc faciat ex pacto vel cōuentione, simoniā committit, d. cap. vno, in fi. facit c. si quis præbendas. 1. q. 3.

*Fructus retinere quando possit episcopus in collatione.*

8 Quod tamen limitatur primo, cum illos fructus reciperet ex constitutione, vel statuto, seu indulgentia Papæ. dicto c. vno ibi, si constituat. Et ibidem dubitant Doct. an hoc episcopus possit constituere, vbi dicendum est posse quatuor interuenientibus primo quod hoc constituat de consensu Capituli, gloss. ibidem approbata, & capitu. 1. & per totum, de his, quæ fiunt a præla.

9 Secundo requiritur, quod hoc sit statutū ante beneficij collationem. ibi vtrum ante donationem constituat: quia post collationem sine consensu beneficiarii, non posset eidem nocere, nec ius suum auferre. regul. id quod nostrum, ff. de reg. iur.

10 Tertio requiritur, quod hoc sit constitutum ad tempus vt in ca. penult. de verborū significatione, ca. si propter, de rescriptis, in sexto, & ibi ad tempus. & c. in dicto c. vno, secus si perpetuo. elementina vltima de rebus ecclesiæ non alienandis. Panorm. in d. c. vno.

11 Quarto requiritur quod episcopus hoc statuat ex iusta cā, & necessaria, d. ca. vno, nec sufficeret iusta caussa, nisi & necessaria adesset: quia d. cap. vnum loquitur copulatiue, ad veritatem cuius oportet vtrunque interuenire, c. 2. & 3. de rescrip. l. si hæredi, ff. de condition. insti. & sic episcopus non potest retinere sibi fructus omnes beneficiorum, quæ confert, nec partem: quia negatiua totum negat, l. si quis ita stipulatus. vbi Ias. ff. de verb. oblig.

*Palam conferatur beneficium.*

12 Palam etiam facere collationem debet, id est præsentibus testibus fide dignis, non domesticis, alioq; illi collationi non creditur capitul. post cessionem, de probation. scripsi in rub. de collatio. in concordat. vbi allegaui Curiæ Parisiē. Aræstum vtilissimum.

*Casus in quib⁹ beneficiū ad tempus conferri potest.*

13 Notandum est, quod hæc beneficia perpetuo conferri debent, vt quis perpetuo ea, & non ad tempus habeat; c. præcepta, 55. dist. & c. satis peruersum. 56. dist. nam sicut matrimonium ad tempus non contrahitur: est. n. viri, & mulieris coniūctio indiuiduam vitæ consuetudinem continens, §. 1. de patr. potesta. in instit. sic nec spirituale matrimonium, quod dicitur, in c. inter, de translat. episcopi, quia actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem, regula actus, glo. in c. 2. de elect. lib. 6.

14 Quod non procedit in Papa, qui ad tēpus conferre potest, c. si gratiosē, de rescript. lib. 6. & gloss. in c. vnic. de capel. monachor. ibidem, & in cap. pastoralis, 7. q. 1. & in c. veniens, de filiis presbyter. licet hoc nō sit solit⁹ facere, & vix reciperetur in Frācia.

15 Secundus casus est in beneficiis ad nutū c. cum ad monasterium, de statu monachor. cle. vnic. de supplen. negligen. præla. Felix in c. si. col. 2. de iud. & hoc vidi seruari in ecclesia sancti Sulpitii apud Bituriges, in qua eligebatur Abbas triennalis. Ioan. de Selua in tract. de bene. in 3. par. q. 21. scripsi multa in tract. de pacifi. possess. in. 6. limit. nu. 272. cum. seq.

16 Tertius est in commenda, quæ fit ab ordinario ad sex menses de ecclesia parrochiali, c. nemo deinceps, de elect. in 6. alia ergo beneficia poterit episcopus ad tempus, vel in perpetuum commendare, ca. si constiterit. de accusat. Domin. & Philipp. Franc. in d. c. nemo. Sed hodie nullus extra Papam solet beneficia commendare, saltem non vidi per inferiores a Papa, vel legato has commendas fieri ad vitam: quia ignari episcopi iuris beneficio non sunt vsi: ut dicit tex. in simili in clemen. vna, de rerum permutat.

Quartus in coauditore præfecto, durante morbo, nam cessante illo cessabit coadiutoris officium, c. 1. & c. fi. de cleric. ægrot.

17 Quinto idem in visitatore dato, quando episcopus captus est a paganis, vel schismaticis, tunc adueniente episcopo, potestas visitatoris extinguetur, c. pen. & vlt. de sup. neglig. prælat. lib. 6. sicuti capituli potestas confirmato episcopo, c. 1. ne sede vacan.

18 Sexto in sententia, quæ si fuerit lata ad alicuius vtilitatem, & executioni demandata, is habebit beneficium, donec contraria lata fuerit sententia, c. cum ecclesia, de causa possess. quia sententia pro veritate habetur. l. ingenuum, ff. de statu hom.

*Ecclesia vacanti*

19 Septimo interdum ecclesiæ vacanti datur procurator, cū libera potestate administrandi

*procurator cũ li bera datur potestate.*

strandi in spiritualibus, & temporalibus: & solet Papa hunc titulum concedere Cardinalib⁹, cum eis ecclesias cathedrales commendat, seu regulares. text. in c. cum nobis olim, in fi. vbi Panor. vlt. nota. de elect. vbi vnam causam dicit legitimam, propter quam possit hæc concessio fieri, videlicet cũ exigit vtilitas, seu ecclesiæ necessitas habere certam personam, quæ tunc non est legitimæ ætatis, vnde interim poterit constitui procurator, seu visitator illius ecclesiæ cum libera potestate administrandi tẽporalia, & spiritualia, quod soli Papæ competit: & alio nomine visitator dicitur in ca. is cui, de elect. in 6. & c. penulti. de supplend. neglig. prælat. ibidem.

*Episcop⁹ durante reseruatione seu deuolutione ad ministrãtorẽ ponere ecclesia potest.*

20 Idem potest episcopus facere in beneficiis spectantibus ad Papæ collationem iure reseruationis, vel deuolutionis: vt postquam aliquis illis non prouidet, possit idoneum administratorem interim concedere, donec per Papam prouisum fuerit arg. c. regenda. 10. q. 1. Panor. in. c. cum nobis olim, in vlt. not. ab. de elect. dicens idem posse episcopum facere in ecclesiis spectantibus ad suam collationem, donec ipse prouiderit intra tempus legitimum: c. nemo deinceps de elect. libr. 6. nota in c. cum vos de offic. ordinar.

*Capitulum sede vacãte benefi cijs vacantib⁹ procuratorẽ constitua.*

21 Item capitulum sede vacante poterit procuratorem in beneficiis spectantibus ad collationem episcopi facere, vel commendare, sed conferre non poterit, c. illa, ne sede vacant. c. vnic. vbi Ioan. And. & doct. il. lo tit. in 6. Panor. in d. cum nobis.

22 Nisi collatio fuerit necessaria, vtpote in beneficio debito mandatario, vel nominato vt ibidem doctores tradunt. & inferius dicam in materia deuolutio. hactenus de beneficiis perpetuo conferendis.

23 Secũdo principaliter requiritur ex persona eius, cui confertur, quod is, cui confertur, sit habilis, & idoneus: c. graue, de præb. Idoneus dicitur, secundum iurium interpretes, si præditus sit scientia, moribus, & ætate, c. cum in cunctis, de electio. c. licet Canon, illo titulo in sexto.

*Volũtas & potestas i habente beneficium requiritur.*

24 Ego vero puto in primis requiri voluntatem, & potestatem eius, cui beneficium conferri possit, vt videlicet deseruire beneficio velit, & possit: c. super inordinata & c. graues. de præb. scripsi in gloss. voluerit §. 1. de collat. in concordat.

25 Præterea si uelit & possit, requiritur tamen, quod sit idoneus tam in ordine, ætate, scientia, & moribus, quam in aliis, quæ inferius subiiciam statim.

26 Sed an episcopus, & alii inferiores possint solo verbo conferre, & sine litteris collationem probare, respond. non posse propter eorũ fraudes, nec crederetur illis sine literis: c. post cessionem, de probatio. scripsi in rub. de coll. in cõcordat. & Fely. consi. 6. vtrum Domi. quod limitaui in sex casibus in verb. litteras, vbi abunde tractaui, [in §. 1. de manda. Aposto. in d. concord. Sed nunquid collatio metu fieri possit? Bald. in rub. de rescrip. col. pen. dicit posse, quia non est sicut tutoris auctoritas, quæ verba requirit. l. 1. ff. de aucto. tutor. Ideo a muto interponi non potest. l. 1. in fi. ff. de tutel. ego existimarem collationem non posse nutu fieri, nam si episcopus loquatur, oportet quod ipse conferat verbo, sicut de matrimonio scribitur in c. tuæ. de sponsal. & sæpe procedit hoc argumentum. c. inter, de transla. episcopo. Sed si collator loqui non posset, dandus illi esset coadiutor, qui conferret. cap. pen. & fi. de clerico ægro. & ita inualuit consuetudo, quæ in hoc sequenda est ] *Collatio ordinaria an sit verbo probet.*

26 Ordo requisitus in quolibet beneficio est: primo in cardinalatu requiritur presbyteratus ordo, si titulum presbyteri habeat, si titulum diaconi, requiritur quod sit diaconus. Hostien. in c. 2. de offic. Archipresbyte. gloss. in tit. de numero, qualitat. Cardina. in prag. *Ordo in quolibet beneficio requisitus.*

27 Si tamen is non promoueatur, sed diaconi viram peragat, in foro conscientiæ tenetur: quia non seruit Deo in sacri altaris ministerio, sicut præcepit Christus, *Hoc facile in meam commemorationem.*

28 Episcopus requiritur quod saltem sit in subdiaconatu, cap. a multis, & cap. inrelleximus de ætate, & qualitate. sed hodie pueri promouentur, & litterati negliguntur.

29 Idem in canonicis illum eligentibus, clemen. vt hi qui, de æta. & qualit. vt subdiaconi esse ante electionem debeant, alioqui suffragium non habebunt, vt in d. clemen. scribitur.

30 Archidiaconus in diaconatu, in ca. 1. de æta. & qua. ut sit præcipitur.

31 Abbas vero, decanus, ꝓpositus, archipresbyter, & rector atq; curat⁹ debẽt esse in ordine presbyteratus, c. 1. de æta. & quali. c. cum in cunctis, §. inferiora, de electio. vel intra annum saltem promoueri, c. licet canon, de elect. in 6. c. si pro clericis, de præben. lib. 6. alibi tñ dixi an habeat locum in abbatia, & inferius in materia de non promouendo dicetur, ibi vide.

32 In alijs aũt sufficit prima tonsura, c. 1.

60. dist. Panor. in c. dudum. 1. in fi. de elect. & in. d. §. inferiora, c. cum in cunctis, ibid.

33 Et si quilibet poterit habere beneficia curata, & quælibet alia, etsi tantum habeat primam tōsuram, dummodo sit in ætate, in qua possit intra annum ad sacros promoueri, seu ad illum ordinem requisitum beneficio, d. c. licet canon. de elect. li. 6. c. si pro clericis. de præb. ibi. c. 2. in insti. c. si eo tempore, de rescr. lib. 6. & ibi doct.

34 Siue quis impetret à Papa beneficium, dicto c. si pro clericis, siue ab ordinario cōferatur, c. statutum, & c. cum ex eo, & dicto c. licet canon, de election. in sexto: siue per præsentationē & institutionem assumatur. c. 2. de institutione, in sexto, etiam si quis eligatur. Dominic. & Perus. in dicto c. licet canon. quamuis Ioannes Andreas ibi teneat contrarium, per c. præterea, de æta. qui textum hoc non probat. Imo dictum, c. licet canon, & alii tex. de elect. loquentes & dicto c. commissa, decidunt in electione sufficere electum habere primam tonsuram, dum tamen faciat intra annum se promoueri: & ista est communis opinio, quam Panor. & Card. sequuntur in d. . dudum 1. de electio. & Car. in d. c. præterea. Imol. in c. fin. col. 3. de præb. Roma. cons. 325. circa primum. in prin.

35 Limitatur quando de iure, vel consuetudine, seu ex fundatione, vel statuto requiretur ordo ab initio, vt in ca. nemo, de electioni pub. in sexto. vel si diceretur q̄ præsentaretur sacerdos. Domini. in cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6. Cardinal. Zabarella cons. 69. casus talis. tunc nisi sit sacerdos tempore collationis non valebit collatio vel institutio.

*Ætas in ordinib⁹ requisita.*

36 Etiam ætas requiritur: sed videndum est, quæ ætas in ordinibus requiratur? respon. in tonsura requiruntur septem anni complecti, c. fin. de tempor. ord. lib. 6. quatuor minores post septem annos assumi possunt, glo. in summa 77. dist.

37 Ad ordinem autem subdiaconatus in 18 anno, ad diaconatus ordinem in 20. ad presbyteratum in 25. anno promoneri quis potest: de. fi. de æta. & qua. ad episcopatum in 30. anno completo, c. cum in cunctis, in princ. de electio. plene Panorm. in c. super inordinata, præb. Cardina. in c. cum contingat, de ætate. hodie ad episcopatus est quis habilis in Francia in 27. anno, per §. primū, de nomi. Reg. in con. Franciæ.

38 Ratio est, quia beneficia non debent conferri, nisi præditis moribus, scientia & ætate, d. c. cum in cunctis ergo ætas in initio requiritur, quod non est in ordine, sed sufficit quod se habilem reddat intra annū; c. cum ex̄m, de præbend. etiam iuuenis merito dicitur, qui in iuuenilibus defideriis occupatus nulla grauitate cōstringitur. c. quorum. 34. distin.

*Ætatē quis probare debeat.*

39 Aetatem probare habebit, qui se fundat super illa, siue agendo, siue excipiendo. ideo qui dicit prouisum non habere ætatem legitimam, hoc probare debet. l. cum de ætate, ff. de probat. l. de ætate, de minor. Bart. in l. in illa, 1. ff. de verbo. obligat. l. si maiorem, vbi Paul. & Iacob. C. de integr. restitu. de Rota decis. 253. sub titu. de exceptio. decis. 2. nota in antiq. & decis. 800. in tit. de procu. decis. 37. ibi Fel. in c. dudum. de præsum.

40 Et ætatem requisitam in quolibet beneficio abunde tractaui in tract. de pacifi. poss. in 4. lim. nu. 174. cum seq. & inferius dicetur in hac ætatis dispensatione.

*Sup ætate qs dispensare possit.*

41 Dispensare circa ætatem nullus p̄ter Papam potest: quia constitutio conciliaris est d. c. cum in cunctis. de elect. contra quā episcopi non dispensant. glo. in c. cum dilectus, in verb. in ætatem, de elect. nec quidem legatus. glo. in c. dilectus. 1. de præbend. nisi quis compleuerit vigesimum annum quo casu ad dignitates & personatus, non curatos dispensare episcopus etiam habere poterit. c. vno. de ætat. & quali. lib. 6. secus in curatis, in quibus maior idoneitas requiritur, cum cura sit ars artium, c. cum si ars, de ætate & qualit. Staphile. in tract. de liter. grat. rubr. de qualita. & statu benefic. verf. & in præmissis.

42 Ad hæc requiritur scientia sufficiens mediocris, quæ sufficiat ad regendū illud beneficium, quod quis obtinet, c. venerabilis. de præb. Panor. in d. c. cum in cunctis. in priu. ergo non sufficiet beneficiato Rhetorica, vel Dialectica, vel Medicina, per quam reguntur corpora, non animæ, licet quidam episcopi potius studeant Medicinæ, quam Theologiæ, sed Hiere. 10. c. dicitur, Stultus factus omnis homo a scientia, ideo scientia salutis est expetenda & necessaria. Luc. 1. contra quosdam, qui potius libros Grammaticorum & Rhetoricorum deferunt quam Euangelia; quia cum sint terreni, terrena sapiunt.

43 Et triplici scientia Doct. scribunt in d. c. cum in cunctis. & ego ipse hic scriberem, nisi dixissem in ipso, in verb. eminentis scientiæ, de nominatio. regia. in corda. & super hoc non vidi expressam dispensationem, sed bene vidi asellos episcopos nescientes Latinum

num intelligere, nec loqui, sed beneficiorũ stratagemata callêtes; ac beneficia p falsa & vera sibi acquirentes.

*Boni mores maxime clerico necessarij.*

44 Præterea boni mores maxime necessarij sunt beneficiato, qui præualet diuitijs. l. scire. §. is qui. ff. de tut. & curat. dat. ab his, sic dixi ista in clericis tantum requiri supra.

45 Sed quia hodie de moribus vltima fit quæstio, ideo mores vltimo posui: tamen boni mores præferuntur a Dauide, Bonitatem, disciplinam & scientiam doce me, prius bonitatem, & si bonos expetit mores, quam alia: sic & nos illius exemplo edocti faciamus.

*Cõiugatus & illegitimꝰ beneficia obtinere non possunt.*

46 Requiritur etiam vt non sit coniugatus, qui non potest beneficium obtinere: ca. 1. & per totum. de cleric. coniug. Siluestet. Prier. in sua summa in verb. beneficium. 3.

47 Ad hæc vt sit legitimus, nam illegitimi sine dispensatione beneficia obtinere nõ possunt. c. 1. & per totum, de filiis presbyter. tũ in decre. quam lib. 6. & inferius dicam in dispensatio. super defectu natalium.

*Absentis beneficium ãtequam illud acceptet conferri nõ potest.*

Vltimo requiritur, quod si collatum fuerit absenti, vt ipse acceptet, alioqui collatio facta alteri antequàm ille absens declauerit voluntatem, nullius erit momenti, etiã si postea absens non acceptauerit. text. in c. si tibi absenti, de præb. in 6. Panor. & alii in c. accedens. illo. ti. Calder. in reper. in verb. beneficium si fuerit.

48 Tertio principaliter requiritur ex parte rei quod beneficium sit vacans: quia non vacans conferri non potest c. 1. & per totũ, de concess. præb. scripsi in rub. de colla. in concorda.

*Vacare beneficiũ quãdo cẽsetur, & quot modis.*

49 Vacare autem potest beneficium vel per mortem, c. susceptum, de rescript. lib. 6. mors enim omnia soluit. §. de inceps. in authen. de nup. colla. 4.

50 Vel per renunciationem simplicem, vel ex causa permutationis. c. 1. & per totũ. titu. rer. permut. de quibus inferius dicetur.

51 Item per priuationem & depositionem cap. ex litteris, & ci grauem. de excessibus præla.

52 Etiam si quis trasferatur ad aliud beneficium, primum vacat eo ipso quop illi translation. consensit. c. in apibus. 7. q. 1. post adeptam tamen possessionem secundi, ca. quanto. de transla. episcopi. glos. & doct. in cap. si quis iam translatus. 21. q. 2. clemen. gratiæ. de rescript.

53 Item si secundum quis adipiscatur incompatibile beneficium, pacifice, vacabit primum. c. de multa. de præb. & extra. exe crabilis. Ioan. 22. idem si quis per uim secundum occuparet: cap. eum qui. de præb. lib. 6. vt non sit stolidus occupator melioris conditionis, quam sapiens & astutus, qui titulum obtinuit. d. c. eum qui, & l. Seruius. ff. quod vi aut clam.

54 Item habens ecclesiam parrochialem si intra annum non est promotus, est priuatus ea, & vacat c. licet canon. & ca. commissa, de elect. lib 6.

55 Item vacat beneficium, si quis contrahat matrimonium, vel sponsalia per verba de præsenti gloss. & Doct. in cap. vnic. de cleric. coniug. lib. 6. Panor. in ca. 1. illo tit. Auser. decis. 239. & aliis modis censetur vacare beneficium, quos scripsi in §. monasteriis. in verb. vacantibus de nominatio. regu. in concorda.

*De iure & facto beneficiũ vacat.*

56 Et hæc vacationis genera ad tria reduci solent aut enim vacant de iure, & facto vt per mortem & resignationem, vt superius dixi: de iure autem in quantum nihil habet iuris in beneficio is, qui illud resignauit, c. inter. de præb. de facto etiam vacat, quia de facto is resignauit, vel mortuus est: & sic de facto beneficium dimisit.

*De facto quando vacet.*

57 Interdum de facto tantum uacat: ut quãdo quis suo est spoliatus beneficio. c. ad audientiam: & c. Abbas. de his quæ ui metusue, cau. fiunt. c. item cum quis. de restit. spol. Host. in summa de concess. præb. quem alii Doct. sequuntur communiter.

58 Ego autem eo casu putarem nec vacare de facto nec de iure: de facto non vacat, quia detinetur ab spoliante, ideo non potest de facto vacare, qñ ab aliquo tenetur, vt notum est, per c. cum nostris. de concess. præb. ideo ego dicerem de facto vacare, quãdo aliquis longo tempore est absens a beneficio, & ignoratur vbi sit, tunc dicitur vacare de facto: quia ibi nullus est, qui de facto illi beneficio seruiat. & pro hoc videtur tex. in c. 2. & c. ex parte. 1. de cleric. non resid. & glo. in c. non oportet. in 1. de consec di stin. 5. dicit talem desinere habere liberam administrationem, & illius beneficium conferri posse: sed eo reuertente non nocebit illi collatio, si monitus non fuerit, vt priuatus c. tuæ. de cleric. nõ resid. vbi Panor. & alii, & in c. ex tuæ. ibidem.

*De iure quando beneficiũ vacare credas.*

59 Aliquando uacat de iure, sed non de facto, ut quando quis obtiner secundm pacificum, uacat primum de iure, per c. de multa. de præb. si tamen adhuc illud retineat, primum dicitur de facto retinere, sic non uacat de facto, per c. cum nostris. de concess. præben. Host. plene tractat in sua summa, de concess. preb.

Itaq;

*Conferri quando possit de iure vacãs vel vtroque modo.*

60 Itaque si beneficium vacet de iure, & de facto, vel de iure tantum, potest conferri nõ obstante alterius detentione: & acquiritur ius illi, cui collatum est, etiam absenti. c. si tibi absenti de præben. lib. 6. sed quando de iure tantum vacat, oportet quod exprimatur Papæ detentio alterius colorata, alioqui impetratio est nulla, secus si incolorata. d. c. cum nostris. de concess. præb. & dicitur incolorata, quando possessio sine iure est: vt plene scripsi in tract. de pacis. possessio. in 4. exten. nu. 32.

61 Ideo episcopus, vel alius collator, quando confert, debet modum exprimere vacãdi sic, per mortem, aut per resignationem. c. susceptum. de rescrip. lib. 6. nec sufficit dicere, vacantem ecclesiam conferimus: vt consuluit Bertran. consil. 132. dubitatur col. 4. nu. 19. in 2. volum. ex 1. edition. quia etiam Papa non prouidet de beneficio vacante per modum in cancellaria exprimendum: vt est in regul. cancella. multo minus ordinarius.

*Quibus hodie beneficia cõferantur.*

62 Nunc dicamus de collationibus episcoporum, & ordinariorum, & quibus fiant, penitus ignoro. dicam tamen me vixisse vsque ad sexaginta annos, & neminem vidisse, qui doctoribus regentibus, vel aliis doctis, & bonis sua sponte prouidisset: immo scio quosdam episcopos astu quodam illos induxisse ad resignandum, si qua habebant beneficia, vnde (vt puto) possem iure dicere, o capita ecclesiarum inutilia, & mores peruersi, & quod Virgil. ait in Georg.

*Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.*

cap. 1. de libell. oblatione. inuasit maxime ecclesias regni, a quibus, Deum obsixe oro, vt liberentur: & docti, probi, & vtiles in ecclesiis recipiantur, & nouum videbitur: ò quanti adulatores, hæretici, ignari, stabularii, & coqui abundant beneficiis: & docti, ac boni, steriles & omnibus nudati bonis sunt. Deus eos beatos faciat in terra viuentium, & hos ignaros profligat, & bene ecclesiæ habeant: dicit D. Ambros. in pastorali, polleat (inquit) prælatus sapientia & doctrina, vt non solum subditos doceat, sed etiam hæreses conterat & repellat: qui autem talis nõ est, ad sacerdotium non accedat, vt vsurpare locum alterius non præsumat.

*Conferẽs indigno priuat⁹ est conferẽdi potestate.*

*Pœna contra collatores indignis offerentes.*

QVamobrem † cum ita abutantur quidam collatores conferendo indignis, videamus pœnas, in quas hi miseri incidunt: prima est, quòd priuati sunt potestate conferendi pro prima collatione, & (vt dicunt) prima vice. c. cum in cunctis. §. fin. de elect. c. cùm Vinctonien. de electio. glo. in capit. cum singula. §. prohibemus. de præbend. lib. 6. & gloss. in c. quòd si prædicta. in verb. priuati. de elect. in præg. vnde conferẽs beneficium excommunicato, est ipso iure priuatus, tamquam conferens indigno. c. postulasti. de cleric. excom. minist. Cald. in reper. in verb. conferens beneficium. itaque potest impetrari beneficium, quod post collationẽ indigno factam episcopus contulit, quia illud conferre non poterat, eo quod esset a iure priuatus: & miror hodie cum tam multi sint circa hoc Gregorii, quod ista non impetrent: nec putarem post impetrationem bonos iudices contra hoc iudicaturos, si animabus suis prouidere vellent.

2 Et hoc si scienter, secus si ignoranter, c. postulastis. & c. Apostolicæ. de cleric. excomm. ministr. l. ex maleficiis, vbi glos. ff. de actio.

3 Et præsumitur sciens episcopus, quia tenetur de vita & moribus illius inquirere, an tequam ei conferat c. innotuit. de electio. Card. cons. 133. duo sunt, & debet habere plenam notitiam eius, cui confert. c. bone. 2. in fin. & ibi Panor. 12. not. de postula. prælato. nã sicut q. cum alio contrahit, non debet esse ignarus eius conditionis, cum quo contrahit. l. qui cum alio, de reg. iur. ff. sic & is, qui vult alicui conferre. sed quotusquisq; hoc facit, nescio: sed non essent tot pecoræ Melibæi ecclesijs præposita, si de his fuisset inquisitum etiam inquirere debet. an aliud habeat beneficium, c. ordinarij. de offi. ord. in 6. nam peccat sciens isti conferendo: tum quia indigno confert. c. is cui. pe præb. lib. 6. tum quia venit contra iura hoc prohibentia. c. primatus. 71. distinct. Arch. in c. si quis 21. q. 2.

4 Secundo suspendi debent a collationibus faciendis. c. graue. de præben. c. postulastis. de cleric. excom. minist. nam postquam male vtuntur re ad eos spectante, & administratione, ea priuari debent, sicut tutor. qui male administrat. §. suspectus. & §. fi. de suspectis tutor. in instit. vt etiã priuetur in quo deliquit. d. c. postul. de cleric. excomm. & fere hodie omnes suspenderentur, & priuarentur.

*Suspenduntur collatores indignis cõferentes*

5 Sed bonum esset statuere, quod conferens indigno esset priuatus potestate conferendi per mensem: quæ collatio c. applicetur illius ecclesiæ, in qua est præpositus conferens,

ferens etiam ab officio suspenditur. c. 1. in 83. dist. c. fi. 1. q. 3. sed si fune collo adhibita suspenderentur, non amplius indignis conferrent, & forte vtilius esset quibusdam quo ad animam.

*Peccat indignis cõferẽs.*

6 Tertio peccat mortaliter, quia seruitio Dei indignos applicat. c. monasterii. 19. q. 3. gl. penul. in ca. ad Apostolicam. de regul. & quia hoc vergit in detrimentum ecclesiæ, & honoris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur, & meli⁹ est paucos habere bonos, quam multos inutiles, c. tales. 23. dist. c. pen. de ætate. gl. in verb. indignorũ, in proœ. prag. sanctio. & quia transgreditur canones statuentes optimum eligendum. c. Metropolitano. 63. dist. & transgrediens canones peccat. c. quia eadem dist. c. 1. & c. quæ in ecclesiarum, de constit. c. fi. illo tit. in 6. glo. in ver. vtiliorem. §. ad locum. de elect. in Prag. scripsi in interpreta. c. postulastis, de cleric. excomm. ministr. & quia fraus contra canones c. fin. 4. dist.

*Infidelis est indigno conferens.*

7 Quarto sunt Deo infideles; quia fidelis & prudens debet esse quem constituit dominus super familiam suam vt det illis cibũ in tempore, vt est in euangelio; vnde ait Hiero. indignum est dare Deo quod dedignaretur homo, ac cæcum animal offert, q ordinat indoctum in loco docti, magistrũque facit, qui vix discipulus esse poterat. c. fin. 49. dist. longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ. c. in sacerdotibus 61. di.

*Conferens ad interesse ecclesiæ tenetur.*

8 Quinto tenentur. ad id quod interest illi ecclesiæ, quam læserunt, vt pote si dignum elegissent, vel ei contulissent, ecclesia in lite non succubuisset, aut aliud detrimentum passa non fuisset, hoc enim sarcire debent: vt expresse docent Anchar. & Card. in cle. 1. col. vlt. de ætat. & qual. & Ange. de Clauasio in sua summa, in ver. rest. & Fel. in cap. si quando. col. 4. ver. stat difficultas. num. 7. de rescript.

9 Instar magistratus, qui minus idoneo pupilli tutelam commisit: nam magistratus tenetur deficientibus tutoribus. l. 1. & per totum. ff. de magistra. conueniend. Cum ergo isti indigni præfecti non restituant damna, ergo collatores tenentur. & in extremo iudicio quot erunt, ob hoc damnati nisi resipiscant? quia collationes beneficiorum circa inhabiles frequentiores sunt, quam ad habiles, quia similis similes diligit: nec eximo capitula ecclesiarum, quæ hoc faciunt. & terræ cardines multi.

*Conferens indigno de mala eius ad-*

*ministratione tenetur.*

10 Sexto tenentur de mala administratione electi, vel prouisi reddere rationem Deo optimo maximo, & erunt participes pœnarum quas patientur prouisi ab eis in districto Dei iudicio. cap. 1. §. quoniam. in verb. authores. de electio. in Pragm. nam facientes & cooperantes pari pœna punientur c. 1. de offic. deleg. sicut. n. boni operis fructum sibi comparat, qui rectum tenet in eligendo & prouidendo iudicium, ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. ca. miramur. 61. dist. Esaiæ 41. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum quod non est abominatio est, qui eligit uos. c. Valentianus, 63. dist. vbi dicit super vos est talis electio, vt eligentes teneantur de omni damno, & dispendio, quod ecclesiæ accidit gl. ibid.

*Pater ꝑ filio ad officium electo tenetur.*

11 De iure ciuili tenetur pater consentiens filio ad officium electio, prius tamen excutiendus erit filius. l. 1. C. de decu. lib. 10. Et nominantes scienter indignum ad officium tenentur de his quæ electi & nominati male in officio gesserunt: l. 1. & 2. C. de peric. nomin. li. 10. in subsidium. l. exactores. C. de suscep. lib. 10. l. seueriter. C. de excus. tut.

*Conferens indigno sacrilegiũ committit.*

12 Septimo sacrilegium committunt, & tanquam sacrilegi sunt iudicandi. ca. sunt. quidam, 1. q. quia rem sacram id est ecclesiam lædunt. Vnde ait D. Hiero. Ecclesiam fraudere, quod sacrilegium est, vel exinde aliquid subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. in ca. gloria episcopi. in fi. 12. q. 2. quia nihil magis officit ecclesiæ, quam quod indigni admittuntur in ecclesia, ca. nihil est. de elect. & dicit Leo, in c. miramur, 61. dist. sic miramur, tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum ualuisse popularem vt indignis quibuslibet, & longe extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio ecclesiæ crederetur: non. n. est hoc consulere populo, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. integritas. n. præsidentium salus est subditorum, alioqui iudicium æternum eos manet.

13 Octauo non conferendo uiris doctis & probis seipsos condemnant ad ignem æternum, text. in ca. apostolis. 16. q. 1. vbi sic scribitur, Apostolicis viris & euangelizatoribus Christi in necessariis vsibus nolle tribuere, se ipsum condemnare est.

14 Nono scandalum præbent: & qui scandalizat, necesse est vt suspendatur in collo

eius

eius mola, & proijciatur in mare, vt est in euangelio: nam postquam satis biberunt ex sanguine pauperum, & adhuc non sunt satiati, bibent ex aqua ad saturitatem.

*Homicida est cõferens beneficium indignis*

15 Decimo sunt homicidæ, quia auferunt bona debita bonis, & sanctis ecclesiastic. 23. Panis egentium, vita hominis est, qui defraudat illum, homo est sanguinis & virum sanguinum & dolosum abominabitur dominꝰ: & sic hos malignos collatores, vt docet August. de Anchona in tract. de ecclesiastic. potesta. q. 72. in vlt. q. & q. 2. dicens eos valde peccare, qui fauore sanguinis, patriæ, aut adulationis conferunt beneficia indignis: quia bona communia sunt communiter dispensanda: & bona ecclesiæ sunt communia. c. conuenior, 24. q. 3. & necare dicitur, qui alimenta denegat, l. necare, ff. de libert. agnosc.

16 Vndecimo decapitari meretur indignꝰ episcopus, nisi inuitus fuerit ordinatus, gl. in l. qui cum vno, in verbo, temporarium. ff. de re milita. quam probat Felin. in c. si quando. col. 4. de rescri. & idem in promouente indignos, & si hoc seruaretur, fere omnes nostri episcopi acephali essent, & sine capitibus: quia pauci ab hac indignorum promotione abstinent: imo eos plurimum iuuant quidam vicarii eorum, qui licet habeant suos suapte natura malos, illos tamen executores habent.

*Cõferẽs indigno de amissione animarum tenetur.*

17 Duodecimo isti episcopi tamquam violatores canonum priuari debent, c. violatores. 25. q. 2. tenentur isti de amissione animarum parrochianorum, quæ fuerunt damnatæ propter prouisionem istius indigni, & aliis pœnis afficiuntur, quas scripsi in tract. nomin. q. 19. alias cumularem, sed surdis loquor.

18 Decimotertio si collationem non factã dicant se fecisse, sunt falsari. nam falsum est veritatis immutatio. §. 1. in auth. de instr. cautel. & fide. colla. 6. Et si per industriam & calumnias eorum auferatur beneficium viro iusto, sunt fures, quia bona contrectant inuito domino, l. 1. ff. de fur. & peccatum nõ remittetur, nisi restituatur ablatum. reg. peccatum. de reg. iur. in 6. Sunt etiam sacrilegi valde enim lædunt rem sacram, a qua auferunt verum rectorem, dando alium non pastorem, quem oues non cognoscunt, quia est alienus, & voces alienorum oues non audiunt, vt est in Euangelio. Populum etiam valde lædunt, auferendo ab illis verum pastorem, & dando mercenarium, qui non curat de ouibus, & si curet, decipit se, cũ non sit præfectus, & tamen sacramenta tamquam præfectus ministrat, decipit & animas illorum, quibus præsidet quia non est pastor.]

## *Forma collationis, & prouisionis ordinariorum.*

MArtinvs † Dei, ac sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Nemausen. episcopꝰ dilecto nobis in Christo N. clerico, in Decretis doctori, rectori parrochialis ecclesiæ N. nostræ diœcesis salutem in Domino. Quia de litterarum scientia, uitæ ac morum honestate, alijsque uirtutum meritis, quibus illarum largitor personam tuam insigniuit, fuimus fama ac fide dignis testibus certiorati, quæ nos ad gratiam tibi faciendam excitant.

2 Itaque uolentes te iuxta tuæ personæ merita fauore prosequi gratioso, parrochialem ecclesiam N. nostræ diœcesis nunc per liberam resignationem de ea per prouidum uirum N. presbyterum dictæ ecclesiæ tunc rectorem in manibus nostris factam, & per nos admissam ad præsens uacantem tibi, quem ad regimen & gubernationem ipsius sufficientem & idoneum esse reperimus cum omnibus iuribus, & pertinen. uniuersis conferimus, & prouidemus, ac de eadem te coram nobis constitutum per pilei traditionem in manibus tuis inuestimus; ac in corporalem possessionem, seu quasi eiusdem ecclesiæ N. præsentium tenore cum iuribus & pertinen. supradictis inducimus, recepto prius abs te solito in talibus præstari iuramento, & iure nostro saluo.

3 Quocirca uobis uniuersis & singulis personis ecclesiasticis, notariis & tabellionibus publicis per ciuita-

uitatem,& diœcesim nostras consti tutis, & subditis nostris auctoritate prædicta tenore præsentium committendo mãdamus, quatenus vos, aut alter vestrum,qui super hoc fue rit requisitus, ad dictam ecclesiam accedatis, seu alter vestrũ accedat ad prædictum N.vel procuratorem eius nomine, & pro eo incorporalem possessionem prædictæ eccle siæ N. iuriumque & pertinentium prędictorum inducatis vice nostra, & defendatis inductum, amoto ab ea quolibet illicito detentore.

4 In quorum, omnium,& singulo rum fidem & testimonium præsentes literas collationem, & prouisionem nostras in se continẽtes fieri,& per secretarium nostrum infrascriptũ subscribi,& publicari fecim⁹ & mandauimus:nostriq; sigilli magni iussimus appensione communiri.

5 Datum Nemausi anno 1551. die 6. Martij, præsentibus Ioanne Ruffiat presbytero,& Petro Rostaing aurifice testibus ad præmissa vocatis,& adhibitis. De mandato Reueren.D.Episcopi,P.Rilliot. secret.

*Requisita in litteris collationem.*

QVia in collationibus multa sunt dubia,ob id formam inserui,in qua collationis forma sunt quinque partes. Prima cõtinet salutationẽ,& collationis causam.Secunda ibi,itaque collationem,& prouisionem, ac inuestiturã factã per pilei traditionem,ac iuramenti receptionẽ.Tertia pas continet delegationem & commissionẽ factã omnibus clericis, tabellionibus, & personis ecclesiasticis subditis, vt istum N. in possessionem dictæ ecclesiæ collatæ ponant,& inducant,ibi, quocirca. Quarta, testatur episcopus collator ad fidẽ huius collationis faciendã se iussisse has collationis litteras fieri per secretarium suum, & sigilli sui magni appensione cõmuniri,ibi,in quorum omnium. In vltima inscribitur data,& testes,postea subscribit secretarius hæc summa prouisionis literarum beneficiorũ licet alij alia inserant, ista tamen sufficiunt.

*Quinq; partes in collationum literis.*

2 Sed dubitare quis posset, quæ iurare debeant rectores,& curati? respon. Primò: iurat episcopo quilibet curatus, quòd erit illi,& suis successoribus fidelis & obediens, & sanctæ sedi. probatur in c.ego N. & seq. de iureiur.c.cum clerici.de verbo. sig. c. de forma. 22. q. vlti.

*Iurare quæ teneantur rectores, & curati ecclesiarũ collatori.*

3 Secundò quòd seruabit mandata episcopi, & ea seruari faciet, videlicet sententias & statuta, c. cum ab ecclesiarum, & c. ad reprimendum,de offi. ordin.nã qui resistit potestati,Dei ordinationi resistit, vt docet diuus Paul. & c. qui resistit. 11. q. 3. & diuus Petrus in sua epist. Obedite præpositis vestris etiam discolis.

4 Tertiò iurat quòd seruiet ecclesiæ, cui præficitur, seruiet inquam in diuinis, & in spiritualibus, ac temporalibus : quia propter officium datur beneficium. c. fi.de rescript.in 6.& si non seruiat,est periurus.[O quot hodie sunt.]

5 Quartò quòd residebit seruiendo dictæ ecclesiæ. c. quia nonnulli. & c. relatum. de cleric. non residen. & hoc iuris est.

6 Quintò non relinquet, nec se transferet ad aliam ecclesiam sine ipsius episcopi licentia. c. admonet, de renun.

7 Sextò iura & libertates ecclesiæ iurat conseruare,& defendere, ac vtilia procurare,sicut tutor. l. fi. §. omnem. C. de administr. tut. & sicut Nabot vineam suam proprio sanguine suo defendit, ita iura Ecclesiæ clerici tueri debent, licet pauci hodie reperiantur, sed fugiunt dum vident lupum venientem, [sicut mercenarij, & cuius non sunt oues.]

8 Septimò quòd non alienabit res ecclesiæ,sed alienata a prædecessore reuocabit.c. abbatibus.12.q. 2. & c. si quis presbyterorum. de rebus eccle.non alienan.c.2.de rer. permut. c. quod quis.35. q.9.

9 Octauò quòd nihil dedit,nec illicitum pro adipiscenda hac ecclesia commisit, c. fi. de pact. c. nobis. & per totum. de simo.

10 Nonò quòd non soluet vltra antiquam & solitam pensionem. cap. prohibemus. & seq. de censib. cap. tua nos. vbi Panor. ista conscribit,de iureiur.

11 Decimò quòd ordines suo tempore recipiet,& hoc si non est ordinatus, c. quæris. de ætat. & quali. c. licet cano. de elect. in 6. hodie istud non est necessarium : quia si non promoueatur intra annum, ipso iure vacabit beneficium,per d. c.licet canon. Aliudl etiam addit Panor. in d. c. tua nos. quod non est necessarium,vnde illud omit-

tas.

to: hæc sunt quæ solent iurare prouisi ad ecclesias curatas: [Hodie non omnia ista iurant. Sed quidam apponere solent clausulam, Saluo nostro, & aliorum iure. Et quid operetur illa clausula, iure nostro saluo, scribit Paul. Paris. constit. 21. num. 55. in 1. vol. alibi dixi.]

*Declaratio collationis ordinarij.*

12 Et sic prius inseritur nomen episcopi conferentis: vt dixi superius in literis tonsuræ: & dixi Martinum: quia ignari hoc nomine abutuntur, [& vulgò vocari solent asini hoc nomine, & plures sunt effectu, licet nomine alio sint decorati.]

13 Secundò salutaturis, cui beneficium cõfertur, dilecto, &c. deinde præfatur episcopus, quæ causa mouit eum ad conferendum: vt in c. graue. de præb. & interdum omittit causam, quia nullam habet, cùm sola affectione mouetur, [vt hodie permulti collatores.]

14 Tertiò narratur in litteris talem ecclesiam N. vacare per resignationem, vel eo modo, quo vacat, vt in c. susceptum, de rescript. in 6.

*Episcopus non pōt modum vacandi & expresso habere, nec ad effectum absoluere.*

15 Et sic non potest episcopus, vel archiepiscopus habere modum vacandi pro expresso: quia hoc ad Papam solùm pertinet: vt scripsi in forma manda. in glo. pro expressis. in Concord. nec potest ordinarius in his literis impetrantem absoluere quo ad effectum obtinendi, sicut Papa, & legatus: vt scripsi in glos. absoluentes, in form. mand.

*Clausula, quouis modo vacet, non solet per ordinarium cõscribi.*

16 Item non poterit episcopus in literis collationum apponere clausulam, quouis modo vacet: quia non potest in omnibus vacandi modis prouidere, vtpote si beneficium vacet in curia, c. 2. de præb. lib. 6. gl. & Doct. in c. 2. de elect. in 6. & c. 2. & 3. de concess. præb. ibidem: licet quidam ignari inscribere in suis literis hæc soleant, sed frustra: quia beneficium non debetur nisi per modum expressum, cum etiam iure deuoluto non possit conferre, postquàm amisit collationem, non tamen vitiatur collatio, si episcopus dicat se conferre vacans per resignationem, aut alias: quouis modo: quia superflua non vitiant, l. si testamentum. C. de testa. [Ideo quando episcopi, vel archiepiscopi apponunt clausulam, quouis modo, non comprehenditur modus vacandi, qui in illorum potestate non est, vt tradunt Doct. in cap. susceptum. de rescript. lib. 6. & Doct. in c. ex parte. de concess. præbend. Hodie quilibet collator solet apponere istã clausulam, & non esse prohibitum docet gl. in §. itẽ quod monasteria. in verb. alias, de causis, in prag. sed non habet illum effectum, quem habet quando est à Papa apposita.]

17 Quartò narratur diœcesis, vbi beneficium situm est, ca. significante. de rescript. & si sit ecclesia per se, exprimitur nomen sancti: alioqui non valebit collatio, gloss. & Doct. in cap. quamuis. 1. de præb. lib. 6. & alias collatio esset incerta, quæ non valet, cap. 2. de elect. libr. 6. dicam inferius in elucida. signaturæ.

*Nomen sancti quando in collatione sit exprimẽdum.*

18 Si verò sit capella intra ecclesiam, exprimitur ecclesia, vbi sita est: vt in ecclesia sanctæ Crucis Aure. dicæ. Fel. in d. c. significante, col. 1. de rescri.

19 Quintò exprimi solet is, per cuius mortem vacat, aut per resignationem: vnde dicit Fel. in d. c. significante, quòd si impetrauerim rescriptum super ecclesia contra presbyterum, si errauerim in nomine presbyteri, licet constet de ecclesia, non valet rescriptum, quod est stricti iuris. allegat Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de rescr. præsenta. §. ratione causæ, ver. quid si indubitanter. vnde solet in signatura Papæ conscribi, quòd maior & verior expressio fieri possit, vt in tract. de signa. dicetur.

*Error in nomine presbyteri ãvitiet.*

20 Sextò exprimitur procurator, qui illam resignauit, si per procuratorem facta sit: vt si falsi postea impugnetur, probari veritas possit, & quia procurator certus esse debet: l. 1. ff. de proc. si per se resignauerit, etiam hoc exprimi solet, vt hic.

*Procurator resignãtis exprimi debet, et eius potestas probari.*

21 Et si dubitetur de hac resignatione, probari debet per instrumentum publicũ: nec quo ad hoc creditur dicto episcopi, vel alterius hoc asserentis, nec quidem dicto Papæ: vt in cle. literis, de prob. quæ est hodie correcta per titulum de subla. clem. literis, in concorda. vbi multa scripsi.

*Induci in possessionem beneficiarius debet.*

22 Septimò mandat episcopus omnibus & singulis presbyteris, clericis, ac notarijs vt istum, cui est collatum beneficium, in possessionem mittant, alioqui sua auctoritate possessionem prehendere quis non posset. l. si ex stipulatione, ff. de acqui. pos. & per collationem beneficij non transfertur possessio: c. cum Bertholdus, ibi, ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem: de re iud. plenè scripsi in forma mand. in ver. inducentes.

23 Imò dicunt quidam, quòd apprehendens possessionem est iure, quod habet priuatus: c. eum qui, de præd. lib. 6. sed ille tex. hoc non probat, sed tantum eum iure priuatum, qui violenter, sed non sine violentia: vt dicunt ibi Doc. & Perus. maximè.

24 Vnde qui adipiscitur cum verò titulo possessionem, non priuatur iure, secundum Domi. & Philip. ibidem. & quando episcopus confert, & inuestit eum, per calamum, vel aliàs, is poterit propria auctoritate possessionem apprehendere: teste Panor. in auctoritate, de concess. præb.

*In possessionē mittere quilibet clericus potest.*

25 Et quamuis de iure Archidiaconi officium sit mittere in possessionem institutū: c. ad hæc, de of. archi. in Francia quilibet clericus mittit in possessionem de consuetudine, nec requiritur Archidiaconus: vt dicam inferius tit. de mis. in poss.

*Clausula, non obstant, in collationibus ordinariorum nō inscribitur.*

26 Octauo ordinarius non apponit clausulam, non obstan. quia inferior nō potest iuri superioris derogare: cle. ne Romani, de electio. Bar. in l. si quis, in prin. ff. de leg. 3.

27 Vnde non poterit alius à Papa fundationi, vel statutis ecclesiarnm derogare, sed tenebitur prouidere iuxta statuta, & fundationē, alioqui non valebit collatio. vt scripsi in for. mand. in ver. non obstan.

*Clausula, p hac vice, non pertinet ad inferiores, nec quidē ad curiam supremā.*

28 Etiam si diceret pro hac vice tantum: quia ista clausula pertinet ad superiores, qui iuri derogare possunt: nec puto curiam supremam hac clausula vti posse, quia est instituta, vt iustitiā & ius reddat: & ista clausula est huic contraria, quia si hac vice gratiam vellet facere, & sic iniustitiam male faceret: ergo ad parlamenta non spectat hæc clausula, sed tantum ad eos, qui iure suo derogare possunt. De hac curia, & eius potestate plenè scripsi in proœ. Concorda. in verb. summas.

29 Nonò data apponi solet, videlicet quo die collatio facta fuerit, & literæ sine die, & consule non valent, vt in data Sexti continetur: vt superius dixi in literis tonsuræ.

*Collationi facta sine testibus non creditur*

30 Decimò testes duo ad minimum inscribi in literis collationum debent: alioqui nō credetur collationi ordinarij in præiudiciū expectantis apostolici, vel alterius prætendentis ius: vt plenè docui in Concorda. in rubr. de collat. nec putet episcopus ad iniuriam suam pertinere, quòd illi soli non credatur: cap. placuit, 6. q. 2. & ista est communis opinio, secundum Aret. in d. c. post cessionem, col. 2. & pro ista consuluit Bertrād. consi. 132. Dubitatur, col. 2. in 2. vol. ex antiq. edit.

31 Vbi etiam consi. seq. dicit, quòd si episcopus posteà daret literas suas testimoniales, vt diceret se contulisse: illæ literæ non probarent ad euitandas fraudes, & maximè dictamte aresto, quod allegaui in Concord. quod est prohibitorium, vt collatio non fiat sine testibus [ nec quidem cum testibus domesticis, vt bene docui in d. Concorda. ]

*Diuersitas literarum an vitiet collationem.*

32 Vndecimò debent scribi literæ eadem manu: nec esse debent diuersæ literæ, alio qui sunt suspectæ, per tex. in auth. de rrien. & semis. §. & quod sæpe, textus in c. inter dilectos, de fide instru. & c. licet, de crimine falsi: Bald. in l. contractus col. 3. num. 10. de fide instrum. Rom. sing. 336. An diuersitas. Alex. consi. 41. Viso, col. 1. vol. 1. & consi. 104. in prin. volu. 7. & expressè Bertran. consi. 133. Viso processu. col. 3. num. 11. in 2. vol. ex prima editione: hoc attenditur in collationibus Papę, sed non vidi apponi in collationibus ordinariorum: licet falsum probetur ex diuersitate literarum: c. inter, de fide instrum.

*Rasura vitiat collationem.*

33 Duodecimò rasura vel cancellatio in loco suspecto, vel substantiali reddit suspectas collationum literas, ideo eis credi non debet: l. fi. C. de edicto diui Hadr. tollen. c. inter dilectos, de fide instr. Alex. consi. 104. Stantibus. col. 1. in 7. vol. Suspectum locum dicimus, quando in verbis dispositiuis facta est litura. c. ex literis. vbi Panor. not. 2. de fid. instrumen. c. cum venerabilis, de religio. domibus.

34 Alia requisita possunt discerni ex ipsis verbis collationis, & ex superius scriptis, ideo ad alia pertranseo.

*Collationes an plures fieri possint.*

QVæro, † An ordinarius vel executor gratiæ Apostolicæ, vt mandati, qui semel contulit, iterum conferre possit? Respon. non posse, quia functus est officio suo, sicut iudex, qui sententiam protulit: cap. in literis, de offic. deleg. l. iudex, ff. de re iud. & prima collatio impedit secundam: c. post electionem, de concesio. præben. Præterea quia non potest reuocare, & tollere ius, quod semel contulit: c. si tibi, de præb. sicut donans inter viuos non reuocat, nisi in certis casibus donationem. cap. fin. de dona. l. fi. C. de reuoc. donat.

*Contra collatores falsarios.*

2 Etiam quia deuoluta est collatio ad superiorem: vt dixi in §. si quis verò, de collationibus in concor. & dicam inferius in materia deuolutionis.

3 Quia si malè contulit, est priuatus potestate iterum conferendi, per cap. cum in cunctis, §. fin. de electio. Ad hæc, quia prohibita est variatio: & inconstantia maximè episcopis, & clericis, clem. vna de renunciationibus. quamuis quidam maligni collatores de vno beneficio sexcentas faciant colla-

collationes; &, quod peius est, non factas dicunt esse factas: sed veh istis falsariis, qui cũ Lucifero, nisi respiscant, partem habebunt: & quid proderũt eis tot collationes in inferno? [& calumniæ, quas in vita exercuerunt, vt scripsi supra, Pœnæ contra colla. in fi.]

*Diuerso iure põt multiplex fieri collatio.*

4 Limita quando diuerso iure conferret, vtpote, si primo contulit in mensibus graduatorum non graduato, postea graduato requirenti conferre potest: prius enim tanquã episcopus voluntarie contulit, postea tamquam concordatorum executor quasi coacte: discreta enim sunt iura, quamuis plura in eandem personam deuenerint: l. tutorem, ff. de his quibus vt indignis. Et quando duo concurrunt iura in vnam personam, illa vim habẽt duarum personarum. l. si consul. & l. si paterfamilias. §. 1. ff. de adop. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de in offi. testa. plura scripsi iu §. si quis vero. in verb. dispositiones. de colla. in concord.

*Eps post institõnem confert.*

5 Item si episcopus ad præsentationem quemquam instituat, potest postea pleno iure etiam alteri conferre; gl. singu. in clemen. vna, de supplen. negli. præla. quia ad eum est ius deuolutum, si patronus male præsentauit, & sic diuerso iure prouidet.

*Non vacãs conferẽs q̃n vacat, an illud iterũ cõferre possit.*

6 Secundo non procedit, quando contulisset non vacans beneficium, quod vacans communiter dicebatur, vel non deuolutum; postea si vere vacet, illud conferre poterit, in c. 1. de concess. præb. & inferius dicetur in literis resigna. post regu. cancell. quod probat Panorm. in capit. 1. de electio. dicam inferius de improb. benefic. viuentis. impetrat.

*Prima collatio alijs præferẽ, nisi vt infra*

7 Dubitant quidam inter plures collationes, quænam earum sit valida? Respon. regulariter prima, & præfertur secundæ; cap. post electionem, in fin. ibi primitus fuisse concessum, de concess. præben. cap. eam te, de rescript. cap. eum cui, & c. quia sæpe de præbend lib. 6.

8 Limitatur quando fuit aliquod impedimentum in persona conferentis, vt quia erat excommunicata, & sic conferre non poterat cap. postulastis, de cler. excom. mini. vnde si prius contulit, & postea absolutus iterum, secunda collatio valebit. c. cum inter, de consuetu. & c. cum inter, de elec.

9 Secundo quando erat impedimentum in persona eius, cui collatio facta fuit, quia inhabili facta fuit, & postea habili, tunc secunda præfertur. c. cum nostris de concess. præb. vbi Panor. & alii. scripsi in tract. de pacifi. possess. in 4. limit. c. super eo; ibi, nõ vitio personæ de elect.

10 Tertio quando aderat impedimentum ratione temporis, vt si ante deuolutionem fuit collatum; tunc non valet collatio, etiam post tempus; sed facienda est noua collatio tempore debito, c. 2. & c. statutum, de præben. lib. 6. & c. 2. de concess. præben. Panor. & alii in c. cum ex officii de præsc.

11 Quarto quando ratione rei erat impedimentum, vtpote quia non expressit modũ vacandi, sed secundus sic, tunc is præfertur; cap. susceptum, de rescrip. lib. 6. vel contulit antequam vacaret, vt c. 1. 2. & c. post electionem, de concess. præb.

12 Vel forma non est seruata, c. quia propter, & c. super eo, de elect. & c. cum terra; ibi, quod si in in persona fuerit, vel in electionis modo peccatũ. ibidem.

13 Quinto si vtrumque impedimentum insit, & in persona, & forma; d. c. quia propter, de elect.

14 Vltimo aliquando non valet prima nec secuuda collatio, vel electio, vnde facienda est tertia; c. considerauimus, de elect. c. cum Vintonien. & c. auditis, ibid. & clarius in d. c. post elect. vel impetrandum est de nouo beneficium.

*Collatio duorum bñficiorum simul an valeat.*

14 Si tamen episcopus conferret duo curata beneficia alicui vno verbo, videlicet, confero, valeret collatio; vt docet Hosti. & alii in c. quia nonnulli; de cler. non resid. & Io. Andr. in c. de multa, de præu. & dantur sex menses ad eligendum vnum ex illis, per c. referẽte, de præb. vel si adipiscatur possessionẽ vnius, videtur illud eligere; & ideo si aliud postea adipiscatur, vacabit primum, vt in extrauagan. Execrabilis. Iu. 22. & dicetur infra in tract. dispensat. in 2. parte. [ideo bonum est, vt possessionem melioris beneficii prius quis accipiat, nam scribit glos. hæc carmina.]

*Qui videt vtilius, & sumit deteriora,*
*Absit ei radius luminis absq; mora.*

in §. cæterum quod cum eo. in Inst.

*Epi vicarios constituere debent.*

16 Aliquando collatores non per se, sed per alios conferunt, vt episcopi, qui absunt ab episcopatu, vt sunt plurimi: tenentur enim relinquere vicarios in episcopatu, c. quoniã. de offi. ord. vbi Panor. & alii. & §. teneantur. de collat. in Concord. & olim cum episcopus absens erat, vel alius collator, constituere procuratorem ei præcipiebatur, in c. fin. de uoto. vbi tex. vocat eum procuratorem, alias vicarium. Idem in c. petitio. ibi uicariæ siue procurationis, de procura. ubi Host. & doctor. hoc probant. & Ias. in l. insulam. ff. de præscr. uerb.

17 Ideo dixi ualere insinuationem nominationis factam isti procuratori generali in tem-

temporalibus, & spiritualibus constituto ab episcopo: alioqui esset in potestate episcopi sic nominando fraudare graduatos, & nominatos isti procuratori insinuantes, ac etiã mandatarios isti constituto præsentare mandatum cupientes.

*Minister fratrũ minor. vicariũ cõstituere dẽt.*

18 Item minister fratrum minorum tenetur constituere vicarium: vt consuluit Card. Ruy. consi. 148. uisis quibusdam, col. 2. nu. 4. in 4. vol. & isti vicarij conferunt nomine episcopi, quę materia, quia est valde vtilis, & in iudicijs frequens, & parum ab interpretibus tractata, ob id eam hic tractare plena manu & abunde statui.

## *De Vicarijs Episcoporum.*

*Creari põt vicarius sine capituli cõsensu.*

SCiendũ † igitur est, quòd episcopi creare sibi vicarios possunt sine consensu capituli, & remouere: vt docet Host. in summa, de offic. vica. §. in quibus. vers. sed nunquid, quod etiam approbat cõsuetudo, quæ in talibus est seruanda. c. ea noscitur. de his quæ fiunt à præla. Butrig. in c. tua. de offi. vica. refert Io. Franc. in tract. de offic. & potestate capituli sede vacan. q. 10. col. 4. in 2. parte.

*Vicarij nõ ostẽdẽs vicariatum quo puniatur.*

2 Tenetur tamen vicarius probare literis se vicarium, alioqui non valebunt gesta ab eo. Bertach. in tract. de episcopo, in 7. parte, 4. lib. q. 8. post Bald. in cap. pastoralis, de rescript.

3 Et si gesserit se pro vicario, conferendo beneficium alicui, & postea non ostendat mandatum ei, cui contulit, ad interesse tenetur: quod non potest esse minus, quàm valeat beneficium collatum: vt in tract. nomina. scripsi in q. 14. nu. 71. & ad hoc solent condemnari [vicarij, qui sic decipiunt eos, quibus conferunt.]

*Dignitatẽ hẽt vicarius epi compatibilẽ cũ alia.*

4 Vicarius igitur hic dicitur, qui episcopi vices gerit, vt in rub. de off. vica. & is dicitur habere dignitatem, ideo rescripta Papæ ei dirigi possunt. cle. & si principalis. de resc. etiam si sit tantum vicarius capituli sede vacante, vel officialis, nisi esset foraneus: vt vocat gl. & doct. ibi. & expresse Io. Franc. in tracta. de potestate capituli sede vacan. q. 10. partis secundæ, colum. 2. uersi. sed nunquid.

5 Vbi plus dicit à residentia excusari, & lucrari fructus tempore absentiæ: quia in seruitio ecclesiæ esse censetur. c. ad audientiam. de cleric. non residen. consuetudo tamen multarum ecclesiarum illum absentẽ non excusat.

*Vicarius* 6 Est tamen differentia inter vicarium, & delegatum: quia vicarius intelligitur is, qui vices gerit ordinarii in eodem loco & tribunali, quo ordinarius, nec de vno ad alium appellatur: delegatus verò quo ad hoc dicitur, cui committitur etiam vniuersitas causarum, à quo appellatur ad delegantem, quia non est idem consistorium. c. 2. & 3. de consue. lib. 6. & Bar. in l. 1. in fi. ft. quis, & à quo appelle. Bertach. in tracta. de episcopo, in 7. parte 4. lib. quæst. 9. quia non est delegatus generalis, sicut vicarius: ut probatur in cap. super. §. porro. de offi. deleg. Bald. in l. aliquando. ff. de offi. pro consul.

*& delegatus differunt.*

7 Sed notandum est, hunc vicarium non habere dignitatem incompatibilem cum alia, vt docet Panor. vt per illum tex. in c. de multa, de præb. ideo per adeptionem dignitatis non vacat vicariatus, nec econtrario, vt d. cle. & si principalis. de rescrip. dẽt tamen is vicarius præcedere archidiaconũ, etiam maiorem, quia loco episcopi est, & sicut episcopus est honorandus c. præcipimus, 93. dist. quẽ sing. uo. Lud. Rom. singu. 362. & Fel. in rub. de maio. post Panor. cõsi. 21. viso dubio, in 1. vol. dicens non valere consuetudinem in contrarium.

*Requisita in vicariatu primo scriptura, & testes.*

8 Annotandum est, quod in vicariatu plerumque sequentia requiruntur. Primo scriptura, quam oportet edere his, qui indigebunt potestate sua, quam non posset vicarius edere, si non haberet, & hoc etiam probat l. vniet, C. de mand. prin. c. cum in iure. de off. deleg. & quamuis quidam intelligant illa iura in delegatis Imperatoris, vel Papæ, tamen cum eadem ratio sit in hoc casu, idem seruabitur: & hoc iure vtimur, quamuis Do. de Rota contrarium videantur probare decisi. 397. si episcopus in 2. q. in nouis. [sub titu. de offic. vicar. decisio 5.

9 Quæ opinio posset intelligi valere collationem vicarij constituti verbo episcopi, dummodo probetur per testes ptãs, tũ vicarius nõ dẽt exercere officiũ, nisi hẽat scripturam suæ potestatis, & eam exhibeat petentibus, alioqui damnis & expensis onerabitur: vt inferius dicetur. & ista sententia de consuetudine inualuit, quam probat Bald. in l. aliquando. ff. de offic. preconsul. & Petrus Paris. consi. 80. difficultas. colum. prima, in quarto volumine,

10 Ideo non debet quis fidere litteris missis ab episcopo sibi, in quibus dicitur, quo si moriatur talis, & alii, quod ipse conferat beneficia talibus, & ipse conferens inueniet se vicarium.

*Epis residens in curia, an excusetur.*

11 Item post salutationem solet episcopus narrare occupationes, quibus tenetur, forte, quia est summus Papæ pœnitentiarius, ob id nõ potest in suo residere Episcopatu, ideo necesse habet constituere vicariũ, qui suppleat eius vices. Et puto excusandũ episcopum, qui est in seruitio Papæ: vt in c. 2. & c. ad audientiam, de cleric. non residen. nollem tamen excusare eos, qui resident in curijs principum extra necessitatem.

12 Vidi etiam in vicariatus literis causam inseri, cur istum potius quàm alium creauerit vicarium, scilicet propter scientiam, & industriam, vt inferius dicetur.

13 Secundò testes in illo vicariatu interuenire debent, alioqui instrumentum cum signo sui secretarii tantum esset scriptura priuata, quæ non probaret. l. instrumenta. & l. rationes. C. de proba. & ad euitandũ fraudes, quæ super hoc fieri possent, nam prohibita sine testibus collatione, videtur etiã esse prohibitus vicariatus sine testibus, per l. oratio. ff. de sponsal. & sic censuit senatus Parisien. anno 1519. die 29. Iunij.

*Arestũ.*

14 Et bonum esset q̃ nullus reciperetur vicarius, nisi instrumentum vicariatus esset in actis registratum. & ita fuit in senatu statutũ requirente Do. Dionysio Riaut aduocato tunc egregio vniuersitatis, nunc autẽ aduocato Regio anno 1548. in mense Martio.

*Arestũ.*

15 Tertiò requiritur quòd sit generalis, c. constitutus, & c fin. de concessio. præb. vbi doc. & per c. fi. de offic. vica. lib. 6. c. deliberatione. §. prohibemus. de offic. lega. ibidẽ c. statuendum. 16. q. 2. multa valent generaliter, quæ non specialiter.

*Generalis dẽt esse vicarius, & quãobrẽ*

16 Ratio est, ne fiat fraus Lateranen. concilio. d. c. constitutus: nam is, qui non posset conferre beneficium vacaturum, daret alicui potestatem conferendi illud, quod reprobatur in d. c. 2. & ca. constitutus. & hoc cessat quando in genere datur potestas conferendi vicario. Io. de Selua in tracta. de beneficio, in 2. par. q. 21.

17 Secunda ratio est, quia si daretur specialis potestas conferendi tale beneficium, hoc saperet reseruationem, quam alij collatores extra Papam etiam legatus facere non possunt. ca. cum dilectus. de iure patro. maximè in hoc Franciæ regno. §. 1. de reserua. in concorda.

*Generalitas vicarij in quibus cõsistat.*

18 Et hæc generalitas in his consistit. Primò quòd vicarius constitutus sit in spiritualibus & tẽporalibus, alioqui in spiritualibus tantũ, nõ esset generalis, quia nõ contineret nisi vnam speciem: vt inferius dico.

19 Item generalitas esse debet vt constituatur ad conferendum omnia singula beneficia, aliàs si ad vnum conferendum constitueretur, non valeret, vt dictum fuit per d. c. constitutus, de concessio. præbend.

20 Vnde non valeret etsi data esset potestas recipiendi resignationem certi beneficij: vt decidunt do. de Rota decis. 397. si episcopus in no. [in titu. de offic. vicar. decis. 5. ] & probat Panor. in d. c. constitutus. col. vlti. & Io. de Selua. in tracta. de beneficio, in 2. parte q. 21.

*Conferẽdi põtas generalis esse dẽt.*

21 Nec equidem valeret, si data esset potestas generalis conferendi omnia beneficia, & posteà in alijs litteris esset adempta nisi in vno, quia hoc est in fraudem, ideo non valet: vt asserunt Io. And. Panor. & alij in d. c. constitutus.

22 Item generalis debet esse potestas ad conferendum idoneis, vel simpliciter ad cõferendum, alioqui si esset quis constitutus ad conferendum tali Titio, vel talibus tantum, non valeret, quia illis reseruata essent beneficia. c. deliberatione. §. inhibemus. de officio legati lib. 6. quod nec iure fieri potest nisi in Papa. cap. is cui, de præbendis, lib. 6.

*Vicarius ad cõferẽdũ beneficia certi loci an valeat.*

23 Generalem etiam eum esse putarem, si esset constitutus ad conferendum omnia, & quæcunq; beneficia certi loci: dummodo ibi sint plura beneficia, quia nec sapit reseruationem: nec votum mortis captandæ præbetur in vnum potius, quàm in alium, ergo valet cessante ratione. c. cum cessante, de appella.

24 Vnde vidi quendam Abbatem de Sabaudia constituisse vicarium generalem in temporalibus, & spiritualibus ad conferendum omnia & quæcunq; beneficia in Aquitania, quorum collatio ad nos ratione Abbatiæ nostræ (vt dicebat) pertinet, super quo vicariatu dubitabatur, quia in certo loco erat vicarius constitutus: sed fuit conclusum valere, quod sic probo: Certæ rei vel causæ tutor dari non potest. §. certæ. qui testa. tutor. dari possunt. si tamen tutor detur testamento rei Africanæ, vel rei Syriacæ, vtilis datio est: & hoc iure vtimur, l. si tamen. ff. de testa. tutel. facit l. ex facto. in magna. de hæred. instituend. sic dicemus in hoc vicario: alioqui habens duos pluresve episcopatus, & abbatias, non posset in quolibet vnũ instituere: quod est falsum.

*Ad tẽptus cõstitui vicarius potest.*

25 Et sic cum bonum sit argumentum de loco ad tempus, & è contrario, l. vinum. ff. si cert. petat. cle. ad nostram, de censibus sicut potest episcopus creare vicarium in certo loco [vtpote Romæ. cap. statutum. de præb. in 6. vbi in illo casu prohibetur, ergo in alijs non

non. arg. cap. qualis. 25. dist. l. cum prætor. de iudic. & sic potest constitui officialis foraneus & generalis. cle. & si principalis. de rescript. sic & vicarius in pluribus locis: & ita iudicauit Senatus Parisi. hoc anno 1552. potest etiam constitui ex certo tempore, vel vsque ad certum tempus, & post tempus non erit is vicarius, l. miles, ff. de test. milita.

*Specialis ptās quā do vicario conce di possit.*

26 Limita in duobus casibus: primus est quando beneficium vacaret, tunc istius potest dari specialis potestas, & conferendi certæ personæ: quia non desideratur mors proximi, cum nullus possideat, sed possidens mortuus sit. glo. & doc. in d. c. Constitutus.

27 Secundò limitatur, quando daretur potestas perpetua alicui officio, vel dignitati, seu ecclesiæ: vt quando construitur ædicula, seu ecclesia in parrochia curati, poterit isti curato dari potestas conferendi istam ecclesiam, vel præsentandi. c. ad audientiam. de eccles. ædific. & quicunque erit curatus, perpetuo conferet, siue in generale illi committatur. c. cum venissent. de institu. siue in specie. c. visis. 16. q. 2. c. pastoralis. de iure patro. glos. in c. fi. de offic. vica. Henric. Boic. in d. c. Constitutus. Idem dicerem in Papa, qui in his beneficijs plenam habet potestatem. c. 2. de præb. in 6.

*Idoneus dēt esse vicari⁹, & quan do dicatur.*

28 Quartò hic vicarius idoneus esse debet. c. fi. de voto idoneos intelligo moribus, scientia, & ætate, c. cum in cunctis, de elect.

29 Scientiam dico sufficientem, per quam suo possit satisfacere officio: ætatem verò etiam 25. annorum, d. §. inferiora. ibidem, & l. ad rem publicam. ff. de mune. & hono. scripsi in qua ætate quis sit habilis ad omnia beneficia, & officia in tract. de pacif. poss. sess. in 4. limita.

*Monachus an possit esse epi vicarius.*

30 Idoneus etiam dicitur canonicus regularis, vel monachus cum iure non prohibeatur, cum licentia tamen sui superioris. doc. in cle. 2. de rescript. de Rota decis. 4. an monachus, [Bernard. de Bisigneto, & decis. 284. sub titul. de offi. vicar. decis. 3.] nota quòd monachus in antiq. & Guido Papæ decis. 563. an monachus. per glo. in c. de præsentium, 16. quæst. 1.

31 Debet tamen monachus habere vnum religiosum de suo conuentu, quia solus stare non debet, cap. 2. de statu monacho. cle. ne in agro. §. ad hæc, illo titul. Imol. in fi. de cleric. ægrotan.

*Religiosus mendicās vicarius e-*

32 Religiosum tamen ordinis mendicantium vicarium suum episcopus instituere non poterit. cle. 1. §. Ad prioratus, de regul. quia est contra professionem illorum.

*piscopi esse non potest.*

cle. in pleriſq; de electio. hoc expresse docet Cardi. Alex. in c. si quis. in fin. 58. dist. & quia non sunt periti forensium rerum, & causarum. l. penult. C. de iudic.

*Morari vbi debeat vicarius.*

33 Ideo docti, & bonæ opinionis homines ad hoc eligi debent. authen. præsides. C. de episcopal. audientia, & benemeriti. l. ad subeunda. C. de decurio. lib. 10. & in episcopatu seu palatio episcopi debent morari. l. nullum. vbi doc. C. de offic. recto. prouinciæ, vt ibi facilius inueniantur: si tamen alibi intra ciuitatem degerent, non esset reprehendendus, quia modicum super hoc est præiudicium. arg. l. si debitori. ff. de iudic.

*Officiales regij non possunt esse vicarij prælatorum.*

34 Item consiliarij, præsides, vel alij officiales regij non possunt esse officiales, seu vicarij prælatorum generales, cum sint regiis negotijs detenti, nec ab illis, vel ab alijs pensio nē habere: vt est statutū in ordi. regul. rubr. *des Senechaux & Baillifs*, art. 24. collatio camen facta ab istis non esset nulla, quia ibidem non annullatur, quia non possēt: sed ho die priuantur suis officijs.

*Laicus nō potest vicarius esse.*

35 Quintò debet esse clericus: quia laicus vicarius episcopi esse nō potest: indecorum est enim vicarium episcopi esse laicum. c. in noua, 16. q. 7. etiam non potest laicus tracta re bona ecclesiastica. c. 2. de iudi. Probus in additio. ad Ioan. Monach. in c. 1. de offi. vica. lib. 6. col. penult.

36 Nec beneficia conferre. cap. si quis deinceps. & c. seq. cum multis alijs, 16. q. 7. hoc expresse decidit Paul. Paris. consi. 40. quamuis. col. pen. & vlt. in 4. vol. vbi idem decidit in clerico coniugato etiam cum vnica virgine, quia non retinet nisi duo priuilegia. c. vnico, de cleri. coniug. lib. 6. nisi laicus in temporalibus constituatur vicarius. Archidiac. in d. c. in noua. 16. quæst. 7.

*Vicarius in habitū clericali incedere dēt.*

37 Ideo incedere debet hic vicarius in habitu clericali, sicut constituens episcopus, alioqui laicus reputatur: quia talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur. l. item apud, § si quis virgines. ff. de iniur. c. si iudex. de senten. excom. lib. 6. nec professione discrepent, nec habitu. d. c. in noua, 16. q. 7.

38 Vnde si iste vicarius vt laicus incedens, contulerit beneficium, oportet, quòd probet se & vicarium, & clericum, siue is, cui facta fuerit collatio: quia præsumptio est cō tra hunc vicarium laicalem habitum deferentem. d. c. si iudex. de senten. excom. lib. 6. alias probare non debet is, cui collatum est beneficium, tonsuram vicarij.

39 Quod est verũ, si in suo episcopatu, vel abbatia sic incederet, secus si in itinere, vel in alia ciuitate, vbi officium non gerit constituentis. c. si quis. ibi gl. de vita & honesta cleric. quia tunc vt peregrini hñr: & illorum priuilegiis gaudere debent quo ad habitum c. vnic. de cler. peregrinan.

*Factũ uicarij non retractat cõstituens.*

40 Sexto episcopus non potest retractare factum vicarii, quia factum a vicario censetur factũ ab epo, l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & est idem consistorium c. 2. de consuetu. lib. 6. & quomodo intelligatur, doce Domi. consi. 124. si procurator.

41 Quod est verum, qñ egit iuridice, alias si contra formam, vel mandatum, non tenetur episcopus illi collationi, vel actui stare. arg. l. diligenter. ff. mand. c. cum dilecta. de rescr. nec culpa officialis vel vicarii domino nocere debet, l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtempera. l. creditor. §. Lucius. vbi Paul. ff. mand. sic consuluit Domin. d. consi. 114. quem refert Decius consi. 143. in casu. col. 2.

42 Si tamen contra mandatum contulerit, tenetur ei, cui confert, ad damna & expensas, & aliud beneficium simile conferre. c. inter cætera. de præbend. sed sicut ordinarius potest in totum suum vicarium reuocare, clemen. & si principalis. de rescri. ita & in vna collatione. c. Pastoralis. §. 1. de offi. dele. & quia sæpius de forma vicariatus dubitaui vidi, ob id formam inserendã curaui.

## *Forma vicariatus Archiepiscoporum, & aliorum collatorum.*

VNIVERSIS Præsentes literas inspecturis, Iacobus Dei, ac sanctæ sedis Apostolicæ gratia Archiepiscopus N. salutem in dño. Noueritis q̃ nos attendentes multiplices occupationes, & residentiam, quam nos oportet necessario in curia Ro. propter officij nostri pœnitentiarij Papæ debitum facere, eo nostra ecclesia in defensione iurium suorum, nostrique subditi in auditione caussarum, & redditione iustitiæ non modicum possent recipere detrimentum, ac læsionem. Considerantes igitur probitatem, legalitatem, scientiam, discretionem, ac industriam discreti uiri magistri Ioannis Motin. clerici, iurium doctoris, ipsum N. nostrum uicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus, & officialem in Archiepiscopatu nostro N. tenore præsentium facimus, constituimus, & creamus, citra tamen reuocationem aliorum Vicariorum nostrorum per nos aliàs constitutorum, dantes & concedentes eidem N. una cum aliis uicariis nostris plenam, & liberam potestatem, & mandatum speciale.

Confirmationes, & consecrationes episcoporum subditorum faciendi, & committẽdi, Abbates, Abbatissas, & moniales benedicendi, pueros, & puellas utriusque sexus confirmandi, Chrisma conficiendi, oleumq; Catechuminorum, & infirmorum, & cum ipsis etiam illegitime natis, ut ad minores ordines promoueri, & beneficia simplicia recipere, & retinere ualeant, dispensandi literas commendatitias & dimissorias ad omnes etiam sacros ordines concedendi, ipsosque celebrandi, ac conferendi, seu committendi beneficia, & officia in ecclesia, ciuitate, & diœcesi nostris, ad nostram collationem qualitercumque spectantia conferendi, & commendandi, & vniendi beneficia, resignationesque recipiendi, & beneficia resigaata conferendi.

Visitationes faciendi, synodos celebrandi, & committendi caussas criminales, & ciuiles, matrimoniales, & beneficiales, & quascumque alias tam principales, quàm incidẽtes, & per appellationem deuolutas & imposterum deuoluendas, & quæ ad nos, & ad dictam nostram eccle-

ecclesiam pertinebunt de iure, vel de consuetudine audiendi, & de ipsis cognoscendi.

Et ex officio inquirendi, ecclesias, capellas, & oratoria, ac cimiteria polluta reconciliandi, & de nouo ædificatas, & ędificata consecrādi: Et personas omnes in nostra ciuitate, & diœcesi, & in tota nostra prouincia, prout ad nos de iure metropolico spectat, & pertinet, siue sint prælati, Abbates, Priores, & aliæ ecclesiasticæ personæ quocunque nomine censeantur, puniendi, deponendi, corrigendi, & multandi sine acceptione personarū, prout delictorum qualitas, & excessus quantitas exegerint, & enormitas delinquentis, suspendendi, interdicendi, excommunicandi, præcepta & mandata faciendi, ipsaq; exequendi, & reuocandi, delinquentes incarcerandi, & condemnandi ad perpetuos carceres, vel ad tempus, pœnas mitigandi à sententijs excūmunicationis & à quibuscunque alijs casibus nobis reseruatis absoluendi, prout sibi videbitur conuenire, & in ipsis criminibus, in quibus nobis, vel aliàs à iure permittitur, vel constitutionibus synodalibus, vel prouincialibus dispensandi, & absoluendi, prout eidem N. videbitur, expedire, sententias proferendi.

Et omnia alia, & singula faciēdi, & commitendi, etiamsi maiora fuerint, & quæ mandatum exigant speciale: prout ad ipsius vicariatus, & Officialatus officium noscitur quomodolibet pertinere, cuius sententias, & mandata, prout ritè lata fuerint, rata & grata habere promittimus, & faciemus authore Deo inuiolabiliter obseruari, præcipimus & damus in mandatis tenore præsentium omnibus, & singulis nostris subditis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in omnes, & singulos rebelles ex nunc prout ex tunc ferimus in his scriptis, quatenus ipsum prompto & benigno recipien. effectu, eundem N. tanquam vicarium & Officialem nostrum, & prędictæ nostræ ecclesiæ, vt præmittitur, recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem in his, quæ secundum Deum ad nos, & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercunque spectant, vel spectare poterunt, pareant, ac efficaciter obediant, prout obedire & parere tenentur nobis Archiepiscopo prælibato. In cuius rei testimonium has, &c. Datum, &c.

NOtandæ † sunt clausulæ, quæ, in literis vicariatus exprimi debent. In primis debet constitui vicarius generalis, ne fiat fraus concilio Lateranen. c. fina. vbi glo. & Doct. de offic. vicar. & c. statutum. de præbend. lib. 6. vt superius dictum fuit.

3 Vnde si quis daret vicario potestatem generalem conferendi, & illum postea crearet vicarium generalem, non valeret: quia intelligeretur creatus vicarius generalis ad conferendum tantum, & non in temporalibus, & spiritualibus, vt fieri debet: vt sequitur: nam illa generalitas restringitur ad specialem concessionem conferendi, text. in l. quæsitum. §. sed si fundus, vbi Bar. ff. de fund. instr. Doct. in c. pastoralis. §. fi. & §. sedes. de rescript. *Generalis ptās conferēdi data alicui non sufficit.*

4 Nec etiam valeret, si diceretur, creamus te vicarium generalem ad conferendum quæcunque beneficia, per prædicta, & Doctores, in c. deliberatione, in fi. de offic. leg. lib. 6. & in cap. statutum. de præben. ibidem.

5 Ideo in literis vicariatus debet dici, constituimus te, & creamus vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus dantes tibi specialem potestatem conferendi omnia & quæcunque beneficia vacatura: vt inferius exprimam.

6 Alias collatio facta à vicario generali, cui non est data potestas conferendi, non *Collatio facta à*

*Cta à vicario generali nõ habẽte ptãte cõferendi nõ est colorata*

dicitur colorata: ideo is cui facta fuit, postea tiennĩ nõ potest iuuari decreto, de pacific. possessor. vt docet glos. in verb. coloratum. §. 1. de pacificis possessoribus. in pragma.

7 Tamen valet vicariatus, si daretur potestas conferendi beneficia vacantia per mortem tantum, vel per resignationem tantum, vt probat glossa, & Doctores in d. c. deliberatione. §. prohibemus de offic. legat. lib. 6. vbi videtur prohiberi, quando alteri quàm vicario committeret, ergo vicario generali non prohibetur.

*Vacãtia per mortem aut per resignationẽ committi posse Arestũ.*

8 Et ista est communis sententia, quam tenent. gl. & Doct. in d. c. statutum. de præb. lib. 6. do. de Rota decis. 397. si eps. in no. & decis. 5. de concess. præb. & secundum hãc opinionem iudicauit senatus Paris. etiam congregata curia relatore do. Spifame in mense Ianuario, non memini temporis.

9 Non valeret etiam, si in literis diceretur, creamus te vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus, specialiter & expresse ad conferendum: nam illa verba generalitatem præcedentem restringunt. l. legata. §. 1. ff. de suppellec. legã. & in d. §. sed si fundus. nam quando fit enumeratio specierum post genus, illa enumeratio in dubio restringit ad illas species: l. sed & si adijciatur. ff. pro socio.

10 Censetur enim illud mandatũ generale expressum in fraudem legis, ex quo non poterat eũ cõstituere specialiter, sic firmat Socin. cons. 260. in causa. col. 11. in 5. concl. vol. 2. vbi dicit non valere consuetudinem in contrarium, quod probat Barba. in cap. constitutus. colum 1. in fin. de rescript.

*Ratificatio collationis ab inferiore an fieri possit.*

11 Nec ratificationem collationis nullæ valere dicimus, nisi quatenus est necesse de nouo cõferat, teste Guido Papæ cons. 189. circa quõnem. postquàm nulla est collatio. Doct. in reg. ratihabitio. de reg. iur. lib. 6. & incipit valere à die ratihabitionis, & nõ trahitur retro, regula ratihabitionẽ, de reg. iur. in 6. vbi Doct. nisi in Papa, vt dicam in materia perinde valere inferius: [quod est notandum pro impetrante interim vt valeat.]

12 Quod non procedit in Papa, qui potest potestatem conferendi tribuere alicui, ẽt non vicario generali, etiam ad certa beneficia: c. is cui. de præbend. lib. 6. quia ipse est supra ius. c. proposuit. de concess. præb. alius verò non posset dare potestatem conferẽdi decem, vel certa beneficia: quia fieret fraus concil. Latera. per c. constitutus. de concess. præb. vbi plenè Doctor. nec procuratorem ad conferendum constituere. gl. in c. prohibemus. de offi. deleg. in 6. Petrus Paul. Parisi. cons. 49. dominus. col. 1. in 4. vol.

*Procurator nõ põt ad conferendũ nisi à regibus & alijs cõstituti.*

13 Quòd limitatur in Regibus, principibus, & laicis, qui nulla habent iura spiritualia, ad quæ possint vicarios constituere. ideo solent procuratores generales omnium bonorum creare, dando eis potestatem conferendi, præsentandi, &c. c. fi. vbi Doct. de concess. præb. Paul. de Citad. in tract. de iure patro. in in 6. part. q. 41. & seq. Roc. Curtius in eo tract. in verb. honorificum. q. 5.

14 Ad hæc non procedit in beneficijs vacantibus: vnde si vacet beneficium, potest dari potestas specialis illud conferendi per c. constitutus. de concess. præb. Aegid. Bellamera decis. 443. si episcopus. gl. 3. in §. reseruationes, de reseru. in Prag. quia in hoc cessat ratio concilii Lateranen.

15 Secundò in spiritualibus, & temporalibus vicarius creari debet. c. fi. de concess. præben. per Panor. & c. cum nobis olim. in fi. & c. nihil. in fi. de elect. c. cum venerabilis. de religios. dom. c. vlt. in fi. de stat. monac. c. si episcopus. de supplend. negl. præla. lib. 6. & suprà dictum fuit.

*In spiritualibus tm̃ creari an sufficiat.*

16 Nec sufficeret, si in spiritualibus tantũ, vel in temporalibus crearetur, quia non esset generalis. c. pen. & vlt. de supplend. negl. præla. lib. 6. licet aliquando administratio in spiritualibus tantum alicui dari soleat: c. cum nullus. de temp. ord. li. 6. & aliquando tm̃ in temporalibus, & quandoque simul.

17 Interdum verò conceditur administratio simpliciter, non exprimendo in spiritualibus, & temporalibus, licet tamen in vicariatu exprimi debeat, c. 2. de off. vic. in 6. c. 3. de consuet. lib. 6. c. 1. de offi. ord. ibid. c. Romana. de appel. c. statutum, & c. fi. de hæretic. eod. lib. & quia ecclesia solet & spiritualia, & temporalia habere. c. si quis. 1. q. 3. ideo generalis esse hæc creatio debet in spiritualibus, & temporalibus.

*In quo consistat administratio spiritualium.*

18 In spiritualibus consistit administratio, videlicet vt possit excommunicare, suspendere, interdicere, conferre, instituere, confirmare, eligere, præsentare, visitare, corrigere, & punire: collatio etiam sacramentorum tota potestas fori pœnitentialis dispensatio, & votorum commutatio in spiritualibus continetur: cap. quærenti. verbo. signi. c. 1. & c. cum in ecclesia. c. veniens, & c. ad aures. de simo. c. ad probandum, de re iud. alia patent in c. Massana. & c. sacrosancta. de elect. & c. constitutus, de relig. domi. c. si iudex laicus. de sent. excom. lib. 6. & in cle. dispendiosam. de iud. & in summa 11. q. 1. vbi gl. plena.

19 Administratio in spiritualibus cognoscitur

scitur ex natura eius, quod administratur, quia illud est spirituale: ergo administratio est spiritualis, & de re spirituali, vt plenè docet Bald. cons. 478. præmittendum. in 4. vol. Doct. in c. 2. de iud.

*Administratio tpalium in quo cõsistat.*

20 Administratio verò in temporalibus consistit in iudicio, & extra: in iudicio, qñ habet temporalem iurisdictionem pleno iure, quo ad merum, & mistum imperium, & omnem iurisdictionem. c. conquestus. de foro compet. c. vlt. ne cleric. vel monachus, lib. 6. idem si certam habeat iurisdictionem in loco. c. cum contingat. de foro compet. c. dilectus. de offi. ord. c. ad audientiam. de præscrip.

21 Extra iudicium consistit hæc administratio in omni specie alienationis. Item locare, vel ad firmam dare, census, reditus, pensiones colligere potest. c. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alien. c. vestra. de loca. c. 1. ne prælati vices suas. cle. 1. de rebus eccle. non alien. l. lex quæ tutores. C. de administ. tut.

22 Et adhuc vidi istam clausulam poni, licet constituens nulla haberet temporalia, vt actus non vitietur: quod vix est, vt episcopatus omnino sine temporalibus consistat. Cum vt sine anima corpus viuere nõ potest: sic nec sustineri ecclesia sine temporalibus. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. & qui ab ipsis temporalia auferre conantur, ipsas destruere moliuntur.

23 Et sic sub illa clausula, in spiritualibus & temporalibus, prædicta continentur, nisi ex diuersitate personarum restringatur significatio. Bal. d. consil. 478. col. 1. in d. 4. volum. & ea quæ scripsi de temporalibus, quando capiantur à iudicibus laicis in ordina. Regu. in titu. vt laici non conueniantur. &c. in tertio tomo.

*Vicarius & officialis an sint idē.*

24 Item quandoque vicarius vocatur officialis, vel econtrario: & ista vocabula synonyma esse dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de offi. vicar. ista tamen diuersitas vocabulorum regi debet pro consuetudinibus patriæ: vt docet Barb. in clemen. & si principalis, de rescript. quem refert & sequitur Bernard. de Luco in sua praxi criminali. c. 3. in verb. Officiali.

25 Ideo in aliquibus locis solet vnus simul constitui officialis & vicarius, & tunc plenam habet potestatem: & de hoc loquitur c. ex frequentibus, de instit. & c. dilectis filijs. de appella. secus vbi separatim constituerentur, ut ibidem videre licet.

26 Interdum est separatus, & separata sunt officia: & tunc separatim dirigi rescriptum debet sic, Dilecto filio N. vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Parisi. &c. vel sic, Dilecto filio officiali Lugdunen. vt asserit prouinciale fol. 14. verfi. in salutatione. rub. de saluta. seu exordijs.

*Vicarius & officialis pñt esse iudices delegati.*

27 Et hi tanquam habentes dignitatem, clem. etsi principalis, iuncta glos. de rescr. iudices delegati Papæ esse possunt, & mandatorum, ac gratiarum executores: vt plene scripsi in forma. litera. excu. in princip. in concord.

28 Et si iste vicarius, aut officialis sit Canonicus, nec tamen alios antiquiores in choro, & cap. præcedet, sed in loco suo sedebit, teste D. Gemin. & Perus. in cap. à colla. de appella. idem in vicario capituli decidit Ioan. Franc. in tract. de offic. & potesta. cap. sede vacan. in 10. q. partis secundæ. col. 6.

*Per constitutionē secundi vicarij an reuocetur primus.*

29 Secundò venit ponderanda clausula, in præfato vicariatu, citra reuocationem aliorum vicariorum, hoc eo dicitur: quia sicut per constitutionem secundi procuratoris reuocatur primus, nisi adsit ista clausula. l. si quis. §. 1. ff. de procu. ita per constitutionem secundi vicarii, c. clericos. vbi Doct. de offi. vicar. & inferius in fine istius materiæ scribam.

*Clausula plena & libera ptās quid de notet.*

30 Tertius additur clausula, Dantes, & concedentes eidem plenam, & liberam potestatem: per quam clausulam potest vicarius ea facere, quæ sub generali mandato continentur: vt in l. procurator cui. & l. procurator totorum. ff. de procur. cap. qui ad agendum. & seq. illo tit. in 6.

31 Non tamen poterit facere ea, quæ mandatum exigunt speciale, c. qui generaliter. de procur. in 7. quos congerit Bald. in §. fi. de his, per quos agere possu. in inst. scripsi in glo. concord. in §. fin. de elect. derog. in concord. Ideo solent addi clausulæ sequentes, quæ mandatum regulariter speciale requirunt.

*Confirmationes abbatū, & priorum vicarijs committuntur.*

32 Quarum prima est clausula, confirmationes, & consecrationes episcoporum subditorum faciendi, certum est quòd ad episcopum spectat confirmare Abbates, & priores sibi subiectos, non exemptos. cap. nullus primo. in 16. q. 7. c. cum ex iniuncto in fin. de hæret. c. si abbatem. de elect. lib. 6. c. cum venerabilis, & c. significauerunt. de exceptio.

33 Et ad Archiepiscopum pertinet confirmare episcopos. c. fi. 64. dist. & c. cum dilecti. de elect. & Archiepiscopum confirmat Primas, uel Patriarcha, c. bonæ. 1. de elect. c. quia propter. ubi Doct. ibid. glo. 2.

in §. facta. tit. de elect. in prag. ideo inspiciendum est quis creet vicarium: quia si episcopus, dicetur in vicariatu, Abbates, & Priores confirmandi. Si Archiepiscopus, dicet, Episcopos, Abbates, & Priores confirmandi. quia iure Archiepiscopali sub intelligitur eam potestatem confirmandi episcopos committere, postquàm illam habet: Et quia iure episcopali habet potestatem confirmandi Abbates, & Priores, ob id ista concedit specialiter, quæ aliàs sub generali mandato non comprehenderetur, vt per Doct. in c. fi. de elect. in 6.

34 Est etiam aduertendum in hac clausula consecrationem episcoporum committi vicario, quia tenetur Archiepiscopus intra tres menses a die confirmationis computandos. c. quoniam. 75. dist. cõsecrare episcopos suffraganeos, c. 1. & per totum, 100. dist. c. cum in cunctis. §. cum verò, de elect.

35 Sed hanc consecrationem vicarius exequi non poterit, nisi sit episcopus. c. episcopi. 80. dist. imò tres requiruntur episcopi, c. episcopi. 64. dist. c. fin. 66. dist. quamobrem cum quis eum constituit vicarium, qui non est episcopus, debet addere faciendi, & commitendi: vt ea in parte vicarius possit committere alicui episcopo: teste Bertachi. in 3. part. tract. de epis. q. 61.

*Benedicere moniales cõmittitur vicario.*

36 Secunda est clausula, scilicet, dãtes potestatem Abbates, & Abbatissas, & moniales benedicendi, & consecrandi: hoc enim ad episcopum pertinet, quod debet speciaLiter committere, si velit per vicarium exerceri posse, cap. 1. de supp. negl. præl. clem. fi. §. statuimus. de statu monach.

*Confirmatio puerorũ cõmitti solet.*

37 Tertia clausula est, pueros, & puellas, & vtriusq; sexus homines nostræ diœcesis benedicendi, & cõfirmandi. Certum est quòd omnibus baptizatis debet conferri sacramẽtum confirmationis, & præcipuè cum pertigerint duodecim annos, in qua ætate possunt discernere: vt dicit textus in c. vt ieiunij, & seq. de consec. dist. 5. sic dicens: vt ieiunij ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, vt moneantur confessionem prius facere, vt mundi donum Spiritus sancti valeant accipere: & quia nunquam erit Christianus, nisi in confirmatione episcopali fuerit chrismatus.

38 Quid insuper confirmatio prosit, docet tex. in c. Spiritus sanctus. ibidem. & manus impositionis sacramenti magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse, nec ab alijs, quàm qui eorum tenent locum vnquam perfici potest, aut fieri debet, c. de his. & c. seq. ibidem.

39 Et ita cùm soli episcopi confirmationis hoc sacramentum præstare debeant, c. vt episcopi. ibidem, nisi iste vicarius sit episcopus non poterit confirmare, etiam si hoc haberet consuetudo. c. quanto. de consuetu. sed committet episcopo iuxta potestatem sibi datam. ca. vno. §. per frontis. de sacra. vnct. & Florentinus in 3. par. summæ in titu. de confirma. plenè tractat: ibi vide.

*Chrisma cõficere cõmittit.*

40 Sequitur quarta clausula: Chrisma cõficiendi, oleum catechuminorum, & infirmorum, ista quoq; solent episcopi conficere die Iouis sancta: & quare hoc fiat, docet Ioan. Duran. in Rom. diuino. offic. lib. 1. de vnct. & in lib. 6. de quinta feria. & hoc etiam habetur in Pontificali, & in c. vno, de sacr. vnct vbi ista declarantur.

*Dispensat cum bastardis vicarius potestatẽ specialẽ ad hoc habens.*

41 Quinta clausula. Et cùm ipsis etiam illegitimè natis, vt ad minores ordines promoueri valeant, dispensandi. c. 1. de fil. presbyt. lib. 6. vbi episcopus illam habet potestatem: ergo illam committere potest.

*Eps non dispẽsat ad ꝑbendas ecclesiæ cathedralis cũ legitimè natis.*

42 Etiam potestatem habet dispensandi, vt cõferatur isti beneficium simplex, & sine cura, non tamen ad præbendas cathedrales propter præeminentiam & auctoritatem, quam habent canonici cathedralium eccle siarum. Domi. de Rota decis. 136. voluerunt Domini, in no. & decis. 408. nota in antiq. quamuis Archid. in c. 1. teneat contra, quem refert de Selua in tract. de benefi. in 3. par. q. 61. dicens hoc non fuisse prohibitum, ergo concessum.

43 Sed ego dicerem prohibitum, in d c. 1. ibi, dummodo sit tale, super quo per ipsum episcopum valeat dispensari, ergo est aliquod beneficium sine cura, super quo non potest episcopus dispensare: vt sunt præbendæ ecclesiæ cathedralis. c. sanctorum. 70. dist. & ecclesia ipsa cathedralis propter bonorem ipsius non comprehenditur sub generalitate. c. quamuis. de præb. lib. 6. & hoc tenet Ioan. Monach. in c. 1. de fil. presby. & hæc sententia in curia Romana seruatur: vt asserit Fel. in c. postulasti. col. 7. vers. secunda conclusio. de rescrip. glo. in §. item censuit, in verb. cathedralibus, de collatio. in prag. & ad beneficia curata solus Papa cũ his illegitime natis dispensat, vt est tex. in dicto cap. 1. & ad maiores ordines, vt ibi.

*Dispensandi potestas nẽ trãsit cũ generali.*

44 Et quia potestas dispensandi non transit cum generali mandato, cap. auctoritate, de priuileg. lib. 6. ideo opus est speciali concessione,

cessione, teste Calderi. consi. 3. an vicarius, de offic. vicar. glos. in c. quæ de causa, 2. q. 4. Cardinal. Alex. in cap. denique, col. 7. vers. sed iuxta hoc, 4. dist. Feli. in cap. at si clerici, §. de adulteriis. col. vlti. de iudi. Domi consi. 38. pro clariori, col. 3.

45 Immo vicarius generalis non poterit dispensare, licet istam habeat potestatem, cũ quibus Papa episcopo dispensari mandat, cum intentio committentis ad hoc nõ se extendat, sed ad episcopum referatur: & vltra intentionem non valeat dispensatio, nec actus. c. fin. de præb. gl. not. in §. visum, alias incipit, quia circa, in verb. legatorum. de colla. in Prag.

46 Et sic patet, q̃ vicario est prohibita dispensatio in casibus, et' am in quibus potest episcopus de iure dispensare, quos memorãt Doct. in c at si clerici. §. fina. de iudic. post Speculat. in tit. de lapsis & dispensat. §. nunc de episcoporum. nisi huic vicario data fuerit specialis potestas, vt docet Bertachinus in tract. de episcopo. in 7. par. 4. lib. q. 14. ideo potest addi ista clausula, & alias prout nobis competit, vel competere poterit, etiam ex Papæ, vel aliorum delegationibus, seu cõmissionibus, vel alias quomodolibet.

*Dimissoria ad ordines q̃ a vicario cõcedi possint.*

47 Subsequitur clausula sexta. Literas commendatitias, & dimissorias ad omnes, & singulos etiam sacros ordines concedendi, ipsosque conferendi, vel committendi. Ista vicarius generalis sine speciali potestate concedere non potest. cap. cum nullus. §. episcopo. de temp. ordin. lib. 6. Ioan Franc, vbi supra. q. 1. par. 2. col. 6. Host. & Aegid. Bellamera in c. significasti. de offi. Archid.

48 Quod est verum, nisi episcopus in remotis ageret d. c. cum nullus, & ibi Perus. in 4. not. sed hoc non est tutius, vt potestas concedatur. Et si vicarius fuerit episcopus, datur clausula etiam celebrandi ordines sacros & conferendi, seu committendi, si vicarius non sit episcopus.

*Conferendi nomine includitur quælibet prouisio.*

49 Septima clausula, beneficia, dignitates, personatus, præbendas, ac alia quæcunque beneficia & officia, quorum collatio ad nos qualitercunq; spectat ratione nostri archiepiscopatus conferendi. Sub hoc nomine conferendi, includitur institutio, præsentatio, & alia quælibet prouisio, rub. vt eccles. benefi. sine diminut. conferant. Scripsi in §. statuimus secundo in verb. conferantur. de colla. in concord.

50 Idem si data esset potestas prouidendi ad beneficia. Prouisionis enim verbum latũ est, gl. in clem. fi. de elect. scripsi in §. præfatiq; ordinarii, in verbo prouisionem, de collat. in concord.

51 Si tamẽ sola data fuerit potestas præsentandi vicario, is conferre non poterit: quia vnus specialis modus non comprehendit alium: c. cum in illis, §. cum autem. de præb. lib. 6. c, susceptum, de rescrip. eodem li. Sed verbum conferendi est generale: ob alios comprehendit modos, quamuis contrarium teneat Pau. Castren. consi. 361. venerabilis q. 2. vol. 1.

*Specialis conferendi potestas dari & cur debet.*

52 Immo si fuerit concessa potestas eligendi, & præsentandi, cum clausula, & alia omnia etiam maiora faciendi, non comprehenderetur conferendi potestas, vt firmat Gemi. d. §. cum autem. in fin. quia illi modi sũt speciales, secus in verb. conferendi, ut supr. probaui, per rub. ut ecclesia. benefi. sine diminutione conferant. quia nihil uidetur maius potestate conferendi, ut quis habeat idoneum eligere, & illi conferre. c. graue. de pben. sic consuluit Bertran. consi. 133. dubitatur. col. 1. uol. 2. ex prima editione, quamuis hodie nostri collatores permulti indoctis potius, quam doctis conferant.

53 Et iõ is uicarius sine speciali cõcessione hæc beneficia non poterit conferre, c. fi. de offi. uicar lib. 6. quia in generali concessione non ueniunt ea, quæ non esset quis uerisimiliter concessurus, ut ibidem dicitur: & quia lex magis confidit de prælato, cuius oues sunt propriæ, quam de vicario. Io. x. & Clade Seycello, in speculo feudorum. qui feudum dare possi. §. secundo principaliter, col. 10. & quia conferre donare est, d. c. fin. & c. relatum. in gloss. de præben. & in generali mandato non venit vt quis donare possit. l. filiusfa. ff. de don. quia donare est perdere, ut ibidem dicitur: & in dubio quis non videtur velle iactare, nec perdere suum, l. cum ẽ indebito. ff. de probat. Bertrand. consil. 133. viso processu. col. 1. in 2. vol. ex antiq. editio.

54 Et quando specialis mentio fieri debet, non sufficit generalis, c. in nostra. in fin. vbi Doct. de rescript. gl. in clem. dudum. in ver. pacta. de sepultur. sic consuluit Alexan. consil. 122. viso puncto, col. 3. & seq. & cons. seq. in 4. vol. & cons. 155. videretur. coll. 1. in 6. vol. glos. in verb. expresse. in c. inquisitores. de hæretic. lib. 6.

55 Nam vbicunque lex vult vt aliquid specialiter fiat, non sufficit exprimere in genere, l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. vbi iussus in acquirendo hæreditatẽ debet esse specialis: vt Alex. not. ibi. & in l. 1. circa finem, de lib. & posthu. Socin. consi. 45. visa appellatione, col. 3. in 1. vol. sequitur Albert. Brunus in tract. de forma, & sollemn.

actus,

actus, rub. de supplemento, ac obseruantia formæ, col. 18. vers. 18. limitatur.

*Specialis potestas qua dicatur.*

56 Item specialiter dicitur fieri, quod fit nominatim, & expressis verbis. gl. in cle. 1. in verb. specialiter. de iud. clem. constitutionem de elect. c. pastoralis, de except. l. de his, ff. de transact. l. si quis. in prin. de leg. 3. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testa. l. fin. de administr. tut. l. fin. de noua. l. fi. de indict. viduit. tollend. Barba. expresse in cons. 25. scribitur col. 9. in 1. vol. & cons. 15. præclare, col. 7. num. 11. in 2. vol. & cons. 63. illud col. 1. in 3. vol.

57 Et quod est a generalitate verborum extractum, dicetur specialiter dictum, vel factum. l. item apud §. hoc edictum, ff. de iniur. l. vxorem, §. felicissimo. & l. seruis vrbanis, in fi. de leg. 3. sic consuluit Alexa. consil. 134. præuiso themate. col. 2. in 1. vol. & consil. 7. videretur. col. 2. nu. 4. in 4. vol. Fel. in c. ad aures. col. 1. & ibi in additio. de rescript. Imol. in clemen. 1. col. 3. nu. 12. de iud.

*Singulariter non est concedendi potestas ex primæua*

58 Tamen tex. dicit specialiter exprimendam collationem, non singulariter conferendi talem ecclesiã, & talem. immo hoc non valeret, nisi generaliter ei committeretur, & potestas generalis conferendi beneficia vacatura tribueretur, secus in vacantibus c. constitutus. de concess. præb. Sic consuluit Alexan. in cons. 95. diligenter. col. 1. & seq. in 5. vol. & hoc repetiit cons. 63. in 6. vol.

59 Vnde sufficit quod quis habeat speciale mandatum ad alienandum, licet non exprimatur, quæ res alienanda sit l. procuratorem. vbi Doct. C. de proc. sic consuluit Ale. consi. 189. viso statuto. col. 2. in 7. vol.

60 Itaque specialiter dicitur data potestas, quando expressa collationis, vel prouisionis, seu dispositionis beneficiorum facta est in vicariatu mentio: alias non, cum illud dicatur specialiter concessum, quando est a generalitate verborum abstractum, d. l. item apud, §. hoc edictum, ff. de iniur. c. qui ad agendum, de proc. lib. 6. glos. & ibi Imol. numer. 12. in clementi. 1. de iudic. vt superius dictum fuit: & plene prosequitur d. Andr. Tiraq. in tract. de leg. connub. in gl. express.

*Vicarii Papæ sine expressa cõcessione non conferri.*

61 Item etiam procedit in Vicariis Papæ, vt non possint conferre, nisi eisdem a Papa data sit potestas, qua limitata potestas extendi non potest, l. in agris, ff. de acquirend. rer. do. & rationibus aliis superius expressis, & hoc docet Fel. in c. cum ordinem, col. 4. vers. limitata, de rescip.

62 Idem in Vicariis capituli vacante sede. Io. Franc. in tract. de off. & potesta. c. sed. vacante, q. 10. partis secundæ.

63 Et quamuis dictum cap. fi. de offi. vicar. lib. 6. loquatur in vicario Episcopi, tamen qa est eadem ratio in vicario Papæ, & aliorum, qui conferre pñt, nisi in laicis eadem erit iuris decisio: l. illud, ff. ad legem Aquil.

*Cardinalis vicarius non confert sine speciali concessione.*

64 Etiam si vicarius esset cardinalis, quia conferendi non dicitur habere potestatem, nisi sit legatus. c. 1. de offic. leg. lib. 6. hoc tenet expressim Bal. in l. aliquando, quæst. penult. ff. de offi. proconsul. & lega. quem sequitur Catellian. Cotta in 2. parte Memoral. in verbo, vicarius.

65 Quamuis contrarium teneat Barb. in tract. de præst. Card. in præludio 2. par. per tex. in l. vicarius, ff. de legatio. vbi vicarius dicitur legatus, & legatus conferre beneficia potest, ergo & cardinalis vicarius. respõ. quod ille textus: de alio legato loquitur, & probat contrarium sic dicens, qui est vicarius alieni muneris voluntate sua datus, cogitur legationem suscipere, non tamen est legatus antequam suscipiat, quo ad conferendum.

66 Et sic non omnis vicarius est legatus, p illũ textũ, & diuersitas nominũ rerum diuersitatem inducit, l. si idem, C. de codic. ideo hic cardinalis ab episcopo vicari⁹ creatus conferre tamquam legatus non ptest, qa non est legatus a latere, cui tantum conceditur, c. 1. de off. leg. in 6.

67 Tamquam vicarius ẽt non potest, quia ei non est data potestas: tamquam cardinalis, non reperitur quod illam habeat potestatem conferendi, antequam sibi speciatim detur, ergo nullo modo potest conferre, si nõ sit nisi vicarius constitutus ab episcopo, vel archiepiscopo: & nisi potestatem ad hoc expressam habuerit.

68 Nec refragatur, quòd cardinalis, quando constituitur legatus, sicut gaudet prærogatiua honoris vltra alios: d. c. 1. de offi. dele. lib. 6. & ita quando cardinalis constituitur episcopi vicarius, transit honor in cardinalem vicarium, ratione sui cardinalatus: sed quod ex hoc habeat potestatem conferendi nullo iure cauetur, vt prædixi, licet sit honorandus tamquam cardinalis: & aliud est habere honorem, aliud potestatem conferendi: multi habent honores, & conferendi potestatem non habent, vt notorium est.

69 Nec obest, quòd conferre beneficia magis sibi competit gratia honoris & prærogatiuæ, quàm legationis. d. c. 1. de offic. lega. libr. 6. ergo quando est vicarius cardinalis, habet illam prærogatiuam honoris, ergo poterit conferre. respon. quod cardinalis, eo quòd cardinalis est, non habet illam potesta-

testatem, beneficia conferendi, sic nec quãdo est vicarius, nisi sibi committatur.

70 Sed statim quod est legatus a latere a iure habet, d. cap. 1. & per hoc puto cardinalẽ constitutum vicarium siue a Papa, siue ab alio, non posse conferre beneficia, nisi sibi expresse commissum fuerit, sed hoc adulationis forte gratia sustinuit Barba. in d. tracta. de præstand. Card. in præludio secundæ partis, ubi uolebat cardinales priuilegiis cõtra ius extollere, & priuilegia, quæ sunt facti, cap. 1. de constit. in 6. oportet quòd allegans probet cap. cum personæ, de priuileg. eod. libr.

*Procurator laici non põt præsentare si non fuerit specialiter ei dem dare põtas.*

71 Idem in procuratore generali laici, ut non possit præsentare, nisi expressa detur eidem præsentandi potestas. Panor. in ca. fin. de concess. præb. ubi dicit quòd laicus non potest constituere uicarium, sed si necesse habeat proficisci longa absentia, poterit procuratorem generalem omnium bonorum constituere, cui præsentandi potestatem cõcedet. hanc opinionẽ ibidem sequitur Imol. & alii, & Paul. de Citad. in tracta. de iure patro. in 6. par. q 41. & q. seq.

72 Vbi dicit patronum ecclesiasticum debere constituere uicarium generalẽ ad omnia, ac etiam ad præsentationes faciendas: cui assentit Philipp. Probus in c. 1. de offi. uicar. in additio. ad Ioan. Monach. post Rochum Curtium in tractat. iurispatro. in uer. honorificum. in q. 5.

*Vicarius alium cõstituit.*

73 Item uicarius alium constituere non potest, cap. clericos, de offi. vica. nisi fuerit eidem data potestas substituendi alium, argu. cap. fin. de procur. lib. 6. quia personæ industria electa esse intelligitur, quæ in diuersis est diuersa, l. inter artifices, ff. de solution. l. si non sortem, §. libertus, de condition. indebi. istius est sententiæ Bal. in Marga. in in verb. vicari°, q. 4. allegat Hostien. in d. cap. clericos.

74 Et quia iudex delegatus alium non potest substituere vel delegare, l. a iudice, C. de iudi. nisi ex maxima caussa, & non frequenter, vt consuluit Bertran. consi. 117. ex litteris, col. 3. num. 5. in 1. vol. secundum nouam impressionem. & Paris. cons. 80. in 4. vol. & cons. 89. ibidem, post Guid. Papæ in decis. 374. permutatio circa finem.

75 Nec in spiritualibus tantum potest substituere, uel in temporalibus, nisi aliter consuetudo se habuerit. vt decidit Ioan. Franc. in tract. de offi. & potesta. cap. sede uacant. in 10. q. partis secundæ.

76 Vel nisi data esset potestas substituendi d. cap. clericos, de offi. uicar.

77 Et tunc bonum est inserere hæc verba, Damus potestatem substituendi alium, quẽ nos uicarium cum eadem potestate constituimus. doct. in cap. 1. de offi. uicar. & tunc poterit substitutus conferre substituenti, quia a domino censetur constitutus, ut statim dicetur. *Substitutus vicarij an illi conferre possit.*

78 Vel nisi esset consuetudo. Aufrer. in decis. Tholosa. q. 36. ubi firmat uicarium posse procuratorem constituere, ẽt si eidem hoc expresse non fuerit concessum: allegat Collecta. in c. tua nos, de off. uicar. & Nicola. Mili, in uerb. uicarius episcopi, sed uicarium nõ nisi consuetudo hoc concedat.

79 Item habens potestatem conferendi, & substituendi aliũ cũ simili potestate, substituere potest, non expresso, quod dat speciali ter potestatẽ conferendi substituto, sed substituit cum simili potestate, quia cẽsetur speciális habita relatione ad primam, iuxta l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudic. l. ubi autem. §. qui vero de uerb. obli. vbi paria sunt exprimere certum, vel se ad certum referre. & p hoc videtur tex. in c. tibi quĩ, de rescr. lib. 6. & ibi Alex. de Antilla declarat. *In substitutiõe vicarij an conferendi põtas, sit exprimenda.*

80 Quia substitutio facta per vicarium debet intelligi sicut prima constitutio, & continet idem quod in prima vicarii potestate cõtinebatur. l. esse toto. ff. de hæredib. instituẽ. plenè Alber. Brunus in tract. de form. & solẽnita. actus, rub. ex qbus cõsistant forma & solemnitas. vers. Sed qd de eo, quod exprimitur: & certũ illud dicitur, qđ fit per relationẽ ad aliud. l. certũ. ff. si certũ pet. Feli. in c. cũ venerabilis, de exceptio. Bar. & alii in l. 1. ff. de vulgar. [Et qñ dat hæc potestas substituẽdi cum simili potestate, substitutus censetur ab ipso eẽdem cõstitutus, & iõ poterit cõferre substituenti. l. itẽ eorũ. §. 1. ff. quod cuiusq; vniuers. no. c. 1. c. is qui, & c. si duo. de ꝓcur. lib. 6. Do. de Rota decis. 8. substitutus tit. de procur. in no. 6. & decis. 33. si aliquis. ibidem scripsi in tract. nomina. q. 14. n. 104. Item beneficia substituentis conferre poterit, & ea omnia resignet alteri, cum omnia beneficia conferre possit ex generalitate vicariatus. c. fi. de offi. vic. lib. 6.]

81 Si tñ eps vicario dederit potestatẽ aliũ substituẽdi, nisi dixerit, cum põtate conferendi, vel cũ simili põtate, hic substitutus cõferre nõ poterit: qa sub ista gñali põtate nõ venit cõferẽdi põtas. d. c. fi. de off. vic. in 6. sic cõsulit Paul. Paris. in suo cõsi. 80. difficultas. col. 2 in 4. vol. nec maiorẽ in hoc censetur habere potestatem vicarius, quàm dominus. Bald. in l. aliquando, ff. de offic. proconsul.

*Vicarius non pōt beneficiū conferre, ēt si a Papa fuerit concessum.*

82 Intelligendum autem est, quòd quamuis episcopus, aut alius collator, possit creare vicarium, vel vicarios ad conferendum beneficia. cap. fin. de offi. vica. in 6. tamē iste vicarius, vel vicarii non poterunt conferre episcopo, qui illum creauit, quia sibi ipsi p se non potest conferre, nec potestatem conferendi dare, cap. fin. de instit. Fely. in cap. sane. 2. in fi. de offi. delegat.

83 Ob id solent aliqui episcopi ambitiosi, ac abbates omnia deglutire beneficia, cupiētes a Romano Pontifice hoc impetrare, vt vicarios habeant, qui illis, qui crearunt eos, possint conferre: & tunc hoc poterunt vicarii auctoritate Apostolica, & non ordinaria ne vnus conferat sibijpsi, contra d. cap. per vestras. de iure patro. vidi tamen istos vicariatus tamquam Reipublicæ pestilentes reprobari per Senatum Paris. & procuratorē Regium tamquam ab abusu appellasse: alioqui omnia beneficia possent collatores retinere, sicut hodie quidam ex nostris. [ qui nulla beneficia sine vtilitate conferunt, quibus ignis inferni perpetuus, si non resipiscāt, consecratus est.]

84 Ex quo infertur, quòd is vicarius habēs specialem conferendi potestatem, poterit conferre omnibus, quibus potest episcopus, & sic etiam habentibus beneficium: dummodo ostendatur ei dispensatio. c. ordinarii. §. primo, de offi. ordina. lib. 6. docto. in d. c. is cui. de præbend. eod. lib.

*Vicarius examinare an teneat conferat debet.*

85 Et sicut episcopus debet examinare p̄sentatos, & illos instituere, cap. cum autem de iure patro. ita debet vicarius, antequam eos instituat, alioqui damnationem sibi acquirit: nisi episcopus aliquos nominauerit vicario, vt illis vicarius conferret, tunc imputabitur episcopo, & vicarius illos non examinabit. argument. cap. si episcopus, de præbend. in 6.

86 Si tamen eos cognosceret inhabiles, non debet eis prouidere, sed debet episcopum, cuius vices gerit, monere: alioqui vterque reus est, & super his multæ fiunt fraudes: qa cōiter qualis collator, talis vicarius: ideo dicit *nolo vicarius esse*: quia fere omnes se, & suos ad inferos deuoluunt.

87 Et si in vicariatu dictum fuerit, vt conferat idoneis, intelligitur de idoneis moribus, scientia, & ætate, cap. cum in cunctis, de elect. hoc expressim decidit Pau. Paris. consi. 40. quamuis, colum. 2. in 4. vol. vt supra tius dictum fuit.

*Vicarius epi etiā iure de-*

88 Poterit etiam vicarius huius potestatis ratione conferre tam beneficia, quæ iure p̄prio episcopus confert, quàm iure deuoluto, vt docet Io. Franc. ubi sup. col. 10. tutius est tñ exprimere etiā deuoluta in vicariat⁹ instrumento: vt sæpius vidi expressum.

*uoluto beneficia vacata cōferre po test.*

89 Verumtamen episcopus, qui potestatē conferendi dedit, conferre ante vicarium poterit per tex. & glo. in cap. constitutus, de concessio. præb. quia maiorem potestatem retinuit sibi, quàm concesserit, vt dicitur de Papa, in cap. dudum, de præben. libr. 6. & sicut illum reuocare potest in totum, clementina. & si principalis, vbi nota. de rescript. ita & adimere potestatem in aliquo, videlicet in illo beneficio, quod prius confert, c. pastoralis, §. item cum totum, de off. deleg.

*Vicarius collationi faciē dē an cōsentire possit.*

90 Item sicut vicarius non potest conferre sine speciali mandato, ita nOn potest consentire collationi: nam qui non potest donare, nec donanti consentire, l. creditor, C. de donat. inter vir. & vxo. l. cum quis, ff. de reg. iur. multa super hoc congerit suo more D. Andr. Tiraq in tract. de leg. connubia. in vl. leg. gl. 3. qui enim consentit donanti, rem ipsam donare videtur, quod non potest vicarius, l. quæ dotis, & ibi Bal. col. 3. ff. soluto matri. l. si liqueat, vbi Bald. 2. no. C. de inoffi. dona. l. in ædibus, §. quod filiusfamil. ff. de dona.

91 Vnde si canonici tenebantur conferre cum consensu episcopi, non poterit capitulum conferre non habito episcopi consensu, c. vno, §. pone, sede vacante, lib. 6. c. si pro te, de rescript. ibidem. & ibi glo. in verb. assensu, l. fi. C. de contrah. emp. hoc docet plene Maleret. in tract. de elect. in 12. q. fol. 75.

92 Etiam absente episcopo non poterit vicarius consentire, c. fin. de offic. vicar. libr. 6. Allegatur Fed. cons. 265. si canonici.

93 Limitatur quando vicarius haberet potestatem conferendi, tunc poterit & consentire: vt probat Archi. in c Reatina, 63. disti. nam qui dare potest, & donationi consentire potest, l. sicut, §. venditioni, ff. quibus modi. pig. soluit. vbi qui testari potest, & consentire vt alius de re sua testetur: & sic in casibus specialibus, in quibus est data potestas conficiendi illos actus, multo fortius consentiendi: & sic poterit vicarius consentire in illis actibus, in quibus est specialis sibi data potestas, etiam si non sit expressum, quòd consentire possit.

94 Secundo quando accessorie præstandus esset consensus, vt in patre, qui filio consensum præstare debet agenti, tunc si pater absit, poterit filiasfa. agere sine consensu, l. si lōgius, §. 1 ff. de iud.

95 Tertio limitatur in consilio, nam si is, q debet consulere, sit absens, & non sit breui reuersurus, non erit expectandus: sed potest bene-

beneficium conferri, & actus fieri nō requisito consilio, secus in consensu, qui omnino est habendus, etiam si immineret periculū tex. in d.c.vno, §.fin.ne sede vacan. lib.6. vbi glo. & tex. ibi non repetit consensum, sicut in §. Præced. idem scribit glo. in verb. assensu, in c.si pro te, de rescri. illo lib. sic intelligi debet opinio Ludou. Roman. sing. 693. ex longeua.

96 Quarto non procedit in casibus inclusis in generali mandato, in illis ratione vicariatus generalis consentire poterit, & in illis casibus, quos potest ratione vicariatus generalis expedire: tunc absente episcopo in illis casibus poterit vicarius consentire: & requiri eius consensus debebit.

97 Et sic potest intelligi sententia Archi. in d.c. Reatina, 63. distin. facit c. cum nullus, §. episcopo, de tempo. ordinand. libr. 6. Felin. in c. ex parte, col. 3. vers. an autem. de constit. & Ias. in l. in prouinciali. §. si ego, col. 3. nu. 6. ff. de noui ope. nuncia.

98 Immo potestas conferēdi data vicario, vt conferat beneficia ad episcopi collationē spectantia, non extenditur ad beneficia, quę episcopus conferre potest auctoritate Apostolica, vtpote propter negligentiam regularium prælatorum, clem. vnic. de supplend. negli. præla.

*Vicari⁹ quæ beneficia conferre nō possit.*

99 Ideo in instrumento vicariatus hæc verba conscribi debent, damus potestatem conferendi beneficia, quæ nos iure ordinario cōferre possumus, & etiam omnia alia, quę iure deuoluto auctoritate apostolica, vel quauis alia potestate a iure communi, vel speciali nobis concessa, vel dicitur qualitercunque, vel quomodocumque spectantia, seu quomodolibet. [Potest tamen legatus a latere ex generali potestate conferre, c. 1. de offi. legat. lib. 6. Dec. cons. 128. licet in casu. in fin. quod secus est in aliis, ut superius dictum extitit: solet tñ legato etiā a Papa dari specialis conferendi potestas.]

100 Inest alia clausula ordine octaua, visitationes faciendi: nam episcopum per cunctas diœceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet: quod si ipse aut lāguore, aut aliis occupationibus implicatus adimplere nequiuerit, presbyteros prohabiles, aut diaconos mittat, c. episcopum, 10. q. 1. c. inter cætera, de offic. ordin. c. si episcopus illo titu. lib. 6. Soci. in tracta. de visita. in 4. q. principali. versic. duodecimo, quæro, vtrum.

*Vicari⁹ epi quādo visita re possit.*

101 Et aliàs ex generali mandato vicarius episcopo visitare nō potest, sicut nec vicari⁹ capituli: iō opus est speciali concessione, gl. & doct. in cle. 1. §. 1. in ver. capitali, de hæret.

102 Nona clausula in vicariatu adiici solet, videlicet, vniendi beneficia: alioqui vicarius etiam generalis non habebit vniē di potestatem: etiam si data sit conferendi potestas cum clausula generali, quæ ad maiora expressis non extenditur, c. qui ad agendum de procura. lib. 6. sed vnire maius est quàm conferre: quia vnio non fit a prælatis inferioribus episcopo, c. sicut vnire. de excessibus. præla. tamen conferre & inferiores possunt, c. cum & plantare. de priuileg. & vnire alienare est, c. 1. ne sede vacante: quod non potest quis facere sine speciali mandato, l. filiusfa. ff. de don. & dicto c. qui ad agēdum.

*Vnire an possit vicarius.*

103 Etiam prælati vnire sine consensu capituli non possunt, sed conferre sic, c. pastoralis. in fi. de dona. c. secundo. de concessio. præb. Innocen. in c. ad hæc. de offic. Archidia. super hoc expresse consuluit Paul. Pari. cons. 41. ex his. colum. prima. in 4. vol. post Dom. Gemi. in consil. 38. pro clariori. col. 3. alia dicam inferius in vnionis materia.

104 In vicariatu etiam clausula decima apponi consueuit, recipiendi resignationes, & beneficia resignata conferendi: nempe vicarius non potest dare auctoritatem permutare volentibus: nisi hoc expresse illi concessum fuerit c. quæsitum, de rerum permu.

105 Immo habens potestatem recipiendi resignationem beneficiorum causa permutationis, vel simpliciter, non potest beneficia sic resignata postea conferre, cum speciale mandatum requiratur etiam in collatione: d. c. fin. de offic. vica. lib. 6.

*Recipere resignationem q̄ pōt, an & cōferre.*

106 Ideo debet in vicariatu inseri quòd episcopus dedit facultatem recipiendi resignationes, & beneficia resignata conferendi c. dudum. de præb. lib. 6. de Rota decisio. 43 not. quòd vicarius. in antiq. sub titul. de renuntia. decis. 1. vbi dicit istam opinionem teneri communiter in Rota. sequitur de Selua in tracta. de beneficio, in 2. parte. q. 4. & Calder. cons. 3. an renunciatio. tit. de renun. & Fel. in c. auditis. col. 6. nu. 13. de prescript.

107 Licet quidam dicant collationem istā tamquam necessariā competere vicario: qđ non est verum, nisi sit constitutus ad conferendum: vt concludit glos. in ver. vicario. §. itē voluit, de coll. in prag. & Lud. Rom. cōsil. 330. circa primum. col. 2. nu. 5.

108 Immo si aliquis potest conferre beneficium situm in diœcesi alterius episcopi ex priuilegio, vel consuetudine, tamen non poterit recipere illius resignationem, per glos. & ibi Card. in cle. vna. q. 7. de rerum permu. ideo debebit fieri in manibus eius, qui pote-

poterat alias communi iure conferre: vt expresse tradunt dom. de Rota decision. 398. si aliquis episcopus in nouis sub titul. de renuncia. decis. 6. facit decis. 218. nota q̃ cui. in anti. [sub tit. de renunc. decis. 5.] & glo. in verbo, locorum. cle. vnic. de supplen. negl. præla. Federi. in tractat. permuta. q. 26.

109 Idem decisum est in legato. in c. deliberatione, §. prohibemus, de offi. legat. libr. 6. quòd legatus non possit committere alicui facultatem recipiendi resignationem talis beneficii, quia præberet votum ambitionis, & emptionis.

*Facultas recipiẽdi resignationẽ talis beneficij dari non põt.*

110 Idem in eõ concludunt do. de Rota deci. 397. in no. sub titul. de offic. vicar. & in decis. 5. de concessio. præb. [Bernard. de Bisigne.] & decis. 288. nota quòd episcopus. in antiq. [sub. tit. de offic. vicar. decis. 1.] & in præsentatione ita fuit iudicatum Romæ, vt non detur præsentandi potestas ad certum beneficium vacaturum: vt asserit Cassad. in decis. 5. tit. de iure patro.

*Vicarij dignitates conferre potest.*

111 Poterit etiam vicarius generalis habẽs potestatem conferendi beneficia, conferre & dignitates: quia appellatione beneficiorũ etiam veniunt dignitates, cum non sit materia ambitiosa: & tantum noceat concedenti. glos. in c. primo, de regu. iur. lib. sexto. & cle. auditor. de rescript. c. tua, de verbo. signifi. d̃ Rota decision. 433. nota vtrum. in antiq. & decision. 2. rub. de offic. vica. Panor. in c. fin. de concess. præben. in 2. nota. Dom. & Fran. in d. c. fin. de offic. vica. in 6. & Feli. in cap. causam quæ, col. 9. nu. 14. de rescrip.

112 Et procurator datus ad acceptandum beneficium, poterit etiam dignitates acceptare, teste Feli. in c. postulasti. col. 16. de rescri. est tamen tutius exprimere dignitates, quamuis hoc necessarium non sit.

*Dignitates nõ includunt in põtate conferendi a Papa concessa.*

113 Tamen qñ Papa concedit potestatem conferendi quæcunque beneficia, non includuntur dignitates, si non exprimantur, c. cũ in illis. de præb. libr. 6. c. fin. illo titul. etiam si episcopus consentiat: quia rescriptum debet restringi, ne multum præiudicet tertio, c. quamuis, de rescrip. lib. 6. c. super hoc, de offi. deleg. & hæc potestas data ex priuilegio stricte tamquam extraordinaria est interpretanda, cle. 2. de offi. lega. Imol. in clemen. vnica de sequest. posse. sic consuluit Soci. cõsil. 260. in causa manutenent: col. 10. in 4. conclusio. in 2. vol.

114 Nam quando episcopus conferendi potestatem tribuit, nulli fit præiudicium, nisi sibi, & suæ prouisioni. sed quando Papa conferendi potestatem legato tribueret, vel alteri quæcunque beneficia conferendi diœcesi Parisi. tunc hoc præiudicaret episcopo, ideo restringi debet: vt doct. no. in l. beneficium. ff. de constit. princip. cap. quamuis, de præbend. in 6.

115 Vnde consuluit Oldra. cons. 22. quòd si summus pontifex voluerit grauare ecclesiam, & episcopum in collatione beneficiorum, verba non sunt late intelligenda, vt includant dignitates, sed stricte, vt minus lædant ius commune, & personam. c. cum dilectus. de consuetudin.

116 Diuersum est, quando episcopus ipse beneficia conferendi tribuit potestatem; quia tunc etiam dignitates comprehendũtur, cum plenissima interpretatio fieri debeat contra concedentem: ac etiam præbendæ cathedralis ecclesiæ continentur in hac potestate, c. cum dilecti. de donat. Panor. in c. olim. de verb. signif. Ias. & alii in d. l. beneficium. ff. de constitut. princip. licet alias secus, cap. quamuis, 1. de præb. lib. 6. vt supra dixi.

117 Poterit etiam curata conferre, licet alias non veniant sine expressione, capit. cũ in illis. de præben. lib. 6. etiam quia hoc est fauorabile, ideo ampliandum dudum, & c. si cui. de præb. lib. 6.

*Vicarij an curata beneficia non expressa conferre possit, & procurator acceptare.*

118 Sic & procurator constitutus ad acceptandum bñficia poterit ét curata acceptare, teste Imo. in c. accedens, col. 2. de præb. & Staphile. in tract. de lite. gratiæ, rubr. de modo & forma impetrandi. vers. prædicta tamen: dicens idem in inducto cardinalium d̃ conferendis beneficijs suorum familiarium: vt includantur omnia beneficia etiam curata. Federi. cons. 73. factum.

*Vicarij commendare bñficia an possit.*

119 Item poterit vicarius potestatem cõferendi habens, commendare, licet in mandato non sit expressum, quòd commendet: quia plus est conferre, quam commendare, c. nemo. de elect. lib. 6. nam conferre donare est, commendare deponere: vt ibi, & cui pl⁹ concedetur, & minus concedi censetur, per regu. iur.

120 Tutius est tamen exprimere, & ego vidi exprimi: licet commenda sub collatione comprehendatur, rub. vt ecclesiast. benefi. si ne diminutione confer. scripsi in §. statuimus, 2. de colla. in concordat. tñ qui de iure speciali conferre potest, non potest in titulum commendare, vt docet Do. Gemi. in c. nemo, in fi. de elect. lib. 6. sequitur Felin. in c. auditis, col. 6. num. 12. de præscrip.

121 Item collatio facta extra diœcesim ab episcopo valet, licet a vicario in diœcesi eadem die fiat, quia est facta a maiori, & ideo præualet, c. si a sede, de præb. li. 6. & quia maior

*Collatio ab epō, et eius vicario facta vtra valeat.*

ior est epī, q̄ sui vicarii collatio, cap. dudum, de præb. lib. 6. & quia censetur reuocatus vicarius quo ad illam collationem.

122 Sicut in domino tractante causam, vt censeatur quo ad hæc reuocare procuratorem, c. si quem, de proc. lib. 6. & per cognitionem, quam facit delegatus, videtur reuocare sub delegatum, c. intimasti, de appella. Archid. in c. quamuis, de offic. deleg lib. 6. sic & in ordinario conferente consuluit Calde. cōsil. 2. an collatio, sub rub. de off. vicar.

*Prouisus a vicario si prius capiat possessionem ē præferendus Arestum.*

123 Quod est verum, quando æquo iure procederent ambæ collationes, & æquales essent: secus si prouisus a vicario accepisset possessionem ante prouisum ab episcopo: quia tunc is, qui est prius adeptus possessionē, præferetur, d. c. si a sede. & ita visum fuit senatui Paris. vt scripsi in tract. de paci. possess. in nu. 297. versi. quarto etiam procedit, licet c. si a sede loquatur in collationibus a diuersis emanantibus: tamen in hoc casu est eadem ratio, vt ibi scripsi.

*Creatū de nouo beneficiū an vicarius conferat.*

124 Item non poterit vicarius beneficium de nouo creatum conferre, nisi exprimatur in literis vicariatus, per tex. in cle. fin. iuncta glos. in verb. tibi, de rescrip. vnde vidi apponi hanc clausulam, damus potestatem conferendi dignitates, personatus, officia, & quæcumque beneficia, etiam de nouo creanda, quæcunque, qualiacunque, & quantacumq; & c. & ratione istius clausulæ non erit postea dubium: sicut dixi superius de his, quæ auctoritate Apostolica competunt.

*Instituere non potest præsentatos vicarius sine speciali potestate.*

125 Item licet vicarius generalis non possit conferre, nisi expresse concessa fuerit ei conferendi potestas, d. c. fin. poterit tamen præsentatos a patronis instituere, per tex. no ta. in c. ex frequentibus, de insti. secundum Rom. singul. 601. tu scis quòd fundatores. & Panorm. in d. c. ex frequentibus, ac Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte q. 14. de Rota decisio. 43. nota quòd vicarius, in antiq. sub titul. de renunciatio. decis. 1. & de Bellamer. decis. 93. licet vicarius.

26 Sed ego dicerem contrarium, quia constitutio non potest fieri nisi canonice, & iuris, vel consuetudinis auctoritate, c. pen. de inst, & c. 1. de reg. iur. lib. 6. sed quando non est vicario data nisi certa potestas, non pōt illam excedere: alioqui contra mandatum faceret, & non valeret ab eo gestum, c. cum dilecta, de rescri. forma enim mandati diligenter est seruāda, l. diligenter, ff. manda. si ergo est vicarius constitutus generaliter, & non est ei data potestas conferendi, seu instituendi, sine potestate non instituit.

*Institutio sub verbo ferendi comprehendit.*

127 Nam verbum conferre comprehendit etiam institutionem, rubr. vt ecclesiastic. benefi. sine diminutio. conferant. scripsi in §. statuimus 2. de colla. in concord. & quamuis non sit libera institutio, tamen alia ratio tex. hēt locum, quòd in generali mandato non venit donatio: vt ibi. & quòd institutio committi debeat, probat tex. in c. cum venissent. de instit. nec inuenitur iure cautum, quòd vicarius sine mandato instituere possit: ergo illi hoc non concedemus, l. dissentientis, C. de repud.

*Intellectus ad c. ex frequentibus.*

128 Nec refragatur tex. in d. c. ex frequentibus: nam dicit posse fieri ab officialibus episcopi, qui hoc de iure possunt, vtpote ab illis, quibus est data potestas, & non ab aliis, per illud relatiuum, qui, quod restringit: vt per Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. immo ille tex. non probat, quòd institutio fieri possit, magis quàm collatio: nā dicit, q̄ clerici ecclesiastica beneficia sine consensu epi, vel officialium suorum, qui hoc de iure pñt, recipiunt: & sic taxat illos clericos, qui occupant beneficia sine collatione episcoporum, aut alia prouisione.

129 Et quamuis ex locatione Rub. de institutio. quis posset dicere loqui de institutione, tamen generaliter etiam accipitur institutio, vt patet in c. 2. & c. auctoritate, ibidē. & officialis ibi etiam generaliter accipi potest pro vicario: cum officialis multoties vtrumque habeat officium, vt supra dixi.

130 Non obest quòd institutio est necessaria dispositio. respon. esto sane: tamen non potest instituere is, qui non habet potestatem, sicut non potest resignationem causa permutationis recipere, licet sit necessaria, c. vnic. de rerum permutatione, lib. 6. vt superius dixi. [Alioqui officialis sic instituere, & alius nō habens pōtatem, q̄ est absurdū.]

131 Et cum hic vicarius non habeat potestatem ad hoc expressam, illa concessa, & limitata potestas non extenditur, arg. l. in agris, ff. de acquir. rer. domi. & quia etiam institutio sapit quamdam donationem, c. fi. d instit. quam vicarius facere sine speciali mādato non potest, d. c. fi.

*Capitulum instituit, sed non vicarius.*

132 Nec me mouet c. 1. de inst. in lib. 6. vbi capitulum sede vacante instituere potest, licet non possit conferre, fateor, quia in capitulū sede vacante omnia, quæ sunt iurisdictionis, fere transeunt, sed non in vicariū epi, c. 2. de offi. vicar. ob id non est idem.

133 Nam vicarius episcopi non tractat causas criminales sine expressione & commissione speciali, c. 3. de consue. lib. 6. & tamen in capitulum iuris auctoritate ista transferuntur, vt in c. 1. ne sede vacante: vbi docto. &

cto. & sic ad capitulum institutio transit, nō autem ad vicarium episcopi, si non sit eidem data potestas.

134 Etiam quia a iure hoc est in vicario capituli declaratum, sed non in vicario non habente potestatem conferendi, ergo non habebit locum in eo.

*Conferre q̄pōt, an possit priuare.*

135 Item institutio & destitutio pertinēt ad episcopum tamquam correlatiua, c. cum ex iniuncto. de hæreti. & sic non ad vicariū: nisi eidem committatur: nam vicarius non potest quem priuare beneficio, nisi sibi expresse concessum fuerit, ergo nec instituere c. 2. de offi. vica. libr. 6. vt consuluit Anchar. cons. 60. duplici.

136 Immo qui iure speciali potest beneficium conferre, non poterit priuare quem illud habentem, quia iurisdictio voluntaria non includit contentiosam. Panor. in c. acceptа, col. vlt. de rest. spol. refert. Fely. in c. auditis, col. 6. num. 12. de præscr. potest tamen declarare possidentem non habere iustum titulum in beneficio, cum per modum actionis hoc petatur: vt expressim consuluit Bal. cons. 478. præmittendum, col. 2. in 3. vol. sed an possit monere beneficiatos, vt ostendant titulum: scribit Anchar. cōs. 60. nota bene prædicta. vide quæ scripsi in concord. tract. de pacifi. possessor.

137 Et sic vicarius nō poterit instituere, nisi sit eidem expresse data instituendi potestas, vel conferendi: nam sub hoc verbo conferendi comprehendetur institutio: vt supra dixi ideo poterit instituere, qui conferre potest: & ita est tenendum: quidquid doctores dicant in contrarium.

*Eps an puniat si vicarius indigno contulerit.*

138 Quæro insuper, si hic vicarius contulerit indigno beneficium, priuetur ne episcopus potestate conferendi: sicut si ipse episcopus contulisset, c. cum in cunctis. in fin. de elect. quod videtur, quia qui per alium facit, perinde est, ac si ipse faceret, l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma.

139 Respon. per collationem vicarii indigno factam, non est episcopus priuatus potestate conferendi: quia dolus ipsius non debet episcopo, qui non est in culpa, imputari, ideo ad ipsum episcopum reuersa est potestas, c. si compromissarius, de elect. lib. 6. & quia episcopus non peccauit, ideo puniri non debet.

140 Nam pœna suos teneat auctores, l. sancimus. C. de pœnis. nec quis alterius odio prægrauari debet, l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. nec ad illicita videtur commissus, l. si procurator. ff. de condi. indebi. vbi plene Iaſ. ideo episcopus digno postea conferre poterit, quia vicarius fines mandati excessit conferendo ei, in quo pōtatē non habebat.

141 Limita nisi episcopus ratam collationem habuerit, d. c. si compromissarius: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: regu'a ratihabitionem: de regul. iu. lib. 6. facit c. cum quis mandato. de sentent. excom. lib. 6.

142 Secundo limitatur quando episcopus dedisset potestatem conferendi isti indigno; tunc is censetur facere, cuius mandato fit, l. 1 §. deieciſſe. ff. de vi & vi arm. etiam proprie dicit tex. in l. certe. §. 1. ff. de preca.

143 Et in hoc est aduertendum: quia si episcopus dederit potestatem conferendi indigno: & vicarius sic contulerit, episcopus non poterit postea etiam digno conferre, quia est conferendi potestate semel priuatus: tum etiam quòd ad superiorem deuoluta fuerit potestas conferendi, d. c. si compromissarius.

*Episcop⁹ an digno conferre possit si vicarius indigno contulerit vel ecōtrario*

144 Vnde cum hodie quidam vicarii miserabiles indignis conferant, ac stabulariis, ignaris, proditeribus, & episcopi adulatoribus, & lenonibus ex certa eorum scientia, ipsi & eorum committentes pœnis inferni perpetuis, nisi resipiscant, torquebuntur, nec episcopi eos ab istis pœnis releuabunt.

145 Si tamen is, cui vicarius contulerat, nō acceptet, ad episcopum reuertitur potestas, qui alteri poterit conferre, d. c. si compromissarius.

146 Insuper quæro, an vicarius possit conferre digno, si ipse indigno contulerit: quod videtur, sicut episcopus. dixi in gl. §. quis vero, de col. in concord.

147 Contrarium est verum: vnde si male contulerit, videlicet indigno, functus est officio suo, vnde ampliùs conferre non potest. d. c. si compromissarius. sicut nec iudex iudicare post sententiam, c. in litteris. de offi. deleg. iudex. ff. de re. iud.

*Secunda collatio vicarij nulla.*

148 Vnde secunda collatio per vicarium facta est nullius momenti, tum quod deficiat potestas: quia intelligitur ei data potestas de prima vacatione, & collatione, arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. sign. c. nō potest. in fin. de præb. lib. 6. l. eum qui calendis. ff. de verb. oblig.

*Præsentare & instituere quando vicarius non possit.*

149 Item potest vicarius instituere tamquam vicarius, & præsentare tamquam abbas, vel si alio iure ad eum pertinebat præsentatio, sicut potest conferre tamquam canonicus, & tamquam episcopus, c. postulastis. de concess. præb. gl. in c. a collatione, de appell. lib. 6.

150 Et capitulum sede vacante potest elige re, &

re, & confirmare, glo. in verb debebit. in c. ſi epiſcopus. de ſuppl. neg. prælib. 6. nempè quando duo iura concurrunt in vnam perſonã, tunc illa perſona habet vim duarum perſonarum. l. ſi conſul. ff. de adopt. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. de inof. teſt. poteſt etiam tamquàm epiſcopus conferre, & tanquàm concordatorum executor, & ſic variare: vt plenè ſcripſi in §. ſi qs, & in verb. diſpoſitiones, de colla. in tract. no. q. 17. nu. 4. & ſeq. ſuperius dictum fuit quando multiplex collatio ab vno fieri valeat.

*Synodos celebrare an vicarijs ſit liberum*

151 Sequitur in vicariatu vndecima clauſula, videlicet celebrandi ſynodos. Nã vicarius vel alius non poteſt ſine ſpeciali mãdato celebrare ſynodos, c. ſi epiſcopus. de off. ord. lib. 6. ſic nec legatus concilium generale nomine Papæ gloſ. in cap. regula. 17 diſtin. Panor. in diſputatione incipiente Epiſcopus. col. 17. verſ. item non omnes. ſequitur Ioan. Boteus in tract. de ſynodo epiſcopi in 2. part. num. 2. & ſeq. plus dicens, quòd poſtquàm viſitatio competit etiã iure ordinario epiſcopo, ipſe hoc alteri delegare poterit: quia iure canonico omnia non prohibita ordinarius demandat. cap. quod ſedem. de off. ordi. caueat tamen epiſcopus cui committet: quia ſanguis ſubditorum de manibus prælatorum requiretur. c. irrefragabili de off. ord. [ Sed vidi dubitari, an epiſcopus poſſit committere ſimplici clerico non exiſtenti in ſacris hanc poteſtatem, & is non poſſit poſtea excommunicare, & abſoluere. glo. in verb. ſedis apoſtolicæ. in cap. ſtatutum. de reſcript. in 6. dicit poſſe committi ſimplici clerico: & nõ inuenitur iure cautum, vt is cui cauſæ cõmittuntur, debeat eſſe in ſacris, etiam ſi ſit à ſede apoſtolica delegatus. c. 1. vlt. & per totum. de offi. deleg. in Decret. in 6. & per totum titulum. Nam epiſcopus poteſt excommunicare, quamuis presbyter non ſit, vt docet Hoſtienſ. in ſumma de ſententia excommun. §. quis poſſit, circa finem. verſ. Solutio. Dicas, Maximè, qui Officialis, nomine epiſcopi excommunicat. Et in capitulum ſede vacante tranſeunt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis. c. his qui. de maio. & ca. 1. ne ſede vacante. & obtinenti vigeſimum annum delegari poſſunt cauſæ à Papa. cap. cùm viceſimum. de off. deleg. & tamen eo tempore ſacerdos eſſe non poteſt. clem. generalem. de ætate. Ideo is ſimplex clericus omnia poterit facere, ſine quibus in c. præterea. de off. deleg. Doctor. in cap. quanto. de conſuetu. & in cap. olim in 3. de reſtitu. ſpol. Et quia iſta ſunt iuriſdictionis, ergo non requirunt ordinem. Vnde Officialis & Vicarius epiſcopi poſſunt eſſe clerici ſimplices non conſtituti in ſacris. Et ita aliquando reſpondi egregio viro Domino Officiali Virdunenſi, Carolo de Monceaux vocato, qui Doct. ſolénis noſtri collegij fuit.]

152 Subiungitur clauſula duodecima, & committendi, & audiendi cauſſas ciuiles, & criminales: hæ enim criminales per generalem poteſtatem non cenſentur commiſſæ. cap. 2. de offi. vic. lib 6. nec in criminalibus poſſet ille officialis aut vicarius cognoſcere, niſi ſpecialiter ſit eidem commiſſum. dicto c. 2. & ſi cognoſceret, nullus eſſet proceſſus, quia deficit iuriſdictio. teſte Federic. conſil. 220. veritatis: ideo non priuabit vicarius aliquem beneficio, niſi ſit eidem expreſsè cõceſſum, vt ibi, & Anch. probat conſ. 60. duplici vel niſi alias haberet iuriſdictionem. ibidem: vt conſuluit Bald. in Patriarcha vicario creato à Papa, in conſ. 478. præmittendum. colum. 3. in 4. volumine.

*Vicarius de criminibus non cognoſcit, niſi hoc ei cõmiſſum fuerit.*

153 Tamen per hanc clauſulam non potuit officialis conuertere pœnam corporalem in pecuniariam: quia hoc non licet niſi habentibus poteſtatem diſpenſandi ſuper crimine. c. licet. vbi gl. & Doct. de pœn. & in c. in archiepiſcopatu, de rapto.

*Pœnam corporalẽ vicarius in pecuniariam pœnam nõ conuertit.*

154 Ideo in vicariatu debet exprimi, damus poteſtatem diſpenſandi etiam ſuper crimine: alioqui non eſt veriſimile quòd epiſcopus hanc poteſtatem ſibi non omnino permiſſam conceſſerit, cap. irrefragabili. de offi. ord. dixi quando poſſit conuerti in pœnam pecuniariam, in §. quia verò, de public. concubi. in concord. & ſic conſuluit Paul. Caſtrenſ conſ. 348. notandum. in 1. vol. quia diſpenſatio ſine cauſſa fieri non debet glo. in cap. non eſt de voto. & dicam in materia diſpen. infrà, & quia pœna iuris commutari ſine cauſſa non debet. l. quid ergo §. pœna ff. de his qui notan. infa. l. & ſi ſeuerior. C. illo tit.

155 Additur clauſula decimatertia, matrimoniales, &c. etiam committit cauſſas matrimoniales, quartum cognitio ad epiſcopos pertinet, cap. ex literis. de in integ. reſti. c. 1. de conſangui. & affi. c. accedentibus. de exceſ. præl. & ſic delegare eas & cõmittere epiſcopi in ſuis officialibus, & vicarijs poterunt. cap. cauſſam matrimonij. de offi. deleg. Bertach. in tract. de epiſcopo, in 7. part. 4. lib q. 20. vbi dicit q̃ aduerſus

*Matrimoniales cauſſas expreſſe committenda ſunt.*

scientiam suam poterit in integrum restituere vicarius: quod sequitur & Philip Perus. in c. dilecti. in 2. q. 9. & seq. de appellat.

*Beneficiales caussa committenda vicario.*

156 Clausula decimaquarta & beneficiales. Solet etiam in vicariatu episcopus, vel archiepiscopus committere cans beneficiales, de quibus non cognoscet vicarius, quoniam agitur de priuatione: vt in c. 2. de offi. vic. in 6. nisi hoc sit eidem expresse concessum: quia sunt priuilegiatæ: in clem. dispendiosam de iudic. nec poterit cognoscere vicarius de institutione beneficii facta per episcopum, sine speciali commissione, vt docet Bertach. in d. tract. de episcopo: in 7. part. 4. lib. q. 29. quia inferior non tollit legem superioris, clem. ne Romani. de elect.

157 Insuper additur decimaquinta clausula, & quascunq; alias tam principales quam incidentes, & per appellationē etiā deuolutas, & imposterum deuoluendas, & quæ ad nos, & ad dictam nostram ecclesiā pertinebunt de iure vel consuetudine.

158 Nā in hoc regno Franciæ, si clericus propter crimen priuilegiatum captus sit, & condemnatus à iudice laico, & demum remissus ad officialem Pictauiensem, vt cognoscat de crimine communi, si postea ab officiali Pictauiensi remissus condemnetur propter delictum commune, & is appellet

*Archiepiscop⁹ quando officialē in alio episcopatu cōstituere tenetur.*

ad archiepiscopum Burdegalensem, eo quia non est intra ressortum, officialis non debet illum remittere, sed debet archiepiscopus Burdegalensis constituere vicarios, qui in ciuitate Pictauiensi cognoscāt, & hoc propter appellationes ab abusu. Ita iudicauit senatus anno 1524. die decimaquinta Decembris.

*Arestū. Causā episcopo delegatā vicarius cognoscere non potest.*

159 Tamen per hanc clausulam generalem non potest officialis de caussa episcopo delegata cognoscere: quamuis eidem episcopus caussas præsentes commiserit, futurasque: quia episcopus non habebat iurisdictionem id temporis, quo committebat, ideo delegare eas non poterat, arg. c. 1. de offic vic. lib. 6. de Rota decis. 157. nota quod vbi episcopus, in antiq. [sub tit. de offi. delega. decis. 1. [& decis 847. episcopus, in eisdē [sub tit. de offi. vic. decis. 9.]

160 Etiam si diceret episcopus in vicaria tu auctoritate ordinaria, vel delegata mihi competentes; vel competituras committimus, arg. l. non potest videri ff. de iudic. quia iurisdictio nondum competens non potest committi ar. cap Romana, de offic. ord. lib 6. vbi Guliel. de monte Laudu. expresse dicit no quod episcopus vel se neschallus nō potest deputare vicarios ad futuras cās, quæ à Papa, vel Rege eis cōmittentur per rescripta: tum quia iudicia in pendenti esse non possunt, l. non quemadmodum. ff. de iudic. l. 1. de vsur. tum est quia non potest dare, nec committere, quòd non habet. l. traditio. ff. de acq. rer. domi.

*Episcopus vel senescallus cās futuras delegare non potest.*

161 Ideo opus est noua delegatione, & commissione postquàm episcopus habet iurisdictionem nouam. [Bernard. de Bisignet.] sic cōcludūt domi de Rota decis. 3. incipien. episcopus, rub. de offic. vica sicut non potest episcopus cognoscere de canuicario delegata. Docto. in cle. 2. de rescript. Bertach. in tract. de episcopo in 7 par. 4. lib. q 4. ita nec vicarius de caussa episcopo delegata, & si de facto cognoscat, sententia erit nulla, tanquàm a non suo iudice lata, l. 1. & per totum, C. si à non compe. iudice iudic fuerit.

162 Imo viuente episcopo caussas incœptas eo mortuo perficere non potest vicarius: vt decidit idem Berta. q. 6. & allegat Specul. in tit. de offi. ordi. §. 1. ver. audito resautem & ibi Bald. in additio vers. 2. quia censetur reuocatus per mortem episcopi: vt inferius dicetur.

*Causſas inceptas mortuo episcopo vicari⁹ perficere nō potest.*

163 Sed bene poterit Officialis viuo episcopo, seu vicarius ex offi. vel ad instantiā requirentis cogere patronum ecclesiasticum ad assignandum congruam portionē vicario perpetuo, vt fuit decisum Tholosę sicut refert Aufrer. in suis decis. q. 148. & q. seq plus dicens in Francia iudices Regios hoc vsurpasse. vt scripsi in tracta. de congrua portio. quæst. 7.

*Vicari⁹ cogit ad assignādum cōgruā portionem.*

164 Tamen vicarius Archiscopi non habet iurisdictionem in eius suffraganeos propter reuerentiam episcopalis dignitatis. c. 2. de offi. deleg. lib. 6. & hoc si Archiepiscopus est præsens, vel in prouincia, alio qui contra c. 1. de offi. ordinar. lib. 6. & Bertach. in tract. de episc. in 7. par. lib. 4. q. 10

*Vicari⁹ archiepiscopi non in suffraganeos iurisdictionē habent.*

165 Vicario solet etiā committi, vt partes ad recognoscendum scripta sua, chirographa Officialis cogere possit. c. 1. §. vlt. de fōro competent. lib. 6. tamen ad hoc non videtur specialis concessio necessaria: multa vero super his scripsi in l. cognoscere. ff. de verb. sig. & in tract de chirographo & credul recog. in ordina. Reg. in 1. tomo commenta. quæ hic non repetam.

166 Clausula decimasexta. ex officio in quirendi nempè committitur vt ex officio

in-

*Inquire re de criminibus an vicario ſit liberum ſine ſpecialipoteſtate.*

Inquirere poſſit officialis, & vicarius: cum hoc ei non concedatur ex generali officij conceſsione, per text. in c. 2. de off. uic. lib. nam in inquirendis, puniendis, & corrigendis ſubditorum excellibus requiritur ſpecialis commiſſio. tex iuncta glo. in c. 3. de conſuet. in 6. nec ſufficit generalis, vt ibi quamuis Ioan Monach in 2. dicat ex generali poteſtate vicarium inquirere poſſe, ob id iſtam clauſulam non eſſe neceſſariam: vt etiam probant Domi. de Rota deciſ. 66. ſi ſeruetur, in no. ſub tit. de off. vicar. deciſ. 2. vbi dicunt.

167 Si vicarius non poſſit cognoſcere, remittet ad epiſcopum, quia de criminibus cognoſcere non poteſt, niſi ſpecialem habeat poteſtatem, l 1. §. cùm vrbem. vbi Bart. ff de offic. præſe. vrb. ſed inquirere, vt demum referat, epiſcopo, non prohibetur, ideo epiſcopus debet eidem concedere poteſtatem inquirendi, & crimina puniendi. Bertac. in tract de epiſc. in 7. par. 4 li q. 13.

*Eccleſię polluta a vicario an reconciliari poſſint.*

168 Decimaſeptima, eccleſias capellas, & oratoria, ac cimiteria polluta reconciliandi, permittitur videlicet; vt quaſcunq; eccleſias pollutas reconciliare, ac cimiteria poſſit. c. vno. de conſe eccleſ. vel altar lib 6. ſed hoc non poteſt committi ſimplicibus ſacerdotibus, ſed epiſcopis tantum: quia licet epiſcopus committere valeat ea, quæ iuriſdictionis exiſtunt: tamen quæ ſunt ordinis epiſcopalis non poteſt inferioris gradus clericis demandare cap. aqua vbi Panor. de cõſec eccleſiæ, nec alij ſacerdotes, etiam ſi conſuetudo exiſtat, tractare poſſunt c quanto de conſuetud

*Vicario quando ſit licitum benedicere ornamẽta eccleſiaſtica & abbati.*

169 Poterit tamen hic vicarius impetrare à Papa licentiam, abſente epiſcopo quę cunque ornamenta eccleſiaſtica benedicendi, citra tamen corporalia, calices, & patenas: & hoc pro vſu & ſeruitio eccleſiarũ totius diœceſ vbi & quandiu vicariatus officio fungi eum contigerit: & ita conſului cuidam vicario. Abbati quoque datũ fuit indultum benedicendi calices, corporalia, & alia ornamenta eccleſiaſtica pro vſu monaſterij ad vitam.

*Eccleſiã an vicarius conſecrare poſſit.*

170 Decimaoctaua clauſula eſt, & de nouo ædificatas eccleſias, & ædificandas conſecrandi, intelligas quoque talem poteſtatem non alias videri datam: niſi is, cui hæc committuntur, ſit epiſcopus, vt prædixi, quia hæc ſunt ordinis epiſcopalis.

171 At committat ea epiſcopo, qui hæc faciat teſte Panor in c his quę & in c. cum olim. de maioritia. & obed. quamobrem non tranſeunt iſta ſub generali mandato, ſed ſpaciale requirunt, quia ſunt de maioribus: cap. nemo. de conſec. diſt. 1. Calder. conſ. 3. an vicarius in tit. de offi. vicar.

172 Quemadmodum etiã quæ ſunt gratiæ. vt dare iudulgentias, non veniunt ſub mandato generali, ſicut aſſerit Domi. conſil. 38. pro clariori col. 2. no Doct. per illũ tex. in c. cum ex eo & c. noſtro de pœnis, & remiſſ. vide Hoſt in ſumma & alios Docto vt tit. de conſec. eccleſ. vel altar.

*Poteſtas puniẽdi & mulctandi vicario cõcedenda.*

173 Decimanona clauſula Solent epiſcopi concedere poteſtatem puniendi, corrigendi, deponendi, multandi, priuandi beneficijs omnes, & quaſcunque perſonas, quarum cognitio ad eos ſpectat, vel ſpectabit, ſine alia perſonarũ acceptatione: prout delictorum qualitas & exceſſus exegerint, ibi & perſonas omnes, &c quippe niſi ſpecialiter iſta committerentur, non poſſet vicarius vt dictum fuit, ex generali ſui officij poteſtate clericos priuare, vel amouere à ſuis beneficijs; cap. 2 de offi. vicar. li. 5. Ancharac. conſ 60 duplici ratione. col. 1. vt ſuperius dictum eſt.

*Clauſula ſuſpẽdendi, &c.*

174 Sequitur clauſula viegſima. Suſpendendi, interdicendi, &c. quamuis iſta ſub generali commiſſione comprehendantur. Docto. in d. c. 2. de offi. vic. lib 6. & in c. 1. de offi. deleg. quippe nomine cenſuræ iſta continentur c quærenti. de verbo ſignif. tamen ad maiorem cautelam, vel alias quidam epiſcopi ſolent hoc exprimere in literis vicariatus.

175 Clauſula vigeſimaprima. Præcepta & mandata faciendi, ipſaque exequendi: parum enim eſſet poteſtatem iudicandi habere, niſi iudicata exequerentur, & præcepta, l 2 § poſt originẽ. ff. de origi. iuris, ca. vbi periculum. §. præterea. de election. lib. 6.

*Sententiam reuocare an vicario ſit permiſſum.*

176 Clauſula vigeſimaſecunda. Et reuocandi delinquentes. &c. Per hanc clauſulam concedit auctoritatem reuocandi præcepta. iuxta, l. quod iuſſit. ff. de re iudic. & mitigandi pœnas: quia in omni epiſcoporum fere ſententia criminis ſalua ſolet domini epiſcopi auctoritas, & miſericordia, niſi in hæreſi, reſeruari: alioqui ſententia non poſſet reuocari. d l quod iuſſit. ff. de re iudic. vbi amplè ſcripſit Alex. & Vincent. per illum tex in l. 1. ff ad legem Falcid. l. item Labeo, & ibi glo. in verb. ſi pure, famil. herciſcundæ. & de hac clauſula plene ſcribit Angel. in tract. de malefic. in gloſſa ſaluo ſemper.

*Pecuniã non pot episcopis propœna da recte pere.*

177 Et fuit hoc inuentum, vt si episcopus videat istum delinquentem pœnitentiam egisse in carceribus gratanter, & sine murmure, quod possit ei indulgere: alioqui si per pecuniam episcopus remiserit pœnam iudicium sibi manducat, & bibit. Quæ clausula non potest apponi in sententijs latis contra hæreticos, vt est l. Regia cautum, arti. 9 tit. *des Luteriens*, in ordina Regiis.

*Episcopis expulsis an licentia exercẽdi iurisdictionẽ à vicario cõcedi licet.*

178 Insuper alia clausula debet addi, vt ab his vicarij licentia concedatur episcopis expulsis exercendi suã iurisdictionem. Nam hoc non potest vicarius concedere ex generali mandato, per text. & ibi glo. in verb. diœcesanis, in clement. vna, de foro compet. ideo non abs re debet exprimi, vt vicarius episcopis expulsis concedat potestatem iurisdictionem exercendi in Episcopatu isto.

*Casus reseruati episcopo tribuuntur vicario.*

179 His etiam casibus, quibus potest episcopus solus absoluere, tribuit huic vicario absoluendi potestatem: nam in casibus episcopo reseruatis nullus potest absoluere, nisi qui ab episcopo expressam habeat potestatem, vel à superiore clem. dudum de sepult. cap omnis vtriusque sexus. de pœnitent. & remiss. vbi scripsi & Hostien. in summa, in §. cui conferendum. vers. quòd si quis episcopus.

180 Ideoq; necessaria est hæc concessio; solet quoq; exprimi, vt possit absoluere, vel dispensare super crimine: vt in c at si clerici de iudic. §. fin. prout videbitur expedire, & sic non simpliciter dispensare poterit vicarius, sed in casibus tantum, quibus hoc conceditur à iure, vel synodalibus constitutionibus ipsi episcopo: etiam vt vicarius possit committere hanc absolutionem his, quibus viderit expedire, solet episcopus concedere.

181 Vltima subijcitur generalis clausula, & omnia alia, & singula faciendi, & cõmittendi, etiam si maiora fuerint, & quæ mandatum exigant speciale: prout ab ipsius vicariatus & officialatus officium noscitur quomodolibet pertinere, &c.

*Clausula quæcunq; generalis nõ includit collationem.*

182 Quærò an hæc clausula generalis sufficiat ad hoc, vt vicarius conferre possit, si non alias expresse eidem fuerit cõcessum? Respon. nõ, per. glo in c. 2. de offi. vic. li. 6.

183 Tum quia prædicta clausula non includit maiora expressis. c sedes. de rescrip. c. qui ad agendũ. de procur. lib. 6. clem. nõ. potest illo tit. sic consuluit Bertrand. cons. 132. dubitatur. & cons. seq. in 2. vol. ex antiq. editio. tum quia in specie concedi debet. d. c. fi. & c. statutum. de præb. illo lib. vt superius dictum fuit.

*Vicarius donationi iurispatronatus non potest.*

184 Imo vicarius generalis non poterit sine speciali mandato auctoritatem interponere donationi iurispatronatus alteri factæ Doct. in cap. illud. de iure patro. sic expresse consuluit Calder. cons. 1. de rub off. vica ideo bonum esset in vicariatus literis hoc exprimere [Nec etiam poterit interponere auctoritatem alienationi rei ecclesiæ, etiam si iuste fieret per c. sine exceptione 12 q 2. quia sicut non potest fieri alienatio sine expresso mandato l. procurator totorum. ff. de procur. cap. qui ad agendum, illo tit. in 6. sic nec alienationi consentire quis poterit, vt scripsi in compendio aliena rerum eccles.]

*Cautela nota pro dispensato à vicario.*

185 Perpetuo hoc figas mẽti, quòd in quibus casibus obtinens dispensationem à vicario, vel collationem, seu aliquam gratiam, videas instrumentum vicariatus, an specialem contineat potestatem: & custodias illud instrumentum: quia sine illo nõ proderit tibi collatio vicarij, seu dispensatio, vel alius actus per eum factus sub speciali mãdato: nisi hoc expressum fuerit in instrumento. Hoc videtur decidere do. Gemi. in con. 38 pro clariori col. 3.

186 Formam plenam vicarij Papæ describit Ioan. Francis. in tract. de offi. & potesta. cap. sede vacante. in fi. 2. partis. q. 10.

*Præsẽte episcopo vicarius suũ exercet officium.*

187 Et regulare est, quod etiam episcopo præsente possit vicarius suum exercere officiũ nisi in casibus exceptis, & in reuerẽtialibus, teste Federic. cons. 302. Reuerẽde pater, in fi. & hoc est vtile quibusdam episcopis, qui ista tractare omnino ignorant: vt per vicarios ignorãtia illorum tegatur.

*Episcopi tenẽtur adrestitutionẽ damnorum per officiales suos imputatur.*

188 Et per hoc decidunt Do. de Rota de cis. 1. rub. de offi. vicarii, Bernard. de Bissigne. quod episcopi tenentur ad restitutionem damnorum iniustè datorum per officiales suos, vel vicarios argumẽt. l. 1. ff. de publica & Doct in c. 1. de resti. spol. nam imputatur ei qui malorum opera vtitur, l. ex maleficiis, in fi ff. de actio. & oblig. & imputandum ei qui talem elegit §. fi. pro socio, in institu. & §. eos. in authent. vt iudices sine quoquo suffragio, colla. 2. & nõ caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto non desinit obuiare facinori. cap. error 83. dist.

*Dominꝰ quando tenetur pro seruo suo.*

189 Si tamen episcopus in aliqua nõ possit deprehendi culpa, vt pote quia commuui operatione omnium bonum elegit officialem, sed in officio corruptus fuit, vt

multi

multi solent, & ignorante episcopo: tunc episcopus non tenetur. argumen. hospitis habentis sic seruum, vt non teneatur, si deliquerit in caupona. per tex. in l. fi. §. seruorũ ff. naturæ caupon. Io. Fab. in § si pro socio. in instit. glo. in c. cũ Apostolica. in verbo profuturum. de his quæ fiũt à præl. Aegid Bellamera cõs. 4. vtrũ eps. col. pen. & Alex in l. si cũ dotem. §. 1. col. 2. ff. solu. matr. & in l Barbarius ff. de offic. prætor.

*Episcopo recusato & vicarius recusatur.*

190 Item si episcopus iuste recusari possit, & eius officialis, & vicarius. Imo. & Felin. per illum tex. in c. insinuante, de off de leg. Doct. in c. 1. de iudic. Iaſ in l apertissimi. C. de iudic. quia cum episcopus possit eum reuocare ad libitum clem. & si principalis. de restipt. verisimile est, vt non destituatur posse trahi in episcopi sententiam. & ita firmat de Ripa in d. c. 1. num. 43 in 4. conclus. de iudic.

*Sed nõ è cõtra suspecto Vic° non est iuramentũ præstitum per hoc adductas*

191 Sed episcopus non põt recusari quãuis officialis recusari possit, vel eius vicarius, c. si contra vnum. in fi. de offi. delega. lib. 6. nec quidem vicarius vel officialis, si esset Roscius alter, id est miræ abitatis, & sanctitatis vir, pro quo presumitur. c. ni si essent. de præbend. sed pauci sunt: quia episcopi similes eligunt: & quandoq. ambo in foueam cadunt.

*Vicarius et officialis quo reuocari valeant.*

192 Quæro, quomodo reuocati possit vicarius, & officialis? Respõ duobus modis, videlicet expresse, & tacite: expresse, quando nominatim ab eo, qui eum constituit, remouetur potestas. l. iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat. ff de iudic. & sic potest episcopus pro libito reuocare vicarium, seu officialem destituere. clem. & si principalis. vbi gloss. & Doct de rescrip. Calde. cons. 2. de off vicar. Barb. in c. postulasti in 1. not. in fi. de rescrip. ac in c. quoniam. nu. 37. de off. deleg. quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem & dissoluitur c. 1. de reg iur.

*Iuramẽtum episcopi de non reuocãdo vicariũ nõ impedit reuocationem.*

193 Etiam si iurasset illum non reuocare: vt dicit glo. sing. in c. fi. de procur lib. 6. licet eo casu si reuocet, sit periurus gl. ibidem, & Felin. in c. ex parte decani. vers. dic. cap fi. in amplia. de rescrip Pau. Castr. cons. 361. venerabilis. 3. q. in 1. vol. & ideo oportebit, quod postea absoluatur à iuramento à superiore.

*Vicarius etiam à Papa cõfirmatus reuocari potest.*

194 Limitant quidam, quando ille vicarius esset à Papa confirmatus: vt dicunt Doct in c. nouit. de iud. & in tit. de confir. vtil. nam statuta per Papam confirmata canonici tollere non possunt, nisi quatenus eorum commodum. gloss. & Doct. in c. 2. de verb sig lib. 6. & in c. cum accessissent. de constit.

195 Ego etiã hoc casu reuocari posse putarem: quia illa confirmatio censetur facta sine præiudicio alicuius, c. super eodẽ. de off delega. & is censetur confirmatus, quatenus duruerit episcopi voluntas, sed si in confirmatione diceretur, confirmamus ad vitam, non obstante quacunque reuocatione facienda, tunc episcopus eundem reuocare non posset, secus si simpliciter confirmatio facta sit, & ita ambas opiniones conciliarem.

*Gesta ante reuocationẽ vicarij valẽt*

196 Secundo etiam hic vicarius non potest reuocari, ad hoc, vt collatio & gesta per eum non valeant, quia res non est integra. c. in causis. de elect. sed gesta ab eo non obstante reuocatione valebunt.

197 Tertio, quando est data potestas alicui per viam compromissi, & gratiæ, illa potestas etiam re integra non reuocatur, per tex. in c. causam quæ. vbi Doct. de electio Henric. Boic. in c. constitutus. de concess. præbend

*Vicarius ab abbate commẽdatario non reuocatur. Arestũ.*

198 Quarto limitatur, quando vicarius religiosus datus esset ab abbate commẽdatario cum auctoritate Papæ, tunc is reuocari non poterit: vt censuit senatus contra abbatẽ *du Chaige* commẽdatarium anno 1514. die 18. Iulij: alioqui abbas commẽdatarius semper reuocaret vtilem religioni, nisi eidẽ adularetur, quod est absurdũ.

199 Quinto non procedit in vicario a lege dato, vtpote in archidiacono, qui à iure dicitur vicarius episcopi. c. 1. & c. ad hæc. de off archid. ideo non poterit is ab eõ reuocari: quia vicariatus inhæret personæ & dignitati a qua euelli nõ põt. Arc. & Dom. in c plectis 25. dist. & Doct. in d. c 1. non poterit tñ hic archi. cõferre, & alia, q̃ speciale mandatũ exigũt facere, nisi à iure, vel homine ei cõcessa fuerit ptãs.

*Vicarius interpartes conuentus non reuocatur.*

200 Sexto nõ poterit reuocari vicarius, quando per viam conuentionis à Papa approbatæ factus est: vt vidi interdum fieri, quasi sit cor episcopus, vt olim erãt. c cor episcopi 68. dist.

*Tacite quot modis vicarius reuocatur*

201 Tacite, vt constituendo secundum videtur primum reuocasse. c. clericos, de off. vic. Doct. in c. non iniuste. de procur. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. in 2. par quæst. 14.

202 Sicut constituendo secundum procuratorem, videtur primum reuocare. l. si quis. §. 1. ff. de procur. & d. c. non iniuste.

*Per constitutionē secūdi vicarij quando reuocetur.*

etiam si secundus vicarius non acceptaue rit officium, quia domini voluntas est, vt constituendo secundum videatur voluisse primum reuocare Gemi. & Franc. in d. cap final.

203 Contrarium tamen tenet Panor. in c volentes, de offi. leg. per illum text. nam ibi per donationem secundi legati non re uocatur primus, cum ordinarij sint. c. 2. de off. lega. in 6. sic & in vicariis, qui etiam ordinarij sunt. de offi vicar. lib. 6 gl. in c. quoniam. de offi ordina. declarat Card. in c. perlectis. col. 4. in 25. dist. post glo. ibi & ordinarij plures habent potestatem in solidum, & solent plures in eodem officio decerni, vt facilius Reip. consuli possit l. vnica. ff. de offi. consul.

204 Quod secus est in procur. qui sæpius per concursum se impediūt: & quod vnus affirmat, alter negat. c. pen. de ele. lib. 6. c. si duo. de procur. eo. lib. & hanc opinionē pluribus rationibus confirmat Boërius in decis. Burdegal. q. 347. vicarius episcopi.

205 Ego conciliādo opiniones dicerem, quod per solam constitutionem secundi vicarij non reuocaretur primus: nisi expresse vel tacite ex verbis secūdi appareret illum primum reuocatum esse: & hoc probatur in c. penult. de procur. lib. 6.

206 Vnde si episcopus constituat secundum vicarium, & faciat notificare primo alium esse constitutum, licet expresse aliter eum non reuocauerit, tamē tacite censetur reuocatus: quia intimando constitutionem secūdi, videtur voluisse vt primus abstineret à suo officio: nam à die quo intimatur reuocatio, gesta postea non valent, tamen facta tenent ante notificationem, etiam si reuocatio expressa esset. tex. in l. si forte. ff. de offic. proconsul. Bald. in l. solent. §. sicut. ibidem.

*Gesta vicarij quando ante notificationem valeant.*

207 Nisi primus amotus fuisset sua culpa, tunc gesta etiam non facta notificatione constitutionis secundi non valebunt. tex. in c. 1. uerſ. adiiciebatur. de cōcess. prębē. lib. 6. Rom. sing. 58. & licet, vt dixi. Bertac. in tract. de epō, in 7. parte 4. lib. q. 11.

208 Hoc tamen non est verum: quia gesta ante depositionem valent, qūocunque sit depositus, & ex quacumque causa, etiam si ratione delicti, sed gesta post depositionem non valent, nisi depositus ignoret depositionem etiam ratione magni delicti factam: ita loquitur ille text.

209 Nam postquam delictum quis commisit depositione dignum, cogitare debebat se deponendum esse: ideo nihil agere debebat in suo officio, secus si sine causa sit remotus, tunc gesta tenent: etiam dicerem hoc casu valere gesta post depositionem vicarij ex causa delicti factam ignoratam, si non tendant in præiudicium tertij, sed in præiudicium episcopi illum deponentis, vel vicarij tūc valebunt, per ea quæ Doct. in l. Barbarius. ff. de offi. prętor. scribunt. & Felin. in c. cæterum. nu. 24. de rescript. & in c. vlt. in fin. de accusat. quia quandiu sustinetur in officio, gesta ab eo valent. cap. ad probandum, de re iudic. & Doct. in d. l. Barbarius.

*Collatio vicarij ante reuocationem intimatā valet.*

210 Ex quo infertur, quòd collatio beneficii ecclesiastici facta per primum, quem reuocatum apparet, non valet si facta illi erat intimatio, & notificatio alterius vicarii creati, alias valebit, per l. si forte. ff. de offi. pręsid. Rom. singu. 57. fuit quæstio Romæ. & sing. 566. quod lex si forte. Deci. consi. 395. in causa. col. 2. facit l. solent. §. sicut. vbi Bal. ff. de offi. proconsul. l. 1. §. si ego. quod iussu. l. si mandassem. mandati. c. audita. de restit. spol. cle. vn. vbi Doct. de renuncia. & ista opinio est æqua, teste Boer. in de c. 347. vicarius.

*Qualiscūq. reuocationis notitia valet.*

211 Vbi docet sufficere reuocationem ad vicarium peruenisse quomodocunque, siue per procuratorem, vel nuncium, aut amicum. per glo. in cle. causam. §. intimatio. de elect. in verbo, plena probat. Fel. in c. cæterum. col. 8. versi. valet processus. de rescrip. gl. in c. cupientes. in ver. notitia. de elect. in 6. Calder. consi. 4. rub. de off. vica. vbi concludit, quòd qualisçunque notitia sufficit.

212 Quod reprobat Boer. in decis. Burdegal. dicta. quæst. 347. vicarius. col. pen. dicens, notificationem esse per episcopum vel procuratorem, vel nuncium eius faciendam, vel per episcopi secretarium: plus dicit concluſum, quòd si vicarius contulerit post reuocationem sibi intimatam sciente episcopo, valebit.

213 Quod non probo, vt alibi dicā: quia conferendi potestas tacite non datur, nisi expresse concedatur. d. c. fi. de off. vicar. lib. 6. & superius dixi. Igitur postquā erit reuocatus, oportebit de nouo concedere potestatem alioqui collatio tamquam facta à non habente potestatem non valebit.

214 Et per hoc patet, quòd vicarius constitutus ad conferendum, potest conferre antequā notificata sibi fuerit reuocatio: sic putarem in procuratore constituto ad

præ-

præsentandum: cum non inueniam rationem diuersam: licet contrarium teneat Paul. cons. 361. venerabilis. in vltima q. volu. 1. & Aymo Crauet. in consil. 76. proponitur.

*Episcopus conferendo vicariũ quo ad hoc reuocare censetur*

215 Item faciendo actum contrarium, Calder. cons. 2. rub. de offi. vicar. incipien. an collatio, vbi episcopus conferendo beneficium. videtur reuocare vicario potestatem conferendi quo ad illud beneficium, Doct. in c. tua. de offi. vica. maiorem enim potestatem eps constituẽdo vicarium adhuc retinet, quam concedat: vt in Papa docet tex. in c. dudum. de præben. lib. 6.

*Episcopi & vicarij morte reuocatur vicarij potestas tacite.*

216 Præterea per mortem vicarii, & officialis potestas illorum reuocatur, & per episcopi mortem, c. si gratioſe. de rescript. lib. 6. Doct. in c. quoniam abbas. de off. deleg. c. ad abolendam. in prin. de hæret. cap. quia 5. vbi Doct. de iudi. Io. Francis. in tracta. de off. & potesta. c. q. 10. col. 4. partis secundæ: nam mors omnia soluit. §. de inceps. in authen. de nupt. colla. 4. Philip. Perus. in c. 1. col. 1. de off. vica. lib. 6.

*Vicarius episcopi excõicati non potest cõferre.*

217 Adhæc quando prælatus est excommunicatus, vel interdictus, suspenditur etiam potestas vicarii sui, c. 1. de off. vicar. lib. 6. gloss. & Doct. in cle. vlt. de procur. docui in inter. c. postulastis, not. 2. de cler. excomm. ministran. ideo si episcopus, vel eius vicarius interim conferat, non valebit collatio, immo efficitur irregularis teste Aret. in cap. cum non ab homine. col. pen. de iud.

218 Non valet etiam si vicarius & episcopus ignorent excommunicationem, glo. & Doct. in l. penult. de cleric. excommu. ministran. Panor. & alii in cap. pastoralis. §. verum. de appellat. nam in his, quæ geruntur ratione priuati officii, non est differentia inter occultum, & publicum excommunicatum: secus in his, quæ gratia publici officii geruntur. gloss. & Doct. in c. ad probandum. de re iudic. scripsi in Concorda. Franciæ in tit. de excommunicat. non vitand. hoc tamen aliter potest intelligi, videlicet de excommunicato maiori excommunicatione: sed excommunicatus minori si conferat ante notificationem, vel celebret, non est irregularis, & tenet collatio ab eo facta, per c. 2. vbi Doct. de except.

*Per renunciationẽ episcopatus*

219 Insuper si episcopus renũciet episcopatui, vel translatus fuerit, tacite reuocatur vicarius, & officialis, vt not. in c. inter. & c. fi. de translat. episc. nisi ad beneplacitum sit constitutus: vt inferius scripsi.

*reuocatur vicarius.*

220 Etiam potestas vicarii, capituli sede vacante cessabit, potestate capituli cessante: quod est per adeptionẽ possessionis episcopatus noui prælati. arg. c. 1. in fi. ne sede vacan. lib. 6. & nota. in c. 2. & c. fi. ne sede vacan. & clemen. 1. de hæret. cap. quoniam. de offi. deleg. hoc docet expresse Io. Francis. in tract. de off. & potesta. cap. sede vacan. quæst. 10. partis secundæ, col. 6. versi. adde etiam quòd potestas: vbi dicit hoc de consuetudine seruari.

*Vicarij potestas capituli sede vacante quando extinguatur.*

221 Nisi cõfirmetur officialis ab epis nouis, quod plerumq. fit, si eos idoneos ex inquisitione inuenerint, nisi interdũ à mulierib. rogati, vel ab aliis alios constituãt: quod permulti facere solẽt, & hodie à paucis quæruntur meliores, & doctiores.

*Vicarius an & quando per præsentiam episcopi reuocetur.*

222 Vltimo per præsentiam episcopi cẽsetur reuocatus vicarius: nam aduenient principe cessat magistratus. c. volentes. de offi. deleg. c. antiqua. vbi Henri. de priuil. c. si quem. de procu. lib. 6. quod est verum, quando absentia episcopi fuit causa constitutionis, vtpute quia episcopus peregrinari volebat.

223 Alioqui contra: nam videmus officiales & vicarios exercere potestatem præsentibus episcopis: nam cum quidã potius circa venationem, & alendos canes, & ludos versentur, iurisdictio & actus episcopales destituerentur, vt dicit gloss. §. item voluit, in verbo absentia. de colla. in Prag. plus dicit: vt intentio constituentis in hoc principaliter sit consideranda. c. petitio, & ibi Doct. de proc. vnde episcopus solus nõ potest omnibus negotiis prouidere quantumcunque sit diligens, vt dicit Panor. in c. qm̃. col. 2. de offi. ord. ideo etiã in presentia possũt habere & officiales, & vicarios, sicut curati multi etiam residentes habẽt vicarios, vt ecclesiæ melius seruire possint

*Vicarius ad beneplacitũ creari solet.*

224 Ex quo patet, q̃ episcopi suos creare debent ad beneplacitum eorum, vt solet Papa facere, in c. si gratioſe. de rescrip. lib. 6. & tunc concludunt Doct. eos posse, cum placuerit, reuocare.

225 Si tamen permutauerit episcopatum cum alio, non reuocatur potestas ipso iure, nisi per mortem: sed nouus episcopus poterit illum reuocare: ut pulchre consulit Calder. consil. 4. rector prouinciæ, de rescri. quod beneplacitũ reuocare oporteat, cõsuluit Soc. cõs. 77. super pdicta, in 3. vo.

226 Alioqui imputetur episcopo nouo, si eum non reuocet: ideo interim gesta valebunt

lebunt: nisi nouus episcopus alium constituerit, & ipsi vicario alterius episcopi constitutionem alterius notificauerit, vt supe rius dixi. vide multos casus reuocationis per Paul Castr. cons. 158. pro euidentia. in 1. vol.

*Vicarius etiam extra diœcesim beneficia confert, nisi vt inferius limitatur*

227 Postremo sciendum est, quòd vicarius generalis epi, vel alterius potest conferre beneficia etiam extra diœcesim. glo. in c nouit de off legar. Rota decis vlt. de off. vic. qa cõferre est iurisdictionis volun tariæ, quod et extra territoriũ exerceri po test l. 2. ff de off. procõ. Io de Selua in trac. de benefi in 3. par. q. 40. glo in §. item voluit, in verbo vicario. de coll. in Prag.

228 Fallit in beneficiis vacantibus in cu ria c. statutum. de præb. lib. 6. vbi si Papa non conferat beneficia in curia vacantia intra mensem, post mensem ordinarius, vel eius vicarius poterit in diœcesi tamen existẽs, & non extra & hoc est statutum, ne collatores creent vicarios Romæ, & Papæ collationem auferant: & qui de iure speciali competit, vt asserit Roma. singul. 48 tu habes, dixi in d c. statutum.

229 Secundo quando esset limitata potestas vicarij, quę potestas limitata non extenditur. l. in agris ff. de acqur. rerum domi. & licet insula acquiratur illis, qui hñt prælia in ripa proxima §. insula instit. de rerum diuis. tamen non habet locum in agris limitatis, quia tunc insula occupantis fit. l. ait prætor. §. insula. ff. de flum.

230 Et potestas data dño in causis vassal lorum non egreditur controuersias feudo rum Panor. in c. cæterum. de iudic. Felin. in cap. cum ordinem. col. 5. num 6. de re scri. vnde si vicarius sit constitutus cum po testate cõferendi beneficia in sua diœcesi, non poterit extra (vt dico infra) conferre.

231 Item quando alicui conceditur facultas limitata, excedens limites non facit etiam id, quod sibi concessum est, sed aliud. l. sed si ante ff. ad Trebe. l. si communem, quemadmodum serui amittan. l. si pupillorum §. si prætor. de rebus eorũ. Alber in tract de augmẽto. conclusio 8. nam fines mandati diligenter sunt seruandi. l. diligenter ff. manda. cap. cum dilecta, de rescript.

232 Item quamuis maritus pro vxore agere possit, tamen si sit constitutus procurator in aliquibus causis ad alia agere, maritus pro vxore non potest, l. maritus. C. de procur sic & vicarius: sed vt materia sit omnibus nota, facio casus sequentes.

233 Primus est vicarius constitutus ad conferendum beneficia diœcesis, Pariſ. po terit tam in diœcesi, quam alibi ea confer re, siue constitutus sit generaliter, siue in definite. glo. in d. c. nouit. de off. lega. vt su pra dixi.

*Casus, quando extra diœcesim vicarius confert. possit.*

234 Secundus casus, vicarius constitutus vt cõferat omnia beneficia nostræ diœ cesi, Magalonen. in ciuitate, tamen & diœ cesi, non poterit extra diœcesim cõferre: quia sua potestas est limitata in diœcesi. id est, intra diœcesim, ergo non extra. tex. in l. 1. §. in publico. ff. de flumin. & dictiones in & intra, æquiparãtur in l. 1. §. si intra. de succesſo edict. ſt. & l. 2. de verb. sign. c. tua de offic. vicar.

235 Tertius casus, vicarius cõstitutus vt possit conferre beneficia quamdiu episco pum abesse contigerit, non poterit conferre, quando episcopus erit præsens. cap. si delegatus. de offi. deleg. lib. cap. antiqua. de priuileg Ioan de Selua in tract. de benefic. in 2 parte quæst. 14 col. pen. vide ta men Paul. in l. sed & si pupillus. §. cõditio. ff. de instit or. act. quia non censetur consti tutus in præsentia: nam vnius inclusio, est alterius exclusio. l. cum prætor. de iud. ff.

*Collatio vicarij an valeat præsente episcopo.*

236 Ideo is qui habebit collationem a ta li vicario, oportebit probare id tempo ris episcopum fuisse absentem, tum quod sit intentionis suę fundamentum, tum quod præsumitur episcopus præsens, per totum titul. de cler. non residen. ubi debent in epi scopatu residere. & ita consuluit Bertran. consil. 2. viso processu. col. 4 num. 17. in 3. vol. ex antiqua editione.

237 Quartus casus, si data fuerit potestas vicario conferendi beneficia affecta gra duatis & nominatis, vel vacantia in men sibus illis præstitutis, non poterit alia be neficia conferre, cũ non debeat fines man dati, & vicariatus excedere, c. cui de non sacerdotali. de præb. lib. 6 sed hæc ptãs ad certa beneficia vix valeret: vt supra dixi.

238 Vltimus casus est, quod gesta per vi carium, & collationes factæ per eum non valent, si de eius non constet mandato: & hoc expressum tradit Bertach. in tract. de episcopo, in 7. parte quarti libri quæst. 8. instar legati de quo per Bart. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit & Doct. in cap. pastoralis de rescript.

239 Et tunc solat vicarius condẽnari ad omnia damna, & expensas partis, cui con tulit beneficium. quia eam decepit. ita vi di seruari in Practica, vt superius scripsi.

Alius

*Vicarius tẽporalis, & perpetuus quis.*

240 Alius est vicarius temporalis, qui in locum iurisdictionem temporalem habentis vel ad tempus sufficitur: & de hoc loquitur tit. C. de off. eius, qui vicem alterius gerit: vt legati proconsulum, & dicuntur etiam generales. c. pen. de offi vicar. vt est Dux Sabaudiæ: de quo Iacobi in tract. de feud. in verbo vicarius perpetuus. sed de isto nos non loquimur hic, & ipse videtur perpetuus, quicquid dicatur in contrarium, quia ad vitam non remouetur, & sic est perpetuus. l. 1 ff pro socio l. sufficit, de conditio. indeb. [sed vocatur temporalis, quia ad bona temporalia, & non ad spiritualia est præfectus.]

241 Alius est vicarius perpetuus, de quo inferius dicemus plenius in materia vnionis, in fine. & est ille qui præficitur curæ, quando beneficium vnitur mensę, vel alteri beneficio: de quo loquitur cle. vnica. de off vicar & Doct. in cap extirpandæ. §. qui vero de præben. & hic non destituitur sine magno crimine, vt alius beneficiatus. cap. satis peruersum. 56. dist.

242 Alius est temporalis, qui præficitur ad tempus beneficio, vtpote si curatus occupatus fuerit circa studium. c cum ex eo. de elect. in 6. gl in extrauag. execrabilis. Ioan. xxij. [de his dicetur inferius, alia tamen de vicariis episcoporum] hic non pertractabo, cum ista videantur sufficere. Laus Deo, quia nullibi inuenies ista congesta super hac materia, saltem ego nusquam legi.

## *De missione in possessionem.*

POsteaquam de electione, præsentatione, institutione, & collatione tractauimus, parum tamen esset collationem & prouisionem factam esse, nisi essent, qui executioni illam demandarent. arg. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iuris, & c. vbi periculum. §. præterea. de elect in 6. ideo videndum est de his, qui in possessionem mittere possunt; & quomodo ista missio fiat, & alia huic materiæ possessoriæ accommoda: omitto illas tres causas, ex quibus quis in possessionem mitti solet: de quibus iurisconsi. in l. 1. ff. quibus ex causis in possessio. eatur. vt hanc possessoriam beneficialem tantum pertractem.

*Tres causa ex quibus solet aliquis in possessionem mitti.*

*Possessio beneficij an sit propria auctoritate capienda.*

2 Notandum est, quòd prouisus à quocunq. non debet propria auctoritate possessionem apprehendere, alias prædo diceretur, per l. si ex stipulatione. ff. de acquir. possessio. nam requiritur mandatum collatoris. cap. 2. vbi de mandato nostro & c. ne sede vac. c. cum venissent. de restit. spol.

3 Non tamen esset priuatus iure, qui possessionem apprehenderet, nisi violentiam adhiberet illi, qui iam est in possessione. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte, quæstio. 15. & quando alius est in possessione beneficij, non licet propria auctoritate possessionem accipere dicta l. si ex stipulatione. alias spoliat possessorem, per dictum cap eum qui.

4 Ideo etiam si nõ adhibeat violẽtiam, debet puniri, nec lucraretur fructus, nec esset in illa possessione manutenẽdus, quia est vitiosa, ad quam interdictum vti possidetis non se extendit. l. 1. ff vti possi. Pau. Paris. consil. 74. volum. 4. scripsi in tract. de mat possess. in 3. tomo constitut. regia. & quia beneficiarius ignorat, an alius ceperit possessionem, necne, ideo semper de mãdato collatoris est in possessionem inducendus.

*Mandatũ collatoris requiritur ad possessionẽ beneficij accipiẽdam.*

5 Si tamen vacet beneficium, & nemo adhuc illud detinet, si quis apprehendat sua auctoritate non priuatur: vt Saf. & alij afferunt in d. l. si ex stipulatione. quam intelligunt quando aliquis erat in possessione: & ista est communis sententia: vt asserit Roch. Curtius in tract. iurispatr. in verbo ius. quæstio. 5 quem sequitur de Ripa in lib. 2. Respon de rescrip. cap. 31. quæritur. post Innoc. & Panorm in cap. cum super. circa finem, de causa possessio. Si sapis ad ista euitandum non accipias possessionem propria auctoritate, sed facias te inducere per alium, iuxta collationis formam.

*Traditio pilei quid significet post collationẽ.*

6 Si tamen episcopus conferendo tradiderit tibi pileum, vel calamum, sic te inuestiens, poteri ingredi possessionem beneficij propria auctoritate: quia per hoc datur facultas ingrediẽdi propria auctoritate. c. 1 quid sit inuestitura. & cap. 2. de cõsuetud. Rom singul. 136. cõsuetudo. hodie tamen prouisus mittitur in possessionem etiam post pilei traditionem, vt vidi seruari, & sic faciendum est, [vt est in decisio. Neapolit. 299 rex.

*Collatio ante missionẽ in possessionem facienda.*

7 Aduertendum est, quòd collatio, & prouisio prius facienda est, quàm in possessionem missio, & postea missio in possessionem. cap 2. ibi, donationis nostræ gratia præcedẽte, præbendæ nomine de mandato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan. cap. pastoralis de priuil.

priuileg. intellige vt per Panor. in c. auctoritate, de institut.

*Accipiens possessionē ante collationē est intrusus*

8 Alioqui si quis acciperet possessionem ante collationem, esset intrusus. Panor. in c. cum iamdudum. per illum tex. de præb. & postea collatio illi facta non valeret, vt ibi, & c. in nostra. per Fel. de rescript.

9 Vnde si quis postea illud beneficium non facta mentione istius prouisionis impetraret à Papa, non valeret impetratio tanquam subreptitia, per l. auctoritate. C. vnde vi. l. 2. C. de fundis & saltib. rei dot. lib. 11. vbi glo. quia iniuriam facit beneficio, qui illud iniuste detinet. c. multi. vbi Præpo. no. 40. dist. Feli. in c. postulasti. col. 18. vers. circa quartum. de rescrip.

*Electus ante cōfirmationem administrare non dēt. A quib. amittendus sit prouisus in possessionem.*

10 Idem si electus ante confirmationem administraret, esset enim iure priuatus, c. Auaritiæ. de elect. in 6. vbi vide Philip. Petrus. septem casus conscribentem, in quibus quis administrare potest ante confirmationem, & quæ scripsi in tract. de pacif. possess. in quarta limitatione, in num. 242. & seq.

11 Quæro, à quibus quis mitti in possessionem possit? respond. imprimis prouisus de beneficio potest per archidiaconum in possessionem mitti. cap. adhæc. de offi. archid. vel per decanum. cap. post electionē. de concess. præb ibi per cuius manum debebas, in c. inuestiri, &c.

12 Iudex ordinarius & delegatus à Papa possunt in possessionem mittere. c. si quando, & c. super eo. de offi. deleg. ordinarius, qui cōfert, archiepiscopus, episcopus, vel alius potest in possessionem mittere, per c. 2. de eo qui mittitur in poss. cap. 2. de sequest. poss. c. ex parte. de concess. præb. & dicit tex. in c. pastoralis, de priuileg. non esse licitum inconsulto episcopo in possessionem ecclesiarum introire.

*Presbyter aut clericus seu notarius in possessionē mittit.*

13 Hodie vero per quemlibet sacerdotem, vel clericum, seu per notarium Apostolicum, vel ab episcopo creatum potest quis in possessionem mitti: nam in collationibus episcoporum, vel aliorum solet mandari quibuslibet ecclesiasticis personis, ac tabellionibus, & notariis, vt inducant in possessionem talem prouisum, vt constat in forma collationis, quam superius conscripsi.

*Forma īstrumēti missionis ī possessionē.*

14 Vel interdum presbyter ponit in possessionem, & notarius hoc attestatur sic: Anno, &c. in mei notarii, & testiū infrascriptorum ad hoc vocatorū præsentia cō stitutus talis N. in vim collationis reuerēdi in Christo patris domini Paris. episcopi: vel in vim prouisionis Apostolicæ missus est & inductus in possessionem corporalem, realem, & actualem talis ecclesiæ N. & iurium suorum vniuersorum, à tali N. presbytero per ingressum eiusdem ecclesiæ, aspersionem aquæ benedictæ, osculum maioris altaris, tactum libri missalis & sacrorum ornamentorum, & per pulsum campanarum, atque seruatis aliis solemnitatibus in his seruari solitis & necessariis: in qua adeptione possessionis interfui, & nemo se opposuit, vel talisse opponit, &c. de quibus præmissis talis d. N. prouisus petiit à me notario prædicto instrumentum publicum fieri, & sibi tradi. Acta fuere hæc in tali loco. &c. præsentibus talibus testibus N & N. & copiosa alia hominum multitudo, &c.

*Clericō primæ tōsuræ etiā in possessionem mitti.*

15 Dubitari interdum vidi, an etiam per clericum primæ tonsuræ possit quis in possessionem mitti? Respon. posse, quia solet episcopus mandare vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis: & clericus primæ tonsuræ ecclesiastica persona dicitur, nec est amplius laicus, vt in c. fi. de tempo. ord. in 6. Panor. in rub. de vita & honest. cler. c. duo 12. q. 1.

*Papa et legatus certis personis cōmittit inferioresincertis.*

16 Est tamen differentia inter Papam, & alios inferiores, quia Papa solet certis cō mittere personis in dignitate constitutis, vt in possessionem mittant, vt patet in bulla nouę prouisionis, vbi dixi in 4. parte, fa cit c. si quando. de offi. deleg. c. statutum. de rescript. in 6. idem in legato, vt ibid.

17 Inferior vero solet mandare non certis personis, sed vniuersis subditis suis, vt patet in forma collationis supra.

*Subditō collatoris ī possessionē mittit, & non debet recusare.*

18 Et sic non posset clericus, vel sacerdos habens domicilium Aureliæ, & non subditus episcopo Paris. mittere in possessionem in diœcesi Paris. quia illis non mandatur: nec committitur, & si hoc faceret sine commissione, est puniendus, per regul. extra territorium ius dicenti non paretur impune, l. fi ff. de iurisdict. omnium iudic. cap. fi. de constit. in 6 nec valeret illa missio in possessionem: non posset ergo clericus subditus episcopo Paris. requisitus recusare sine causa, alias arbitrio uiri boni puniretur. c. si quando, & cap. sciatis de rescript. vbi iuriū interpretes.

*Certis personis an inferior mit*

19 Aliquando tamen vidi quosdam Cardinales Archiepiscopos committere, certis personis sicut Papa: & isti commissi, si sint impediti, possunt delegare vices suas:

& aliu

*fionē in possessionem cōmittere possit.*

& alius non subdelegatus ab ipsis nō posset mittere in possessionem, cap. Prudentiam, & cap. Pastorialis, de offi. delegat. dixi in formam nouæ prouisionis & puto quòd ordinarius possit etiam committere certis, si vellet: quia non inuenio hoc prohibitum: sed quia pars dubitat, an is requisitus hoc vellet. ideo generaliter impetrat mandatum & commissionem, vt vniuersis committatur & singulis, &c.

*Notarij regij in possessionem beneficij nō mittit, sed missionē attestatur ab alio fiendam.*

20 Verum quia mandatur notarijs & personis ecclesiasticis, de quibus notarijs intelligatur? Respon. quòd ad missionem nō posset notarius regius mittere in possessionem beneficij, quia non est ad hoc notarius, sed tāquam priuatus, l. 3. ff. off. præsid. & per Regem creatus est non ad hoc: & laici ecclesiastica negocia tractare non debent cap. decernimus, de iudic.

21 Posset tamen notarius regius, si presbyter induceret in possessionem curatū, vel aliquē prouisum attestari de hac missione in possessionem, & probaret hęc missio: quia de his quæ fiunt ante eum attesta ri potest, ca. cùm P. tabellio, de fide instr. scripsi in art. 2. gl. prima de literis oblig. in primo tomo, constit. regia.

*Notarius non dēt esse clericus.*

22 Aliquādo etiam vidi dubitari, an iste tabellio Apostolicus debeat esse clericus, & sic persona ecclesiastica, quod videbatur, quia dicit personis ecclesiasticis, notariis, &c.

23 Contrarium sentio, quia primò mandatur personis ecclesiasticis, secundo mā datur tabellionibus, licet non sint clerici, possunt in possessionem mittere ratione officij publici, non ea ratione quòd sint clerici: nā prohibetur clericis, ne sint notarij, cap. sicut, ne clerici vel monachi: qa eorum officium vile est glo. in l. vniuersos. C. de decur. lib. 10.

*Missio in possessionem quo fieri deat.*

24 Præterea iste clericus volens in possessionem aliquem mittere, debet videre literas collationis, & suam commissionē, & illud mandatum sequi, & formā illius, l. diligenter. n. sunt fines mandati seruandi, ff. mand. & postea dicere; ego auctoritate reuerendi domini episcopi Paris. & in vim literarum collationis ab eodem factæ induco te in possess. talis beneficij N. quod nominare debet & vniuersorum iurium & pertinen. & prædicti beneficij primò per ingressum ecclesiæ &c. & ita ingrediatur ecclesiam, postea aspersionē aquæ benedictæ referat, & alia quæ suprà scripsi.

25 Item quamuis in collatione mandetur primò personis ecclesiasticis, vt in possessionem mittant, postea tabellionibus: tū ordo scripturæ non consideratur, vt requiri primò persona ecclesiastica debeat, sed est in electione prouisi est vt eligat, an velit habere notarium, vel clericum seu vtrunque, quia omnibus hoc conceditur: ergo omnes possunt, vel aliqui, per cap. sci scitatus, de rescrip. melius est tamen habere clericum qui mittat, & notarium, qui omnia illa scribat.

*Ingressus ecclesiæ fit in possessionē capienda.*

26 Itaque primo capienda est possessio per ingressum ecclesiæ. nam qui fundi possessionem adipisci vult, introire fundum debet, non quamlibet illius partem circuire, l. 3. ff. de acq. poss.

*Aquæ benedictæ aspersione datur in missione in possessionem.*

27 Secundo per aspersionem aquæ benedictæ, ad presbyterum etiam & ad curatū spectat aquam benedicere, & benedictam aspergere, vt populus ea aspersione sancti ficetur, & mundetur, & sic mundus ad altare veniat: & hoc introduxit Alex. Papa V. vt in cap. aquam, de consec. dist. 3. c. per lectis, §. ad presbyterū, 25. dist. Ang. Clauas. in summa Angel. in verbo aqua, Ezechiel. 36. c. scribitur. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: docet Spec. in Ratio diuinorum off. lib. 4. cap. 4.

*Osculū maioris altaris in missione in possessione fit.*

28 Tertio per osculum maioris altaris solet capi possessio, & hoc fit quia in maiori altari celebrare debet curatus, & pacē facere cū Deo, & orare pro populo, vt Deo uniatur. & cantico primo dicitur, Osculetur me osculo oris sui, de quo osculo altaris docet Speculat. vbi supra, cap. 9. & 53.

*Libros dēt habere sacerdos, & quos.*

29 Quarto per tactum libri missalis, vel antiphonarij seu alterius libri sacramentorum, quos oportet sacerdotem habere: alias nomen sacerdotis habere non meretur, cap. quæ ipsis, 38 dist. domi. Gemin. consil. 73. in causa, col. 1.

*Tactus ornamētorū non necessarius.*

30 Quintò addunt quidam per tactū ornamentorum sacrorum, sed hoc est necessarium: sicut in possessione capienda, non est necessarium omnes glebas apprehendere, nec circuire, l. 3. ff. de acq. poss.

*Fontiū baptis. an poss. capiēda.*

31 Sexto addunt alij per tactum fontiū baptismalium, si sit ecclesia parrochialis: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum, cap. debitum, & per totum, de baptismo, & necessarium: ita quidam capiūt necessaria.

*Cāpanarū pul*

32 Septimo etiam per pulsum campanarum: & hoc fi., vt populus frequens adsit,

*ius cur sit missione fiat Campana cur benedicatur.*

vt possessio non sit occulta, sed publica: vt scripsi in gl. 10. reg. de publ. resig. & Spec. in suo Ratio. lib. 1. c. de campanis, sic ait: Pulsatur, & benedicitur cāpana, vt per illius tactuū, & sonitū fideles inuicē inuitētur ad præmium, & crescat in eis deuotio fidei, fruges, mentes & corpora credentiū seruentur, procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici fragor, & grandinum procella, turbinum impetus, tempestatum, & fulgurum temperentur: infesta tonitrua, & ventorum flamina suspendantur: spiritus procellarum, & aërię potestates prosternantur, & ut hoc audientes confugiant ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium, &c. hęc ille.

*Domū presbyteri beneficij an ingredi qs debeat.*

33 Octauo, solent quidam ingredi domū presbyteri, quam vocant presbyterium: & si quis sic in ecclesia, vel in domo curati acceperit possessionem, acquiritur eidē possessio omnium rerum beneficij etiā sine alia apprehensione. l. 3. & l. cum hæredes, vbi iuriū interpretes, ff. de acq. pos. & hoc docet Innoc. in c. in litteris. de restit. spol. Rota decis. 4. [sub tit. de rest. spol. deci. 1.] in no. & decis. 8. de restit. spol. Bernard. de Bisignet. hoc tamen non est necessarium.

*Quādo quis non potest ecclesiam ingredi, quid agēdum.*

34 Si non possit ingredi ecclesiam, tunc sufficiet tangere ostium, seu pessulum, seu anulum portæ ecclesiæ affixum, & tibi sic acquiretur possessio, vt docent domi de Rota in decis. 153. not. pone q̄ aliquis in antiq. [sub tit. de caus. poss. & proprie. decis. 5 Quia porta est pars rei. l. fundi. ff. de act. empt. & quia per illum non stat quo minus ingrediatur & sic illi non est imputandum. l. in iure. ff. de reg. iur. alioqui esset in potestate partis, sic retinendo claues, priuare alteram partem, quod nō est permittendum, nec fraus est permittenda, sed illi obuiandum est. l. in fundo. ff. de rei vend. ] immo aliquando per aspectum pinnaculi ecclesiæ accipitur possessio. l. 1. §. si iusserim. ff. de acq. poss. abunde tradidi in præfa. ad tract. de materiis possess. in 3. tomo const. Reg.

35 Vnde qui sic adeptus est possessionē, agere poterit possessorio teste Guid. Papæ in cons. 71. Pro diuisione, col. 4. vers. quinto præsuppono. & hoc est verum, quando eidem pessulum traditum fuerit, vel anulus portæ affixus per presbyterum, vel alium, qui habebit ad hoc potestatē, secus si per apparitorem Regium, teste Rom. cō sil. 482. in casu. col. 1. scripsi in pfa. de mater. possess. nu. 121. in 3 tomo const. Regia.

36 Nonò, si quis mittatur in possessionē præbendæ. & canonicatus, solet ei assignari locus in choro, & in capitulo, saltem in choro datur cathedra ad sedendum. c. pro illorum, & c. dilecto filio. de præbē. c. cum super. de conce. præben. [& acquiritur possessio iuris canonicalis cū stallus in choro, & locus in capitulo datur. cap. cum inter. de renunc. Geminia. in c. licet episcopus. q. 1. de præb. in 6.] & in quo consistat canonicatus possessio, scripsi in gl. canonicatum. §. 1. tit. de collat. in concor. *Missio in possessionem præbendæ, quo fiat.*

37 Decimo si quis perperā possessionem acceperit. licet bono sit iure munitus, non manutenebitur in possessione vitiosa, sed in possessorio succumbet. l. 1. & 2. ff. vti poss. c. licet causam. de prob. potest n. possessio esse vitiosa, & iustus titulus. cap. si quādo, de off. del. & è contrario titulus iniustus, & possessio iusta. l. 1. §. si vir. vbi Docto. ff. de acqui. pos. vide quæ dicam infrius in bulla nouæ prouis. in 4. par. *Possessio uitiosa non prodest, licet iust⁹ titulus.*

38 Vndecimo, q̄ ius ciuile naturalē possessionem vocat. l. 2. §. 1. & l. & habet. ff. de preca. scripsi in præfa. ad tract. de materiis possess. in 3. to const. Reg. ius canonicum corporalem possessionem vocat, c. ex parte de concess præb. c. si quando. de off. dele. Bart. & alij in l. 1. ff. de acquir. pos. *Naturalis possessio corporalis vocatur*

39 Duodecimo, per signaturā capi potest possessio: quia gratia perfecta est, per verbū fiat. Calde. & alij in c. quisquis. de elec. & infra dicam in tract. de signa. & statuit Alex. 6. pontifex id tēporis maximus. eo. tit. q̄ non daretur in curia Romana priuatio illius, qui cum sola signatura se intrusit: nec beneficium illud potest impetrari, vt alibi plenius scripsi: licet quædam Parlamenta Franciæ mordicus cōtrarium teneant, quod mea sententia non iustè: quia postq̄ Papa hoc statuit, illi est obediendū, & inhærendum, nec priuatio dari debet, nisi à iure data sit. gl. in c. si. de iure patr. *Possessio capi pōt per signaturam*

40 Nec inuenitur a iure statuta priuatio. nisi in maioribus dignitatibus extraua. suscepti. de elect. in extrauag. Io. xxij. Ergo in aliis locum non habet. & sic tenendum est: licet non debeat quis recipere fructus ex sola signatura, alias est intrusus, ut in c. auaritiæ, de elect. in 6. & alibi dicam abundantius.

41 Decimotertio possessionis adeptio debet probari per instrumenta publica, vel per scripturam priuatam trino teste notatam, quæ æquiualet instrumento publico, l. scripturas. c. qui potio. in pign. habean. cum *Adepti possessionis qui peobādi sit.*

cum auth ibi posita poterit etiam testibus probari, cum non inueniam contrarium statutum, & parem probationem habent testes & instrumenta: l. in exercendis. C. de fide instr. & quomodo probanda sit possessio, vide quæ scripsi in ar. 2 gl. vlt. de mater. possess. in 3. tomo const. reg.

*Causæ cognitio in missione in possessionē non requiritur.*

42 Decimoquartò licet olim causæ cognitio in mittendo in possessionem interueniret, & differenda erat missio, donec de veritate tituli innotesceret. c. si quando. & c. super eo de offi. deleg. sic de iure ciuili in hi. C. de edict. diui Adrian. tollen hodie tamen presbyter vel notarius, qui inducit in possessionem, non est nisi nudus minister.

43 Ideò non recipit cognitionem nec differt mittere in possessionem: sed postea iudex coram quo causa agetur, cognoscet: & pars quæ est in possessionem missa, impetrat literas à Rege, vel à quibusdam Senescallis, qui ad hoc potestatem habent: in quibus conuenitur pars ad videndū prouisum manu teneri in possessione saysina, in qua est.

44 Et pars se opponet, & ius eidem dicetur coram seneschallo, vel bailliuo: & baptizantur (vt dicanici dicūt) contrariæ possessiones, & allegantur postea producuntur tituli, & sequestratur beneficium, vel recredentia conceditur: vt plenè scripsi, in 3. tomo constit. Reg. in tract. de mater. possess. & præcipuè in tit. de causis possess. beneficialibus. vbi alia possessionem tangentia licet videre, ne plura.

[ Decimoquintò potest quis possessionē capere per sē, vel per procuratorem, cum non sit actus personalis l. 1. § per procuratorem. ff. de acq possess. vbi plene Doct.

Decimosextò si prouisus per resignationem velit accipere possessionem ecclesiæ parochialis, debet in ea ipsa ecclesia, & die dominico, vel die festo à clero & populo celebrat tempore quo diuina tractantur, videlicet missæ, aut vesperorum, possessionem recipere ex edicto Regio, de quo dicam infra in 3 parte & facit tex. in l. 1. C. de his qui in eccles. ma.

Decimoseptimò debet quis possessorio agere adipiscendæ retinendæ, vel recuperandæ possessionis, nisi prius adeptus fuerit possessionem. c. Pastoralis. vbi Panor. de caus. possess. at in hoc regno interdictum adipiscēdæ maximè in beneficialibus quiescit.

Quod limitatur nisi impeditus fuerit, ab aduersario. tunc pro possidente habetur, l. in iure ciuili ff. de reg. iur Doc. in l. 1. § si iusserim. ff. de acq. possess. Carol. Ruy. consi. 161. præmittendum in 1. v. 1.

Decimooctauò non potest quis constituere procuratorem ad adipiscendam possessionem antequam ius habeat in beneficio, quia non potest disponere de re, quam non habet, alias dicitur inuasor l. si quis, & l. inuasor. C. vnde vi. sic nec constituere procuratorem ad permutandum beneficiū, quod nō habet. de Rota decis. 142. & 529. vtrum in antiquis. plenè probaui iu consi. incip procuratorium vbi dixi illum non esse intrusum, si non fuerit adepta possessio ante ius habitum. ]

## *De Papæ prouisionibus.*

*Prouisio Papæ ad vacatura, vel ad vacātia beneficia tendit.*

VLtimò iustè acquiruntur nobis beneficia per Papæ prouisionem, quæ aut sit de vacaturis, aut de vacantibus c. 2. de præb. in 6. Ad vacatura multis modis Papa mandat prouideri. Primò cuidam priuilegium concedendo, vt ipse possit conferre beneficia, cum vacabunt: vt in c. is cui & c. si cui primo, de præb. lib. 6. vel vt quis nominare possit, fortè ad Episcopatus, & Abbatias, vt in c. quod sicut. de electionibus in tract. de nomina. Reg. in Concord. vbi scripsi, & varia super his prouisionibus concessa fuerunt olim priuilegia: quæ multa tendunt in totius ecclesiæ catholicæ grauem perniciem: quamobrem reuocanda, quod non facilè erit. Aliquando iubat Papa de his vacaturis prouideri per mandatum, reseruationes expectatiuas, aliaque varia rescripta. quæ singula suo ordine videamus. Et ad faciliorem horum interpretationem præmittendas duxi aliquot differentias inter priuilegium & mandatum, quibus adiungemus & rescriptum.

### *Differentia inter priuilegium rescriptum, & mandatum.*

*Summa eorum quæ infe rius explicabā tur.*

NVnc † antequàm ad alia perueniamus, dicendum est rescriptum priuilegium, beneficium, & mandatum quo modo differant, & differentias inter rescripta gratiæ, & iustitiæ: demum declarabimus rescripta ad vacatura, & ad vacantia, & singula membra, quantum attinet ad materiam beneficialem: postea prosequemur, etiam quædam rescripta cōmunia, seu mista, quæ à Papa & principibus secularibus conceduntur: quibus visis, materia ista re-

scri-

scriptorum completa erit: & beneficialis, quæ iam dudum latuit, & clausulas multas rescriptorum inferam, adhuc non elucidatas, quæ tamen in forensi iudicio versantur, & necessariæ & vtiles sunt, maximè vt praxis Rom. super impetrationibus gratiæ intelligatur.

2 Primò itaque dicendum est de beneficio: sed quia in huius libri principio conscripsi: ideò tantum dicam de rescripto, priuilegio, & mandato: & quid inter se differant.

*Priuilegiũ est ius singulare.*

3 Primò priuilegium est ius singulare, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem constitutum est. l. ius singulare ff. de legibus, c. fin 25 q 1. circa fin. ibi. neque enim priuilegia aliquibus conce derentur, si propter generalem legem, nulli aliquid speciale indulgeretur.

4 Et dicuntur priuilegia quasi priuata legia, eò quòd priuatam legem singulis gerent. vt in d.c fi. scribitur: vel dicuntur leges priuatorum c. priuilegia 3. dist. Bart. in l 1. in fi. C. de iuris & fact ignor & l. fi. si contra ius & l. fi. ff. de const. prin. gl. in verbo nascatur, c. 1. de const. lib. 6. vel dicitur priuilegium quasi lex de priuo homine lata. Bud. in l. 2. ff. de or g. iu. in annot. Ego dicerem priuilegia quasi priua legia: quòd priuilegia sint priuæ leges, id est propriæ: singulorum & priuatorum.

*Priuum regis cõsilium quid.*

5 Inde vocamus consilium Regis priuũ, *le priué conseil*, vel quòd sit Regis propriũ, vel domesticum, & generali significatione omne rescriptum quod à principe emanat, potest large priuilegium appellari. Bald. in proœ. feud. num. 18. quia princeps concedendo priuilegium facit, arg. gl. in c. relatum. de præb tamen in specie, vt dixi, non potest dici priuilegium nec inueni sic à iure vocatum: vt Bald scribit: ideo dic vt supra dixi, num. 4.

*Priuilegiũ stricte interpretatur.*

6 Annotandæ sunt super hoc quædam differentiæ inter rescriptum & priuilegiũ. Prima est, priuilegium strictè interpretatur, l si quando, C. de inoff. testam. c. 1. & 2. de priuileg. lib. 6. Archidia. in c. frater. 16. quæst 1. Bald in l. quæ ex relationibus. C. de legib. Panor. in c. cum ordinem. de rescript. nam postquàm est contra ius commune, omnis recessus à iure communi est odiosus: gloss. in c. 1. eod lib. 6. sicut econtra, quando redditur ad ius commune, est fauorabile c statutum. in gloss. numerandũ de præb. in 6. ideo priuilegium tanquàm exorbitans erit restringendum.

7 Secus in rescripto, vt dixi in ca. r. & c. causam. eod. ideo priuilegium vni datum non extenditur ad alium l. 1. ff de constit. princ. l. 2. C. de legib. c. sanè, vbi Panor. de priuileg. quia est stricti iuris.

8 Nisi ageretur de proprietate verborũ, tunc interpretatio fiet quatenus proprietas verborum expostulat. l. cum lege, vbi Areti. ff. de test. Calde. cons. 1. de consang quia verba siue sint in priuilegio, siue in alio rescripto, non mutant suam significationem, nec alterantur regulariter, licèt restringantur pro odiosa materia, vel amplientur pro fauorabili.

9 Vel nisi strictè interpretando reddere tur inutile, tunc interpretabitur vt aliquid operetur: vt statim dicam, c in his. de priuil. Doc in ca. dilecti. de for compet. Idem si possit inutile fieri. c. licet. de priuileg. lib. 6 iuncta glo. ibi & Doct. in cap. cum ordinem. col. 2. de rescript.

10 Si verò priuilegium derogaret statutis vel consuetudinibus, tunc facienda esset lata interpretatio, secus si iuri derogaret. Ant. Butr. per illum tex. in c. olim. in fi. de verb. sig. & Dec. in d. ca. cum ordinem, sed non video posse subsistere, nisi statuta essent contra ius.

*Priuilegia gratia continere dẽt.*

11 Secundò regula hic figi potest talis, q priuilegia ita interpretãda sunt, vt aliquã contineant gratiam cõtra ius, & vt aliquid addant. c. fi. circa fi. ibi: neque priuilegia aliquibus concederentur, si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. 25. q. 1. l. 1. vbi glo. alia adducit iura ad munic c in his. de priuileg.

12 Idem in rescripto ad lites. c Pastoralis de appel.

*Verba legis statutis, & sua frustra nõ sunt adijcienda.*

13 Idem in legibus, vt verba legis frustra adiecta esse nõ debeant, l 3. vbi Iaſ in 1. no tab. de iureiur. gl in l. 1. ff quod met. causa.

14 Etiam statuta interpretari debent ne sint frustratoria l 2. C. de noxal. actio Bar. in l 4. §. Prætor ait. ff. de damn. infect.

15 Etiam procedit in sententijs. c. si Papa. de priuil. in 6. & in dispensat. onibus docet Butri. in ca. at si clerici. §. de adulterijs. col. 6. de iudic. refert Ripa in c. 1 num 67. eod. & in contractibus, in quibus etiam non debet aliqua superflua esse dictio l fi. vbi Do. ff. si certum petat. glo. in ca solitæ in verb. tanquam, de maior gl. d. l. 1. ff. quod metus causa Bald. in rub de contrah. emp. C. q. 9. Anchar. consi. 126. pro parte, & Corn cõs. 191 in 2 vol.

16 Vnde si facultas testandi monacho detur,

*Facultas teſtãdi monacho quõ intelligatur.*

tur, intelligitur de bonis, quæ de facto tenet, vt aliquid operetur priuilegium, teſte Bald. in l. 1. col. 3. in 5. oppoſ. C. ſi ſeruus extero, & quamuis diſpenſatio ſit ſtricti iuris. c. 1. in fi. de fil. presby. tamen non eſt ita coarctanda, vt nihil gratiæ contineat: ſed ſufficit quod aliquid, licet modicum operetur: vt ſcribam in reſcripto diſpenſationis: diuerſum eſt in reſcripto: vt ſuperius docui.

*Libera teſtandi cui conceſſa nõ põt auferre legitimã.*

17 Limitatur niſi illa interpretatio priuilegij auferat parti ius quæſitum: nam tunc ad terminos iuris eſſet reducendum per l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. vt ſi concedatur libera teſtandi facultas, non poteſt filijs auferri legitima, ſed is iure teſtari debet. d c. ſi quando. & Fely. in c. cauſſam. col. 8. verſ. interpretatio priuilegij, eo vbi priuilegium concedens liberam ſepulturam, non tollit quartam canonicam curato debitam Panor. in c. certificari col. 3. nu. 10. de ſepul. Doct. in l. ex facto. ff. de vulg. per illum tex.

*Expreſſio eorũ quæ tacite inſunt nihil operatur.*

18 Secundò quando exprimitur id, q̃ tacitè intelligitur, tunc verba nihil operantur. c. 2. de elect. lib. 6. l. 3. ff. de leg. 1. ca. 2. & c. ad audientiam. 2. de reſcrip. quando exprimitur eodem modo, quo ineſt Doct. in d. l. 3. gl. in clemen. 2. de priuile. vnde dicit Bal. in c. cum ordinem de reſcr. col 3. verſi. pone ergo, q̃ expreſſio debet aliquid operari, verum eſſe ſi iuris ratio patitur, alioqui ſecus, vt quia ineſt de neceſſitate, & in quolibet contingentis illius generis.

19 Item quando poteſt operari: vtpote ſi id quod conceditur non erat in totum permiſſum de iure communi, alias cõtra: quia tunc præter ius nihil operatur. Gemin. in c. ſi Papa, in fi. princ. de priuile. de Ripa. in d c. 1. eod.

*Interpretatio nõ dẽt laedere ius niſi in modico.*

20 Adhæc intelligere debemus, vt iſta interpretatio non lædat ius commune, niſi in modico, & quanto minus poſſibile eſt, per tex. in c. eos. §. 1. de tempo. ordinand. lib. 6. vbi Gemi. q̃ ſi libera poteſtas alicui data ſit faciendi actum, quem facere non poterat, tamen in eo ſeruare debet Canonicã formam.

21 Et is cui libera conceditur electio, vel epiſcopatuum nominatio non conceditur vt inhabilem, & minus idoneum eligere poſſit. Doct. in ca ſi pro debilitate, de offic deleg. vt refert Fel. in c. 1. col. 6. verſ. declara duobus modis, eodem, vbi aliæ declarationes & limitationes traduntur, quæ ibidem videri poſſunt, & in d. cap. cauſſam, iam allegato, eo. quod facit ad intellectum tit. de nominatio. Regia in concord. & ibi plenè ſcripſi.

*Sublato iure quoniã priuilegia ſublata cẽſeantur*

22 Tertiò ſublato iure non cenſentur ſublata priuilegia, quæ etiam iuri communi aliquid addebant, vel addere erant apta. c. 1. de conſt. lib. 6. quia cenſentur conditori incognita, vt ibi teſte Fely. in d. cap. 1. col. 7. verſ. declara. eo. & verſ. ſublato, vbi limitat duodecim modis, quos quilibet ibi dem videre poterit, vnde in concor. in rub. de nominatione reg. in § fin reſeruantur electiones eccleſijs habentibus ſpeciale priuilegium eligendi: ſecus eſt in reſcripto vt inferius dicetur.

*Priuilegia contra ius ſunt, nõ reſcripta.*

23 Quartò reſcriptum eſt ad obſeruantiam iuris cõmunis. d. l. falſo. C. de diuer. reſcr. in tract. de reſcrip. in ordi. reg. dixi contrarium, ſed priuilegium contra ius gl. in ſumma, 25. q. 2 idem ſi ſtatuto cautum ſit, vt exteri non gaudeant priuilegijs ciuium: ſic intelligetur, vt decidit Barba. in rubr. huius tit. in clem. col. 3. ver. hinc eſt: & reſcripta quæ à iure diſcedunt ordinario non ſunt fauorabilia, teſte Bal. in c. ſuper literis. col. 1. de reſcript.

*Falſum in priuilegij facilius quã in reſcriptis præſumitur*

24 Quintò facilius vitiatur priuilegium quàm reſcriptum: & in priuilegijs facilius præſumitur falſitas, quàm in ſcriptis. Inn. in c. epiſcopi de reb. eccleſ. non alie. c. pen. de crimine falſi Refert Panor. in c. ex literis no. pen. de fide inſtru. Barba. in rub. de reſcript. in clem. col. 3.

25 Ideo falſitas non præſumitur in reſcriptis, quia facilè obtineri poſſunt. Et ſic conſului pro quodam ſecretario ſuper literis de committimus in quibus apparebat falſum, ſed illum excuſaui per d. tex. & alia iura quæ tunc allegaui, nec videntur odioſa reſcripta, quia modici ſunt præiudicij. Bal. in l. 1. de diuerſ. reſcr. Dec. in c. ſedes. col. 2. de reſcrip. contra Panor. ibi.

*Priuilegium non egreditur perſonam eius cui eſt conceſſum.*

26 Sextò priuilegium perſonæ conceſſum non egreditur perſonam. l. 1. ff. de conſtit. princip. reg. priuilegium. de regu. iur. lib. 6. l. cùm patronus, ff. de leg. 2. & l. quod contra rationem iuris eſt receptum, non eſt producendum ad conſequentia. ff de legibus & in his quæ cõtra rationem iuris ſunt conſtituta, non poſſumus ſequi regulam, l. ſeq. ibid. ſecus in reſcripto, c. Rodulphus, & c. ſignificauit. & c. ſi de reſcrip. cap. quia 5. de iudic. vbi plenè Doct.

*Filiũ ſericeum in primo*

27 Septimò priuilegia dantur cum filo ſericeo, reſcripta cũ filo cannabis, c quã graui, de crimine falſi. Cy. in l reſcripta. C. de precib.

*legijs poni solet.*

precib. Impera. offerend, & sic ex diuersitate styli, & modo dictaminis cognoscitur vtrumque arg. l. si seruus plurium. § fi. ff. de leg. 1. dicetur in differentiis inter rescripta gratiæ & iustitiæ infra.

*Verba rescriptorum interpretationē legū & canonū recipiūt*

28 Octauò verba rescriptorum recipiunt interpretationem legum, & canonum: secus in verbis priuilegiorum: ne priuilegiū reddatur inutile. c. causam. eo. sic pulchrè ait Bald. in rub. huius tit. in princ. & rescripta recipiunt interpretationem naturalē, & necessariam, l. quamuis. ff. de in ius vocand. l. scire. §. sufficit, ibi cuius fidem sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia, de excusa. tuto.

29 Etiam si in rescripta prohibita esset interpretatio, adhuc pro materia subiecta interpretabitur. l. si vno. §. 1. & 2. cum seq. ff. loca. & l. si stipulatus. de vsur.

30 Etiam ex rescripto alterius principis interpretati potest rescriptum alterius: quia sicut expedit iura iuribus concordare, ita rescripta rescriptis. l. vna. C. de inoffic. dotibus, l. rescriptum ff. de pactis, & potius sunt improprianda rescripti verba, quàm præiudicent tertio. tex. singu. in cap. super eod. de offi. deleg. secundum Cardin. consi. 142. videtur, in fine. & superius dixi. [Et priuilegium principis ab ipso principe est interpretandum, vt eius interpretatio necessaria sit. l. fi. C. de legi. & etiam quilibet inferior potest interpretari principis priuilegium per rationē & iura. per tex. in l. ex facto. ff. de vulga. & ibi Bal. & Ias. sed illorum interpretatio ab alijs non tenebitur, inter quos non est declaratio facta.]

*Rescripti verba æquitati & iuri conuenire debent.*

31 Itaque verba rescripti conformare debemus æquitati, & iuri, c. paratus. 23. q. 1. & reduci ad ius commune, & secundum illud intelligi, & interpretari, c. causam. vbi Panor. & alij de rescri. sunt. n. stricti iuris, & interpretari debent secundum iuris dispositionem. cap. ad hæc. & c. nonnulli. §. fi. de rescr. Bal. in l. vxor. C. qui accusare non possunt: sequitur Alex. cons. 97. viso themate, col. 2. in 2. volum. & Dec. in d. c. causam. in princ. quia ad obseruationem iuris conceduntur: ideo secundum naturam eius debent intelligi: vt Panorm. & alij asserunt ibidem.

32 Limitatur quando nulla esset ambiguitas in rescripto, tunc debet intelligi prout scriptura vult. l. ille aut ille. ff. de leg. 3. alia multa vide per Fel in d. c. causam.

*Dom:*

33 Nonò in priuilegiis eo ipso quod princeps aliquid dat, dominium transfertur: nec aliquid requiritur, nisi ad facti traditionem executio, cle. auditor. de rescrip. c. inter. de fid. instru. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr. Bald. in proœ. Feudo. col. vlt. quod non est in rescripto.

*niũ trãsfertur ex principis donatione.*

34 Decimò rescriptum secundum faciens mentionem de primo tollit primum: vel speciali derogat generali, etiam nulla facta mentione. c. 1. c. cæterum. & c. Pastoralis. de rescr. secus in priuilegio glo. in summa. 25. q. 2. quod an sit verum, in c. 1. de rescript. tractant Doctor. ibi videre ibidem. docui interpretando illum titulum. anno 1548. in auditorio Parisien. Decretorum cum magno auditorum numero.

*Secundum rescriptũ derogat primo.*

35 Vndecimò hæc priuilegia vel ob meritum conceduntur. l. 1. ff. de constit. princ. ibi, ob meritum indulsit. & d. §. sed & quod principi placuit: vt in l. vnic. C. de profess. qui in vrbe Constant. comiti. merue. lib. 12. vel ratione obsequij, dicit tex in §. penult. 25. q. 3. Adhæc religionis fauore: vt ibi, & cap. fi. 12. q. 2. & in l. sunt personæ ff. de religios. tamen non debent concedi priuilegia, vt quem diuitem faciant, & multos in miseriam deducant, & in multorum detrimentum, c. fi. 25. q. 1. c. suggestum, de decis. sicut faciunt quidam domini, interdũ dantes diuitibus, & pauperes spoliantes.

*Priuilegia quæ re conce dantur.*

36 Vltimò propter vtilitatem priuilegia conceduntur. l. ius singulare. ff. de legibus & differt à dispensatione, quæ fit cum causa. c. non est de voto. priuilegium verò sine causa multoties.

37 Duodecimò rescriptum generaliter indultum non includit casum publicæ vtilitati contrarium, per l. iubemus primam. C. de sacrosan. eccles. & l. si de nauib. non excusan. lib. 12. facit l. nullus. 1. C. de decurio. lib. & l. 1. vt nemini liceat in empt. Spec. lib. 10. facit l. si quis in graui §. vtrũ, & quæ ibi addidi. ff. de Senatusc. Syllan. & quamuis non possit quis potentiori cedere, l. vna. C. ne liceat poten. hoc non procedit, quando quis non potest aliter rem suam recuperare: vt docet Barb. in rub. eo. col. 19. & 20. vers. idem dicendum erit, alias per vos colligite differentias.

*Cedere potentiori quando liceat*

38 Vltimò priuilegium perditur duobus modis, expresse, & tacitè. expresse si reuocetur per concedẽtem: iudicium enim soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat, l. iudicium. ff. de iud. & habetur in c. suggestũ, de decis. quod reuocari potest, nisi transierit in contractum. l. si hominem. ff. manda-

*Priuilegiũ duobus modis amittitur.*

da.

da. Soc. consi. 4. super q. col. 3. vol. 3. Alex. consi. 16. in causſa, col. pen. in 5. vol. scripſi in præſa. ad rub. de colla. in Concord. vel ſi contrarium concedat priuilegium derogatoriũ primo, c. 1. de reſc. & c. veniẽs, ibi.

39 Idem ſi pars illi expreſsè renunciet, quod poteſt: quia quilibet poteſt iuri ſuo renunciare l. pen. C. de pact l. recuſare. ff. ad Trebel.

*Tacite quando renũciatur priuilegio.*

40 Tacite quis ſuo renunciat priuilegio, ſi fecerit contra ſuum priuilegium, vt ſi dignitas ſuppreſſa erat, & ipſi canonici poſt ſuppreſſionem elegerunt ad illam dignitatem: & tunc vnicus ſufficit actus, c. cum acceſſiſſent. vbi etiam gl. & Doct. de conſtit. c. pro illorum. de præb. c. ex ore, de his quæ fiunt à maiore parte, l. commiſſoriæ. C. de pact. inter empt. & vend.

41 Idem ſi pars non vtatur ſuo priuilegio, quod conſiſtit in faciendo per decem annos, etiam illud perditur l. 1. ff. de nundi. vel ſi alias fuerit negligens per triginta, aut quadraginta annos, c. accedentibus, & c. ſi de terra, de priuileg.

42 Amittitur etiam ſi pars eo abutatur. Priuilegium omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, c. priuilegium, 11. q. 3. c. licet. de regula.

*Ciuitas occidens ſuũ epiſcopũ eo priuatur.*

43 Etiam propter delictum perditur priuilegium: vt ſi ciuitas occidat ſuum epiſcopum, eo priuatur, ne deinceps habeat c. itanos. 25. q. 2. vel ſi alias quis grauiter deliquerit, priuilegium delinquens amittit. c. ad aures. & c in quibuſdam, de pœnis, l. filio §. 1. ff. de ritu nupt. quia delictum non meretur priuilegium, ſed ſupplicium, l. 2. C. vbi ſena. vel cla.

*Priuilegiũ grauiter lædens ius alterius reijcitur*

44 Item ſi incipiat enormiter lædere ius alterius, etiam in totũ amittitur. d. c. Suggeſtum de deci. nec reducitur ad debitam moderatiõnem: quia non apparet cur in vna parte magis conſiſtere debeat, quam ex alia, c. quanto. de cenſibus, li. 1. §. Trebatius. ff. de aqua quoti. caſus aliquos congerit Petr. Ferra. in ſua Pract. in forma oppo. cõtra inſtrumenta gl. penitus, quos p prædicta habes reductos ad verã doctrinam.

*Mandata quid, & qũo accipiantur.*

45 Mandatum autem principis eſt quædam conſtitutio, continens præcepta de prouincia laudabiliter gubernanda. glo. in authen. de mand princ. in princ. vel dicitur quodlibet principis præceptum per excellentiam. gl. in rub. C. de mand. princ.

46 Aduertendum eſt, quòd mandatum in genere dici poteſt omne reſcriptum, p quod princeps aliquid vel mãdat, vel præcipit: & ſic intelligi poteſt. l. vnica. C. de manda. prin. & c. cum contingat. de reſcr. & cap. olim vobis dediſſe meminimus in mandatis, de reſtit. ſpol.

*Leges data magiſtratibus quæ.*

47 Sed interdum in ſpecie accipitur: & tunc illa certa præcepta, quæ magiſtratibus ad regendas prouincias proficiſcentibus principes dabãt, vt prouinciam recte gubernarent, mandata vocabant, & interdum Imperator vocat ſanctionem. in authen. de mand. prin. §. 1. colla. 3.

48 Et primum mandatum eſt ibi vt ſumẽtes adminiſtrationem mundas ſernẽt manus Imperatori, & legi, & nullum contingant lucrum, neque maius, neque minus, neque captioſum quoddam contra ſubiectos faciant: & alia ibidem ſcribuntur.

49 Et ſic ordinationes præſcriptæ iudicibus Regijs, & conſiliarijs vocari poſſunt mandata, quæ dantur ad regnum & prouinciam recte gubernandam: & hæc mandata legatis libera dari ſolebant, per l. qui libera. vbi Budæ. de lega.

*Mandatum priuati qd, & quotuplex.*

50 Poteſt dici etiam mandatum quædam priuati rogatio: & ſic intelligitur, ff. & C. mand. & iſtud eſt triplex: quoddam eſt verum: vt quando mando alicui vt quicquã faciat pro me: & loquitur de eo totus fere tit. ff. manda. & C. illo. tit.

*Fictum mandatum.*

51 Fictum mandatum eſt, vt quando fideiubeo pro aliquo præſente, & patiente, is. n. mandare videtur. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui patitur. & l. qui fide. ff. illo tit. & poteſt agi mandati, ac ſi verè mandatum eſſet, vt ibi: quia lex fingit præſentem mandare, contra quam fictionem non recipitur probatio in contrarium. glo. in l. ſi ff. quod met. cauſſa.

52 Figuratum mandatum vocãt Doct. licet vocetur proprie ratihabitio, dum habeo rata geſta nomine meo, de quo loquitur regula Ratihabitionem retrotrahi, & mãdato comparari, dubium non eſt illam ratihabitionem de reg. iur. lib. 6. Alber. in dictionario in verb. mandatum. ſed illa ratihabitio poteſt dici mandatum fictum.

*Omne reſcriptum poteſt mandatum vocari.*

53 Ideo ego puto omne reſcriptum poſſe dici mandatum in genere: quia in eo aliquid mandatur dari forte, vel fieri: & hoc probat tex. in c. cum dilecta. de reſcri. vbi quod in principio vocauit literas, poſtea dicit formam mandati Apoſtolici tranſponentes & idẽ habetur in c. cum contingat de reſcriptio & c. 1. de offi. deleg. ibi & ſic mandatum noſtrum eluditur. Fel. & doct. declarant differentiam inter mandatum

& præceptum in c.eam te descript. ibi videri potest.

## De *mandatis Apostolicis.*

*De mãdatis Apostolicis.*

VErũ † vt facilius intelligatur, de quo mandato iura loquantur, solet dici mandatum Apostolicum. vel mandatum de prouidendo, vbi Papa mãdat alicui de beneficio prouideri, cap mandatum, cum duobus sequen. de rescrip. c.si capitulo. de concessio. præb. lib. 6.

*Cautela pro mandatarijs cõtra orarios.*

2 Aduertere tamen debemus, quòd interdum episcopi fraudem adhibent mandatarijs procurando, vt quis signet capellaniam modici valoris, vt mãdatum illorum extinguatur: ideo tu mandatarie debes procurare, q̃ aliquis statim eam impetret in curia Romana, & post suam impetrationem illam acceptare poteris, cum protestatione de habendo recursum ad aliud beneficium si tibi nõ debeatur: si post ea vacet aliud beneficium, poteris accepta re cum simili protestatione.

3 Et sic cum primum tibi non debeatur, videlicet illa capellania iam impetrata, ob id aliud poteris habere: & hoc modo poteris fraudes ordinariorũ euitare, quia prima capellania non tibi debetur, sed impetranti, ideo tu secundum obtinebis beneficium: & hoc ita describo: quia opus est clauo clauum trudere, etiam calumnia calumniam expellere, gl. in ca. cupientes, in verb. malignantium. de electio. in sexto & Hippolyt singul. 177. malitis. & cũ habeas sex menses ad requirendum beneficium, in c.si clericus, de præb. in 6. ob id dilatio ista est sufficiens ad impetrandum vt dixi. & de his mandatis plena manu hic tractarem, [ac formam mandatorum hic conscriberem cum sua declaratione] nisi in tit. de mand. Apost. in cõcor. plura scripsissem quæ hic non repetam, sed ad illa, quæ ibi dixi, te reijciam, clausulas tamen mandatorum hic summatim elucidabo.

## De *clausulis mandatorum.*

*Clausulę omnes in mandatis posita operari debent.*

ANnotare † volui clausulas mandatorum substantiales, sine quibus mandata vix valere in hoc regno possunt: nempe nulla dictio in eis vacare debet, g. o. in verb. tanquam, c. solitæ, de maiori. & obedien. & cle. si summus, de senten. excom. Bal. in rub. C. de cõtrahen. emptio. quæst. 9. & clausula posita ad vnum effectũ non debet operari alium, teste Imol. in cle. 1. col. 4. de præb.

*Salutatio in mandato quid prosit.*

2 Prima mãdati clausula est salutatio, quæ solet fieri, ei cui dirigitur mandatũ, vt episcopo Paris. q̃ si pluribus dirigitur, oẽs nominari debent, vt episcopo Magalonen. vel episcopo & capitulo Paris. aliqui gravati non censentur, c. fi. de p̃b. li. 6. de hac salutatione scripsi in hac forma mandati in Concordatis: hic non repetã.

*Clausula vita ac morum honestas.*

3 Secunda est in secularibus, ibi, vitæ morũ honestas &c. si proiectæ ætatis fuerint. sic solet scribi: si vero fuerint infãtes vsq; ad decimumquartum annum, solet apponi, laudabilia infantilitatis iuditia, prout fide dignorum testimonijs accepimus verisimiliter præsumi. &c.

*Religionis zelꝰ clausula.*

4 Si verò regularibus concedat mandatum vel alias literas gratiæ, solet dicere religionis zelus &c. vbi mens Papæ intelligitur, quæ illum ad istam concedendam gratiam mouit: de hoc abundantius dicã in noua bulla prouisionis inferius.

5 Sed ista verba, vitæ &c. in exordijs posita sunt causſa impulsiua ad concedendũ: qua cessante, nõ cessant gratiæ: glo. sing. in l. 2. in fi. ff. de donat. doct. in c. cum cessante, de appella.

6 Nam licet Papa dicat se facere gratiã propter seruitia sibi impensa, vel ob zelum, tñ ex quo non specificat illam rem, dicitur simplex liberalitas & non donatio ob causſam: vt in simili scribit Oldra. consil. 5. Titius & hoc expressim describit Ioan. Staphile. in tractat. de literis gratiæ de ui & effectu clausula fol. 32.

*Tertia clausula mandati cupientes.*

7 Tertia est ibi, hinc est quòd nos cupiẽtes &c. vbi Papa audito bono impetrantis nomine cupit ei prouideri de beneficio spectante ad collationem illius, cui mãdatũ dirigitur: sub forma tũ decretalium mandatum & duarum sec. & Papæ voluntas est executioni danda, c. si qñ, de rescript. scripsi plenè de hac executione quando iuste recusari possit, in tract. de rescr. in 2. tomo ordinat reg. artic. 1. & 2.

*Narratio & decisio cõuenire debent.*

8 Quarta clausula est, in qua primo Papa narrat, de quibus beneficijs vult eidẽ mandatario prouideri, videlicet de canonicatu &c. & hæc narratio conformis esse debet præcepto, ac decisioni. ibi, ac volẽtes &c. vt narratio & decisio & præceptũ cõueniant: in sequendo l. si defensor, ff. de intertoga. actio. alioqui non valebit mandatum, vel saltem decisio attendetur.

*Propter merita mãdata rijs prouidetur.*

9 Quinta est ibi, volẽtes. vbi Papa dicit se uelle meritorũ intuitu prouideri mandatario: nam virtutum præmia tribui meretibus conuenit: & aliorum honores alijs damnorum occasionem fieri nõ oportet, l. fi. C. de statuis & imag.

*Clausula teq; absoluẽtes &c.*

10 Sexta clausula est ibi, ipsum à quibuscuis excõmunicationis, suspensionis, & interdicti &c. vbi Papa tanto mouetur affectu in impetrante m, vt oĩno ei prouideri velit, etiam si esset excõmunicatus, & absoluit eum ab excommunicatione, suspẽsione, & ab aliis censuris, tam à iure quã ab homine latis: alias rescriptũ impetratum ab excommunicato non valeret, c. 1. de rescrip. li. 6. ampliationes & limitationes illius regulæ scripsi in interpreta. c. postulastis, sed cleri excom. ministrante, vbi etiam dixi collationem excommunicato factam non valere, & in rub. de excommunica. non vitand in concord.

11 A iure profertur excommunicatio: vt si quispiam verberet clericum est excommunicatus à c. si quis suadente diabolo, 17 q. 4. vbi plene ampliaui, & limitaui: & in aliis casibus à iure expressis infertur excommunicatio.

12 Ab homine quando quis excommunicatur ab officiali, vel ab alio iudice ecclesiastico ob contumaciam, vel alias. c. 1. de iudic. & in tit. de sen. excom. per totũ. istam clausulã abunde declaraui & limitaui in forma manda. in concorda. & melius inferius in signatura, & in bulla nouæ prouisionis.

*Clausula pro expressis haben.*

13 Septima ibi, necnõ omnia &c. vbi Papa pro expressis habet omnia beneficia, quo ad hoc vt taciturnitas non noceat impetranti, quæcunq; sint beneficia, & qualiacunq; : sed vult quòd licet impetrans mandatum habeat beneficia, vel ea expectet, & si illa non expresserit, non noceat taciturnitas: licet alias sine hac clausula gratia nõ valeret: c. ad aures. & c. in nostra & c. si proponente, de rescrip. c. si motu, & c. non potest, de præbend. lib. 6.

14 Item habet pro expressis dispensationes, quas impetrans habet pro illis beneficiis retinendis, si forte ad duo vel tria esset dispẽsatus: quia in rescripto gratiæ est facienda mentio dispensationis, alias gratia non valet, c. 2. de filiis præsbyter. li. 6. ideo hæc clausula operatur, vt sine alia expressione valeat mãdatum. de hac clausula pene scripsi in concorda. Franciæ, ob id non repetam hic.

15 Item si expectet beneficia tam per aliud mãdatum, quam per reseruationes, nominationes, aut alias ẽt pro expressis Papa habet: ita quod ob id non põt dici secundum mandatum subreptitium, licet non fuerit primum expressum: quamuis contrarium dicatur in c. in nostra, de rescrip. si hæc clausula non adsit.

16 Tamẽ si quis impetrauerit primũ mãdatum, & huic cesserit retinendo sibi pensionem annuam, nisi hoc expresserit in secundo, non valebit secundum mandatum per tex. in c. ad audientiam. 2. de rescrip. quia hoc non habet pro expresso hic Papa, ergo non valebit mandatum. verum quia eadem ratio videtur & in pensione: ideo idem dici forte posset.

*Numerus beneficiorũ effrenatus non supletur per hãc clausulã pro expressis.*

17 Item quæcunq; sint talia beneficia, p expressis habet, & quæcunq; ac qualiacũque sint, si tamen numerum haberet effrẽnatum, putarem hanc clausulam nõ prodesse, per eum causam, de testib. & effrẽnatam multitudinem hic censerem, si vltra tria haberet, per tex. in c. Sedes, de rescri. & c. 2. illo titu. in 6.

18 Et per hanc clausulam qualitates beneficiorum habentur pro expressis, quæ alias redderent mandatum nullum, si non essent expressæ, c. ad aures, de rescript. vide inferius in noua prouisio.

*Inhabilitas impetrãtis non habetur pro expressa.*

19 Tamen Romanus Pontifex non vult haberi pro expressis inhabilitatẽ impetrãtis: vt si furiosus, puer, vel alias inhabilis esset impetrans, quia hic non dicitur, tum etiam quia illa clausula nihil operatur ad tollendum vitium subreptionis, qũ Papa aliquid cõcedit ad petitionem partis sine causę cognitione. nisi in expressis: vt hic, Angel. in l. sed & si quis. §. Quæsitum, in fi. ff. si quis cautio. Ro. consi 327. istæ sunt rationes. Dec. cons. 165. viso, col. pe. refert Aymo Crauete in cons. 68. proponetur. col. pen.

*Clausula motº proprij.*

20 Octaua clausula est motu proprio. vult. n. Papa se liberale ostendere, & non coacte, nec quidem habita ratione petitionis partis hanc gratiam concedit, sed motu proprio & vltroneę, ac propria liberalitate: sedes. n. Apostolica in his conceden dis se liberalẽ ostẽdit. c. sedes, de rescrip.

21 Et sic dicitur Papa concedere motu proprio, etiam si impetrans petiit, quando non fuit motus sola petitione, sed suo motu liberali, & spontaneo concessit: vt docet Bal. in c. nisi, col. penul. de offi. de lega. & Dec. consi. 51. & pro tenui, col. 2.

22 Et hoc probatur ibi non ad ipsius N. vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus &c.

23 Et sic non audiretur quis, volens probare Papam ad partis petitionem concessisse: quia hoc esset redarguere Papam mẽdacij: etiam probatio non afferret quicquam emolumenti, quia potest esse partis petitio, & tamen Papa motu proprio concessit, non habita ratione petitionis: vt hic scribitur: quia etiam sine illius petitione hoc esset concessurus.

24 De ista clausula tractaui plene in concorda. in forma manda. in verbo motu proprio, vbi conscripsi 47. effectus vltra omnes iurium interpretes, quos videre ibi quilibet poterit.

*Clausula si pro alio non scripserimus.*

25 Nona clausula est, si pro alio non scripserimus. Ista clausula declarat intentionem Papæ, vt non intendat grauare collatorem duobus mandatis. c. mandatum, de rescri. nisi hoc exprimat per clausulam etiam si pro alio scripserimus.

26 Et in hoc regno Franciæ põt grauare collatorem habentem collationes decem beneficiorũ vno mandato, habentem vero quinquaginta & vltra collationes duobus mandatis. §. 1. de mand. apost. in concord.

27 Sed si plura mandata concedãtur, primum valebit, & duo prima: q; si primi moriantur, vel non prosequantur, alij prosequi poterunt per tex. mandati dicentem. Qui simile mandatum prosequatur ergo si fit alius qui non prosequatur, non impediet secundum vt dixi in §. fin. de colla. in concorda.

*Clausula communiter vel diuisim.*

28 Decima clausula est, communiter vel diuisim, per quam Papa vult quod si communiter scripserit vel dimissum alicui istorum fortè capitulo vel episcopo, non vult illum iterum grauare: de qua clausula est tex. in c. fi de præb. lib. 6. & in forma mandati scripsi in concorda.

*Mandatum generale esse debet ad omnia beneficia.*

29 Vndecima clausula declarat de quo beneficio velit Papa, vt prouideatur mandatario: & primo enumerat canonicatum & omnia alia beneficia, ideo oportet mandatum esse generale, alioqui non valet, vt pronunciauit senatus: licet olim mandata dirigerentur ad dignitates tantũ, aliquando ad canonicatus, c. executor, & c. si soli, de præb. lib. 6.

30 Hodie in Francia non valeret mandatum nisi sit generale: & istæ clausulæ speciales vitiarent mandatum: vt scripsi in §. 1. de mand. Apost. in concord.

*Clausula vestræ vel alterius ecclesiæ qd prosit.*

31 Duodecima apponi solet clausula, vestræ, vel alterius ecclesiæ: quæ significat, vt episcopus non solum teneatur prouidere si vacet beneficium in ecclesia cathedrali, verum etiam si in alia ecclesia collegiata: nã ecclesia cathedralis dicitur vestra Episcopo, collegiata vero alterius, quia ibi est prior vel decanus, qui illi est præfectus.

32 Et si ista clausula abesset, non valeret mandatũ in Francia: & alibi si deesset, non teneretur Episcopus prouidere nisi de beneficijs in sua ecclesia vacantibus, ca. pro illorum de præb.

33 Decimatertia exprimit ad vestrã collationem, prouisionem, &c. vbi Papa vult grauare ordinarium, etiam si collatio ad nominationem, præsentationem, vel ad aliã ipsius prouisionẽ pertineat: hanc clausulã declaraui in §. præfatiq; graduati. de collatione in concorda. nec hic repetam.

*Dignitatis nomine nõ venit cura.*

34 Decimaquarta, etiam si dignitati, &c. quia si mandetur prouideri de dignitate, intelligitur de non curata: nã curata non uenit, nisi expressa sit, ca. cum in illis, de præb. li. 6. ideo hic exprimitur etiam si dignitati, personatui, administrationi, vel officio huiusmodi cura immineat animarum: vide infra in bulla nonæ prouisio.

*Dignitas electiua nõ continetur in mãdato*

35 Decimaquinta clausula est, dummodo talis dignitas electiua non existat: nam in fauorem electionum excipit dignitatem electiuam, vt in cle. 1. de præb.

36 Vel quia dignitates electiuæ, in hoc regno pertinent ad regis nominationem, per text. in §. 1. & 2. de nominatio. regia. ad præla. faciend. cui non vult per istam formam mandati derogare.

*Mandatarius creatur canonicus ad effectum.*

37 Decimasexta ibi cum creatione in canonicum uestræ uel alterius ecclesiæ &c. creat enim Papa mandatarium canonicũ in ecclesia cathedrali, uel collegiata, ad effectum obtinendi dignitatem, ut sibi Papa retinuit, hoc facere posse, in §. fi. de reserua in concorda. etiam si statuto uel priuilegio caueretur expresse, quod nulli de dignitate prouideatur, nisi cum effectu esset canonicus, & quamuis non exprimat consuetudinem.

38 Idem tamen est si consuetudine ecclesiæ esset introductum, ut nulli prouideretur de dignitate, nisi esset cum effectu canonicus: quia consuetudo & priuilegium æquiparantur, in c. cum contingat, in fin. de foro competen.

Deci-

*Canonicorũ numero deroganr in mandato.*

39 Decimaſeptima eſt, Non obſtante certo canonicorum numero, Papa qñ ſcribit pro aliquo, niſi deroget numero canonicorum, non recipietur in eccleſia. c. conſtitutus, de reſcrip. ideo hic ponitur iſta clauſula, vt iſte ſit creatus canonicus ad effectũ obtinendi dignitates, non obſtante quòd in eccleſia certus eſſet canonicorum numerus, cui derogatur pro hac vice.

*Beneficiũ cur debeatur poſt menſem præſentationis, et nõ ante.*

40 Decimaoctaua ibi, Si quemquam &c. mãdat prouideri de beneficio vacãte poſt menſem à die præſentationis: ſed quare non ante? reſpon. ad euitandum votum captandæ mortis, c. 2. de cõceſſio. præb. & c. 3. eo. nam ſi ſtatim poſt præſentationem beneficium deberetur, ſicut de iure, c. duobus. & c. tibi, de reſcrip. li. 6. poſſet mandatarius veneno aliquem inficere, & poſtea ſuum præſentare mandatum.

41 Vel poſſet differre præſentationem, donec aliquis habens pingue beneficium eſſet valitudine aduerſa detẽtus, & poſtea illud præſentaret, & iſta eſſent cõtra concilium Lateranenſe, in ca. 2. de conceſſio. præb. ideo reprobantur per iſtã clauſulam.

*In curia vacãtia non debentur mandatarijs.*

42 Decimanona ibi, Extra Romanam curiam &c. vult beneficia in curia vacantia non eſſe mandatarijs conferenda, per c. 2. de conceſſio. præb. li. 6. quia ibi ſunt Papæ reſeruata, & alia beneficia, q̃ mandatarijs nõ debẽtur: ſcripſi in §. declarãtes. in verb. comprehenſa, de man. Apoſt. in concord.

*Clauſula plenitudine, iuris qd proſit.*

43 Vigeſima ibi, cum plenitudine iuris, vult beneficia conferri cum plenitudine iuris: plenitudo iuris dicitur, qñ quis hẽt ſtallum in choro, vocem in capitulo, diſtributiones quotidianas, & alia quæ ſpectant ad alios canonicos, ca. propoſuit, de cõceſſio. præb. Domi. Gemi. & alij in c. fi. de conceſſio. præb. in 6. & hoc probat tex. mandati, ibi, cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis eidem conferatis &c.

*Canonicus ad effectum creatus non præiudicat in diſtributionibus alijs canonicis.*

44 Vigeſimaprima ibi, ipſumque in canonicum &c. mandat canonicũ ab eo creatũ ad effectũ obtinendi dignitatẽ recipiend. & ſic non cum præiudicio aliorũ: ſed hic receptus non habebit diſtributiones quotidianas, nec vocem in c. ſicut alij eum effectu canonici: vt ſcripſi in §. fi. de reſerua. in concorda. ſed ad effectu tantum creatur obtinẽdi dignitatem &c ſi vacet prius dignitas quam aliud beneficium.

*In poſſeſſionem mittendus eſt mandatarius poſt collationẽ.*

45 Vigeſimaſecũda, ibi, inducentes, vult mandatarium in poſſeſſionem realem & corporalem mittendum, & ſic non ſolum vult recipiendum eſſe, ſed in poſſeſſionem actualem mittendum. nec ſufficeret alicui conferre, niſi mitteretur poſtea in poſſeſſionem: quia per collationem non tranſfertur poſſeſsio beneficii, c. cũ Bertoldus. de re iudic. gl. in c. per tuas, de dona. & ſic prius cõferre oportet: poſtea in poſſeſsionẽ mittere. Panor. in c. autoritate de inſti.

*Executor mandatorũ non hẽt in Francia rẽgno iuriſdictionem.*

46 Vigeſimatertia ibi, Defendẽtesq; in ductum, vult vt in poſſeſsionem miſſus teneatur in ſua poſſeſsione, rub. ff. ne vis fiat ei qui in poſſe. miſſus eſt. nulla tamen per hanc clauſulam datur inriſdictio executori mandatorum in regno, ſed ſtatim facta collatione, & miſso in poſſeſsionem defendetur miſſus per iudicem Regium per caſum nouitatis, & vti poſsidetis interdictum: vt ſcripſi in 3. tomo conſtit. reg. in ti. de cauſis benefic. poſſe.

*Mandatario beneficiũ omnibus eſt conferẽdum.*

47 Vigeſimaquarta ibi, Ac facientes N. &c. vult Papa mandatarium admittendũ ad beneficium omnibus iuribus, redditibus, & fructibus benefici, & huic mandatario integre ſine aliqua diminutione pro uideri beneficium. n. ſine aliqua diminutione eſt conferendum: vt patet in rub vt eccleſiaſtica benefic. ſine diminutio. conferantur, & ibi in c. vnic. etiam hoc probatur. dixi in materia deuolutio. inferius.

48 Vigeſimaquinta ibi, Non obſtan. ibi. de certo canonicorum, numero repetitur iſta clauſula, de qua ſupra dixi, & poſtea vult mandatum valere: non obſtantibus alijs conſtitutionibus: vt habetur in c. cũ aliquibus, de reſcrip. lib. 6.

*De clauſula non obſtante*

49 Notandum eſt q̃ hæc clauſula, Non obſtan. non tollit vitium ſubreptionis in non expreſsis, ſed ſolum in his, in quibus eſt clauſula ſpecialis derogans: vt cõſuluit Bal. conſ. 490. proponitur, col. 2. in 1 vol. & conſi. 505. dñs Mediolani. & Corne. cõſil. 245 licet alias. col. 3. verſ. Et inſuper. in 1. vol. ſequitur Aymo Cravette conſi. 68. col. 3. nu. 6. alia de hoc dixi in concorda. [& inferius in forma diſpenſa.]

50 Vigeſimaſexta ibi, Aut ſi vobis ab Apoſtolica &c. derogat indulto, quod ſolet eccleſiis concedi, vt non teneantur aliquem recipere, niſi de indulto expreſſa ſit facta mentio: quod indultum habent Cluniacenſ. vt ſcribã inferius in bulla diſpen.

51 Vigeſimaſeptima ibi, Seu ſi dictus N. præſens &c. vult poſſe præſtare iuramentum per procuratorem, etiã ſi ſtatuto eccleſiæ contrarium caueretur: vt eſt in multis regni eccleſiis.

52 Vltima eſt ibi, datũ &c. de qua & aliis

omnibus abunde tractaui in concorda. in forma manda. ibi videre reliqua cuilibet erit liberum.

*Diuisio Rescriptorum.*

*Rescripta gratiæ & iustitia.*

SVpereſt† vt nunc proſequamur alia ad vocatura reſcripta, quantũ attinet ad materiam beneficialem. & in tracta. de reſcript. in ordina. reg. ſcripſi duplex eſſe reſcriptum, videlicet iuſtitiæ & gratiæ: iuſtitiæ dixi eſſe illud, quod ad iuſtitiæ adminiſtrationẽ tendit: vt in c. Paſtoralis. c. ſci ſcitatus. c. ſuper literis, de reſcrip. & in toto tit. de offi. deleg. & alibi in iure canonico, & de his tractaui in d. tract. Reſcriptorum, in ordina. reg. hic non repetam.

2 Aliud eſt gratiæ reſcriptum: qñ Papa vel aliud mera liberalitate aliquid concedit. & interdũ vacatur priuilegiũ, de quo ſuperius dixi, interdũ vacatur gratia, ſeu indulgentia, ſi princeps ſecularis veniam delicti concedat: vt per totum, titulum. ff. ad ſenatuſconſultum Turpilianum, & C. de generali abolitione. & de his tractatur in titulo *des Graces*, in ordinatio. reg.

3 Si autem Papa prouideat de beneficio, vel prouideri mandet, hoc vocatur gratia. c. gratia, de reſcrip. lib. 6. clementina gratiæ, illo titulo: quia gratioſe hoc cõcedit, etiam diſpenſando gratia vocari poteſt, c. ſi gratioſæ de reſcript. Archi. in c. gratia, 1. q. 1. de quibus reſcriptis gratiæ nunc tractaturi ſumus.

4 Verũ quia inueni multas inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ differentias, nondũ à iurium interpretibus traditas, ideo eas ſi hic inſeram, non erit tibi moleſtum beneuole Lector.

*Differentiæ inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ.*

*Reſcripta gratia ad beneficia ſunt ipſo iure nulla, ſecus in literis iuſtitiæ.*

NOtandæ† igitur ſunt differentiæ inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ: prima eſt reſcripta gratiæ ad beneficia ſubtitia ſunt ipſo iure nulla, quia loco tituli habentur, & per ea ius tribuitur: ideo illis annullatis & titulus nullus remanet, cle. j. ibi, nullius momenti. de præb. c. ad aures, c. conſtitutus, & ca Ad audientiam. & vbi que docto. de reſcript. l. 1. ibi, nihil videri impetraſſe. ff. de natal. reſtitu. glo. in verb. literas, extra. ſedes. de conceſſio. præb. in extra Io. xxij.

2 Et quia in literis Papæ intelligitur, ſi impetrans dignus ſit, c. cum adeo, de reſcr. ſi non ſit dignus, nõ intendit Papa illi prouidere, & ſic eſt defectus voluntatis Papæ: nam qui mentitur Papæ, facit ſe indignũ ſua gratia. Bal. in d. c. cum adeo.

3 Etiam proceſſus & ſententia executoris lata, reſcripti ſubreptitij rõne: & alia ſunt nulla, per tex. in c. cum noſtris, de conceſſ. præb. ibi factum obtentu literarum noſtrarum, eo q̃ per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionem fuerant impetratæ, habere tur irritum & inane, c. ſi proponente, de reſcrip. & quicquid occaſione literarum factum fuit. d. c. conſtitutus, in fi.

4 Nam executio eſt acceſſoria ad gratiã, quæ ſi fuerit nulla, & acceſſoria videlicet executio nulla remanebit. l. cum principalis, de reg. iur. ff. Innoc. c. Ex literis, de off. deleg. Roma. ſing. 330. circa primum, col. 1. cum ſeq. & ſi literæ mandati ſint validę & literæ excuſatoriæ. c. ſi ſuper gratia, de offi. deleg. lib. 6.

*Literæ abſolutionis vitiantur per ſubreptionẽ Reſcriptũ non faciens mentionẽ de priuilegio non valet. Subreptio vitiat etiã ſi impetrans ſit ignorãs.*

5 Etiã literæ abſolutionis vel indulgentiæ vitiantur per ſubreptionem, vt ſi fratri minori concedatur, quòd tranſeat ad aliã religionem laxiorem. c. quod ſuper his de fide inſtrum.

6 Idem in priuilegijs & beneficijs principum, vt reſcriptum non faciens mentionẽ de priuilegio, vel indulto gratioſo, non valeat: quia eſt eadem ratio & hoc probatur arg. d. l. 1. de natal. reſt. Panor. & alij in c. Ad audientiam, de reſcript. ſic conſuluit Socin conſi. 164. Viſa bulla, colum. 1. in 2. volum. & conſi. 260. in cauſſa manutenen. colum. 1. ibidem.

7 Etiam ſubreptio vitiat reſcriptum gratiæ, quamuis quis ignorans tacuerit. Deci. in d. c. conſtitutus. 2 no. de reſcript. Aymo Crauette in conſ. 68. proponitur, in fi. quia iura in hoc non diſtingunt: ſed tantum ſubreptionem requirunt.

8 Etiam ſi ſubreptio reſpiciat factũ alienum, videlicet ſtatuta eccleſiæ, per d. cap. conſtitutus. quia non inſpicitur culpa impetrantis, quam non habet ignorans l. ex maleficijs. ff. de actio. & oblig. ſed intentio concedentis, cap. ad aures, de reſcrip. c. dudum 2. de electio.

9 Imò etiam ſubreptio vitiat, niſi exprimatur modus, per quem id factum extitit conſummatum. glo. no. in d. c. dilectus, de reſcrip. quam probat Roma. conſ. 326. in præſenti, col vlt.

10 Secus in reſcripto ſubreptitio ad lites quod regulariter non eſt nullũ, cũ per illud non tribuatur ius cap. ſuper literis, de reſcrip. l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offe. nec

ſe.nec proceſſus erit nullus vt d.c.ſuper literis.& c.cõſtitutus,in fi.illo tit.& Panor. conſi.34.Super quæſtionis, col.2.& ſeq.in 2.vol.& c.cæterum. in 1.q.de reſcrip.

*Euocatio ſubreptitia eſt nulla.*

11 Fallit in reſcripto euocationis, quæ odioſa eſt:quia fit iudici contumelia,eo q̃ reuocatur ab eo iuriſdictio ſine ſua culpa. doct.in cap.ex literis, de offic.deleg.Fel. in ca.Ad audientiam.2. in fallen.decima, de reſcrip. & ita fuit in Rota deciſum: vt ſcribit Caſſad.deciſ.1.de reſcrip. ſcripſi in tract. de euoc. limita vt per Philip.Franc. in c.1.de litis conteſta.lib.6. quando gratia etiam in literis iuſtitiæ contineretur, tunc totum erit nullum.

*Conſenſus impetrantis nõ iuuat litteras ſubreptitias.*

12 Secunda differentia eſt, quòd gratia ſubreptitia nõ valet, etiam ſi aduerſarius impetrantis conſentiat: vt docet Ant.Butrig.in ca.cum olim,not. vult per illũ tex. de re iudic. quia non eſt in aduerſarij poteſtate,dare titulum,ex ſuo conſenſu,cum beneficium eccleſiaſticum non poſſit obtineri ſine canonica inſtitutione,reg.1.de reg.iur.lib.6.

13 Diuerſum eſt in reſcripto ad lites, in quo agitur de præiudicio partis cui potest pars renunciare, l.penul. C.de pac.c.ſi diligenti,de foro competen.Nico. Milus in reper.in verbo,gratia.q.95.allegat Domi. in c.ab eo in fin. de appella. lib.6.

*Illegitimus nõ dẽt recipi,ſi mẽtionem ſtatuti nõ fecerit hoc prohibẽtis.*

14 Tertia eſt,q̃ valet priuilegium non facta mentione alterius continentis, idem quod ius cõe:quod non procedit in literis ad beneficia, quia magis ſtrictæ ſunt.cap. quamuis, de præb. lib.6. Fel.in c.1.col.3. verſi.limita 3.de reſcrip. vnde ſi ſtatutum ſit in eccleſia, q̃ illegitimus non recipiatur in canonicum illius eccleſiæ, licet hoc ſit de iure communi, tamen ſi quis impetret canonicatum & præbendam inibi,nõ facta mentione ſtatuti,nihil agit,teſte Io. Monac. & alijs in c. 1. de filijs presbyter. lib. 6. putarem tamen ſufficere, ſi in non obſtan.hoc eſſet expreſſum.

*Aliter ſignatur ſupplicatio gratiæ quæ iuſtitiæ.*

15 Quarta ſignatura gratiæ ſolet ſignari per ſiat à Papa,vel per conceſſum ab alijs: ſed ſignatura iuſtitiæ per placet, vt inferius dicã. trac.de ſignatura.Cardinalis vero ſignat placet,S.D.N.Papæ N.Cardinalis:nõ quia verbũ placet, denotat arbitriũ boni viri,teſte Gomeſ.in cõpendio vtriuſque ſignaturæ, l. fideicommiſſa, §.quamquam.de legat.3.Bar. in l.Lucius,de fideicõmiſſ. liberta. Iaſ.in l.ſi ſic, de leg.1.ſcripſi in ſtatutis collegij *du Vergier*.vel quia placet non inducit gratiam, ſed voluntatem oſtendit.l.1.ſt.de conſtitu.princ.

16 Quinta differentia eſt,quia literæ gratioſæ poſſunt impetrari per tertium ſine mandato ſpeciali,d.ca.ſi motu proprio.2. reſpon.ibi,vel alterius. glo.in ca.ad aures, de reſcr.

*Literæ gratiæ ſine mandato impetrantur.*

17 Etiã ſi fuerit laicus impetrans,c.Accedens,iunct. ibi not. per doct.de præb.nota in c.1 reſpon.1.de proc.lib.6.ſed literæ iuſtitiæ non poſſunt per aliũ impetrari ſine mandato ſpeciali c.nõnulli,§.ſunt & alij, de reſcript.quia præiudicant ordinarię poteſtari,& ſunt odioſæ:ſecus in alijs.

18 Hodie tamen ſine mandato impetrantur,in hoc regno paſſim: & de hoc nunquã vidi controuerſiam in curiis Franciæ: vt alibi ſcripſi.

*Literæ gratiæ quando debeant facere mentionem de priuilegijs & literæ iuſtitiæ.*

19 Sexta differẽtia eſt quia literæ gratioſæ debent facere mentionem de priuilegijs,alias tanquam ſubrepitiæ non valerent in præiudicium priuilegiati:c.conſtitutus de reſcrip.rõ põt eſſe: quia de omni illo quod põt mouere Papam ad concedendũ vel non concedendũ in literis gratioſis dẽt fieri mentio,c. ſuper literis,& c. poſtulaſtis,&c.in noſtra.vbi Panor.&Fel. late de reſcri not.in c.dudũ,de præ.lib.6.

20 Et ſi princeps duas conceſſerit literas, & ſecundæ tendant ad interpetationem primarum,tunc ſecundæ literæ reſtringẽtur ad primas per relationẽ reſcripti:quia relatiuum requirit antecedens,per tex.in §.fina.in authen.de filiis ante dotal.inſtrumen.nat.colla. 8. vbi nota.& nominatim Bald. in rub.de reſcript. col.3.facit l. Aurelius §.teſtamento,ſt.de libera. lega.

21 Literæ verò iuſtitiæ valent: etiam ſi non faciant mentionem de priuilegio aduerſarii iſtud eſt dictum Innoc. in c cum ordinem, de reſcript.quod tamen dictum Inno eſt intelligendum vt procedat, quãdo priuilegium aduerſarii.concerneret merita cauſæ, puta vt nõ teneretur ſoluere decimas.quia tũc valent literæ iuſtitiæ, licet non faciãt mentionẽ de priuilegio.

22 Ratio poteſt eſſe, quia nullum præiudicium fit priuilegiato cum poſſit de ſuo priuilegio excipere in meritis cauſſæ: ſicut.n.impetrans non tenetur facere mẽtionem de exceptione peremptoria competente aduerſario; prout eſt caſus in c.1. de litis conteſta. lib.6.Fel. in c.1.col.17. verſ. fallit quinto,de reſcript. quia ſaluũ manet ius aduerſarii,ita nec impetrans tenetur facere mẽtionem de priuilegio cauſante exceptionem peremptoriam.

23 Si verò priuilegium aduersarij cõcerneret exceptionem dilatoriam, vel daret formam rescriptis impetrandis, tunc non procedit dictũ Inno. nec valent literæ iustitiæ, nisi faciant mentionem de priuilegio, vel nisi seruarẽt formam traditam: rõ põt esse, quia alias priuilegium esset inutile, si non posset excipi contra hmõi literas in vim dilatoriæ: iste est ꝓprius casus in d.c.cum ordinem. non enim dicit ille text. vt debeat fieri mentio de priuilegio super decimis, vel alijs, sed solum de orne secundum Panor. & omnes ibi.

*Filũ sericeum in quib⁹ literi sit affigẽdũ vel filũ cãnabis.*

24 Septima differentia est, quia in literis gratiosis apponi consuetum est filum sericeum: in literis veræ iustitiæ apponitur filum cannabis seu funis in quo plumbum, pendet. text. in c. licet ad regimen. & c.q̃ graui, de crimine falsi. hanc differentiã ponit Fely. in c. postulasti. col 3. de rescript. fuit supra in differentia inter rescriptũ & priuilegium nu. 27.

*Facilius præsumitur falsum in literis gratia quã iustitia.*

25 Octaua differentia est, quia literę gratiosæ de facili non possunt haberi, ideo citius ꝓsumuntur falsæ: nec excusatur vtẽs illis etiam ignoranter, c. ad falsariorum. de crimine falsi. literæ vero iustitiæ, quia de facili obtineri possunt, non præsumuntur falsę nisi probetur, ꝙ ex certa scientia falsum suppressit: sicut non præsumitur, ꝙ de re modica dolose agatur. l. si oleum. §. fi. cum l. seq. ff. de dolo. hanc differentiam ponit gl. per illum tex. in c. Accedens. vbi Doct. de crimine falsi. scripsi supra in differ. 5. inter rescript. & priuileg.

*Litera gratia non censentur vitio latinitatis affici.*

26 Nona differẽtia est, ꝙ licet literæ gratiosæ transeant sine contradictione, non tñ transeũt sine lectione: est non verisimile, cum illæ literæ ꝑ tot manus transeant, & magna maturitate decoquantur, ꝙ ibi sit aliquid reprehensibile, nec vitiũ latini tatis, c. Apostolicæ. 35. q. 9. not. in c. ad audientiã. primo & in c. cum adeo. de rescri.

27 Literæ vero iustitiæ transeunt sine lectione, non sine contradictione hanc ponit gloss. in extrauag. sedes Apostolica, in verb. iustitiam, de offic. deleg. in cõmunibus, vbi infert, quod in procuratorijs cõtradictarum consueuit apponi illa clausula: constituit talem procuratorem ad impetrandum, & contradicendum literas simplices & legendas, sine qua non esset sufficiens procurator in audientia contradictarum, quantumcunque alias haberet plenum mandatum: & ista sola sine alio mandato non esset sufficiens in palatio auditorum. allegat text. in cap. veniens. de renuncia.

28 Decima differentia est, quod literę iustitiæ solum diriguntur constitutis in dignitate vel canonicis cathedralium ecclesiarum, c. Statutum, de rescrip. li. 6. & si in ecclesia cathedrali sit aliqua capella, & ecclesia in qua sint aliq canonici, illi nõ poterunt esse delegati: quia intelligitur de canonicis principalibus ecclesię. §. sed ius quidẽ. de iure natural. in insti. I quæritur. ff de stat. homin. nec illi canonici nominabũtur canonici cathedralis ecclesię, sed canonici S. Iacobi *du haud pas*, vel canonici S. Ioannis Rotũdi in ecclesia beatæ Mariæ. Paris. sed non ecclesię cathedralis.

*Litera iustitia & gratia quib⁹ dirigãtur.*

29 Item si mandetur prouideri de canonicatu, poterit prouideri de canonicatu & præbenda illius capellæ: licet non sit expressum ẽt de canonicatu in ecclesia cathedrali: qa solũ intelligit expressio quo ad maiores ꝑbendas, nõ quoad minores: & ita limitatur c. quamuis de præb. lib. 6.

*Per literas mandati, vel nominationum quando possit prouideri nõ facta mẽcione ecclesię cathedralis.*

30 Literæ vero gratiosę diriguntur etiã non constitutis in dignitate, sed illis quibus gratia cõceditur si sit de beneficijs vacantibus. glo. in d. extrauag. Sedes Apostolica. in verb. executores, de stylo tamẽ diriguntur etiam literæ executoriæ gratiæ cõstitutis in dignitate, vt scripsi in forma literarũ executorialium, in Concord. sed non aliæ gratiosæ, nisi quo ad executionem gratiæ. vt inferius in bulla patet.

*Patrimonij quando sit facienda mentio in literis*

31 Vndecima differentia, ꝙ in literis pauperum, quas iustitiæ dicunt, debet impetrans facere mentionem de patrimonio quod habet: quia per tales literas iustitię prouidetur solum clericis pauperibus: sed nõ dicitur pauper, qui habet sufficiens patrimonium, arg̃. l. nonnulli. ff de accu. c. si pro clericis, de præb. lib. 6. etiam quia episcopus nõ tenetur prouidere ordinato habenti sufficiens patrimoniũ, c. tuis c. episcopus. & c. non liceat. de pręb. c. postulasti de rescript.

32 In literis verò gratiosis nõ est necesse facere mẽtionem de patrimonio, quia non fundantur super iustitia, per Io. And. & alios in d. c. postulasti, de rigore tamen iuris si clericus impetrans gratiam fuerit ordinatus ad titulum patrimonij: tũc de patrimonio est facienda mentio, cũ succedat in locum beneficij: sicut de pontifice dicit gloss. in c. fin. de vit. & honesta. cleri. & in reg. Inn. octaui 61. docto. in c. ad audientiam. in 2. de rescript.

33 Sed

33 Sed de ſtylo curiæ indifferenter ſeruatur contrarium, idem Panor. in d. cap. poſtulaſti, & ideo illud ſeruandum eſt, quod ſtylus docet, c. quam graui. de crimin. fal. ſed male vocantur literę in forma pauperum iuſtitiæ, cum ſit gratioſæ, & non contineant iuſtitiam, ſed potius gratiam: vt inferius dicam.

*Litera gratiæ ſtricte ſunt interpretãdæ: ſecus in literis iuſtitiæ.*

34 Duodecima, quia literę gratioſę tanquam ambitioſæ ſtricte ſunt impetrãdæ. c. quamuis. de prębend. lib. 6. ſecus in literis iuſtitię. ratio diuerſitatis eſt ſecũdum Dominic. de ſancto Gemi. ibi. col. 3. quia literæ iuſtitiæ non minuunt obligationẽ: cum eccleſia illa antea eſſet obligata ex iuris diſpoſitione: vnde per illas literas non debet diminui obligatio, ſecus autem eſt in literis gratioſis.

35 Vnum tñ eſt notandum, qꝰ literę gratioſę non dicuntur ambitioſæ ex eo, quia per tales literas prędiudicatur ordinarijs collatoribus: nã eadem ratione literæ iuſtitiæ dicerentur ambitioſæ, & ſic reſtringendæ, cum per illas ordinarię iuriſdictio ni præiudicatur. no. in c. Rodulphus. de reſcr. ſed iõ dicuntur ambitioſæ: qu a impetrantes ambiunt honores, & lucra. glo. in verb ambitionis, in proœ. Prag. ſanct.

*Litera quando morte cõcedentis expirẽt.*

36 Decimatertia, quia literæ gratioſę reintegra obitu concedentis non expirant. c. ſi cui primo reſp. de pręben. li. 6. de Rota. deciſ. 349. ſi Papa in no [ſub tit. de offi. deleg. deciſ 12.] Feder. conſi. 78 caſus, & conſi. 279. legatus. col. 2. Calder. cõſi. vlt. de offi. deleg.

37 Literæ vero iuſtitiæ re integra morte concedentis expirant. c. gratum, & c. relatum. de offi. deleg. vide quæ ſcripſi in §. 1. de mand. Apoſtol. in concord. in verb. ſui pontificatus.

*Laicus literas gratiæ pro ſe nõ impetrant.*

38 Decimaquarta differentia eſt, quia laicus pro ſe nõ poteſt impetrare literas gratioſas, cum ſit incapax beneficiorum. cap. cum adeo. de reſcript. c. ex literis de trãſ. c. 2. de inſti. iõ mãdata vel nominationes impetratæ à laico nullius erunt momenti: vt ſcripſi in tracta. nominat. q. 9. in fin. Imol. & alii in c. 2. de inſt.

39 Literas vero iuſtitię ad lites bene poteſt pro ſe laicus impetrare: vt patet in titu. de offi. deleg. & c. nonnulli. §. fi. de reſcript. firmat Hoſt. in ſumma illius titu. §. quis impetrare, & Barba. in rub. ibi. & de hoc nulla fit dubitatio.

*Clauſula nõ obſtante, in quib⁹ literis ponatur.*

40 Decimaquinta eſt, quia in literis gratioſis apponitur generalis clauſula, non obſtantibus, &c. vt dicam inferius in bulla nouæ prouiſio.

41 In alteris vero iuſtitiæ nõ ſolet apponi, teſte Domi. ni. c. ſi pro cleri cis. col. 2. de prę. li. 6. ego tamẽ vidi apponi in vtriſque.

*Litera quando anno tollantur.*

42 Decimaſexta differentia eſt, quia literæ iuſtitiæ anno ſpirant, c. ſi autem, & c. plerunque. de reſcript.

43 Literæ vero gratioſæ perpetuæ ſunt, l. falſo. C. de diuerſ. reſcrip. quia decet gratiam eſſe manſuram, c. ſi cui de præb. li. 6. & regul. decet, de reg. iur. in 6. ibidem, niſi quis negligẽs fuerit, c. ſi clericus. vbi glo. & docto. de præb. lib. 6. Panor. & Fel. in d. c. capitulum. dixi in tract. de reſcr. in 2. tomo conſtit. Reg.

*Litera iuſtitia non tribuunt ius, ſecꝰ in alijs.*

44 Decimaſeptima, literæ iuſtitiæ nihil iuris tribuũt, ſed de iure iam qſito cognoſci pcipiunt. l. ſicuti. §. ſed ſi qratur. ff. ſi ſeruitus vend. l. ex diuerſo. §. vbi de rei vẽdi.

45 Literæ vero gratioſæ ius tribuunt ad rem, ẽt ante prouiſionẽ factam, c. ſi cui, & c. pen. & c ſi tibi abſenti. de præb. lib. 6. ca. pen. & fi. de cõceſſ. præb. eod. lib. quod eſt intelligendum in literis Papæ quæ ſolum dant ius ad vacatura. c. 2. eod. tit. & lib. c. propoſuit. de conceſ. præb.

46 Secus in literis ẽt legati à latere, quæ nullum ius tribuit ad beneficium anteq̃ vacet, ſecũdum Domi. in c. ſi Apoſtolicæ, de præb. lib. 6. Dominic. in d. c. 1. & c. dilectus filius de præb.

*Confirmatio reſeruationis legatia Papa quib⁹ literis tãcedatur*

47 Decimaoctaua quod confirmatio reſeruationis legati vel receptionis in canonicũ facta p r Papã ſolet per literas gratioſas expediri, & non per l teras iuſtitię. tex. iuncta gl. in c. ſi Apoſtolicæ, in verb. confirmamus. de præb. li. 6. quia confirmatio facta in forma communi non tribuit ius nouum, nec validat, c. 1. de confirmat. vtili Ideo ſi confirmatio fieret per literas iuſtitiæ, ſecundus impetrans Apoſtolicus vinceret illum receptũ à capitulo, in cuius fauorem facta fuit reſeruatio. c. ei qui. & c. ſi poſtquam, de præb. lib. 6. quod eſt contra mentem, c. ſi Apoſtolicæ, facit ca. cum aliquibus de reſcript. eod. lib.

48 Contrariam tamen opinionem tenet Ioan. Monach. in c ſi eũ. de præb lib. 6. di. quod iſta eſt forma iuſtitiæ, & vidit illam tranſire ſine electione. idem tenet. glo. in c. deteſtanda. de conceſ. præb. eod. li. Gem. in d. c. ſi Apoſtolicæ.

49 Ego vero dicerem opinionem Ioan. Mona. habere verum, quando Papa dediſſet ſimpliciter iudicem ſine alia confirma

tione

tione gratiæ.gl.aurea.in d. c. si Apostolicæ,& differentia ista procedit,quando Papa gratiam confirmat & postea executorē dat:vt docet Ioā.And.in c.si Apostolicæ.

*Litera iustitia regestrari solet.*

50 Decimanona literæ iustitiæ non solēt regestrari: secus in literis gratiæ, prouinciale fol. 14. vers. item nota, dixi in tract.de rescrip.in constit. Reg.

51 Vigesima taciturnitas exceptionis peremptoriæ non potest opponi contra literas contentiosas in vim dilatoriæ.c. 1. de lit. cont.lib. 6. secus in literis gratiosis, quæ opponuntur tam in vim dilatoriæ, quam peremptoriæ, c. cum ordinem. de rescript. Fel. in c. postulasti.col.3. de rescript.

52 Vigesimaprima differentia, difficilius expirāt literæ ad beneficia,q̄ ad lites autore Fel.in d.c. capitulū.col. 3. rescrip.

*Præsentatio literarum quoniā inspiciatur.*

53 Vigesimasecūda est,q̄ in literis de iustitia inspicitur præsentatio quo ad hoc, vt iudex ab eo tempore iurisdictionē habeat,non ante:quia tacita inest conditio: si literæ p̄sententur.c.vt debitus.de appel.sed in gratiosis litteris inspicitur tempus date: quia in illo instanti est parti ius quæsitum.c.eam te.& c.constitutus,de rescrip.c.eum qui,de præb. lib.6. nisi in rescriptis sit aliqua conditio,vt acceptilatio nis:vt in c.tibi qui.& c.duobus.de rescrip. lib.6.Bal.in c.1.col.penult.eod.num.18.

*Clausula si preces. &c. quando apponi ī literis vel intelligēdeat Clausula quib⁹ vtitur Francia in literis Regys.*

54 Vigesimatertia rescripta ad lites non valent,nisi inseratur clausula,si preces veritate nitantur, et si veritatē contineant, nullum afferunt fructum.l.fi.C.de diuers. rescriptis. vel saltē hæc clausula intelligēda est in rescriptis illis c.2.de rescript.

55 Literæ vero gratiæ non debent clausulā illā,vbi comprobandæ & verificandæ non sunt,sed sufficiat concessio gratię motu proprio facta,aut alias. Nos in Frācia solemus vti clausula,*s'il vous appert*,si vobis cōstiterit,vel apparuerit.in literis etiā gratię ad delicta,in c.examinata de iudi. cle.præsenti,de censibus.& cle. de pœnis.

56 Vel si ita est,*s'il est ainsi*,l.fi.C.si contra ius.c.abbate de verb.significa.

57 Si ita inueneris, vel repereris, Felin. in c.2. in vers. clausula si preces, &c. de rescri.& ista tacite inest.

58 Itē alia clausula tacite inest, in c. bonæ.de cōfirma.vti li. vnde etiā si istæ clausulæ non fuerint expressæ,tacite insunt.

59 itē cla,vocatis vocādis,solet in rescripto inseri,i c.exhibita.de iud.Guid.Papę q.70.in cōmissionibus in decis.Delphina.

60 Et quamuis de iure ciuili non valeat rescriptum,si non sit apposita aliqua clausula,ex prędictis tamen de iure canonico valet: & illa clausula subintelligitur. per d.c.2.& vsus curiarū recepit ius canonicū nisi aliquis esset præstitutus stylus: quia tunc literæ conceptæ contra stylum non valerent.c.ex literis.de constit.Fely.in d. c.2.vers.stylus,&c alias differentias quilibet hic addere poterit,istæ nunc sufficiēt.

61 Verum inspecta interpretatione & expositione horum rescriptorum notandum est, has literas ad lites & beneficia se habere vt excedentia & excessa, secundum subiectam materiā: vt docet Panor. post. gl.in c.capitulum.col.3. de rescript. & qa sæpius reseruationes fiunt,tam generales quam speciales, ideo de illis videamus.

*De reseruationibus tam generalibus quam specialibus.*

*Fl. in. Papiensy de reseruatione Lit. q. 1. n. 5.*

*Generales reseruationes quæ.*

ALiquando † Papa mādat prouideri p reseruationes & quędam sunt generales quando plures inducuntur reseruationes sub vna ratione,teste Aegidio Bellamera in cons.34.suppositio statuto. col. 5.vers.ad tertium istud.vt quādo Papa reseruat beneficia,quæ sic vacabunt, vel per adeptionem secundi beneficij:vt in Extrauag.Execrabilis, Ioan.22.de præb.

2 Vel vacantia in certo loco, vt Burdegalæ:vt in extrauagan.& si in tēporalium, de præb. in communib. Item beneficia in curia vacātia,c.2.de prēb.in 6.nisi sint ecclesiæ parrochiales.c.si aplica,ibid.vel beneficia reseruat Papa, i c.pūti.illo tit. li.6. vel illorū,q̄ ītra duas dietas curię Romanæ decedunt:& pro hac reseruatione scribit Cassād.in suis decis.rub.de cōsti.q.2.& seq.& Aeneas Falco.in 2.q.tract.de reser.

*Familiaris Papæ beneficium est reseruatū si sit continuo cōmēsalis.*

3 Vel quādo reseruat beneficia familiarium Papæ,seu cardinaliū:vt est in regul. cancellariæ,vel habentium officia scriptoris,seu aliud Papæ officium:oportet tamē exprimere quod talis est, vel erat familiaris,continuus commensalis, nec sufficeret dicere eum familiarem tantum. vt patet in reg.3.cancel.in princ.

*Dissolutio vnionis an sit exprimenda.*

4 Si tamē familiaris Papæ vel Cardinalis resignaret beneficium vnitum in fauorem Titij, & nō expresserit reseruationē, valet impetratio:quia vnitum nō erat reseruatum, licet illud cui erat vnitum esset reseruatum:ideo in dissolutione vnionis, & si non sit facta mentio,valebit prouisio:

vt not.

vt not.in c.2.de prẽb.in 6.ego verò dicerem non valere. quia si Papa sciuisset beneficium vnitum, illud non contulisset, vt infra dicam tractat.de vnio.vnde reseruatio non impedit quo minus valeat collatio, sed vnionis dissolutio: sicut plenius dicetur tract.de dissolutio.vnio.infra.

*Speciales reseruationes quæ.*

5 Quædam vero sunt speciales quo ad certum corpus beneficij,nõ tamẽ pro certa persona, vt qñ reseruat ecclesiam cathedralem suæ dispositioni: vt in ca.si eo tpe, de elect.in 6.Domi.consi. 30. Bonifacius, & Aeneas de Falco.in tract. reserua.q. 2.

*Dignitas maior post pontificalẽ & principalis quæ dicatur.*

6 Vel reseruat dignitatem maiorem post pontificalem,ut in reg.cãcella.2.& cognoscitur hæc dignitas ex fundatione ecclesiæ,uel consuetudine, quãdo Decanus uel Archidiaconus statim incedit post episcopũ: ut do.de Rota decidunt in decis. 173. de thesaureria, in no.

7 Sub tit.de pb. decis.9. Et principales dignitates ẽt in collegiatis ecclesijs dñr illæ, q̃ primũ in ecclesia locum habẽt, quasi prima & principuam in ecclesia Io. Andr. in c.deliberatione.de offi.leg.li 6. & beneficia generaliter reseruata tradit, Hiero. Paul.in sua praxi curiæ Romanę etiã specialiter reseruata, ibidẽ uidere liberũ est.

*Beneficia aliquorũ Papa officialiũ nõ sunt reseruata.*

8 Alię sunt speciales super certo corpore beneficij,& specialiter pro certa persona, ut si Papa reseruet beneficium sancti Seuerini Paris.diœce.collationi suę p̃ Io. N.c.ex parte 1.de offic.deleg.c.executor. de concess.præb.ibi. Item dicunt Romani beneficia camerę procuratorũ contradictarum non esse reseruata.

9 Idẽ in notariis Ro: æ, qa nõ sunt familiares:& idẽ in magistris Regũ supplicationũ. & magistris plũbi: id ẽ in auditore camerę, nih sit protonotarius, tñ secus est in auditoribus Rotæ: p̃ quibus Papa scribere solet,grata deuotionis obsequia,&c.

10 Specialis dicitur cuius causa inducens non habet nisi unum suppositum inducere:ut scribit d. Aegi.in d. cons.34.suppositio,uers. Ad tertiũ colu.5.generalis aũt est quæ in corpore iuris clausula,uel per extrauagã.inducta,aut per regulas cãcella.

*Generales proprie reseruationes quæ.*

11 Ego diceré generales reseruationes, quando omnium regni uel certi loci beneficiorum,aut personarum, seu dignitatum fieret,ampliſſima reseruatio:specialis qñ certum reseruatur beneficiũ,uel in indiuiduo,ut tale beneficiũ. glo.in titulo de reseruat.in primatic. in uerbo reseruationes. Decius consil.168.reuerende patet.

12 Et istæ omnes reseruationes sublatę fuerunt in concil.Basilien. reuocando extrauagantes ad regimẽ,& execrabilis.de præbend.in communibus & illas,quæ cõtinentur in regul. cancellariæ. ut patet in concilio Basilien. quod concilium in Gallia receptũ fuit ut patet in prag. sanctio. rub.de elect.& per totum.

*Fructuũ oium reseruatio prohibetur.Arestum.*

13 Interdum Papa fructus pro pensione resignanti fortè beneficium reseruat: & in patria obedentiæ illa fructuum omnium reseruatio sustinetur, siue dixerit q̃ propria auctoritate percipere eos fructus possit,siue per manus alterius, quia plenariã beneficiorum Papa dispẽsationem habet. c.2.de præb.lib.6.

14 Sed à senatu Paris. fuit prohibita illa reseruatio omnium fructuum anno 1496. die 19.Aprilis:& in patria consuetudinaria non recipitur hæc reseruatio fructuũ: nam qui altari seruit, de altari uiuere debet,c.cum ẽm.de præben.& reseruatio est in hoc regno prohibita,in Concord.de reseruat,siue beneficiorum, siue omniũ fructuum illorum:& Papa illam reseruationem nõ solet facere nisi ex magna causa.

*Reseruatio media partis fructuũ loco pẽsionis anne seruari possit.*

15 Interdum reseruatur media pars fructuum loco pensionis extra susceptæ, de electionibus in extrauagant. Ioan.22.

16 Quod non potest fieri ab alio, quàm à Papa,quia esset diuidere beneficiũ,quod est prohibitum in cõcilio Turonen.c.maioribus.de prẽben.Ioan.de Anania in cap. Audiuimus.de colluſio, detegen.de Petru. in tract.de uiribus iura. in 6. remedio finiẽd. litiũ.& in patria iuris scripti seruatur ut aſlerit Boer.in dec.Burd.q.2.in fin.

*Confirmatio pẽsionis imposite ab ordinario dari nõ solet.*

17 Sed in patria consuetudina ia reformari solet, præcipue si pensionarius non possit viuere, & vsque ad tertiam partem reformari solet,quam obtinebit pensionarius tantũ, beneficiarius autẽ alias duas: nam qñ priuileg um incipit esse damnosum,solet deduci ad debitũ statum,c.fugestum.de decis.sc ipsi in tract.de pacific. possess. in 18.amplia. & confirmatio pensionis impositæ ab ordinario dari à Papa non solet,sed de nouo concedi, vt statuit Alex.6.in tit.de signat.grat.

*Pẽsionarius nõ recepit pensionẽ propria auctoritate*

18 Quandoq; tertia pars, & his duobus casibus Papa non solet committer, quòd pẽsionarius propria auctoritate percipiat, sed per eum qui titulum habet,alioqui essent duo titularij: & non est singulis permittendũ,&c.l. non est singulis.ff. de reg. iur.Hierony. Gigas.q.8.in tract.de pẽsio.

&q.

& q.9.& regulariter in Francia approbatur vsque ad tertiam partem.

*Iusta pẽsio si qua sit*

19 Iusta tamen pensio dicitur quãdo ea exacta tãtum remanet beneficiato,vt possit commode viuere, iura episcopalia soluere,& onera beneficij supportare.cap.de monachis.& c. vacante.& c.cum causam. de præb.cap. 1.de censibus.

*Pensio non trãsferturde persona in personam.*

20 Nota in hoc regno Franciæ pensionẽ extingui per mortem pensionarii, & de consuetudine non transfertur in aliã personam,etiã à Papa, quãuis in patria obedientiæ à Papa trãsferri possit,sicut aliud beneficium,vt consuluit Petr. Paris. cons. 45.monitorium,ac consi.seq.& in cons.5. in 4.col.tamen bene transit contra successores eius qui eam soluere tenetur. glos. & Docto.in c.nisi.de præb.Petr.Paris.cõsil.82.pensio.col.1.in 4. vol.

*Pẽsio in regno Francia in tribꝰ casibus constituitur.*

21 Et quando Papa imponit pensionem, solet dicere,ꝙ pensio tertiam partem fructuum non excedit, & ita seruat stylus curiæ Romanæ vt docet.Hiero.Gigas in d. tract.pensio.q.9.nõ autem quod tertiam constituit,quia forte non vult tertiam dare,si velit vltra dare,solet etiã dicere mediã partẽ non excedit, vel talem partem.

22 Et regulariter pensio in quantitate etiam fructuum imponitur, vt pẽsionario dentur decẽ modii frumenti, & totidiem vini,non vero in pecunia licet aliquando reseruatur.d.c.nisi de præb. sed hæc pensio in pecunia communitur constituitur in Francia,quæ.

23 Tantũ in tribus casibus est approbata vltra,nõ:vt scripsi in tract.de pacif.poss. in Concor.Primo ꝓp bonũ pacis,qñ beneciũ est litigiosum,d.c.nisi.Secundo ne resignans nimiũ patiatur dispẽdiũ, eidẽ reseruatur pensio c.super hoc. de renunc. & habet locum in resignatione non cã ꝓmutationis facta,qa tũc ille, qa aliud recipit beneficiũ,nõ patitur nimiũ dispendium.

*Pẽsio ex falsa cã nõ debetur.*

Tertio in permutatione rõne inæqualitatis reddituum beneficiorũ:tunc imponetur pensio super altero maiore. cap. ad quæstiones.de rer. permuta.

24 Quòd si detur æquale beneficiũ, vel maius,non potest imponi pensio super minori,& si imponatur eo ꝙ ex falsa cã imponitur, non valet:& ita vidi iudicatum.

*Beneficia officialium Papæ sũt reseruata ẽt si ipsi dimiserint officium : & quid post Papæ obitũ.*

25 Item beneficia collectorũ,& aliorum officialium Papæ sunt reseruata, ẽt si isti officia dimiserint: tñ illa beneficia, quæ post dimissionem officii quis acquisiuit, non erunt reseruata: vt docet Aegid. de Bellam.in c.cũ in distribuendis, col.vlt. de temp.ord.& in c.sicut.de verb.sig. li.6.

26 Et si Papa moriatur postquam officialis eius desinit habere officium,per illius obitum beneficia eius, qui desiit esse officialis ante Papæ mortem non sunt reseruata: quia reseruationes fuere per mortẽ Papæ extinctæ sicut regulæ:sed erunt beneficia illius affecta officialibus alterius pontificis:ideo in prouisione bñficii istius narrabitur,quod a nonnullis asseritur, ꝙ talis olim obtinens tale beneficium literarum Apostolicarum abbreuiator extitit,seu familiaris,ideo generaliter reseruatum ptouideri,tamen mandabitur tanquam de non reseruato sed de affecto.

*Beneficia cantorũ Papæ non sunt reseruata nisi sint capellani.*

27 Item beneficia cantorũ Papæ nõ sunt reseruata,eo ꝙ sint capellani Papæ,sed eo ꝙ sũt familiares: & beneficia Papæ capellanorũ,quamuis sint reseruata, tñ acolytorum nõ,nisi sint capellani: ideo in bulla dicitur,talis N.acolytus capellanus Papę: & subdiaconorũ etiam beneficia nisi sint presbyteri, & capellani, non habent beneficia reseruata: quod est notandum.

*Pẽsio donec fuerit prouisum à Papaim ponipotest.*

28 Potest ẽt reseruari certa pẽsio, duratura donec sibi de bñficio talis valoris illi fuerit prouisũ vt ait Host.in c.cũ eccl̃sẽt.de simo.& Papa hoc facere põt,sed nõ epi. c. cũ pridẽ.de pact.licet Bonifac.teneat contra in cle.1.col.pe de reb.eccl. non alie.

29 Nec hodie episcopi constituunt pẽsiones,imò ex non usu amissa est in hoc eorũ potestas,ꝙ non fuisset, si ignari illius non fuissent, & ea vti: sed ignorantia eos, vt nunc multos longo tempore tenuit.

*Reseruatio per manus Papæ appositionẽ*

30 Est & alia reseruatio per manus Papæ appositionem.c.vt nostrum.de appell.vt si Papa conferat beneficium nulliter, vtpote inhabili: tunc illud beneficium erit ad huc Papæ collationi affectum & reseruatum.c.inter dilectos.de excess. præla. vbi Panorm.& alii,& Roma.consi.335.circa primum.col.1. Paul.Paris.consi.47. videtur.numero 39.& seq. in 4. vol.

31 Idem quando commendat beneficiũ: per mortem enim commendatarii, reseruatum est Papę beneficium, teste Aenea de Falc. in tract. de reseruat. & Ludouic. Roma.cons.350.in casu,nu.11.& seq.sed hoc iure non vtimur in Francia.

32 Idem si de electoribus mandat, ne ad electionem procedant talis beneficii N. c.si eo tempore,de electio.in 6.

33 Adhæc quando Papa mãdat prouideri in mandato de primo beneficio, primũ bene-

beneficiũ est affectũ per manuũ Papæ appositionem mandatorio, adeo q̃ alter cõferre illud beneficiũ præter Papam, vel illius executorẽ, non potest, per extra. fi. de præb. in cõmu. Aegid. cons. 34. Supposito statuto. vers. ad secundum dubiũ, cũ seq. 34 Et plus afficit ista manus appositio, q̃ reseruatio: quia donec fuerit plene p̃ Papam prouisum ordinarius prouidere non poterit, teste Aenea de Falco. in tractat. de reseru. in 3. prælu. & in 4. q. in 16. effectu. 35 Sed non vtimur ea in Francia. nam quamuis Papa apponat manum, semper ordinarius confert, si non valet prima Papæ collatio, nisi in mandatario cui effectũ est beneficium per concordata Franciæ.

36 Etiã mortuo Papa ordinarius confert bñficia illa reseruata: quia illa reseruatio morte erat extincta: vt cõsuluit Gemi cõs. 93. & in c. si Apostolica. de præben. lib. 6.

*De iure regali in beneficijs.*

37 Sed in hoc etiã sibi vendicat Rex in q̃ busdã beneficijs, quæ iure regali confert, vt dicat sed posse cõferre, donec collatio plenum sortiatur effectum, & alterius collationem non valere, postquam apposuit manũ: vt plene scribit Ruze in tract. iuris regal. in 2. priuileg. sed hoc nullo iure suffragante: vt mihi videtur, saltem nõ legi.

*Reseruationes & manus appositiones tollũtur & quædam extrauagantes.*

38 Sed istæ omnes reseruationes, & manus appositiones fuere in cõcilio Basiliẽ. sublatæ, & hoc in Gallia seruamus vt non recipiamus reseruationes, nec manus appositiones §. reseruationes. de collatio. in Pragm. vt scripsi in Concord. in rub. de reseruat. & Gem. in c. statutũ. col. 2. de præb. lib. 6. dicit Extrauagant. ex debito, tãtum in vita cõditoris durasse, dum dicit donec Christi indignatio, &c. ideo ex libro expugenda esset, cum non sit in vsu: & omnia alia iura reseruationes ex licãtia, vt dicunt: tamen propter malos pisces non rũpimus retia, sic nec iura eo quod aliqua non seruentur, sed in suo statu conseruantur, & maxime quia alibi custodiuntur.

39 Idem in extrauagan. ad regimen, de præbẽ dicit gloss. reg. cãcella. reg. 1. 30. & 62. pp similia verba in eis posita: & idem probat Gemi. in c. si Apostolica. in fin. de præbend. quãuis Roman. cõsil 260. in proposito, versic. secundo, dicat esse extrauagantes, & approbari per Paul. 2. in extrauagan. ad Romani, de præben. & Aeneas de Falco, in tract. de reser. in 4. prælud. & in quæst. 4. in decimosexto effectu. refert.

*Decretũ Papa in reseruatione appositum, nedum titulum afficit, & annulat, sed etiam possessionem. argu. c. si eo tempore & de electio. in 6. c. vt nostrum, de appellatio. & possessio contra Papæ reseruationem accepta caret omni effectu, & iuris. adminiculo, sine quo in beneficialibus possessio non procedet, c 2. vt lite pendent. lib. 6. Rota decis. 16. si contra agentem, in no. [sub titu. de restit. spoliator. decis. 3.] vbi concludit restitutionem tunc negãdam spoliato. & in decis. 23. ibidem. vide in §. 1. de firma & ir reuoca. concord. stabilitat. quæ ibi scripsi, & inferius in fine bullæ nouæ prouisio.*

*reseruatione appositum nullum reddit ei titulum, & possessionem.*

41 Interdum dantur prouisiones cum regressu: vt resignans qui habuit beneficium reuertatur ad illud, moriente, vel credente resignatorio: vt dixi in tit. de reseruat. in cõcord. & in Frãcia sunt sublatæ: & ibi adduxi Arestum: & dicã inferius in 3. part. trac. de resigna. in fauorem inter coniugatos vulgo dicitur habere locũ, *les regrez*.

*Regressus in Francia tollũtur.*

42 Aliquando prouisio fit cum accessu: si Papa cõmendauit beneficiũ cardinali cui commendæ Cardinalis cessit literis, non confectis, non potest conferri alteri, & dari regressus cardinali, quia nũquam illud habuit: ideo opus est vt bullas suæ prouisionis obtineat, vel quod detur ei accessus, videlicet, volumus te liberum habere accessum, ac illius corporalem possessionẽ per te, vel alium, seu alios vigore penitẽtium literarum, quas vim validæ, & efficacis commendæ habere decernimus, propria auctoritate libere apprehendere: & in eadem commenda, quoad vixerit retinere, necnon debitis & consuetis &c. interdicta non obstantia, &c.

*Prouisio cum accessu vel regressu qua, & an procedat.*

43 In accessu exprimuntur qualitates, & fructus beneficii, cũ clausula ista, quod iiceat te libere accedere, &c. & non obstãt. statutis, &c. alias non obstã. non vidi poni.

44 Etiã vidi in puero nominato per Regem ad episcopatũ, ui fuit à Papa postea recusatus. Rex nominauit senem, quẽ Papa recepit, & voluit si hic senex moreretur, quòd puer nominatus liberum ad dictum episcopatum, ad quem fuerat nominatus, haberet accessum, hactenus de accessu & regressu: vide quę scribã inferius titul. de regressibus.

45 Bñficia in curia vacãtia, vel intra duas dietas iuxta curiam etiam hodie sunt Papæ reseruata. d. c. 2. & c præstanti. de præ. lib. 6. extrauag. ex debito, de electio. in cõmunib. & extrauagan. prima, de præbẽ. & hoc seruamus hodie etiam in Francia: vt

scripsi

scripsi in rub.de reseruа.in concordan.Hactenus de his reseruationibus.

*De Expectatiuis.*

ITem † Papa solet scribere ad beneficia vacatura per expectatiuas:& quamuis pontifices veteres collationes concessissent liberas episcopis & singulis eorum in suis episcopatibus, tamen dicunt Doctores Papam maiorem sibi potestatem retinuisse, per cap.dudum. de præb.lib.6.

*quatuor menses dati episcopis in anno ad conferēdum nō vltra.*

2 Ideo in Germania,& aliis multis prouinciis quatuor tantum menses episcopis reseruarunt, videlicet Martium, Iunium, Septembrem.& Decembrem. in extrauagan.ad regimen. vbi primi duo menses sunt Papæ reseruati, & tertius videlicet Martius episcopis,& sic deinceps, & iure nescio quo tot vigiliis excogitata iura vno verbo subuertere.c.ecclesia. de electio. & ipse non ita cognoscit doctos absentes, sicut in suis locis episcopi:ob id melius est Papæ,in conscientia dico,vt episcopi conferant:vt etiam vult glo.in pragmat. sanctio.in §.cui rei.de reseruа.poterit tamen per præuentionem conferre. vide in prouincial.fol.51.

*Expectatiuæ quæ*

3 Expectatiuæ vero gratiæ sunt ex quibus beneficium impetrās expectat:& istæ sunt etiam abolitæ in concilio Basilien vt in §.volens.de coll.in prag. scribitur:& in cap.si.de concess.præb.vide tamen decem formas per staph.in tract.de literis gratię in princ. & gratia expectatiua non datur per cancellariam ad beneficia in commēdā retinenda siue secularia,siue regularia.

*Expectatiuæ improbatæ & quā obrem.*

4 Sed quia expectatiuæ ingerunt votum captandæ mortis, odiosum etiam gentilibus.c.2.de concess.præb.& continent reseruationem:ideo in hoc regno sunt abolitę, & quia alienæ saluti sunt nimis præiudicabiles:& suscitātur lites infinitæ contentiones,& rixæ inter Christi ministros: oriuntur rancores,& odia plerumq. implacabilia nutriuntur,fouetur pluralitatis beneficiorum,ambitio execrabilis, pauperes clerici innumeris personarum, & rerum discriminibus subiiciuntur,& per cauillosos indebite opprimuntur:aliaq. rationes exprimuntur in proę. prag.sanctio.in §.ceterum. & in §. cui rei. de reseruat. & quia expectatiuæ reseruationes continent.

5 Vnde consuluit Rom.cons.280.q. non valere papę prouisionem de dignitate electiua factā intra tempus eligendi contra decreta Basilien.concilij:quia per has reseruationes immutatur, perturbatur, ac decoloratur vniuersalis ecclesiæ status:& cuncti ecclesiæ ordines scandalizantur,vt tractaui fusius in concor.de his hactenus.

*De rescripto in forma communi,& in forma pauperum.*

ALiud † rescriptum est,cum secūdum Apostolum:nam episcopus non debet aliquē ad ordines promouere, nisi habeat vnde viuere possit.cap.non licet.& c. episcopus.de præb.ideo si episcopus ordines sacros conferat alicui pauperi, tenetur illi prouidere.c.cum secundum.de præben.c.si episcopus.illo tit.lib.6.

*Episcop prouidere illi, quē promouit tenetur.*

2 Et ad hoc exequendum impetrabat promotus literas à Papa ordinatori directas,ꝙ isti prouideret pro qualitate personæ, vt honeste ac commode viuere posset dato executore.c.si pro clericis,& c.si pauper.de præben.lib.6.

3 Et quia sic communiter pro omnibus ordinatis Papa scribere solebat, ideo in forma communi vocantur.cap.postulastis eod.cap. accepimus. de ætate & qual. quæ sic dictabantur, Venerabili fratri episcopo Parisien.& c dilecti filij N. de N. pauperis clerici N. diœcesis apud Apostolicam sedem constituti supplciationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandauimus,quatenus de vita & conuersatione ipsius clerici, qui (vt asserit) beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quem per certos examinatores super hoc deputatos a nobis de literatura examinari fecimus diligenter quinque,&c.

*Forma literarū i forma pauperū*

4 Ex hac forma primo mandatur prouideri pro paupere clerico: nam si diues esset in patrimonio,non scriberetur.c.postulasti.de rescript.c.clericos.1.q.1.

5 Ideo dicuntur in forma pauperum: quia hæc forma pauperibus est assignata: & qui fingit se pauperem impetrando,nihil reportat,nisi ventum, vt or verbis Baldi in c.cum adeo.in prin.de resc.

6 Aduerte tamen,quòd hæ communiter à nostris iuris interpretibus vocantur literæ iustitię,vt glo.in verbo gratiæ.in extrauagan. sedes. de concess. præben.in extrauag. Ioannes XXII. At verius literæ iustitiæ dicuntur, quæ tendunt ad iustitiam administrādum:sed istæ,ad gratiam & non ad iustitiam tendunt: nec refraga

*Quod litera in forma pauperū non dicātur iustitiæ.*

tur

tur quod iustũ sit his prouideri, ergo sunt literæ iustitiæ: non sequitur alioqui sequeretur q̃ omnes literæ gratiæ vocari possent literæ iustitiæ: vt in decis. Rot. 7. de rescript. ideo considera si vocari possent literæ gratiæ iustæ, sicut rescriptum dignũ arbitramur inferius, non quòd aliæ iustæ non sint vel esse debeant.

*Habens viginti-quatuor libras est incapax ad loca collegij obtinenda.*

7 Sed hæ magis, vt dicimus de cõtractibus bonæ fidei. in §. Actionum, de actio. in insti. & Gomes in tract. de expect. in 9. forma, nu. 76. vbi dicit habentes viginti-quatuor libras posse has literas impetrare: sed per assecutionem beneficii pensio cessabit & extinguetur. idem docet Staphil. in tract. de lit. grat. in 9. forma expe.

*Pauper quis.*

8 Quod facit pro multis collegiis huius ciuitatis, in quibus est statutum, q̃ habentes in reditibus vigintiquatuor libras non possunt bursam, nec locũ obtinere in collegio: scio hoc statutum esse in collegio Narbonens. & Heduen. Sed væh his, qui non seruant: quia hodie potius & bursæ, & alia beneficia dãtur diuitibus & ebriis beneficiorũ pluralitate, quã pauperibus: nã semper habenti datur, & puto pauperem hic dici qui commode viuere non potest: vt in cap. 1. de præb. in 6. dixi in tract. de congrua portio. quamuis Calde. in reper. in verb. pauper, dicat eum pauperem, qui habet minus quàm sibi placeat: & sic omnes essent pauperes, vt alibi dicam.

*Dispensatio in literis in forma pauperũ non datur.*

9 Secundò scribitur in his literis pro eo, qui non habet beneficium, nã si haberet, non pro eo scriberetur, quia non esset pauper. cap. si pauper, de præb. lib. 6 vel si haberet patrimonium: vt dixi, c. si Episcopus, de præben. eodem.

10 Et in hac forma pauperum non datur dispensatio super defectu natalium, neq; super ætate, quia illi, qui examinant & signant tales supplicationes, non habent talem potestatem dispensandi: & quia forma debet esse munda, & nihil aliud cõtinere, maxime postquã iste promotus est, ergo non patitur defectũ ætatis, per c. cũ in cunctis, de elect. cle. generalẽ, de ætate.

*Episcop⁹ quem ordinauit iterũ exa minare non dẽt*

11 Tertio examinari à papa antea debebat, vel ab executoribus eius, c. fi. de præsum. c. si pro clericis, de præb. li. 6 nec episcopus iterũ debet illum examinare, quẽ ad suscipiẽdos ordines dignum exist ma uit. c. accepimus, de ætate & qualitate & d. c. cum secundum, & debet examinari, si bene legat, constituat, & cantet. gl. in d. c. si pro clericis, de præb. in 6. & Galli præponderant cãtum domi. ibi & de moribus examinari etiam debet, in c. cum in cunctis, de electio. cap. cum in iuuentute, &c. inter, de purga. cano.

*Pauperes præsumptionẽ morũ non literatura habent.*

12 Et prius in literatura, quàm in moribus iubetur examinari: quia præsumptionem pauper habet contra se quòd litera tus non sit: quia Iuuenal. inquit, *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi, &c.* sed præsumptionem de moribus pro se pauper habet, ac alius. c. si forte, de electio lib. 6. doct. in l. sciendũ. ff. de verb. oblig.

*De scientia quis est interrogand⁹*

13 Licet alias de moribus prius quis sit interrogãdus, Dauid bonitatẽ potius sibi expetiit, quam scientiam: & neque facultates, neque dignitas est ita sufficiens, vt bona electi, & benigni mores, l. scire, §. penult. ff. de tuto. & cura. datis ab his.

14 Vel quia episcopus dum eum ordinauit, debuit inquirere de moribus & ætate, ideo Papa non mandat nisi de literatura inquiri, & scientia, quę est illis necessaria, vt modicũ plus sit instructus circa sacramenta, q̃ simplex laicus, teste Inn in c. 1. de summa trin. Bal. in rub. de summa trin. ibi sequitur & Barba. in tract. de præstant. card. in 10. q. partis 1. col 2. & seq. facit l. si quid venditor. ff. de ædilitio edict.

15 Item Papa dicit se eum examinasse in literatura, quem idoneum reperit in illa, d. c. cum secundum Apostolum.

16 Præterea mandat inquiri, si vitæ laudabilis, & honestæ conuersationis cum reperiant, & aliquod beneficium eccleſiasti cum non obtineat, vt superius dixi, per c. accepimus. de ætate & qualita. nec dignus dicitur ad aliud beneficium, qui vnum habet, c cum adeo, de rescrip. ideo nec dicitur idoneus, c. is cui, de præb. lib. 6.

*Clausula si aliud canonicum ei non obstat.*

17 Adhæc si aliud canonicũ ei non obstat, ideſt non si homicida, irregularis, vel alias inhabilis, vt declaraui in tract. de pacific. possess. in 4. limita in concord. Innoc. in c. cũ nostris, de conces. præb. declarat Staphile. in tract. de literis gratiæ, in nona forma expect. dicam inferius plenius.

*Pauperibus quare non prouideatur ecclesiis cathedralib⁹.*

18 Insuper exprimit in his literis, ne isti prouideat in eccla cathedrali, forte pp̃ eminẽriã illius ecclesiæ, c q̃is, 1. de præb. li. 6 & ne in eis personæ viles, vt sunt isti, obtineant beneficia Gomes. vbi supra.

19 Sed ego dicerem istos pauperes non excludi ab illa ecclesia, sed non vult papa cogere Episcopum ad prouidendum eis in ecclesia cathedrali, quia ibi docti esse debent.

debent: & hic pauper forte non potuit ſtudere ob penuriam: ob id non compellitur Epiſcopus ad prouidendum iſti pueri: ibidem, quia Papa non vult grauare eũ maiori grauamine: quia ſi epiſcopus eum inuitum reciperet, eum odio proſequeretur, & eum ſemper in conſpectu ſuo haberet: ideo Papa non vult grauare Epiſcopum in eccleſia cathedrali, vt ſibi prouidea t.

*Verus valor beneficiorumquãdo exprimi debeat.*

20 Vltimo taxatur valor, vt vſque ad talem ſummã videlicet quinquaginta librarum prouideatur vt notatur per glo. & doc. in d.c.ſi pro clericis pauperibus nã minores minora docẽt, c. ad aures, de reſcrip.

21 Vnde ſi cardinalis impetret beneficiũ ducentos excedens aureos, tenetur verũ exprimere valorem, etiã in Frãcia, & hoc propter concilij Latera. conſtitutionem, anno 2. Leonis decimi editam, qua cauetur, quòd de cætero cardinalibus non cõmendentur, aut cõferantur beneficia quorum fructus ducentorum ducatorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem non excedunt, vt pauperibus de his prouideatur teſte Caſſado. in deciſio. 2. de præb quia miluus nõ capit (vt adagio dicitur) muſcam, nec elephas.

22 Ideo ordinarius hæc minora non põt cardinalibus conferre, quamuis quidã os habeant apertum ad omnia deuorandum.

*De maiori quãdo prouideri poſſit, ſi de minori mandatur.*

23 Nec poterit prouideri de maiori ſumma, qa cauſſa taxationis gratię hac verba appoſita ſunt, per tex. in c. cui de non ſacerdotale: de præbend. lib. 6. ſecus quando ſumma conſcribitur cauſſa demonſtrationis ſecundum doct ibi. & Felin. in cap. ad aures. colum. 7. de reſcrip. ac Gemin. conſil. 111. donamus.

*Renunciare titulo ſuo non poteſt presbyteri.*

23 Hodie promouentur nõ habentes beneficia ad titulum patrimonii: vt in c. poſtulaſti, de reſcri. qui debet eſſe ſufficiens pro qualitate perſonæ. d.c. cum ſecundum Apoſtolum, quem non poſſunt remittere, nec Epiſcop renuntiationem facere. gl. in cap. ſi Epiſcopus, de preb. li. 6. quia hoc concernit fauorem totius cleri, & honorem, videl cet ne mẽdicent in dedecus totius cleri, c. diaconi vlt 93. diſt. c. ſi diligenti, de foro competenti.

*Titulus presbyteri vẽdi vel donari non poteſt.*

25 Et hic titulus non computatur in legitimam, nec poteſt vẽdi, nec donari, aut in alium transferri, teſte Io. Fab. in §. in de inoffic. teſta. nec is tenetur illum conferre. Fab. in l. ſi emancipiati. C. de collatio. quem ſequitur Caſſad. in conſuetud. Burgun. in rub. *des ſucceſſions.* §. quinto. gl. *Meilleur de l'autre*, num. 51. & in iſto gaudet priuilegio clericorum vt nihil pro collectis, vel aliis oneribus ſoluere teneatur. Dec. in ea epiſcopus, de præbend. iſta nũc miſſa faciam, quia parum in vſu ſunt.

## *De reſcripto in forma pauperum pro graduatis.*

ALia † erat forma pauperum pro graduatis: nam olim Papa ſcribebat pro baccalaureo, vel alio graduato ſic, Dilecto filio N. de N. presbytero N. baccalaureo in legibus ſalutem. vbi mandabat Papa reſeruari beneficium cõferendum iſti, niſi eſſet in eccleſia cathedrali: ſi eius fructus non aſcendant ad certam ſummam, quam taxabat: & formã iſtius prouiſionis licet videre in praxi cancellarię Roma. in fin. verum quia iſta non frequens, ob id illam miſſam facio.

*Nominationes ſucceſſerunt in locũ reſcripti ſ formæ pauperũ graduatorũ*

2 Et iſtæ formæ erant introductæ, quia iuſtæ erant, & pontifices ſummi non ſolebant grauare ordinarios niſi iuſte, ſed cũ Romani Pontifices cœperunt omnes paſſim grauare per reſeruationes, & expectatiuas ſiue iuſte, ſiue iniuſte, tunc abolitæ fuerunt iſtæ formæ, & diuitibus tantum ſunt diſtributa reſcripta afferẽtibus aurũ & argentum, tamen nominationes hodie, quæ graduatis dantur, ſucceſſerunt in locum iſtius formæ. & ideo poſſumus ex ea arguere ad nominationes vniuerſitatum.

*Examineri graduati nominati non debent.*

3 Notandum eſt, quod quando Papa pro graduatis ſcribit, nũquam de idonei tate impetrantis inquiri mandat, nec examinari, cùm ſit ab vniuerſitate approbatus: diuerſum eſt in aliis, vt docet Feli. in cap. fi. de præſumptio & Staphile. in tra. de literis gratiæ, in 10. forma expecta.

4 Sic dixi in nominatis, vt ab epiſcopo non ſint examinandi: ne fiat iniuria vniuerſitatibus, in §. præterea, gl. altiori, de colla. in concorda. & quia Epiſcopi nõ inuenirent aliquem idoneum, ẽt ſi eſſet innocens tertius, cũ nominatos exoſos habeant frequẽter. vide, Staphile. in trac. de literis gratiæ, in vltima expecta. forma, in fin.

## *De reſcripto dignum arbitramur.*

ALiud † dignũ arbitramur, & cõgruũ, vt illis ſe reddat ſedes Apoſtolica gratioſam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter ſuffragantur: volentes

ita

itaq; dilectum filiũ Io.N.Magalonen.dioc. ceſiapud nos de religionis zelo,de nobilitate generis,de literarum ſciẽtia, de vitæ ac morum honeſtate &c.

*Idoneis dignum eſt prouideri.*

2 Hoc reſcriptum dignum arbitramur, ſic ab effectu vocatum dicitur, non quod non ſit dignum ſcribere pro alijs, ſed ſic ſcribere eſt magis dignum, quando Papa alicui prouidet de beneficio vacante, vel de vacaturo prouideri mãdat,ſi impetrãs ſit idoneus, & laudabilis vitæ dignus eſt vt illi quoque prouideatur,per textum in clementi.vni.de officio delega. Felin. in capitu.Poſtulaſti,col.3. de reſcript. & in cap.fin.de præſumptio

3 Et regulariter hoc reſcriptum datur ad vacatura,& Papa examinari mãdat impetrantem, & poſt examinationem, ſi eũ idoneum inuenerit, prouideri : ideo ſolet apponi clauſula, Mandamus quatenus, ſi poſt diligentem examinationem dilectũ N. ad obtinendum beneficium idoneum eſſe repereris,ſuper quo tuam conſcientiã oneremus,eidem N. autoritate Apoſtolica conferas,& prouideas.

4 Hodie bonũ eſſet,vt iſta inquiſitio fieret ab ordinario, & comprobaretur reſcriptum pontificis ſummi, quemadmodum comprobãtur reſcripta principum ſecularium: quia multa mendacia Papæ exprimũtur. & hoc fieret ſaltem ex officio : niſi ordinarius videret inferri grauamen alteri,tũc ille vocandus eſſet,& ſummarie eſſet audiendus,& expediendus: nam maius periculum eſt in his beneficijs, quam in profanis,ideo in his eſſet cautius agendũ: c.vbi periculum,de elect.li.6.ſed dignum hodie arbitramur afferenti pecuniam prouidere,quod eſt alienũ ab hoc reſcripto.

## De *Nominationibus.*

*Nominationes ſunt loco expectationũ.*

VLtimum eſt reſcriptum ad vacatura per nominationes conceſſas ab vniuerſitatibus graduatis: Papa olim ſolebat iſtis dare expectatiuas, verum quia poſt completum ſtudium pauperes non valebant has expectatiuas à Papa impetrare, ob id ſtatuit concilium Baſilien. dandas eſſe has literas ab vniuerſitatibus Franciæ, quod approbauit Gallicum concilium: vt patet in titu de colla.in Prag. & hodie & Papa,& Rex hæc approbarunt in concorda.in rub.de colla.

Sunt quædam aliæ nominationes, quæ conſiliarijs ſenatus Pariſ.conceduntur,de his an rite conceſſæ ſint,me remitto ad eorum cõceſſionem, ne plura. vide Petrum Paulum Pariſ.conſ.40.quamuis, in 4.vol. & Staphile. in tract.de liter.gratiæ,in 3. form manda.verſi.& iſta ſunt notanda.

Notandum tamen eſt, quod Galli in hoc regno Franciæ communius non vtuntur his reſcriptis,niſi duobus mandatis videlicet,& nominationibus & alia reſcripta ad vacatura ſunt per iura Gallica, & per conſſuetudinem, imo per contrarium vſum fere abrogata,ideo ſuper nominationibus edidi vnum tractatum, quem adiũxi glo. concorda. vbi abunde hanc tractaui materiam,igitur amplius hic non eam tradam, ſufficiat ibi dixiſſe.

Signa tamen, quod petenti à Papa ſibi prouideri de vacaturo, dantur literæ de vacante,& è conuerſo, prout expedierit impetranti,vt eſt in regula cãcella. 63 hactenus de reſcriptis ad vacatura beneficia pergamus ad vacantia,in quibus frequentiſſima & vtiliſſima aderit materia.

*Petenti prouideri de vacaturo conceditur etiã de vacãte.*

## De *reſcriptis ad beneficia vacantia.*

SVpereſt, vt nunc ſcribamus de reſcriptis, quæ beneficia reſpiciunt vacãtia, & hæc quidem varia ſunt: ſed ea quæ habentur in vſu quotidiano tractabimus,reliqua dicanicis curiæ Romanæ,qui ſuper his verſantur,relinquentes.

*Vacans beneficiũ aut in titulũ,aut ĩ commenda aut in proprietatẽ datur.*

2 Primum itaque dicendum eſt beneficium vacans aut in titulum concedi, aut in commendam, vel in proprietatẽ, vt p vnionem: de quibus inferius dicetur. In titulũ tunc concedi dicitur, quando alicui ſic aſſignat ecclеſia,vt in illa conſcribi denominarijs, ac illi eccleſiæ eſſe poſſit.

3 Et dicitur intitulata illa eccleſia, ideſt conſcripta alicui,& iure aſſignata,in c.duũ 2.de elect.vbi gl.exponit,& tex.in c.1.3 in 21.q.1.dicit quem non debere connumerari in duab⁹ eccleſijs,vt inter clericos numeretur,duarum eccleſiarum.gl.ibi. & ibidem dicitur in fi.neminem debere cõſcribi in duabus eccleſijs.& idem dicitur in c.clerici, ibidem.

*In titulũ quando beneficiũ cõcedatur.*

4 Et cõſcribi pro intitulari exponit Archidia.in ſumma. ibidem dices ideo dici quia olim nomina clericorum in quadam charta ſeu libro ſcribebantur, quæ vocabatur matricula,c.contumaces,50.diſt.de qua triplici matricula ſcripſi in tracta.de regeſtris,in 2.tom. conſtitutio reg.

5 Nempe is qui titulũ habet, ius habe-

re cenſetur in illo beneficio, vnde nominari & conſcribi poterit ſub titulo illius beneficii, adeo vt beneficium ſuum poſſit dici, c. pro illorum, de præbend. c. Audita. cum ſimilibus, de reſtitutio. ſpolia.

6 Alibi dicitur tuum beneficium, quod quis in titulum habet poſt acceptationē. c. ſi tibi abſenti, de præb. in 6. c. auaritiæ, & ſeq ac c. niſi, de præbend. dicitur etiam ec cleſia veſtra, in c. præterea, de præbendis cum ſimilibus.

7 Itaque dicitur is ius habere tale, ex quo illius beneficii fructus recipit, adminiſtrat, ac in vſus ſuos illos cōuertit, prout de iure, in c. de his, de eccleſiis ædificand. c. conceſſa, & ſeq. 12. q. 2.

*Beneficiarius dicitur rerū eccleſiæ adminiſtrator, licet plenū ius in beneficio habeat.*

8 Et quamuis non dicatur quilibet beneficiarius, etiam habens titulū, niſi adminiſtrator rerum eccleſiæ, cui præficitur, & non dominus, quia res eccleſiæ alienare non poteſt, c. 2. de dona. tamen ius habere in illa eccleſia plenum dicitur ratione tituli, quem in illa habet, adeo vt omnia in illa facere ſit licitum, ſicut qui quaſi proprietatem haberet.

9 Ideo interdicto vnum vi, agere poteſt, ſi ſpolietur ſua eccleſia. cap. paſtoralis, de cauſſa poſſeſſio. cap Audita; & per totum, de reſtitu. ſpolia. & aliis interdictis. cap. paſtoralis, de cauſſa poſſe.

10 Sicut maritus dicitur ius habere in vxore, vt ſua dicatur vxor, tamē maritus non dicitur dominus rerum paraphernalium vxoris. l. doce ancillam C de rei vēdica. ſic dicitur in beneficiario, vt ſua dicatur eccleſia in qua habet titulum, id eſt, quæ ei aſſignata eſt, vt de fructibus eius viuere nominari rector, & curatus, ac præeſſe in illa eccleſia poſſit, ac illi deſeruire. ca. fi. 21. q. 1. tamen in eccleſiæ rebus eſt adminiſtrator, vt eas adminiſtrare, & non alienare debeat. c. 1. & per totum, de reb. eccleſ. non alienand.

*Papa multis modis beneficijs ſuuidet.*

11 Quandoque Papa ad nominationem alicuius prouidetur, vt in c. quod ſicut, de electione, vt ſcripſi in tractatu de Regia nominatio. in concorda.

12 Aliquando ad patroni vel patronorū cōſensū, ſeu præſentationē: vt per totū titulū de iu. pat. de quo dicitur i ſignatura.

13 Interdū ſuo ſolo iure prouidet, vt de epiſcopatibus. & dignitatibus ſuperioribus, & conſiſtorialibus ac de beneficiis in curia vacantibus. c quanto, de translatio. Epiſcopi, & c. 2. de præb. in 6. vt eſt à iure ſtatutum, licet huic derogatum.

14 Iure etiam deuoluto ſuo iure confert, c. 2. de conceſſio. præb. vt inferius dicetur in deuolutionis materia.

15 Ratione prēuentiones quæcunq; beneficiat ēt qualificata cōcedit. §. declarātes, deman. Apoſtol. in concorda. & de his omnibus abundantius tractabitur inferius.

16 Vel ratione concurſus, quia Papa concurrit cum quolibet ordinario. c. dudum, de præb. li. 6. dicetur in d. tract. deuolutio. infra. & ſcribit Io. Corraſ. doctor Tholoſanus in paraphraſ. ſacerdo. in 2. par. c. 1.

*Titulū beneficij quis probare teneatur.*

17 Quæro, quis titulum beneficii probare teneatur? Reſpō. pars, quæ pro illo agit arg. l. actor. C. de proba. Intelligo ego, q̄ ſi dicam me priorem, vel curatū ſancti Seuerini, oportet quod probem collationē, vel prouiſionem mihi factam: nec ſufficeret probare, quod pars aduerſa nullum ius habet, ſi ego non probarem titulum meū alioqui abſolueretur reus poſſeſſor. c. ex literis. de proba l. qui accuſare, vbi doct. C. de eden. de Rota deciſ. 70. no. quod ibi conſtat, in antiq.

18 Et ita tenet curia, & de mādato Inno. Papę ſic fuit ꝓnunciatū, nā quis de ſuo iure nō de alienādo agit, iō de eo docere debet. c. poſtele ctionē, de conceſſio. prēb. vbi obtinuit Honorius, quia poſſidebat, licet alr non ꝓbauerit de iure ſuo, teſte Card. ꝓpoſ. in c. cōtra morē, in fi. 100 diſt. nēpe nō curam⁹ de iure defenſoris, ſi nō cōſtet ꝓ mēte & iure petitoris, l. fi. C. de rei vēd.

19 Ideo nō ſolet adiudicari alicui beneficii poſſeſſio, niſi ſuum probet titul. etiam coram iudicibus Regiis, qui de poſſeſſione in hoc regno cognoſcunt: poſſeſſor tamen titulum docere non tenetur, ſi pacifice poſſideat.

*Epiſcopus inquirit ā titul beneficiorum ſuæ diaceſis.*

20 Limitatur non procedere, quādo Epiſcopus ex officio inquirit, iuxta c. ordinarii, de offi. ord. libri 6. nam tunc debet probare etiam poſſeſſor ſuum titu. §. inquirant, de pacific. poſſeſſ. in Prag & in cōcorda & ſi non probauerit titulū, remouebitur beneficium ab eo. c. ex frequentibus, de inſtitu c fi. de cleric. peregri. & c. licet Hely, de ſimo.

21 Ideo Epiſcopus in ſua prima viſitatione debet oēs curatos monere, vt titulum oſtendant, qui ſi videat eſſe inutilē, vel illum poſſeſſorem nullum habere, ipſe conferre poterit illa beneficia: quod eſt vtile.

22 Secūdo limitatur quando præſumptio transferret onus probandi in aduerſariū, tunc etiam poſſeſſor teneretur probare.

glo.

glo.& doct.in d.c.contra morem.

23 Tertio quando vi poſſidere poſſeſſor probat.l.vis eius. C. de probatio. tamen agens poſſeſſorio non tenetur probare ſe licite poſſidere,niſi quando eſt contraria iuri nuda poſſeſſio.ita notat Inno. in c. licet,de prob. quem refert Bal. in Marg.in verbo agere, q.6. vide gloſ.in ſumma 2. q.5.& Alex.in l.ſi alienam.ff.ſolu.matr.

*Titulus literis proba-tur.*

24 Quomodo probatur hic titulus? reſpon.per literas.c. executor.de conceſſio. præb.lib.6.ſcripſi in tit.de man. Apoſt.in §.1.in verb.literas,in concord

25 Nec ſufficeret probare mandatū, vel nominationes,niſi in vim illius mandati collatio facta probaretur,aut in vim nominationū.c.duobus,de reſcriptis.lib. 6. c.ſi capitulo,& c.ſi ſoli,de cōceſ.præb.ibidē.

26 Item non ſufficeret probare præſumptiue titulū,vtpote ſi canonicus probaret ſe habuiſſe ſtallum in choro, locum in capitulo,legiſſe Euangelium, vel lectionem tanquam canonicum. c. dilecto. de præb. adhuc tenetur probare ſuam inſtitutionem,& titulū.c. ex inſinatione,de procu. ſicut in liberto eccleſiæ.c lōginquitate. & c liberti. 12.q.2. Præpoſ d.c.cōtra morē. 100.diſt.[Sed ſi puiſus amiſerit collationis literas,poterit cogere ſecretarium, & ſcribam Epiſcopi,vt det ei literas ſuæ pui ſionis.per l.ſicut datam.C.de libe.cau ]

*Melior titulus præfer-tur, & quis dicatur melior.*

27 Dicet quis, quando vterque probat ſuum titulū,vter præferatur? Reſpon.melior titulus & canonicus.c.1. de reg. iu. in 6.ibi,canonica inſtit.

28 Melior dicitur prior.c.duobus,& c.tibi qui,de reſcrip.in 6.c.eā te,illo ti.in antiq.vbi Feli.limitat. facit c. eum cui, de præb in 6.

*Inter plures collatio nes quæ præfera tur.*

29 Et ſint eiuſdem diei nec apparet quis prior obtinuerit collationem.tunc ſi à diuerſis collationibus tituli ſint, is dicitur melior,qui prius obtinuit poſſeſſionem: ſi neuter acceperit; is qui habuit à maiore collatore,vtpote à Papa, vel eius legato, propter conferentis prærogatiuam,ca.ſi à ſede,de præb.lib.6.

*Collatio epiſcopi præualet collationi vicarij. Arctiū.*

30 Si vero collationes ſint ab vno & eodem collatore,ſed vna ab epiſcopo,altera ab eius vicario,tūc valebit illa, quæ eſt ab epiſcopo propter maiorē prærogatiuā. d.c.ſi à ſede. niſi ille qui habet à vicario adeptus fuerit prius poſſeſſionem;per c.ſi à ſede. quod licet loquatur in collatione facta à diuerſis collatoribus, non ab vno, tamen eadē eſt ratio in collationibus ab vno & eo.factis: vt iudicauit ſenatus Pariſ,pro Petro Molin contra quoſdam alios anno 1519. die 29. Iulii.

31 Si vero ab vno & eodem, tunc ſi non poſſit de prioritate apparere per librum collationū,neutra valebit, arg. l.duo ſunt Titii,de teſta. tutel. ff. vide quæ copioſius ſcripſi in tracta.de pacific. poſſeſſ.in 17.limita.vbi abunde materiam c. à ſede tractaui,& melius q̄ alibi viderim traditam.

## *De parua data.*

VErū † qa parua data vſum habet frequentem,prius eam tractare conuenit:& ſciendū eſt, quod ſi hodie 15. Iunii vacauit beneficium ſancti Pauli Pariſ.ego vero miſi Romam, vt impetraretur dictū beneficium per obitum talis N. die quo offeretur datario iſta vacatio, ſubſcribet datarius, Datum Calend. Iulii uel alio die,&c.

*Parua data quid cōtinere debeat.*

2 Et interdū iſte libellus continens modum uacationis,nomen beneficii,& illius cui eſt conferendū,ac per mortē cuius uacet, duplicari ſolet, & datarius unū apud ſe retinere, & alterum parti impetranti tradit: & ſolent quidam menſularii hanc paruam datam exigere ſingulis diebus,qñ ſciunt aliquem morbo affectum, donec pars mortē uere, quo die illa mortē fuerit: conſidera regula de ueriſimilio notitia;quo die iure à Papa conferri potuit: & ab eo die pars aſſumit ſignaturā,& quia infinitę fiebant ſuper his fraudis: ideo[data eſt poteſtas datario Papæ ſtatuere & decernere quæ ſibi pro tpe uidentur expedire,& propterea tpe Pauli III.per eius datarium] ſtatutum fuit Romæ ad obuiandum his malitiis hominum, ut ſequitur.

*Supplicatio duplex pro uno beneficto non datur.*

3 Hæc ſunt, quę R.Datarius ſub ſanctiſſimi D. N. beneplacito decreuit. Imprimis quod deinceps nulla addito fiet regeſtro:nō cōcederetur ſupplicatio ſuplicata dies ſupplicationis miſſa de regeſtum nō mutabitur, notario facultas extendendi conſenſum poſt lapſum tēpus nō dabitur.

*Poſt annum in Francia parua data nō extēdētur.*

4 Coadiutoriatum & regreſſuum ſupplicationes ſemeſtri lapſo lacerabuntur, qui datas partium obedientiæ datis Franciæ immiſcebit, nullę illarum expedientur: data in Francia poſt annum non extendetur, qui uerbum aut clauſulas extra loca in ſupplicationibus poſuerit, punietur: q datas extra curiam mittet, punietur: qui ſupplicationes ex officio extenſionis Da-

*Extra curiam*

*non mittentur paruęda ta.*

tario incõsulto exportauerit, exulabit a curia. Die 16. Decembris anno Domini 1544. de mandato R. Petris D. Datarij, vt fraudes, quæ inter Ro. curiæ sollicitatores in eorũ sollicitationibus, & præcipue in paruis datis sæpe duplicatis, & triplicatis resignationum & coadiutoriarum, ac aliarum expeditionum, in quibus consensus partium requiritur, reprimantur, & in melius reformentur, notum sit vniuersis ipsius curiæ solicitatoribus, & curialibus, qualiter deinceps nullæ paruæ datæ pro absentibus à dicta curia cõcedentur, alias quam super mandatis, quæ infra quatuor menses extendi debeant, & quæ nũc apud quoscunque tam solicitatores, quam curiales, tam super mãdatis quam alias inuenientur, infra dictos quatuor mẽses extendantur, alias omni effectu carebunt: & si præsentata fuerit aliqua data ad extendendum alias quam ordine prædicto seruato, nisi talis data fuerit inter personas in ipsa curia residẽtes, quæ infra mẽsem, & datæ in Italia etiam infra mensem extẽdi debeant, & alias effectualiter lacerabũ tur. similiter data beneficiorum vacantiũ aliter quam ex filza ipsius D. Datarii extracta: & quæ penes partes aut sollicitatores inuenta fuerit, non extendentur vlterius, quæcunq; supplicationes coadiutoriarum, & regressuum, ac cessuum, &c. nec non tam fructuũ, &c. quã aliarum reseruationum, administrationum, ac stalli, &c. [quæ nunc inueniuntur apud ipsum dominum Datarium retẽtæ, infra quatuor, aliæ vero supplicationes earundem coadiutoriarum, regressuum, &c. deinceps retinendæ, infra duos menses expediri debeant, aliter lacerabuntur.]

*Datarij secretus sit, alias punitur.*

5 Alia de hac parua data relinquã pragmaticis curiæ Ro. & cõcessio Papæ à data huius paruæ datæ conscribetur, & ita fieri solet, & in reg. Alex. Sixti cõtinetur data riũ secretum esse debere, vt collegii secreta non reuelet, nec collegam, aut alium, qui concessioni cõtradixerit: alioqui periurij, & suspensionis pœna per mensem à signatura incurrit.

## De signatura gratiæ.

NVnc † dicendũ est de supplicatione, seu signaturæ gratiæ: & primo quid sit, quæ in ea requiruntur, & quomodo signetur, & an probet, & de clausulis in ea contentis: & alia quæ supplicationem tãgent, per singula verba, seu clausulas elucidabimus.

*Signatura quid sit.*

2 Primo dicemus quid sit signatura, vt à definitione proficiscatur institutio nostra, iubente Cicer. lib. offic. 1. facit, l. 1. ff. de iust. & iu. saltẽ p modũ descriptionis.

*Scriptura requiritur in signatura.*

3 Signatura est scriptura in papyro cõscripta, à Papa, vel eius delegato, absq; sigillo, in medio scripta, partis supplicationẽ, Papæq; concessionẽ breuiter cõtinens.

4 Primo dico, q̃ supplicatio seu signatura est scriptura: nã ois supplicatio scripta est, nec posset probari, nisi per scripturam, cum ante scripturam non dicatur signatura. quia nõ est signata, nec signari id, quod non est, potest: arg. l. decem. ff. de ver. obli. Doct. in rub. de const. scripsi in §. 1. in ver. literas, de mand. Apost. in concord.

5 Et sic est vn° casus in quo scriptura requiritur vltra cõscriptos per gl. in c. 1. de censib. li. 6. licet alias actus tantum valeat sine scriptura, quantum cum scriptura, l. pactum quod bona fide C. de pactis. fiunt. n. de his scripturæ, vt quod actum, est per eas, facilius p̃bari possit: & sine his valet, quod actum est, l. contrahitur. ff. de pign.

6 Ratio est, quare in gratia requiretur scriptura, quia est valde difficile testibus deponere de omnibus, quæ in gratia, continentur: vt docet Card in proœ. cle. §. sane, q. 5. put refert. Fel. in rub. de cõst. col. 4.

7 Vbi limitat in tribus casibus: primus est in probanda qualitate gratiæ, per tex. in c. Auditis de resti. in integ. gl. sing. in c. duobus. de rescrip. in 6. & in c. si à sede de præbend. ibidem vbi gratiæ prioritas per testes probari potest.

8 Secundus casus est in foro cõscientię: potest. n. quis vti gratia, etiam sine literis. Abbas in clem. dudum. in fi. de sepul. post glo. ibi incip. verb. scripsi in interpretatio. c. postulastis de cleric. excom. minist.

9 Tertius casus est, quando agitur de probãdo tenore gratiæ, cuius literæ sunt prædictæ, c. cum olim, de priuileg. tex. in l. sicut. vbi Bar. C. de fide instru. l. testium. in fi. ibid. alios casus scripsi in concord. in gl. literas, de manda. Apost. & sic oportet prius factam esse scripturam, antequam dicatur signatura, quæ si postea amissa fuerit, probari per testes poterit, vel per sumptũ extractum ex libero signaturarũ Romæ, quod probat: vt inferius dicam.

*Signatura in papyro cõ-*

10 Secundo dico in papyro cõscripta, ad differentiam bulliæ: quia regulariter supplicationes & signaturæ solent in papyro

*scribi solet, nulla in membrana.*

describi, non in membrana, sicut bulla: & iste est curiæ Romanæ Pylus, qui seruãdus est, c. ex literis de const. facit c. cũ dilecta. §. nos igit de cõfir. vtil. ibi, cũ fuerit nõ in pergameno, sed in papyro cõscripta.

*Supplicatio quare dicatur signatura.*

11 Tertio dicitur à Papa, vel eius delegato subscripta: quia signatura nõ dicitur, ni si signata sit, & subscripta, & eo dicta est quod signetur, id est subscribatur: ut inferius dicetur in eius prosecutione.

12 Et quamuis de iure ciuili signaturę sit signum imprimere, sigillare, ut dixi in l. subsignatum. ff. de uerb. signi. de iure tñ Canonico, in quo uersamur, potissime capitur pro subscribere, ideo signatura dicitur à digniori. l. à signo Papæ, & si à patris petitiones uoces, dicetur supplicatio: quia pars in ea supplicat: ideo recto uocatur supplicatio & Latine, pragmatici tamẽ curiæ Rom. signaturam vocant a nobiliori.

*In medio subscribi solet signatura.*

13 Nec dicitur simpliciter subscripta, sed in medio, & statim à partis petitione signari solet: sed Papa postea declarat quę concedere intendat: vt inferius dicetur, & apparebit in forma signaturæ.

*Supplicatio nõ est sigillata.*

14 Quarto dicitur absq; sigillo ad differentiam breuis, quod in papyro frequenter datur, sed sigillo (quod decoratur) anulum piscatoris vocant, vt inferius dicetur in materia breuis, eo q̃ piscator videlicet D. Petrus primo vsus fuerit illo sigillo.

*Continere quid debeat signatura.*

15 Quinto in diffinitione dicitur partis supplicationem continens: nam solet pars dicere beatissime Pater supplicet, &c. cum ecclesia &c. & solet pars primo supplicationem suam inferere, & postea Papa solet addere, fiat, vt petitur, vel concessum, vt petitur: & postea solent describi summatim omnes clausulæ in bulla ponẽdæ, vt inferius apparebit in forma signaturæ.

16 Sexto Papæque confessionem continens, ergo necessario signatura debet cõtinere partis supplicationem, Papęque signum, & concessionẽ, vel sui delegati, aut vicecãcellarii: sed cum ipsi nomine Papæ expediant, dicitur Papę cõcessio per reg. qui per aliũ facit, per seipsum facere videtur. de reg. iur. in 6. concessionisque expressionem, quam dispositionem vocant, ac datam vltra continere dicitur. Aegi. Bellamera decis. 556. conclusio.

*Signatura cur vocetur.*

17 Quare vocetur signatura? Respõ. quia à Papa, vel eius commisso signari solet: & dicitur signatura, quasi scriptura signata, id est subscripta: vt in l. subsignatũ. ff. de verb. signif. & ibi scripsi: si ergo recusetur, & non signetur: non dicitur signatura: priuatio præsupponit habitum, sicut positio. c. ad dissoluendum: de sponsa. impuber.

*Signatura motu proprio concessa an sic vocari possit.*

18 Item inferri potest, quod si Papã concedat motu proprio absque parti, supplicatione, non poterit dici signatura. quod est verũ, si nullã narratione contineret, alias secus: nam potest esse supplicatio, & tamẽ Papa motu proprio cõcedet. Bal esserit & in c. nisi, col. 1. de offi. legat. scripsi in glos. motu proprio. in forma manda. in cõcor. & inferius dicetur: sed oportet supplicationem partis præcedere Papæ concessionem, alioqui non esset concepta secundũ curiæ Ro. stylum, & sic valeret.

*Duplex signatura nisi ẽ diuersis impetrationibus non datur.*

19 Item cum Papa semel signet eam, non debet concedi supplicatio duplicata: quia in vtraq; requireretur signũ Papæ, quod non solet poni, nisi in vna: & hoc seruari tempore Papæ Pauli in 2. curia Romana solebat: vt superius etiam dixi fuisse prohibitum, hodie per Datarium: & non vidi duplicatam signaturam, nisi contineret diuersas impetrationes.

20 Item signatura falsa, nõ signata ab eo, à quo debebat signari, sed ab alio, non meretur dici signatura: quia denarius falsus denarius non est. glo. in l. omnes, C de hæretic. l. eleganter. §, qui reprobos ff. de pigno. actio. scripsi in l. Paulus. ff. de verbo. significatio.

*Requisita in signatura*

21 Secundo quæro, quæ requirantur in supplicatione? Respon. sequentia. Primo partis supplicatio, quæ durat usq; ad cõcessum, vel fiat: & pragmatici Romani vocant illam partis petitionẽ, corpus signaturæ, de quo inferius loquemur, quia sunt termini dicendorum curiæ Romanæ in hac materia, ideo illis vtar, ne materiam confundam.

*Corpus signaturæ & dispositio qua dicatur.*

22 Secundo subscriptio Papæ, seu commissi, in medio facta, non in fine, vt regulariter in aliis instrumentis solet fieri. l. hac cõsultissima. C. de testa. & superius dixi in materia tonsuræ. Hic tamen papa in fine petitionis partis concedit. ob id ponitur concessum, vtrum quia interdum non omnia conceduntur, ideo Papa apponit ea quæ concedere vult.

23 Tertio ponitur cõcessionis Papæ declaratio ibi, & cum absolutione a censuris, &c. nam quod Papa simpliciter concedit, dicendo fiat, vt petitur, vel concessum & petitur, postea exprimit, quæ concedere velit: & hanc partem vocant pratici dispo-

spositionem seu clausulas, vbi Papa conscribit illas cãs, quas concedere cupit.

24 Ponitur data supplicationis, & cõcessionis ibi datum, &c. & vt signaturæ forma possit melius dignosci, hanc nunc oculis subijcio, vt Imperator in §. fin. de gradibus cogna. institu. arboris graduum cõsanguinitatis arborem, seu formam.

*Forma signaturæ simplicis prouisionis cum clausularum elucidatione.*

*Corpus signaturæ seu partis supplicatio.*

BEATISS. Pater, supplic. humil. S. V. deuotus illius orator Ioannes Baliui, clericus Magalonen. seu Montispesul. diœc. V. I. D. Cum itaque parrochial. ecclesia sanctorum Iuliani & Baralicæ loci de Balianicis eiusdem Diœcesi Montispesul. per obitum quondam Ludouici Baliui extra Roma. cur. defuncti vacauerint, & vacet ad præsens, quatenus sibi specialem gratiam faciend. parrochia. ecclesiam huiusmodi, cuius fructus, &c. 24. duc. num. de cap. se. comm. ex. va. an. non excedunt siue præmisso, siue alio quouismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam resignat. Dom. Ludoui. defuncti, vel cuiusuis alterius de illa in Roma. cur. vel extra eam, etiam coram notario publi. & testibus spon. fact. aut per consti. execrabi. seu affectionem, &c. aut incapacitatem, seu inhabilitatem cuiuscunque personæ, aut prouisione quauis, etiam Apost. auctoritate facta, nulla & inualida existen. vel alias vacet, etiam si deuol. affect. specialiter vel generaliter, vel alias ex quauis causa, etiam dispos. vel conditionaliter exprimen. generaliter reseruat, aut litig. Cuius lit. status, &c. existat eid. Iu. Baliui oratori conferre, & de illa etiam prouidere dig. de gra. speciali, non obstan. præmissis, ac generalis concilii, & quibusuis aliis Apostolicis, necnon prouincialibus, & synodalibus constitutio. & ordina. ac statuit. &c. etiam iuramento, &c. roborat priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis eccles. ijs, monast. locis ordinibus & personis concess. &c. cæterisque contrarijs quibuscunque, quibus & illorum tenoribus pro hac vice derogare placeat cum clausulis opportunis & cõsuetis.

Concess. vt pet. in præsen. D. N. PP. G. Cassad. Card.

*Subscriptio Papæ, seu commissi eius, uel delegati.*

ET cũ absol. à cen. ad effect. &c. Et quod obstan. oratoris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, nec non verus valor & vacationis modus; etiam si de illa quæuis generalis reserua. etiam in corpore iuris clausula, præter quam per obitũ apud sedem resultet, & quatenus litig. lit. stat ac merita causæ, & causarum, si quæ sint, ac nomina, & cognomina, gradus & qualitates iudicium, & collitigan. seu se molestan. habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, in literis latis. exten. Et cum clausula, Quamcunq; generalem reseruationem importã. ex quauis causa, etiam dispositiue vel cõditionaliter in literis exprimen. Et cum clausula gratificationis, &c. Et quod literæ in forma prouisionis gratiosę simplicis, seu nouæ prouisionis vel alterius subrogationis, etiam quo ad possess. & gratiæ si neutri, si nulli, si alteri, perinde etiam valere, aut

*Dispositio, seu clausulæ, vel ad partem.*

*Concess. Cassat. Car.*

alia

alia dicto oratori viliore via, & cum derogatione præmissorum ac aliorum quorumcunque quomodolibet contrariorum, ac regulæ de annali possessore, necnon iurispatronatus, quatenus de illo existat. Etiam si laicorum nobiliũ & illustrium personarum, etiam ex fundatione vel deuotione cõpetat, in toto, vel pro parte, & de speciali ad vitã, &c. Et quod præmissorum omnium, & singulorũ denominationum, nominũ & cognominum, qualitatũ, annexorũ situationis fruct. de augendo & diminuendo, ordinum, dependentiũ, diœc. aliorumq; circa præmissa necessariorũ maior, verior, seu amplior expressio, seu specificatio fieri possit, in liter. latiss. extẽdenda cũ derogatione statu. priu. indul. & literar. Apostolicarũ, &c.

Datum Romę apud S. Marcũ Non. Martij, anno primo.

FOrma huius supplicationis respicit simplicem prouisionẽ: bullæ vero forma inferius conscripta pertinet ad nouã prouisionem: & vtramque declarabo infe rius in forma nouæ prouisionis, & formã vtriusque inferere volui: vt ambæ melius intelligantur: quia pauci noscunt differentiam inter nouam & simplicem prouisionem, quam dicam inferius in declaratione bullæ.

*Papa multa habet nomina.*

¶ Beatissimo, &c.] Vocare possumus Papam multis nominibus, vocatur enim beatissimus hic, & in c. in nomine. 23 distinc. etiam dicitur Romanus Pontifex. in c. si gratiosæ. de rescrip. lib. 6. in c. 1. de const. ibidem. dicitur etiã Pontifex maximus. eap. cleros. 21, dist. in §. pontifex. dicitur etiam summus pontifex: vt clem. fi. de sent. excom. & in c. pastoralis. de priuil. aliqñ Papa: vt in c. victor. 97. dist. c. si Papa. de priuil. in 6. aliqñ dicitur sanctissimꝰ & beatissimus archiepiscopus magnæ Romæ: vt 21. dist. c. in tãtum. [Et Imperator vocatur sanctissimus. in l. Titia. 2. §. fin. ff. de lega. 2. aliquando simpliciter episcopus. c. saluator. & c. ex multis. 1. q. 3. & beatissimus est Papa si bene præsit, alioqui infelicissimus in redditionis ratione, quam Deo optimo in fine præstare tenetur: & quãuis à iure vocetur multis, nominibus vt scripsi, tamẽ de stylo curiæ Romanæ in signaturis gratię apponi solet beatissime pater, &c. vel sanctissime pater: & de hoc scribitur Psal. 104. Constituit Deus hũc dominũ domus suę, & principẽ omnis possessionis suæ, ac constituit eum super omnes princeps. Daniel 2. cap. de quo plura scripsi in proę. Concor. contra hæreticos.

*Omnes filij Papæ vocãtur & quare.*

¶ Pręter. ] Dicitur curia & honore, quia curã omniũ habere, & ei oẽs honorem impartiri debẽt, teste Bonif. in proę. Clement. nam postquam Deus est pater omniũ, & creator. c. 1. de summa Trini. & fic omnes sumus filij eius, ad Galatas 3. c. oẽs filij Dei estis p fidẽ: ob id Papa eius vicarius vocat omnes suos filios: & omnes fideles vocãt eum patrem, c. quam graui. de crimine fal. alioqui rescriptum nullũ esset, quia non esset secundum stylum curiæ Romanæ conceptum: vt vbi, & scripsi in forma mand. in prin. in verb. dilectis filijs, in Concord. hæretici verò, cũ diaboli filii sint, patrem illum colunt, & summũ pontificem contemnunt, & sunt ab oĩbus etiam contemptui: sed eos cum sua pertinacia, & infidelitate re inquamus, orãtes, vt Deus eos illuminare per suam misericordiã dignetur, vt videant opera eorum mala, & conuertantur ad dominum.

*Supplicatio humiliter fieri debet, & petenti prodesse, & alij nõ obesse.*

¶ Supplicat ] Qui humiliter precatur, & cum reuerẽtia: & quidam dixerũt hoc verbum referri à minoribus ad maiores, sed adhuc subijcitur declarationis caussa, Supplicat humiliter: nam supplicans humiliter, facile obtinet quæ petit: quia humilitas Deum ipsum etiam placat. c. quicunq; 26. q. 5. & mandatum Papæ debet humiliter executioni mandari. c cùm cõtingat. §. 1. de rescri. de supplicatione scripsi in tract. de supplica. in 1 tomo constit. regu. ideo alia hic non inferam, nisi quòd supplicatio continere debet, vt petenti prosit, & alii non obsit. l. rescripta. C. de pcibus Imperat. offeren. tñ licet alii obsit, si Papa concedat, hoc valet dummodo ius quæsitum non tollatur, vt infra constat.

*Sanctus Papa uocandus, & quãobrem.*

¶ S. V.] Id est sanctitati vestræ: qui n. eum sanctissimum dubitet, quem apex tãtæ dignitatis attollit? c. nõ nos. 40. dist. & intellige q̃ est noie sanctissimus, & qualitate: sed interdũ quidã pontifices affectio-

nibus & perturbationibus mouentur, & caro & sanguis multa reuelat eis, quia homines sunt: vt dixi in proœ. Concord. in ver. sanctissimo. & hoc nomen maxime Papæ conuenit tanq̃ præcellenti. ad Heb. 7. c. talis. n. decebat, vt nobis esset põtifex, sanctus, innocens, & impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus.

Ergo Papa sanctus esse debet, tũ quia sanctam debet seruare vitam, quam fide est professus. Eccleſiast. 45. c. in fide & lenitate istius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne: tũ quia sanctum exequitur officium. adhæc quia sanctũ membrum sancti capitis Christi efficitur, tum etiam quia à sancta nutritur ecclesia, & sancto spiritu suggerente domino famulatur. Et præcipitur Leuit. 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum: vide 15. cõditiones sanctorum per Bercho. in verb. sanctus, & in c. tenere. 31. distinct. vbi Archid. exponit sanctũ pro mundo & puro, & per literas sic scribi solet S. V. non extensè sancti tati vestræ, ad vitandum falsum, vt is qui postea voluerit fabricare signaturam, desistat, & vt breuius conficiatur, & si signatura extensè fuerit scripta, sic sanctitati vestræ, suspecta præsumitur: quia nõ est concepta secundum stylum curiæ Romanæ, quem obseruare iura præcipiunt. c. quàm graui, cum similibus de crimine fal.

*Signatura non scribitur extẽse.*

¶Vestræ.] Dicitur causa honoris: vt in simili dicit glo. in l. 1. in prin. ff. de superficieb. & in l. vna. C. vti possid. nec valeret signatura, si in ea scriberet sanctitati tuæ, quia ab stylo deuia esset, nec hic exactam dicendi rationem exquirimus, sicut apud rhetores, nec ista latinitas corrũpet signaturam, sicut de bulla dicetur inferius per c. ad audientiam primo. de rescrip.

*Honoris causa excusatur signatura.*

¶Deuotus illius orator.] Ideſt deditus, addictus sanctitati vestræ, sed in quo est supplicans ante gratiam Papæ addictus? Resp. filij nonne obligati sunt patri? sic & q̃libet Christianus Christo, & Papæ eius vices gerẽti: ob id dicit, deuotus vester. i. deditus vestræ sanctitati, tanq̃ verus obedientiæ filius: vt scripsi in proœ. Concor.

*Deuotus quis dicatur.*

Deuotam vocat Imperator gentem fidelem, deditam, & obedientem in l. à legatis gentium deuotarum. C. de vectig. & in l. de votum possessorem ab omni inquietudine liberauimus. de meta lib. 12. omitto alios modos, quibus accipitur hoc nomẽ: de quo in tract. de verb. signifi. dicam.

¶Orator] Ideſt precator: orat. n. supplicando, vt gratiã ei Papa faciat: & dicitur in Euãgelio, quæcunq; orãtes petitis, credite, obtinebitis: orare ergo debemus sic q̃cquã obtinere velim⁹. & Iacob. 5. scribitur, Orate inuicẽ, vt saluemini. c. fi. 36. di.

*Orator quis?*

Alio modo orator dicitur legatus, seu qui ornatã orationem habet: vt docet Lucas de Pẽna, in rub. de legat. col. 1. lib. 10. C. vel orator dicitur vir bonus, & dicendi peritus: vt dicit Quintilia.

¶ Ioannes Baſiui.] Nomen petentis & cognomen in supplicatione inseri debet, vt illi possit concedi: nam oportet q̃ exprimatur is, qui petit, sicut dicit de libello in c. 1. vbi glo. & Docto. de libelli obla. & in l. 1. ff. de eden. & omnis qui petit accipit à Deo, vt est in Euangelio, nõ tamen semper Romæ à Papa si iustũ nõ sit, quod petit, sed petentibus dicitur, melius facient, si se sumptibus inanibus non vexent, l. 1. ff. de inoffi. test.

*Nomen & cognomen in petitione inserendum & iustũ petendum*

¶Clericus] Hoc est exprimendũ in impetrationibus beneficiorum. c. cum adeo. de rescrip. & si quis mentiatur se esse clericum, & non sit, non valebit impetratio. c. ex literis. de transact. & cognoscitur clericus in tonsura. clem. 2. de vita & honesta. cleri. & in habitu. c. clerici. de vita & honesta cleric. atq; in qualitate negotiorum: quia clerici debent negotijs spiritualibus inuigilare, nõ secularib⁹, rub. ne cleric. vel monach. parum hodie differũt quidam ab aliis laicis, ne dicam à lenonibus & latronibus, tibi alia seu caligas habent laceratas, seu partitas, & diuisas sicut habent mentem diuisam, & moniti non debent gaudere priuilegio clericali. clem. j. & 2. de vita & honesta. cleric. & ideo impetrãs dicit se clericum, quia laicis beneficia non sunt cõmittenda. c. decernimus. de iudic. c. 2. de instit. & d. c. cum adeo.

*Cleric⁹ exprimendus in impetratione & quo cognoſcatur.*

¶Magalonen. seu Montispessulani.] Exprimi. n. debet cuius sit diœcesis, qui petit, ideſt in qua diœcesi natus sit: quia cuilibet Papa in sua diœcesi prouidere intendit. c. neminem. 70. dist. & præmittitur sic, Magalonen. diœcesis. non diœcesis Magalonen. iuxta stylum: qui stylus probatur in c. venerabilis. de confirmatione vtili. & dico Magalonen. seu Montispessulani: quia olim sedes erat insula Magalone: verum quia fuit translata in Montempessulanũ anno domini 1536. eo dico seu Mõtispessulani: sufficeret tamen dicere Montispessulani ratione trãslationis: & si Papa mã-

*Diœceſis in impetrationibus eſt exprimẽda & præmittẽda*

det

det prouideri Petro Monti spessulani, vel Aurelian. scholastico, licet ibi studeat, si non ibi duxerit originem, non debebitur beneficium illi, licet ibidem Petrus studeat: quia facilius prouidet Papa oriundis, q̃ alijs. c. neminem. 70. dist. l. in ecclesijs. C. de Epis & clericis. hoc docet Fel. in c. significãte. col. vlt. de rescrip. quia dũ dico Aurelian. intelligitur origine. text. in l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excus. tut. iuncta gl. in ver. Cõmaneus. i. de Cõmanea. scribit Fel. in c. Rodulphus. de rescrip. & ego in l. 2. ff. de verb. signific. licet extra impetrationes fere si Papa loquatur de scholasticis Parisien. intelligat tam de originarijs, quam de extraneis Pari'. studentibus, per textum in c. ex literis. de constitu. c. cum procurator. c. 1. de locat. scripsi in scholastico priuileg.

*Scholasticus Pari. an intelligatur de originario, vel de studẽte tantũ*

Item non solum debet exprimi cuius diœcesis sit clericus, verum vtriusque iuris doctor, vel etiam si sit scholasticus, ad mouẽdum & incitandum Papam, vt maiorem gratiam illi faciat, tamen doctor vel scholasticus, non tenetur exprimere illam qualitatem quo ad hoc, vt si nõ exprimat, sit subreptitia impetratio: quia ea quæ reddunt difficiliorem Papam ad concedendum, necessario exprimi debent, nõ autem quæ eundem faciliorem reddunt. c. postulasti. de rescrip. Fel. in c. in nostra, ibidem & doc. in c. vlt. de præsump. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3. par. q. 12. scripsi abunde in forma mand. in ver. pro expressis, in concord.

*Doctor vel scholasticus an exprimi debeant.*

Exprimitur ẽt ecclesia parrochia. alias impetratio tanq̃ subreptitia non valeret, c. cum in illis. de præb. lib. 6. vt scripsi in forma mand. in verb. parrochialis abũde.

*Ecclesia parrochialis impetrationibus exprimi debet.*

¶ Sanctorum, &c.] Item exprimi debet nomen sancti, in cuius honorem est ecclesia fundata. capitu. quamuis primo. vbi glo. & Doct. de præb. lib 6. & si in honorẽ plurium fundata sit, illi etiam sunt exprimendi: nam quod in vno dicitur, & in pluribus habet locum. l. 1. ff. quod cum falsi. tut. l. singularia. in fi. si cert. pet. Fel. in cap. significante, col. 1. de rescript. non tamen debent exprimi omnes sancti, quorũ corpora iacent in ecclesia, vel in quorum honorem constructa sunt altaria: sed illi tantum, in quorum honorem primaria ecclesiæ erectio facta fuit: nisi primaria erectio immutata fuerit: tunc nominatio communis erit faciẽda pro tempore, vt scripsi in tract. nomina. q. 14. nu. 40.

*Nomen sãcti primarij exprimendum est non omnium.*

¶ Loci de balianissis] Ergo debet exprimi locus, vbi situ est beneficium vacans, alias incertitudo vitiaret prouisionem. c. 2. de elect. in 6. l. ita fidei. ff. de iure fisci. ni si diceretur quod maior & verior fieri possit expressio: vt inferius dicetur.

*Locus beneficij sit in impetrationibus exprimendus & diœcesis.*

¶ Eiusdem diœcesis Montispessulani.] Et sic exprimi debet etiam diœc. vbi situm est beneficiũ: quia Papa facilius prouidet indigenis, quam exteris. tex. in c. 2. 70. distin. l. in ecclesiis. C. de epis & cleric. dixi in tract. de pacifi. poss. num. 217. si tamen fuerit error in nomine diœces. vbi situm est beneficium, ille non vitiat impetrationem, secus in errore propriæ diœc. impetrantis. argu. l. fi. C. de hæred. instit. vbi nõ debet quis esse tam stultus, vt nomẽ suũ, vel diœce. suæ ignoret: & hoc docet Feli. in d. cap. significante. colu. 2. de rescript.

*Error in diœcesi annullat impetrationem*

In dispositione tamen signaturæ nulla fit mentio, quòd beneficium sit talis prouinciæ Narbon. vel alterius: nec dœcesis, sed solum in corpore signaturæ: quia satis expressum fuit in partis petitione, ideo non est iterum exprimendum in clausulis: & hoc nos docet stylus curiæ Romanæ, qui ex inspectione formæ signaturæ apparet.

Nota tamen, quod aliquis petiit in supplicatione sibi prouideri de beneficio Paris. diœc. & non expressit diœcesim suam, si impetrans sit eiusdem diœcesis, in qua est situm beneficium, tunc in bulla exprimi poterit, talis N. clericus Paris. diœc. si vero alterius fuerit diœcesis, non poterit ideo non valebit impetratio. glo. & doc. in cap. si proponente, de rescr. nisi gratia motu proprio facta esset, vel pro familiari Papæ scriptum fuerit, tunc etiam si esset alterius diœces. exprimeretur, & hoc ex mente Papæ præsumpta, qui vult suã gratiam ampliari propter motum proprium, & gratiam familiarium suorum. cap. si motu proprio, de præb. lib. 6. scripsi 40. & vltra effectus motus proprii in forma mand. in Concord. in verb. motu proprio. si tamen in signatura esset eã q̃ maior expressio fieri possit diœces. & aliorum, &c. tunc valebit impetratio: & in bulla suppleri poterit diœcesis impetrantis. & nota hos tres casus, in quibus valet impetratio, quamuis diœcesis non sit expressa impetrantis.

*Omissio diœcesis an & qñ non vitiet impetrationem.*

*Casus in quibus suppleri potest diœcesis.*

¶ Per obitum N. quondam vltimi possessoris extra Romanam curiam defuncti vacauerit, &c.] Nota quod si vnus vacãdi modus exprimatur, s. per obitũ, non venit

*Expresso vno*

alius

*uacãdi modo alius non uenit.*

alius vacandi modus.c. susceptum. de rescript.lib. 6. ideo non debetur id beneficium vacans per resignationem, vt infra dicetur.

Item per obitum vacare dicit: quia beneficium non vacans conferri non potest,nec debet.cap.1.& 2.& per totum.de concessio. præbend. Immo qui sufficiuntur in locum viuorum, sunt communione priuandi,dicto c.1.& in regu.Cancella. & inferius dicam fusius in 3. parte.in tract.de improbata beneficii viuentis impetratione.

*Obitus nomine mors ciuilis nõ continetur.*

Et quamuis mortis nomine veniat, & mors ciuilis,& naturalis,vt docent interpretes in l.Gallus.§.& quid si tantum . ff. de liberis & posthumis.gl.in d.c.suceptũ. tamẽ obitus appellatione nõ venit mors ciuilis, sed tantum naturalis: ideo non deberetur beneficium impetranti vacans per resignationem.l.fi. C. de silentia. lib. 12.c.1.in 24. quæstione 1. inferius tamẽ exprimitur vterque modus vacandi, vt sequitur: nam obire mortem, vel obire diem dicimus, quasi ire ad mortem, vel ad diem fati extremum:& canonum professores vtuntur termino obitus,& pragmatici Romanæ curiæ. [sic & Imperator in l.fi.C.solu.ma.ac iurisc on. Vlpian.in l. 3.§.Pompo.ff.de minor.]

Aduertendum est, quòd si beneficium impetretur, quod est per se, tunc debet dici in bulla,Cũ itaque,&c. Ecclesia sanctorum Iuliani,&c. vt superius expressũ est:sed si beneficium situm sit in aliqua ecclesia, tunc debet exprimi,non solum in cuius est diœcesi,sed debet dici, Cum itaque,&c.quoddam simplex beneficium,ac perpetuum in ecclesia S. Marcelli existẽs & in diœcesi Parisi &c. alias bulla esset rescribenda:vel præsumeretur contra eã, quia contra stylum curiæ Rom vt superius scr pñ,nec valeret,si non transcriberetur impetratio, si à parte opponeretur.

*Diœcesis & ecclesia in qua est situm beneficiũ exprimi debent.*

*Quondã & olim præteritum & præsens tempus significant.*

Quondam] est aduerbium temporis,& attribuitur fere mortuis, & significat hic tempus præteritum.glo in l quod si nulla.ff. de relig & l.eius.ff.si cert.pet. potest etiam significare præsens, vt docet glossi. in l.1.§.1.ff.de noui operis nuncia. de dictione olim, scribam in bulla inferius, vide Corset. in sing.incipien.instrumentum.plene Barba.in cap in præsentia.col. 4.de prob.

*Nomen & cogno*

Ludouici.] Exprimendum est nomen, & cognomen defuncti simpliciter,qui possedit beneficium:sed si ignoratur cognomen, nomen tamen illius exprimas, & non erit propterea subreptitia supplicatio, dummodo sit expressum nomen beneficij,quia non est incertitudo,etiam potest suppleri per clausulam,& quod maior &c. de qua inferius.

*men defuncti possessoris quando omitti possit.*

Et error in expresione nominis defuncti non uitiat acceptationem, nec impetrationem, si de corpore beneficij impetrati constet:ut docet Fel. in c.significante.col.1.de rescrip.

*Error nominis defuncti an vitiet impetrationem. Cautela quando ignoratur nomen, & cognomẽ defuncti possessoris beneficij.*

Si autem ignoretur nomen defuncti possessoris,& cognomen, scribas per mortem N.illius vltimi possessoris, &c. & ita ponas N. punctuatum, & sufficit:& denique ponas in fine signaturæ clausulam,& quòd nomen, & cognomen illius ultimi possessoris in confectione litterarum exprimi possit:& sic in bulla exprimetur, & ualebit impetratio,ut Doct.not.in c.cum M.de constit.

*Exprimẽdum quando in curia vacat beneficium.*

Ext.Rom.cur. defuncti,&c.] Idest,extra Romanam curiam mortui: & debet exprimi, quòd intra Romanam curiã uacauerit: nam beneficia in curia uacantia reseruata sunt prouisioni Papæ,vnde nullus alius potest illa conferre intra mensem à die uacationis computandum. c.2. & 3.de præbend. lib. 6. Ideo Papa vt suis prouideat domesticis,& famulis, difficilius prouidet de his, quam de aliis extra curiam vacantibus:unde opus est hoc exprimere, aliàs impetratio non ualebit, si beneficium uacauerit in curia, vt in dicto cap.2 & curia dicitur ibi esse, ubi est Papa,non ubi est cancellaria.gl. & Doct. in d.cap.2.

Etiam in curia censentur uacare beneficia morientis intra duas dietas legales, per c.præsenti. de præb.lib.6.

*Reseruationes nõ expressæ non comprehendũtur*

Et si in corpore signaturæ fiat expressio unius reseruationis,& in clausulis cõditionalis clausula sapiẽs reseruationem generalem ponatur, non comprehenduntur aliæ reseruationes, quam expressæ, ut dixi in forma mandat. in Concorda. quia clausulę unde eliciuntur reseruationes,uel elici possunt, debent exprimi, aliàs non uenit reseruatio, immo talis signatura debet esse signata per duplex fiat, id est in corpore,& ad partem, ut uidi in quodam libro cancellariæ Romanæ conscriptum: aliàs beneficia reseruata non debentur, maxime quæ in curia Romana uacant.

Vaca-

*Præteritum excludit p̄ sens.*

¶ Vacauerit, & vacet ad p̄sens.] Ideo ponitur ad tollendum dubitationē, quia præteritum excludit præsens, l. si quis, ff. de iurisdi. omn. iudi. & Virgilius, Fuimus Troes: fuit illium &c. & si olim vacauit, nunc nō vacat, sed Papa dicit, & vacet ad præsens: vnde cum nunc vacet, conferendum est beneficium vacans, c. 1. & per totum, de concess. præb. sed de præterito præsumimus ad præsens, cap. scribam, de præsump. l. siue possidetis, C. de probatio. de his scripsi in l. verbum oportebit, ff. de verbor. significat.

*Clausula speciale gratiam facientes &c. & specialibus gratijs pro sequeudū &c. differūt*

¶ Quatenus sibi specialem gratiam facientes &c.] Hæc clausula solet apponi, quando Papa de beneficio prouidet, & in gratijs prouisionum.

Sed quando dispensatur ad plura beneficia: & sic in dispensationibus apponi solet clausula ista quatenus ipsum specialibus fauoribus, & gratiis prosequentes &c. & specialis gratia dicitur quando Papa de vno vel pluribus beneficiis vni prouidet: glo. & doct. in c. relatum, de præb. dicetur in bulla dispensationis inferius in 2. parte.

*Declaratio tex. supplicationis.*

¶ Parrochialem ecclesiam huiusmodi, &c.] Intellige dignemini conferre, & de illa prouidere: quod est in fine petitionis fere huius supplicationis, & sic in effectu petitio est, quod cum parrochialis ecclesia sanctorum Iuliani &c vacauerit, & nunc vacet, supplicat talis N. vt dignemini illam ecclesiam parrochialem sibi conferre, & de illa prouidere: clausula longa est, ideo difficilis quibusdam ad intelligēdum, cum multa sint verba intermedia: sed iste est stylus scriptorum curiæ Romanæ, & maxime literarum Papæ.

*Valoris expressio ad 24. ducatos quare i Frācia fiat.*

¶ Cuius fructus, &c.] Sic solet extendi hæc clausula cuius fructus reditus, & prouentus, 2. . duc. auri de camera secundū communem æstimationem, valorem annuū non excedunt. Certum est quòd valor beneficii secundum quod communiter valet exprimi debet, clem. 1. vbi glo. de præben. & in regula cancella. 61. vt annata Papæ soluatur: vt est in titu. de annat. in pragmat. sed in Francia nos solemus exprimere æstimationem valoris beneficii ad 24. ducatos, nam si nō valeat triginta ducatis non datur annata: ideo ad illam vitandam exprimitur hic valor 24. ducatorum, & de hoc dicam inferius in clausulis, quod uerus valor exprimi possit. &c.

*Aestimatio cō munis inspicitur.*

Item additur secundum communem æstimationem: quia communis æstimatio attenditur, l. pretia rerum, in fi. ff. ad legē Falcidiam, §. fi. de mandat. A postol. in cōcordat. facit cle. vlt. de decim. dixi de nominationibus in tract. nomination. q. 9. nume. 37. & in §. volumus, de collat. in concor. nam licet vno anno plus valuerit beneficium, non attenditur valor illius anni, sed quod valet communiter, & deductis oneribus: vt plene docui in d tract nominatio. q 9. & in interpretatio. l vnicæ, C. de sententijs, quæ pro eo quod interest in verbo subtilitatem.

*Quouismodo dictio, omnem modum vacandi cotinet verum nō fictū.*

¶ Siue † præmisso, siue alio quouismodo vacet &c.] Sicut supra dictum est, vno modo vacandi expresso non venit alius. dicto cap. susceptum, de rescript. in 6. Ideo dicitur hic, siue præmisso, siue alio quouismodo vacet. & tūc omnis vacationis modus venit, per text. in d. cap susceptum.

2 Cautela est ergo vt hæc clausula apponatur, vt docet Socin. consil. 32. ex his colum. 5. in 1. vol. post decis. Rotæ 28. si mandetur, in no. [sub tit de rescrip. decisio. 1.] nam dictio quouismodo, omnem denotat modum, siue directum, siue indirectum, principalem, vel accessorium. glo. in d cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. lib. 6. Dom. concis. 29. licet, col. 2.

3 Etiam si iure deuoluto. Cass. in decis. 5. de præb. nisi per mortem alterius personæ vacaret: vt inferius dicetur. vide quæ scripsi in forma mandat. in verbo, aliam quamcunque. in concord.

4 Tamen non comprehenditur modus fictus, vt pote per regulam cancell. de infirmis resignantibus, vt plene scripsi in trac. resignat. infra in eadem regula, nisi vacaret per obitum tempore impetrationis, & tunc comprehenderetur: vt ibi.

*Clausula quæ nō datur si nō petātur à parte.*

5 Iste clausulæ, si non peterentur à parte, non darentur, siue præmisso, siue alio quouismodo &c. seu per constitutionem execra. vacet, ac specialiter reseruatum, inter alio litigosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit: vt est in regu. cancel. Inn. Papæ 8. reg. 62. Ideo dēt esse cauta pars, vt in petitione hoc inscribat, si illud velit obtinere, sed si petantur, facile Papa concedit.

6 Vnde cum hæc clausula quouismodo omnem contineat modum, quamuis alius impetrans verum expresserit modum, nō præferetur isti, si posterior in tempore fuerit:

fuerit: quia per primum est expressus verus vacãdi modus in genere, per hãc clausulam: vt est in glo.d.reg.cancell.62.

*Expressio in executorijs non prodest.*

7 Limitantur quando vnus vocandi modus tantum esset expressus in bulla, & in executorijs literis omnis modus, vel ista clausula quouismodo: certe per hoc non veniret alius modus, quã in bulla expressus: quia literæ executoriæ non ampliant gratiã, per tex.in no.clem. 1. in fi.de præ.

*Vnus saltẽ vacãdi modus est exprimẽdus.*

8 Nec etiam valeret impetratio, si non exprimeretur vnus saltem vacãdi modus, sed diceretur per modum in cancellaria Apostolica exprimendum: vt est tex.in regula cancellariæ 45. & si aliquis sic impetraret, & haberet, signaturam, non expediretur postea bulla: vt ibid. cautum est facit c.cum in illis, §.2.de præb.lib.6.

*Clausula quouismodo quando in literis non ponatur.*

9 Si autem impetretur beneficium hodie creatũ, non solet tũc apponi hæc clausula, quouismodo &c. sed dicitur in bulla, beneficium prædictum sic vt præmittitur vacans, seu ab eius primæua erectione (vt præfertur) vacans cum omnibus iuribus &c. clem. vlr. de rescrip. vbi doct.

*Clausula dummodo eius dispositio &c.*

10 Nec etiam apponitur clausula, dummodo eius dispositio ad nos deuoluta fuerit &c. quoniam alij modi non conueniũt in hoc beneficio de nouo erecto. ideo superflua verba apponi non debent, quia resecantur in prima consti. C. & in proœm. Decret. & sexti: & quia non potuit deuolui collatio ad Papam, cum sit de nouo creatum beneficium.

*Quando in literis non exprimatur.*

11 Nec clausula, dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quæsitum, quia postquam est de nouo erectum, non potuit ius alteri quæsiri: c. ad audientiã primo, de eccl. ædif. licet Papa fere in omnibus impetrationibus hanc clausulã apponere sit solitus: de qua inferius in bulla nouæ prouisionis dicetur.

*Clausula dummodo tẽpore datæ præsentiũ &c. quando possit omitti.*

12 Nec clausula, aut si aliqui super prouisionibus &c. quæ est in fine bullæ, vbi derogat literis impetratis ad vacaturã: sed istæ literæ non comprehendebant de nouo erectum post literas, ergo illis nõ erit derogandum: d.clem.fin.de rescrip.c.cum olim, de consuet.c.dilecto, & ca. vacante, de præbend.

*Clausula aut si aliqui &c. quãdo omissa non vitiet.*

13 Nec clausula, ipsumq; beneficiũ dispositioni Apostolicæ reseruatum fuerit &c. apponi debet in bulla: nam cum beneficiũ hodie creatum fuerit, & impetratum, & collatum, videtur quod alius non potuerit habere ius in illo, nec potuit esse reseruatum, nec prouisio deuolui. Ideo clausulæ istæ non sunt necessariæ.

*Clausula ipsũque beneficium &c. an omitti in bulla possit.*

14 Si tamen apponantur non vitiant: quia superflua non solent vitiare rescripta, nec testamenta, l. testamentum, C. de testam. veruntamen si esset à longo tempore erectum, istæ clausulæ possent esse vtiles.

*Clausula superflua non vitiant bullam.*

¶ Aut ex alterius cuiuscunque personæ. &c.] Nam si impetrasti beneficiũ per mortem Ioannis, & vacet per mortem Iacobi, debetur tibi beneficiũ vigore istius clausulæ, aut ex alterius cuiuscunque personæ: alioqui collatio facta de beneficio vacante per obitum Titii, nõ se extendit, si vacet per alterius mortem: quia non est mens Põtificis, vt si per mortem alterius vacet, conferat: nã potest vacare per mortẽ alicuius curialis: & iõ Papa non intendit illud conferre, quia collationi & prouisioni Papæ reseruatum est, tam per regulas cancellariæ, quàm per Extrauag. ad regimen, de præben. in communibus. doct. in ca. abbate sane, de re iudi. & illa clausula quouismodo, refertur ad illam personam expressam Domi. de Rota decis. 73. nota quod vbi Papa in antiq.

*Impetrãs per obitum vni' non obtinebit, si per mortem alterius vacet.*

15 Ex stylo. n. palatii alia non venire personam etiam per clausulam quouismodo testatur Bonifac. in cle. vlti. col. 2. de sent. excommu. & Card. consi. 30. in hac col. 2. quia mors vnius non est mors alterius: Aut mors vnius loco, vel tempore facta, non extenditur ad mortem alio loco & tempore factã: vt docet gloss. in §. visum, in verbo alias quouismodo, de collatio. in Pragm. Rota decis. 27. fuit dubitatum: & dec. seq. in no. sed per istam clausulam, aut ex alterius &c. sic ideo vtile est illam inscribere, vt siue per mortem vnius vacauerit, siue alterius ibi debeatur.

*Resignatio metu facta non valet.*

¶ Siue per liberam resignationem dicti Ludouici, siue cuiuslibet alterius de illa in Roma. curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factã, &c.] Quod generaliter dixerat, nominatim exprimit, siue alio quouismodo vacet, siue per liberam resignationem Lud. ergo si ipse per metum resignauit, non valet impetratio: nec Papa intendit conferre, cap. 2. & per totum de his quæ vi metusve causa fiunt: cap. super hoc, de renũcia. vt alibi scripsi, siue per resignationem cuiuslibet alterius in Roma. curia, vel extra. beneficium enim resignatum in curia est Papæ affectum, clem. 1. vt lit. penden.

vbi

vbi gloss.& si hæc clausula non apponatur in dispositione, non debetur beneficium in curia vacans: nec solet in bulla describi,nisi extra Romanã curiam vacauerit: vnde vtile est,hoc adijcere ẽt Papa vult, siue vacauerit per resignationem Ludouici,vel alterius habentis ius in dicto beneficio,vt impetratio valeat & teneat.

*Beneficiũ corã laico resignatũ an vacet ipreiudiciũ resignãtis.*

¶ Etiam coram notario publico & testibus sponte factam.]Nam si quis forte resignasset coram notario, vel laico,in præiudicium resignãtis vacat beneficium,& Papa confert:vt in c.quod in dubiis,de renũciat licet Inn.in c.ad quæstiones, de rerũ permu. dicat non vacare etiam in præiudicium resignantis:de quo alibi dicam in 3.parte:in tract. resign.

*In prebendis nomen defuncti exprimẽdum est.*

Aliud est in p̃benda,vbi fructus sunt distincti:tũc si vacat præbenda per mortem Ioan.& impetras per mortẽ Iacobi,nõ reuelabunt te istæ ecclesiæ,ne variationi detur locus: & quia in p̃bendis non constat de certo corpore præbendæ,quia sunt indistinctæ: vnde licet ponantur ista verba in supplicatione,non prosunt propter incertitudinem.doct.in c.2.de elect onib.li. 6.sufficeret tamen exprimere nomen, vel cognomen defuncti canonici,cũ clausula, quod maior expressio nominis, vel cognominis fieri possit.

*Resignatio facta corã testib⁹ valet.*

Item si quis resignat beneficium suum, & nullus interfit notarius, sed testes, adhuc debetur impetranti hoc beneficium sic resignatum,& per istam clausulam, & testibus sponte factam : quia sufficit resignationem esse factam dummodo probari possit:quod fieri per testes poterit,cum parem vim habeant probationes testium, & instrumentorum,l.in exercendis, C.de fide instrumen.Tamẽ si in signatura solum diceretur beneficium vacans per resignationem factam in partibus, & demum in bulla velit exprimere quod sit facta corã notario,& testibus in cur. Rom.non recipietur:nã primo præsupponit quod vacabat,quãdo impetrauit, quia in patria erat resignatum:nunc vult dicere,quod nõ vacabat:& sic petit vt admittatur resignatio in curia. Ideo hoc fieri non potest,quia allegat contraria,ob id repellendus est. l.1. C.de furt.& quia alia est vacatio in curia, & extra vt supra dixi.

*Dicens vacasse in partibus, non põt postea dicere in curia vacasse.*

*Declarat extrauagãs execrabilis.*

¶ Aut per constitutionem Execrabilis, aut c.de multa.vacet.] Aduertendum est, q̃ Papa Ioan. 22. fecit vnam constitutionem extrauagantem,quæ incipit,Execrabilis,in tit.de preb.post c.de multa,in cõcilio Latera. editam illo tit.Vbi vult,quod post adeptionem pacificam secũdi curati ipso iure vacet primum, & possit impetrari: q̃ si pars illa duo retinere cõtendat per mensem sine dispensatione, vtroque priuatus sit,& beneficia sint reseruata Papæ prouisioni:ob id Papa istud confert,etiam si esset reseruatum,vel vacaret per cap. de multa,vel Extrauag. Execrabilis,quæ vtinam bene seruarentur : nam nõ essent tot in beneficijs plurales.Ista tamen reseruatio non seruatur in Francia, imo episcopi ista beneficia conferunt ante mensem datum,in cap.Statutum,de præb.in 6.quantum ad istam vacationem,non q̃ vere vacauit in curia, sed obseruatur iuris reseruatio & dicto cap.statutum.

*Clausula istã simplici cib⁹, nõ est necessaria.*

Item ista expressio non est necessaria, quando impetratur beneficium simplex: quia per assecutionem istius simplicis nõ vacat curatum nec econtra.per.d. cap. de multa,& ca.gratia,de rescript.lib.6. Ideo non est necesse in signatura ista conscribere verba,minus in bulla.

*Qua auctoritate quis sit assecutus beneficiũ quod impetratur est exprimendũ.*

¶ Seu per assecutionem alterius beneficij &c.] Si quis impetrauerit beneficiũ vacans per assecutionem alterius canonice factam,debet exprimere in signatura, an auctoritate ordinaria, Apostolicane ipse fuerit illud assecutus,alias si in bulla velit exprimere,quod auctoritate Apostolica,nõ expedietur: quia ex illa prouisione insurgit generalis reseruatio,eo quod beneficium est affectum Papæ prouisioni,ob id Papæ illa expressio fieri debet alioqui si per assecutionẽ beneficii familiaris Papæ esset assecutus, certe hoc Papa non intelligeret, quod maxime debet exprimi doct.in d.cap.super literis, de rescrip.scripsi supra in tracta.reserua.& tunc ponitur verbum assecutus,quando iure quis beneficium acquisiuit, si vero de facto ponitur eo casu verbũ apprehendit:vt est in Praxi cancellariæ Romanæ, fol.55.versic. item nota quod tunc.

*De clausula assecut⁹ vel apprehẽdit.*

¶ Aut incapacitatem, seu inhabilitatẽ cuiuscunque personæ, &c.] Etiam hæc clausula est valde vtilis.quia impetrans q̃ resignationem, vel alio modo,non obtineret si forte vacaret per inhabilitatem possessoris,forte quia non fuit promotus intra anuum:iuxta c. licet canon,de electio. in 6.vel erat irregularis tempore collationis aut alia inhabilitate, seu incapacitate notatus:de quibus Panormita.& alii in c.

*Inhabilitas possessoris est exprimenda.*

cum

cum nostris, de concessio. præb. & inferius dicetur: vide etiam multa quæ scripsi in tract. de pacifica. possess. in 4. limi. sed per istam clausulam impetranti debebitur, etiam si vacet per inhabilitatem, & incapacitatem possessoris.

*Collatio inualida non impedit secūdā.*

¶Aut prouisione quauis etiam Apostolica auctoritate facta nulla & inualida existēte, vel alias vacet, &c.] Ideo scripta est hæc clausula: quia si Papa conferat inutiliter, & nulla sit eius prouisio, forte propter literarum surreptionem, vel inhabilitatem personæ, tamen nullus alius de iure poterit illud beneficiū conferre, vtpote quia Papæ affectum est: vt docet Panormita. & alij in c. inter dilectos, de excessibus prelat. tamen per istam clausulam Papa vult, ut valeat illius collatio, licet in hoc regno Franciæ reseruatio ista & affectio non seruetur: vt superius dixi in materia reseruationis. Papa etiam dicet vel alias vacet. Triginta modos vacandi scripsi in §. monasterijs, de nominatio. reg. in concor. Frācię: & quoquo fere ex his modis vacet debebitur impetranti per istam clausulam generalē, & per ista verba nulla & inualida, &c. probatur à cōtrario, ꝙ si Papa conferat secundo beneficium alicui, non obstante prima collatione, intelligetur de inualida & nulla collatione nō de valida, etiam si Papa hoc diceret, non reciperetur: vt docet Felin. in c. caussam, de rescrip. & doct. in cap. quæ in ecclesiarum, de constit. & in l. Barbarius. ff. de off. prætor.

*Clausula non obstante collatione, intelligitur de inualida.*

¶Etiam † si deuolutum &c. ] Ex ista signaturæ clausula elicitur bullæ clausula, etiam si tāto tempore &c. & quòd in hac supplicatione breuiter cum &c. ponitur, in bulla extendi solet, sicut clausulam protocolli notarius extendere solet. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. & in authen. de tabellio. colla. 4. sufficit in signatura verba ista ponere.

2 *Etiam si deuolutū, &c.* & hoc est statutum propter decisionem. c. 2. de concessio. præb vbi episcopus habet sex menses, & archiepiscopus alios sex menses ad conferendum, postea in deuolutum est ad Papam: & alius non potest postea de illo beneficio deuoluto disponere.

*Deuolutū beneficiū Papa confert.*

3 Ideo pars petit, quòd si collatio sit ad eum deuoluta, quòd adhuc ipse Papa dignetur conferre illi: & si ordinarius post istam deuolutionem conferret, & postea is possideret per triennium: iste habens ordinarij collationem postea non poterit molestari, quia habuit coloratum titulū vt patet in titul. de pacific. possess. in Concorda. quia verus effectus est post triennium: vt abunde scripsi in tract. de pacifi. possesso in 3. amplia.

4 Eo etiam dicitur iuxta Lateranen. cōcilij statuta: quia in Lateranens. concilio ista deuolutio prius fuit statuta: vt patet in d. c. 2. de concess. præb.

5 Si tamen impetretur beneficium vacans in curia, vel dignitas principalis, seu maior post pontificalē, non est necesse ponere in signatura hanc clausulam, etiam si deuolutum: quia cum beneficium sit reseruatum collationi Papæ, nō dicitur deuolutum: cum semper collatio ad Papam spectauerit. c. 2. de concessio. præben & in regul. cancella. est reseruata Papæ prouisioni hæc dignitas: & probatur in c. fi. de præb. & c. 2. ac 3. illo tit. in 6. & quamuis iure speciali ordinarius possit post mensem beneficium in curia vacans conferre, tamen ab ordinario non deuoluitur ad Papam, quia Papa semper conferre potest, sed ne dispendiosa sit longa vacatio. c. quàm sit. de elect. in 6. Papa permittit vt ordinarius post mensem conferat. d. c. 3. de præb. in 6.

*Clausula deuolutionis quando non sit inserenda in signatura nec in bulla.*

6 Nec in bulla etiam ponetur clausula ꝙ tanto tempore &c. quòd collatio est deuoluta ad Papam: quia impossibile est deuolutum esse ius, postquam semper Papa potuit conferre, & nullus alius, ergo ab alio deuolui non potuit: priuatio enim præsupponit habitum. §. seruus, de capit. demi. in instit.

7 Et nota ꝙ quamuis in hac signatura à parte dicatur, etiam si deuolutum, &c. conditionaliter, & inferius dicetur, quod exprimi possit, etiam si deuolutum &c. ēt si expresserim, ꝙ ecclesia caruit diu rectore, tamen in bulla non potero dispositiue exprimere, quod sit deuolutum, sed conditionaliter, sicut in signatura, alioqui esset addere signaturæ, quòd in ea non est expressum: & iste est stylus curiæ Rom. notandus.

*Cōditionaliter ē bulla exprimīt quod sic in signatura fuit expressū*

8 Quia bullæ non debet addi vltra signaturam nisi id, quod est de stylo curialium: & fere tantum proderit hæc conditionalis expressio, sicut si non esset conditionalis.

*Bulla nō dēt addi vltra signaturā*

¶Affectum.] Hoc ideo dicitur, ꝙ si Papa beneficium seculare vacans regulari commendauerit, seu commendauit beneficium

*Affectū Papæ beneficium quando dicatur.*

ficium regulare clerico seculari ad vitã, si moriatur commendatarius, beneficium tale remanet affectum per illam commẽdam postquam Papa apposuit manus in illa, adeo quòd nullus inferior pro ea vice possit illud conferre, seu de illo se intromittere, per regul. cancella 3. affectum etiam dicitur beneficium ratione litis, expectantisque, qui acceptauit, & non fecit sibi prouideri, & vbicunque Papa apposuit manum: vt superius dixi in titu. de reseruat. post doct. in c. tibi qui, de reseri. lib. 6.

Imo si Papa illud conferret, & non exprimeretur, quòd beneficiũ est Papæ prouisioni affectum, non valeret prouisio tanquam subreptitia: quia affectio ista vim reseruationis obtinet: & Papa non intẽdit facile reseruata conferre, vt superius in materia reseruationis dictum fuit: quam reseruationem, seu affectionem in Frãcia non seruamus, sed disponitur de his sicut si non essent reseruata, vel affecta, vt ibidẽ scripsi: ideo ista clausula, in patria obedientię est maximi momenti: in regno vero Franciæ non magni: & nisi esset stylus curiæ vt apponeretur si omitteretur in Francia, non vitiaretur bulla nec signatura.

*Specialiter reseruatio quæ dicatur.*

¶ Specialiter vel generaliter reseruatum &c. ] Specialiter reseruata beneficia dicuntur, quando Papa alicui dedit potestatem conferendi aliqua beneficia, & reseruat sibi illa, ita q̃ nullus alius, nisi ille, pro quo specialiter reseruat, illa conferre & obtinere possit. c. is cui, de præb. lib. 6. vel si suæ dispositioni reseruat aliqua beneficia, vt supra dixi de reserua. sed per istam clausulam vult q̃ huiusmodi reseruationes, non obstent, si alteri tamen ius in beneficio quæsitum non esset: sed et huiusmodi prouisio valeat: hæc tamen clausula non nocebit habenti reseruationem super certo beneficio: vt docet Staphile. in tract. de literis gratiæ in prima manda. forma, vers. concludo etiam per istã clausulam valebit collatio facta impetranti, quamuis beneficium esset mandatario reseruatum, si prius impetranti collatum fuerit. §. declarantes. de manda. apostol. n concord.

*Generalis reseruatio quõ fiat, & quæ*

2 Idem si reseruationes generales sint, vt beneficia in tali episcopatu vacantia: vt scripsi superius in materia reseruationis, & in tract de reserua. in concord. vel quando sunt beneficia familiarium Papæ, hæc generaliter sunt reseruata, tamen non comprehenduntur per hanc clausulam. *comprehendat.*

3 Quia obstat regul. 62. quæ vult q̃ nisi clausula vnde elicitur generalis reseruatio, sit per duplex fiat signata, non possit exprimi, licet dicatur in corpore specialiter vel generaliter, vt hic & in dispositione, & ad partem cum clausula generalem reseruationem importante.

4 Quia tamen illa verba non sunt, per quæ in bulla exprimi possit reseruatum: ideo non poterit exprimi per clausulam generalem reseruationem importante.

5 Vnde addi debet in signatura & in dispositione, & cum clausula generalem reseruationem importante. ex quauis causa etiam dispositiue in literis exprimenda, etiam per istam clausulam sine consensu Cardinalis, in fauorem cuius reseruata sunt per reg. 30. Inn. bulla non poterit expediri, secus si in signatura conditioliter exprimatur, qui forsan familiaris dilecti fratris nostri Hiero. Veral. est & continuus commensalis, &c. *Clausula ex quacunque causa quid denotet.*

6 Et sic non sufficit exprimere q̃ fuerit familiaris Papæ, vel alicuius cardinalis nisi nomen cardinalis, & titulus exprimatur, & consensus illius, quando affirmatiue fuerit dictum est familiarem.

7 Secus si conditionaliter, vt dixi: sufficit tamen si in signatura dicatur, & cum clausula generalem reseruationẽ importante ex quauis causa, quæ exprimi possit in literis: tunc & nomen, & titulus in bulla exprimi poterunt, secũdum illa verba, ex eo q̃ dilecti filij. Hier. tit. &c. familiaris continuus & commensalis fuit generaliter reseruatum, &c. *Nomen & titulꝰ cardinalis in bulla est exprimendus, quãdo affirmatiue fuit expressa familiaritas, secꝰ si conditionaliter. Cardinalis mortui reseruatio in genere exprimi potest non viuentis*

8 Etsi in signatura fuerit illa clausula, vel ex eo q̃ dictus. N. alicuius cardinalis familiaris continuus & commensalis generaliter reseruatum existat, an in bulla possit in genere exprimi, dicendo al cuius ex sacrosanctæ Roma. ecclesiæ cardinalibus familiaris continuus commensalis fuit. respon. si cardinalis, cuius familiaris fuit ille cuius beneficium impetratur, mortuus fuerit, sufficit expressio superior generalis, secus si cardinalis sit viuens: quia tunc illi fieret præiudicium: ideo nomen tit. & consensus requirentur, vt supra docui per reg. cancella.

9 Et hæc clausula generalem & c. restringitur ad vnam reseruationem expressam, nec licet aliam exprimere, si non sit clausu-

clausula, ex quacunque caussa, &c. & hæc
1 refertur ad clausulam in corpore positam de stylo curiæ Romanæ.

*Reseruationis notorie nõ fit specialis mentio*

10 Limitatur in reseruatione notoria in curia: tunc licet de ea non fiat mentio, valebit Papæ prouisio, quando erat generalis & notoria: vt docet Fel. in c. super literis. col. 5. num. 8. in 3. regul. de rescrip. per glo ibi.

*Permutatio nõ valet, si alterum beneficiũ erat reseruatũ.*

11 Nisi ignorantia posset cadere in Papã ratione alicuius indiuidui: allegat Aegid. decis. Rotæ 9. commissio. vnde cum Papa multa indiuidua ignorare possit. cap. 1. de constit. lib. 6. ob id est tutius semper hanc reseruationem exprimere.

12 Et idem in permutationibus beneficiorum concludit Feder. in tract. de permut. benefic. q. 3. & 4. & Aegid. eo. tract. in 3. par. q. 2. vt non valeat permutatio. si alterum beneficium erat reseruatum: sed vterque redibit ad suum beneficium per c. si beneficia, de præb. lib. 6.

¶ Aut litigiosum, cuius litis statu &c.] Hoc ideo scribitur, quia Bonif. Papa in c. si hi contra, vt lite pẽden. in 6. statuit his verbis: Si hi, contra quos, super dignitatibus personatibus, vel alijs ecclesiasticis beneficijs, quæ possident, litigatur, vt lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter nouos aduersarius, qui maliciose interdum petitoribus subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat, statuimus: vt dignitates, personatus, vel beneficia huiusmodi, donec contra superstitem lis finita fuerit, aliis nullatenus conferantur: nec ad ea eligatur quispiam vel etiam præsentetur: & si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur, &c. & per istam clausulam illi prohibitioni Bonifac. derogatur: sed in bulla solet extendi, & lis inter duos adhuc indecisa existat: cuius litis statum præsentibus volumus haberi pro expressis, pendeat indecisa, & nondum finita: & per illud verbum litigiosa &c. derogatur prædicto c. Bonifacij. hoc etiam probatur in c. inter monasterium. de re iudi. vbi oportet exprimere litem, & litis statum: sed hodie ordinarij etiam conferunt beneficia litigiosa non finita lite, mortuo vno litigante, & hoc ex consuetudine Frãciæ, in qua non seruatur d. c. si hi, vt alibi scripsi: & quòd etiam in rescripto ad lites debeat fieri mentio litis pendentis, probat c. cæterum, & c super literis. de rescript. vbi Fel. col. 7. tradit regulam cum limita.

*Litigiosum beneficium exprimẽdum & quando litigiosũ dicatur.*

Litigiosum tunc dicitur, etiã per solam citationem à iudice competente factam, clem. vlt. vt lit. pend. abunde Petr. Paris. in cõs. 94. beneficium. in 4. vol. & sicut res profana litigiosa non debet alienari. l. fi. & per totum. C. de litigios. ita nec beneficium litigiosum conferri: & ideo exprimitur hic propter rationes quas scripsi in tract. de cessionib. in 2. tomo, constit. reg. in commenta.

*Litis nõ est mentio faciẽda, quando non collitigans resignat.*

Si tamen tertius, qui non est in lite, resignaret alicui collitiganti, nõ esset facienda litis mentio, quæ non est cum ipso tertio: & expediri bulla posset sine litis mentione, tamen propter stylum curię Romanæ, hæc clausula solet in signatura apponi: ideo stylus est sequendus. c. quàm graui. de crim. falsi. potest tamẽ in bulla omitti, si non sit necessaria.

¶ Eidem oratori prouidere misericorditer dignemini de gratia speciali constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus, nõ obstantibus quibuscunque cum clausulis oportunis, necnon & consuetis.

Item hæc verba ponuntur in ablatiuo casu, propterea q. si essent aliquæ constitutiones, seu ordinationes Apostolicæ repugnantes generaliter, seu specialiter huic constitutioni: vel si ibi adessent aliqua statuta, per hæc verba illis derogabitur, & per hasce clausulas, per tex. in c. cum aliquibus, de rescriptio in 6. scripsi in formand. in fi. in Concord. & hæc est finis primæ partis signaturæ, alia in fi. bullæ scribam inferius. Hactenus de prima parte.

*Statuta repugnãtia tollũtur per clausulã non obstant.*

## *Secunda pars signaturæ.*

*Papa signaturã triplicit. signat & super quibus.*

SEcunda † signaturæ pars est, in qua Papa vel ab eo commissus subscribit partis supplicationi, & norandum est quòd Papa solet tripliciter supplicationẽ gratiæ signare, vel per fiat, vt petitur, vel per fiat A., vel per fiat motu proprio.

2 Nouam gratiam signare solet per fiat, vt petitur, si reformetur gratia, signat Papa per fiat A. vt in reg. Alex. 6. habetur, in tit. de signatura gratiæ in princ si vocetur Paulus, signat fiat P. vel alias iuxta literam primam sui nominis.

3 Sed si sua sponte moueatur, signare solet, fiat motu proprio, & non solet dicere, vt petitur, quando motu proprio rescribit: quod solet facere, si scribat pro cardinali, aut familiari habenti fauores, aut

quan-

miliari habenti fauores, aut quãdo ei placet: vt docet Octa. in sua Isagog. lib. 1. tit. de vtraque signatura.

*Delegatus à Papa signat ꝙ concessũ*

4 Si vero signetur ab eo, qui est à Papa commissus, tunc ipse subscribit, cõcessum vt petitur in prẽsentia d. N. P. Hiero. Car. Verallus, & hoc si fuerit facta in præsentia, alioqui simpliciter diceretur concessum, vt petitur Hiero. Card. Verallus, nẽ pe si in pẽsentia Papæ signet Cardinalis, at testatur hoc esse factũ esse in pẽsentia illi⁹: sic dicens, concessum vt petitur in præsentia do. nostri Papæ, alioqui subticet hoc.

*Concessum in forma exprimitur quãdo forma adest.*

5 Vel interdum signat, concessum in forma in præsentia d. N. P. N. Card. hoc docet Gomes. in reg. de non iudicando iuxta formam supplica. in compendio signa. & ista subscriptione vtitur commissus Papæ in principalibus gratijs & nouis prouisionibus.

6 Sed est aduertendum, quod si illud, ꝙ concedit, habeat formam, eo casu signat Papa, fiat in forma, vel hic commissus, cõcessum in forma alioqui simpliciter: quia Papa vult vt forma seruetur prout de iure. c. cum dilecta, de rescript. hoc est statutum in reg. Alex. 6.

7 In reformationibus vero gratiarum non concernentibus nouæ gratiæ concessionem, sed aliquam qualitatem, & circunstantiam, vt in rescripto perinde valere, solet commissus à Papa signare concessum N. Cardina.

*Commissiones signãtur per placet.*

8 Si Papa signet commissionẽ, dicet, placet, nisi rescribat ad partes committẽdo, quia tũc dicet fiat, vt in d. reg. Alex. & vbi materia tangit cameram, dicit videat camera: sed vbi tangit religionem, signat, videat protector ibidem. ti. de signa. gratiæ.

*Gratia per fiat præferũtur alijs per concessum.*

9 Item gratiæ signatæ per fiat, præferũtur prouisionibus per concessum, quando concurrunt, vt est in reg. Inno. 31. quia Papæ prouisio propter prærogatiuam præferri debet: c. si à sede, de præb. in 6. Fel. in c. Rodulphus, de rescript.

10 Etiam si in vna signatura esset motu proprio, in alia fiat, siue motu proprio: illa per fiat præfertur. d. reg. 31. licet multos alios effectus habeat motus proprius, quos in c. causam. Fel. docet, de testib. s scripsi plenius in forma mand. in verb. motu proprio, in concord.

11 Imo etiam prouisus per fiat præfertur prouiso per concessum, etiam si is haberet possessionem, iuxta c. si a sede. de præb. & ita fuit decisum, & in duabus causis inter pretatum Romæ: vt refert Cassador. in regu. cancella. rub. de præb. decis. 14.

*Limitatio ca. si à sede.*

12 Et sic limitatur d. c. si à sede, vt nõ procedat quando vni est prouisum per fiat, alteri per cõcessum: vt is qui habet per fiat, præferatur: & hoc quãdo à Papa: & ista est solennis limitatio ad c. si à sede. de præb. lib. 6. plura de hoc scripsi in tract. de pacifica. poss. circa fi. ibi videre cuiq; erit liberum in 17. limit nu. 205. & seq.

*Signatura quando producẽda sit.*

13 Et hoc casu bonum est producere signaturam, alioqui ex bullæ tenore dignosci nõ potest, vnde cautus in hac materia beneficiaria quis esse debet, vt tam bullã, quam signaturam cõspiciat, & ex illis veritatem elicere poterit.

*Cur Papa verbo fiat vtatur.*

14 Ratio est: quia Papa vtitur verbo fiat, sicut Deus opt. maxi. in mundi creatione, *Fiat lux facta est.* Genes. j. ita & vicarius eius vti solet: ideo sua gratia præferri debet gratiæ per concessum, propter maiorem prærogatiuam d. c. si à sede.

*Per appositionẽ fiat perfecta est gratia.*

15 Nempe simulatq; Papa apposuit fiat, perfecta est gratia: vt docet Calder. in ca. Quisquis, de elect. & Feli. in rub. de constit. col 3. & in cap. Rodulphus. col. 16. num. 26. de rescrip. facit cap. qui bona. §. sicut. 17. q. 1. l. 2 §. deinde, ibi hæc verba fiat, statim facto suo nocent. ff. Ne quid in loco publico.

*Fiat de præsenti intelligitur.*

16 Et sic verbũ fiat significat hic de præsenti, id est dicere nunc fiat, & non de futuro: vt in Euangelio, *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Vnde iudicauit magna curia Mediolan. ꝙ postq; Rex cõsensit alienationi feudi per verbum fiat, postea hoc non potuit reuocare: etiam per literas sigillatas: vt docet Matth. Affici in decis. Neapol. q. 253. Duo Regij, & falsare lo fiat, est falsare literas Apostolicas, & proprie, sicut illud, in quo tota consistit virtus, & substantia: vtor verbis Collecta. in cap. Ad falsariorum, de crimine falsi, scripsi in bulla cœnæ Domini, art. 4. [ licet interdum pro materia denotet futurum, vt in l. iurisgentium. §. prætor. iuncto §. fine. ff. de pact. glos & docto. in cap. quisquis. de elect.

*Falsare lo fiat est falsare literas apostolicas.*

*Cancellaria ẽt signat ꝙ concessũ & legatus.*

17 Item cãcellaria in casibus sibi permissis signat per verbum concessum, non per fiat, vt est in reg. Iulij Papæ III. tit. de potesta. vicecancel. reg. 9. sequitur Rom. cõsi 379. circa col. vlt. & legatus, nisi à Papa concessum illi fuerit, ꝙ possit verbo fiat, vti, & aliis verbis sicut ipse Papa potest, sicut fuit cõcessũ illustri & doctissimo Car-

dinali Hiero. Verallo legato in tota Francia excellentissimo.

*Quas cas possit vice cancellarius committere.*

18 Ideo cancellaria omnes causas, quæ sunt de communi iustitia sine speciali mãdato committere potest. Aegid. Bellame. decis. 602. cancellaria, & hodie dicitur in d regula cancellar. Iulij tertii quod possit vicecancellarius omnes causas beneficiales committere in curia, cum potestate citandi ad partes.

19 Nisi esset cõtra ius, puta si causam in partibus pendentem committeret: eo.n. casu non est verisimile Papam vicecancellario commisisse plenitudinem potestatis, arg. eorum quæ Inno. no in c. innotuit. de elect. hoc expressum firmat Aegid. Bellamera decis. 46. excepit. quem sequitur Felin. in rub. de rescrip. col. vlti. dic. vt statim scripsi. q̃ in curia cõmittere põt, cum potestate citandi in partibus litigantes.

*Signatura quãdo per duplex fiat signetur.*

20 Item aliquando supplicatio signatur per duplex, fiat, quando gen ralis reseruatio datur: vt in reg. cancella. 62. & dicit ibi gl. quod tunc debet primum fiat, collocari inter partis petitionem & concessionem: vt solet communiter fieri: & secundum fiat, solet in margine clausularum seu d spositionis conscribi. & ibidem dicit, si per duplex concessum sit signata supplicatio: quia iussus duplex principis pro motu proprio habeatur. allegat Bal. in l. nec damnosa. C. de precibus Imperat. offer. plene Corsi. in suo tract. de geminat. hodie fere omnes signaturæ solent dupliciter signari, vt supra licet videre in forma signaturæ, forte vt vitentur falsitates, & per concessum.

*Pœnitentiarius magnus tripliciter ẽt signat.*

21 Et quamuis magnus pœnitentiarius soleat signare per fiat, tamen est diuersitas: quia hoc solet signare fiat in forma, fiat, de speciali, & fiat de expresso, vt docet Octauia. in sua praxi lib. 1. titu. de summo pœnitentiario.

22 Sed non signat sicut Papa, fiat motu proprio: quia non solet pœnitẽtiarius ista vti cla, maxime quia circa cõfessiones peccatorum, & absolutiones versatur sua potestas. quę absolutio est petenda, iuxta dictum Euangelii, Petite & accipietis. c. omnis vtriusq; sexus. de pœnit. & remiss.

*Supplentur defectus in gñe per verbum fiat sec. per confessum.*

23 Item ista clausula fiat, vt petitur appo sita in supplicatione in qua petit quis supleri defectus, cõtractus aut processus, seu alterius actus, operatur ẽt si in specie defectus non sint expressi vt est in reg. cancel. Inno. 8. nu. 39. & in regula Pauli 3. rta 45.

24 Secus si per concessum, quia tũc opus est exprimere nominatim defectus, vt ibi. & refertur ad defectus quo ad solemnitatem iuris, sed non quo ad defectus personarũ, vtpote irregularitatis vel si sit illegitimus, nec ad defectus iuris naturalis, vt consensus gl. ibi quæ allegat Host. & Alb. in c. 1. de translata. episcopi. & Specul. in tit. de leg. §. nunc ostendendum.

*Signatura an valeat si dicatur, fiat & nõ sit apposita vt petitur.*

25 Vidi dubitari de signatura, in qua inscripta erat clausula, fiat, vel cõcessum: sed non erant illa verba, vt petitur, an valeat? respon. valere. gl. in reg. cancel. 60 & bulla poterit ex hac fieri: quia per verbũ fiat, gratia & signatura est perfecta. c. q̃squis. de elect. vbi Calder. & clausula vt petitur satis intelligitur.

26 Stylus tamen est, vt apponantur etiã illa verba, vt petitur. tamẽ quando de võluntate Papæ apparet, non esset de ea disputandum: hoc tamen limitatur in signatura, in qua supplentur defectus: in illa enim est necesse, vt ista verba fiat, vt petitur, sint conscripta, vt est in d. regu. 39. & ibi gl. hoc firmat.

*Oĩa petita videtur cõcedere princeps dicendo fiat.*

27 Et hæc responsio Papæ, licet breuis, & compendiosa sit, est tũ dubitationes resecans, sicut respon. esse dẽt l. cũ antiquitas. C. de vsufr. Lucas de pẽna. in l. eos. C. de excus. muner lib. 10. vnde aduertendũ est, quod per hæc verba fiat, vt petitur, princeps videtur concedere omnia petita à parte nam responsio simplex, & concessio refertur ad petita & interrogata. c. inter. in fin. de fid. instr. l. si defensor. §. 1. ff. de interro. act.

*Absolutio concessa ad plures excõcationes q̃ fiat ad oẽs refertur.*

28 Vnde si fuerit petita absolutio à pluribus excommunicationibus, & simpliciter dictum fuerit, fiat, censetur concedi absolutio ad omnes petitas excommunicationes. teste Panor in c. cum pro causa. in gl. vlt. de sent. excom. Fel in c. super literis. col. 6. num. 9. de rescript.

29 Vnde consuluit Alex. consi. 84. in cã, nu. 4. in 1. vol. q̃ principis responsio mandantis bona assignari, debet intelligi sm supplicationem petentis per d. l. si defensor. & §. præterea de inutil. stipul. in insti. in scriptura. n. referente omnia posita esse censentur, quę in scriptura, ad quam fit relatio, leguntur l. asse toto. ff. de hær. instit. l. si ita scripsero. ff. de cond. instit. Roman. consi. 80. confirmanda.

*Priuilegiũ & resp̃sio*

30 Et priuilegium cõcessum intelligitur secundum formã petitionis. Bal. in d. c. inter. refert Dec. consi. 37. viso. consi. col. 3.

31 Ad

*ad petitionẽ referũtur.*

31 Ad hæc responsio debet referri ad tps petitionis.l.quæro.§.fi.ff.de ædil.edict.Socin.consi.103.in casu,col.pen.in 3.vol.

*Concessio ad qualitatẽ ẽt refertur.*

32 Etiam videtur Papa concedere secũdũ qualitates expressas: vt si pretium fuerit beneficium curatum ipsum concessisse videtur:vel si dignitas fuerit petita, etiam videtur concessa per verbum fiat Bart. in l.si cui.§.si à filio.ff.de leg.1.Ang.in tract. de malefi.in gl.comparent,in princ.& ibi in additio.& maxime cum scribatur fiat, vel concessum vt petitur.

33 Hoc limitatur non procedere, vt non extendatur ad separata,nec ad ea,quæ diuersam habent rationem: vt consuluit Deci. consi.33.viso puncto,vbi si in supplicatione petatur inhiberi iudicibus in causa Marioti & fideiussorum intelligitur, quatenus fideiussores tenentur ex illa causa, secus si ex alia causa teneantur.

34 Secũdo limitatur ad ea non extendi, quæ verisimiliter non esset concessurus. l. obligatione.ff.de pig. vnde per hæc uerba fiat, vt petitur,non intelligetur concessisse, vt beneficium conferatur, nisi specialiter expressum sit: vel vt superius dixi. & no.doct.in c.2.de præb lib.6.

35 Tertio limitatur, quãdo Papa expresserit aliqua, tũc expressa concessisse videtur:& verbum fiat, ad specificata tantum refertur,arg.l.age cum Geminiano. C. de transact.vnde videtis hic ad tollendũ dubitationes. Papa in seq.parte exprimit sigillatim ea,quæ concedere vult, vnde qđ non exprimit hic,cõcedere non vult: arg. c.ad audientiam,de deci Alex.consil.94. in causa,col.2.nu.3.in 2 vol.

*Signatura ampliant narrationem statur non narrationi.*

36 Notandum tamen est,quod si clare appareat,quod signatura ampliet, vel limitet narrationem partis,stãdum erit signaturæ, & Papæ concessioni,non autem partis narrationi,per tex.in d.c. inter, de fide instr.& Fel.in d.c.super.col.6.num.10. de rescr.allegat.Panor.in ca. 2. de treuga & pace.Hactenus de secunda parte.

## *Tertia pars signaturæ.*

TErtiæ signaturæ pars est dispositio,& Papæ concessio,& quod ipse simpliciter concessit,dicendo,fiat vt petitur,nũc sigillatim exprimit,& recensẽt,ea,quæ cõcedere intendit primo.

*Quid noĩe cẽsuræ veniat.*

¶ Et tum absolutione à censuris, &c.] Hoc in bulla extẽditur,*teq;absoluentes, & absolutum fore censentes, &c.* alioqui rescriptum non valeret impetratum ab excommunicato,cap.1.de rescr.quid cẽsurę nomine veniat.explicat tex.in c. quærenti. de ver.sig. videlicet excommunicationem,interdictũ, & suspensionem, dicam inferius in 1. bullæ dispositionis clausula.

*In bulla pẽsionis scribitur, vt sub sententijs & censuris cogatur, &c.*

Solet ẽt in bullis pensionum adijci hæc cla,vt compellatur debitor pensionis sub sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis,&c. & ista clausula fuerit in supplicatione omissa,tamen in bulla addi poterit: tum quia tacite in his intelligitur,& quæ tacite intelliguntur,expressa censentur.l. cum quid ff.si cer.part.

Tum quia est cõsueta,& tacite inest ex sty o curiæ,& quæ tacite insunt, veniunt. l.lecta.ff.si cer.pet.& quia facile quisq; recusaret soluere pensionem, quæ est passio debitoribus eius,vt scripsi in tract.de pacifi.possess.num.126.

*Clausula pro expressis, &c. quidpro sit.*

¶Quod† obstantiæ oratoris habeantur pro expressis,seu in toto, vel in parte exprimi possit.]Ratione istius clausulæ,poterunt exprimi beneficia omnia,& singula monasteria,prioratus,præpositura,præpositatus, dignitas, personatus administratio,vel officium,aliaque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia.

2 Quia per istam expressionem nihil de nouo datur,sed iam datum & habitum refertur, quod potest fieri ratione huius clausulæ:& quando petitũ est aliquid pro expresso haberi: & in signatura dicitur, fiat,valet gratia,ac si illud expressum fuisset: vt docet Ant.Butr. consi. 2. visis literis,& consi.49.in fin.quem refert.Fel.in c. super literis col.6.nnm.9.de resc.alioqui nil fere prodesset ista clausula.

*Bulla duplex ex una signatura quãdo conficiposs.*

3 Vnde si commendetur monasteriũ religioso,per istam clausulam poterit exprimere in bulla omnia & singula,quæ in titulum vel commendam obtinet, quæ obstare possent huic commendæ, ac prouisioni, ne superflue ponatur.per glo. in l.1.ff. quod met.caus.Bal.in rub.C.de contrah. emp.q.9.vnde poterit quis in bulla exprimere beneficia,& si in prima bulla nõ exprimserit,poterit impetrari bulla perinde valere eius datæ quæ fuerat prima. & hoc ratione signaturæ,in qua erat,quod possit expediri per rescriptum perinde valere, sed quod duplex bulla conficiatur vnius tenoris,scilicet prima in qua non expressit beneficia,in secunda quod exprimat ea hoc fieri non potest,si prima producta sit:

quia omnis actus de primo intelligitur. l. boues §. 1. ff. de verb. sign. c. non potest. de præb. in 6. ideo errant mensularii, qui hoc faciunt, & sicut prima non valet, nec secũda nisi prima ante processum inchoatum rescribatur, quod fieri potest, vt dixi infra in bulla nouæ prouisionis.

4 Siue obstent in toto, siue in parte: quia bonum est argumentum totius ad partẽ, l. quæ de rota ff. de rei vend. c. Pastoralis. §. item, cũ totum. de offi. deleg. vnde si ali quid obstet toti bullæ, poterit exprimi ratione huius clausulæ, vel si in parte, idem.

5 Et nisi ista clã adesset, si impetrans haberet beneficium, ẽt modicum quinq; forte solidorũ, & non illud exprimeret, sub reptitia esset impetratio, nec valeret. c. si proponente. de rescr. & c. si motu proprio de præ. in 6 quod secus est, per istam clausulam quæ hoc operatur.

*Vnum tamen beneficium ratio huiꝰ clausulæ, quod obstantia habeantur pro expressis, est exprimendum.*

6 Aduertendum est magnã fieri differẽtiã, q̃ obstantiæ habeantur pro expressis, vel q̃ obstantiæ beneficiales exprimi possint: quia ratione primæ clausulæ vnũ tamen beneficium exprimi poterit in bulla, sed non duo: ideo si duo habeat non valebit impetratio tertii: quia vnum beneficiũ obstat: ergo illud tantum poterit ratione clausulæ huius exprimi. arg. no. in fi. in c. 2. de rescript. lib. 6.

7 Etiam ratione clæ unius nõ poterunt fructus exprimi, nec valores illorũ, quia dicantur obstantiæ beneficiales, &c. ideo vtraq; clausula solet apponi, videlicet q̃ obstantiæ maxime beneficiales habeãtur pro expressis, seu qui exprimi possint.

8 Et illa dictio maxime implicat, vt nõ solũ obstantiæ beneficiales, sed aliæ: vt docet gl. in l. illud. ff. ad legem Aquil. Bar. in extra. ad reprimẽdum in ver. & maxime.

9 Et propter clausulã, q̃ obstantiæ beneficiales exprimi possunt duo tamen beneficia in bulla exprimi poterũt, & illorũ fructus: vnum in titulum alterum in commendam: & potest omittere postea clausulam non obstan. si alia non haberet: vt seruat cancella. Rom. & probatur per ca. non potest. de præb. in 6. & ne ad infinita trahatur. c. 2. de rescript. in 6. alioqui cẽtum posset sic habere, & dicere pro expressis habere, &c.

*Duo tamen beneficia exprimi pñt per hãc clausulã. q̃ obstantia beneficiales, &c.*

10 Et non est intentionis Papæ, vt istos plurales velit aliis beneficiis onerare, c. quia in tamen, de præben. ideo licet in signatura habeatur pro expresso, in bulla tamen exprimi debet vt superius scripsi.

11 Sed non vltra duo, etiam si dicatur quotcunque & qualiacunque: vt scripsi in concord. in forma mand. & per hoc euitãtur calumniæ trapezitarum beneficiorum qui nunquam exprimunt beneficia, putãtes istam clausulam ad omnia porrigi, quod non est verum.

*Pacificũ beneficiũ exprimendum in signatura dispẽsationis.*

12 Imo si possidens parrochialem ecclesiam pacifice, alteram non, sed solum sibi collatam, in signatura non fecerit mentionẽ de pacifica. sed tamẽ de altera, cũ clausula q̃ obstantiæ habeãtur pro expressis, per hanc clausulam non peterit in bulla dispensationis exprimere parrochialẽ pacificam sic tecum vt cum tali ecclesia, si illam assequaris, ecclesiã sancti N. pacificã & sine illa &c. quia dispensatio ad futura, & non præterita extenditur. c. non potest. de præb. lib. 6. ideo eam exprimere debebat, vt super illa dispensaretur. [Ideo si dicatur in signatura quod obstantiæ beneficiales habeantur pro expressis, non poterunt exprimi dispensationes: ideo ego soleo apponere, quod obstantiæ oratoris beneficiales dispensationum, & aliæ quæcũque, &c. & illa clam iuuare poterit, quam notes.

*Petita in signatura, & non repetita i clausulis concessa nõ cẽsentur*

13 Præterea si in corpore, i. in petitione partis, sint aliquæ clausulæ, quæ non sint repetitæ in hac parte: i. in dispensatione, vel ad partẽ (vt vocant Romani) certe nõ censetur concessum: licet verbum fiat, ad omnia referatur. l. si defensor. §. 1. ff. de interrog. act. c. inter. in fi. de fide instrum.

14 Secus quando est limitatum: vt videmus in signatura, in qua Papa limitat, & declarat, quę cõcedere intendit: ideo alia non venient, nisi vt superius dixi, per l. in agris. ff. de acqui. rer. dom.

*Clausula pro expressis non tollit p̃sonæ inhabilitatem.*

15 Ista tamen clausula, pro expressis &c. non tollit inhabilitatem personæ, vt si qs esset illegitimus. vel minor, aut alium pateretur defectum: vt dicunt dom. de Rota decis. 112. dicebant. in fi. in no. [sub tit. de præben. decis. 7.] glo. in clem. si Romanus de præben. Ancha. cons. 20. viso prædicto. quia hæc clausula maxime ad beneficia se extendit, cũ ea exprimat, & non defectus personæ: ideo isti personæ defectus postea ratione huius clausulæ exprimi in bulla non poterunt: & si exprimerentur, bulla falsa dici poterit in addendo, quod non fuit concessum.

16 Nam quamuis taciturnitatem remoueat, non tñ inhabilitatem: ideo non poterit apponi vitium tanq̃ non expressum,

sed

sed per viam inhabilitatis: vt Fel. ait in c. in nostra. de rescript. & vno defectu subla to, alius remanet l. & si non lex. ff. de hæred. insti. §. affinitatis. de nup. instit.

*Clausula motus proprij & pro expressis equipollent.*

17 Insuper notandum est, q̃ si supplicans in signatura petat sibi de beneficio prouideri, & exprimat omnia, quæ sibi obstant, & Papa signet, fiat motu proprio, tunc nõ est opus opponere istam clausulam, quod non obstantiæ beneficiales habeantur pro expressis, vel quod exprimi possint: qa ista clausula motus proprii habent vim istius clausulæ non obstan. & tollit taciturnitatem, sicut clausula pro expressis. c. si motu proprio. de præbend. lib. 6. abunde scripsi in forma mand. in verb. motu proprio. & in verb. pro expressis. [ stylus tamen hoc habet. ]

*Clausula pro expressis nõ inducit dispẽsationem.*

18 Ista etiã clausula q̃ obstantiæ habeantur pro expressis, non tollit defectum intentionis, nec inhabilitatis, nec etiam inducit dispensationem, teste Ioan. And. in c. cum adeo. de rescr. refert & sequitur Paris. cons. 1. nu. 96. in 1. vol.

*Exprimenda quæ sint in beneficiorum impetratione.*

19 Et sic in literis gratiosis exprimenda, sunt beneficia, & qualitates illorum. c. ad aures. & c. si prononente, de rescr. & q̃ impetrans sit clericus. c. cum adeo, ibid. vel si sit illegitimus, & qualitas illegitimatis. c. 1. de fil. presb. intrusio c cum iamdudũ. de præb. valor vt proxime dicã & fructus iniuste recepti Host. & alii in c. dudum. 2. de elect. Aufrer. q. 483. de iure ad rem. c. cum in nostra. de rescript.

20 Et numerus canonicorum debet exprimi, quando scribitur contra numerum c. constitutus. de rescrip. ac collatio, & possessio colorata. c gratia. de rescript. in 6. vbi gl. & c. cum nostris. de concess. prẽb. vnio etiam exprimẽda erit: vt docet Cal de. in cons. vlt. tit. de reb. eccl. non alien. ius patronatus laicorum. c. decernimus. 16 q. 7. & generaliter omnia alia exprimi debent, per quæ redderetur difficilior Papa ad concedendum. c postulastis. in fi. ibi de leui non concessissemus, de rescr. alia tradit Fel. in d. c. in nostris. de rescrip. abũ de super his scripsi in for. mand. in ver. pro expressis. ideo hic alia non addam, ne repetitione vtar.

*Legat⁹ claus. & expressis non vtitur.*

21 Et tenendum est, q̃ hac clausula solus Papa vtitur in beneficialibus, nõ aũt legatus vel alius: vt scripsi in d. verb. q̃ expressis. nisi Papa hoc idem expresse cõcederet: vt sæpius uidem⁹ fieri legatis maxime reuerendiss. Cardinali Dom. Hiero. Verallo card. excellentissimo fuit ex speciali gratia concessum, dum bellissime legationis officio in Gallia fungeretur anno 1551.

*Expressio non fit cor ordinario.*

22 Istæ expressiones fieri debent coram Papa, etiam in impetratione, quæ fit à legato. cle. vlt. de offi. ordi. & ibi plene Car. sed non coram epo, vel alio ordinario: iõ taciturnitas non utiiat collationem ordinarii, qui iam certus est, vel esse debet: secus in Papa, vel legato, à latere. & in d. c. fi. vide alias rationes ibidem.

*Clausula nec nõ ver⁹ valor quid prosit.*

1 ¶Necnõ verus ualor, &c.] Scilicet habeat pro expresso, uel exprimi possit: quia uerus ualor in impetratione beneficii est exprimendus, clem. 1. ubi glo. de præben. Docto. in d. c. ad aures. de rescript reg. cancel. 61. Inno. Papæ 8.

*Valor aliquis in signatura est exprimẽdus.*

2 Tamen per istam clausulam ualet impetratio, etiam si uerus ualor non sit expressus, quia hic pro expresso habetur, uel in bulla exprimi poterit. glo. in d. regula cancel. 61. debet tamen exprimi aliquis ualor, alioqui non prodesset ista clausula: nec reciperetur signatura, in qua nullus exprimeretur ualor de stylo: quia Papa uult, ut uerus ualor exprimi possit, s. alius quam expressus, ego aliquis expressus esse debet: & ita seruatur.

3 Et hęc clausula solet apponi tam in signatura commendæ, quam si in titulum detur beneficium: quia ubiq; est eadem ratio, etiam si sit monasterij commenda: vt scripsi in §. uolumns, de colla. in concord. §. fi. de mand. Apostol. ibid.

4 In hoc tamen regno ex consuetudine non est nobis necessaria hæc clausula, nisi quo ad stylum signaturæ seruandum: alioqui suspecta esset signatura, si ista clausula esset in ea omissa, licet non esset nulla, quia uerus ualor in Francia non exprimitur, ut alibi dixi.

*Valor librarũ in ducatos redigi põt, & ecõtra.*

5 Adhæc si quis expresserit beneficium ualere cẽtum libris Paris. in signatura, in bulla autem poterit illa summa in ducatos redigi uel è contrario: ut uerus ualor exprimatur, ratione huius clausulæ: nam oĩa in pecuniã redigi posse asserunt doct. in l. singularia. ff. si cert. pet. l. si ita 1. de fideiuss. ubi magna pecunia in minimam, & minima interdum in maiorem redigitur: l. 1. & seq. C. de ponenda. lib. 10. ubi Ia. Rebuff. patruus mihi magnus scribit.

*Valor in bulla semel expressus non põt mutari.*

6 Tamen si semel in bulla expressus fuerit ualor, non poterit mutari, tũ quod nõ licet uariare: cle. una, de renun. tum q̃ de prima expressione intelligatur, l. boues, §.

hoc sermone, vbi plene scripsi, ff. de verb. sign. c. non potest, in fi. de præb. lib. 6.

7 Poterit tñ is excusari per hanc clausulam, q̃ verus valor habeatur pro expresso quia quo ad hoc vt impetratio valeat habetur pro expresso: verũ quia in bulla fuit nõ verus valor expressus, iõ illa falsa expressus, ideo illa falsa expressio nocebit. doct. in cap. ex tenore, & ca. super literis, de rescript. nisi transcriberetur, q̃ difficile esset post processum inchoatum, vel nisi in hoc regno ratione cõsuetudinis nõ exprimendi verum valorem: vel nisi impetretur rescriptũ perinde valere extractũ ex ista signatura: & ita soleo expedire. [Notã dũest, q̃ ratione cõsuetud nis in regno vigentis sufficit exprimere valorem consuetum videlicet 24. duca. & c quod limitatur in nominationibus vniuersitatum, in quibus est verus valor exprimendus. §. volumus. de colla in concorda. scripsi in q. 9. tract nomin.

Secundus casus est in vnionibus, in quibus oportet exprimere verum valorem, tam beneficij vniendi quam vniti, vt Papa ex causa paupertatis vnire, vel recusare possit, iuxta c. exposuisti, & c vacante. de præ. alioqui imponeretur Papæ, & hoc est in reg. cancel. statutum reg. 21. quã in titulo de vnionibus declarat Fely. in c. ad aures. col. vlt. de rescr. Quia tunc cessit rõ nostræ consuetudinis exprimendi.

Tertius casus est in dispensationibus, in quibus etiam cessat ratio, quia nõ solui tur annata, & quia Papa facilius dispẽsat cum habente beneficium tenue, quod si habeat pingue, ob id cessat voluntas dispensandi, aut saltem dispensatio est subreptitia, quia non tamen leuiter Papa dispensasset. c. postulasti de rescr. in his igitur dicerem verũ valorem exprimendũ, licet hodie simpliciter concedatur dispensationes.

Quartus casus esset, si quis impetraret duo beneficia, non posset dicere illa valere 24. si pluris essent, quia consuetudo tantum est introducta in vno quolibet, non in duobus, vel tribus, & consuetudo non potest extendi ad id ad quod non est assuetũ, vt not. Dec. in l. de quibus. de legibus.]

*Clausula de augẽdo q̃d operetur.*

¶Etiam † in hac signatura solet apponi clausula de augendo vel minuendo vsque ad verum valorem fructuum] quæ prodest vt ad tertiam partem augeri verus valor possit, & non vltra. vide nota. in l. si merces, §. vis maior, ff. locat. ego relinquere arbitrio Papæ: hoc tamẽ erat de stylo curiæ Romanæ, vt legi in antiquis libris Pragmaticorum ipsius.

*Quãdo vltra tertiam partem possint fructus augeri huius clausulæ caus. sa.*

2 Si tamen cum ista clausula de augendo fit alia clausula in signatura quod maior specificatio etiam fructuum fieri possit: vt aliquid operetur hæc vltima clausula, poterit fieri expressio etiam vltra tertiam: quia non debet esse dictio, quæ aliquid nõ operetur, l. 1. vbi glo. ff. quod met. cau. & in c. solitæ, de maiorit.

3 Et si dicatur, quod fructus augeri possint vsque ad medietatem: & non exprimatur non obstan. regula, poterunt tamẽ augeri sicut est expressum: quia regula nõ obstat, quæ loquitur quãtum exprimi possit vigore c ausulæ & non in hoc casu.

4 Præterea si dicatur quod maior & verior specificatio fieri possit non obstan. regula, tunc etiam vltra mediam partem exprimi poterit, cum sit regulæ derogatum, & nihil obest: quæ est Inno. 61. & Iulii Papæ III. num. 66.

*Valor vt d minuatur, curiales Romani non recipiunt & cur.*

5 Item quamuis hæc clausula de augendo & diminuẽdo sit correlatiua, & in vtroque casu operari debeat: vt probatur in l. pen. C. de indict. viduita. tollen. officiales tamen Romani non patiuntur diminutionem, sed bene augmentum: quia in diminutione detrahitur iuri illorum, ideo illã non recipiunt: vt not. in c. Fundamenta, de electio. lib. 6.

6 Vnde si quis in signatura, expresserit beneficiũ valere vigintiquatuor ducatos, in bulla vult dicere sexdecim, non recipietur, quia ita exprimendo vellet vt gratis bulla expediretur: quod fieri solet pro beneficio sexdecim ducatorum modico, & pro paupere saltem quo ad aliquos officiales: sed sic fraudarentur omnes officiales, ideo hoc solent aspernari, nec reciperetur quis diminuens pretium expressum & vidi sæpius recusari.

7 Idem si quis expresserit, in signatura beneficium valere triginta. & in bulla dicat vigintiquatuor, non expedietur, quia quando valet triginta, soluitur annata: qñ uero non ualet nisi uigintiquatuor, nulla datur annata: ob id Galli consuetudinem hanc hactenus seruauerunt. ut non exprimant nisi uingintiquatuor ducatos auri de camera: ut docui, in §. fi. de mand. apost. in concorda.

8 Idem in aliis summis, ut si dixerit ualere centum, nunc uult dicere octoginta, non expedietur bulla, ut Romani dñt, cũ

sit

fit in præiudicium officialium, sed ipsi de bebant delere de diminuendo in signatura, alioqui aliquid debet operari, vt dixi: caueant igitur impetrantes, vt in signatura magnum valorem non exprimant, vt postea in bulla augere illum possint, cum diminuere non liceat, sed augere.

*Valor duorum beneficiorum expressius in una signatura an possit diuidi.*

9 Præterea si quis impetrauerit duo beneficia, & simul in signatura dixerit quorũ fructus non excedunt cẽtum aureos, si postea in bulla velit separatim valorem exprimere, non recipietur, si velit dicere tale beneficium valere quinquaginta, & alterum alia quinquaginta, etiã, si separatim bullæ expedirentur: quia bulla ex signatura extrahi debet, & in signatura est facta vna expressio, ergo alia non fiet, arg. l. edi les. §. si forte. ff. de ædil. edict. nisi fuerit adiecta hæc clausula in supplicatione, ꝙ fructus simul, & separatim exprimi possint, & sic soleo addere signaturæ vt rigor styli non noceat. [quando duo impetrantur beneficia.]

10 Ideo in regno Franciæ facile (vt arbitror) expediretur, quia augeretur pretiũ: nam dictũ fuit, ꝙ fructus amborum non excedunt valorem uigintiquatuor ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem: vnde si quis velit separatim expedire, in qualibet expeditione & bulla exprime ur idem valor 24. ducatorum, ergo pretiũ augebitur: & sic vtile erit dicanicis curiæ Romanę: sed quia non cõuenerit bulla signaturæ, ob id esset difficile obtinere, nisi ratione huius clausulæ, quod verus valor exprimi possit in totum, vel pro parte.

*Duò beneficia ĩ una bulla expediri possent licet sint diuersa signatura.*

11 Si tamen quis duo impetrauerit beneficia, & duas obtinuerit signaturas, poterũt tñ in vna bulla prouisiones amborum poni, licet supplicationes sint diuersæ datæ, sed cuiusq; valor separatim exprimetur & hoc vidi sępius fieri, dum tamen bulla conueniat signaturæ.

*Ex duab⁹ signaturis imperfectis bulla perfecta expediri non potest.*

12 Sed si supplicationes sint æque principales, diuersæ tamen datæ, & super eodẽ beneficio: non poterit bulla expediri sub data vltimæ coniungendo, quasi secunda sit reformatio primæ, sed ex prima expedietur, vel secunda.

13 Vt si prius impetraui beneficiũ S. Seuerini, & omisi exprimere quod si plebania: in secũda signatura illam expressi, volo coniungere primam cum secunda: hoc non possum. quia ex imperfectis perfecta bulla constitui nõ potest. l. vna, C. qui numero tut. la glo. in c. quorundam. 23. dist. sed vtar rescripto perinde valere, vel noua fieri impetratio debet.

14 Si uero ambæ supplicationes sint eiusdẽ datæ, & vtraq; est in aliquo defectiua, ac imperfecta: sed simul iunctæ bene prouident. tamen bulla non poterit ex his expediri super vtraque ideo datarius statuit, quod non concedatur supplicatio duplicata, intelligitur eiusdem datæ, secus si diuersæ, vt superius scripsi: quia multiplex impetratio & prouisio eiusdem beneficij fieri potest.

15 Sed ex imperfectis perfectum non fit ut docet abunde Ias. in repet. l. admonẽdi, col. 82. num. 253. ff. de iureiur. text. & ibi glo. in c. nihil, 7. q. 1. & in d. c. quarũdam, ubi dicit ex duobus imperfectis unum perfectum constitui non posse: si tamen secunda perfecta esset sine adiunctione primæ, bulla ex secunda expedietur, uel bulla expedietur ex prima, & postea altera bulla in forma de perinde valere ad primę confirmationem: quod erit tutius, ut dixi.

*Clausula quod verus vacãdi modus exprimi possit &c. Nominari debet canonicus per cuius mortem vacat prebẽda Clausula ista non necessaria si certa vacationis notitia non habeatur. Certus modus vacandi si non sit expressus*

¶ Alia clausula solet inscribi in signatura, uidelicet quod uerus uacationis modus habeatur pro expresso, seu exprimi possit.]

2 Certum est, quod expresso uno modo uocandi non uenit alius, per c. susceptum. de rescrip. lib. 6. Ideo cauti impetrãtes dicunt beneficiũ certo mõ uocare cuius uacationis modus habeatur pro expresso, sed non datur pro canonicatu & præbenda, si non nominetur canonicus: quia posset quemcumque canonicatum in illa ecclesia capere: ut dicit Staphil. in tract. de lit. grat. rubr. de modo & forma impetrã. uersic. ideo cauti.

3 Vnde si impetret beneficium uacans per mortem, non dabitur mihi si uacet per resignationem, uel alias, nisi adsit ista clausula, & alias quouismodo uacet, ut solet in literis Apostolicis exprimi, per d. c. susceptum. & dicam abundantius infra in bulla.

4 Sed si quis impetret beneficium, quod tanto tempore uacauit, quod de eius uero uacationis modo certa notitia non habetur: tunc non est necessaria ista clausula, postquam originem uacationis impetrãs ignorat: tamen quia de stylo solet apponi: ideo si apposita esset, non uitiaret.

5 Notandum est ꝙ statuit Alex. 6. in titul. de signa. gratiæ, ꝙ clausula uerior mo

*ptis supplicatione, non poterit haberi pro expresso.*

dus vacationis exprimi possit, non recipitur, quando certus modus non expressus in petitione partis, & sic in corpore signatura: sit certus modus expressus sic, & subrogationibus, & in gratia si neutri, & vbi fit cessio iuris literis non expeditis: inferius suo loco dicetur de hac clausula, quod maior & verior, &c.

*Modus vacandi expressus in signatura bullæ debet exprimi nisi conditionaliter fuerit expressus. Vacans in curia quando debeatur.*

6 Si tamen in signatura exprimatur vnus modus vacandi, & ponatur clausula, quod modus vacandi habeatur pro expresso, hoc nihil proderit: quia modum expressum in supplicatione oportebit in bulla exprimere, nisi conditionaliter fuerit expressus in signatura, videlicet quod forsan per obitum vacauit, &c. & tunc per istam clausulam alius vacandi modus exprimi poterit: vt scripsi in forma mandat. in verbo. aliam quamcunque.

7 Præterea si in corpore supplicationis sit ista clausula, quod verus vltimæ illius vacationis modus etiam si ex eo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris cauſa resulret, habeatur pro expresso, & in dispositione signaturæ: & ad partem (vt dicunt Romani) sit clausula generalem rseruationem importan. ex quauis causa, etiam dispositiue in literis exprimenda: ex his poterit postea in bulla exprimi beneficium etiam in curia vacans, vel ex alia reseruatione, & debebitur impetranti: vt dixi supra in tit. de reser.

*Beneficium hæretici quomodo impetrandū sit.*

8 Si autem impetretur beneficium vacans ratione hæresis, si non sit lata sententia contra illum, dicetur in bulla impetrationis prouidemus de beneficio, quod dilectus talis N. detinet, &c. & ponetur clausula vacantis &c. sed si lata fuerit sententia à iudice ecclesiastico contra hæreticum, à qua de iure non appellatur. cap. vt inquisitionis, de hæret. lib. 6. hoc casu post sententiam dicetur, quod talis N. iniquitatis filius detinet, &c. & non dicetur dilectus: quia Papæ non sunt dilecti iniqui, maxime hæretici per illud, *Iniquos odio habui*, & dicit eum iniquitatis filium insequendo Hebræos, & Hebræam phrasim. De ista impetratione beneficiorum quæ detinent hæretici, dicam in 3. parte in prin.

9 Nec est opus dicere in bulla impetrationis, quod sententia nulla prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam. sicut solet dici in aliis sententiis, quia ex quo non potest appellari, non est opus illud dicere: si tamen fuerit expressum, quod sententia in rem iudicatam transiuit, non ob hoc vitiatur impetratio, quia superflua non vitiare. l. testamentum. C. de testa. & non solent quæ superabundant viciare. l. non solent. ff. de reg. iur. Bal. in l. Gallus. §. quidam col. 1. ff. de liber. & posthumis.

*Praxis Franciæ quando beneficium ipso iure vacat.*

10 Hodie in Francia in casibus, in quibus priuatio fit ipso iure, impetratur beneficium, & impetrans capit possessionem, & demum impetrat literas saisinæ & nouitatis, & petit vt manuteneatur in possessione saisina illius beneficii.

11 Si possidens prætensus priuatus se opponat, dicitur ei dies coram iudice regio, & probata non promotione, vel simonia, hæresi, aut alio casu priuante ipso iure, ad iudicatur possessio impetranti: & ista via breuior est, quam si oporteret facere declarationem, & tres sententias de iure expectare, vt in Clem. 1. de iudic. scribam in 4. par. inferius casus, in quibus fit priuatio ipso iure vel per sententiam.

*Reseruatio Papæ exprimenda ni si adsit hæc clausula.*

12 Etiam vult Papa, vt habeatur pro expresso, vel exprimi possit verus vacandi modus: quamuis generalis reseruatio, etiam clausa in corpore iuris, adesset, certum est quod beneficium reseruatum a Papa non potest per alium conferri. cap. 2. præben. in 6. & ideo exprimi debet Papæ reseruatio, alioqui collatio non valet.

13 Tamen si ista clausula sit apposita in signatura poterit exprimi reseruatio, etiam clausa in corpore iuris, vt quando vacat in curia. d. cap. 2. cum limitatione tamen, quam superius dixi: & licet glos. in regul. 62. cancella. dicat non esse nisi vnam reseruationem clausam in corpore iuris. Philipp. tamen Probus in cap. præsenti, de offic. lega. libr. 6. multas alias congerit.

*Reseruationes clausæ in corpore iuris difficilius tollūtur.*

14 Et ob id fit mentio de reseruationibus clausis in corpore iuris: quia difficilius illius derogatur, vt scripsi supra in tract. de reseruat. aliæ vero quæ non sunt scriptæ in iure, licet sint conscriptæ in reg. cancella. tamen non dicuntur esse in corpore iuris clausæ.

15 Item addi solet præterquam per obitum apud sedem: quia Papa non intendit conferre ea, quæ per obitum vacāt in curia

ria, vt suis ministris laborãtibus in vinea domini prouideat: & hoc solet addi in signatura, ne Papa decipiatur: aliquãdo hoc Papa concedit sed rarò sine aliqua exceptione vt est statutum in d.cap.2. de præbẽd. & per Alex.9.in tit. de deroga. iuris patr. in suis reg.

*Clausula quatenus litigiosum &c.*

1 ¶Quatenus litigiosum litis statũ, &c. ac merita causæ & causarũ, si quæ sunt, ac nomina, & cognomina, gradus, & qualitates iudicum, collitigantium, seu se molestantium, habeãtur pro expressis, seu exprimi possint: per literas latissimè extendenda. ]

2 De iure prohibitum est conferri beneficium litigiosum c. si hi qui, vt lite pẽd. in 6. tame per hãc clausulam permittitur & derogatur illi tex. vt superius scripsi: & Papa cõfert, quamuis beneficium sit litigiosum.

*Litis status: est exprimẽdus.*

3 Etiam status litis est exprimẽdus, & merita causæ. c. iter monasteriũ. de re iud. Fel. in c. super literis. col. 7. in 6. reg. de re scri. videlicet in quo statu sit lis, vel an sit contestata, aut in ea conclusum, alias nõ valet rescriptum: tamen hic status litis habetur pro expresso, vel exprimi poterit in bulla.

*Clausula quatenus, &c. nõ apponitur in rescriptis advocatura.*

4 Et ista clausula operatur perinde, ac si omnis status causæ in indiuiduo & nominatim esset expressus: vt concludit Domi. Gemi. consi. 120. col. 2. quem refert Gomes. in regul. de triẽnal. q. 14. nu. 7. ad hoc vt valeat hæc impetratio, quæ alias nõ valeret, ista clausula nõ debet apponi in rescriptis ad vacatura, videlicet in mãdatis quia ea quæ de futuro sunt non pertinent ac iudicem. & sic non sunt litigiosa. l. nõ quemadmodum. ff. de iud. l. 1. de vsur.

*Nomina iudicum gradus & qualitates exprimenda.*

5 ¶ Nomina iudicum &c.] Coram quibus iudicib⁹, vel iudice causa pẽdet, sicut de appellatione dicitur l. vna, ff. de libell. dimisso, & in ca. post appellationem. 2. q. 6. vult hic Papa haberi pro expresso, & in bulla exprimi poterit coram quibus iudicibus causa pendeat indecisa, siue sint seculares, siue ecclesiastici: & sufficit exprimere nomen officij, dicendo pendere pro cessum corã gubernatore Regio, seu eius locum tenente Montispessulani: licet non exprimatur nomen iudicis, nec cognomẽ sed nomina partium, & cognomina exprimi debẽt, vt certus Papa reddatur, vt scripsi in §. teneantur, de coll. in concord.

6 Gradus, ac qualitates tam iudicum, q̃ collitigantium etiã Papa pro expresso habet, gradus ac qualitates iudicum, seu collitigantium an coram iudice ecclesiastico, vel laico, & an collitigãs sit in dignitate, vel non, ita ; ista omnia vult haberi ꝓ expressis, vel ut exprimi possint in bulla, an pendeat coram senatu vel alio iudice.

*Clausula generalẽ reseruationem importante*

1 ¶ Et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa, dispositiue vel condit onaliter in literis exprimenda. ]

2 Quandoq; in corpore, & in narratione supplicationis potest aliqua elici reseruatio, forte ꝙ cedens erat familiaris Papæ: & in dispositione ponitur hæc clausula: tunc in bulla exprimi poterit spãlis reseruatio, sic vel ex eo quod à nonnullis asseritur &c. ꝙ familiaris noster & continuus commensalis fuit, vel talis Cardinali, generaliter reseruatum existat &c.

*Vacans in curia quando per hãc clausulã comprehẽdatur*

3 Vnde si clausula ponatur in corpore: & fuerit hic repetita, poterit in bulla supleri: etiamsi vacet in curia, dum tamen in signatura dicatur, ꝙ verus vacationis modus exprimi possit non obstante regula, alioqui si hæc verba non obst. regula, non fuerint adiecta, hoc fieri non poterit, vt superius dixi.

4 Quia hæc clausula habet ac si specifice facta esset mentio, & expressa reseruatio, ꝓ tex. in l. oẽs. C. de præsc. 30. vel quadraginta ann. Bal. no in tit. de pace Const. in verbo non obstante. Dom. in c. 2. de prẽb. lib. 6. Ias. consi. 227. col. 12. in 2. vol.

*Duobus modis exprimitur aliꝙ, vel conditionaliter, vel dispositiue, & quis effectus.*

5 Etiam dispositiue vel conditionaliter sciendũ est, ꝙ duobus modis loquitur signatura, seu bulla. Primo cõditionaliter, vt impetratur beneficium S. Seuerini, cui forsan cura animarum imminet, & forsan parrochialis existit, ecce conditionaliter, vel forsan, per obitum in curia vacat.

6 Nam dictio forsan, vel forte, seu forsi tan notat dubitationem. l. omnes, vbi Lucas, C. de decur. li. 10. l. item si verberatũ, §. 1. ff. de rei vend. licet q̃que assertionẽ significet, c. 2. de test. scripsi in verb. dispositionem, in forma man. in concord.

*Forsan dubitationẽ & conditionem inducit.*

7 Interdum dispositiue, vt impetro beneficiũ S. Seuerini curatum, & parrochialem ecclesiam existẽs: vel impetro talem dignitatem, quæ est maior dignitas in ecclesia post pontificalem, & hoc est dispositiue loqui, vbi certo dico hoc esse, nõ per dubitationem vel conditionem.

*Expressum in signatu-*

8 Vnde propter istam clausulam positã in supplicatione in bulla potero exprimere conditionaliter. vel dispositiue, & quia per

*ra asser tiue non potest in bulla cõ ditionaliter exprimi.*

per istam clausulam hoc mihi conceditur: quod tamen est intelligendum, quando sic conditionaliter erat in signatura expressum: secus si in signatura esset dispositiuè & assertiuè expressum, tunc in bulla nõ posset conditionalis fieri expressio.

9 Quia non potest a signatura recedi: tum etiam quia minus est exprimere cõditionaliter, quam dispositiuè: & melior expressio & maior fieri in bulla debet, quam in signatura, sicut in instrumento, quam in prima scheda, siue protocollo, l. contractus. C. de fide instru. & minus valet tres vẽdita cum conditione retrahendi, quam simpliciter. cap. cum Ioan. vbi etiam iurium interpretes de fide instru.

10 Ideo statutum est in regu. cancel. 62. q̃ non detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè in bulla, nisi in signatura expressa fuerit: vt si quis petat beneficium sancti Pauli Parisiensis, sibi conferri, vacans per obitum talis in curia, vel obitũ talis familiaris, &c. & tunc in bulla dicetur, prouidimus tibi de tali beneficio sancti Pauli vacante per obitum in curia, vel per obitum talis familiaris, nostri &c.

11 Et si in signatura diceretur. quòd uacat fortè per obitum in curia, vel forsan est familiaris, tunc si alia reseruatione uacet, ut quia est maior dignitas post pontificalem, non debebitur impetrãti, nec poterit exprimi in bulla: quia non uenit generalis reseruatio, nisi expressa: vt ibidem scribitur, nisi adiiceretur hæc clausula generalem reseruationem importan. de qua supra dictum fuit. [Et de generali & speciali reseruatione dixi supra titulo de reseruatio.]

*De clausula gratificationis.*

1 ¶ Et cũ clausula gratificationis, &c.] Quæ sic in bulla extendi solet, etiam si forsan illud alicui, seu aliquibus conferri, & de illo prouideri cõcesserimus & mandauerimus, seu nos de illo duobus prouiserimus, ita ut in data pares, seu æquales existant: & mutuo se impediant, & propterea locus gratificatione existat, tibigratificando eo casu, Apostolica auctoritate conferimus, decernentes, &c.

2 Hæc clausula solet opponi in signatura, alioqui in bulla suppleri non potest, teste dicto Philippo Probo in cap. duobus, de rescrip. in addi. ad Ioan. Monach.

*Vter præferatur, quando duo sunt*

3 Quæ prodest in impetrationibus, vt si duo fuerint impetrantes à Papa eodem die, tunc attenditur is, qui fuit gratificatus, quia ambo non sunt pares ratione gratificationis, nec mutuo se impediunt. Fel in c. Rodulphus, de rescr. dixi in trac. de pacif. possesso. in 17. limita. Cald. cons. 8. de rescrip. ideo ad hoc ista cl usula est vtilis, nec est omittenda, si sapis: quia etiã si aduersarius prius adeptus fuerit possessionem, tamen habens istã clausulam præferetur: quia ius habet pinguius, vt scripsi in tract. de pacifi. possesso. num. 300. in 12. limita. cap. si à sede.

*eodẽ die prouisi.*

4 Item prodest quando duo erant expectantes eiusdem diei, & causa pendet coram vno iudice, ut Papa vnum ex Illis gratificare possit: vt docet Probus in dicto cap. duobus.

*Clausula gratificationis prodest vltimo resignatario.*

5 Præterea ad aliud prodest, quod scribit Cassado. in decis. 2. titu. de renunc. vbi dicit, q̃ Cardinalis de Cibo cessit canonicatui & præbendæ in fauorem duorũ diuersis diebus, & iuxta morem solitum Papa eadem die signauit supplicationẽ pro vtroque, gratificauit tamen illum in fauorem cuius vltimo resignauerat, ideo ratione huius gratificationis præferendum esse censet: licet consensus cardinalis prius fuisset præstitus pro alio, tamen ille consensus trahitur ad diem prouisionis Papæ: nam plus iuris dat Papa, quam pars resignans: vt dicit in simili tex. in c. dilectus, de offi. leg.

6 Imo nullũ ius ex parte consequitur quis, sed ex superiore conferente & admittente resignationem, clem. vna, vbi doc. de renunciat.

Potest etiam prodesse ad uacatura, quãdo sunt impetrãtes mandata, seu expectatiuas eiusdem diei, vt is præferatur, qui clausulam gratificationis habet: cap. duobus, de rescrip. lib 6.

*Clausula vt in forma nouæ prouisionis simplicis neutri &c.*

Alia clausula solita est poni in supplicatione, videlicet, *quod litera in forma prouisionis gratiosæ simplicis vel nouæ expediri possint, &c.* Aliæ literæ sunt gratiosæ, aliæ iustitiæ, vt superius dixi: & quia multiplices sunt literæ gratiosæ, Papa facultatem impetranti concedit, ut in forma simplicis, seu nouæ prouisionis expediantur. de his dicam inferius statim in forma bullæ.

*Subrogare Papa põt quo ad etiã possessionem.*

¶ Vel subrogationis &c. Vult Papa ut possint expediri bullæ in uim subrogationis, si expediat parti de hac dicetur inferius in materia subrogationis, etiam quo ad possessionem: potest enim Papa subrogare etiam quoad possessionem, teste Felin. in rub. de rescrip. col. 3. licet possessio

sit

sit facti,l.denique, ff. ex quibus cau. ma. quæ non transit nisi apprehendatur,l.cum hæredes,ff.de acquir.poss Et quamuis in bulla esset quis subrogatus quo ad possessionem,nisi eam apprehenderet,in hoc regno vix manuteneretur in possessione, imo alteri possidenti adiudicaretur possessorii sententia: quia nō reputamus possessorem eum, qui nō accepit possessionem: vt scripsi in tract.de mater.possess in ordi. Reg.& in 3.tomo: nisi in locum possessoris subrogatus fuerit.

¶ Et gratiæ si neutri, si nulli, vel si alteri.] Concedit Papa vt possint bullæ expediri in forma gratiæ si neutri,si nulli,& de his inferius dicetur abunde: ideo hic plura non addatā,nisi quod in regula Innocentii cancellar. 62. dicitur, quod hæc gratia si neutri, vel si nulli, si petatur subrogatio, non debet dari nisi collitiganti. glos. tamen in d.regul.Innocentii 62.dicit hoc non seruari sed dicit se vidisse alteri non collitiganti concessam esse, & quotidie fit vt inferius tractabo in eadem materia.

*Consulēdi periti super vtiliore impetratione.*

¶ Perinde etiam valere, aut alia dicto oratori vtiliore.] Et cum hæ literæ gratiæ sint frequentes, de his dicit, aliæ sunt non tam frequentes:& vult vt si vtilius sit parti,vt etiam possint expediri bullæ in forma si neutri, si nulli, vel alia vtiliore : ideo poterit pars consulere super signatura,quæ forma sit eidem vtilior, & secundum illam expedire bullam: & quandoq; partes consulunt mensularios,qui ista nō semper intelligunt:ideo partes inuoluuntur maximis sluctibus, & processibus : quamobrem bonum est peritos super hoc consulere, qui pauci sunt: vidi multos amisisse beneficium ratione impetrationis nullius.

*Clausula cū derogatione, &c.*

¶ Cum derogatione prœmissorum ac aliorum quorumcunq; contrarium &c.] Vult vt contraria non obstent, & quod in bulla his derogetur:vnde in ea dicitur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ veitræ vel alterius ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica,vel quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque &c. vt ibidem dicetur, quæ clausula ex hac concipitur.

*Regula de annali possessore delegatur.*

¶ Ac regulę de annali possessore.]Quæ vult quod si quis impetret beneficium pacifice possessum per annum, debet exprimere nomen,gradum,& nobilitatem possessoris, & causam, ex qua clare possit constare, quod nullum ius ipsi possessori competat,& infra sex mēses ipsum possessorem ad iudicem euocari facere,& alia no. in regula. cancella. Iulii 36. sed huic derogatur per hæc verba. [Vide inferius in declaratione huius reg. de annal. possessio.]

Vnde si quis impetrauerit beneficium, quod alius possedit sine canonico titulo : & impetrans non expresserit causam detentionis, si fuerit derogatū huic regulæ, vt hic, expediretur bulla sine expressione causæ,sine derogatione huius regulæ: de qua inferius dicetur in sua materia.

*Impetratio post tres annos non ualet etiā si regula sit derogatum.*

Sed si quis impetrauerit beneficium ab alio per plures annos detentum, & Papa tempus detentionis habeat pro expresso non obstant. reg. cancel. tamen valebit illa impetratio,nisi possessor esset triennalis: quia eo casu per reg. cancell. non debet molestari possessor in possessorio, nec in petitorio,vnum non valet impetratio:vt plene scripsi in tract.de pacific.possess. quidquid dicat Gom.in reg.de triennal.q 17.

*Clausula iurispatronatꝰ de rogationis.*

1 ¶ Necnon iurispatronatus quatenus de illo existat,etiam si laicorum nobiliū, & illustrium personarum,etiam si ex fundatione, vel dotatione competat in toto, vel in parte.]In hac clausula debet repeti necnon cum derogatione iurispatronatus, quatenus *ad illo existat, &c.* vt Papa illi velit derogare.

*Iurispatronatꝰ quid sit.*

2 Iurispatronatus est ius honorificum, onerosum,& vtile,competens ei qui ecclesiam construxit, dotauit vel fundauit, vel ei qui ab eo causam habuit: prosequitur Panor. in rub. de iurepatro. & Roch. Curtius in tract. iurispatro. in princ. ac Lamberti.in suo magno tract.

*Quot modis iuspatronatus acquiratur & cui.*

3 Et hoc iuspatronatus acquiritur ei, qui construxit, fundauit ecclesiam vel dotauit,& eius successoribus. c.nobis. de iure patrona.c.filiis. & c.piæ mentis. 16. q. 7. sed post constructam ecclesiam non acquiritur iurispatronatus. glos.in d.cap. piæ mentis,& cap. fin.de reb. eccles. non alien. 6. quia rei sacræ seruitus imponi non potest. c.significatum.de præb. Dom. consi.32.nisi de Papæ consensu nam alius non potest ecclesię seruitutem imponere, etiam si eam dotauerit: vel nisi ecclesia esset penitus destructa c.quoniam. de iure patro.

4 Quam-

4 Quamuis summi pontifices ex gratia hoc ius laicis reseruauerint: vt eos ad cõstruendas, & fundandas ecclesias alliceret,[ & ne à fundationibus retraherẽt. ] c.decernimus.16.q.7.c.3. de iurepatr. gl. in c.nemo. 32. q.4. [ facit tex. in l.2.ff.de oper.publi. ]

*Papa beneficiũ sub iure patronatus laicorũ existẽs non confert sine derogatione*

5 Tamen postquam laicis iurispatronatus competit, quia est eis à iure reseruatũ id Papa non solet conferre beneficia sub iure patronatus laicorum existentia, nisi cum derogatione iurispatronatus: & non est suæ intentionis, vt ualeat illa collatio non facta derogatione: vt dicit Io. And. se de hoc vidisse bullam directã prælatis Angliæ alias prouisio Papæ tanquam subreptitia non valet, quia citra intentionem Papæ.

*Mentio faciẽda non est de iure patronatus clericorũ.*

6 Itaque derogatur hic, si iuspatronatus competat laicis: quia de iurepatronatus competente clericis non est facienda mentio nec derogatio: sed Papa & legatus iure suo conferunt etiam sine patronorum consensu: c.cum dilectus. de iurepatr. Ioan. de Selua in tract. de benef. in 3. par. q.11. nu.29. vnde non valet Papæ prouisio tanquam subreptitia, si non derogauerit iuripatronatus laicorũ saltem conditionaliter, vt hic quatenus de illo existat: vel si de illo existat: sed uritur quatenus de illo existat, vt hic constat.

*Patronus laicus quis dicatur*

7 Et dicitur patronus laicus, quando ecclesiam fundauit ex suo patrimonio, vel ius habuit ab eo, qui eam de patrimonio & bonis patrimonialibus construxerat. d.c.cum dilectus. & ibi docto.

*Ecclesiasticꝰ patronꝰ quis.*

8 Ecclesiasticus vero patronus dicitur, quando ex bonis ecclesiæ fundata est, vel clericus illud ius habet ratione ecclesiæ. glo. in cle. vlt. de iurepatro. Panor. in c. eãte. & c. illud de iure patro. Curtius in tra. iurispatro. in verb. ius. q.7. Fel. in suo trac. quãdo literæ Apostolicæ noceãt patrono.

*Clausulæ generales ad derogationem iurispatronaiꝰ non sufficiunt.*

9 Vbi plus dicit ꝙ clausulæ generales derogatoriæ non sufficiunt ad derogationem iurispatronatus, laicorum etiam si adesset clausula motus proprij, vel clausula non obstant. & alias ampliat 10. modis qui ibi videri possunt: & Dom. consi. 117. in quæst.

Et sic extat regula, ꝙ etiam Papa beneficium sub patronatu laicorum existẽs conferre non solet, sine derogatione: alioqui collatio esset subreptitia: vt superius dictum fuit: diceretur tamen ille prouisus coloratum habere titulum: vt fusius scripsi in tract. de pacifi. possess. quamuis quidam stolidi censeant contra.

10 Quod limitatur in sequentibus casibus. Primus quando patronorum consensus accessit: vnde solet Papa in prouisione apponere, dummodo dictorum patronorum ad hoc expressus accedat consensus: nam cum agatur de præiudicio illorum, si consentiant, non est derogandum: nam postquam partes sunt concordes, quid ad iudicem? vt docet tex. in l.1. §. inde. ff. de noui operis nuncia.

*Minori numero patronorum solet Papa etiã in hac patria derogare.*

11 Si autem tres patroni consenserint, & duo non, solet in prouisione Papa dicere: cum trium ex dictis patronis expressus ad hoc accesserit consensus, quo ad reliquos. ex patronus p dictis hac vice duntaxat specialiter derogamus: nã postquã omnibus potest derogare, & aliquibus. c. pastoralis. §. item cum totum. de offi. dele. & maxime dum maior pars consentit.

12 Etiam in hoc regno Franciæ solet Papa minori numero patronorum derogare: quamuis de consuetudine non recipiatur alia derogatio de patronatu laicorũ, in hac patria consuetudinaria: scilicet vt omnino derogetur iuripatronatus laicorum.

*Bulla quomodo sit cõcipiẽda ad præsentationem patronilaici.*

13 Et si quis patronus Papæ [per resignationem] præsentauerit, non dicet Papa, nos tibi, quem dictus patronus per publica instrumẽta nobis, &c. præsentauit, quia ante vacationem non poterat præsentare: ideo Papa dicet in bulla, tibi præsentato N. cum ad hoc dicti N. patroni p publica instrumenta expressus accesserit consensus, Apostolica auctoritate conferimus: & videatur bulla, quæ sic solet confici, vt fuit dictum.

*Præsentatio an probetur per narrationem Papæ, vel collatoris.*

14 Et hæc præsentatio probatur per solã Papæ, vel episcopi narrationem, factã in literis collationis, vel prouisionis. clem. vna. de prob. c. post cessionem. illo tit. qa vbi constat de duobus extremis rite factis, debemus etiam præsumere de medio, arg. c. cum dilectus. de don. c. accedẽs. vbi gl. de conuers. coniug. sed de vacatione & institutione constat, ergo & de præsentatione debemus præsumere: & hoc firmat Fel. in d c. post cessionem, col. 4. quẽ refert Rocu. Curtius in d. tract. iurispat. in verb. honorificum. q.50.

15 Ideo qui præsentationem factam non esse asserit vel negat, hoc probare debet, cum ex narratione saltem præsumatur: secus si nihil esset enunciatum in literis Papæ,

pæ, tunc oporteret illum probare, qui præsentationem allegaret: vt plene scripsi in tit. de subla. cle. literis. in Concorda.

*Iure deuoluto Papa cõfert beneficia sub patronatu laicorũ & lapso illis dato tempore.*

16 Secundo poterit Papa prouidere sine derogatione patronatus, postquam deuoluta erat collatio ad illũ: vtpote si Patronus laicus nõ præsentauerit intra quatuor menses, à iure illi præstitutos. c. vno. de iure patron. lib. 6. refert Staphil. in tract. de literis gratiæ, de mõ & forma impetrãdi, versi. hinc est q in prouisionibus: & si ordinarius non prouiderat, per c. 2. de concess. præb & sic deuoluta erat collatio ad Papam, eo casu non est opus derogatione.

17 Debet tamẽ in literis prouisionis Papæ fieri mentio de iurepatronatus: vt docet Geminia cons. 50 quæritur.

18 Tertio quãdo tempus patronis laicis ad præsentãdum à iure præfixum lapsum est, per d. c. vnic. & hoc est additum per vlium Papam modernum in sua regu. 44. sed proximus casus sufficere, videbatur: nam quando patronus nõ præsentauit intra tempus, deuolutum est ius ad superiorem. clem. vna vbi gl. de supplen. negl prę lato. nisi dicas quòd elapso tempore præsentationis non est deuolutum ius ad Papã, sed ad episcopum, vel alium instituentem: q si instituens non conferat, deuolui tur ad alium, donec ad Papam deuolutũ fuerit: & sic duo erunt casus sic intelligendo.

*Præsentatio nul liter facta non impedit collationem Papæ prætextu iurisp. laicorum.*

19 Quarto quando patroni præsentauerunt, sed nulliter: tunc etiam valet Papæ prouisio, etiam sine derogatione, quia non præiudicatur patronis. cũ ipsi præsentauerint, & functi sint suo officio. c. in literis. de off. deleg. & rõne prælationis & prærogatiuæ Papa conferre potuit, c. dudum. de præb. in 6. dixi in §. declarantes, in ver. iure quentionis de mand. Apost. in cõcord.

20 Quinto secundum quosdam si beneficium vacet in curia per obitum. Staphi in d. tract. de literis gratiæ, versi. 3. an sit locus, sed contrarium teneo inferius: quam uis hoc sit in reg. cancella. Alex. 6. statutum. & hoc probatur per doct. in cap 2. de præb. in 6. vbi cõmunis opinio est contra.

*Papa patronis non consentientibus confert.*

21 Sexto quando patroni nolunt consentire sine causa pmutationi, poterit Papa etiam in hac patria consuetudinaria conferre, imo etiã in episcopo consuluit Domi. cons. 50. quæritur. inferius dicetur abundantius in tract. de permut.

*Papa retenta si-*

22 Septimo quãdo Papam prouisionem sibi retinuit in fundatione, vt in decanatu ecclesiæ Alesti dioces. Nemau. tunc iure suo sine aliqua derogatione confert facta huius retentionis mentione.

*bi collatione prouidet.*

23 Octauo si ius patronatus competeret ex prescriptione, vel priuilegio, tunc non erit illius facienda derogatio: quia non quæritur ius patronatus his modis, licet ius præsentandi acquiratur. Gem. cõs. 45. consuetudo. col. 3. & Calder. cons. 19. isto tit. Card. cons 69. vacante col. 2. & Feder. cons. 65 vbi concludit etiã legatum posse conferre, quando competit ius laico præsentandi ex consuetudine, vel priuilegio: hoc etiam firmat Staphil. in tract. de literis gratiæ, de modo & forma impetrandi, vers. quarto venditione.

*Iurispatro. competen. ex prescriptione vel priuilegio. Papa derogat.*

24 Ego arbitrarer hoc casu etiam faciendam mentionem, qua Papa difficilius cõcederet: & illa sunt exprimenda, vt per Felin. in c. nostra. de reser. Pau. Paris. cõs. 46. videtur col. 3. vol. 4. sed habita mentione in hac patria vix conferret ratione contrariæ consuetudinis. [ Nam in curia Rom. hodie nulla fit differentia an iuspatronatus sit quæsitum fundatione, an præscriptione. vt firmat Deci. cons. 126. in causa. col. 2. nu. 3. ]

*Derogat Papa iuripatr. laicorum quando clericus est in possessione præsentandi.*

25 Nono si clericus erat in possessione præsentandi, & tamen iuspatronatus esset laicum, eo casu valeret prouisio facta à Papa non facta mentione, quia possessio attenditur. c. consultationibus. de iure patr. & Cardinal. cons. 69. vacante. col. 2. postquam communiter habetur clericus pro patrono, ille error communis excusat: l. Barbarius. ff. de offi. prætor.

26 Hoc tamen casu quia mens Papæ sine expressione non est, vt conferat ergo non valeret prouisio ratione voluntatis deficientis, & licet ille error esset. tamen mes Papæ hoc casu abest, vt alibi dicam.

*Dispensat papa vt retineantur beneficia sub patronatu laicorum existen.*

27 Decimo si Papa dispenset cum promoto ad Episcopatum vt retineat sua beneficia, poterit retinere ea etiã, quæ sunt sub patronatu laicorum: vt decidunt domi. de Rota decis. 331. Supposito in no. [ sub tit. de præben. decis. 21. ] quia non agitur de præiudicio patroni, cum non vacet beneficium: & multa tenent facta, quæ fieri prohibentur. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. facit l. secus. de iudic. docet Staphil. in d. trac. de lite. gratiæ, ver. quartus & vltimus casus. Plura ad hanc rem ac commoda scripsi, & ibi senatusco. in §. præfatique ordinarii. in ver. viris graduatis, de colla. in concord.

Vnde-

*Pensio imponi pōt bene ficio sub patrona tu laico rum exi stent.*

28 Vndecimo poterit Papa imponere pē sionem sine etiam consensu patronorum laicorum, quia plenaria beneficiorum dispositio ad illum pertinet. c.2. de præb.li. 6.alias limitationes tradit Fel. in d.tract. ubi videri poterunt.

*Dispensat Papa ad duo,et si sint sub patrona tu laico rum.*

29 Duodecimo poterit Papa dispensare, vt literatus habeat duo beneficia, etiam sub patronatu laicorum existentia, & sine patroni consensu:iuxta c.de multa.de pb.

*Deroga tio à Papa tatū fit, & quo. Iuspatr. laicorū quando conditio naliter exprimi possit.*

30 Decimotertio quando Papa derogat iuripatronatus laicorum, valet prouisio, q̄ potest,non autem legatus, vel alius inferior.c.dilectus.de offic. leg. c.cum dilectus. de iurepatro. quod non solet in hac patria consuetudinaria.

31 Et solet Papa huic iuri conditionaliter sic derogare:nos iuripatronatus huiusmodi, quatenus dicta ecclesia de dicto iure sit, pro hac uice derogamus &c. licet pars debeat præcisè,& non conditionaliter exprimere in bulla: si iuspatronatus spectet ad laicum,alioqui impetratio non valebit.

32 Aliquando vidi partem conditionaliter exprimere, etiam si de iurepatronatus laicorum existat.quod est verū,quando beneficium non est reseruatum: sed si beneficium sit reseruatum, vel ex loco, quia vacauit in curia,vel ex persona,quia familiaris erat, seu ratione beneficij,forte quia maior dignitas post pontificalem, non poterit conditionaliter iurispatronatus exprimi, quia sic tolleretur reseruatio:ideo necesse est in his saltem casibus, vt pars præcise dicat, an sit de patronatu laicorum, vel non sit, vt reseruatio possit suum sortiri effectum: vt docto. scribunt. in c.2. de præb.in 6.

*In vacaturis præcise dēt iuspatronatus exprimi.*

33 Idem in vacaturis, vt non possit conditionaliter exprimi q̄ beneficium, vt à nonnullis asseritur de iurepatr. laicorum existit: sed debet præcise dicere si sit, uel non propter reseruationem, quæ solet dari,quæ impeditur ratione iuspatronatus laicorum: ideo si hoc fuerit dictum conditionaliter, bulla erit rescribenda alioqui non valebit.

34 Vnde non valet prouisio facta à Papa, in qua fit mentio fundatoris, & iurispatronatus sed non est expressum q̄ esset de iurepatronatus laicorū, quia in dubio intelligitur Papam voluisse derogare iuripatronatus clericorū,nō laicorum: vt docet Fel.in tract. quando literæ Aposto.col.3. in 3.amplia post Lappū.allega.84.Dominus Papa,col.3. nam cum iuspatronatus ad duo referri possit, ob id in specie narrari debet,non in genere, alioqui incerta & confusa est impetratio, & subreptitia, teste Oldra.cons.81. q̄ processus. Aymo Crauette,consi.68.proponitur. col.2.

*In Francia & Normania non derogatur iuri patron. laicorū.*

35 Item vbi est iuspatronatus, non ponitur clausula,ex quauis causa, nec generalem reseruationem importante: vt est statutum in reg.Alex. 6.tit. de signa. gratiæ.

*In beneficijs litigiosis derogatur iuripat. laicorū & quando filio patroni confertur.*

36 Sed in Francia consuetudinaria,& in Normania non solet Papa derogare iuripatronatus laicorū:nec eius derogatio recipitur de consuetudine,quæ an valeat, tradit Collec.in c.ex tenore. colum.1.de conces.præb.

37 Si tamen vacarent beneficia per assecutionem & constitutionem execrabilis. siue c.de multa.uel deuolutionem & alio quouismodo beneficia habēt possessores, quos oportet per lites expellere his casibus derogatur iuripatronatus laicorum etiam principum,vt statuit Alex.6.in tit. de deroga.iurispa.vbi etiam derogari ait, quando Papa confert filio vnius patroni, vel nepoti:& hoc æquum uidetur.

38 Item quando Papa ponit istam clausulam cū derogatione iurispatronatus &c. debēt pragmatici Romani addere,quo ad gratiā si neutri, uel subrogationis duntaxat:sed non dabitur derogatio quo ad nouam prouisionē, nisi vt supra dixi: & hoc habetur in reg. Alex.6.tit.de signa.gratię.

*In gratia si neutri, & subrogationis derogatur iuri patron. laicorū.*

39 Quia in gratiis si neutri, & subrogationis iam patroni consenserunt, ob id illis non infertur iniuria, quia præsentarunt, secus esset in gratia simplicis prouisionis, vel nouæ, ubi non præsentassent: quod nota.

*In permutatione requiritur cōsensus patroni requiritur.*

40 Etiam in permutatione requiritur cō sensus patroni, alias irritabitur prouisio: quia inimicus fundatoris & ecclesiæ sic posset præfici,c.illud.de iure patro. Lappº alleg.96 beneficia.in fi.gl.in c.uno.de rerum permut.in 6.Fel. in c.cum Bertoldus col.5.de re iud.Bertr.cons.273. etiā, col. 1.& 2.in 3.vol.ex.1.editio. & Domi.cōs. 45.consuetudo.Aegid.decis.179. & 171. permutatio.

41 Si tamen patronus nolit consentire sine causa,poterit episcopus permutationem approbare,teste Domi.cons.50 quæritur an Episcopus,& Staph.il. in d.tract. ver. hinc est, post Panormi. in cap. cum accessisset num.51.de constitut. oportebit tamen prius audire patronum, & eius

recu-

recusationem ac causſam.

*Permutationes absque præsentationi patronorũ fiunt*

42 Nempe resignationis approbatio ad Episcopum pertinet, & non ad inferiorẽ: c. quæsitum. de re. permut. Ob id poterit Episcopus conferre beneficium causſa permutationis cum patroni consensu etiam sine præsentatione, quæ requiritur quando uacat per mortem: ut asserit Fel. in d.c. cum Bertoldus, col. 5. de re iudic. refert Curt. in tracta. iurispatronatus in verb. honorificum. in princ.

43 Tamen de generali consuetudine ecclesiæ quasi omnes Episcopi tales expediunt permutationes absque patroni consensu, & vocatione patronorũ. his verbis utitur Aegid. Bellamer. in consi. 6. Factũ pro parte, col. pen. & ualet præscriptio secundum eum. Vide quæ scripsi infra de permut. in 4. parte.

44 Si statuto ecclesiæ vel in fundatione statutum sit, ꝙ nullus præsentetur ad talem ecclesiam, vel nulli conferatur, nisi sit talis ætatis, vel presbyter, tunc nullus poterit derogare illis statutis, nisi P. pa. cle. Quia contingit, de relig. dom. c Si pro clericis. de præb. li. 6. nec valebitur collatio contra statuta facta ab alio q̃ à Papa.

*Fundationi nõ potest derogari sine patroni consensu ab inferiore, a Papa cõtra*

45 Et id si cautum sit, ꝙ habens illud beneficiũ aliud habere non possit, tunc Papa fundationi derogare poterit, nõ alius.

46 Nisi de uoluntate patroni, tunc episcopus poterit conferre etiam non presbytero: vt uisum fuit Panor. in c. cum accessissent nu. 5. de constit.

47 Sunt tamen qui dicant, ꝙ si statuta loquantur per verbum recipiatur, ꝙ nullus recipiatur, nisi sit presbyter, tunc ualebit collatio: sed in receptione poterit se opponere is, qui interesse prætendit, videlicet patronus, & non recipietur sine suo consensu: ut no. Inn. in c. quod sicut. de elec.

*Pensio sine patroni consensu, à Papam ponitur.*

48 Tamen in creatione pensionis à Papa factæ non requiritur consensus patronorum: quia Papa habet plenam in beneficiis potestatem. c. 2. de præb. in 6. Fel. in d. tract. quando literæ Apost.

49 Quòd limitatur si in signatura fuerit expressum de patronorum consensu, tunc enim requireretur & in bulla: nam postquam apparet Papã uoluisse illorum consensum interuenire, & bulla ex supplicatione conficitur, vnde illud omitti non debet, alioqui bulla ex omissione reprobaretur quem tamen consensum Papa requirere non solet in hac pensione.

50 Et si quis impetrauerit beneficiũ patronatu laicorum affectum, si in signatura nihil dixerit de patronatu laicorũ, postea in bulla non poterit exprimi etiam si vellet dicere dummodo patronorum accedat consensus: nam postquam in supplicatione non est facta illius mẽtio, sic in bulla non fiet, sed poterit de nouo impetrari beneficium, vel impetrari rescriptum per inde ualere: quia prima impetratio tanquam nulla non impediet secundam c. ex tenore, de rescrip.

*Nouæ lex bulla faciens mentionem de patronatu. si hoc non fuerit signatura expressum*

51 Tamen si vnus in signatura dixerit sibi auctoritate ordinaria fuisse prouisum, & quia dubitat talem collationem viribus non subsistere, supplicat Papæ sibi de nouo prouideri: si Papa prouiderit in bulla poterit exprimi se fuisse præsentatum & institutum: quia hoc auctoritate fuit factum ordinaria, vtpote institutio. c. conquerente. de offi. ordi. & per totum tit. de instit. & in institutione plus iuris habet ordinarius, quam patronus. c. dilectus. de offi. lega.

*Authoritate ordinaria prouisꝰ dicitur etiã institutus*

52 Secus si Episcopus prouidisset sine cõsensu patronorum intra tempus quatuor mensium, si patroni neglexissent intra illud tempus iuris præsentare, valebit collatio: cap. illud. vbi doct. de iurepat. Petr. Pari. consi. 144. scripseram, in 4. vol. unde si in supplicatione non fuerit expressũ de patronis, hoc etiam non poterit in bulla narrari: quia non potest addi bullæ, ꝙ non est in signatura expressum, nisi sint clausulæ, quæ ea consuetudine & stylo apponi solent, quæ habentur pro appositis. l. si quis donaturus. ff. de vsufru. l. certi cõditio. §. si nummos, vbi Ias. & alii, si certum petat.

*Collatio ab ordinario facta intra tempus patronis præfitutum valet.*

53 Imò si in signatura vnus petat sibi prouideri, de beneficio patronato, & in dispositione est, ꝙ dictus orator possit exprimere, an sit præsentatus, & forsan institutus: postea in bulla virtute huius clausulæ poterit exprimere, se præsentatum & recusatũ, & appellasse, quia dubitatiue dixit & forsan institutus, &c. & dabitur noua prouisio eo casu rõne illius clausulæ, non aliter. Et sicut ualet collatio ordinarii, si patronus non præsentauerit intra tẽpus. d. c. illud. de iurepatro. multo fortius valebit collatio Papæ, si non sit subreptitia, ne sit deterioris conditionis, & potestatis q̃ ordinarius, sed ratione maioris prærogatiuæ. c. si à sede, de præb. lib. 6. & nisi istud esset tam euidens bonis & doctis, multis probarem, sed non addam lumen Soli.

*Verba signaturæ quòd forsan fit præsentatus, vel institutus, &c.*

No-

*Præsentatus ante institutionem possessionē beneficij accipiens est priuatus iure.*

54 Notandum quòd si præsentatus ante institutionem ingrediatur & accipiat possessionem beneficii, eo ipso priuatus est iure, quod habuit ex præsentatione. c. Auaritiæ. de elec. lib. 6. iuncta glo. in ca. fi. illo titu. hoc extendens ad præsentationem, quam probat Barba. consi. 68. col. 2. vol. 2. & Calder. consi. penul. de elect. facit c. qualiter de elect.

55 Quia dispositio illius tex. est fauorabilis ecclesiis, licet alias dicatur pœnalis, tamen extendetur de electione ad præsentationem: vt docet Roch. Cur. in trac. iurispatron. in verb. honorificum. q. 39. licet contrarium velit tenere Aegid. Bella. in decis. 620. ca. fi. de elect. nisi fuerit consuetudo.

*Recipiēs fructus anteinstitutionem fit inhabilis.*

56 Imo si ante institutionem perceperit fructus, fit inhabilis, quia sine titulo recipit, & indiget rehabilitatione: vt inferius dicetur in materia dispensa per ea quæ not. doct. in c. dilectus. de offic. lega. idem dixi in eo, qui recepit fructus post regiā nominationem ante Papæ prouisionem, vt sit priuatus iure, si quod per nominationem habebat.

*Impetrari potest beneficiū illius qui fructus recepit anteinstitutionē.*

57 Vnde alia debet fieri impetratio à Papa, & debet exprimi q̄ ante institutionē & post præsentationem fructus recepit, & sic se intrusit, & inhabilem se reddidit, ideo Papa absoluet eum, & rehabilitabit: ita docet D. Probus in c. fi. col. 2. de consti. & si is qui recepit fructus non impetrauerit, poterit tertius illius beneficium impetrare vacans per intrusionem. cap. cum iamdudum, vbi Panormitan. & alii de præbend.

*Iurispatron. laicorū mētio specialis facienda est nec sufficeret dicere ad præsentationē &c*

58 Et non expedietur etiam signatura impetranti, nisi de fructibus componat perceptis, & dimidiam partem fructuum perceptorum cameræ Apostolicæ tradat: vt docet Hier. in praxi Romanæ curiæ. fol. 44. versi. consultus a quodam & Domi. in consi. 106. Super dicto dubio, col. 3. Fel. in c. in nostra, corrola 2. de rescrip. inferius abundantius exprimam.

59 Nota quòd in derogatione primo debet fieri mētio iurispatronatus laicorum: vt dictum fuit, nec sufficit exprimere ad quamcunque collationem, præsentationem, vel prouisionem pertineat: quia illa verba intelligerentur de præsentatione spectante ad clericos, non ad laicos. Ioan. Andr. & alii in cap. dilectus. de offi. leg. Staphil. in tract. de literis gratiæ rub. de modo & forma impetrandi. versi. sed dubium est, & versi. patent igitur.

60 Vbi limitat in duobus casibus quādo acquisitum esset ius præsentandi ex priuilegio, vel præscriptione. idem tenuit Lappus allegatio. 96. beneficia, col. 1. superius scripsi in hac clausula.

*Iurispa. nobilium fit mētio.*

61 Solet etiam exprimi, si ad nobiles spectaret: quia solet esse difficilior derogatio, quando ad istos pertinet: ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notētur, videntur quasi neglecta. l. item apud. §. ait Prætor. ff. de iniur.

*Regū & illustriū personarum iurispatro. mentio faciēda.*

62 Etiam debet fieri mentio regum, & illustrium personarum: quia derogādo simpliciter iuripatronatus laicorum, non intelligitur derogatū, si ad reges, vel alios principes pertineat c. fi. de offi. deleg. lib. 6. c. ne aliqui, de priuileg. ibid. & ita est in regul. cancell. 40. declaratum. & Fel. in d. tract. ampliat. 7. quia sub clausulis genera libus isti sublimes sunt excepti, & non comprehenduntur. c. sedes. de rescrip. ca. de multa. de præb. Carol. Ruin. consi. 79. quæritur. in 5. vol. col. 2.

63 Vnde si prouisio à Papa fuerit facta, non obstante iurepatronatus laicorum, si spectaret ad Regem non valeret prouisio & Rex se opponere posset: vt Innoc. in simili dicit in cap. q̄ sicut. de elect. gl. in d. regul. 40. & Fel. in d. tract. amplia. 8. & nō censetur iuri Regis derogatum.

*Iuripat. regnum nunquā derogatur, etiā si in curia vacet beneficium.*

64 Imo si beneficia vacent in curia per obitum, quorum ad Regem præsentatio pertinet, Papa ea non conferet sine Regis consensu. glo. no. in c. 2. de præbend. lib. 6. Lappus allega. 96. beneficia. Rota decis. 266. in antiq. [sub titu. de concess. prēben. decis. 46.] Curtius in tract. iurispatro. in verb. competens. q. 24. vbi multa adducit: & nunquam derogatur iuripatronatus Regibus competenti, etiam si beneficia apud sedem Apostolicam vacent: vt statuit Alex. 6. in titu. de deroga. iurispatr. nisi illi fuerit alias derogatum, quia tunc expressione facta illi poterit derogari. teste Petr. Paris. consi. 104. cum reseruatio. in 4. vol.

*Derogatio iurispat. laicorum, si consen suspatronorū interuenerit, non requirit*

65 Nota tamen quòd iurispatronatus laicorum in bulla non requiretur aliqua derogatio, si omnium, vel maioris partis patronorum consensus interuenerit, quia ab ordinario poterat institui sic præsentatus sine vlla derogatione de iure ca. quoniam. de iurepatro. nam quod maior pars facit ratum habetur, ac si omnes fecissent. capit. cum Bertoldus, de re iudic.

& in

& in cap.1. & per totum de his quæ fiunt à maio parte.cap.

*Derogatio iurispatron. religiosorum quo fiat.*

66 Aduertendum est,quod si iuspatronatus spectet ad religiosos,vel ad capitulũ, solet Papa in signatura loco huius clausulæ de iurepatronatus inscribere,quòd præsentatio personæ idoneæ de antiqua & approbata consuetudine ad ipsius ecclesiæ capitulum, dum pro tempore vacat, pertinet: & de stylo curiæ Romanæ non apponitur hæc clausula, cum derogatione iurispatronatus.

*Multis modis iurispatronatus cõpetit*

67 Derogatur etiam huic iuri si competat ex fundatione,vel dotatione,seu emptione.c.Pię mẽtis.16.q.7.vbi glo. & c.Ex literis. de iurepatro. idem si ex successione.c.considerandum 16.q.7.c.1.& c.quoniam. de iure patro. idem si competat ex donatione.c.ex insinuatione.iũcto c. vno. eo.tit.lib.6.vel si permutatione nobis cõpetat.idem c.nemini.16.q.7.& alias quo modocunque:vt superius declaraui.

*Iurispatro.laicorum pro parte an derogari possit.*

68 Item sine in totum competat laico,sive in parte:nam si laicus habeat partẽ iuri spatronatus in ecclesia, etiam oportebit derogare,licet altera pars cõpeteret ecclesiæ,gl.in c.uno.de iurepatro.lib. 6. quamuis Rota decis.266.in antiq [sub tit.de cõces.præb.decis.45.]teneat contra primam tamen tenet Feli.in tract. quando literæ Aposto.noceant patro.in 6.ampliatione.

69 Et in hac patria sicut non recipitur derogatio iurispatronatus laicorum, quãdo in solidum spectat ad eos, ita non recipitur,quando competit illis pro parte:vt vidi seruari,& scripsi in glos.vnum collatorem in §.1.de mand. Apostol. in concord. Paul.Paris.cons.35.ad veram,num. 16.& seq.in 4.vol.quamuis Alexan.6.statuerit hoc casu derogari posse.

*Derogatio iurispa semper in bulla fasienda, alias nõ valet.*

70 Adhæc quamnis doctores asserant valere prouisionem beneficij factam sine derogatione,quando laicus ex cõsuetudine, præscriptione vel priuilegio ius acquisiuit præsentandi:tum quia talis non est patronus,licet iuspatronatus acquisiuerit:vt docet Calde.cons.19. concessum, hoc tit. & Gemin. cons. 45. consuetudo. colu. 3. tum quia cessat ratione retrahantur à fundatione,quia is nõ fundauit: docet Fede. cons.65 & Car.cons.69.vacante, col.2.

71 Tamen ego in praxi non vidi fieri differentiam, sed semper derogationem in bulla vidi insertam, alias subreptitiam iudicatam: quia praxis has non curat subtilitates: vt supra dictum fuit.

*Derogatur fundationi, in specie, non in genere.*

72 Vltimo nota quod Papa solet etiam derogare fundationi beneficiorum, etiam si in illa caueatur expresse, quod obtinens tale beneficium teneatur in illo residere personaliter, & intra annum ad sacerdotiũ promoueri:uel quòd teneatur in principio esse sacerdos,& cum illo non possit aliud obtinere beneficium.

73 Sed non solet Papa derogare, quãdo derogari petitur fundationi in totum, & quo ad omnes eius partes etiã non expressas,uel exprimendas: possunt. n.esse tales quibus Papa nollet derogare: & hoc expressim firmat Staphil.in d.trac.de literis gratiæ.vbi supra.ver.vltimo non omitto.

74 Et sic Papæ exprimi debet,super quo petitur derogatio in specie,non in genere ratione confusionis vitandæ. Hactenus de iurepatronatus laicorum.

*Clausula de speciali ad vitam quid denotet.*

75 ¶ Et de speciali ad vitã &c.] Quæ denotat impetrantem minores & principales obtinere posse dignitates, de quibus in corpore facta est mentio.& de speciali Papę gratia est in reg. Alex.6.in tit.de signatura gratiæ,& tit.de dispens.in princ.

*Clausula quòd verior expressio fieri omniũ possit.*

1 ¶ Et quòd præmissorũ omnium & singulorum denominationum,nominum, & cognominum, qualitatum,annexorum,situationis fructuum de augendo & diminuendo,ordinum dependentium,annorũ diœc. aliorumque circa præmissa necessariorum maior, verior seu amplior expressio seu specificatio fieri possit ]

2 Ista clausula iusta est,& summę vtilitatis: nam interdum multa omittuntur in signatura, quæ non possent in bulla supplerisi nõ adesset ista clausula : nec valoret impetratio tanquam subreptitia,idab ista clausula supplet.

*Quando omnia, & singula exprimi debent,non sufficit generalis expressio.*

3 Primo vult quod omnia & singula verius exprimi possint: & nota quod quãdo omnia sunt exprimenda,ac singula, tunc non sufficit exprimere in genere, sed debet fieri expressio cum omnibus suis qualitatibus,& circumstantiis,per glo.singul. in verb. omnia & singula,in c.vt circa,de electio.in 6.Barba. in c si quis presbyterorum,col.2.de rebus eccl.non alienand. & ita geminatio multi est mométi: vt Docto.scribunt in l. balista. ff. ad Trebell. & Corse.in suo tracta.de geminatis.

*Denominatio uerior fieri potest.*

1 ¶ Denominationum ] Si recte nõ fuerit denominatum beneficium in signatura,ratione huius clausulæ exprimi verius poterit: upcaui enim S.Ioannis,& erat. S. Petri: poterit hæc denominatio corrigi,&

verum nomen exprimi: nec obest l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. 1. vbi nominatio appellatiui nominis non pōt mutari, quia fac esse, sed illud nolumus mutare, nempe si vocetur Sancti Seuerini, vt dicatur Sancti Ioānis: sed volumus quòd si per errorem expressero beneficium Sancti Seuerini, vel Sancti Iusti, vt verum nomen & nominationem exprimere possim, & ad hoc tendit ista clausula: nil enim est tam contrarium consensui, quàm error, qui imperitiam detegit. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iudi.

*Nominis correctio an in præbēdis fieri possit.*

1 ¶ Nominum & cognominum.] Hæc clausula operatur, quia si quis impetraret præbendam & canonicatum vacantem in ecclesia Parisi. per obitum Titii, & tamen vacauit per obitum Ioannis, non debebitur impetranti: nec poterit corrigi, nisi ista clausula adfuerit vel alia similis, videlicet quòd nomen & cognomen vltimi possessoris melius specificari possit: alibi de hoc scripsi post Felin. in c. significante, de rescrip.

2 Diuersum est in impetratione bñficij, in qua error in nomine possessoris defuncti non vitiat, ideo in bulla corrigit error poterit: quia falsa demonstratio non vitiat. l. falsa. ff. de conditio & demonstrat. abūdè Paulus Paris. consilio 15. circa col. 2. in 4. vol nu. 8.

3 Sed in præbendis non potest constare de corpore præbēdæ, ideo est incertitudo, quæ vitiat prouisionem. capitul. secundo, de electio. in 6. vnde ad vitandum opiniones solet addi hæc clausula, vt verior specificatio fieri possit nominis & cognominis &c. & si non appareat de morte plurium canonicorum, nominis error & cognominis corrigi poterit: quia non potest intelligi, nisi de illo: sed si plures essent vacantes præbendæ per mortem plurium, non posset hoc corrigi, alioqui liberum esset alicui, quam prębendam vellet declarare, quod est absurdum, maximè vbi præbendę sint inęquales: vt in ecclesia sancti Hilarij Pictauiensis.

*Nomen impetrātis & cognomen per hāc clausulā corrigi nō potest.*

4 Per hanc tamen clausulam non poterit corrigi nomē impetrantis, nec cognomen: quia illud impetrās scire debebat, & exprimere: nec tam stultus est quis, vt nomen suum, vel cognomē ignoret. l. fin. C. de hæred. instituen. licet apud Plinium lib. 7. legamus Coruinum Messalam etiā proprij nominis oblitum. Et quando constat de corpore beneficij, nomen & cognomen defuncti verius exprimi potest per hanc clausulam, vel expressio vnius: ideo hæc clausula non debet omitti.

*Nomen patroni ecclesiæ corrigi non potest.*

5 Solent ēt quidā addere nominum patroni, vel patronæ ecclesiæ, seu patronorū verior expressio fieri possit: & hoc etiam bonum est, cùm nomen sancti in impetratione sit exprimendum. c. quāuis, vbi glos. de pręb. in 6. tamen etiam si non exprimatur, per hanc clausulam corrigetur.

*Qualitates quæ in bulla corrigi poterūt.*

1 ¶ Qualitatum.] Non solùm qualitas personæ debet exprimi, vt si sit Archidiaconus, vel alia præditus dignitate. c. Ad aures, de rescript.

2 Sed etiam qualitas beneficii, si sit curatum vel dignitas. c. cùm in illis, de præbend. lib. 6. & glos. in regul. cancella. 63. dicit ꝙ vera qualitas tantum poterit exprimi, sed omnes simul non. & ita dicit se habere stylum curiæ Romanæ.

3 Et duplex est cura: vt patet ꝙ Panor. in c. dubium. no. 9. de electio. post glos. in extrauag. Execrabilis, in verb curam animarum, in extra. Ioan. 22. scripsi in tract. nominatio. q. 9. nu. 47. [Vide inferius in verb. etiam situationis, & hic conuenit.]

*Impetratio beneficij intelligetur non curato.*

4 Imò si quis impetret tale beneficium sancti Ioannis, si aliud non exprimatur intelligetur negatiue, videlicet quòd nō sit curatū: & si impetretur prioratus, in bulla dicetur nō curatus: hoc est expresse statutum in regul. cancella. 63. Innocen. & nūc est repetitū in regule Iulii Papæ moder. regula 68. Ideo non valebit impetratio, nisi ponatur hęc clausula, ꝙ maior expressio qualitatis fieri possit, non obstan. regula cancella. & tunc non intelligetur negatiue. sed exprimetur in bulla veritas.

*Ætatis quando verior expressio fieri possit.*

5 Ista tamen clausula non prodest, si impetrans curatum minor sit 25. annis, & nihil dixerit de ætate: vt in c. Super inordinata, de præben. ideo ego soleo addere, quod etiam ætatis verior specificatio fieri possit, quando impetratur beneficium pro minore vigintiquinque annis: & multis per hanc clausulam seruari beneficia, quæ amississent in iudicio.

*Expressio defectus natalium quando fieri possit.*

6 Non prodest etiā hæc clausula illegitimo, quia in supplicatione tenetur exprimere defectum natalium, nisi & in corpore, & in his clausulis esset, non obstāte defectu natalium: vt dicetur inferius in dispensa. super defectu nataliū: vel nisi diceretur quòd etiā defectus natalium verior specificatio & expressio fieri possit.

7 Imo per istam clausulam non posset expri-

exprimere, & esset de coniugata genitus, uel de moniali, nisi hoc expresse dictum in supplicatione esset, & in corpore, & in dispositione: vt docet Felin. in c. Postulasti, de rescript. ideo soleo addere hãc clausulam, quòd defectus natalium, verior & maior exprimi possit, etiam si de coniugata, vel moniali, uel alius quicunq; etiam maior defectus adesset &c.

*Hæc clausula an prosit in secunda bulla quod maior expressio fieri possit.*

8 Præterea ista clausula non prodesset, si semel quis bullas expedierit, in secunda expeditatione. nam omnis actus & expressio debet intelligi de primo, l. boues. §. hoc sermone, ff. de verbor. significatione, c. non potest de præbend. lib. 6. iõ bonum est addere huic clausulæ, quòd verior expressio fieri possit, etiam in prima, secunda, & vlteriori expeditione non obstante regula: & sic placuit Alexand. 6. in titul. de signa. gratiæ.

*Annexa beneficia exprimi possint & debeant.*

1 ¶ Annexorum.] Etiam non prodesset hæc clausula, vt in bulla possint annexa beneficia exprimi: quia à iure regulariter non exprimuntur, quando sunt annexa accessorie, unum uidelicet alteri, secus si æque principaliter, doct. per illum tex. in c. Super eo, de præb. lib. 6. Bertran. cons. 2. nume. 44. in 3. volumi. ex prima editio. Panorm. & alii in ca. extirpandæ, §. qui uero de præben.

2 Et quia posset aliud exprimere, quàm de quo prius intellexit, ideo bonum est apponere hanc clausulam, quod etiam annexorum fieri specificatio possit, & prodest si sint annexa beneficia æque principaliter: de quo uide quæ not. in tract. de vnionibus, infra.

*Expressio vnius beneficij non valet, sed eius cui est vnitum.*

3 Imo si quis impetrauerit ecclesiã parrochialem S. Mauritii, quæ tamen erat annexa ecclesiæ parrochiali sancti Iuliani, & dixerit eam uacare per assecutionẽ alterius parrochialis ecclesiæ, non ualebit impetratio, quia non expressit parrochialẽ, quam debebat exprimere.

4 Nec poterit hoc corrigere in bulla, maxime post processum inchoatum, quia hæc non est verior expressio, sed alia, quæ non potest fieri: ideo noua impetratione opus erit, nisi forte hæc clausula prægnãs in supplicatione scripta fuerit, & annexorum utriusque, &c. Cardi. in cle. per literas. q. 17. de præbend.

*Maior dignitas & principalis*

5 Item ratione huius clausulæ, quod qualitates exprimi possint, non poterit tamen exprimi maior dignitas post pontificalẽ, nec principalis in ecclesia collegiata: quia est ibi duplex reseruatio, & illa non debetur, quando etiam prouideri mãdatur de ecclesia. c. fi. de præb.

*an possit exprimi huius clausulæ ratione.*

6 Nec poterit extensio fieri, quæ in aliã speciem extensionis transeat. arg. l. si quis ex consensu. C. de episcopo. audien. sequitur Pau. Paris. cõs. 42. q̃tũ, nu. 23. in 4. vo.

*Extensio quando fieri in bulla possit.*

7 Quod non procedit, quando clausula ista esset iuncta cum clausula generalem reseruationem importãte ex quauis causa, etiam dispositiuè in literis exprimenda, &c. & hoc quando in corpore signaturæ de maiori vel principali erat expressum. & in partis petitione: quia verisimile est, quod concessio ad petitionem referatur. l. si defensor. §. 1. ff. de interrog. actio.

8 Imo etiã si quis impetrauerit omnia beneficia, q̃ talis familiaris Car. &c. habebat cum clausula, quod qualitates exprimi possint: adhuc nõ poterit exprimi maior, vel principalis, vel quod sit conuẽtuale: & iste est stylus cur. Rom. quia istæ qualitates specialius exprimi debent.

*Episcopus non dicitur familiaris cardinalis quia maior.*

9 Potest tamen conscribi in signatura, q̃ exprimi possit, si d. N. episcopus fuerit familiaris, & continuus commensalis alicuius cardinalis, dum in minoribus ageret: sed non potest dici, quod episcopus sit familiaris alicuius cardinalis, cum episcopus in ordine sit maior presbytero: vel diacono cardinali, & ideo Papa vocat se episcopum: vt patet in procœmio Decre. & libro sexto, scripsi in §. si quis vero, de coll. in Concorda.

*Clausula situationis quid prosit.*

1 ¶ Etiam situationis.] Nõ poterit quis ratione huius solius clausulæ, quod maior expressio, &c. exprimere hanc qualitatem, quod beneficium est situm in ecclesia, in qua impetrãs aliud ibidem obtinebat: quia est alia incompatibilitas, quòd duo habeat sub vno & eodem tecto. c. literas, de concess. præb. ideo uoua impetratione opus erit vel rescripto perinde valere, quod ex hac signatura elicietur.

2 Nisi fuerit additũ huic clausulæ, quod maior specificatio fieri etiam situationis possit: tunc poterit exprimi quòd beneficium est situm in tali ecclesia, in qua aliud, & tale N. habeo: quod est notandũ: quia ista nõ reperiuntur scripta à iurium interpretibus: qui istam praxim parũ nouerunt. Vides igitur, quòd clausula, maior expressio fieri possit, &c. non prodest, si habeas beneficium in ecclesia, in qua aliud impetras: secus si addas, etiã ratione situs vel situationis.

3 Exprimi ergo debet, quòd beneficiũ sit curatum, per d.c. cùm in illis, de præb. lib.6.& supra dictum fuit.

*Cura iurisdictionalis nõ est exprimenda.*

4 Limitant quidam si haberet curam iurisdictionalem, tunc impetratio non vitiatur, si illa cura non exprimatur: vt si impetretur archidiaconatus, non est necesse exprimere curam fori contentiosi, quia archidiaconus eam de iure habet. capitu.1.& capitu.ad hæc, de offic. archi. & hoc docet Felin. in capitu. super literis, colum.5. nume.8. in secunda regula, de rescrip. vbi etiam dicit illud non indigere expressione, quod a iure certum est: nẽpe summus Pontifex omnia iura in scrinio pectoris habet. capitu. 1. de constitutio. in 6. ergo in iure nemo potest illi imponere, maxime Iulio tertio nũc Põtifici maximo, qui in his maxime versatus fuit.

*Cura fori contẽtiosi non inducit incompatibilitatem.*

5 Nec talis cura inducit incompatibilitatem cum alio curato, per dictũ extraua. Execrabilis, in fin. nec gratia iudicatur subreptitia, si impetrans non expresserit illam curam: sed subreptitio esset, si non exprimeret esse dignitatem.

6 Nam consuetudo facit in aliquibus ecclesiis esse dignitatem, quæ nõ est in aliis. doct. in c. cum accessissent, de constitutio. & c. de multa, de rescr. cautus est tamẽ, saltem cõditionaliter, exprimere per hęc verba, cui forsan cura imminet iurisdictionalis, ne de subreptione bulla arguatur. si tamen archidiaconatus non sit dignitas, non oportet hoc exprimere.

*Plebania est exprimẽda, & qua sit.*

7 Ad hoc non sufficeret exprimere curatum esse beneficiũ, si esset plebania quæ habet sub se capellas, in quibus perpetui clerici instituuntur, c.1. ne cleric. uel monac. lib.6. sicut est ecclesia parrochialis S. Firmini Montispessulani, sed oportet exprimere plebaniam, seu præposituram, cui cura parrochianorum dictæ ecclesiæ, quæ etiã parrochialis existit, imminet animarum: & cuius fructus &c. sed forte per istã clausulam, quod maior expressio fieri possit omnium qualitatum, hæc qualitas plebaniæ in bulla exprimi posset.

8 Nec sufficeret dicere dignitatem, si esset curata, sed debet exprimi curata, nisi per istam clausulã suppleatur, per capitu. cum in illis, de præbend. lib. 6. de Rota. decisio. 202. in antiq. sub titu. de rescript. decis. 37.

*Impetratio facta de*

9 Si tamen aliquis expresserit beneficiũ, cui imminet cura animarum, & tamẽ est beneficium simplex, non præiudicatur impetrãti, quominus valeat impetratio: quia Papa facilius con cessisset simplex, quàm curatum: ideo non potest dici subreptitia impetratio: ut docent Domini de Rota decis. 662. Papę supplicat, in antiq. sub tit. de rescrip decis. 73. per c. cui licet, de reg. iur. lib. 6. facit tex. a contrario in c. postulasti s, in fi. de rescrip.

*curato si sit simplex uacet.*

¶ Fructuum, &c.] Etiã vt uerior expressio fieri possit fructuum, de augendo uidelicet vel minuendo, superius explicatum fuit, ob id non repetam. Sed nota, quod si Papa concedat, vt uerus valor exprimi possit, tunc poterit exprimi quicunque valor, & ad quamcunque summam: secus si dicatur quod uerior valor augeri possit, eo casu augebitur vsque ad tertiam tantum partem: vt statuit Alex. 6. in titu. de deroga. iurispatro.

*Differũt ut uerus valor augeatur, uel exprimatur.*

¶ Ordinum.] Etiam permittitur ut expressio ordinum verior fieri possit, dixi beneficium esse ordinis Sancti Augustini, & est ordinis Sancti Benedicti: hoc ergo in bulla exprimi poterit: & istud non debet poni, quando impetratur seculare beneficium, sed tantum quando regulare, quia non conueniunt seculari, cum nullius sit ordinis beneficium seculare: nisi dicas, quod expressio ordinis fieri possit, si in fundatione requirebatur ordo sacerdotii, uel diaconatus, & tunc huius clausulæ nomine poterit hic ordo exprimi: nota quod ordo debet præcedere diœcesim, sed non ciuitatem: vt est in stylo Hiero. Paul. fol. 22.

*Ordo quando exprimi possit.*

¶ Dependentium. ] Aliquando beneficium dependet ab alio monasterio, & per hanc clausulam exprimetur in bulla esse dependens a tali monasterio. in cap. cum singula, de preben. lib. 6.

*Dependẽs quãdo exprimi possit*

Item quando sunt plures gratiæ in vna supplicatione, quarum aliqua venit limitanda, tunc dicetur, Fiat, vt petitur, & in forma iuris, & sine præiudicio, & de consensu, & de uno curato, &c. ut statuit Alexan. 6. in tit. de signa. gratiæ.

*Plures gratiæ i una signatura quando ueniunt limitandæ.*

¶ Annorum. ] Etiam hoc uerbum ponitur, ut anni uerior specificatio fieri possit: ut si forte dixerim anno trigesimo uacasse, nunc volo exprimere quod anno trigesimoprimo hoc ratione istius clausulæ potero: sed istud uidetur superfluũ, quia annus vacationis non solet exprimi, sed q̃ nuper vacauit &c. sed forte annorum impetrantis expresso verior fiet, per hoc verbum, mensis vero est exprimendus, quando va-

*Annorũ & mensiũ quando in signatura fit faciẽda mentio.*

do vacauit in mensibus graduatis deputatis, ac nominatis, alias prouisio esset subreptitia ratione intentionis Papæ, quia non intendit derogare concordatis: vt patet in titul. de firma, & irrenocabili concorda. stabilita, ergo oportet q̃ Papa exprimat, quando cõfert non graduato, nec qualificato ratione præuentionis, q̃ illud beneficium vacauit in mẽsibus graduatorum & qualificatorum, alias prouisio nõ valebit, per §. declarantes de mand. Apost. in cõcorda. vbi scripsi. & ibi alia videri possunt huic rei affinia: & sic verior expressio fieri poterit vel anni vacationis, vel fundationis, & mẽsis, ẽt per hanc clausulam nota.

*Diœcesis verior expssio fieri potest: & error in diœcesi non vitiat.*

¶ Diœcesis.] Etiam verior expressio fieri poterit, nam si dixerim beneficium esse situm in diœcesi Parisiensi, & est in Aurelianen. potero in bulla exprimere esse Aurelianen. error tamen in diœcesi beneficij non vitiabit impetrationem, si de corpore beneficij constet: secus est in errore ꝓpriæ diœcesis impetrantis. Felin. & alij in c. significante, de rescrip. argum. l. fi. C. de hæred. instituend sed per hanc clausulam poterit etiam diœcesis impetrantis verior expressio fieri, vt aliquid operetur. glo. in l. 1. ff. quod metus causa.

*Clausula aliorum necessariorum verior expressio fiat, q̃d operetur*

¶ Aliorumque circa præmissa necessariorum verior expressio fieri possit.] Hæc clausula generalis non operatur, vt quod libet verbũ mutari possit, sed aliquod ad hoc necessarium, vt bulla valeat, & impetratio, per l. quoties primam, ff. de verborum obligat. nam si certa ætas narrata fuerit, alia exprimi non poterit: vt statuit Alex. 6. titu. de signatu. gratiæ, vbi plus dicit delendam clausulam, quod ætatis verior expressio fieri possit, in signatura sit conscripta: nam ætas vere exprimi debet: quia Papa infantulis neutrices dare non vult, sed hoc relinquit matribus.

*Maior expressio quando dicatur.*

¶ Maior, verior, seu amplior expressio fieri possit.] Maior dicitur, ergo minor fieri non poterit expressio: unde si quis in supplicatione dispẽsationis dixerit se doctorem, vel nob lem, non poterit postea dicere se scholasticum, cap. ad aures, de rescrip. vbi Panor. & alij, quia literatura & nobilitas inducunt Papam ad dispensandum, cap. de multa, de præben. quæ si cessent non valebit dispensatio, quasi sine causa, c. non est, de voto, vbi glo. not. nec dicere poterit se simplicem clericum, si prius dixerat se sacerdotem, & sic de similibus.

Item dicitur maior: vnde oportet aliqua prius expressisse, ideo nõ valeret hæc clausula, si quis impetraret beneficium vacans per modum in literis exprimendũ: nisi aliquis modus fuerit expressus: quia maior expressio fieri debet, non tota expressio: vt supra dixi in vacandi modo, in hac forma signaturæ.

Maior ẽt ratione fructuum fieri poterit, non minor: vt superius dictum fuit: & quamuis multis modis dicatur maior, ut docet gl. in c. lex. 2. dist. Panor. & Felin. in rub. & in c. statuimus, de maior. & obe. tamẽ hic accipitur maior expressio. i. magis ampla, & verior: ergo oia mutari nõ poterunt: imo si in signatura esset hæc cla, q̃ oia noia, & cognomina diœcesis, & c. mutari possint, ista cla deleri debet: nec dẽt Papa eam clam approbare tanquam incertã ut statuit Ale. 6. in suis reg. de sig. gratiæ.

*Clausula quod oia mutari possint non valet.*

Item dicitur specificatio: significat. n. quod generaliter dictum fuit supplicatione, ut in speciem redigi. possit in bulla: sicut dicit tex in l. adeo. §. cum quis ex alienа materia speciem aliquam suo nomine fecerit. ff. de acquir. rer. dom.

*Specificatio & expressio quo mõ intelligãtur.*

Ad hæc expressio fieri non potest, ne ratione taciturnitatis, & non expressionis. bulla sit subreptitia, sed non dicit q̃ fieri possit omissi: unde expressis in signatura substãtialibus nõ est omittendũ in bulla, nec alias ipsa debet expediri: qa nihil est ex necessarijs omittendum, l. Diuus. ff. de in integ. rest. Aliaq; prout occurrent corrigi poterunt, ſm naturam & consuetudinem mensulariorum, & stylum Cur. Ro.

*Expressio fieri põt non omissio.*

Clausula, *in literis latissime extendẽda*, operatur: quando Papa uult derogare regulis Cancellariæ oportet q̃ in bulla inseratur ad uerbum illa regula, in narratione: ut docet Gome. in proœ reg. Cancel. q. 6. Tamen si in signatura dicatur, cum derogatione regul. cancell. in literis latissime extendenda, tunc in bulla extẽdi ad uerbum poterit, & derogari: allegat Feli. in c. nonnulli, de rescr. Etiam prodest hæc clausula, ut si quis uideat sibi utilius habere literas perinde ualere, ut etiam extendi possit bulla, & confici, ex hoc rescripto perinde ualere &c. Alium effectum uide in bulla dispensationis in uerb. ac constitionibus, &c.

*De clausula ĩ literis latissime extendẽda quid prosit.*

*De cla cũ derogatione statuto-*

1 ¶ Cum derogatione statutorum, priuilegiorum, indultorum, & literarum Apostolicarum.] Ex hac clausula conficitur alia clausula in fine bullæ posita, non ob-

*vñ, quid operetur*

stantibus statutis, priuilegijs &c.

2 Debet tamen addi huic clausulæ cum derogatione statutorũ & priuilegiorũ ecclesiarũ, seu ecclesiæ, ẽt in confessione literarũ exprimendorũ, &c. vt postea in bulla exprimantur priuilegia, si opus sit.

*Nõ creatur canonicus ad affectũ, nisi in signatura hoc fuerit dictũ*

3 Per istam tamen clausulam non potest expediri bulla cum creatione in canonicum ad effectum, nisi in signatura sit expressum: nec creabitur quis canonicus in bulla, si in signatura hoc non fuerit dictũ: vt scripsi in forma mand. in concord. & in titul. de reseruat. & per hoc vidi aliquem amisisse dignitatem, quam impetrauerat: quia non fuerat in bulla, nec in signatura creatus canonicus ad effectum: & consuetudo erat in ecclesia, quod non reciperetur quis ad dignitatem, si non esset canonicus: de quo ample scripsi in §. fin. de reserua. in concorda.

*Clausula vt derogationes possint simul expediri vel ad partem &c. de quo prosit.*

4 Etsi in prima bulla non fuerit derogatum sufficienter statutis, nõ poterit expediri alia in bulla, nisi illã reintegra trãscribas, & reformes: vel si in signatura fuerit, quod derogationes possint simul expediri, vel ad partẽ, prout vtilius impetranti fuerit: quam soleo apponere, vt melius & tutius parti consulatur.

*Per derogationem omnia obstantia tollũtur.*

5 Item per hãc clausulam omnia obstãtia gratiæ, quæ ex narratis colligi possunt videntur tecite esse sublata: licet in gratię conceptione nihil de illis tollendis sit expresse dictum: vt docet Aegid. Bella decision. 333. in causſa. Cardi. & Feli. in cap. super literis, col. 6. num. 9. in 4. reg. de rescri. Alia super his dicã inferius in bulla.

*Deroga tio in literis executorijs apposita non prodest.*

6 Ad hæc ista derogatio in literis executorijs apposita nõ sufficeret, ꝑ text. in cle. 1. in fin. de præb. nam clausula adiecta in executorijs non ampliat gratiam. Calde. consil. 16. de præb. quem refert & seq. Frãcis. Curt. cons. 3. placet, col. 1.

*Expressa regularũ cancellariæ derogatio fieri debet.*

7 Etiam cłę appositæ in executione nõ ampliãt principalẽ dispositionẽ, vt docet Petr. Paris. cons. 54 pũti, nu. 35. in 1. volu.

8 Ad hæc non sufficiet ista derogatio quo ad regulas cãcellariæ, nisi dicatur cũ derogatione regularũ cancellariæ: vt expresse docet Gomes. in proœm. reg. q. 5. & seq. vbi dicit debere apponi clausulam nõ obstan. reg. cancella. latissime extenden. vel quorum tenores, &c.

9 Etiam hæc clausula non obstan. non operatur vltra narrata. Dec. cons. 10. viso puncto, col. 3. nec tollit alios defectus nõ expressos: vt plene docet Fel. in c. nonnulli, de rescript. & Curt. cons. 49. refert & sequitur Paul. Parisien. cons. primo, nu. 90. cum sequent. in 1. vol.

*Clausula deleta nõ prodest.*

10 Itẽ nota quod si clausula deleatur in signatura, illa nihil prodest: vnde dicunt Dom. de Rota decisio. 561. cancellaria. in antiq. [sub titul. de rescript. decis. 50.] ꝙ si Papa aliquam cancellauerit clausulam in decisione, cẽsetur cõcedere omnia alia quæ alias ex regulis cãcellariæ per simplicem signaturam non viderentur concessa. quod probat Fel. in d. capit. Super literis, col. 6. nu. 9. de rescript.

*Deleta clausula in libro signaturarum an scribi debeat.*

11 Si tamen reformetur signatura cũ omnibus clausulis, nõ debet clausula deleta conscribi, quia ꝑ nõ scripta habetur l prima, & per totũ, ff de his qui in testam. de lent. l fin. C. de elect. diui Adria. tollend.

12 Quod limitatur in sumpto signaturæ. nam si ex hac clausula mens Papæ cognoscatur, vel bulla ex hoc impugnetur, debet tota etiam cancellatio à Papa conscribi in hoc sumpto supplicationis, in quo scribuntur omnia verba signaturæ ad hoc vt intẽtio Papæ dignoscatur: vt deinceps ex illo libro omnia extrahi possint.

13 Vnde cum Papa nollet conferre prioratum sancti Martini de campis Paris. ali quis impetrauit prioratum sancti Nicolai, qui forsan est in suburbiis Paris. hæc verba, Qui forsan, fuerunt à Papa deleta, tamen bullæ fuerunt postea extortæ, & in illis fuit dictum, ꝙ beneficiũ erat sitũ intra ciuitatẽ Paris. certe apparuit ex sumpto signaturæ deletæ in illis verbis, Qui forsan, &c. ꝙ Papa noluit conferre illum prioratum situm Paris. quia iam contulerat, ideo fuit vltimus excluſus.

*Signatura cũbulla est cõferenda ad recte iudicandum.*

14 Quod est notandũ, quia debes videre signaturam, & cõferre cum bulla, & poteris cognoscere in quo bulla excedat signaturam, sed pauci hoc intelligunt, vt verũ fatear: ideo ista scripsi: nã trapezitæ artẽ eorum secretam habẽt, quæ per ista patebit, vide quæ scripsi in glo. pro expressis. in vers. 30. in forma manda. in concorda.

*Signatura prędecessoris nõ mutatur a successore.*

15 Notandum est quod supplicatio signata per prædecessorem non solet mutari, nec corrigi à successore, quando sunt plura verba, quæ non cõprehenderentur sub verbis mutatis sed debent impetrari literæ de perinde valere, cum clausula ꝛationi congruit, si quis dubitet de prima impetratione: nam si Papa destrueret ꝙ eius antecessores statuerunt, non constructor, sed euersor iuste comprobaretur. ca. si ea.

25. quæstio. secunda: dixi in forma man. n concorda.

16 Nec potest successor ēt declarare, non dicam mutare voluntatem prædecessoris. no. in l. Pompo. §. fi. ff. de rei vendic. & l. inter, §. 1. de verbo. obliga. quia plurium nō est vna volūtas. l. qa poterat. ff ad Trebel. capitul. quia, de concessiōn. præbend.

17 Si autem omissa sunt talia, quæ commode poni possunt ex verbis signaturæ, seu radendo, vel addendo, & tunc addi poterunt, cum error corrigi possit. l. si librarius. ff. de reg. iur.

*Rasura quando vitiet bullam, vel signaturam.*

18 Signa perpetuo, quod litura seu rasura vitiat bullam, si in loco sit suspecto, alioqui non, per capit. ex literis, & c. inter, de fide instru. & litura sit, præsumitur propter bullæ auctoritatem facta per officiales curiæ Romanæ c. fin. vbi no. de crimine falsi, hoc expresse dotet Aegid. Bellamera in capitul. in memoriam. column. 3. in 19. distinct. & poterit quis Romæ sciscitari, an hoc fuerit ab illis factum, si de hoc dubitetur.

*Contra principes non concedūtur literæ sine signatura In bulla non solet exprimi collator nisi in vnione,*

19 Etiam contra Reges & princeps, vel magnos duces nō dantur literæ à Papa sine signatura: vt docet Prouincial. fol. 20. versic. cōtra Reges, vt in aliquo eis deferatur: c. final. de officio delega in sexto.

20 Præterea quando prouidetur à Papa de beneficio ad collationē inferioris episcopi spectante, quamuis in supplicatione exprimatur collator, in bulla tamen non solet exprimi, nisi in vnione perpetua, alias vnio esset subreptitia, non. n. est dubium quin Papa saltem cum maiori difficultate feciſſet præiudiciū perpetuo collatori, c. super eo, de officio delega.

21 Idem si quis haberet priuilegium conferendi, nam & tunc illius mētio erit habēda, per notata in c. in nostra, p Feli. de rescript. Ideo cum ad Hierosolymitanos spectet collatio ex priuilegio, hoc exprimi solet, & in noua prouisione (vt in bulla videre est infra) solet exprimi collatio alterius seu prouisio.

*Vltima pars signaturæ*

1 ¶Datum apud &c.] De hoc dicam inferius in bulla. Ista est vltima per signaturæ: de hac data scripsi in forma mandat. in fi. in Franciæ concord.

*Signatura ancre datur, et in quibus casibus.*

2 Quæro, an soli signaturæ credat? breui respond. non esse credendum, vt statuitur in regu. 25. cancella. Innoc. 8. quia ibi signatura anre confectionem literarū vocatur informis: & hoc est hodie repetitū in illa regul. cancel. Iulii, Papæ 3. regul. 28. quod iudices non debent iudicare secundum signaturam, sed iuxta bullam.

*Bullæ ex signatura extrahitur.*

3 Quia quemadmodum scheda notarii non redacta in formam instrumenti non facit fidē, quousque fuerit de iudicis mandato in mundum, & ad longum redacta: l. contractus, & ibi Paulus Castren. C. de fide instrument.

4 Vbi plus dicit, quod si pars prius producat protocollum, non sufficit ad fidem faciendam, quia non est scriptura mūda, nec extēsa: sed requiritur vltima scriptura extensa, in qua actus ad longū deducitur sic potest dici de signarura, & bulla, vt primo bulla sit producenda: & si de ea dubitetur ad signaturā, ex qua extracta est, tanquam ad protocollum recurramus.

*Casus in quib⁹ signatura creditur.*

5 Primo fallit quando approbata per librum regiſtri signaturarū fuerit, quia tūc facit plenam fidem, sicut notarii procollū. tex. in authen. de tabellio. §. fina. colla. 4. & eo casu habebo sumptum, & valebit quo ad probationem: nam ex stylo curiæ Romanæ gratiæ Papæ possunt ex regiſtro sumi, & aliter probari q̄ per literas bullatas: vt habetur in proœmio Sexti Decretalium, & hoc expresse docet Antonius Butrig. in cons. 2. quod est repetitum cōs. 49. vilis literis. col. 2.

6 Et isti regiſtro ex stylo curiæ Romanæ nihil addi debet: & hoc ēt voluit Datarius Papę Pauli III. nec dies in eo scriptus mutari, & quod probet, consuluit Paul. Cast. cons. 344 in præsenti. in 1. vol.

*Signatura quando approbari possit.*

7 Secondo restringe quando alio modo fuerit approbata, & aliis adminiculis fulcita, vtpote per mēsularios expertos, qui deposuerunt eam bonam, & secundum stylum curiæ Rom. conceptā. arg. l. instrumēta. C. de prob. vbi creditur scripturæ priuatæ, si iuuetur aliis adminiculis, & multo fortius signaturæ.

8 Practica ergo est i Frācia, q̄ si nō possū obtinere bullā obstante ultimo belli, vel alio impedimento, vt impetrē literas Regias, p quas impedimētū narē, & petā mihi concedi, vt liceat approbare per experientes, dictā signaturam: & verificari, & concedi solet obstante & constante impedimento: & hoc vidi sæpius fieri, & hoc quandoque etiam sine literis per supplicationem, quando est notarium impedimētum, sed alias concedi nō debet: & de ista approbatione tradunt iurium interpretes, in authē. si quis in aliquo. C. de ēdēd. maxime Purpur. & interdum vidi Cardi-

*Approbatio signaturę quando & quibus fieri possit.*

nales quosdam approbare hanc signaturam, & permittere, ut ex sola signatura recipi fructus posset, quod non potest fieri: unde intrusus est, qui hoc facit, nec iste Cardinalis potest legé superioris infringere, cle. 2. de elect. sed mereretur priuari, quia hoc faceret, quia vult se constituere supra summum caput.

*Signatura an magis creditur quã bulla.*

9 Tertio fallit, quo ad conficiendã bullam signaturæ: creditur ad hoc ut bulla ex hac conficiatur, sicut ex protocollo notarii instrumentum conficitur: alias bulla confici non posset. nam Romæ abbreuiator solet signaturam ad uerbum describere in uno libro, si de ea dubitetur, ad illum librum recurremus tanquam ad prototypum, ut firmat Ant. de Butr. d cons. 2. uisis. col. 1. ubi dicit, quod quando aliter est sumpta minuta per uicecancellariũ & magis stricte, uel large, quã fuerat à papa concessa, tunc recurrẽdum est ad originale, per c. quoniam contra, de prob. idem repetit cons. 49. nisis literis.

*Aresiũ prosignatura cõtra bullam.*

10 Et ideo fuit iudicatum in hoc senatu pro signatura contra bullam: nam in signatura erat concessio beneficii, prouiso quod non esset de collatione Episcopi Pictauiensi, expedita erat bulla sine illa clausula, sed producta fuit signatura continẽs istam clausulam, prouisio quod non esset, &c. & probatum beneficium esse de collatione episcopi Pictauien. certe fuit iudicatum pro signatura, ut non ualeat collatio, licet in bulla nihil diceretur, quia signaturę statur quo ad contenta in ea, & plus quo ad hoc, quam bullæ, ut prædixi: nam signatura quo ad se, est gratia Papæ perfecta: ut est text. in c. cõstitutionibus. 25. q. 2. Rota decis. 882. nota quod vbi gratia. in antiq. [sub. tit. de rescrip. decis. 87.]

*Consentientib⁹ partib⁹ signatura stat.*

11 Quarto tempera consentientibus partibus, quæ si uelint ex signatura, quod pensio debeatur, uel credatur, exigi & credi poterit. ut scripsi in tracta. de pacific. poss. in nu. 1. 7. quia quilibet potest renunciare priuilegio, in fauorem suum introduct. l. pen. C. de pact. & hoc quotidie fit ut dicit in simili. text. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet.

12 Quãuis d. Probus in c. tibi qui. in addit ad Ioan Monac. nu. 13. de resc. teneat contrarium, dicens esse scripturam priuatam, ideo non facere fidem nisi in cancellaria, ut super ea sumatur per officiales curiæ forma, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse: absurdum enim esset secũdum, eum, si hoc esset per partes remissibile. l. nemo ff. de leg. 1.

13 Allegat simile de excommunicatione: sicut n. excommunicatio partium cõuentione tolli non potest, nisi absolutio sequatur: c. cum desideres. de sen. excom. Io. Monach. in cap. quicunque. colum. 2. illo titu. in 6. hæc d. Philippus Probus in d. c. tibi

*Stari potest signatura de partium consensu*

14 Ego vero dico, quod si partes velint stare signaturæ, ei stabitur: nam cũ partes sunt concordes, quid ad iudicem? quid. n. aliud agit prętor, quàm vt controuersiam dirimat? l. j. §. inde. ff. de noui ope. nunc. & iudex non supplet in his quæ facti sunt. l. vnic. C. quæ desunt aduoca.

*Partes vni testi credere pñt etiã odioso.*

15 Et hoc est introductum in merum fauorem partium, & principaliter, ego illi fauori renũciare partes possunt l. penult. vel odioso, vel mediatori, seu alteri testi inhabili. §. Quoniam vero. in authen. de testibus. colla. 7. multo fortius poterunt credere signaturæ.

16 Item probatio imperfecta potest reddi de consensu partium perfecta. l. fi. C. de testi. & vni testi credere potest pars, licet alias nõ credatur. l. Theopompus. vbi plene Bart. ff. de dote præleg. Feli. & alii in c. veniens. de testib. etiam sine iuramento. glo. in l. 1. ff. de ferijs.

*Super damnis dicto alterⁱ⁹ partis credi potest.*

17 Imo possunt facere partes, vt dicto alterius partis credatur super damnis & interesse: vt Bart. firmat in l. fi. ff. de prætor. stipula. & in l. iusiurandũ quod ex conuẽtione in prin fi. de iureiur. sequitur Ias. in repet. l. admonendi. col. 9. num. 200. ff. illo tit. & vt testi etiam infami adhibeatur fides. authen. si quis testibus. C. de testib. facit gl. sing. in auth. de testibus §. & licet in gl. & supplicijs. vbi multa addidi. colla. 7. doct. c. causam illo tit.

*Signatura nõ dicitur scriptura priuata.*

18 Et signatura non dicitur simpliciter scriptura priuata, quia est facta p officiales Rom. curiæ, ergo non est priuata, sed publica, & si priuata esset, non signaret eã Papa & signandæ videtur tacite mãdare, vt literæ fiant secundum signaturam nam postea Cancellarius scribit per quem fieri debeat minuta, postea ingrossanda. His verbis vtitur Nicol. Milius in reper. in verbo gratia Apostolica. q. 36. & quamuis esset scriptura priuata, tamen ex conuẽtione partium faceret fidem inter partes: vt plene probat Ias. in admonendi, col. 40. num 101. cum seq. ff. de iureiur. reprobando Inno. & alios contrarium tenentes.

19 Nec

19 Nec refragatur d.l. nemo potest. ff. de leg. 1. quia intelligi debet. de legibus introducentibus solēnitatem vel ius publicū, quod per partes non possit renunciari secus si ius aliquid in fauorem partium introducat, tunc partes illi poterunt renunciare: nec obest allegatio facta de excōica to, quia excommunicatio non est in fauorem partium introducta, cū sit medicinalis, c. 1. de sent. excom. lib. 6. igitur partes non pōt eam remittere, secus in signatura, vt possint illi credere, si velint: sicut possunt statuta etiam à Papa approbata reijcere, si in sitam tendant vtilitatem gl. & doct. in c cū accessissent, de const. & in c. 2. de ver. sig. in 6. [Et in facultate partiū non est aliquem excommunicatum absoluere, sed eius qui ligauit. l. si puellæ. ff. de sponsal. sed credere alteri possunt, vel disponere, vel per se credere. l. Theopompus. ff. de dote præleg.]

*Signatura ꝑbat contra supplicātem.*

20 Quinto fallit vt probet contra supplicantem qui eam dedit, vt postea per illā prēsumptiue probe ur, quod beneficium viuentis impetrauit: & ita seruat Rota, vt docet Dom. Gome. in q. 5. in commentariis suis super reg. de impetra beneficii viuentis, & pro hoc est tex. in l. cum preciū. C. de lib. cau. vbi statur confessioni supplicantis in eius præiudicium.

21 Et sic ex contentis in signatura iudicari poterit impetrans, forte si dixerit vacasse beneficium graduatorum, ergo probabit graduatis esse affectum, vel si dicat se obtinere beneficium, ex hoc condemnari poterit, quod in signatura dicit, nec poterit pro parte iuuari signatura, & pro parte non, postquam eam impetrauit.

*Per signaturā quæ fieri possint.*

22 Sexto etiam si mea signatura per fiat, signata sit, & tua per concessum, ego præferri debeo, & illi signaturæ statur reg. 31. cancel vbi abunde scribitur: & superius dixi rationem in 2. par.

23 Septimo si petatur aliquem in religio sum recipi, ac sibi de ecclesiastico beneficio prouideri: per simplicem signaturam fiet receptio, vt patet in reg. cancella. 65. & alia multa sunt, quæ per solam signaturam fieri possunt, quæ forte alias scribam.

[Octauo ex volūtate Papæ, vt si in ea dicatur, quod stetur soli signaturæ, & plenā faciat fidem, tunc per se faciet fidē, vt no. doct c. cum dilectus. de fide instru. per illum text.

*Concessio Papa*

24 Notandum est quod concessio facta à Papa in signatura, intelligitur secundum partis supplicationem c. inter dilectos. §. cæterum. de fid. instr. nam responsio intelligi debet secundum interrogationem, l. si defensor, §. q. interrogatus. ff. de interrog. act. pulchre Dec. cons. 33. viso puncto, col. 1. & cons. 373 viso consilio, col. 3. nu. 11. vers. 2. præsupponendum, & Soc. cōs. 12. viso processu, col. pen. & vlt. in 4. volum.

*facta in signatura secundum partis supplicationē intelligitur.*

25 Et quando supplicatio est certa, & limitata, & responsio ambigua: responsio & concessio declaratur, & intelligitur secundum supplicationem Bart. in l. si quis intentione. in fi ff. de iud.

*Papa ꝑ verbum fiat, à duabus excōicationibus absoluit si à parte petitū sic fuit.*

26 Ex quo infertur quod si quis petat absolui à duabus excōionibus, & Papa dicat, fiat, vt petitur, videtur ab illis duabus absoluere, secus si vna tantum fuerit expressa. arg. c. sedes. de resc. Panor. in c. cum pro causa. in glos. vlt. de sent. excom.

*Qualitas beneficij habetur ꝑ expressa.*

27 Item si in signatura petatur, quod qualitas beneficii habetur pro expressa, vel aliud: & Papa signet fiat, vt petitur, valebit gratia, ac si qualitas expressa esset vel aliud exprimendū. Ant. Butr. cons. 2. visis literis. col. 1. quē refert. & sequitur. Feli. in c. super literis. col. 6. re. 4. nu. 9. de res. alias si expressio qualitatis omittatur gratia est nulla. c. ad aures. ibidem, vt supra scripsi.

*Negatiue intelligitur impetratto si simplex fuit expressio.*

28 Et si qualitates non sint expressæ in signatura cōditionaliter, vel affirmatiue, in bulla fiet expressio negatiua, videlicet talis impetrauit beneficium S. Pauli, non exprimens esse curatum in supplicatione, in bulla dicitur beneficium S. Pauli non curatum per reg. Innoc. 63.

*Dispensatio est nulla, in qua non fit qualitatis mētio.*

29 Illa tamen regula non habet locū in dispensationibus, in quibus si non fiat mētio qualitatis dispensatio est nulla. c. non est. de præb. in 6. quia regula in impetratione beneficii loquitur, non autem in dispensatione ideo non valebit dispensatio in qua aliquis narrauit se obtinere beneficium S. Pauli, nec negatiue dicetur non esse curatum.

*Concessio ad tē pus petitionis refertur*

30 Et si pars narret beneficium vacasse certo tempore, videlicet in mense graduatorum, & petat sibi cōferri: & Papa dicat, fiat, præsumitur facta concessio cum eodē tēpore, per tex. arg. in l. quæro. 3. ff. de ædi. edict. Bal. in l. 1. col pen. nu. 13. C. de ædil. actio. sic consuluit Dec. cons. 103. in casu. col. pen. in 3. vol.

*Principes simpliciter cōcedendo*

31 Et si quis porrigat principi supplicationem multa petendo, si princeps simpliciter rescribat, omnia concedere videtur: vt consuluit Rom. cons. 80. confirmanda.

Idem

*omnia petita concedere videtur.*

Idē videtur decidere in simili casu Alex. in cons.84.in causa vertēte,nu.4.col. vlt. in 1.vol.& cons.94.in causa.nu.3.in 2.volum.& plura cumulat Hipp.cons.75. Clementissimi,nu.8.cū seq.sicut quando plures postulant aliquid, & Papa simpliciter concedit,nempe omnibus cōcedere videtur:quia nō est ratio cur vni potius,quam alii concedat.arg.l.cum vnus. in princ. ff. de bon.auth.iud.poss.

*Reformatio ex vna cānō cōtinet aliam Cācellatio Papę prodest quo ad non cācellata.*

32 Sed si petā bullam reformari, ex vna causa & ratione vni⁹ defectus,& dicatur, fiat:non intelligetur ex alia causa,vel defectu,per d.c.inter.Fel.abunde in c. super literis.col.6.de rescript.

33 Fallit quando Papa limitasset, vel cācellasset aliquam partem,tunc.n. concessioni limitatę stabitur. Panor.in d.c.inter. col.3.per illū tex de fide inst.vnde quādo petitio, indeterminata fuit, vtpote quia petiit secum dispensari de non promouendo, & concessio fuit determinata, vtpote de non promouendo ad duos annos,tunc cōcessio attēditur. Panor.in c.2.de treu. & pace.Fel.in d.c.super literis, col.6. nu. 10.Jas.in l.Gallus.§. item credēdum.nu. 10.cum seq.col.3.ff.de lib.& posth.

34 Vnde etiam si quis petat dispēsationem ad obtinēdum præbendam & dignitatem in eadem ecclesia, etiam electiuam si Papa cancellet illa verba, etiam electiuam,videtur alia concedere,& hoc cācellatum denegare. allegatur, l. tribunus. in fi ff de milit.test. hoc nominatim concludunt Dom.de Rota decis. 561. cancellaria,in antiq.[sub tit.de resc.decis.10.] nā qui vnum negat, aliud cōcedere videtur. l.cū prætor.ff.de iud.c.nonne.de præsum. Io.de Selua in tract.de ben.in 3.par.q.12 in qual.19.num.33.

*Quæ spāliter concedi debent per verbum fiat non concedūtur.*

35 Secundo fallit in his quæ debent specialiter & expresse concedi:tunc si non sit in signatura expressum,concessum non cē setur,sed neglectum: quia si Papa voluisset, concessisset illud. c. Ad audientiā.de decimis,sit si petatur,q̄ summarie procedi possit,si Papa non dicat,audiat talis,& summarie procedat,non poterit summarie procedere: vt extat decis. Rotæ 379. nota q̄ si in cōmissione,in antiq.[sub.tit. de rescrip.decis.10]quia specialis.cōmissio ad hoc requiritur,cle.sępe.de verb.sig. & hic finis signaturæ esto:ad bullæ declarationem venire necesse est, vt acquirēdi praxis compleatur,& demum conseruandi beneficia materia tractetur.

*Bullæ nouæ ac simplicis prouisioni s cum suis clausulis summe vtilis declaratio.*

NVnc † videam⁹ de bulla,& eius clausulis,quæ à signatura oritur,sicut in strumentum à protocollo.§. 1. & sequen. in authen. de tabel. colla. 4. & hæc bulla incipit à nomine illius pontificis,qui gratiam concedit,vt Clemens episcopus,&c. Paulus episcopus, &c. vt inferius ostendam.

*Bulla à nomine pontificis concedentis incipiūt*

2 Et quia debet secundum ius commune interpretari,c.causam. de rescr.expres se docet Paul.Paris.cons.10.q.col. vlt. in 1.vol.ob id aliquas interpretationes iuri & praxi conuenientes cōscribā,tu beneuole lector.non cōsulere:quia super his pauca hactenus reperiuntur scripta.

*Bulla post plūbū appositū dicitur.*

3 Et non dicitur bulla,nisi in ea appositum fuerit plumbum gl.in ver.aurea. clemen.vnic.in fi.de iureiu.& habetur in regu.cancellariæ.& 69.in glo.& pro his est text.in c.licet de etim. fal. etiam bullam quidam plumbum vocant:vt in c.licet. de crim.falsi.nos autem totam scripturā à Papa emanatam cum plumbo bullam vocamus, & de hac sequentia inrelligentur.

*Bulla olim fuit aureum insigne puerorū Bulla vnde dicta sit.*

4 Primo bullam dicit Festus aureum insigne fuisse quondam puerorum prætextatorum,quod dependebat eis à pectore, vt ostenderetur eam ætatem alterius regendam consilio:& vt eam inspicientes ita demum se cogitarent homines, si corde præstarent:dicta est autem bulla à Græco sermone βουλλα,quod consilium Latine dicitur:vel quia eam partem corporis bulla contingat, i. pectus, in quo naturale manet consilium. hæc ille.

5 Sed puto deprauatum locum & corruptum,quia βουλη consilium significat, sed si à βουλη bulla dicta sit, quod cum consilio & matura deliberatione expediatur: ideo falsa latinitas eam vitiat. c.ad Audientiam 1.de rescriptis.

6 Vel dicit Macrob.lib.Satur. primo. c. 6.sicut prætexta magistratuum, ita bulla gestamen erat triumphātium, ad figuram cordis.teste Alex. lib.genia.5. c.18.quam in triumpho veteres præ se gerebant inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima, & quia Pontifices summi triumphos obtinuerūt, nunc primam dignitatem possidendo: iō vtuntur bulla remedio valentissimo aduersus inuidiam:quia si princeps magnus illis

illis inuideret, mittendo bullam concilia tionis ſtatim rumpitur inuidia.

7 Vel ſi dicamus eam deduci à βούλομαι ſecunda perſona βουλῆ, quod Papa velit illud, q̃ ſcriptũ eſt in ea, & quod ibi declarerur voluntas Papæ rationabilis, tamen relinquo aliis pertinacibus, vnde hoc nomen ſit deductum.

8 Niſi quis velit dicere bullã eſſe aquæ turgiditatem, quæ ex pluuia mouetur, & cito deficit: nam communi parœmia dicitur, vita hominis bulla eſt, quia fugit velut vmbra: vt dicit Iob maxime in Pontifice Romano, cui fuit dictum: *non videbitis dies Petri*, ſic bulla vtitur, id eſt breui illo inſigni tanquam aquæ turgiditate fluitante, & diſcedente.

*In plumbo bullæ quid inſculpẽdum.*

9 Vel quod ſit inſigne ſummorum Pontificum: quia in ea bulla, 1. in plumbo ſolent inſculpi capita ſanctorum Apoſtolorum, Petri in dextera, & Pauli in ſiniſtra, & prima litera nominis Papæ, & ordo Pontificatus. vt PP. 3. id eſt Paulus Papa tertius. I. P. 3. Iulius Papa tertius. & quod ſit illorum inſigne videtur probare, c. licet, de crimine falſ. vbi. plumbum vocat bullã & Dom. in c. quis neſciat. 11. diſt. Fel. in c. 2. verſ. ſtylus. col. 7. num. 18. eodem.

*Bulla pro quibuſlibet literis à Papa emanatis plumbo munitis accipitur.*

10 Et quantum attinet ad hanc materiã, bulla generaliter accipitur pro quibuſcũque literis Papæ authenticis plumbo munitis, & maxime gratioſis: vt dixi in bulla cœnæ Domi. ar. 4. & hæc in plures ſpecies diuidit, vt inferi⁹ apparebit: & poſt deſcriptionẽ dicet de noua ꝓuiſione & ſimplici.

*Bulla quid ſit.*

11 Primo quæro quid ſit bulla? reſpon. bulla eſt ſcriptura in mẽbrana deſcripta plumbo funibus pendente iure munita ſalutationem cum narratione, ac Papæ conceſſionem, aliaque neceſſaria continens.

*Bulla requirit ſcripturam.*

12 Primo bulla dicitur ſcriptura deſcripta in membrana, ſeu pergameno, ad differentiam ſignaturæ, quæ in papyro ſcribitur: vt ſuperius dictũ fuit: & ſic in ea opus eſt ſcriptura: vt plene ſcripſi in §. 1. de mãda. Apoſtol. in uerbo literas, in concord. alias non uocaretur bulla, niſi eſſet conſcripta & in membrana.

*Plũbum bulla requirit.*

13 Plumbo pendente munita, ergo requiritur q̃ bulla ſit plumbo decorata, anteq̃ bulla dici poſſit per illam gl. in clem. vni. in fi. de iureiur. & c. licet. de crim. falſ.

*Funib⁹ plũbum bullæ retinetur.*

14 Funibus etiam dico, quia plumbũ eſt appenſum chordis ſericeis, ſi ſit bulla gratioſa: ſi vero ſit iuſtitiæ bulla, ſiue executoria, erit filum cannabis, in quo erit appenſum ſigillum, ſeu plumbum, c. licet. & c. quam graui. de cri. falſi. dixi ſuperi⁹ in 7 differẽtia inter literas gratiæ & iuſtitiæ.

*Apponẽs plũbum in bulla falſum committit.*

15 Dico etiam iure munita: quia ſi aliquis ſua auctoritate apponere plumbum, bulla eſſet falſa, & non diceretur proprie bulla. d. c. licet. de crimine falſi.

16 Aduertendum eſt, quod ſi per errorẽ alliquid fuerit in bulla omiſſum, tunc ipſa debet tranſcribi, & plumbum quod eſt in bulla aufertur ab ea, & affigitur alteri: ſed hoc ſit ab officialibus curiæ Rom. ad hoc expreſſe deſtinatis.

*Plumbũ quando ab vna bulla auferatur, & alteri applicetur, & à quibus hoc fiat.*

17 Alioqui auferens illud plumbum, & addens alteri bullæ igne mulctatur, ſicut falſarius. d. ca. licet. & ſeq. de cri. f. Iſ olim erat excommunicationibus, qui recipiebat literas Apoſtolicas, niſi ab officialibus certis curiæ Roma. ſed hodie illam non ſeruari dicunt curiales Romani.

18 Et hoc poteſt fieri qñ aliquis defectus eſt in bulla, qui ex ſupplicatione refici poteſt: vt ſi quis impetrauerit prioratũ, ſeu parrochialẽ eccleſiã nuncupatã prioratũ: & poſtea in ſupplicatione dicebatur, quod poſſit exprimi prioratus ſeu cura parrochialis, ſi in bulla fuerit nominatus tantum prioratus: eſt tamen eccleſia parrochialis, illa bulla à pragmaticis curiæ Romanæ tranſcribetur, exprimendo parrochialem, & plumbum à prima auferetur, & alteri applicabitur, & prima lacerabitur & hoc eſt aſſuetum fieri ſecundum illorum ſtylum.

19 Vel ſi impetrans nolit vt ea trãſcribatur, poterit impetrare perinde valere, vt perinde valeat prima impetratio, ac ſi expreſſa fuerit inibi parrochialis, vt dicã inferius in tracta. perinde valere: ſed caueat hoc caſu ne alicui ſit interim ius quæſitum alicui. ideo tutius eſt vt tranſcribatur.

*Bulla nõ valet ſine narratione.*

20 Papæ ſalutationem cum partis narratione, & conceſſionẽ continens partis interdum narratio præſupponitur ex cõceſſione, ſi nulla eſſet narratio: nam talis intelligitur petitio, qualis rñſio, & e contra, c. inter dilectos. de fid. inſtr. l. ſi defenſor primo, ff. de interro. & ita ſe hẽt regulariter ius canonicum, vt rñſio ſine petitione ponatur: non valeret tamen bulla, ſi nulla eſſet narratio, quæ eſt pars huius ſubſtãtialis, & ita ſe habet ſtylus Curiæ Romanæ: vt inferius dicam in diuiſione bullæ.

*Bulla eſt ſignatura extenſa.*

21 Alii dicunt bullam eſſe ſignaturã extẽſam: nam quod breui in ſignatura conſcri-

scribitur in bulla extenditur, sicut notariorũ scheda, l. contractus vbi Paul. & alii C. de fid. instr. & in auth. de tabell. coll. 4.

22 Aliaq; continens necessaria, ponitur in bullæ descriptione: nempe si necessaria in bulla non sint apposita, non dicetur bulla: vt habetur in proœm. Sexti Decret. §. fi. vbi etiam doct. verum quia communiter venimus ad nouam prouisionem, ideo eam prius subiiciam, & simplicem etiam declarabo, vt differentia cognosci inter ista duo possit: & pauci discernere ista possunt, ideo ad sequentia aduertendum est.

*De noua prouisione & simplici.*

*Noua prouisio quid sit.*

ITaque noua prouisio est Prima Papæ prouisio ad altérius iam factæ ab alio confirmationem: probatur in c. post electionem, de concess. præben. glo. in regu. cancel. 62. vbi dicit nouam prouisionem alium præsupponere titulum: simplex vero non: sequitur Gomes q. 2. reg. de annal. poss.

*Noua prouisio an requirat dubitationem primę prouisionis. Modica dubitatio primæ prouisionis facit ut valeat noua prouisio.*

2 Noua dicitur quo ad Papam, quia de recenti ipse confert: quamuis collatio, præsentatio, vel electio ab aliis antea facta fuisset, sed impetrans eam prouisionem, vel præsentationem dubitabat viribus nõ subsistere notant doctores, in d. c. post electionem de concess. præb.

3 Aliquando etiam sine dubitatione solet concedi noua prouisio, si dicatur collationem ab episcopo, vel eius vicario factam alternatiue, & semper datur ad maiorem securitatem.

4 Etiam in noua prouisione quando dicitur, quod impetrans dubitat prouisionem viribus nõ subsistere, non potest narrari casus, in quo non sit aliquod dubium, vel dicere de facto: quia si Papa sciuisset primam collationem omnino nullam, forte non concessisset, vel non de leui c. postulasti. in fi. de rescrip. modica tamen dubitatio sufficit: vt consuluit Paul. Paris. consil. 118. Circa materiam, col. 1. in 4. vol.

*Papa post suã prouisionẽ nunquã nouã prouisionẽ cõcedit.*

5 Sed si semel summus Pontifex prouiderit, etiam inuiliter, nunquam dabitur noua prouisio, sed perinde valere impetrabitur, vt perinde valeat talis prouisio, ac si rite id temporis facta fuisset: vt est in prouincial. fol. 60. vers. item super prouisionibus, & Paul. Paris. consil. 118. materiã, nume. 25. in 4. vol. quia si secundo concederet, nõ posset dici noua prouisio, id est primo facta: vt dico in l. Syl. §. noualis. ff. de verbo. signifi. vbi pluribus modis scripsi vocari nouum.

*Non annullatur prima collatio in noua prouisione, nec electio.*

6 Ad hæc regulariter noua prouisio nõ datur, nisi quis dubitet collationẽ, vel prouisionem ordinarii uiribus non subsistere vnde si quis nouam prouisionem impetret super beneficio reseruato, & narret sibi collatum beneficium ab eo qui dicit se super hoc specialem prouidendi facultatem habere, sed dubitat non valere, ideo petit sibi prouideri: tunc Papa primam collationem non annullat, cum ille dicat se specialem conferendi potestatem habere, sed dubitet, nec debet in bulla annullari seu infici illa prima collatio: nec dicetur dispositiue reseruatio, sed quod à nonnullis asseritur, &c. ita seruat stylus cur. Rom.

7 Idem in electionem, quæ si fuerit facta de dignitate reseruata per regulas cancellariæ, & vigore indulti dicatur ad eligentes spectare, nõ annullabitur dicta electio quia multa sunt à Papa cõcessa, de quibus non est memor. c. ex parte. 1. de offi. deleg. cap. præterea. 23 dist. ideo super hoc noua potest dari prouisio.

*Modus uacandi in nouis prouisionib⁹ an sit exprimendus.*

8 In nouis prouisionibus si quis narrare velit modum vacandi, potest quamuis Papa habuerit illum modum pro expressio: quia in fauorem impetrantis concessum est, cui fauori derogare pars poterit, ca. si diligenti. de fo. comp. & hoc quotidie fit.

9 Melius est secundũ quosdã quod hoc non exprimat: quia Papa vtitur ei concedere siue vno modo vacet, siue alio modo, vt constat ex expressione facta in prouisione: tamẽ quia Papa omnes fere mod⁹ cõplecti solet, ió de stylo est q⁹ verus vacãdi modus prim⁹ ponatur, & postea generalis clausula subijciatur vt inferius dicetur.

*Electio quæ veniat pro uisionis nomine.*

10 Aliquis in signatura petiit sibi de beneficio prouideri, dicens iam sibi de eo auctoritate ordinaria fuisse prouisum: Papa concedit, & quod expediri possint litteræ in forma simplicis, vel nouæ prouisionis, nunc in bulla vult exprimere se electum, an possit? respon. posse, quando beneficiũ eligendo conferebatur: quia tunc à noua prouisione nõ disceditur, & vere prouisus fuit auctoritate ordinaria: & collatio verius dicitur, quam prouisio. c. cum nostris. & cap. post electionem. ver. cum igitur. de concess. præb. & super hoc alias consului, etiam scripsi in tract. nomi. q. 15. nu. 26. vers. 15.

11 Sed

11 Sed si electio requirebat confirmationem, & quis vult, vt expediatur bulla in in forma nouæ prouisionis, cum narratiua electionis: hoc non poterit, quia facilius obtinuit signaturam, & prouisionem a Papa is, qui dicit se prouisum, quam is qui diceret se electum: quia prouisio ius plenũ confert, nec requirit confirmationem, secus in electione, de qua est facienda mẽtio. clem. 1. de præb. scripsi in §. præfatique ordinarii, de collat. in concord. & in §. 1. de nominatio. reg.

*Clausula notab. in signaturæ apponenda.*

12 Vnde si velis in istis prouidere, apponas clausulã in signatura, quòd bulla possit expediri in forma nouę prouisionis, vel simplicis, absque dicta prouisionis narratione, & tunc poteris electionem quamcũque exprimere, & ita soleo apponere post mensularios, qui ignorant communiter affectum clausularum.

*Si prima prouisio ordinarij non valeat, tamen noua prouisio valebit,*

13 Adhæc annullata principali collatione facta ab ordinario, non annullatur hęc noua prouisio facta ad corroborationẽ primæ collationis, sed remanebit: vt docet Gomes. in reg. de annal poss. q. 78. in fi. nec vr hæc noua prouisio accessoria ad primam collationem, sed per se subsistit: licet Gomes. dicat eam esse accessoriam, q̃ mihi vix placet, cum prima possit esse sine hac noua prouisione, si sit valida: & licet hæc forte accedat, tamen est æque principalis, & ad primæ prouisionis confirmationem: ideo utraque subsistere potest, & altera etiã: vnde annullata vna altera subsisset, & quis poterit vtraq; iuuari, vel altera tantũ. c. post electionem. de conc. præb.

*Noua prouisio, & confirmationẽ datur nisi in tribus casibus.*

14 Notandum est, quod regulariter in curia Romana non datur noua prouisio, & confirmatio. c. quia & c. post electionem. de concess. præb. in tribus casibus.

15 Primus est in vnionibus, ipsa. n. facta cõfirmari a Papa potest, si defectus ei narretur, c. exposuisti, vbi no. de præb.

16 Secundus est in beneficiis seu præceptoriis Hierosolymitanis, in quibus datur confirmatio concessionis, non autem collationis, nec ponitur clausula, supplentes omnes defectus.

17 Idem in beneficiis aliarum militiarum, vt S. Iacobi, & aliis: & hoc de stylo curiæ Romanæ.

*Electiones monialium cõfirmari possunt.*

18 Tertius in prouisionibus monasteriorum monialium, vnde electa poterit confirmatione electionis, & nouam prouisionem simul petere, & ipsis conceditur, quia illarum electiones cõiter nõ sunt firmæ, nec iuræ factæ, c. indemnitatibus. de elect. lib. 6. ideo confirmatione indigent.

19 Sed non habebit locũ in prioratu monasterii per priorissam gubernari soliti, qa non iudicatur monasterium quo ad hoc, sed vt aliud beneficium: & non dabitur cõfirmatio, sed noua prouisio. hoc solet in curia Romana seruari, quod notes, quia ab interpretibus omissa, qui hanc praxim Rom. parum nouerant.

*Electiones abbatũ non confirmãtur, sed noua datur prouisio.*

20 Etiam electiones abbatum non solẽt cõfirmari a Papa, possent enim esse nullæ, sed noua dabitur prouisio, ut voluit Alexan. 6. in tit. de signa. gratiæ.

*Confirmatio in beneficialibus non datur a Papa.*

21 Confirmatio in beneficialibus nõ datur ex stylo curiæ Romanæ. c. fi. ea confir. vt. l. sed perinde valere, quod differt a cõfirmatione, quia confirmatio nõ trahitur retro, sed valet a die confirmationis tantum. capitu. quia diuersitatem, de concess. prębend. docto. in c. 1. & per totum, de confirma. utili.

*Differẽtia iter cõfirmationẽ & perinde valere.*

22 Perinde valere trahitur retro, si non erat acquisitum ius tempore impetrationis huius rescripti, vt inferius dicetur, & sic quãdo duo extrema sunt habilia, ut docet Bart. in l is qui. ff. de vsucapio.

23 Nec obest tex. in cap. 2. ne sede vacante vbi Papa cõfirmat ecclesiam ei, cui donauerat, sed regulariter non confirmatur collatio facta ab altero, de quo supra dixi imo si confirmetur ibi reprobatur, dum dicit, non obstante confirmatione nostra, si qua in forma communi appareat, & quãuis olim posset dari confirmatio collationis etiam ordinarii, tamen quia proprius est concedere rescriptum perinde valere, iõ hodie ita conceditur; & hoc iure utimur, non vero confirmatio & si hodie peteretur a Papa collationẽ ordinarii cõfirmari, Papa hoc non concederet, nisi quatenus respicit rescriptũ perinde valere.

*Concordia confirmatio a Papa fit, non a cancellaria.*

24 Confirmatio tamen concordiæ inter partes fit à Papa, sed sola confirmatio non fit in cancellaria, si cancellaria non conferat beneficium, sed solet ad cameram remitti, uel narratur concordia, sed non approbatur, quia ista confirmatio est de mero imperio maximo cap. quod translationem, de offi. legat. doct. in cap. quod sedẽ. de offic. ordina. cum sapiat simoniam. cap. ex parte, primo, de offic. deleg. ea cum prudem. de pact. ideo a papa tollitur. Dec. in rubr. de simo.

*Obligatus ad*

25 Vidi dubitari, conuentio fuit a Papa approbata, qua ego tenebar dare beneficium.

*dandū vnū beneficiū an possit dare alterum sine Papa approbatione.*

cium sancti Victoris tali N. intra annum, eo quod suum beneficium maioris erat valoris: postea conuenit inter nos, quod aliud beneficium detur: quæritur an requiratur noua Papæ approbatio: quidā requiri fatebantur, cum partes nullam conditionem adiicere possint, sine Papę beneplacito. c. fi. de pac. ideo dicebant simoniam esse, si aliud detur etiam beneficium.

26 Ego contrarium dicerem: quia postquàm in fauorem partium Papa approbauit conditionem, huic fauori partes poterunt renunciare. capitu. fi. diligenti, de foro competent. & postquàm conuentio est iam à Papa approbata, si vnum pro alio detur, hoc respicit partes: nam principale est approbatum in fauorem partium, si vnum pro alio detur, [etiam approbatum censetur.]

27 Verisimile est quod si Papæ hoc fuisset expositum, quòd etiam approbasset: cū hoc sit accessorium, ergo debet regi secundum naturam principalis. l. cum principalis, ff. de regu. iur. etiam quia dari beneficium vnum pro alio potest sine labe simoniæ. cap. fina. de rerum permutatio. ergo partes poterunt vnum dare pro alio, & accipere sine labe simoniæ, quicquid in contrarium dicatur.

*Partib⁹ an liceat a conuentione approbata a Papa discedere.*

28 Nec refragatur de cōditione, ꝙ sit reprobata, quia in hoc casu non est alia cōditio, quàm approbata a Papa: ergo Papa hoc videtur approbasse nec requiritur noua approbatio, quæ requireretur, si noua conditio eueniret, videlicet quòd pro beneficio daretur pecunia: secùs si beneficium pro beneficio. cap. ad quæstiones, & cap. fin. de rerum permutat. possunt tamē partes in signatura clausulam adiicere, vel in approbatione concordiæ, quod petunt approbari tātum conuentionem, vel si de consensu partium ab ea discedatur, & aliud seu alia beneficia dentur loco filius quòd etiam liceat: & hoc videtur necessarium, quia partes sæpius aliter consentiunt, & conueniunt: & oportet quòd istorum illa conuentio approbetur à Papa, nisi illa clausula adiecta fuerit, quam soleo adiicere.

*Concordia sine Papa beneplacito inducit simoniā quæ non priuat beneficijs.*

29 Transactio & concordia inter duos litigantes facta sine Papæ beneplacito induc it speciem simoniæ, non tn ob hoc quis est beneficio illo, vel aliis priuatus: nec poterunt illa impetrari: vt docent Panor. & alii in cap. constituimus, de transactio. c. ex parte primo. de offic. delegat.

30 Ideo si in signatura petantur omnia in instrumēto concordiæ approbari, dēt addi quatenus iusta & honesta sunt, vt statuit Alex. 6. in suis regulis, titu. de signat. gratiæ.

*Clausula fiat prout de iure, quid pro sit.*

31 Et si quis illa beneficia impetrauerit, solet Papa dicere, fiat vel concessum vt petitur, prout de iure. quia Papa non intendit conferre si de iure non sint priuati: ideo illam clausulam addit prout de iure: hoc tamen rarum est, nisi quādo de priuatione iuris dubitatur.

32 Et de illa clausula prout de iure, vide per glo. & doct. in l. edita, C. de edend. & Bart. in extrauag. Ad reprimendum, in verb. prout.

33 Et si dicatur, quod hic venit priuādus, ergo hæc clausula prout de iure, debet intelligi, id est secundum quod ius disponit: & si ius non disponat, nec Papa priuat. [vt dicitur infra in 3. pa. tit. de symo.]

*Beneficiū permutantis non pōt impetrari, si statim permutatio nō perficiatur.*

34 Titius resignauit beneficium causla permutationis, quod fuit Seio collatum: sed quia beneficium Seii erat alterius diœcesis longe distātis. Seius posledit per mēsem, vel quos vtrumq; beneficium nunc quidam tertius impetrauit primum, tanquam vacans per adeptionem secūdi, per c. de multa, de præben. & per extrauagan. execrabilis. Demum Seius pro complemento permutationis resignat primū beneficium: quæritur an valeat ista collatio vltima? respon. valere, quia erat iam affectum compermutanti: & illa dilatio duorum mensium non fecit illud vacare. cap. vno de rerum permuta. in 6. vbi doct. Feder. in trac. de rerū permutatio. in 11. q. qnod est notandum, sæpius super hoc vidi dubitatum: nec obest illa extra. execrabilis, quia dicit si pacifice possedetit, nolens vnum dimittere, sed hic volebat dimittere causla permutationis.

*Patres super beneficijs semper debent conuenire cum Papa beneplacito.*

35 Et sic nota, quod sine Papæ beneplacito non licet conuenire super beneficiis alioqui simonia est: vnde quando partes conueniunt, semper adiicere debent, cum Papę beneplacito, c. Ex parte, 1. de offi. deleg. cap. fide pac. & c. vno, vt ecclesiastica benefic.

36 Et si postea illa conuentio approbata sit à Papa, sine aliqua simoniæ labe, obtinetur illud benefcium: quia potest Papa dispensare super illis quæ ipse inducit. docto. in rubr. de simo. & in summa, prima quæstion e prima.

37 Sim-

*Simplex prouisio quæ dicatur.*

37 Simplex aut prouisio dicitur, quando alia non narratur collatio, nec prouisio: sed simpliciter dicitur beneficium vacans per obitum, vel alias, & sic confertur. in noua autem prouisione regulariter præsentatio, collatio, electio, vel alia prouisio narratur, in hac vero simplici nullus alius narratur titulus, sed à Papa coferri petitur vacans beneficium. hoc docet gl. in reg. cancella. 62. & ego signaturam superiorem scripsi ad hoc ostendendum.

38 Ideo subrogatio dicitur simplex prouisio, quia non præsupponit alium titulū, vt docet Gomes. in regul. de subrogatio. collitigan. q. 19. in fin. post Aegid. Bellameram, conclusio. 116. si petens, in fi.

*Si prouisio fuerit narrata, nō potest in bulla omitti.*

39 Vnde si in signatura dicatur vt expediatur in vim nouæ, vel simplicis prouisionis, si quis narrauerit in ea se præsentatum, & institutum, & Papa de nouo sic eidem prouiderit, si postea impetrans velit, vt eidem expediatur bulla in vim simplicis prouisionis, non potest hoc fieri, quia Papa motus fuit ob illam narrationem, ergo non debet mutari, alioqui bulla non conficeretur ex signatura, quod fieri debet, vt superius dixi, & hoc pauci intelligunt.

40 Simplex prouisio etiam diceretur, qñ sine prima narratione concederetur, q̄ non solet fieri, ideo si in prima dictū fuerit, quod impetrans fuit de illo beneficio prouisus, & illud acceptauit, & illa velit omittere in bulla, non potest, quia hæc prouisio induxit Papam ad sibi facilius prouidendum, quàm si non fuerit prouisus ergo hoc est in bulla exprimendum. c. Postulastis, in fi. de rescrip.

*Clausula absq; narratione quid operetur.*

41 Nisi in dispositione & ad partem addatur hæc clausula, quòd hoc possit expediri in vim nouæ, uel simplicis prouisionis, etiam absque prædicta narratione, & huius clausulæ rōne poterit bulla absque narratione in signatura expressa expediri.

42 Quæ clausula non solet apponi per ignaros, ideo postea opus erit impetrare rescriptum perinde valere, si prædicta clā non fuerit in signatura conscripta.

43 Non poterit tñ impetrans nouam facere postea narrationem, & aliam à dicta signatura, alioqui conformis nō esset bulla signaturæ, quod esse debet: vt sæpius dictum fuit, sed omitti poterit ille narratio.

*Narratio an possit omitti, & alia exprimi.*

44 Etiam poterit aliquid addere, vel detrahere primæ narrationi, sed non totam omittere, vt si dixerit se præsentatum, & instítutum in signatura, in simplici prouisione poterit omittere se institutum, secus si uellem dicere beneficium vacare per incapacitatem, & tamen expresseram vacasse per obitum, hoc valde alienum est, ideo non expediendum tanquam in signatura non comprehensum.

*Simplex prouisio facilè expediri potest per nouā prouisionē non econtrario.*

45 Sed si impetrem beneficium in vim simplicis prouisionis, & in signatura addatur, quòd etiam in vim nouæ prouisionis expediri possit, si postea expediam bullā nouæ prouisionis, in qua narrem mihi esse prouisum per ordinarium de illo beneficio, & illud acceptasse, valebit illa bulla, quia hoc est in præiudicium partis, cū ipse hanc prouisionem probare habeat, ergo illi fauori renunciare potest, l penult. C. de pactis, c. si diligenti, de foro compet. etiam potest exprimi id, per quod facilius Papa concessisset, si fuisset expressum, vnde qui simpliciter expressit, postea collationem sibi factam narrare in bulla, quā dubitat viribus non subsistere, &c. si hoc fuerit in signatura dictum, quod in forma nouæ, vel simplicis prouisionis expediri possit.

*Simplex prouisio post præsentationem datur et electionem.*

46 Simplex prouisio etiam dabitur præsentato ad beneficium, dummodo nō fuerit institutus, & si episcopus vellet proponere edictum, iuxta c. fi. de elect. in 6. quia parum iuris habet ex præsentatione, c. dilectus, de offic. leg.

47 Idem in prouisione monasterii pro electo, qui electioni cōsenfit, vt detur simplex prouisio ante confirmationem, postea noua prouisio, qui ante confirmationem non est ius perfecte acquisitum, sicut ex collatione, d. c. fi. de elect in 6.

*Suppleri an possit in simplici prouisione verus vacādi modus.*

48 In noua prouisione si fuerit expressum beneficium certo modo vacasse, poterit in bulla suppleri eo modo quo vocauit, licet non fuerit in signatura dictum, quod verus vacationis modus pro expresso habeatur, vt superius scripsi in signatura, sed hodie communiter solet apponi.

49 Secus in simplicibus prouisionibus, in quibus nō exprimitur modus vacationis, si in signatura dictum non fuerit, hoc habent Romani dicanici ex stylo, qui est tñ contra ius, in capitulo. Susceptum, de rescriptis, lib. 6. Sed respond. quod hoc est intelligendum in simplici prouisione, sed non in noua, sed nullam assignant differentiam, nisi quòd hoc est de natura primę prouisionis, alibi forte dicā, quia semper vidi apponi clausulam, q̄ verus vacan

di mo-

di modus exprimi potest: hoc est tutius. 50 Postremo ut bulla melius intelligi possit, subiiciam formam eius ob oculos, & demum illius elucidationem: vt paruo negotio quisque eam intelligere possit: ad rem ergo accedam.

*Forma nouæ prouisionis.*

*Prima pars.*

IVLIVS &c. Dilectio filio Antonio Odoin rectori seu perpetuo vicario parochialis ecclesię sancti Ioannis Baptistę de Chaufonot, prope Stampas Senon. diœce. salutem &c.

*Secũda pars.*

Vitę, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales.

Exhibita si quidē nobis nuper pro parte tua petitio, continebat, quod alias parrochiali ecclesia, seu perpetua uicaria sancti Ioannis Baptistę prope Stãpas Senonen. diecesi. quam quondam Guilielmus Dauid ipsius ecclesiæ rector, seu perpetuus vicarius dum viueret, obtinebat per obitum d. Guilielmi, qui Extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacante: dilectus filius Guilielmus Gunion presbyter prœceptor domus sancti Ioannis Lateranen. hospitalis eiusdem sancti Ioannis Hierosolymitani dictę, vel alterius diœcesi. vel ciuitatis, cum ad pro tempore existen. dictę domus prœceptorē collatio, prouisio, & omnimoda alia dispositio dictę ecclesię seu vicarię, dum pro tempore vacat, de antiqua & approbata hactenusque pacifice obseruata cõsuetudine pertineat, ecclesiã seu uicariam prędictam (vt prefertur) vacan. tibi ordinaria auctoritate contulit, & de illa etiam prouidit, tuque collationis & prouisionis prędictarum uigore possessionem dictæ ecclesię seu uicarię forsan assecutus fuisti: cum autem sicut eadem petitio subiungebat, tu dubites collationem & prouisionem prędictas ex certis causis uiribus non subsistere: & sicut accepimus, dicta ecclesia seu uicaria adhuc (ut prefertur) seu aliàs certo modo vacare noscatur, Nos tibi promissorũ meritorum tuorum intuitu, *Tertia pars.* special gratiam facere uolentes, teque a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a iure, uel ab homine quauis occasione uel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad affectum prę sentium duntaxat consequēdum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes. Nec non omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, quę etiam ex quibusuis dispensationibus Apostolicis obtines, & expectas, necnon in quibus, & ad quæ ius tibi quomodolibet cõpetit, quæcunque, quodcunque, & qualiacunque sint, eorumque fructuum, reddituum, & prouentuum, ueros annuos ualores, ac huiusmodi dispensationum tenores, necnon verum & vltimum dictæ ecclesię seu vicarię vacationis modum, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausula resultet, prędictis pro expressis habentes, ecclesiam seu vicariam prędictam (quamuis & illi forsan annexorum

rorũ fructus, redditus & prouen. vigintiquatuor duca. auri, de camera se. co. ex. ual. an. vt asseris, non excendant, siue vt præmittitur, siue alias quouismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberã Guilielmi Dauid, vel cuiusuis alterius resignationẽ de illa extra dictam curiam, etiã coram notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis Ioãnis Papę 22. prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, vel accusationem alterius beneficij ecclesiastici dicta auctoritate collati, vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio, iuxta Lateranen. statuta concilij, ad sedẽ Apostolicã legitime deoluta, ipsaque ecclesia seu vicaria dispositione Apostolicæ specialiter reseruata existat: sup ea quoque inter aliquos lis, cuius statũ præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ presentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitũ) cũ annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illa etiã prouidemus. Quocirca Dilectis officialibus &c. mãdamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorũ per se, uel alium, seu alios, te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem dictæ parrochialis ecclesiæ seu vicariæ, & annexorum, iuriumq; & pertinẽ. prędictarum, inducãt auctoritate nostra, & defendant inductũ, amoto exinde quolibet illicito detentore, faciẽtes te, vel procuratorẽ prędictum ad ecclesiam huiusmodi (vt moris est) admitti, tibique de illius parrochialis ecclesiæ & annexorum huiusmodi fructibus, redditibus & prouẽtibus, iuribus & obuẽtionibus vniuersis integre respõderi, cõtradictores &c. put iustitia suadebit ad hoc cõpescendo. Non obstan. Piæ memoriæ Bonifacij Papę 8. etiam prędecessoris nostri, & aliis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cõtrarijs quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciẽdis de huiusmodi, vel aliis beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales, vel speciales dictæ sedis, vel legatorum eius literas impetrarint, etiã si per eas ad inhibitionẽ, reseruationem, & decretũ, vel alias quomodolibet sit processũ: quibus omnibus te in assecutione dictæ parrochialis ecclesiæ, seu vicariæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum prędiudicium generati, seu si venerabili fratri nostro Archiepiscopo Senonen. & pro tẽpore existente dictæ domus prędceptori, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sede sit indultum, quod ad receptionem uel prouisionem alicus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, prędsentationem, seu quamuis aliam dispositionẽ, coniunctim, vel separatim spectan. nulli valeat prouideri per literas Apostolicas, non faciẽtes plenã & expressam de verbo ad verbũ, de indulto huiusmodi

Quarta pars.

Quinta pars.

mentionem, & qualibet alia dictę sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertã effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis: nos enim ex nunc irritum de cernimus & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Nulli, &c. Datũ &c.

*Sexta & septima pars.*

NOtandum est, quòd hæc bulla septem continet partes: in prima ponitur salutatio, in secunda narratio, in tertia Papę concessio, seu dispositio, in quarta committit Papa executores ad mittendum impetrantem in possessionem, in qnta non obstan. ponuntur, in sexta, comminatur Papa in contrauenientes suæ prouisioni. ibi, nulli &c. in septima data, videlicet quo die, quove anno hæc dictata fuere. Ista est summa huius bullæ, & cuiuslibet alterius fere rescripti, quo ad quartã & sextam partem, quæ aliquando omittuntur, quia non conueniunt: quamuis Bald. in c. Super literis, col. 3. de rescrip. dicat his verbis, quòd debet rescriptum tria continere, videlicet narratoriam, supplicatoriam: & hæ duæ respiciunt impetrantem, & concluſoriam, quæ respicit rescribentem. Præmissa igitur bullæ forma videamus ad digitum, an præmissa contineantur in ea, verum quia de noua prouisione prius agitur, ideo eius verba prosequor.

*Bulla diuisio continẽs septẽ partes.*

*Papa suum nomẽ præponit in bullis, non cognomen.*

¶Iulius Episcopus &c.] Primo ergo Papa nomen suum præponit, quia ipse omnibus est pręponendus, vtpote caput, & caput tanquam nobilius cęteris est anteponendũ membris l. cum in diuersis. ff. de religios. & sumptibus funer. capite. n. languescente facilius reliqua corporis membra inficiũtur. c. sunt plurimi. 6. q. 1. & qa scribẽs alteri solet se præponere: l. Nesennius, ff. de neg. gest. & de re iudic. scripsi in glo. prima, titul. de approbatio. conuentor. in Concorda. Franciæ. ipse tamen Papa nunquam solet suum cognomen in suis literis exprimere, nec Cardinales, vel Episcopi, aut Abbates: sed suo nomine cõtenti sunt iũcto nomine dignitatis episcopalis, aut abbatię, vt Ioannes Cardinalis &c. Ioannes episcopus Parisi. uel Ioannes Abbas &c. siue ipsi aliis scribat, siue illis scribatur ideo Papa ex stylo curiæ Romanæ nunquam rescribendo cognomen illorum exprimit, sed solum nomen cum dignitate: & hoc sufficit ad certificandum illam, ideo non est opus alia demonstratione. l. 1. ff. de dote prælega.

¶Episcopus ] Episcopum se dicit & seruum seruorum dei. vide hoc in proœ. Sexti, & Cle. declaratum, quia Pragmaticis hoc non prodest, & ipsi hoc sciunt. [ Ideo missa facio. ]

¶ Dilecto filio.] Pro excommunicatio vel inimico sanctæ sedis non solet Papa scribere, sed pro dilectis: ideo eos sic vocat, quia excõmunicatos nec fratres, nec filios appellat, sed loco benedictionis, & salutationis dicere solet, spiritum consilii sanioris, vt docet Speculator in tit. de rescrip. præsent. §. ratione formæ, ver. & nota quod Papa, quia excommunicatus habetur pro mortuo. c. dilectis filijs, vbi gl. & doct. de appella. hodie excommunicatos absoluit ad effectum vt inferius dicetur. Nec probanda erit dilectio impetrantis: quia omnis censetur dilectus, qui non est odiosus quo ad hoc, sicut de digno, vt omnis dicatur, qui non est indignus l. cum quidam ff. de legatis secundo. & sicut omnes sumus filii Dei per fidem Paulus ad Galatas 3. c. sic filii omnes sunt eius vicarii, uidelicet Papæ cura & honore, quod ipse curam omnium Christianorum habeat, uel habere debeat: & omnes ei honorẽ impendere, teste Bonifacio in proœmio Clementinarum, columna secunda, nota 4. vide quæ scripsi in forma mandat. in concord.

*Papa pro dilectis scribit, & omnes dilecti præsumuntur*

Et filios uocat omnes, qui non sunt episcopi aut patriarchę, uel archiepiscopi. cap. quã graui, de crimine falsi & iste est stylus curiæ Romanæ.

¶ Salutem.] Paulus ad Corinthios ca. ultimo, ait, *Salutate inuicem in osculo sancto* Vnde hic Papa salutat eum, cui prouidet. & ex hac salutatione non censetur illum absoluere, quem salutat, cle. si. de sent. excom. alioqui clausula absoluentes &c. infra posita esset superflua. de ista Papæ salutatione ad beneficia uacatura scripsi in forma mand. in prin. ubi dixi et

*Salutatio Papa non dat absolutionem.*

se dif-

se differentiam in rescriptis ad vacatura, & ad vacãtia: quia in rescriptis ad vacatura Papa salutat eum, quem vult grauare ad conferendum in his vero ad vacantia eum salutat, cui prouidendo confert, quãdo Papa per breue scribit, solet addere salutem, & Apostolicam benedictionem: vt inferius in materia breuis dicetur.

*Rationes diuersa in diuersis mouent Papam ad cõcedẽdum.*

1 ¶ Vitæ ac morum honestas &c.] Notãdum est, quod hæc secunda pars bullæ cõtinet narrationem, in qua duo Papa præcipue conscribit. In primis rationes, quæ mouerint eum ad hanc gratiam concedẽdum. In secunda factum narrat ibi, exhibita &c. vel cum itaque. &c.

2 Sicut enim Papa pluribus mouetur rationibus ad concedendum vni potius quam alteri: ita rationes alias in vno exprimit, quam in alio c. Relatum, de præb. vt sequitur.

*Ratio mouens Papam pro infãte rescribentem.*

3 Si enim Papa gratiam infanti faciat, solet statim a salutatione sic dicere, laudabilia infantilitatis tuæ indicia &c. si autem sit puer vsq; ad tredecim, uel quatuor decim annos, dicit laudabilia tuæ pueritiæ ætatis indicia: ex quibus (prout fide dignorum testimonio accepimus) verisimiliter concipitur, quod te in virum producere debeas virtuosum, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales &c.

*Puer qõ dignoscatur.*

4 Dicunt quidam, quomodo potest cognosci puer, vel infans, cũ sapientissimus Salomon Prouerb. 20. capit. de illo dicat, *Quis autem hominum intelligere potest viã suam?* Et cap. 30. *Tria sunt mihi incognita, & quartũ quod penitus ignoro, viã viri in adolescentia sua.* Respon. Papa dicit se habuisse ista indicia testimonio fide dignorũ qbus credi solet, l. Titio. 2. vbi gl. ff. de cõditio & demonstra glo in verb. notitia. c. cupientes, de electio. lib. 6.

5 Etiã Papa dicit verisimile esse, quod puer bonis moribus præditus fiat vir literatus, & virtutibus decorabitur: & hoc est quo ad præsumptionem, licet aliquando hoc non sit: & de hac clausula fide digno commendaris testimonio, scribit Corsẽ. in repeti. cap. Grandi, de supplend. negligen. præla.

6 Ista probãtur in ca. ex studiis, de præsumptio. vbi sic scribitur: Ex studiis suis intelligitur puer: quemcunque enim virtutibus studere, cum modestia continẽtiæ auditioni sapientum, obseruantiæ mandatorum Dei maxime simplicitati, & humilitati videris, huius munda & recta opera intelligẽ, & sic quo ad præsumptionem, sicut Papa hic dicit.

7 Melius & tutius esset, q̃ Papa hos crescere sineret, & postea illis cõferret, quia hoc solet generare scandalum in ecclesia cum istis vitulis confertur beneficium: sinere eos oportet: vt aratro habiles fiant.

*Honestas vita & morum & virtutũ merita inducũt collatores ad conferẽdum.*

8 Si vero maiori quatuordecim annis seculari Papa scribat prouidẽdo, solet describi hæc clausula: vitæ & morum honestas, ac alia laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commẽdaris testimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales &c. cum iuris præceptum primum sit honeste viuere. l. iustitia. ff. de iustit. & iure. §. iuris, illo titu. in Institu. ob id honestas vitæ & morum inducunt Papam ad concedendum: mouetur etiam Papa ob merita probitatis & virtutum.

9 Dauid expetijt bonitatem, disciplinã & scientiam, sic Papa his mouetur. Vide quæ scripsi in forma manda. in Concord. & ista clausula, vitæ ac morum honestas, non solet apponi in gratia, si neutri, vel si nulli, vt inferius dico in materia, licet alicui q̃ viderim apponi: hodie multa conferuntur beneficia ab inferioribus collatoribus aliqbus: apud quos nulla est vitę, nec morum honestas, sed turpitudo & dissolutio: sed veh illis, qui hoc modo cõferunt, quia reddent quandoque rationem villicationis, in qua erit fletus & stridor dentium.

*Domesticis & familiaribus clausula proprin & religiosis.*

10 Si vero concedatur domestico, vel familiari Papæ, solet inscribi grata tuæ familiaritatis obsequia &c. & ista gratis expediũtur: iõ dici solet grata, Romanis tamẽ pragmaticis non grata, quia animo non grato sine mercede hæc expediunt quandoque: sed quia verisimile est, q̃ Dominus suis grato animo concedat, ob id dicit grata &c. licet permulti sint Philippo Macedo. dissimiles, qui Hiparchi mortem ægre tulit, quod antequam beneficiũ a se accepisset, vitã finierit: vt est in Apophtheg. Pluthar. vbi plus his verbis scribitur, Perquam rarum est principem sentire gratiarum affectus, sed amicis pleriq; non aliter, quam equis vtuntur dum vsui sunt, curant, inutiles factos abiiciunt, eosq; spoliant citius, quam beneficio iuuant. ideo accipe Dauid doctrinam, Noli te confidere, &c. [Et mihi experto in hoc credite.]

*Philippus molestè tulit quod alicui nõ benefecerit.*

11 Cum autem bulla dirigitur religioso, solet apponi clausula ista, religionis ze

lus,aliaque &c.quomodo probatur hic zelus,& merita,& Papa a quibus fide dignis habuit,cum non viderit vnquam impetrantem? resp. impetrantes solent impetrare per pragmaticos Romanæ curiæ,q̃ dicunt Papæ impetrantem esse dignum, & multoties falluntur,quia etiam ipsi nõ cognoscunt impetrantes,sed forte excusari possunt: quia omnis præsumitur dignus.l.cum quidam.2.ff.de leg.2.capit. si forte, de election.in 6. & is qui ingressus est religionem præsumitur,quòd hoc fecerit bono zelo, qui inducit ad concedendum vt hic.

*Collatores cognoscere eos,quibus conferunt debent.*

12 Dicebat Menander Græcus his qui Reipub.præsunt, Multis sane modis non bene dictum est,cognosce teipsum: foret. n.vtilius si diceretur, cognosce alios homines, quos si cognoscerent episcopi, & alii collatores, eos nõ ditarent, nec illis in perniciem animæ prouiderent, bonis saltem derelictis.

*Titulus prioratus qualis esse debeat. Abbas si sit episcopus nõ benedicitur,etvocatur episcopus non abbas.*

13 Si priori seculari dirigatur bulla,dicitur in ea,priori seculari talis ecclesiæ collegiatę: & vocatur prioratus secularis sancti N.ordinis sancti Benedicti &c.

14 In titulo prioratus claustralis dicitur,priori priorat⁹ claustralis monasterij sancti Germani de Pratis Paris.diœce.salutẽ.Q̃n vero prouidetur de monasterio alicui episcopo,postq̃ episcopus est consecratus,non benedicetur,& nominabitur episcop⁹,nõ Abbas,nec prior:quia a maiori fit denominatio.l.Quæritur. ff.de stat. ho.alioqui nostri episcopi maxime cardinales sex centa haberent nomina, quia sexcẽtos habent vel episcopatus,vel abbatias uel prioratus, seu hospitalia,vel lepsarias,aut alia beneficia,in totius reip. pernicem quæ malum,tanta voracitas?

*Partes probare nõ tenentur quæ in exordijs dicuntur.*

15 Etiam ista,quę in exordiis gratiarum ponuntur, non sunt a partibus probanda: quia eã impulsiua cessante non cessat dispositio l.1.§.sexum. ff. de postulan. & in dubio ista cã præsumitur impulsiua.gl. in l.2.in fi.ff.de don.doct.in c. cum cessante, de appell.hoc docet Staphil.in tracta. de lit.grat.rub.de vi,clauſ.in princ.

*Bulla Papa cõ probanda & a quibus.*

16 Sed bonum esset,q̃ omnia,quæ in his dicuntur literis,comprobarentur & verificarẽtur corã iudicibus ecclesiasticis cõseruatoribus vniuersitatũ, vel aliis: quia officiales eorum vix eas cõprobarẽt, vt beneficia cõferre possent propter defectũ impetrationis: vel possent eligi indices a Papa Roscii ideſt miræ probitatis,& scientiæ viri, qui de expressis in bullis summarie & de plano cognoscerent, & bullam comprobarent.

*Clausu. bullæ directa graduato probãda.*

17 Quando autem bulla dirigitur docto ri,uel alteri graduato, scribitur hęc clausula literatum,scientia vitæ,ac morũ honestas,& sic Papa præfert hic scientiã, vt ostendat istum literarum habere hoc præcipuum vltra vitæ & morum honestatem aliorum,quibus ẽt hic præditus est:Ideo incipit a literarum scientia & vt cognoscatur q̃ Papa vltra alios mouetur rõne scientiæ ad concedendum, quia scientia totus mundus iiluminatur,authen. habita.C.ne filius pro parte.

18 Et narratio ẽt baccalaureatus in gratia,ẽt non negata quo ad effectum adiudicationis probãda est,vt docet Aegi. Bell. decis.203. itẽ q̃d & Petr. Paris. cons.49. primam.col.pen.nu.30.& seq.in 4. vol.

*Aduocati consistoriales non vocantur magistri in bulla nec clerici camerę Papæ. Magistri qui dici possint in bulla.*

19 Et si dirigatur aduocato consistoriali, non dicitur magistro,nec solent in literis Apostolicis aduocati consistoriales vocari magistri:sed dicitur in eis, nos volẽtes eidem N.qui in consistorio nostro aduocatus existit &c.

20 Clerici camerę Papæ etiam nõ dicũtur magistri,nec aliquis officialis Papæ, eo q̃ familiaris dicitur magister,nisi hẽat priuilegium, q̃ sit magister vel sit promotus.c ne sede vacan. nec scholaris est magister,c.fi.de præsumpt. nisi sit in regiſtro supplicationum: hi.n.dicũtur magistri regiſtri supplicationum:alii vero dicuntur regiſtratores bullarum,nõ vero magistri, imo nec beneficia clericorũ camerę sunt reseruata,nec beneficia procuratorum cõ tradictarum,quia non sunt nominati in extrauag.Ad regimen,de præb.in Extrauag.communibus.

*Titulus nõ suscipitur præstimonij.*

21 Ad hæc quando alicui prouidetur de præstimonio,siue in ecclesia sit siue extra eam, tunc non fit intitulatio ; vt Romani vocant,vt rescriptũ dirigatur clerico perpetuo beneficiato in tali ecclesia : sed in bulla dicetur,tali clericotalis diœcesis:& si aliud habeat beneficium vocabitur nomine alterius beneficii, & hoc est pp incertitudinem,quæ est, an præstimoniũ sit beneficium,& ita seruat stylus cur.Rom.

*Titulus vnus in bulla tãtum datur.*

22 Notandũ quod bulla nũquàm exprimit nisi vnum titulum,ideo non dicit canonico talis ecclesiæ,& rectori parrochialis ecclesiæ: quia quis non debet esse pluralis etiam in titulis,vt duos habeat titulos,sicut nec duo beneficia:c.cum nõ ignores

ses.de præb.& c. ſanctorum. 70. diſt.& ſi duos daret titulos, videretur pluralitatẽ à iure damnatum approbare.

23 Etiã quia hodie quidã ex noſtris cardinalibus tot habẽt fere epatus,abbatias, & prioratus, quot in cœlo ſtellæ ſunt errantes,quę ſi numerarẽtur,oporteret totã vnam bullam ex harum numeratione conſcribere vñ non ſolet dici magiſtro artium,& in medicina, ſed magiſtro in Medicina doctori in Theologia.

24 Tñ dẽ in bulla, doctori vtriuſq; iuris, quia vtraq;ſciẽtia coniuncta eſt:vt ſcripſi q.5. tract.nomi.& ſic nõ intitulatur quis (vt practicantũ verbis vtar) de duobus, niſi eſſent in eadẽ eccleſia,& de illis prouideretur vni.ſi aũt ſi quis licentiatur, dẽ tali licẽtiato,vel baccalaureo ſalutem:ſi aũt in ſupplicatione dicatur,q̃ eſt licẽtiatus, qui (vt aſſeris) de rigore exiſtis vel(vt aſſeris)formatus exiſtis.&c.alia vide in practica cancell. Romanæ per Hiero. Paul.

*Titulus mendicãtium quis.*

25 Item ſi fiat mentio ordinis mendicantium,dicetur tali N. ordinis fratrum prædicatorum,uel ordinis fratrũ eremitarũ ſancti Auguſtini, vel ordinis minorum: ſi vero ſunt de obſeruantia, dicetur eſſe ordinis minorũ de obſeruantia nuncupatorũ:ſi aũt fiat mentio aliorũ ordinum,dicetur in literis Papæ,ſub regulari obſeruantia viuentium,de ſtylo curię Romanę qui eſt obſeruandus,c.ex literis.de conſt.

*De narratione qũo fieri debeat.*

1 ¶ Exhibita ſi quidem,&c.] Iſta eſt facti narratio,quę poſt has rationes Papam mouentes apponitur,quæ varia & diuerſa eſt pro factorum diuerſitate: vnde plane factũ narrari debet,ex qua omnis certitudo elici poſſit:& hæc narratio qualiter fieri debeat,non poteſt certa conſtitui doctrina alia,ſed cauẽdum eſt,ne falſa in narratione pars inſerat,aut aliquid omittat quod Papam ad difficilius concedendum,vel denegandum inducat: alioqui re ſcriptum erit nullum.c. Ad aures. & c. ex tenore,& c.poſtulaſtis, & c. ſuper literis. de reſcrip.vt dixi ſupra in prima differentia inter literas gratiæ & iuſtitiæ, verum enim vero quia ex narratione partium in iure poſita non poteſt ſumi deciſio iuris, c.ſi Papa,de priuileg.lib.6. nec ex ipſa poteſt ſumi aliquid ad deciſionem cauſarũ. glo.in c.vno.in verb.collationem,de rer. permutat.in 6.Rom.in repe.in authen.ſimiliter,in 10.ſpeciali.C. ad legem Falcidiam.allegat gl.in l.vnic. C. quando non petentium partes petentibus accreſcant. Barba.in repe.c.Raynaldus,col.21.de teſta.ex his ergo narrationibꝰ hic nihil eliciemus,ſed ueniamus ad tertiam partem, vbi ſunt clauſulæ frugiferæ.

*Narratio quid proſit & per quæ uerba fiant in qualibet gratia.*

2 Tamen ex narratione partium elici ſolet veritas,uel obreptio:ideo partes sũmopere reſpice debent, quid narrent, & an narrata probare poſſint, vel contra ea probari poſſint:nam quæ pars narrat, ea confiteri cenſẽtur, & ex hoc iudicari potest.l. cum precum. C.de lib.cauſ. & ſuperius dixi.

3 In nouis & ſimplicibus prouiſionibus, & in gratia ſi neutri narrari modus vacandi ſolet per exhibita,ſi quidẽ, &c. in aliis vero gratiis regulariter non, ſed per dudum,&c.cum itaq;&c. & prout caſus occurrit,& hoc de ſtylo Romanæ curiæ.

*Nuper, olim, dudũ tria denotãt tempora*

4 Et licet dicatur dudum,nuper, olim, vacans beneficium,cum nũc etiam vacet, tamen hoc non nocet: quia hæ dictiones tria cõtinent tempora,uidelicet præſens, præteritum,& futurum. glo. in l. 1. §. 1. ff. de noui ope.nunc.c.olim.de offi. deleg.& in c.1.de cleric.excom. miniſt.

*Gratiæ facta quõ deãbeant in alia narrari.*

5 Notare tñ debemus,q̃ gr̃a iã facta dẽt plene & extenſe in bulla narrari, qñ non eſt reuocata,nec ſortita effectum in aliqua parte, quando eſt illius qui primam conceſſit gratiam,ſecus ſi ſucceſſoris:ſiue narretur diſpenſatio ſiue alia gratia.

6 Si uero in uim mandati fuerit alicui prouiſum,& is impetret a Papa beneficium,in noua prouiſione breuiter gratia mandati narrabitur ex ſtylo Roma. cur.

7 Etiam ſucceſſoris gratia breui narrari ſolet, quamuis in forma rationi congruit expediatur,ut inferius in ea materia ſcribam:& in narrationibus debet quis ſequi ordinem rerũ,ita vt prius acta, prius ſint referenda,vt prouinc.fol.60.

8 Idem ſi ſit reuocata, vel ſortita effectum: vidi de ſtylo cur. Rom. ſeruari.

*In prouiſione Papæ non ſunt probanda merita.*

1 ¶ Nos tibi præmiſſorum,&c.] Iſta eſt bullæ tertia pars, videlicet Papæ diſpoſitio,& prouiſio cum ſuis clauſulis valde vtilibus,quas nunc proſequamur:& multa utilia in hac parte continentur, & quã uis in donatione probãda ſint merita, alias donatio corruit. l. ſi donatione. vbi doc.C de collat l. Aquilinus.& l.ſi pater. ff.de don. Do.Tiraq.in l.ſi vnquã,in verb. donatione.C.de reuocan. donatio. tamen in hac Papæ gratia nõ oportet merita.iſta probare,quia Papa vult intelligere meritum eum,qui non demeretur,ideo illi cõ-

fert, quamuis alia non prestiterit seruitia. [l. cum quidam 2. ff. de leg. 2.]

1 ¶ Teque absoluentes &c.] Ista clausula & sequentes oriuntur ex signatura, sicut olim Græci ex equo Troiano: ut per Virgilium lib. 2. & per Historiographos, & hoc sicut ex prima dispositionis Papæ cla signaturæ, & cum absolutione a censuris ad effectum præsentium &c. sic & prima dispositio bullæ continet hanc clausulam vt hic videri potest.

*Papa absoluit impetrantes a sententia excommunicationis et maioris, alias collatio facta excommunicatio nō valeret, nec rescriptum impetratum ab excommunicatio. c. j. de rescrip. in 6. postulasti. de cleric. excom. minist. Ideo hic dicit tex. à quibusuis excōicationis, &c. & vt maiorem excommunicationē comprehendat, & minorem, si repugnet impetranti.*

2 Et sic Papa absoluit impetrantes à sententia excommunicationis et maioris, alias collatio facta excommunicatio nō valeret, nec rescriptum impetratum ab excommunicatio. c. j. de rescrip. in 6. postulasti. de cleric. excom. minist. Ideo hic dicit tex. à quibusuis excōicationis, &c. & vt maiorem excommunicationē comprehendat, & minorem, si repugnet impetranti.

3 Maior à communione fidelium excludit, minor a sacramentorum participatione c. 2. de excep. siue excōmunicatio sit lata à iure: vt si quis manus violentas in clericum iniecerit, is est a iure excommunicatus, c. Si quis suadēte. 17. q. 4. vbi scripsi amplia. & limita. & præponit Papa excommunicationem a iure, quia sententia iuris fere imponitur propter crimen ideo plus ligat argum. not. in c. peruenit. de excess. prælat. Staphil. in tract. de lit. grat. de vi. & effectu. clau. verf. verior tamen, &c.

4 Siue ab homine excommunicatus sit, vel ab officiali episcopi, vel archiepiscopi aut ab alio potestatem habente, siue in eadem diœcesi, siue in alia: quia hic non consideratur, a quo, sed an sit: nam excommunicatus in vna diœcesi in aliis etiam est vitandus, c. quisquis. vbi gl. 5. q. 5. gl. in c. Pastorais. §. verum. de appellat. quia sicut lepra sequitur leprosum, & morbus Neapolitanus infectum, ita & hæc excommunicatio. glo. in l. 3. ff. pro socio. & sic iste text. intelligitur de excommunicatione etiam maiori, licet quidam velint dicere contra, nullo tamen iure fulciuntur, imo contra verba. tex. nituntur, ibi à quibusuis excommunicationis sententiis absoluentes &c. minor autem excommunicatio à perceptione sacramentorum excludit. c. 2. & 3. de excep. scripsi in tit. de excomm. vitand. in concord.

*Suspensi & interdicti et absoluū*

5 Etiam suspensus à diuinis non potest eligi, nec eidem beneficium conferri. c. cū dilectus. de consuet. glos. in c. cum bonæ. de ætat. & qualit. & in c. fi. de excess. prælat.

Ideo Papa hic absoluit illum ad effectum vt valeat impetratio & prouisio: ut in c. Apostolicæ: de except.

*tur, vt impetratio prosit.*

6 Idem si aliquis sit interdictus a diuinis, uel ab ingressu ecclesiæ: vt dicitur in c. Si furia, & in c. is cui. de sent. excō. li. 6. nam is a Papa absoluitur ad effectum præsentium consequendum, videlicet ut beneficium ex hac prouisione consequi possit, non obstante excommunicatione, suspensione, uel interdicto.

7 Et quamuis post satisfactionem nō requiratur absolutio a suspensione, vel interdictio: sed sufficit iudicis declaratio sine alia absolutione: quod sequs. est in excommunicatione. glo. notab. in clem. vna. in verb. donec. de deci. & in clem. fin. de censi. Idem tenet gl. in Pragma. sanct. in tit de interdict. indifferent. non ponend. in gl. mox tamen: quia non apparet Papę de aliqua satisfactione, ideo absoluit eum in hac impetratione tam ab excommunicatione quàm a suspensione, & ab aliis cē suris, sed absoluit tantum ad affectū præsentium consequendū, non quo ad alia ut plene scripsi de canonico creato, ad effectum, in 6. fi. de reserua. in concord. & in forma mand.

*Absolutio quādo post satisfactionem requiratur.*

8 Præterea absoluit eum ex quauis causa, uel occasione processerit excommunicatio, ibi, quauis occasione vel causa latis, etiam si prouenerit ex culpa impetrantis propter istā generalem clausulam: hæc tamen generalis restringitur & a iure & a regula cancella. vt inferius dicetur.

*Absolutio in literis Papæ incidēter data non prodest hæreticis.*

9 Vnde hæc absolutio non proderit hęreticis. c. excommunicamus §. credentes, de hæretic. Fel. in c. Apostolicæ. col. 1. de excep. ne præstetur ipsis occasio censuras vilipendendi, quas facillime ex corū pessima conditione reiiciunt.

*Nec insordescētibus prodest absolutio. Falsarij literarū non censentur i bulla absolut.*

10 Nec proderit ei, qui insorduit in excōicatione vltra annum, quia hæreticus præsumitur. gl. in. in c. fi. de pœn & ita fuit iudicatum Burdegalę: ut refert Boer. in deci. Burdegal. q. 290. duo permutauerūt.

11 Nec falsum committētibus in literis, Apostolicis, etiam si addant punctum, vel deleāt: illi enim in bulla cœnę Deo sunt excōmunicati, nec possunt ab alio, quam a Papa absolui, nisi in mortis articu. text. in c. ad falsariorum, de crimine falsi. hoc patet in bulla cœnę Domini, artic 4. vbi etiam scripsi: & hoc est quia Papa istos nō vult absoluere.

12 Vnde Iulius Papa tertius Moder. his verbis

*Absolutio a cēsuris in bulla data quib⁹ non prosit.*

verbis statuit, & ordinauit, huiusmodi absolutionē non suffragari nō parētibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus ecclesiarū falsificatoribus, & falsificari procurātibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtētibus, receptatoribus & fautoribus eorum, acres veritas ad infideles deferentibus, violantibus ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario Apostolicis mādatis non obtēperantibus, & nuncios uel executores Apostolicæ sedis, & eius officialium eis cōmissa exequētes impedientibus, qui pp prēmissa, vel aliquod eorum excommunicati a iure, uel ab homine p quatuor menses scienter excōmunicationis sentētiam hmōi sustinuerint, & generaliter quibuscunque aliis, qui cēsuris aliquibus etiam aliis, quam vt prēfertur quomodolibet ligati, in illis per annum continuum in sorduerint.

13 Itaque habetis, quibus nō prosit hęc absolutio in reg. 78. Iulii: & hoc est bene notandum, quia non fuit hactenus ab alio Pontifice sic declaratum. Igitur hæc clausula quauis occasione &c. non proderit istis, nisi in signatura diceretur, & cum absolutione, a censuris ad effectum etiam in casibus regulę & cum illius derogatione: quod non solet Papa facere, sed tentandū est: alioqui delebitur.

*Dicens se familiarem card. est excōmunicatus.*

14 Etiam non puto hic comprehendi illum, qui dixit se familiarem, vel nepotem car. vt obtineret facilius gratiam, quia est excommunicatus: & non est verisimile, quòd Papa istum furem absoluere velit: vt consuluit Paul. Paris. cons. 77. in causa, col. 2. in 4. vol. dico inferius in rescripto perinde valere quid agere debeat.

*Absolutus ic non poterit celebrare, nec ordines sumere. Absolutus non potest beneficiū ab ordinario obtinere.*

15 Item licet hic absoluatur quo ad effectum obtinēdi istud beneficium impetratum, tamen impetrans non poterit celebrare, nec horis interesse diuinis, nec alia facere, quia ad effectum tantum est absolutus: vt patet hic, imo si post hanc absolutionē ingerat se diuinis, incurrit irregularitatem cap. is cui. de sent. excom. lib. 7.

16 Nec posset aliud beneficium post istā absolutionem obtinere ab ordinario, vel alio, nisi absolueretur de nouo, tamē quo ad effectum consequendi beneficium impetratum nō requiritur, vt absoluatur ab ordinario, vel ab alio presbytero, quia absoluitur a Papa per has literas, ibi harum serie absoluentes &c.

17 Et Papa solo verbo absoluere potest, sicut solo verbo creare sacerdotes, vt docet Angel. in l. 1. C. de sentent. passis. & Fel. in c. 1. col. 6. dē const. Barbat. in. cle. fi. col. 2. de testib.

18 Imo de iure quamdiu excommunicatus erit, priuatur fructibus beneficii. gl. in c. præter. 32. dist. quia Dei inimicus & ecclesię nō debet de patrimonio viuere Iesu Christi. Bal. in c. 1. col. 3. in 2. lect. de in dic. arg. c. commissa, de elect. lib. 6.

19 Nec poterit interim ordines sumere, imo esset irregularis, si assumeret: ut docet Panor. in c. 1. de eo. qui furtiue ord. suscepit: & ut semel dicā, in nullo alio releuatur hic excōmunicatus. nisi vt ista prouisio facta eidem valeat: ergo omnes aliæ pœnæ contra excommunicatos contra eū locum habebunt sexaginta. scripsi in tit. de excōmunica. non vitand. in concor. vn de scripsi in glo. absoluentes, in forma mādat. in concordat. quod excommunicatus impetrans mādatum, si non procuret alio modo absolui, non poterit beneficium acceptare, licet mandatum valeat.

1 ¶ Necnon omnia, & singula beneficia ecclesiastica, cū cura, vel sine cura, quę et ex quibuslibet dispēsationibus Apostolicis obtines, & expectas, necnon in qbus, & ad quę ius tibi quomodolibet cōpetit, quęcūq. quotcunque, & qualiacunque sint, &c. ]

*Clausula pro expressis habētes.*

2 Ista clausula nascitur ex ventre signaturæ, ibi. & quod obstantiæ oratoris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, & tantum operatur ac si nominatim expressio fieret, teste Anton. Butrig. in cons. 2. visis literis. col. 1. & Fel. in c. in nostra. corrola. 9. de rescrip.

*Signatura vt haberi pro expressis & quod possint in bulla ex primi cōcedi.*

3 Duo in signatura concedebātur, quod illa quæ obstabant impetranti haberentur pro expressis: secundū quod exprimi possint in bulla: ergo posūt exprimi beneficia, vel haberi pro expressis: & licet habeātur pro expressis, exprimi tamē poterūt: quia in fauorem impetrantis hoc conceditur, cui fauori renunciare potest. c. si diligenti de fol. compet. l. pen. C. de pact. & melius est quod in bulla exprimantur ad vitādos processus: & vt noscatur mens Papę: quāuis vtrūque in signatura fuerit concessum.

*Subreption em tollit hac clausula, pro expressis &c.*

4 Per hac clausulam tollitur subreptio, quæ foret, si quis impetraret beneficium a Papa, vel ab eius legato, & nō exprimeret beneficium etiam modicū: vnde impetratio & prouisio nullius esset momenti. c. si proponente de rescri. c. Si motu. de præb. lib. 6. etiam si impetrans illud resignare paratus sit. c. postulasti. vbi Aegid. col. 1. de

reſcrip. ideo Papa habet pro expreſſis, id eſt ac ſi in bulla expreſſa eſſent omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica.

5 Ergo de feudis & aliis beneficiis temporalibus non intelligitur, quia non ſunt in gratia exprimenda c. Felicis de pœnis. lib. 6. vbi hæc beneficia dicuntur ſed non eccleſiaſtica, vt in rub. vt beneficia eccleſiaſtica ſine diminutio conferan.

*De prouisione facta de duobus, an fieri mentio in bulla debeat.*

6 Ad hæc ſi prouiſio fuerit facta in vna ſignatura de duobus beneficiis, & bulla expediatur de vno: oportet dicere in ea ſic, cui etiam hodie parrochiali eccleſia, ſeu alio benefi cio, &c. conceſſimus prouideri, ex quo in ſupplicatione expreſſa ſunt duo, tamen hæc clauſula facit ut hoc non exprimatur, quia Papa pro expreſſis habet omnia beneficia.

7 Item Papa non ſolum habet pro expreſſis omnia beneficia, ſed & qualitates illorum, & hoc probatur ibi, cũ cura, vel ſine cura & qualiacumque, probatur in cle. 1. de præb. c. Ad aures. de reſcrip.

8 Pr7terea vult pro expreſſis haberi beneficia quotcunque habeat, & in quocunque numero, ad hoc vt valeat impetratio, non obſtante numero beneficiorum decẽ, vel alio numero, quot obtinebat impetrans, tamen ut infinitas vitetur. c. 2. de reſcrip. in 6.

*Clauſula pro expreſſis non continet ultra duo beneficia.*

9 Forte non cõtinet niſi duo, nam ſi Papa ſciret iſtum ultra duo habere. forte nõ concederet aliud, per c. cum adeo. de reſcript. ideo non prodeſſet iſta clauſula ad tertium, uel alia plura, vt iſta clauſula reſtringatur, & Papæ non illudatur, ut ſupra dixi in ſignatura.

10 Ad hæc vult etiam haberi pro expreſſis ea beneficia, quę impetrans expectat, ſi forte quis obtinebat literas mandati, vel alias expectatiuas ad bñficia, & velit nũc beneficium impetrare, de illis literis, per quas ſpectat beneficia, facienda eſſet mentio. c. in noſtra. de reſcrip. tamen per iſtã clauſulam hoc tollitur: ibi & expectat, ac in quibus. & ad quæ ius ſibi quomodolibet cõpetit. idem ſi ius competebat: quia forte iam acceptauerat beneficium uacãs & ſibi fuerat collatum, tũc per iſtam clauſulam reſeruatur illi ius.

*Clauſula pro expreſſis nõ induducit diſpẽſationem.*

11 Notandum eſt tamen quod per hanc clauſulam non cenſetur diſpenſatus, ut quis retineat beneficia, niſi obtineat de illis diſpenſationem. c. non poteſt. de præb. ideo in narratione bullæ ſolet diſpenſatio narrari, uidelicet cum quo dudum. vt duo incompatibilia beneficia, etiam ſi dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia forent, & ad eos, &c. ſi tibi alias canonice conferantur, recipere, & ſimul retinere libere & licite valeas, Apoſtolica fuit auctoritates diſpenſatum. Staphil. in tract de literis gratiæ, in ſecunda forma expectatiua.

12 Et iſta clauſula pro expreſſis, non derogat priori diſpoſitioni fortiores clauſulas habenti: vt docet Petr. Pariſ. conſ. 42. quantum. nũ. 18. in 4. volu.

*Qualitas pro expreſſis habetur.*

13 In hoc tamen aduertendum eſt, quòd qualitates beneficiorum, vt ſtatim dixi, ſunt exprimendæ, niſi habeantur pro expreſſis, vt hic, vel niſi ſit clauſula in ſignatura poſita, quòd maior & verior ſpecificatio fieri poſſit, etiam qualitatum: vt docet gl. in reg. 63 & inferius dicetur.

*Dignitas in ſignatura expreſſa intelligitur de non curata.*

14 Etiam notandum eſt, quòd ſi quis expreſſerit dignitatem in ſignatura, ſi non expreſſerit qualitatem, negatiue debet intelligi, ſciiicet de nõ curata, vel de officio etiam non curato: & ſic in bulla exprimetur, dignitatem non curatam tibi conferimus: hoc eſt ſtatutum in reg. cancel. innocentii 63. & in reg. Iulii tertii, in reg 68.

15 Niſi illa qualitas cõditionaliter fuerit in ſignatura expreſſa, videlicet dignitas talis, quę forſan curata exiſtit, tunc in bulla curata dignitas exprimetur: vel ſi affirmatiue fuerit dictũ, dignitatẽ talem cura tã dignemini conferre, nõ licebit in bulla exprimere, quæ forſan curata exiſtit, quia minus exprimere: & non eſt minus exprimendũ in bulla, quã in ſignatura, ſed pinguius, cum bulla ſit ſignatura extẽſa: vt ſupra dixi: & ſi minus exprimatur in bulla, q̃ in ſignatura, ſolet de ſubreptiõe notari.

*Priora 1ª ſecularis aut regularis.*

16 Prætẽrea ſi prioratus impetretur, debet exprimi an ſecularis ſit an regularis: quia nomen prioratus eſt nomen commune: ideo diſtingui debet, teſte Hoſtiẽ. in c. niſi. de præben. Oldra. conſ. 257. factum tale. col. 9. num. 34.

*Conuẽtualis prioratus eſt primendus.*

17 Si vero regularis impetretur, debet exprimi ſi ſit conuẽtualis, clẽ. Ne in agro. §. cæterum. de ſtatu monach. alioquin in bulla conficiẽda dicetur negatiue, videlicet prioratus regularis, non conuẽtualis, per dictam reg. 63. & 68. nec poterit extendi etiam per illam clauſulam generalẽ, quòd maior expreſsio &c. vel per clauſulã Reſeruationem, &c. etiã ſi eſſet alia clauſulã quod exprimi qualitas poſsit.

18 Nam hæc verba debẽt intelligi, quod qualitas

qualitas non inducens reseruationem posſit exprimi: sed illa per quam induceretur reseruatio non, quia quotidie sic decideretur Papa per has clausulas: nisi in signatura diceretur; quòd qualitas etiam reseruationem inducens generalem, vel specialem exprimi possit. vt superius scripsi in elucida. signaturæ.

*Regula cancellaria quod negatiue intelligatur in simplicibus nõ procedit.*

19 In capellanijs vero & aliis simplicibus beneficijs non habent locum regula, quòd negatiue intelligatur, vel affirmatiue: nec solet dari qualitas electionis, quia ista exprimi non solent, tamen si dubitaretur esse electiuam, vel curatam, poterit quis conditionaliter exprimere, quæ forsan electiua, aut curata existit: de stylo curiæ Romanæ, sic solet fieri.

*Verus valor est exprimendus nisi in casibus hic conscriptis.*

1 ¶ Eorumque fructuum & prouẽtuum veros annuos valores, &c.] Etiam verus valor beneficij, quod impetratur, est exprimendus, clem. 1. de. præb. quod limitatur hic, quando ille valor haberetur pro expresso, alia de hoc superius dixi in signatura, quæ non repetam hic.

2 Nota tamen sequentes casus, in quibus valebit bulla, etiam si verus non fuerit valor expressus: primus si habeatur pro expresso, vt hic, secundus casus, si motu proprio prouideatur. regul. cancella. 61. sed hodie idem per reg cancel. Iulij Papæ tertij, regul. 66. tertius ex consuetudine Franciæ: vt 6. fi. de mandat. Apostol. scripsi & supra in signatura. quartus est quòd beneficij, quod iam quis obtinet valorem exprimere non tenetur, quia de illo non agitur, sed de eo quod de nouo impetrat, vt annata soluatur. glo. in d. reg. 61. & quia per adeptionem istius ultimi uacabi. primum, si non fuerit dispensatus per c. de multa de præben.

*Dispensationis est in bulla faciẽda mentio.*

¶ Ac huiusmodi dispensationum tenores.] Impetrans tenetur facere mentionem de primo, quod obtinet, maxime si incompatibile sit, etiam dispensationis. c. 2. de filijs præsbyter. in 6. tamen per hanc clausulam non est alia facienda dispensationis, vel dispensationum mentio, cum Papa has dispensationes, & earum tenores pro expressis habeat: & hanc materiam plenius explicabo infra in materia dispensationum.

*Clausula uacationis modus pro expresso habeatur.*

¶ Necnon verũ & vltimum dictæ eccle siæ seu vicariæ vacationis modum, etiam si ex illa quæuis generalis reseruatio, etiã in corpore iuris clausula resultet, præsentibus pro expressis habentes.] Ista clausula etiã ex signaturæ dispositione oritur, ex clausula posita ibi, vacationis modus etiã si de illa quæuis generalis reseruatio, etiã in corpore iuris clausa resultet, &c.

*Verus uacãdi modus est exprimendus*

Verus uacandi modus debet exprimi: alioqui debetur beneficium ei qui verum modũ expressit, etiam si postea impetrauerit c. susceptum. de rescrip. lib. 6. cap. quia sæpe, de præben. ibidem. sed vt pars subleuetur hoc onere, Papa pro expresso habet verum vacandi modum, adeo quòd si quis impetrauerit beneficium vacans per resignationem, & vacauerit per mortem, debetur impetrãti huius clausulæ ratione. & de hoc dixi superius in signatura. ibi videbis abunde tractatum.

*Clausula cuius fructus, etc. quid operetur*

¶ Cuius & illi forsan annexorum fructus reditus & prouentus 24. ducatorum auri de camera secundum communẽ æstimationem valorẽ annuum, vt asseris, non excedunt.] Hæc clausula etiam est extracta ex corpore supplicationis ibi, *cuius fructus, &c.* Adde quod statuit Alexãd. 6. titul. de signatura gratiæ.

*Verus valor beneficij quod impetratur pro expresso.*

Papa habuit pro expresso valores beneficiorum, quę impetrans habebat, sed non habet pro expresso fructus beneficii, quod impetratur, vt Papa annatam consequatur ideo valorem exprimit consuetum in regno Franciæ quem exprimi sufficit, licet beneficium sit maioris valoris, & hoc propter consuetudinem Regni: alioqui verus valor esset exprimendus. vt dictum fuit supra in signatura.

*Clausula quouismodo uacet. Resignatio facta coram duobus notariis uel alias hic comprehenditur. Clausula ut præmittitur uel siue præmisso.*

¶ Siue vt præmittitur, siue alio quouismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam dicti Gulielmi Dauid, vel cuiusuis alterius resignationem, de illa extra dictam curiam etiam coram notario publico & testibus sponte factam.]

Ista clausula extrahitur ex corpore signaturę, non ex clausulis, & est fere eadẽ, ibi, siue præmisso &c. & quia hic omnino exprimit vacandi modos, etiam per resignationem coram notario publico & testibus sponte factam, vidi dubitari, quid si fuerit facta resignatio coram duobus notariis: vt solet fieri in hac ciuitate: & dicerem idem esse, etiam si facta esset coram laico priuato, dummodo probari possit. c. quod in dubijs, &c. Admonet. de renunc. & hoc videtur probari hic, per illam clausulam etiam notario & testibus quia dictio etiam, ampliat, quod non solum quãdo fit corã Papa, sed coram notario & testibus vel duobus notariis, aut alias, de hac dictio-

dictione facit tex. in l. etiam. C. de testib. scripsi in l. mulieris, in princ. ff. de verborum significat. & not. quòd in non reseruatis dicitur, vt præmittitur, in reseruatis vero scribitur, siue præmisso, siue alio quo uismodo vacet. prouin. fol. 57. in no. super vacan. reseruat.

¶ Aut constitutionem felic. recordat. Ioan. 22. prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis. ] De ista extrauagan dixi in signatura, vbi est eadem clausula: & nota quòd in literis super beneficiis per constitutionem execrabilis vacantibus ponitur clausula, si est ita, & similiter de quibuscumque narratis facti informationem requirentibus: vt statuit Innocen. in regula cancella. 67.

¶ Vel assecutionem alterius beneficij ecclesiastici dicta auctoritate collati vacet. ] Etiam in corpore signaturæ, & in petitione partis est hæc clausula, quam ibi elucidauimus: ideo hic pro repetitis habeantur.

*Derogatio generalis nõ includit extrauagantes, nec regulas cancellaria.*

Nota tamen quod derogatio generalis non includit extrauagantes, nec regulas cancellariæ, nisi expressa illarum fiat mentio: & ideo Papa hic exprimit: vt docet Nicol. milius in verb. priuilegium, quem refert Gomes. in proœm. regul. cancella. quæst. 5. & quando in beneficialibus est derogandum regulæ, semper illa debet narrari in principio. videlicet post exordium sic. hinc est quod nos, qui dudum inter alia voluimus &c. & postea in non obstant. debet poni, non obstante voluntate prioris, & ordin. præmissis, ac constit. vt est in prouinc. fol. 55. versic. aduerte.

Hodie tamen de stylo curiæ numquàm censetur derogatum regul. cancellariæ, nisi in narratione bullæ ad verbum regula narretur. vt scribit idem Gomes. quæstione sexta, ibidem: & quando fieri debeat extense mentio, dixi superius in signatura, & in hac bulla.

¶ Etiam si tanto tẽpore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta cõcilij ad sedem Apostolicam legitime deuoluta, ipsaque ecclesia, seu vicaria dispositioni Apostolicæ specialiter reseruata exist at. ] Etiam ista clausula ex corpore supplicationis elicitur, quam ibi declarauimus: & dicetur abundantius inferius in materia deuolutionis: vnde hic sistam ratẽ. Probatur hæc clausula in c. vno, vt ecclesiastica beneficia &c. vbi hoc nõ est omittendum, quod si prouideatur de maiori dignitate in Cathedralibus, aut Metropolitanis, vel de principalibus in collegiatis, tunc nõ ponitur hæc clau. dummodo eius dispositio ad nos deuoluta fuerit: vt supra dixi in gl. Etiam si deuolutum.

*Clausula etiã si deuolutiõ &c. quando non ponatur.*

¶ Super ea quoque inter aliquos lis, &c. cuius statum præsentibus haberi volumus pro expressa pendeat indecisa. ] Ista clausula bis repetita est in signatura. Primo in corpore ibi, litigiosa, cuius litis &c. in dispositione & clausulis signaturæ: est etiam conscripta, ibi, *& quatenus litigiosum, &c.*

*Lis & litis status exprimi debent.*

Et ista clausula solet etiã ex stylo conscribi in bulla, eo quòd si lis esset, & nõ exprimeretur, subreptitia esset impetratio: ideo Papa litem & litis statum pro expresso habet. de hoc dictum fuit superius in signatura: facit c. inter de re iud.

*Masculinum cõcipit fœmininũ in beneficialib' non neutrum.*

Notandum est quod masculinum concipit fœmininum: nam litem & litis statũ volumus pro expresso haberi quippesi duo præcedant substantiua, quorum vnum est masculini generis, alterũ fœminini: & sequatur adiectiuũ illud ponetur in masculino, per tex. in c. si Apostolicæ, de præbẽd. lib. 6. vbi hoc notat Domin. pro litteris beneficialibus, in quibus si dicam canonicatum, & ecclesiam parrochialẽ prędictos dicetur non prædictas, vel prædicta: vt plene dixi in l. prima, ff. de verb. signif. & solet in dispensatione sic narrari, cum quo dudum vt duo incompatibilia beneficia, etiam si dignitates, &c. & ad eos &c.

Si vero sunt duo substantiua vnũ masculini, alterũ neutrius tunc adiectiuũ in neutro ponetur, non in masculino qa masculinum non concipit neutrũ c. quãto, de priuileg. vnde si dicatur conferre canonicatũ prębẽdam, ac officium, prędicta, non autẽ prædictos dicetur de stylo. vide quæ abundè scripsi concipiendo regulam cum amplia: & limitationibus in d. l. 1. de verb. sig. 1 ¶ Dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter ius quæsitum. ]

*De clausula dũmodo alicui non sit ius quæsitum.*

Ista clausula non scribitur, in signatura sed per eam Papa limitat suam gratiam, vt non intẽdat isti impetranti, prouidere, si ius sit alicui quæsitum. nec est suæ intentionis illud ius tollere. c. super eo, de offi. delega. nam quotiescumque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusquã fiat. l. 2. § merito. ff. ne quid in loco publico fiat, & restitutio sine præiudicio iuris alieni facta cẽsetur. c. quamuis, in fin. de rescript. lib. 6.

Ita-

*Ius ad rem tollit Papa non in re.*

2 Itaque per hãc clausulam tollitur ius ad rem, sed præseruatur habentibus ius in re: vnde si alicui erit facta beneficij collatio ante Papæ prouisionem, Papa non intendit illi derogare: secus si haberet mandatum, vel nominationes, & nondum eis esset facta collatio: vt docet Calder. consi. 8. in fin. titul. de rescript. & Roma. consil. 256. approbo sententias. Fel. in c. causam quæ, col. 14. num. 26. de rescript. Staphil. in tract. de lit. gratiæ. rubr. de mandato, de prouiden. in princ. d. Probus in c. Eum, qui col penult. de præbend lib. 6. Petr. Paris. consil. 118. circa, colum. 2 num. 11. vol 4.

3 Et quamuis per hanc clausulam tollatur ius ad rem, adeo quòd si spectãs requisierit, & acceptaueritramen per hãc clausulam derogatur illi requisitioni, & acceptationi, c. fin. de conces. præbend. in 6. quamuis do. de Rota dec. 244. licet de more, in no dicant hoc dubium, & inter doctores controuersum.

*Post requisitionem & acceptationẽ an Papa prouideat.*

4 Ex lege tamen Regia in beneficijs debitis graduatus, & qualificatis isti prę ferũ tur impetrãtibus, non obstante ista clausula, vt est statutum in constitut. reg. tit. *des prouisiones Apostoliques*, de quo dixi abũde in concord. Franciæ, in tit. de mandat. Apostol in §. declarantes, & de hoc iure non tollendo dicetur inferius in rescript. si neutri, in qua regula cancel. de non tollendo ius quæsitum, breui declarabo.

*Clausula de nõ tollendo ius quæsitũ, & sine præiudicio differũt.*

5 Postremo not. Gomes. in reg. de non tollendo ius quæsitum, in fi hanc clausulã dummodo &c. differre a clausula, sine præiudicio alicuius: nam hæc clausula gratiã facit conditionalem, secunda vero, non: adeo quòd si tollatur ius quæsitum. gratia sit nulla, secus si sine præiudicio dicatur: quia præiudicium, quod est in gratia, non consideratur.

6 Nam hæc verba sine præiudicio intelligũtur non expresso, quia in expresso vult alteri præiudicare, c. examinata, de confir. vtil. c. ex tenore, de for. competen. Oldra. consi. 330. ad idem in fin. Ias. & alii in l. beneficium, ff. de constit princip. vide multa quæ super hoc scribit Gomes. in regul. de non tollend. ius quæsitum, q 1.

*In vacãtibus in curia an hæc clausula dũmodo, sit necessaria.*

7 Verum hoc loco se offert dubium, an hæc clausu. habeat locum in beneficiis vacantibus in Curia, & quidam censent clausu. dummodo tempore datæ præsentium ius alteri quæsitum non fuerit, non solere poni de stylo: quia non potest esse ius alteri quæsitum, postquam vacauit in Curia: & nullus alius extra Papam potest conferre intra mensem, capit. 2. de præbend. in 6.

8 Ego tamen eam vellem conscribere quia ordinarius potest post mensem conferre, ideoque potest esse ius alteri quæsitum per hanc ordinarii collationem: vnde putarem hãc clausulam necessarium, cum quæri ius possit, per c. statutum, de præb. lib. 6. quando collatio fieret a Papa post longam vacationem vnius mensis, quid interim impediet ordinarium conferre, vt sic alteri ius quæratur?

9 Et quando alius haberet detentionem, hæc clausula poni solet, per c. cum nostris, vbi doct. de conces. præb. abunde scribam inferius in regula, de non tollendo ius quæsitum.

10 Si tamen maior dignitas post pontificalem vacaret extra curiam mortuo Papa, tunc subsequens Papæ successor poterit illam conferre sine mentione reseruationis quæ expirat per mortem Papæ, licet successor statuerit simílem reseruationẽ, quæ tamen non erat tempore vacationis dignitatis, ideo non erat reseruata. Et sic non est opus exprimere reseruationem, quæ non erat. Doct. in d. c. 2. & reg. Cancel. extinguntur per mortem Papæ. vt in proœm. regul. Cancel. dicit gloss. & Gomes. ideo dicunt quidam istam clausulam dummodo, non esse necessariam, dicas tamen vt supra scripsi.

11 Si vero vacauerit viuẽte summo Pontifice, qui tamen non prouidit, successor prouidere poterit, non tamẽ tamquam de reseruato, sed vt de affecto. Et debet in bulla declarari quomodo erat affectum, vt superius scripsi in materia reseruationis.

*Subrogariquãdo possit quis in beneficio vacante in curia*

12 Nota etiam quòd si in signatura dicatur quòd omitti possit narratio, de qua in corpore, ratione huius clausu. poterit collitigans subrogari in beneficio, etiam vacãte in Curia: licet alias nunquam veniat in curia vacans si non exprimatur. cap. 2. de præb lib 6. ita statuit Alex. 6. in tit. de signatura gratiæ in suis regul.

*Quando beneficiũ vacans in curia vacante se da quis possit illud conferre.*

13 Item si vacante sede beneficium vacauerit in curia, tunc successor conferet illud tanquam reseruatum, non per regulas quæ sunt extinctę per mortem sui conditorijs sed tamquam de iure communi reseruatũ: ideo successor dicet, conferimus tibi tale beneficiũ reseruatum per Bonifaciũ &c. qui edidit d. c. 2. de præb. in 6. & sic beneficiũ simplex in curia vacãs post mortem

tem Papæ non potest ordinarius conferre ante mensem.

14 Sed si in curia uacauerit ecclesia parrochialis Papa mortuo, & vacante adhuc sede ordinarius poterit eam esset ante mẽ sem conferre.c si Apostolica de præb. lib. 6. quia vacatio in illis est dispendiosa. c. quamuis de elect. lib. 6. beneficia vero sim plicia ante mensem conferre non poterit postea sic.c. statutum, ibidem.

*De clausula vt asseris.*

¶ Vt asseris.] Not. quod quando aliquis est officialis in curia Ro. hæc clausula debet affirmatiue poni vtpote tibi, qui secretarius noster existis. Si vero officialis sit aliquis extra curiam, tunc in bulla scribetur, tibi, qui (vt asseris) dilecti filij nobilis viri. F. ducis Mediola. secretarij existis, ut in prouincial. fol. 53. verb. quando aliquis de his verbis vt asseris. & vt asseritur vide quę scripsi in forma mand. in glo. omnia' & singula, in concordia.

*Clausula cum annexis &c.*

¶ Cum annexis. Huiusmodi, ac omnibus iuribus & pertinentiis suis, Apostolica tibi auctoritate conferimus, & de illa esset prouidemus. ] Superius post clausulam esset si ex illo &c. post verbum pro expressis habentes. additur ecclesiam, seu vicariam prædictam cum annexis huiusmodi conferimus, & de illa etiam prouidemus: sic debet legi, & per parenthesim, vt sensus recte intelligatur.

*Per collationẽ ecclesia principalis & annexa cẽsetur collata.*

An conferendo principalem ecclesiam veniant annexæ ecclesiæ, etiam si non sint expressæ. Respon. text. in c. super eo, de præb lib. 6. vbi doct. decidunt venire, quãdo vnio esset facta accessoriæ: & tunc non est exprimẽda ecclesia annexa accessoriæ: quia ex quo principale nominatur, & accessorium, arg. l. si ut certo. §. vsque adeo autem, ff. commoda l. sed addes. §. si quis mulierem, loca. nam accessorium sequitur naturam sui principalis. l. cum principalis. ff. de regul. iur.

*Vnitum beneficiũ nomẽ beneficij perdit.*

Etiam quia beneficium vnitum, perdit nomen beneficii, nec debet dici beneficiũ sicut ante vnionem, vt docent do. de Rota dec. 370. in antiq. refert & sequitur Io. baptista in tract. de vnio. ar. 8. q. 11. & sequẽti.

Et sic ista clausula non videtur necessaria: quia conferendo ecclesiam principalem confertur & accessoria, potest tamen prodesse: quia si ecclesiæ sint vnitæ æquè principaliter sicut ecclesia Dien. & Valen. tunc per istam clausulam conferetur vtraque, & isto casu esset necessaria ista clausula. gloss. & doct. in cap. primo, ne sede vacan. & quia stylus sic se habet, vt Papa, beneficium principale cum annexis & iuribus conferat, vt hic constat.

*Dispensatus ad duo curata an trin habere possit, si unũ sit unitũ.*

Et sic dispensatus ad duo curata, poterit & duo curata, & præbendam, cui erit annexa ecclesia curata, obtinere, per d. c. super eo, de præben. in 6. & ibi hoc firmãt doct. facit cle. ne in agro. §. cæterum, de statu monach. & hoc quando vnio erat facta præbendæ accessoriæ, secus si æque principaliter: vt declarat glo. in d. cap. 1 & Caccialup. in d. tract. vnio. ac Petrus de Perusio in eo tract. vnio. in princ. & Bertrand. consi. 2. nu. 44. in 3. vol. ex prima editio. & quando principaliter vel accessorię vnita dicatur inferius in tract. vnio. scribam.

¶ Quarta bullæ pars est, ] In qua Papa quibusdam mandat, vt mittant in possessionem impetrantem, si dicens: *Quo circa dilectis officialibus &c. mãdamus quatenus ipsi duo, aut vnus eorũ per se, vel alium. seu alios te vel procuratorem tuum tu nomine in corporalem possessionem parochialis ecclesia, seu vicaria, & annexorum iuriumque pertinen. prædict. inducant auctoritate Apostolica, & defendant inductum.* Notandum quòd in literis Apostolicis semper gratiosa debet esse per se & executoria in aliis literis, & hoc quando per cancellariam expediũtur, secus per cameram: quia & tunc & gratiosæ & executoriæ in eisdem literis ponuntur, vt hic & docet Hier. Paul. in sua prax. inno. super vacan. referu. fol. 58. versi. no. quod in literis &c.

*Gratiosæ litera & executoriæquãdo simul ponãtur*

*Executores gratia Papa in dignitate esse debent.*

De iure executores gratię Papę debent committi existentes in dignitate ecclesiastica, vel dignitatem habentes ecclesiasticam. cap. statutum, de rescrip. lib. 6 & hodie stylus est curiæ Roma. vt hic videtis. & hoc docet Collect. in cap. proposuit, col. prima, de concessio. præbend. licet Feli. teneat contrarium in cap. Postulastis, col. 3. ver. dum declarat Abbas, de rescrip. scripsi plene in forma litera. executo. in concorda. Franciæ: & si iste executor non seruet formam traditam sibi a Papa, quod faciet nullum, erit tamquam a priuato factum, & carente iurisdictione: l. 3. de offic. præsi. Petr Paul. Paris. consi. 31. circa præsentem, num. 26. cum seq in 4. volu. monachi ecclesiarum cathedralium seu canonici non solent de stylo committi executores, vt docet Hier. Paul. in prouincial. fol. 16.

*Officialis & vi*

1 ¶ Officiali Episcopi. ] Hæ gratiæ possunt committi, si sit principalis officialis, secus

*Curius executores gratia Papæ esse possunt & quomõ.*

fectus si foraneus, id est foris extra ciuitatẽ in aliqua parte diœcesis præfectus, cle. Et si principalis, de rescr. etiam vicarius Episcopi potest esse gratiæ Papæ executor glo. & doct. in d. cle. Et si principalis.

2 Et interdum constituitur vnus & idẽ officialis & vicarius, qui multo magis executor Papæ fieri poterit. & in Gallia, Germania & Hispania executores constituũtur officialis episcoporum: in Italia vero vicarij, vt est prouincial. fo. 14. vbi dicit alias esse falsum vel errorem.

*Executor certus esse dẽt, nec valeret si diceretur, vniuersis & singulis canonicis &c. Prouisus in possessionem mittendus est.*

3 Requiritur tamen quòd executor sit certus, & expressim nominatus, vt officiali Episcopi Paris. & idem si plures sint: c. tibi qui, de rescrip. in 6. ibi certo executore: c. si Apostolicæ, de præb. ibid.

4 Nec valeret, si committeretur omnibus & singulis canonicis ecclesię Paris. quibus mandatũ præscribitur sicut literæ iudiciũ secularium. Domi. cons. 75. in causa, col. 2. vnde si Papa committat officiali Paris. & sint plures, intelligitur de principali, per d. clem. & si principalis.

5 Item hic tex. vult, vt impetrans inducatur in possessionem: nam accipiens propria auctoritate possessionem prædo est: l. si ex stipulatione. ff. de acqui. possessio. ideo debet quis mitti per alium, si tamen quis iustum habeat titulum, & propria auctoritate ingrediatur possessionem, non dicitur intrusus, nec priuatur iure, quod in beneficio habet. c. cum qui, vbi Domi. & Franc. de prẽb. in 6.

*Collatio ante missionem in possessionem faciendæ est.*

6 Prius tamẽ debet fieri collatio, & postea missio in possessionem, non econtrario tex. in c. 2. ibi, donationis nostræ gratiæ præcedente, præbendæ nomine de mãdato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan. supra dixi in tit. de missio. in possess. ad purificandam tamen gratiam non est terminus præstitutus à lege, nec ab homine, ideo est in arbitrio executorum, vt est in prouinciali. fol. 33.

7 Et si quis acceperit possessionem ante collationem, est intrusus. c. cum iamdudum de præb. vbi Panor. dicit, quod si post adeptam possessionem sine tit. quis impetret non facta mentione istius iam adæptæ possessionis, & intrusionis, non valebit impetratio, minus rescriptum confirmationis. l. auctoritate C. vnde vi, quod est notandum, quia vidi quendam ordinarium, vt præueniret legatum, misisse in possessionem, ante expeditam collationem ab eo prouisum qui ex eo succubuit, quia erat intrusus.

*Exprimi dẽt, qua auctoritate quis ẽ possessionem mittatur.*

8 Imo debet in possessionem mitti auctoritate Apostolica, vt hic, & non valeret, si hic executor mitteret istum in possessionem, sua auctoritate, vel auctoritate ordinaria quia hic dicit auctoritate Apostolica, facit text. in capit. 2. ibi, de mandato nostro Capuanus Archiepiscopus inuestiuit, ne sede vacan.

9 Si autem in vim collationis ordinarii ponatur in possessionem, debet hoc exprimi: interdum collatio potest esse canonica, & possessio erit vitiosa. c. si quando, de offi. delega. & tunc alia possessio est capienda, alias pars succumbet in possessorio, & econtrario. l. j. §. si vir. ff. de acq. possess. vbi plene doc. scribunt acquiri possessionem vtilem ex tit. inualido, dummodo sit coloratus, vt in tract. de pacifi. possess. scripsi, & in trac. de miss. in poss. superius.

*Clausula si duo quid significet.*

¶ Quatenus ipse vel duo &c.] Si duobus cõmissum fuerit, si autem tribus, dicitur, quatenus ipsi tres, aut duo, aut vnus eorum &c. de quo in cap. prudentiam, de officio deleg. & prodest hęc clausula: quia vnus vel duo altero vel aliis impeditis exequi poterunt, si tamẽ se excusauerint. cap. sciscitatus, de rescri & d. cap. Prudentiam, secus si hæc clausula non adfuisset, sic Papa eam solet inserere in suis literis, etiam in quibus mandat, vt de causa cognoscant, vt ibi: & quamuis ad summum non soleant de stylo dari a Papa nisi tres iudices d. cap prudentiam prouinciale, fo. 22. tamen executores quatuor dari pot.

*Executores Papa subdelegare possunt, & quibus.*

Poterunt etiam ipsi subdelegere, quia delegatus Papæ subdelegat. cap. Pastoralis, de offi. deleg. & tenentur subdelegare. His etiam, qui in dignitate sunt ecclesiastica, nisi nudum ministerium committerent, cle. 1. vbi glo. singu. de offi. delega. Rota decis. 392. in antiq. [sub titu. de rescrip. decis. 31.] per tex. in d. c. statutum. in fi. de offi delega lib. 6.

Nec obest regul. cancella. 46. quia loquitur quando Papa dat. iudicem super expedientis negotiis cum signatura: quia videtur tunc electa industria personæ, alias secus: vt ibi glo etiam docet, & text. sequens permittit per alium exequi, ibi, per se, vel per alium.

*Executor per se, vel alium negotium exequitur.*

¶ Postea dicitur per se, vel aliũ.] Quia iudex delegatus debet cum reuerentia rescriptum Papæ recipere, & illud exequi. cap. si quando, de rescrip. vel debet se excusa re,

cusare, si nolit, vel non possit. cap. sciscitatus, de rescript. alioqui puniri debet vt ibi no. nisi Papa hoc concedat, vt hic.

Ideo Papa permittit quod per se faciat aut per alium, vel alios: poterit enim hic executor vnum, vel plures delegare, & eos compellere, vt mandatum Papæ exequantur. cap. Pastoralis, in princip. de offic. delegat. quod hodie seruari non vidi quò ad coactionem: sed officium recipere cuique erit liberum.

*Intrusus dicitur qui propria auctoritate beneficiū nō accipit. Accipiēs possessionem cū simplici signatura nō est intrusus*

Item vult vt prouisus mittatur in possessionem per se, vel per procuratorem, quia dicunt Panorm. & alii in c. Cum ia dudum, de præb. & Felin. in c. in nostra. de referi. & in c. veniens, no. 2. de accusa. q intrusus dicitur. qui intrat possessionem beneficii propria auctoritate. idem Petrus de Perus. in tracta. de vnion. q. 2.

Etiam si cum signatura ingrediatur, vt ibi, & Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte, q. 11. num. 10. sed contrarium est verum: quia per verbū fiat, perfecta est gratia. c. institutionis. 25. quæstione secunda glo. in regul. cancella. 25. & 29. glo. singul. in c. Dudum, in glo. verbo. de sepultur. & ista seruat Rota, vt firmat Gomes. in quæst. 5. in regul. de non iudicando iuxta formam supplica. & Cassador. in decisio. vlt. de restitu. spolia. scripsi in tracta. de pacific. possesso. in 6. amplia. nu. 50. & seq & ista seruamus in Francia: vt scripsi supra, de missio. in possess.

*Executor excōmunicatus conferre nō p̄t.*

Si tamē executor erat excōmunicatus eo tempore, quo prouidit, forte per māda tum, tunc impetrari debent literæ, vt perinde valeat dicta collatio facta mandatario, & inde secuta, ac si prædictus executor vinculo excōicationis publice innodatus non extitisset: & ita quādoque vidi in executore mandati: quod est notandum, alias collatio non valebit. c. Postulastis. vbi scripsi de cleric. excom. mi. & in ti. de excōm. non vitand. in concord. & quamuis mandatum impetratum ab excommunicato valeat ratione huius clausulæ, *teque absoluentes &c.* tamē ab ordinario vel executore collatio facta mandatario non absoluto non valet, vt plene scripsi in forma manda. in verb. absoluentes.

*Clausula defendēte s in dictū.*

¶ Et defendant inductum.] Itē vult Papa, vt idem executor defendat inductum in possessionem, sicut dicitur in l. 1. & per totum. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est.

*Executor in*

Et olim hic executor datus a Papa auctoritate Apostolica, defendebat ipsum possessorem, si quod impedimentum eidē asserebatur, etiam à tertio, licet sine ista clausula non haberet iurisdictionem in tertium. c. 1. de offic. deleg. c. pro illorum, de præb. vbi doct. dicunt, quod commissus ad ponendum aliquem in possessionem nō habet iurisdictionem in contradictores, nisi ista clausula ponatur: ideo Papa hic apposuit, vt executores ponant in possessionem, & inductum defendant. Staphile. in tracta. de liter. gratiæ, de vi & effectu clausula. versi sequitur postmodum.

*possessionem inductum, hodie nō defendit.*

Hodie in hoc regno Franciæ postquā inductus fuerit prouisus in possessionem, si turbetur, agit possessorio coram iudicibus laicis Regijs: & hic delegatus Papæ non amplius aliquid exercet vt plene docui in forma manda. in glo. defendentesque &c. sed hæc clausula in patria obedientiæ adhuc prodesset.

¶ A moto exinde quolibet illicito detentore.] Hęc clausula prodest: nam si aliquis iniuste detinebat beneficium, habebat tamen coloratam possessionem, si illius non fiebat mētio, impetratio erit nulla. c. cum nostris, de concessio. præb. sed ista clausula habet vim expressionis coloratæ possessionis, per c. proposuit, de concessio. præben.

*Clausula a moto quolibet illicito detentore quid prosit.*

Quod est uerum, si apposita sit hæc clausula in literis principalibus gratiæ vt hic: secus si tantum in literis executoriis, per cle. primam, in fin. de præb. Panor. in d. c. cum nostris. & Geminia. consi. 86.

Nec virtute huius clausulæ poterit executor amouere de possessione colorata, nisi aliquis fuerit intrusus, de Rota decisio. 56 no. q aliquis in antiq. [sub titul. de cons. poss. & decis. 11.] & decisio. 429. in eisdem refert Staphile. in literis gratiæ, de vi & effectu clausula. versi. vlterius scié dum est, de hac clausula. est tex. in cap. cum vniuersorum. in fi. de rer. permu. & de ea scripsi in forma litera. execut. mā da. in verb. contradictores, in concor. vbi dixi executores in hoc regno non posse exercere iurisdictionem.

*Clausula faciens te admitti &c.*

1 ¶ Faciens te, vel procuratorem prædictum ad ecclesiam huiusmodi (vt moris est) admitti, tibique de illius & annexorum fructibus, redditibus & prouentibus, iuribus, & obuentionibus, vniuersis integre responderi.

In hac clausula Papa vult, vt prouisus admittatur, vel pro eo procurator, & recipiatur

cipiatur ad ecclesiam collatam, alioqui prouisus cum effectu non diceretur: & qa clerici forte nollent talé admittere, ideo Papa hac vtitur clausula, vt executor faciat eum prouisum admittere, & de fructibus sibi respõdere, vt gaudeat fructibus illius beneficii, & de perceptis coram executore respondeat is qui eos percepit, & deinde subeat cõdemnationem, si iniuste receperit. cap. fi. de confirma. vtil. cap. præsentium. § præterea de testibus lib. 6. in regno, vt dictum fuit, nullam subit iurisdictionem executor.

*Clausula admitti, in quibus literis conscribi dẽat.*

2 Vnde hæc clausula admitti solet, & apponi in bullis rectoris ecclesiarum parrochialium, vbi est vicaria perpetua: quia forte vicarius nollet istum rectorem admittere, ideo Papa adiicit hãc clausulam, vt admittatur, prout moris est.

3 Etiam in bullis decanatus ruralis vidi apponi ratione presbyterorum, qui in ecclesia esse possunt, qui habent istum recipere, & nolent: ideo ponitur hæc clausula admitti &c.

4 Idem in prioratibus dependentibus ab alio regulari loco, qui habent superiorem. s. illum à quo dependent; & is habet eos prouisos admittere, ideo hæc clausula necessaria est, vt habetur in prouincial. fol. 54. item omnis prioratus.

5 In prouisionibus hospitalium solet etiam hæc clausula conscribi propter pauperes, qui istum forte hospitalarium possent non admittere, vel propter administratores, qui istum hospitalarium recipere solent, quod forte recusarent: vnde Papa scribit, vt admittatur, & illi de fructibus respondeatur, vt prædixi: & nota, quod vbicumque præest superior de iure, vel de facto debet poni hęc clausula admitti: & quando requiritur alicuius, vel aliquorum consensus vt docet Hier. Pau. tol. 53. vers. quando prouidetur.

6 Idem in portionibus locorum monasteriorum, vel collegiorum: sed in his, qui non sunt in aliqua ecclesia, non apponitur hæc clausula admitti, ex quo non est persona quæ habeat illos admittere, ideo superflua non sunt in hac bulla conscribenda: cum Papa in proœ. Decret. tollat superflua, & Imperator in prima constitutio. Codic. vides hic tamen, quod hodie fere in omnibus prouisionibus inseri hæc clausula solet. sed hic executoribus dirigitur, in casibus vero supra cõscriptis dirigebatur illis, qui recipere prouisum habebant, vel quod executores illos cõpellerent ad admittendum.

*Consuetudo recipiendi prouisũ seruanda est.*

¶Vt moris est.] Etiam addit hic Papa, vt iste prouisus admittatur prout moris est, & sic non vult tollere consuetudinem si qua esset in recipiendo istum prouisum, in dubio Papa consuetudinem, quæ facti est, quam ignorare videtur, tollere non censetur. c. 1. de constitu. in 6. & ista clausula est summe utilis, quia continet requisita ex consuetudine, licet non sint alias expressa, ut seruanda sint, quæ inualuerunt ex more: ut docet Petr. Paris. cons. 20. gratia, in 4. uol. scripsi, in l. Labeo. 1. ff. de uerbo. signifi.

*Contradictores compescendi, & qui.*

¶Cõtradictores prout iustitia suadebit ad hoc compescendo.] Decernit etiam hic Papa, vt executores compescant contradictores, & contradicentes huic prouiso: & intellige si qui contradicere uelint sine caussa, & de facto, si uero de iure, ut si iustam allegẽt caussam, utpote aliam collationem priorem, illos compescere non poterit: ut hic innuere uidetur, & compescere eos debet, prout iustitia suadebit: & de hoc est tex. in capitu. is cui, de præben. lib. 6. glo. in capitu. Pro illorum, illo. tit. in Decreta.

Vnde non tenetur possessor ad præceptum executoris possessionem dimittere, nec ob hoc poterit excommunicari, si offerat se iuri stare paratum. c. licet, de præben. in 6. Feli. in c. causam quę, col. 12. nu. 10. de rescrip. scripsi in forma litera. executo. manda. in fi. in concorda. Franciæ. & vide hanc clausulam positam in eisdem concorda. in titu. de firma & irreuoca. concorda stabilita. circa finem.

*Executor an iurisdictionem habeat etiã cõtra tertium.*

Et sic per istam clausulam executor habet iurisdictionem, non solum inter partes, sed etiam contra extraneos contradicentes de facto, licet regulariter delegatus non habeat iurisdictionem nisi inter partes, & contra eos impedientes. c. 1. de offi. deleg. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in rub. de ui & effectu clausula. uers. Sequitur postmodum, & uer. 3. dicit, &c. sed hodie, ut dixi supra executores nullã auctoritatem literarum istarum exercẽt iurisdictionem, seu collationem, & fulminationem faciunt. & si iurisdictionẽ exercerent, appellaretur ab eis tanquam ab abusu ad senatum, per tit. de causis in cõcor. quia auferrent iurisdictionem ordinariorum & Episcoporum: quod est prohibitum in d. tit. de causis.

¶Non

*De clausula, nõ obstantibus.*

¶ Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cõtrariis quibuscũq; ] Ista est quinta bullę pars, in qua Papa tollit ea quæ bullæ obstare possunt: possunt.n. obesse constitutiones D. Bonifacii, quæ disponunt, ut beneficia in curia vacantia non debeantur alicui ét per literas Papę nisi specialis & expressa sit facta mẽtio, ꝙ bñficium vacauit in curia. c. 2. de pb. in 6.

*Regulis cancellariæ per clausulam non obstan. non censetur derogatũ.*

Et de hac clausula est tex. in c. cum ali quibus de rescr. in 6. & in c. fin. de senten. excommu. lib. eo. & plenior tex. in c. quia sæpe. in fin. de elect. eodem lib. Et per istã clausulam generalem non obstan. nõ censetur derogatum regulis cancellariæ, nisi hoc expresse dictum fuerit, vt docet glo. regula cancella. 17. & per Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. in 4. par. q. 46. in 4. col. quem refert & sequitur Gome. in tracta. super reg. cancel. in proœ. q. 5. & q. vlt. in reg. de infirmis resignãtibus: quia postquam non sunt in corpore iuris clausulæ possent ignorari c. 1. de const. in 6. ideo de illis debet fieri expressa mentio.

*Obstantia exprimenda pro personæ qualitate & materia.*

Notandum est quod ista nõ obstan. debent conscribi pro qualitate personæ, pro qua scribitur: nam plura minori obstant, quę non obstant maiori, & vni, quã alteri ob id debent concipi prout suadebit qualitas personę: persona enim prius legitimanda est. l. si quæramus. ff. de testa. Barb. in rub. C. qui admitti.

Etiam consideranda est materia, de quo agitur: & ad tollendum priuilegia plura derogatione ampla opus est, teste Bart. in extrauag. Ad reprimend. in ver. non obstantibus. [ quomod. in læsæ maie. crim. proced. ]

*Regula quando sit exprimenda.*

Hinc est quod in prouisionibus simplicibus, uel nouis, vel si neutri, subrogationibus, commendis, & aliis prouisionibus beneficiorum, non ponitur clausula non obstante tali regula: sed fere ad verbum inseritur, & postea alia sequuntur obstan. quæ Papa tollit.

In dispositione aũt signaturæ ponitur non obstat. regul. de annali possess. vel alia. cui derogari necesse est, & ita seruat stylus curiæ Rom. vide tamen quæ superius dixi, vbi ex stylo curiæ hodierno Papa solet narrare regulam ad verbum, cui vult derogare.

*De clausula cæteris cõtrariis.*

Solet interdum Papa apponere clausulam, cæteriſq; contrariis quibuscunque, sed nunquam subnecti debet, quando aliud sequitur contrarium: sed debet poni statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque. & non debet dici cæteris: vt docet Hiero. Pau. in stylo curiæ Rom. fol. 54. vers. clausula cæterisque.

¶ Aut si aliqui super positionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis, in illis partibus generales, vel speciales dictæ sedis, vel legatorum eius literas impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationẽ, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus volumus te in assecutione dictę parrochialis ecclesiæ seu vicariæ anteferri. Per istam clausulam tolluntur reseruationes, & expectatiuæ tam generales, quam speciales, vt expectanti licet deberetur beneficium, tamen Papa vult, vt impetrans præferatur, etiã si expectans acceptauerit, sed non fuerit ei facta collatio, ét si ad inhibitionem per executorem fuerit prouisum. c. tibi qui. de rescrip. in 6. & hoc rõne istius clausulæ anteferri, quæ tollit ius ad rem, non in re. c. quodam. de præb. in 6. Feli. plene de hac regula anteferri in c. capitulum. col. 7. num. 6. cum seq. de rescri. plura hic scribere possem, sed parum in Francia nobis prodest hæc clausula quo ad præiudicium mandatariorum & nominatorum propter §. declarantes, de mand. Apostо. & per const. regiam, quæ declarat Papam præuentum per solam requisitionem mandatarii: ob id alia hic non scribam de ea: ét quia aliqua no. in §. 1. de mand. Apost. in gl. in forma. quæ ibi videri possent.

*De clausula anteferri.*

Imo si Papa diceret, non obstante collatione, uel concessione alteri facta, intelligeretur de collatione & cõcessione inualida, per tex in c. 2. ibi, non obstante cõcessione per capitulum facta alii, seu confirmatione nostra si qua in forma communi apparet obtenta. ne sede vacan. Feli. licet non alleget illum text. in c. causam quæ. col. 11. nu. 9. vers. non obstante, de rescri. nec Iaſ. cons. 232. col. 7. in 2. vol. nec cuiquam fit præiudicium. c. super eo. in fi. de offi. delega. c. quamuis de rescri. lib. 6. sequitur.

*Clausula non obstante collatione intelligetur de inualida.*

¶ Sed nullum præiudicium eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium, generari. ] Et quamuis Papa velit prouisum a se præferri spectãtibus quo ad hoc beneficium, tamen non vult quod eis præiudicetur: quo ad alia beneficia vaca-

*Præiudicium fieri expectantib. Papa nõ vult.*

vacatura: nam posset opponi istis expectā tibus quod primum eis debebatur, & ipsi fuerunt negligentes: ideo ius illarum re seruationum, vel mandatorum amisērūt, ꝙ si clericus, de præb. lib. 6. sed Papa ius eis reseruat, quo ad alia beneficia, adeo vt mandatarij alia postea vacantia benefi cia requirere possint, non obstante collatione facta a Papa, quæ eis non præiudicat, quia non sunt negligentes: ob id præuentio Papæ istis expectantibus non dēt ꝓiudicare: vt abunde scripsi in §. Declarātes. de manda. Apost. in concord. Franciæ vide Probū in addit. ad monachum, in c. eum cui. de præb. in 6 [Sic Rex Philippus. decreuit anno 1333. non valere secundum donum a rege factum nisi fece rit mentionem primi, et si a prædecessore primum factum fuerit, nisi dictum fuerit, non obstan. donis alias sibi factis.]

¶ Seu si venerabili fratri nr̄o Archiepiscopo Senonen. & pro tempore existē. dictæ domus præceptori, vel quibusuis a liis communiter vel deuisim ab eadem sit sede indultum, ꝙ ad receptionem, vel pro uisionem alicuius minime teneātur, & ad id compelli, aut ꝙ interdici, suspendi, vel excōicari non possint, quodque de hmōi, vel aliis beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionē, præsentationē, seu quamuis aliam dispositionem coniun ctim, vel separatam spectan. nulli valeat prouideri per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mētionem. ] Derogatur hic indulto, per quod es set concessum ep̄o, vel alteri vt nō teneatur aliquem recipere, vel alicui prouidere per literas Apostolicas, non facientes mentionem de suo indulto, vt olim habebant cardinales Franciæ: sed multi illo ab utebantur, ob id iuste fuit reuocatum, vel reuocari potest. & mirandū est de sum mo Pontifice quomodo hisce indultis te neri vult, & quomodo ea facile concedat: nam ea facilis concessio conceptum generat & quosdam eorum beneficiorum mercatores facit, & in omnibus resignationibus Papa solet derogare his indultis in aliis potest, quia maiorem sibi retinuit potestatem, quam concesserit. c. dudum. de præb. quamuis dixerit se nolle aliquo modo derogare, quia faciendo huius clau sulæ mentionem, derogare poterit. Bar. in l. si quis. in prin. ff. de leg. 3. & Felin. in c. nonnulli. de rescr. & quamdiu est Papa, priuilegium a se datum reuocare potest. c. 1. de const. lib. 6. nisi ad instantiam Regis & Reginæ concessum fuerit: tunc Papa de rogare illi non solet: vt statuit Alex. 6. in suis reg. tit. de concessio. Etiam per clausulas generales illis non derogaretur: vt consuluit Rom. cons. 393. quo ad primū, in fi. & refert Paul Pari. cons. 140. inspectis, col. 1. in 4. vol. [Sic etiam consului pro dom. Card Lotharingo.]

*Indulgeri nō pōt alicui, vt excōmunicari nō possit.*

Etiam si esset in indulto expressum, ꝙ is non possit compelli, excommunicari, vel interdici; nisi hoc expressum sit, non solet sedes Apostolica indulgere alicui, vt non possit excommunicari simpliciter, sed vt non possit excommunicari pro tali causa, vel nisi facta priuilegii mentione, vt hic. vel vt non possit ab alio excommu nicari quàm a Papa, prout est concessum (vt fertur) Regi Franciæ vt est in libero liliorum Reg Franciæ 6. per Ioan. Feral. & dicunt Pragma. Roma. quod dispensatio datur in his quæ sunt contra iuris cōis dispositionem, in his vero quę sunt contra statuta vel regulas datur indultū.

Et quando alicui esset indultum simpli citer, quòd non posset excommunicari, adhuc si insurgat cōtra matrem sedē Apo stolicam, excōmunicari poterit, quia non potest esse sine capite. c. cum non liceat, de prescrip. nec valeret tale priuilegiū. doct. in c. cum instantia. de censib.

*Indulto cardinalium Papa derogare potest.*

Et de hac clausula generali vide tex. in c. vt officium. §. cōferendi. & seq. de hę retic. lib. 6. Areti. c. 1. col. 6. de rescrip. An to. Butrig. in cons. 2. visis literis, in fi. qui dicit hanc clausulam generalem æquipol lere expressioni de verbo ad verbum, ex quo hanc loco illius Papa subrogat: & hoc solet Papa addere.

Ista tamen clausula non obstan. non de rogat priori dispositioni fortiores clausu las habēti: vt docet Card. cons. 166. factū sic se hēt. colu. pen. Refert & sequit Petr. Pau. Paris cōs. 42. q̄tum, nu. 18. in fi. vol. 4

¶ Et qualibet alia dictæ sedis indulg. generali, vel speciali, cuiuscunq; tenoris existat, per quam p̄tibus non expressam, vel taliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ valeat impediri qūolibet, & vel differri: & de qua cuiusque, toto tenore hn̄da sit in nostris literis mētio spālis.]

*Hæc clausula tollit statuta impedientia*

Facit tex. in c. cum nostris, circa finem ibi, ex indulgentia sedis Apostolicæ speciali, de concessio. præbend. & d. c. vt officium. ista ergo clausula tollit statuta, non

*vel differentia gratia effectum.*

solum quæ impediunt effectū gratiæ, sed etiam si differant: vtpote si dicatur, quòd si vacet beneficium excedens ducentas libras non debeatur impetranti, sed antiquiori, & impetrans habebit aliud, tunc per hanc clausulam habebit impetrans illud, quod impetrauit: nec impedietur, nec differetur sua prouisio, ista scripsi in form. mand. in concord. & Dom. in d. c. si propter. & Gomes. in procem. reg. q. 6. quod facit pro ecclesia Tholosana simile ferè habente priuilegium, ut beneficia certa meliora canonicis debeantur antiquioribus.

*Sacerdos si quis non sit non obstāte statuto recipitur per hāc clausulam. Fundationi qui cēseatur derogatum.*

Etiam hæc clausula prodest, quòd si statuta collegii essent, vt qui non reciperetur ad tale beneficium: nisi sit sacerdos: per hanc clam recipi deber, si sit ætatis legitimæ, in qua possit per annum ad sacros ordines promoueri. c. si pro clericis. & c. ei cui. de præb. lib. 6. de Rota decis. 466. nota q̄ statuta in antiq. [sub tit. de concess. præb. decis. 41.] sed non censetur per hæc verba, derogatum fundationi requirenti sacerdotium ante receptionem: nisi fuerit expresse facta mentio fundationis laicorum, secus in clericis. Domini de Rota decis. 3. Si statutum, in no. [sub tit. de præbend. decis. 1.] Staphil. in tract. de litteris gratiæ, rub. de vi & effectu clausula. vers. post prædictas clausulas.

*De constitutione Papæ Pij i Britannia vigentis.*

Etiam per hanc clausulam derogatur constitutioni Papæ Pii, quæ vult quòd vbi impetrantur beneficia in Britannia, quæ alii per annū pacificè possederint, vel ex prætenso titulo, vel per viam criminum, commissio fiat ad partes cum clausula, vocato possessore, &c. & impetrās literas huiusmodi intra bimestre ab earundem data iudici præsentare, &c. de qua per Petr. Paris. in cons. 49. ad primum, in 4 vol.

Nec tollitur optio per has clausulas, si nominatim hoc non sit in gratia expressum. c. fi. de consuet. lib. 6. & q̄ ibi addidi.

*Clausula decreti quid operetur.*

¶ Nos enim ex nunc irritū decernimus & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. ] Per istam clausulam decreti annullatur collatio ordinarij in contrarium facta, & alius actus contrarius prouisioni, per cle. primam. de electio. vbi Barba.

Imo dicunt docti non valere actum in contrarium, etiam de consensu partium factum, per text. & ibi glo. in c. Statutum, in verb. committatur, & in c. dispendia. de rescrip. in 6. gl. in l. à Diuo Pio. ff. de ritu nupt. gl. in verbo cōa c. dilecto. de præben.

Quia illa clausula data videtur pro forma. Bald. & alii in l. 1 ff. de liber. & posthu. Iaso. in l. non dubiū 8. no. C. de legibus nu. 17. & vbi aliquid est pro forma statutum, non potest hoc consensu partiū tolli: Barto. in l. de his. ff. de transact. Barba. cons. 43. præclare, col. 13. in 1. vol.

*Collatio ordinrij de cōsensu impetrātis facta valet non obstante decreto.*

Ego verò dicerem collationem ordinarii factam de consensu impetrantis valere, licet in bulla sit appositum decretum, quidquid dicant docti. quia clausula decreti semper intelligitur valida, si illa impetrans vti velit. teste Ioan. Monac. in c. statutum, de præbend. in 6. allegat. l. proinde ff. si certum pet. idem probat. glo. in verb. irritum. in §. quòd si quis de colla. in prag. scripsi in §. si quis verò. in verb. ipso iure. de coll. in concord. facit text. in l. 1. ff. de fer. vbi sententia lata tempore feriato est nullius momenti, de consensu tamen partium valebit: hoc probat Barb. in clem. 1. col. 9 de elect. plus dicens, quòd licet per clausulam decreti ligetur ignorās hoc est verum quo ad dispositionem, vt non valeat, sed non ligabitur ignorās quo ad pœnam, si sit adiecta, quia non est in culpa per c. tibi qui de rescrip. ex maleficiis. ff. de actio. & oblig. vide alia per d. Barbat. facit gl. in c. constitutionem de verb. sign. & per doct. in c. cum accessissent, de cōstit.

*Clausula hac nulli hominum &c. de quo prosit.*

¶ Nulli ergo hominum liceat hāc paginam nostræ prouisionis, decreti, mandati, voluntatis, & dispositionis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. ]

Ista est sexta pars bullæ, in qua Papa comminatur pœnam contradicentibus huic bullæ, & non parentibus: de qua pœna habetur in c. 2. de maiori & obed. scripsi in q. 19. in tract. nomina.

Imperator quandoque hac vtitur clausula: vt patet in tit. qui sunt rebelles. in fi. sed solet addere indignationem nostrā, & pœnæ mille librarum nostræ cameræ soluendarum se nouerit incursurum. ita ibidē scribitur. idē habetur in fine confir. const. Feder. secūdi & Karolinæ gl. in d. extrau. Qui sint rebelles, in verb. indignationem dicit se huius verbi nullum effectum inuenire, nisi quod Imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit se gratiosum.

Bald.

*Priuandus beneficio est quidem ni indignationè incurrit.*

Bald. vero & ibi Barb. in additio. ad eũ putat illum priuandum beneficio, qui indignationem domini incurrit, in c. vno §. porro. col. 2. quæ fuit prima cã benefic. amittendi. quem sequitur Aluaro. §. Sed & qui delator, col. 2. ibidem Felin. in c. veniens. col. 1. de præscrip. q̃is contrarium teneat cons. 12. princeps. primam tamen sententiam sequitur Socin. cons. 87. visis, uol. 3. & Iacobi in trac. de feudis. in ver. dictiq; vassalli col. 11. in 13. cã Iaf. in l. 1. in princ. ff. si qs ius dicẽt. non obtẽper. ubi dicit hæc uerba importare cõminatio nẽ priuationis bñficiorũ ecclesiasticorũ.

*Peccat qui voluntati Papæ nõ obtempe rat.*

Ego autem putarem eum peccare, qui contrauenit, uel contrariũ facit. probatur in c. qui resistit 11. q. 3. & Paul. Rom. 13. *Qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit* Itaq; humano more loquẽdo indignatur eo casu Deus Hiere. 23. *Ecce turbo domini indignationis egredietur: & impetus erumpet super caput impiorum* & Abach. 3. *Nunquid tu in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus? uel in mari indignatio tua?* & Rom. c. 2. *Qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia.* Quasi velit Papa comminari his, qui non parent præceptis, & mãdatis suis, ut non solum peccent in illum, sed in Deum opt. max. Dicit. n. Chrys. *Nemo contemnat ecclesiastica vincula: non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatẽ dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.* c. nemo. 11 q. 3. Imo si quis non obtemperet, credens Papam ligare non posse, hæreticus est cẽsendus, quia errat in prãte data Petro, & successoribus. Matt. 16. & c. quodcunque. 24. q. 1. gl. & doct. in c. generali. de elec. in 6. & gl. pen. in extraua. Execrabilis. Io. 22 & hodie multi iuuenes in hoc erãt, & stolidi, qui utinam ob oculis haberent illud not. dictũ, *Obedite præpositis vestris etiam discolis, &c.* ]Sciendum est hanc clausulã non solere in licentiis apponi nec in facultatibus, secus est si dicatur, indulgemus ex stylo curiæ Romanæ.

*Clausula nulli quando in literis Papæ nõ opponatur*

¶ Datum, &c. ]De hac data scripsi in forma manda. in fi. & aduertendũ est, ut prolixitatem uitẽ, non afferam aliarũ bullarũ excepta dispẽsationis forma, sed cãs illa cum & intellectum: vnde lector beneuole, poteris ex his mater iã beneficialem amplecti, & non solũ theoriam, sed & praxim curiæ Rom. quam hactenus tanquam cabalisticam tenuerunt dicanici iphus curiæ, & mensularii. [ Notandum q̃ falsitas in data, licet probetur, si ne mini pręiudicet, non annullat rescriptum, nec nocet, per glo. in l. damnus. C. de falsis vt consuluit Dec. cons. 175. in caus. nu. 7. diuersum est quãdo agitur de priore collatione, vel prouisione. c. eam te. vbi doct. de rescrip. ]

*Opponi quæ contra bullam possint.*

NOtandum † est quod contra bullam inuita opponi possunt, quæ nõ possunt euitari, si verũ sit: quædam vero alia opposita euitari possunt, forte transcribẽdo bullam, & corrigendo. Primo videamus quæ euitari vix possunt.

*Diuersa scriptura an vitiet bullam.*

2 Primo opponi contra bullam potest, quod in ea sit diuersa scriptura. iõ non valet, c. licet. de crimine falsi. sed hoc euitari potest, & excusari, si in prima linea (vt solet) sint literæ magnæ, aliæ vero literæ eædem & conformes: vt scripsi in forma mandat. in princi sequitur Domi. Philippus, Probus, in capitu. si Apostolica, de præbendis in 6.

3 Idem si in supplicatione, & in subscriptione Papæ sint diuersæ literæ, videlicet fiat vt perij: vel si in data, qa ista diuersa manu scribi solẽt: ob id diuersa: idẽ si correctio sit alteri⁹ literæ, seu characteris: nã hoc est necesse sic esse: qa diuersitas manus. & quãdoque atramenti diuersam facit scripturã. §. 1. in authen. de instrũ. cautel. & fide. colla. 6 & vbi possunt multi scribere, ibi diuersa scriptura non vitiat. ut in signatura potest esse fiat data, & correctio alterius scripturæ ut supra diximus.

4 Secundo opponi potest, si sit ibi litura seu rasura, capit. inter dilectos. de fide instrument. & maxime si sit in loco suspecto, quod tunc vix euitari potest, cap. ex literis. ibidem.

*Rasura in loco suspecto vitiat, & quis locꝰ dicatur suspectꝰ.*

5 Suspectum locum dico, quando est in nomine beneficii, psonæ, situs uel in alio loco substantiali, doct. in l. fin. C. de edict. diui Adriani tollen. Corneus consil. 28. alias in 1. uol.

6 Idem si aliqua fuerit scriptura interme dia, uel addita, quæ vocat superlinearis in c. cum uenerabilis. de religios. dom. facit d. l. vult. C. de edict. Diui Adria. tolle. l. si vnus de testa.

*Notariꝰ attestat rasuram*

7 Euitari tamen potest, quando litura, seu rasura est in loco suspecto: si notarius qui confecit instrumentum, vel alius officialis ad hoc præpositus attestatur hanc li-

*facta ab eo qui hoc potuit.*

turam, vel additionem factam de partiũ consensu, & sic cõscriptam, vel de necessitate factã per eum qui hoc potuit facere: nam illi credetur. l. 1. vbi Bartol. ff. de his quæ in testam. delen. Panor. in c. cum venerabilis. in fi. de religios. dom. Ias. in d. l. si vnus col. fi. C. de testam.

8 Nam qñ rasura est in loco suspecto, a parte facta censetur. cap. fin. de crimine falsi, cum in eius commodum resultet c. Constitutis. de test. & cancellatio vel additio præsumitur facta ab eo, apud quem reperitur instrumentum. l. maiorem, cum gloss. C. de falsis Ias. in d. l. si vnus. C. de testam col. vlt. & hoc euitatur, quando attestatio fit, sed melius est hoc casu bullam transcribere. Petr. Paris. cons. 42. quantũ. num. 11. in 4. vol. ne quis expectet infinitos processus, qui alias insurgerent ex hac bulla.

*Nil à priuato addi bullæ potest.*

9 Tertio opponi potest, quòd bullæ est additum: nam punctum etiam additum bullę, vitiat bullam & adddens est excommunicatus in bulla cœnæ Domini. c. licet de crim fa. scripsi in bulla cœnæ Domi. & hoc si verum sit, non poterit euitari, & excusari, nisi dicatur de mandato Papæ, seu officialium factũ, vel coacte: quod enim metus causa gestum est, ratum non habet prætor. l. 1. & per totum. ff. quod metus causa.

*Secunda gratia nõ faciẽs de prima mentione, non valet ẽt si prima renuncietur.*

10 Quarto subreptio & obreptio solet contra bullam opponi, in c. Ad aures, & c. Super. literis. de rescrip. & superius dixi in prima differẽtia inter literas gratiæ & iustitiæ: & ista oppositio, si uera sit, nõ pót euitari: nam secunda gratia non faciens mentionem de prima est nulla, ca. in nostra. de rescrip. etiã si impetrans velit primæ renunciare & illam dimittere, vt docent ibidem doct. & sic consuluit Paul. Paris. cons. 74. gratia. col. 1. in 4. vol. etiã si ignorans fuisset impetrans: vt doct. asserunt in c. gratia, de rescrip. in 6. & Paul. Paris. cõs. 96. pro lupo nu. 27. in eo. vol. 4.

*Papa uni in plurali non loquitur.*

11 Quinto si Papa loquitur in plurali. vni, videlicet vobis Ioanni. &c. bulla est suspecta, c. quam graui. de crimine falsi: & est contra stylum curiæ: ideo non valet, & vix euitari potest nisi transcribatur: secus est in literis Regiis, quia hoc non est in illis statutum, sed potius contrariũ. l. Imperator. ff. de statu homi. Petr. Paris. cons. 20. gratia. col. 1. in 4. vol.

*Papa episcopos fratres, alios vocat.*

12 Idem si Papa vocet episcopum filium quia episcopum, archiepiscopum, uel patriarcham fratrem uocare solet, & alios filios, licet sint cardinales. d. c. quam graui. ut ista euites, oportet emendare & corrigere in hoc bullam: & officiales Romani eam corrigent suis etiam impensis, quia error est eorum.

*Ordo in prouisione beneficij exprimendus.*

13 Sexto, si quis non expresserit ordinẽ in prouisione beneficii regularis. c. cum ordinem. de rescrip. opponi poterit, vt tale beneficium regulare ordinis sancti Augustini Prouincial. fol. 22. & poterit transcribi bulla, si expressio ordinis in signatura facta erat, alioqui reiicitur, & nulla erit.

Septimo opponi potest bullam esse falsam: vt p totum tit. de crimine falsi, & per Spec. in tit. de rescrip. præsenta. §. 1.

*Falsa latinitas tribus interuenientibus uitiat.*

14 Octauo dicunt doct. opponi posse in ea falsam esse latinitatem, & eo dicunt nõ valere Papæ rescriptum per c. ad audientiam primo. de rescrip. sed ego dico esse suspectum tribus interuenientibus.

15 Primo quando est vitium. alioqui si excusari possit, etiam per figuram, non erit bulla suspecta. c. forus. de verb. sig. ubi gloss. & docto.

16 Secundo requiritur vitium esse in cõstructione, sec⁹ si in litera, uel syllaba. tex. in d. c. Ad audientiam. & c. ex parte. de fide instr. & l. qui habebat. ff. de man. testa.

17 Tertio quod illud uitium sit manifestum, & notorium ex ipsarum literarum inspectatione d. c. Ad audiẽtiã. licet doc. dicant ibi, q falsæ latinitatis uitium non recipiatur in curia Roma. de consue. quod uerum intelligerem, nisi præmissis cõcurrentibus: & tunc uix euitaretur, nisi bulla reformaretur ac transcriberetur: nec nocebit uitium in ortographia literis Apostolicis: ut docet Bald. in Marga. in verb. literæ. q. 9. nec ob hoc uitiatur rescriptũ. de Ripa in c. 1. nu. 38. de iudic.

*Rescriptum de uians ab stylo est suspectũ.*

18 Idem dicendum est, si nõ obstante uitio colligeretur mens Papæ, adhuc rescriptum suspectum diceretur, quia non præsumitur sic emanasse a cancellaria, ut scribitur, in integra. d. c. Ad audientiam. & qa deuiat ab stylo. c. ex literis. de constit. sic consuluit Roma. cons. 326. q. est. col. pen. ubi dicit rescriptum nullum in quo dicitur, prouideas de beneficio ad te pertinente debebat enim dicere ad tuam collationem, præsentationem, & quamuis aliam prouisionem pertinente, per c. Cum in illis. §. 1. de præb. in 6. patet in forma man. in Concord. Franciæ.

Et

19 Et sic patet rescriptum, in quo est falsa latinitas, non esse nullum ipso iure, sed tantum suspectum, ideo illi non esse credendum, donec consulatur Princeps, arg. l. Ex facto ff. de vulgar.

*Suspectũ in parte omnino reiicitur*

20 Et si fuerit suspectum in parte, in totum erit suspectum, quia non præsumitur sic à cancellaria emanasse, vt est in integr. d. c. Ad audientiam. & gl. in c. Apostolicæ. 35. q. 9. & quia fides scripturæ est indiuisibilis. l. in hoc. ff. famil. erciſc. [& suspecto rescripto non creditur. l. fi. de fide instru. 6. nec debet quis parere rescripto suspecto, & impetrans puniri falsi potest. vt docet c. porrecta. de confirmat. vtil. & ibi Panor. in 2. not. & plene de Ripa in c. 2. nu. 33. & seq. de rescrip.]

21 Licet alias considerandæ essent capita separata, per c. si eo tempore, de rescrip. in 6. & Fel. & Dec. in d. c. Ad audientiam, quicquid doct. in cõtrarium asserant quia si vitium respiciat totam bullam, erit tota nulla, si partem, illa tantum pars diuisibilis per d. c. si eo tempore.

*Bulla im perfecta non creditur.*

22 Nono opponitur etiam, quod bulla est imperfecta, ideo non est valida, nec proprie bulla vocari potest, sicut testamẽtũ illud proprie nõ dicitur quod iure perfectum non est. sed abusiue testamenta ea quoque vocamus, quæ falsa sunt, vel iniusta aut irrita, vel rupta l. 2. §. j. ff. quemad. test. aper. l. Polla. in fi. C. de his quibus vt indig. l. fi. quemadmod. test. aper. Alexan. cons. 215. Visis probatio. in prin. vol. 2.

23 Nec olim imperfecta dicebatur, si littera prima proprij nominis impetrantis tantum apponebatur, secus in cognomine c. cum M. de const. c. Cum dilecta de resc. quia ad impetrantem spectat declarare rescriptum ambiguum. c. pastoralis. in fi. de rescrip. c. 2. illo tit. in 6.

*Nomen impetrãtis extendi scribẽdum.*

24 Hodie vero de consuetudine & stylo curiæ Romanæ nomen impetrantis scribitur extense: vt docent Imol. & Fel. in c. cum accessissent, col. 1. de const. & multo fortius cognomen: nec valeret rescriptum si vna tantum litera nominis, vel cognominis esset conscripta, & hoc sine transcripto non euitaretur: vt si in bulla diceretur tibi P. Rebuffo. conferimus. quia nomẽ Petrus extense scribendum est, sicut cognomen alias bulla non valet.

25 Et si Papa decernat irritum & inane ex nunc, quod factum fuerit, intelligitur ex nũc, id est ex hoc tempore, quæ literę erunt perfectæ, & expeditæ, nõ incœptę, vel imperfectæ. quia factæ non censetur, quando sunt imperfectæ. l. pen. C. de his quibus vt indig. Staphil. in tract. de literis gratiæ. in princ. vers. & tenendo, fol. 4.

26 Decimo opponi potest contra bullã, si non fuerit data appositã: vt in fi. Sexti Decretal. apparet in l. Generali, de tabula lib. 10. l. si qua. C. de diuers. rescrip. & hoc euitaretur rescribendo bullam, & dicunt Romani eam rescribendam.

*Stylus immutatus vel omissus vitiat.*

27 Vndecimo opponi potest stylum cancellarię omissum, vel immutatum: & stylus cancellariæ non seruatus facit literas suspectas de falsitate. c. quam graui. de crimi. falsi. vnde potest tunc iudex se informare a pragmaticis de illo stylo per tex. & ibi Bart. in l. in fi. ff de testibus plene scripsi in trac. de consue. art. 2. gl. 13. nu. 52. & num. 32.

*Acceleratio tẽporis cõtra bullam opponitur.*

28 Vltimo opponi potest contra bullam acceleratio temporis: vt si hodie prima Iunii quis moriatur Paris. & cras Romæ impetretur beneficium a Papa, illa impetratio non valebit: quia non est verisimile impetrantem ita celeri gressu adire potuisse Papam: & ita est in regul. cancel. 28 Inno. 8. quæ hodie est adhuc a Iulio Papa 3. approbata: & quia est in iudiciis frequens, ideo eam cum aliqua elucidatione inferius subijciam declarata prius bullæ reformatione.

29 Alia quibus impugnentur rescripta, scripsi in tract. rescrip. q. 12. in 2 tomo. cõstit. reg. & multa poterit lector elicere ex declara. nouæ prouisionis, quam superius conscripsimus, & in tractat. nom. q. 22. & seq. hic alia multa adderem, quæ ne præbeam materiam cauillandi sycophantis quibusdam, missa faciam.

*De reformatione & correctione bullæ.*

*Reformanda quando sint bullæ.*

INterdum † oppositæ contra bullam eui rari possunt, si forte bulla corrigatur, & emendetur, &, vt Romani dicunt, reformetur: ideo de ista reformatione dicendum est. Primo iustam esse hanc correctionem certum est fundatam, eo quod magnæ sapientiæ est reuocare, quod male egeris, capitu. Magnæ. 22. quæstio. 4. & dicitur officialibus Roman. si cõtra formam & ordinem tanquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores. c. qualiter primo, de accusa.

*Trãscribenda sunt litera, quando non sunt bene expedita, nec secundũ signaturam.*

2 Quando reformandæ sint literæ, seu transcribendæ? Respon. qñ per præoccupationem vel aliàs minus bene expeditæ reperiuntur: ut docet Papa Iul 3. in reg. cancel. 28. & qñ non sunt conceptæ iuxta signaturã, sicut qñ instrm non rñdet protocollo. §. 1. in auth. de tabellario. colla. 4. doc. in l contractus. C. de fide instr.

3 Vnde si impetrans dicat in signatura se pati defectum ætatis, uel natalium, & postea hoc in bulla omittatur, bulla erit reformanda, & rescribenda, nisi in casu, quando purgatum erat uitium, utpote ad ueniente ætate, aut contractu matrimonij; ut scripsi in materia dispensationum infra, & uide multa de errore corrigẽdo per notariũ. per Bar. & Dec. in l. si liberarius. ff. de reg. iuris quæ poterunt seruari ad bullæ correctionem.

*A quib⁹ dẽat bulla reformari.*

4 A quibus reformandæ sint? rñdetur ab officialibus curiæ Romanæ, ad hoc prę fectis, ut habetur in d regula cancella. Iulii 28. in fi. qui poterũt huiusmodi formas & tenores restringere, & ad formam debi tam reducere; sicut dicitur de notario, qui clausulam & cætera, & alias clausulas potest addere instrumẽto, & extendere ſm stylum communem illorum, ut doc. asserunt in c. Quoniam contra, de prob. & in l Gallus, §. idem credẽdum. ff. de liber. & posthum. scripsi in l. cætorum, ff. de verbo signi.

*Correctio bullæ qũo fieri debeat.*

5 Forma reformationis bullæ est, quando fit post bullę productionem, oportet quòd is, qui produxit bullam correctam, producat & signaturæ sumptum, ut iudex videat, an bulla reformari potuerit, & an eo modo, quo est nũc facta; & hoc est statutum in ordin. reg. tit. *des reformations des prouisions*; arti. 8. ideo iudex debet esse doctus, alias ignarus quomodo poterit hæc dignoscere?

6 Vñ antequam bulla tradatur corrigenda, oportet quod pars eam consulendam ostẽdat doctis, super quibus corrigi déat & quomodo. sed quia in hac materia pauci docti reperiuntur, ut quilibet, ea quæ ex longo usu & exercito discere potuit, facile consequi possit, hoc uolui utilitati publicę conscribere; tu lector boni consule; multa enim detexi, quæ non erunt grata mensulariis, omnia quæ sciunt occultantibus lucri causa.

*Ois defectus reformari debet.*

7 Et si bulla sit ex pluribus causis tesõ manda, si ex una cã petam, & mihi concedatur, non poterit alius defectus tolli, & refici, nisi petitus sit, quia responsio ad interrogationẽ refertur c. inter, de fid. instr. dixi in expositio. supplic. supra in fi. Iõ uterque defectus peti debent, ut corrigatur & reformetur.

*Correctio bullæ quando parti noceat.*

8 Et in hac reformatione bullę non requiritur partis citatio, quia inuita parte fieri, põt, multo magis ignorante ea, & absente, l. qui põt inuitis, ff. de reg. iur. l. 4. §. 1. de fideicom. liberta. l. Nec ignorãte, de tut. & cur. dat. ab his. poterit tamen pars opponere, si signatura hoc non patiebatur, & ideo ista reformatio non nocet parti in eo, quod fieri non poterat. doct. in l. Imperator, prima, ff. de statu homin. & in l. errore. C. de testamen.

*Motus proprius in reformatione non exprimendus.*

9 Adhæc licet motus proprius in literis sit exprimendus, c. si motu. in fi. de põb. li. 6. tñ si prima supplicatio sit signata motu proprio, & deinde fiat reformatio illi⁹, quę signetur per concessum, ut petitur, uel simpliciter; intelligetur hęc secunda concessio ẽt motu proprio, licet non fuerit expressum; quia fit relatio ad primam, ſm quam ultima intelligetur, l. asse toto, ff. de hęre. instit. l. ait prætor. §. 1. de re iud & sic imitatur d. c si motu proprio.

10 Et ista bulla expedietur motu proprio se ad primam referens signaturam, uide reg. cancell. 42. ubi hoc exprimitur.

*Litera ad vacatura & ad vacãtia reformanda.*

11 Quæ literę sint corrigendæ, & reformandæ? respon. literæ tam gratiæ quã iustitię, qi non sunt secundum formam & stylum curiæ conceptæ, & literæ gratiæ tam ad uacatura, quam uacantia; unde sæpius consului mandatur de prouidendo transcribendum, in quo erant clausulæ non debent apponi ex forma solita regni Franciæ, posita in concord. in forma mandat unde cum quoddam mandatum haberet clausulam, quod duxerit acceptandum, dixi esse transcribẽdum & illã clausulam expungendam; alioqui mandatum non ualebit.

*Cautela propẽsione interposita sine consensu.*

12 Item sicut in beneficialibus non datur confirmatio, ita nec in pẽsionibus; sed si is, q imposuit pẽsionẽ corã legato mortuus fuerit, & sic non possit nunc consentire cautela erit, ꝙ fiat coram Papa bullę reformatio, attento ꝙ interuenit consensus illius, qui tunc soluere pensionem tenebatur, & quod literæ expediantur sine &nouo consensu. cum derogatione regulæ de consensu, quæ est Innocen. 8. nu. 43. & repetita a Iulio 3. Non nego tamen electionum confirmationes fieri posse ab

his

his, ad quos de iure spectat; vt c. fi. cũ fimil. elect. lib. 6.

13 Alios casus in quibus bulla sit transcribenda, scripsi in præcedente qõne, quę contra bullam opponi possint, & vbicunque non est secundum signaturam concepta, & est in ea aliquis defectus, tũc recte transcribi cura, antequam inchoatus sit processus, vel postea si liceat: sed facilius est ante.

*Nominationes quando corrigi possint.*

14 De nominationibus corrigendis idẽ dici posset, vt quando secundum stylum non sunt conceptæ, corrigi possint: & si error appareat, alias regulr non: vt docui in trac. nominatio. q. 9. nu. 6. super est vt rẽm cancella. explicemus, quam subiicio.

*Regula cancella. de verisimili notitia, cum suis scholijs. Item voluit ordinauit.*

## GLOSSA PRIMA.

*Ista regula est recepta & in curijs parlamẽtorũ registrata, & lex regni effecta.*

ISTA † regula secundũ numerum reg. cãcellariæ est 28. In noc. 8. & est vtilis, fuitq; recepta & registrata in parlamento Paris. anno 1493. die 20 Nouembris: & vbique in regno Franciæ recepta & in forensi iudicio ad vnguẽ seruatur, estq; lex regni effecta, adeo q̃ sicut Imperator legem (vt dicunt) canonizatam & a canonibus approbatam non potest reuocare, licet eam legem ex lib. tollat: vt docet Geirard de Petra singu. 28. pro hoc facit. glo. in verb. capitali, in c. imprimis. 2. q. 1. & glo. in verbo, anniuersarie, C. de colla. donato. lib. 10.

2 Sic nec Papa regulam incorporatam & descriptam in regestris curiæ, et si tollat illam, nam eo casu seruabitur tanquã lex regni, non tanq̃ Papæ regula: hoc asserit Ben. in repeti. c. Raynutius, in verb. si absq; in 2. de substit. fide ic. n. 42. & seq. de testa. scripsi in tract. nomina. q 5. n. 15.

3 Et qui prius eã condidit, fuit Io. 23. vt docet Gomes. in hac reg. estque a iuris viscribus extracta, maxime ex c. 2. de concess. præb. vbi beneficia antequam vacent non debent impetrari: & nisi vacatio peruenerit ad notitiam conferentis, vel peruenire potuerit. c. quia illo. ti. c. 2. & 3. illo tit. in 6. nam collatio quæ non est verisimilis nõ est credibilis, nec facta creditur l. Cum de indebito. §. 1. ff. de pr ba. l. Mę uius. in princ. ff. de leg. 2. & qđ lõge est a verisimili, est talsitatis quędã imago. Bal. in l. 1. col. 3. de seruis fugi. quẽ refert Fel. in c. quia verisimile præsumptio.

4 Verisimilitudo. n. est cognata naturæ Bal. in cons. 180. mortuo, col. 1. vol. 3. contra quã non facile recipitur ẽt Papæ dispensatio, tanquam contra naturam quis statuere non possit. §. minorem, de adoptio in institutio. Panor. in c. debitum, 2. not. de baptis. vix põt quis facere, q̃ quis citius veniat, q̃ naturæ possibile sit: & iõ derogatio huius regulæ non recipitur in hoc regno, nisi vt inferius dicam, cum naturam seu naturalia, nullus mutare possit, §. sed naturalia, de iur. nat. in inst.

*Derogatio huius regulæ quando recipiatur.*

5 Nec probatio contraria in hoc casu recipitur: vt in c. filii, de hæretic. in 6. etiam si quis vellet probare se per necromanticum & dæmonem ad latum intra vnum diem quia tantummodo verisimile admitteretur, uidelicet, q̃ eques cursor Romã potuit ire sex diebus ex Lutecia, vel ex Lugduno quinque, hoc recipietur. Ex Tholosa aũt ex octo, vel septẽ: distinguẽda tamen sunt tempora æstatis, videlicet & hyemis: in legato tamen inspicitur, an equi celeres essent designati ad illum locum, in quo ipse degebat, & ex loco in quo obiit beneficiarius: & tunc cursus uelox recipietur, alioqui non: vndelin praxi vulgo solet dici, *s'il y a postes assignees*: vt quantum possunt celeriter currere: alioqui per dietas computabitur, vt scripsi in l. 3. ff. de verb. sig.

*Proba-tio contra verisimile non recipitur.*

6 Itaq; si inueniatur collatio præmature facta, tanquam nõ verisimilis excludetur: vt uidi in practica seruari, nec est aliqua dispositio tã gñalis, quæ ad non verisimilia trahi debeat, teste Angel. cons. 249. sup primã, colu. 2. uers. pro hac parte. & Ias. cõsil. 141. in ista. col 8. uer. sexto prædicta, in 2. uol. quamuis Pan. & alii, in d. c. quia uerisimile, de præsũpt dicãt probationem regulariter cõtra uerisimile admittẽdum licet clariores probationes & duriores requirantur, non tamen in hoc casu ultra quam per naturam fieri potuit.

*Collatio non verisimilis excluditur.*

*Quod omnes gratiæ.*

## GLOSSA SECVNDA.

*Omnis gratia verimilis esse debet.*

REquiritur † ergo in hac regula, quod sit gratia, & habet locũ in quacũque gratia per istum tex. omnes gratiæ; qui to

tum dicit, nihil excludit: l. a procuratore, C. mãda. siue fuerit collatio, præsentatio, siue institutio, nominatio, vel alia quæcũque prouisio noua, vel simplex, vel perinde valere, si neutri, subrogationis, seu alia, de quibus inferius dicetur, cum omnes gratiæ dicantur, clement. gratiæ, de rescript.

*Gratia etiã motu proprio concepta an uerisimilis sit.*

2 Etiam procedit hic text. si motu proprio gra facta esset, tum vt euitetur fraus, quæ fieret apponendo hanc clausulam: tũ etiam quia hæc clausula non tollit ambitionem impetrantis, nec votum captãdæ mortis: adhæc quia eadem ratio procedit in collatione proprio motu facta, quæ ad petitionem quo ad istam regulam, ergo idẽ ius erit: l. illud, ff. ad leg. Aquil. & hoc asserit Gomes. in hac reg. q. 2 & maxime quia hęc clausula motus proprii non potest immutare naturam, nec facere plus quam natura facere possit. vt scripsi in forma man. in glo motu proprio. in concor.

*Gratia delinquentis an vitietur per non verisimile.*

3 Primo iste text. non habet locum in gratia delinquenti facta, quia hæc regula de hac non loquitur: & cum de ea hoc nõ inueniam statutum, hoc non extendã: nec est aliqua lex tale quid dicens, text. in §. finaurem, in authent. de non eligendo secundo nubentes, col 1. quia gratiæ appellatione venit Papæ concessio in beneficiis c. gratia. de rescript. in 6. clement. gratię. illo tit. Archid in c. gratia, 1. q. 1. & sic gratia concessa delinquenti non impugnatur ob hoc, quod præmature fuerit concessa: quia homicidiam illum furiæ Oreſtis tenebant, & illum præcurrere faciebant, vt dicitur etiam de Cain, postquam occiderat fratrem, Gen. 4. & in verbis seq. declaratur de beneficiis ecclesiasticis.

*Verisimilitudo nõ vitiat per mutationẽ.*

4 Secundo non habet locum in resignatione causa permutationis, quia non est simpliciter gratia, cum collator teneatur conferre permutanti, c vno, de rerum permuta. in 6. & in clem. & quia hæc regula loquitur de vacatione per obitum, ut dicetur: & hoc docet Cassador. in decis. 1. super hac regula.

*Quas de quibusuis beneficijs ecclesiasticis cum cura, vel sine cura secularibus & regularibus.*

## GLOSSA TERTIA.

*In officijs Regis.*

TErtio non habet locum in beneficio, seu in officio Regis, vel Imperatoris seu alterius principis, cum hic in beneficiis ecclesiasticis tantum statuatur: de quibus in rub. ut ecclesia, beneficia sine diminutione confer. & beneficium ecclesiasticum non potest obtineri sine canonica institutione, regu. 1. de reg. iur. in 6. & c. Felicis, de pœnis, illo libr. & sic est distinctio inter beneficium ecclesiasticum & tẽporale, & in officiis Regiis non fuit recepta huius regulæ allegatio a senatu, sed status adiudicatus officii apparitoris illi, qui celerius officium a Rege impetrauerat, anno 1542. die 22. Decembris & pronunciatum fuit in d. curia: non esset tamẽ malum quod etiam seruaretur in officiis Regiis propter magnas ambitiones currentium ante tempus, & rationes suprà dictas.

*gijs non hẽt locũ regula ista de verisimili.*

*Arestũ.*

Habet tamen locum hæc regula, siue beneficia sint secularia, siue regularia, siue sint curata, siue non: vt hic dicit. r, etiam comprehendit hic dignitates & officia ecclesiastica, licet hic non exprimantur nominatim: sed quia text. dicit de quibusuis beneficiis ecclesiasticis, & appellatione beneficii ecclesiastici; & dignitates, & officia ecclesiastica continentur, c. Postulasti, de rescrip. in glos. in cap. 1. de regu. iur. in 6. & in clem. Auditor, de rescrip. scripsi in concor. titu. de colla. §. uolumus in uerb. beneficia, & supra in princ. huius libr. & quia est eadem ratio & maior in dignitatibus & officiis ecclesiasticis, quam in aliis beneficiis: ergo eadem decisio locum habebit, per l. illud. ff. ad leg. Aqui. & si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior ratio habebit locũ, tex. in §. Porro. quæ fuit prima cau. benef. amitt. & in istis maior est ambitionis ratio, & uotum captandæ mortis alienæ, ergo in illis habebit locum, postquam in illis non inuenitur statutum contrarium, etiam propter verbum quibusuis, quod est generale per text. in l. proinde 2. §. 1. ff. ad leg. Aquil. & l. 4. § quacunque, de noxa. scripsi in l. creditorum. ff. de verb. sign & quia fauorabilis est hæc regula, vt supra dixi; & quia non potest immutare id, quod est naturale; vt supradixi.

*In beneficijs tã regularib⁹ quã secularibus, dignitatib⁹ et quibusuis beneficijs hẽt locũ hæc regula.*

Per

*Per obitum quarumcunque perſonarum vacantibus.*

## GLOSSA QVARTA.

*In priuatione uel alia vocatione non procedit hæc regula.*

QVarto nõ habebit locum, ſi alio modo vacet, quàm per obitum, ut potè per priuationem: nam ſi ſcirem quendam Archidiaconum priuãdum die 10. Iulii, & mitterem curſorem ad Papã, qui die 10. priuationis mihi illum conferret, valeret collatio, etiam ſi illo die moriatur priuatus: quia beneficium non vacauit per obitum, ſed per priuationem: nec datur occaſio captandæ mortis hoc caſu. Ratio diuerſitatis eſt, quia poſſet quis machinari in mortem alterius, & ideo vt votum captandæ mortis auferatur, iuxta ca. 2. & 3. de conceſſ. præb. ſtatuitur hoc, ſed nõ in priuatione, vel in alia vacatione, ob id in illis locum non habebit, etiam ſi iudex procuraſſet priuationem, quia priuatus poteſt appellare: adhuc etiam regula non haberet locum, nec procedet iſta regula, ſi falſo rumore perlato de morte alicuius, aliquis cucurrerit, & impetrauerit, per l. fi. ff. de hęre. inſt. ſed à die obitus cõputabitur tempus, vt hic: alioqui poſſet quis illum falſum rumorem inſerere, & currere, & poſtea talem interficere. [vel procurare vt ille falſus rumor allegetur.]

*Derogatio huiꝰ regulæ quando recipiatur.*

Quinto non proderit hæc regula, cum illi per Papam ſit derogatum: ob id ſit reſignans moriatur antequam Papa conferret, tunc ſi procuratore reſignet poſt illius obitum & Papa conferat, etiam ſi per obitum vacet derogando huic regulę, valebit illa collatio: quauis de hoc Gomeſius multum dubitet & diſtinguat: aut impetrans per reſignationem, eſſet impetraturus, etiam per obitum, & tunc res eſt expedita, quod hæc regula locum habent ſecus ſi non eſſet impetraturus: & ſtabitur iuſo procuratoris: hæc ille. Sed hæc conciliatio nõ ſapit: quia veriſimile eſt, quod omnis impetrans per reſignationem eſſet impetraturus etiam per obitum & ſtare iuramento procuratoris de eo; quod ignorat, eſt periculoſum: ob id ego puto duos eſſe hic caſus, primus ſi conſtituens procuratores ad reſignãdum mortuus fuerit ante reſignationem, non valebit collatio Papæ per reſignationem tantum facta, quia non vacauit per reſignationẽ, c. Suſceptum, de reſcript. lib. 6. tamen ſi hoc caſu huic Papa etiam per obitum cõferendo derogauerit regulæ, valebit ſua collatio: quia iuſta fuit itineris arreptio ante mortem, cum haberet procuratoriũ ad reſignandum: & ceſſant rationes regulæ, ergo & diſpoſitio: & ſic cõſuluit Aymo Crauet. con. 88. quæritur, in 2 q. & ita ſeruamus in regno, dummodo a tempore mãdati ſeu procuratorii veriſimiliter potuerit curſor accedere ad curiam.

Secundus eſt caſus a quo tempore cõputetur, & reſpondet infra a die obitus: niſi quis antea iuſtam habuerit cauſam: ut inferius dicetur; & de hoc ſcripſi in §. declarantes in gloſſ. iure præuentionis, de mand. Apoſtol. in concord.

Sexto non habet locum hæc regula in deuolutione. quia ſtatim finitis ſex menſibus valebit Papę prouiſio, per ca. 2. de cõceſſ. præbẽ. quia ceſſant hoc caſu rationes huius regulæ, nam iuſte potuit ſibi prouidere intra ſex menſes, vt iter pararet, & poſtea impetraret.

*In antea fecerit.*

## GLOSSA QVINTA.

*In legato & ordinario hæc locũ habet regula.*

ET ſic loquitur in Papa, ſed quia eadẽ ratio verſatur in legato, & ordinario, ob id etiam in illis locum habebit: poſſet enim quis in mortem alterius machinari, & poſtea ad Ordinarium currere. & petere ab eo beneficium, certe vt mortis captandæ occaſio tollatur; quod hic in Papa ſtatuitur, & in alijs ordinariis ſeruabitur, & ut ambitio vitetur per c. 2. & 3. de conceſſ. præb. in 6. huius ſententiæ eſt gloſ. in verb. faciẽdas, §. neque, de coll. in pra. quam ad verbum more ſolito tranſcribit Io. de Sel. in tract. de benef. in 3. parte, q. 46. & idem conſulendo tenuit Dec. con. 398. in cauſa, in fi. dicens ita fuiſſe iudicatum in Parla. Delphi. Et idem conſuluit de Ripa, reſpon. 16. regu. & in c. 2. in fi. de reſcri. Sic etiam fuit ſæpius iudicatum in parlamentis Fran. maxime in Sena. Pari. anno 1537. die 29. Auguſti, in cauſa vnius præbendæ ſancte Radegundis Pictauien. & pro magiſtro Germano Cornu, contra Triſtandum Fretar. & idem fuit Tholoſę iudicatum, vt ſcripſi in proœ. concord. in verbo fati, idem tenet Iaſ. conſ. 104. circa vlt. q. in 1. volu.

*Areſta.*

*Præuentiones non veriſimiles non valent.*

Et ideo præuentiones Papæ non valent niſi tm̃ tempus effluxerit, quod interim vacationes ueriſimiliter potuerint peruenire

niſſe ad notitiã Papæ: vt declaro in proœ. conc. ẽt ſi in ea adiiciatur clauſula generalis, & quouis alio modo vacet, ẽt ſi per obitum: vt ſolet poni de ſtylo curiæ Romanæ teſte Caſſadoro in deciſ. 29. ſuper regul. cancellariæ, ſiue impetratio fuerit facta ab eo qui nimis propere impetrauit, ẽt ab alio, vt vitet fraus: quia is q. curreret, impetraret prius alteri & poſtea ſibi: vnde huic fraudi obuiandum eſt & ita iudicauit ſenatus Pariſ. vt ſupra dixi, & in §. declarantes, in verb. iure præuentionis, de mand. Apoſt in concor.

*Cõmenda conceſſio nõ valet, ſi non ſit veriſimilis.*

Etiã procedit hęc regula, ſi is qui habebat beneficium in commendam, moreretur ex mente regulæ: & quis illud briſiciũ præpropere impetraret per obitum cõmẽdatarii, tunc quia ſic vacat, cum cõmenda ſit titulus canonicus: vt ſcribam inferius in materia cõmendæ, & in tract. de pacif. poſſ. in 5 ampliat. & Gome. hic, q. 4. q̃is Caſſa. deciſ 30. in hac regula dubitet, tñ non eſt dubitandum: quia iſtæ tex. loquitur de gratia in beneficiis eccleſiaſticis facta: ſed commenda in beneficiis dr gratia, quia gratis fit, c. gratia de reſcrip. in 6. ergo hæc regula locum habebit in commenda ceſſante: & quia eædem rationes hñt locum in eo qui præuenit tempus in cõmenda, ſicut in alio tit. propter ambitionem, & votum captandæ mortis, ergo in ea locum habebit iſte tex. ſiue commendatarius mortuus fuerit, & quis illius beneficium præpropere impetrauerit, ſiue habens in titulum obierit, & alicui fuerit commendatum beneficium, vtroq; enim caſu iſte text. procedit.

*Nullius roboris vel momenti ſint.*

## GLOSSA SEXTA.

*Collatio non veriſimilis eſt nulla iõ non colorata.*

ET ſic cum penitus nullæ ſint collationes, iſtę priores non prodeſunt etiam poſt triennium, tum quia nullæ, vt hic, & ſic non coloratæ, vt decretum de pacific. poſſ. requirit: tum etiam quia nullum momentum vel commodum afferre poſſunt, vt hic. Vide And Tiraq. de his verbis plene ſcribentem in interpret. l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, in nu. 81. C. de reuoc. donat. nec proceſſus in vim talium factus ualebit, nec fulminatio, nec alia. vt not. doct. in cle. 1. de præb. in verb. momenti.

*Niſi per obitum, & ante datam gratiarum huiuſmodi tantum tempus affluxerit.*

## GLOSSA SEPTIMA.

*Tempus veriſimile quo cõputetur.*

ET ſic cõputatur tempus a die obitus: vnde etiã ſi quis currat habens procuratorium ad reſignandum, computabitur tempus a die obitus, per hunc tex. niſi fuerit huic derogatum regulæ: quia in hoc caſu computabitur tps a die procuratorii, tum quia ad alium modum vacationis procurator Romam iuerat: tum quia fraus ceſſat, & non dat occaſio mortis captãdæ: ad hæc quia origo prouiſionis aſpicienda eſt. l. 3 C. ad Maced. & ſic intelligi debet gloſ. in d. verb. l. aciendas, § neq; de colla. in prag. & ſolent hodie curſores, qui ante diem procuratorii currere cœperint, impetrare beneficium pluribus diebus: & poſtea imperrans habebit illam impetrationem, quam voluerit: ſed hoc eſt iniquũ: ideo bonũ eſſet ſtatuere, ne in vim vnius procuratorij plures fiãt ꝓuiſiones: & quia per procuratoria aliquando poſt decem annos prouiſiones expediebantur, bonum eſt quod poſt annum non valeãt: vt fuit Tholoſæ iudicatum, & etiam in hoc regno ſtatutum in ord. Reg. tit. *de la reformation des prouiſiones*, ar. 10. qa obliuio præſumitur, l. peregre, ff. de acqu. poſſ. & ſi iſte memor eſſet procuratorij, veriſimile, eſt quod reuocaret illud, cum non ſit veriſimile, quod quis velit reſignare beneficium, quod multis & laboribus, & expenſis, quo ſuſtentari valeat, acquiſiuit: c. ſuper hoc, de renuncia. Plenius tractabo in 3. parte. titul. de procur. ad reſignand. conſtit.

*Quod interim vacationes ipſæ de locis in quibus perſonæ prædictæ deceſſerunt.*

## GLOSSA OCTAVA.

*Locus in quo quis deceſſit inſpicitur. Collatio an valeat die obitus facta.*

COmputabitur ergo tempus ex illo loco, in quo deceſſit, non in quo valetudine prius affectus fuerit per iſtum tex. quid ſi reperiatur impetratio & obitus eodem die: Reſpondeo præſumetur quod mors præceſſerit, & ſic ualebit impetratio, & collatio: quia in dubio illud præſumitur præcedere, quod ad validitatem actus eſt neceſſarium. l. cum in teſtamento, §. hæc verba. ff. de hæred. inſt. & ibi Bald. & præ-

& præsumi debet vt actus potius valeat, quam pereat, l. quoties, ff. de rebus dub. hoc expressim decidit Cassador in decis. 21 sup hac regu. cancell. & Card. in rub. de præb dicens hoc verum, dummodo sit huic regulæ derogatum: ergo impetranti non incumbit onus probandi, q̃ mors prę cesserit, teste Gomes. q. 6. sed valebit ēt sine derogatione: quia si iuxta curiā Roma nā quis decesserit intra vnam dietam, & quis eodem die impetrauerit, valebit impetratio sine derogatione: quia verisimiliter potuit peruenire notitia ad Papam, & tunc non est contra regulam & sic non requiritur illius derogatio: ēt valebit collatio facta ab ordinario eodem die quo quis mortuus est, si notitia obitus verisimiliter potuerit ad eū peruenire illo die, alioqui non: vt hic ēt si probare quis vellet illum fuisse mortuum longe post meridiem: & ab eo tpe non potuisset peruenire ad ordinarium verisimiliter, vt hic.

*Ad notitiā eiusdem domini nostri verisimiliter potuerit peruenisse.*

## GLOSSA NONA.

CErtū est quod si quis promiserit mihi dare Tholosæ centum, inest tempus quo illuc proficisci possim, & antea non potero illum conuenire: text. in l. Cōtinuus, §. 1. ff. de verb. oblig. rex. in l. Si periculum, §. idem dicendum, de stat. lib. & citatus sine termino tenetur quanto citius potest comparere, reseruato sibi tempore, quo possit proficisci. c. Cum parati, de appellat. vbi Panorm. in vlti. nota.

Et quamuis ante istam regulam collationes factæ a Papa, vel eius executore de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, valerent: vt scribit Ioan. Monach in c. Si tibi absenti, de præb. in 6. Rota decis. 172. nota quod vbi executor, in antiquis. [sub titul. de præb. decis. 36.] & idem est dicendum in ordinario, qui poterat conferre beneficium, si vacat. glo. in c. 2. de election. in 6. & Lapus allega. 6.

*Collationes si uacat. hodie non valent, si nō sint verisimiles.*

Tamen hodie istæ collationes sunt nullæ, a quocūq; factæ fuerint: tum quia hoc est irritum per hanc regulam. *Et concupiscentiam nesciebam peccatū esse, nisi lex prohibuisset.* cap. nam concupiscentiam, de cōstitutio. idem in ista præcoce collatione, nisi fuisset per hanc regulam prohibitæ & sic non est opus ad iura contraria respondere, quæ non habent locum per istam: regulam: nā esto q̃ ordinarius possit conferre, si uacat, & Papa: tū illa collatio nō valebit, nisi tm̄ tempus effluxerit, quod collationes uerisimiliter potuerint peruenisse ad notitiā collatorum: alioqui nunq̃ Papa iure præuentionis conferret, quia singulis diebus ordinarius conferret singula ep̃atus beneficia, si vacarēt. & postea quando audiret mortem alicuius, expediret collationem ab illo die mortis: & infinitæ fraudes fierent, ac falsitates quibus obuiatur per istam regulam: necesse est igitur, vt ista regula seruetur in quocunq; collatore. Si vis multa videre de verisimilitudine, lege do. And. Tiraq. in interpreta. l. si vnq̃, in princ. C. de reuocand. dona. vbi multa more suo congerit, non tamen loquitur de ista regula, quod miror, cum omnia pene videatur perlegisse.

*Verisimilitudo an per mare habeat locum.*

Et habet locum hæc regula, siue iter factum fuerit per mare, siue per terrā: nā si q̃s diceret se ex Aquis mortuis iuisse Romam vno die, non est verisimile: & ideo posset opponi hæc regula, licet aliter fieri debeat computatio per mare, quam per terram. doct. in l. 1. ff. si quis cautio. scripsi in l. in itinere, de verb. signifi. ff. alia licet perlegere per Gomes. ne plura.

*De Deuolutionibus.*

*Deuolutio quid.*

REscriptum † deuolutionis est, qñ impetratur a Papa beneficiū, quod longo tpe vacauit, in quo sic dicitur. Quod beneficium vacauit tanto tempore, quod secundum statuta Lateranen. concilii ad nos sit collatio illius deuoluta: quod probat text. in c. Cum nostris, & c. literas, de concess. præbend. c. vnic. vers. porro, vt ec clesiastica benef. nō q̃ Papa non possit an tea conferre: vt infrā dicā: & abunde scripsi in §. Si quis vero, de colla. in concord. quam deuolutionem Budæ. in foren. caducum uocat. quod alibi in tit. de verbo. signifi. explico in l. filia. §. glans caduca. [Hoc uerbo deuolui, vtitur iurisconsul. in l. fi. ff. de bonis damna.]

*Qualibet beneficia intra quod tēpus conferenda.*

2 Primo quæro, intra quod tempus beneficijs prouidendum sit? Respon. Mandatarius, qñ vacant duo beneficia per obitū vnius, si in suo mandato habeat clausulā motus proprii, habet decem dies ad eligēdum, vtrum velit beneficium acceptare. cap. si pluribus. de præben. in 6. qui tamen non potest requirere beneficiū in hoc regno sibi conferri ante mensem præsentationis

tionis finitum: vt est in forma manda. in concord. Is vero qui optionem præbendæ habet, intra viginti dies optare debet. c. fi. de consue. lib. 6.

3 Patronus vero laicus intra quatuor menses præsentare potest, ecclesiasticus autem patronus intra sex menses. c. vno, iurepatr. in 6.

4 Maiores vero dignitates, vt episcopales & aliæ, dent intra tres mēses tribui. c. ne pro defectu, de elect. c. Postq̃. 50. dist. Aliæ vero dignitates inferiores, & quælibet beneficia regulariter debent concedi intra sex menses, siue per electionē. c. cū nostris. c. dilectus & c Postulastis. vbi Panor. & alii de concess. præb. siue per collationē. c. 2 illo tit. & tam à primo collatore, q̃ ab alio. c fi. de supplē. neglig. prælat.

5 Papæ vero non est aliquod tps præfixum, cum nō habeat superiorem, qui possit eius negligentiam supplere: c. aliorum. 9. q. 3. nisi in c. statutum; de præb. in 6.

6 In institutione vero & confirmatione quo ad confirmantem certum tempus nō est præstitutum gl. & doct. in c. Cum in cūctis. §. 1. de elect, c. quā sit. eo. tit. in 6. gl. in regu. cancel. 40. idem in permutatione quo ad approbationem. gl. in §. visum, in verb. respectiue. de colla. in prag. multa super hoc scripsi in ti. de nominatio. Regia. §. 1. in gl. intra sex menses.

*Gradatim sit deuolutio.*

7 Et notandum est quod gradatim quilibet collator sic cōfert, sed si negligat, fit ad superiorem proximum deuolutio. §. si quis vero. de colla. in concord. Qui superior nō solum beneficium deuolutum ad eum conferre potest, sed etiam in possessionē illius inducere. per tex. in c Ex parte Nastensis. de concess. præb. vbi Panor. in 1. no. quia vbi vnum concessum est, & omnia sine quibus illud consistere nō possit. l. 2. de iurisdict. omnium iudic.

*Deuolutio quare inuenta.*

8 Secundo cur inuentum sit ius deuolutionis? Respon multis de caussis, tū ne ecclesiæ diu remanerent in suspenso. d. c. 2. quia diutina beneficiorum vacatio dispēdiosa est ecclesiis. c. quam sit. de elec. in 6. nam interim gregem. dominicū lupus rapax inuadit c ne pro defectu. de elect. 1 ū etiam propter vtilitatem publicam: ne iura & ecclesiæ in incerto sint, & pereant. argu. l. 1. ff de vsu ca. Et vt actus executioni mandetur: q̃ nō fieret, quia primus collator nunquam cōferret, vt semper fructus reciperet. cap. vno. Vt ecclesiasti, benefi. q̃ maxime Reipub. interest. authen. hoc amplius. C. de fideicō. vbi si hæres negligens fuerit soluere legatum, deuoluitur hæreditas ad cohæredes, vel substitutos, & alios. descriptos. in §. si quis autem nō impleus, cum multis §. seq. in auth. de hæredi. & Falc. colla. 1.

*Deuolutionis tempus quando currere incipiat.*

9 Et si mater fuerit negligens in petendo tutorem, deuoluitur ad proximiores. 2. §. si mater ff. ad Tertul. facit l. 1. & per totum. ff. de succes. edicto. scripsi in glos. deuoluantur. §. si quis vero. de collatio in concord.

10 Tertio quādo incipiat currere hoc tē pus? Respon. nō a die vacationis, sed a die scientiæ & notitiæ: vel a die quo scire debuit collator. c. quia diuersitatem, de concess. præb. c. vno de iurepat. in 6. c licet. de supplē. neg. prælat. Rota decis. 263. Si propter. in antiq. [sub tit. de caussa posses. & proprie. decis 8 ] quia vbi non est scientia, non potest esse negligentia. glo. & docto. in d. c. 2. & d. c. licet. de supplen. neg. præla. glos. in c fi clericus. de præb in 6. & in c. si pluribus, ibidem. Calderi. in tit. de elect. consi 4. Bald. cons. 469. Sanctissime. in 4. vol. vbi concludit, Impeditis tempore belli hoc tempus non currere. Et Rochus Curtius in tract. Iurispatro. in verb. honorificum. q 27. post Felinum in c. a nobis. col. 2. de except.

11 Item currit hoc tempus sex mensiū a die, q.. capella vel ecclesia fuit facta, & consecrata, quia dicitur tūc vacans. c. quoniam. & c. Cum propter. de iurepatronat. Lapus allega. 95. quædam ecclesia refert. Deci. cons. 135. Ad iustificationem. in fin. doct. in clem. fi. de rescript.

12 Et qui allegat scientiam, eam probare debet, quia ignorantia præsumitur, per regu. iuris in 6. & hoc docet Nicol. Milius in verb. Patronatus. q. 15. vide Bar. in genero. ff de his qui not. infam.

13 Imo ēt impedito collatori non currit hoc tps, siue fuerit iuris impedimentum, siue facti: vt si fuerit suspensus, vel excōicatus etiam sua culpa. d. c. quia diuersitatem. Alex. cons. 58. viso. in fi. in 5. vol.

*Impedito non currit præscriptio hic.*

14 Et quamuis regulariter contra impeditum impedimento facti currat præscriptio, tū si iustum sit impedimentū, datur restitutio, non alias l. Et Atticilinus in fi. ff. de seruitu. rustic. prædio. gl. in c. actione 16 q. 3. l. 2. §. si quis. ff si quis. cautio. Barba. cons. 41 circa in 2. vol.

*A dieva cationis*

15 Tamen hoc casu est speciale, vt non currat præscriptio. no. Panor. & alii in c. j.

de

*quando tempus collatori currat.*

de prescr. & Ias. in §. Rursus. col. 6. nu. 27 de act. in inst. Limitatur nō procedere, qñ fuisset tempus statutum in alicuius fauorem, uel quando esset expressum, tūc currit a die uacationis: ut in c statutū de præben. in 6. & in cle. una de concess. prēb. scripsi in §. 1. in glo. à tempore uacationis, de nominat. Regia. in concord. quamuis contrarium teneat ibi Io. Dayma, & Philip. Probus in addit. in §. cui rei, in uer. iurisd. & in §. quod si quis. j. in uerb. superiorem, de colla. in Pragm. ubi a tempore uacationis computati scribit.

16 Sed Papa postq̄ statuit sex menses, & uoluit illos a die scientiæ computari, de ciuoni Papæ stare debemus, nisi exceptis, ut dixi, item quia, in §. si quis uero. de colla. in concord. statuitur, ut currat tempus ab eo die, quo collator disposuit contra qualificationes prædictas, id est a tempore, quo contulerit aliis, quam graduatis: tunc ius ad superiorem deuolutum est, si est, si graduatus prosequatur: ut scripsi ibidem.

*Ad quē deuolutio fiat in cathedralib⁹.*

17 Quarto uidendum est, ad quem fiat deuolutio? Respon faciendæ sunt conclusiones sequentes. Prima est, in ecclesiis cathedralibus deuolutio quæ propter negligentiam accidit, fit ad proximum superiorem: unde si uolentes eligere ep̄m neglexerint, ad Archiepiscopū deuoluitur. Et si ab Archiepiscopo negligentia processerit, ad Papam fiet deuolutio c. quanq̄ ubi doct. de elect. in 6. Panor. & alii in c. cum in cunctis, in fi. de elect.

18 Et pp negligentiam collegii, uel per mortem omnium de collegio ius prouidē di deuoluitur ad eum, qui habebat potestatem cōfirmandi electum, siue sit episcopus, siue alius platus: & docet Panor. in c. 1. nu. 10. col. penul. de electio.

19 Si uero propter delictum omniū fiat deuolutio, tunc ad summum Pontificem fiet. non ad proximum superiorem. ut docet tex. in d. c. quanquam & glo. Pano. & alii in c. Bonę. 1. in fi de electio.

20 Si autem aliqui tantum deliquerint, utpote, quia pars canonicorū elegit indignum, uel omisit formam. c. quia propter. de elect. tūc electio remaneat penes illos qui nō peccarunt: quia delinquentes pro mortuis habētur, per c Gratum. de postula. prælat. ubi doct & in d. c. cum in cunctis, in fi. Panor. in c. Bonæ. 1. in fi. & c. Dudum. 1. col. 3. de elect. Mandagot. in tract. de elect. c. 9. ubi Boer. in additio.

21 Secunda cōclusio, Qñ ad ep̄m & eius capitulum spectabat collatio, siue coniunctim, siue diuisim, tunc uno negligente ad alterū deuoluit colla. per d. c. 2. de concess. pb. ubi Panor. & c. uno: ne sede uacā. in 6.

*Deuolutio quando fiat de episcopo ad capitulum uel ecōtrario.*

22 Nisi in deuolutis ad episcopum, quę post episcopi negligentiam ad Capitulū non deuoluitur. quia in illis non est ista cōio inter episcopum & Capitulum. ideo deuoluentur ad superiorem episcopi arg. c. ne pro defectu, in fid. elect. Inno. & Panor. in d. c. Cum in cunctis. in fi. glo. in §. item circa. in uers. Visum, in uerb. Legatorum, de colla. in ptag. Ioan. Francis. in tract. de offi. & potestate cap sede uacan. in 2. q. parti. 2. Aufrer. decis. 434.

23 Hodie ex consuetudine generali totius Regni, quia parua est cōio inter episcopum & suum Capitulum, sed frequentius rixæ & controuersię: quando collatio spectat ad episcopum & Capitulum, uel ad archiepiscopū, deuoluitur collatio non ad Capitulum, sed ad archiepiscopū, & ab ad archiepiscopo ad aliū superiorē. Imol. in cle. Si de beneficio. q. 2. de præb. per c. licet. ubi dicit deuolui de archiepiscopo ad Papam, non autem ad Patriarcham.

24 Limitatur in Patriarcha Lugdunē. ad quē ab archiepiscopis fit deuolutio, & semper est sic solitus conferre de cōsuetudine generali regni Frāciæ: sed si collatio spectet ad solum Capitulum. tūc deuolutio fiet ad episcopum. d. c. 2. vbi docto. vel ad archiepiscopum, si sit Capitulum Ecclesię archiepiscopalis: & nisi sit contraria consuetudo: ut in Ecclesia Carnoten.

*De inferiore ad episcopū fit deuolutio.*

25 Tertia conclusio, qñ collatio ad inferiores spectat: tūc deuolutio fit ad episcopum, nisi consuetudo, uel priuilegium. bt in contrarium vt in exemplis. cle. una. de supplen. neglig. prælat. ubi Cardinal. & in cle. si de beneficio; de præb. & tunc fit deuolutio ad episcopū loci, ubi situm est beneficium. glo. & doct. in cle. una, in uerb. locorum. de supplen. neglig. prælat.

26 Nisi inferior aliquid haberet facere, ut si capitulum præsentaret. & Abbas instituere, tunc ad instituentem fiet deuolutio. glo in uerb. dispositionem, in d. cle. una de Rota decis. 278. in antiq. nā dicit Panor. in c. 1. co. pen. de elect. q̄ patrono negligente, seu mortuo sine hærede, ius prouidendi deuoluitur ad illum, qui potest instituere. per d. glo.

27 Quinto elapso tempore conferendi nō poterit amplius episcop⁹ cōferre pur-

gando

*mẽsium non valet collatio.*

gãdo morã, vel alias. Et idem in alio collatore, quia ipso iure deuolutio facta est: ideo nõ valet collatio, etiam si primo die post sex menses contulisset. glo. & doct. in c. 2. de concess. præb. Cardinal. in clem. si de beneficio, in 1. not. de prẽb. licet alias possit quis morã purgare: vt probatur in c. Potuit, ibi, Celeri satisfactione, de locato. & in l. & si post tres ff. si quis cautio ac in l. si insulam, de verb. oblig.

28 Tum quia tempus præfixum ad cõferendum censetur esse de forma: nam vbi tẽpus in constitutione apponitur, censetur appositum ꝑ forma text. in authen. Quæ supplicatio. vbi Bald. & Salic. C. de prec. Imperat. offer. facit l. scire oportet. §. consequens. ff de adminis. tut.

29 Maxime tempus est de forma, quãdo adiicitur clausula, quod post tempus quis non audiatur: vt consuluit Rom. cons. 23. nescio quid dubitationis. in fi & cons. 66. vir exime. ideo collatio facta etiam extra statuta tempora non valet, quia forma non est seruata vt docet Albert. Brunus in tracta. de forma & solennita. actus Rubr. quãdo aliquid censeatur traditum pro forma in 16. conclus. scripsi in tracta. nomi. q. 14. etiam si archiepiscopus non conferat, nõ poterit sustineri collatio post sex menses per prædicta.

30 Limita nisi archiepiscopus concederet eidem episcopo aliquod tempus, vtpote duos menses post sex menses, tunc poterit conferre iure archiepiscopi, nõ suo, cum iam sit exclusus: vt no. in cap. Vintonien. de elec. hoc etiam nominatim docet Alberic. in l. si cum dies. in fin. princi. ff. de arbitri. per illum text.

31 Item ꝑs adhuc post deuolutionẽ vni re beneficiũ poterit: teste Fede. cons. 111. qõ talis, col. 3. quia diuersum est ius vniẽdi & conferẽdi: quod vocabulorum diuersitas ostẽdit. l. si idem. C. de codicil. & hoc firmabo infra, in mater. vnio.

*Collatio ante deuolutionem non valet.*

32 Sexto collatio facta ante deuolutionem non valet, quia antea collator nullã conferendi potestatẽ habebat in illo beneficio non deuoluto, nec conualescit, si primus nõ conferat, nisi de nouo conferat post tempus. doct. in c. 2. de præbend. in 6. Feli. & alii in c. cum ex officii, de præscri. Boer. in decis. Burdeg. q. 70. quæritur Scripsi in tract. nominatio. q 17. num. 12. quia pro non dato hꝫ, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare. c quod autem in fi. de iure patro. nec ista collatio coloratum præbet titulum quia omnino est nulla: docto. in c. cum nostris, de concess. præben. & Panor. in cap. 2. ne sede vacan.

33 Septimo poterit episcopus ex caussa assignare terminum collatori, seu electoribus, intra quem habeant prouidere de ministris: alioqui si non prouiderint, poterit episcopus conferre. argum. c. irrefragabili. §. excessus, & c. quanto, & c. ad reprimendam. de offi. ord Panor. in c. Cum ecclesia, in glo. 1. de electio. *Sex menses breuiari non possunt a superiore.*

34 Sed non poterit terminum iuris auferre, cum indultum a iure beneficium nemini sit auferendum. reg. indultum, de regu. iur. in 6. Sed prædicta locum habent in quibus non est terminus præfixus.

35 Octauo si collatio non fuerit sortita effectũ, vt qꝛis noluit acceptare, vel post consensum iuri suo renunciauit. Tunc idẽ collator conferre poterit alteri, & terminus nouus datur ac si de nouo vacasset, ꝑ c. si electio. de elect. in 6. Panorm. in c. cũ Vintonien. illo titu. num. 13. decisi. Rotæ 283. & decisio. 882. in antiq. & decis. 1. de iurepatron. *Terminus sex mẽsium datur acceptatione non facta.*

36 Nono si episcopus sit exẽptus, ab eo deuolutio ad Rom. Pontificem fiet, per c. licet. & c. sicut. de supplen. neglig. prælat. Rom. cõsi. 361. in casu scripsi. in §. si quis vero. in verb. Ad alium. de coll. in concor. *Ab exẽptis ad Papã deuolutio fit.*

37 Ab exemptis regularibus ad episcopum deuoluetur, qui auctoritate Apostolica cõferret. c. cum singula. de præb. in 6. Cle. vna. de suppl. neg. præla nec poterit tũc legatus cõferre quia spãliter data est ptãs eꝑo, & vnius actus, ob id data ptãs legato nõ derogat isti speciali. c Pastoralis. in fi. de rescrip. c. Dudum. & ca. Quamuis. de præb. in 6. facit l. si hominem. ff. mand. nisi expressa fuerit data illi potestas.

38 Nec quidem legatus poterit ratione concursus conferre beneficia, quæ deuoluuntur ex alia prouincia, quæ nõ est suæ legationis, licet deuoluantur ad Archiepiscopum suæ prouinciæ. vt de eꝑo Viuarien. ad Archiepiscopum Viennen. tũc legatus Auenionen. intra sex menses non confert, quia non concurrit in his deuolutis, licet in aliis secus, c. 2. de off. leg. in 6 gl. in verb. legatorum. §. visum. de coll. in pragma & Io. de Selua in tract de benefic. in 3. parte. q. 66. nisi data ei esset specialis potestas a Papa ista etiam beneficia conferendi, vt fieri solet.

39 Decimo is episcopus cõferet, in cuius diœcesi sita sunt beneficia, ideo si Abbas, *Deuolutio fit ad*

S. Ger-

*Episcopū loci in quo beneficium situm est.*

S. Germani sit negligens ad conferendū beneficium situ Aureliæ, deuoluetur collatio ad episcopum Aurelianen. per glo. in clem. vna, in verb. locorum, de supplen. ne gl. præla. scripsi in §. Si quis vero. in verb. deuolutio, de colla. in concord. & hoc est notandum facit. l. si prædium. C. de præd. js minor. quia omnes basilicæ conterēdæ sunt ab eo episcopo, in cuius territorio sunt. c. Regēda, & c. nouerint. 1. q. 1. c. omnes Basilicæ. 16. q. 7.

*Deuolutio fit cū prima' qualitate & regula.*

40 Vndecimo, deuolutio fit cum qualitatibus & personis, quæ in prima erant collatione, p tex. in cle. vna. de supplē. neg. prælato. quia res tranſit cum sua causa. l. alienatio. ff. de contract. empt. l. traditio. de acq. rer. domi. Et ille qui substituit furioso, debet substituere illas psonas, quas furiosus, si sapiēs esset instituisset, l. humanitatis. C. de impub. & substrogatum debet sapere naturam eius in cuius locum substrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si qs cautio. facit. l. 1. ff. de solut.

41 Vnde si episcopus conferre debebat nominatio, ita tenebitur Archiepiscopus ad quem ius deuolutum erit. alioqui collatio non valebit. §. si quis vero, vbi dixi, de colla. in concord.

42 Idem si quis debebat conferre alicui de genere fundatoris, vt is ad quem deuolutio facta est teneatur sic conferre, per d. cle. vnam.

*Tempus conferendi officia regia nō est taxatum.*

43 Duodecimo, quamuis in beneficis sit præstitutum conferendi tempus: vt in d. c. 2. de cōcess. præb. & superius dixi, tamē in officiis Regiis non, vt videtur innuere glo. in c. ad Apostolicæ. in fi. de re iudi. in 6. licet iura disponentia de beneficiis, regulariter trahantur ad officia secularia: vt sentit Bar. in l. 2. §. data. ff. de optio leg. & Lucas de Penna in l. annonas. C. de erroga. militar. annonæ. lib. 12. & expresse Ioan. Lupus in repet. capit. per vestras, in princ. nu. 6. De donatio. inter uir. & vxor. etiam iuria loquentia in officijs trahuntur ad beneficia, si in illis eadē sit ratio, & nisi contrarium inueniatur statutum.

*In collatione iure deuoluto derogatur à Papa fūdationi.*

44 Decimotertio notandum est, q Curia Rom. seruat in his deuolutis, vt soleat derogare fundationi beneficiorum, etiā si in illa caueatur expresse, q obtinens tale beneficium teneatur in illo personaliter residere, & esse sacerdos, vel ad sacerdotiū intra annum promoueri, ac quod cum illo non possit aliud obtinere.

45 Secus qñ petitur fundationis derogatio quo ad oēs eius partes, ēt non expressas, vel exprimendas, quia illa non dantur; possunt n. esse tales, quibus Papa non derogaret; vt scribit Stapil. in tract. de literis gratiæ, rub. de modo & forma impetrā di, vers. vlt. non omitto unum, &c.

*Papa tribus modis beneficia confert, primo per prauentionem.*

46 Decimoquarto addendum est, q Papa semper conferre beneficium vacans, & maxime tribus modis poterit, primo iure præuentionis c. dudum de præb. in 6. dixi in §. declarantes, de mand. Apostol. in cōcord. quæ præuentio fuit illi tantum reseruata in beneficijs qualificatorū: sed in aliis nihil immutatum inuenio in Frācia nisi in rub. de nominatio. Reg. in episcopatibus, Abbatijs, & Archiepiscopatibus, ac in prioratibus. ideo conferre semper potest, prout iura statuunt.

*Cōferre beneficia per concursum Papa potest hac lege.*

47 Secundo Papa etiam confert concurrendo cum aliis collatoribus præter defidiā illorū, text. in c. quia. vbi Panor. not. 5. de concess. præb. vnde si Papa velit conferre, potest semper conferre ratione illi⁹ concursus, quia cōcurrit cum quolibet ordinario in potestatē, & iurisdictione. ca. si eo tempore, vbi Io. Monac. de elect. in 6. & d. c. quia est enim ipse ordinarius toti⁹ orbis. c. cuncta. 9. q. 3.

48 Nam quamuis potestatem ordinariis dederit, maiorem tamen sibi retinuit. ca. dudum. de præb. in 6. ideo bonum esset in bullis exprimere, quia si conferret cū iure deuolutionis, non posset conferre ante tēpus elapsum, sed ratione concursus semper potest: vnde multæ clausulæ solent in bulla apponi, & illa clausul. vel alias quouis modo uacet, hoc significare potest.

49 Et notandum est, quod vbicunq; aliquis collator potest conferre beneficium iure ordinario, uel deuoluto, poterit & Papa illud conferre ratione cōcursus, quem habet cum quolibet ratione superioritatis. d. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & hūc concursum Legato a latere Papa, vel iura concedere solent. c. si a sede. vbi docto. de præben. in 6. multo magis sibi retinet, cū nusquam tantam censeatur dare potestatem, quin maiorem semper retineat. d. ca. Dudum. de præbē. in 6. scripsi in §. si quis vero. in glo. vlt. de colla. in concord.

50 Et quando beneficium est sub patronatu laicorū, Papa non intendit conferre nisi apponat illam clausulam, q tanto tpe vacauit, q eius collatio est ad sedē Apostolicam legitime deuoluta: vt est constitutum in regula Pauli III. cancella. 40. &

tunc

tunc non derogatur iuripatronatus laicorum, sed de illo iure debet fieri mētio, teste Dominic. consi. 50. quæritur an episcopus. Sequitur Staphil. in tract. de lit. gratiæ, fol. 57. vers. hinc est quod in prouisionibus. scripsi sup. in tract. signaturæ.

*Iure deuoluto a Papa prouidetur bene ficijs.*

51 Tertio Papa etiam confert iure deuoluto, vt hic: & in c. cū nostris. & c. literas. de concess. præb quāuis episcopi & alii superiores iure suo, & pleno iure ac deuoluto conferant, non tamen iure concursus, nisi Papa & legatus a latere ex concessione. d. cap. si a sede. de præbend. in 6. c. 2. de offic. lega. in 6.

*Collatio facta in re deuoluto cū non sit, non valet.*

52 Decimoquinto si episcopus iure deuoluto conferat, cum non ita vacaret: sed præfatus eps iure quidem ordinario conferre poterat, non valebit talis collatio. p text. in c. ex parte. in fi. de concess. præben. quia quod noluit, potuit, & quod voluit, adimplere nequiuit: c. cum super. de offic. deleg. l. multum. C. si quis alteri vel sibi.

*Prouisio facta alicui tā quā graduato, qui non est, non valet.*

53 Sic dixi in episcopo, qui in mensibus graduatorum cōtulit alicui tanquam graduato, qui tamen nō erat, licet potuisset: & valuisset collatio si dixisset tanquā idoneo: tamen nō valebit collatio postquam iste non est graduatus, quia illi tanquam graduato facta fuit, quia non erat illius qualitatis. §. teneantur in gl. alteri, de collat. in cōcord. facit quod plene scribit Roman. consi. 496. primus. & Io. de Selua. in tract. de benefic. in 3. par. q. 41.

*De patronis ad quē deuolutio fiat.*

54 Decimo sexto fit deuolutio de patronis ad episcopū, uel alium habentē instituere, glo. sing. in clem. vna. in verbo dispositionem, de supplend. neglig. prælator. & si duo præsentauerint indignum, & vnus dignum, non remanet ius in illo solo, licet in electionibus secus: c. bonæ. & ca. in Genesi, de elect. nam quando electio fit, illa competit eligentibus ut uniuersis, sed pñtatio ut singulis c. 1. & 2. de iurepatro.

55 Ideo nō potest remanere apud duos, vel minorem partem sicut electio, videre tamen Panor. & alios in d. c. 3. & Paul. de citad. in tract. de iurepatr. in 6. par. q. 28. & in 13. par quia non videtur ratio diuersitatis inter istos.

96 Decimoseptimo si patronus præsentauerit ei, cui non debebat per ignorantiam & postea is possederit beneficium, quod permutauit cum alio accendēte auctoritate epi, an valeat huiusmodi permutatio: quia videtur deuolutum ius ad Papam ex eo, quod patronus non præsentauit ei cui debebat. Contrarium tamen docet Lapus alleg. 95. quędam ecclesia, eo scilicet quod patronus tunc non dicitur negligēs ideo nec fit deuolutio. p c. 2. & c. quia. de concess. præb. supra dixi.

57 Decimooctano quamuis apud iurium interpretes sit controuersum an capitulū sede vacante fungatur vice episcopi generaliter, uel in casibus à iure tātum expressis. Et Panor. & alij in c. 2 per illū. tex. dicunt Capitulum non succedere in ius episcopi, nisi in casibus a iure expressis, pōderando text. ibi, cum nusquam inueniatur: sed ille tex. loquitur in collationibus. secus in aliis, vt inferius dicetur.

*Regula affirmatiua, quod en sede vacante fungi-- tur vice episcopi.*

58 Ego autem putarem statuendam regulam affirmatiuā, videlicet quod Capitulū fungatur vice episcopi tā in spiritualibus, quam in temporalibus c. pen. & vlt. de supplend. negligen prælat. lib. 6. & c. is cui de ele. in 6. maxime in his quę spectāt ad iurisdictionem episcopi, etiam in omnibus necessariis capitulum in locum episcopi succedit, & est necessarius administrator. gl. in verb. Cap. clem. i. §. 1. de hęr.

59 Vnde omnia quæ ad merum, & mistū pertinent imperium (paucis exceptis) administrare potest, l. 2. C. deoffi. eius qui vicem alterius gerit. c. ad abolendam. de hęret. Nam postquā spiritualibus & tēporalibꝰ ministrat capit. ergo gñaliter: quia vicarius gñalis dr qui in tpalibus & spūalibꝰ est creatus. c. fi de offi. vicar. li. 6. dixi supra in materia vicariorū: hoc etiā probatur in d. l. 2. ne sede vacan. sumendo a cōtrario; nam ibi dicit, nusquam inuenire iure cautum, quòd episcopus vice capituli in collationibus beneficiorum fungatur: ergo in aliis inuenitur, & hoc etiam sequitur Feder. consi. 30. ad capitulum. col. 2. & Io. Fran. in tract. de offic. & potest. c. sede vacan. in 1. q. 1 partis.

60 Speciale est in collegio Cardinalium vt certos casus mortuo Papa pertractare possit, cle. Ne Romani, de elec. ergo in episcopo, & suo capitulo ius est contrarium.

61 Item qñ eps a Paganis est capitus, Capitulum in spūalibus & tēporalibꝰ nullis exceptis administrat, sicut si per mortē vacaret c. pen. & ult. de supplen. neglig. prælat. lib. 6. ergo per mortem sede vacante capitulū generaliter administrat, tam in spūalibus q̄ in temporalibus, nisi exceptū fuerit: quia in permissis omnia concessa censentur, quæ non sunt prohibita. cap. inter. de transla. episcopi.

Vnde

*Vicarij & officialis a ca. sede vacante creari possunt.*

62 Vnde sede vacante poterit capitulum constituere vicarium in spiritualibus & temporalibus, qui ista administret, alioqui si perperam, & negligenter administret, poterit creari visitator. c. vlt. de supplen. neglig. præla. lib. 6. & officium eius conscribit Io. Franc. in d. tracta. de offic. in q. vlt. secundæ partis.

*Officiũ vicarij & officialis c. sede vacante.*

63 Et iste vicarius & officialis capituli poterit suspẽdere, excõmunicare, interdicere, priuare, & absoluere, c. his quæ. in fi. de maior. & obedien. c. vno. illo tit. lib. 6. poterit ergo capitulum creare pœnitentiarum, qui absoluat in casibus etiam episcopo reseruatis. Panor. in d. c. his quę, de maiorit. & obed. Io. de Selua. in tract. de benefi. in 2. par. q. 11. glo. & doct. in c. 2. de pœnit. & remiss. Ioan. Franc. vbi supra, q. 6. partis secundæ, tract. de offic.

64 Poterit etiam hic vicarius dispensare in casu necessario, & cum caussa. vt cum scholastico caussa studij poterit dispẽsare de non promouendo ad septennium suscepto subdiaconatu, c. cum ex eo. de elec. in 6. Feder. dicto cons. 30. an capitulum. Ioan. Franc. quæstio. 5. partis 1. ubi supra. dispensare tamen super defectu natalium non potest, nec in casibus in quibus episcopus non posset. Fel. in d. c. Cum olim. q. 8. de maior. Petrus Paris. cons. 96. pro Lupo. col. penult. nu. 25. col. 4. & cons. 136. stante defectu. col. 1. ibidem.

65 Poterit quoque visitare episcopo mortuo, vt crimina corrigantur. Panor. in ca. cum olim. de maior. & obed. quamuis gl. in d. c. cle. 1. dubitet, dicens indigere declaratione superioris: itidem congruam portionem assignare: vt per gl. in verb. diœcesani. cle. 1. de iurepatro. scripsi in tract. de congr. portio. q. 7.

*Quæ nõ possit facere capitulũ sede vacãte.*

66 Limitatur non procedere in his quæ sunt ordinis, quæ non potest vicarius per se tractare, sed poterit conuocare episcopum vicinum, qui ordines conferat cum cautelæ studio, id est præstabit cautionem Episcopus, quòd ex hoc nullũ ius sibi, nec possessionem acquiret. facit cap. Suffraganeis, de elect. c. Pontifices. 7. q. 1.

67 Dat etiam literas dimissorias Capitulum. c. cum nullus. §. episcopo de tempo. ordinatio. lib. 6. episcopos facit consecrari, & clericos ordinari. dicit Federi d. cons. 30. col. 2. d. c. is cui de elect. in 6.

68 Secundo non procedit in his, quæ cõpetunt episcopo iure delegato, vel ex priuilegio singulari, tunc Capitulum sede vacante non fungetur vice illius. gl. & do. in cle. 1. in verb. Capituli. de hæretic. c. fi de priuileg lib. 6. quam sententiam probat Feder. d. cons 30. col. 2. & Panorm. in c. cum olim. vers. 5. de maior. quia in his nullam communionem habent canonici cum Episcopo: & priuilegium personale non egreditur personam. reg. priuilegiũ, de regu. iur. in 6. c. sane. de priuil. lib. 6.

*Capitulum an creare licẽtiatos episcopo defuncto possit.*

69 Et sic capitulo non competet potestas creãdi licentiatos, vel doctores, si iure speciali episcopus hoc priuilegium habebat, secus si iure cõi, vt tanquam eps Panor. in c. cum olim. in fi. de maio. & obedien. & in dubio videtur competere tamquã episcopo. & sic ad Capitulũ spectabit, vt in Episcopo Montispessulani patet gl. vlt. in cle. fi. de magist. dicit q̃ vbi non apparet, episcopus cum Capitulo hoc faceret, ergo vacante sede ad Capitulum deuoluetur: nõ tenetur tamen episcopus requirere in his Capituli consensum vel consilium, teste Panor. in cap. cum Apostolica. in fi. de his quæ fiunt à præla. Feli. in c. verum. col. 1. de iudic.

*Nõ confert capitulũ se de vacãte nec præsentat.*

70 Item capitulum non potest conferre. illa. ne sede vacan. nec præsentare Ioan. And. in d. c. vno. de maior. Card. in c. presbyteri, col. vlt. 24. dist quia verbum collationis comprehendit præsentationem. gl. in cle. vna de rerum permu. & quia præsentatio est in fructu, sicut collatio gl. in c. cum olim. de maioritate.

71 Etiam non potest conferre, quamuis collatio spectet ad episcopum cum consilio & assensu capituli, per tex. in d. c. vno. §. cum vero. ne sede vac. in 6.

*Archiepiscopus beneficia episcopi mortui non confert.*

72 Nec Etiam Archiepiscopus vacãte sede potest conferre beneficia ad collationem episcopi spectantia, sicut nec episcopo capto. c. pe. de sup. negli præl. lib. 6. facit c. Pastoralis. de offi. ordi. vbi in casibus à iure expressis Archiepiscopus habet potestatem: sed iste casus non inuenitur expressus, ergo non potest, sicut etiam nec vnire potest: vt no. doct. in c. 1. ne sede vacant gl. in cle. fi. de reb. eccle. nõ alien. Et in casu negligentiæ potest cõferre Archiepiscopus. c. 2. de concel præb. sed episcopus mortuus non potest dici negligens d. ca. 2. in fi. ergo Archiepiscopus sede vacante conferre non potest: quauis gl. videatur innuere contrarium, in d. c. presbyteri. 24. distin. & dicitur sedes vacare donec Episcopus nouus adeptus fuerit possessione, teste Host. in c. olim. 1. de

resti. spol. refert Fel. cõs. 40. Pisani. col. 2.

73 Ad hæc non poterit conferre etiam hospitale in titulũ, quia loco beneficij habetur cle. Quia contingit. de religios. dom i. clem. 2. de prẽben. secus qñ ad nutum daretur: vt docet Ioan. de Selua, in tract. de benefi. in 2. par. q. 11. circa fi. Et vt breuius dicam, non poterit conferre beneficia nec maiora, nec minora, regularia, nec secularia, multo minus dignitates, cum beneficiorum nomine hæ etiam veniant, clementina Auditor, vbi glo. de rescri. c. 1. de regu. iuris, in sexto.

74 Quod primo sublimita non procedere, qñ collatio spectaret ad Episcopum & capitulum simul, tunc Episcopo mortuo, vel excommunicato posset capitulũ conferre. cap. vno, ne sede vacan. lib. 6. c. fin. de regu. lib. 6. siue Episcopus in collatione esset tanquam Episcopus, & sic primus in capitulo, siue tanquam canonicus, vt secundum ordinem receptionis: nam vtroque casu mortuo episcopo capitulum confert. c. a collatione, de appellat. lib 7. Panor. & alii in c. si. de concess. præben.

75 Diuersum est si cum Episcopo alius conferat. Panor. in c. cum olim, de maior. tum quia hic casus non reperitur a iure expressus & ratione communionis in primo casu permittitur, vt multa alia, in l. si communẽ. ff. quemadmodum seruit. amittant. Alex. & Ias. in l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & doct. in c. 1. de iud. & in ca. de quarta, de præscr. Bauer. §. testes, colum. 7 de test. in insti. quæ communio nõ est quando episcopus confert cum alio. facit. §. fi de donatio. in insti. & l. i. de vend. rerum fis. cum prius. commu. lib. 10.

76 Idem si spectaret ad capitulum cum consilio episcopi; tunc eo mortuo capitulum conferre etiam poterit non expectato episcopi consilio. d. cap vno, in fin. ne sede vacan. in 6.

*Commẽdare ad sex menses capitulũ potest.*

77 Secundo potest capitulum sede vacãte commendare beneficium ad sex mẽses, vel ad breuius tempus, maximo beneficiũ habens onus annexum, per cap. Significatum, de præben. Innoc. & Panor. in d. c. illa. 2. Ne sede vacan. Panor. & alii in c. bonę. de appellat. Anch. in c. vno, de maior. & obedien. lib. 6. de Montelaud. in cap. 1. de in insti. lib. 7.

78 Tamen si superior intra sex mẽses nõ prouiderit, vel si non esset adhuc aliquis Episcopus, poterit adhuc illi continuare commendam, donec superior prouiderit: vt docet Ioannes Franc. in tract. de offi. & potestat. c. sede vacan. q. 3. partis 2. & quia hoc fit ex necessitate vt ecclesiæ deseruiatur: vnde per hoc limitabitur cap. Nemo deinceps, de electione lib. 6. vt instãte necessitate possit parochialis ecclesia commẽdari vltra sex menses: necessitas enim facit licitum, quod alias esset licitum: c. si quis propter, de furt. l. 1. ff. de offi. consul. l. 2. §. primo, & ibi glos. ff. ad legem Rhodiam, de iactu.

*Episcopꝰ durante cõmẽda conferre potest.*

79 Per hanc tamen commendã non præiudicabitur Episcopo, quia ipse poterit cõferre illud beneficium etiam inuito eo, cui fuit commendatum, & eo etiam non uocato, arg. c. si vero, & ibi glo. de iurepat. vt docet Præpos. in d. c. presbyteri, col. vlti. 24. dist quod facere non posset post collationem, tum quia collationes beneficiorum perpetuo fiunt, nec ab illis debet possidens amoueri sine magna causſa. cap. satis peruersum. 56 dist. Tum etiam quia cõmendatarius est tãquam custos fructuum beneficij, & reuocato deposito depositarius desinit habere ius retinendi. l. 1. & p totum, ff. depositi. gl. in d. c. nemo. Et quia hæc commenda fit ex necessitate, vt deseruiatur ecclesiæ, & vt nullum interim patiatur dispendium: & ne fructus beneficii pereant. vnde his necessarijs succedit capitulum sede vacante: ut inferius dicetur vide Paris. consi 90. circa, in 4 vol.

80 Præterea potest capitulum sede vacãte œconomum præficere ecclesiæ, ut iura illius regat, & administret, c. cum vos, de offic. ordina. hoc enim pertinet ad Episcopum ratione vniuersalis iurisdictionis episcopalis, in qua succedit capitulum sede vacante, gl. & doct. in d. c. vno, per illum tex. de maiori lib. 6.

81 Non poterit tamen capitulum commendare ecclesiam parrochialem nisi sacerdoti, & in legitima ætate constituto, quia hoc prohibetur omnibus, in d. c. Nemo, de elect. in 6. & non censetur hæc maiorem ptãtem capitulum, q̃ episcopus haberet, si viueret. Nec substitutus in locum alterius maiore præditus erit prœeminentia, & potestate, quàm is cuius vices gerit. l. sed si hac §. fi. ubi Ias. ff. de in ius vocan.

82 Commendare tamen perpetuo non posset, quia per hoc præiudicaretur Episcopo. sicut in collatione quam non potest capitulum facere. d. c. illa. & Io. Franc. in tracta. de offic. & potesta. cap. sede uacan. 3. q. secundæ partis.

Sed

*Commẽdare: ẽre seculari non potest capitulũ.*

83 Sed poterit capitulum commendare. regulare seculari & econtra: vt asserit Petrus de Peru.in c.si cõstiterit,de accu. pro vt refert Præpo.in cap presbyteri,col.vlt. 24.dist.sed pace eorum dixerim,hoc non est verum : quia hoc prohibetur Episcopo videlicet sic conferre & committere. in clemen. vna, supplenda negligen. prælat. quia solus Papa commendat regularia secularibus,& secularia regularibus : c.cum singula. de præb.li.6. Sed Capitulum non est maius Episcopo, cum succedat in Episcopi locum . Ergo regularia quidem regularibus commendare posset, & secularia secularibus , non econtrario .

*Papa prouisio post commẽdam an valeat.*

84 Tertio Papa etiam poterit durante hac commenda a Capitulo facta,& de ea mentione habita, prouidere de hoc beneficio alias si non faceret mentionem commendæ , subreptitia esset Papæ prouisio. glo.& doc. in d.c. Nemo.& Ioan.Franc.in d.tract.in 3.q.2.partis,col.2.quia non vacat durante commenda:ideo Papa non videtur contulisse, nisi eam expresserit,teste Cald.consi.6.de præb.& consi.30.

85 Limita in collatione necessaria,quam capitulum sede vacante facere potest,vnde mandatario conferre licebit, & nominatis, ac graduatis . Panor. & alij in d. c. illa, ne sede vacan. scripsi in tract. nom. q.8.numero 39.

86 In his etenim quæ sunt necessaria lex indulget capitulo,vt ministret.c.1 de inst.lib.6.l.de pupillo,§.si quis riuos,ff. de noui oper.nuncia.& vbi imminet periculum & præiudicium,quod pertinet ad iurisdictionem episcopalem,capitulum succedit vacante sede:ut not.glo. in cle.1. de hæret.Panor.in c.is qui,in fi.de maior.ne ex defectu superioris possit periculum generari, vt ibi .

*Instituere potest capitulũ sede vacante.*

87 Quarto fallit in institutione: potest enim capitulum vacante sede instituere pñtatos a patronis,c.i.& 2.de inst.li.6.qa hoc necessario agit.postq̃ facta est præsentatio : sed præsentatio est actus voluntarius,gl.& doct.in d.c 1.& Paul.de citad.in tract.iurispa.in 6.parte,q.33.& seq art.3.

*Confirmare potest capitulum sede vacante.*

88 Quinto confirmare electos non prohibetur:c.cum olim.de maiorit.quia confirmare est iurisdictionis episcopalis, in qua iurisdictione capitulum succedit: sed conferre est donare,collatio donatio dicitur,in c.relatum,de præb c.vno.vt eccles. benef.& donare quis non potest sine mandato,c.fi. de offi.vicar.lib.6.

89 Et minus est confirmare , quàm conferre:quia electus habet ius ius,ex electione,cap.fi.de elect.in 6.sed is cui confertur nullum ius habebat ante collationem : & quia conferre non est iurisdictionis episcopalis, sed est cuiusdã facultatis extriusecæ : vt not. Ioan. Andr. in capit. quamquam,de electio.in 6 post.Innocen.in dicto cap. illa .

90 Confirmans vtitur iurisdictione,conferens autem donare videtur:quòd nõ potest facere capitulum sede vacante,sed debet reseruare fructus futuro successori , c. quia sæpe, de elect. lib. 6. sed intellige q confirmare poterit electos in ecclesiis inferioribus, vt Abbates , sed electum Episcopum confirmare non poterit, sed Archiepiscopus,d.c.cum olim .

91 Si tamen electio alicuius dignitatis spectaret ad capitulum,& confirmatio ad episcopum vacante sede,capitulum eliget & confirmabit gl.& doct. in c.pen.de supplen neg. prælat. quia duplici iure fungitur.l.si consul.ff.de adoptio scripsi in §. si quis vero,de collat.in concord.in glo.dispositiones .

*Beneficia ad episcopũ deoluta an capitulum conferre possit.*

92 Sexto capitulum vacante sede,potest conferre beneficia deoluta ad episcopum ratione negligentiæ,vel delicti inferioris quia illa deuolutio pertinet ad episcopum ratione iurisdictionis episcopalis : & quæ deferuntur ea ratione deoluuntur sede uacante ad capitulum,c. cum olim,de maior. Io.Andr.in c.quamquã,de elect. li.6. Panor.in c.2.vlt.not.ne sede uac.ubi dicit hanc deuolutionem fieri fauore beneficii ne diutina fit uacatio,c. quàm sit,de elect. in 6. ergo non debet spectari nouus successor ad conferendum .

93 Panor.tamen in c.cum olim,col.2.de maio.tenet contrarium . tum quia eadem est ratio in his,quæ in aliis & quia regula est negatiua,in d c.2.ne sede uac,Nec obest si quis dicat esse necessarium ob diutinam, uacationem quia interim commendare uel æconomum præficere,capitulum poterit : ut superius dictum fuit, sed non conferre Fel.in d.c.cum olim.& huic sententię subscribo post Bald. in c.ne pro defectu,col.2.de elect.& Io.Franc. in tract. de offi.& potesta.in 2.parte:q.2.uer.quæro an episcopos,in fi.

*Recipere resignationes an*

94 Septimo non potest capitulum sede uacante,recipere resignationes,& conferre:quia hoc non uidetur a iure concessum & hoc uidetur probare text.in c.uno,§.eũ

*capitulum possit.*

vero, ne sed. vac. in 6. vbi dicit capitulum nõ debere se intromittere de collationibus ad episcopum spectantibus, ergo nec per resignationem: quia verbum, intromittere, intelligitur quomodocunque se immiscere de collationibus, ergo non poterit conferre vacans per resignationem: & quia hoc est proprium episcoporum, c. quæsitum, de rerum permutatione. glo. & doct. in clem. vna, de rerum permut.

95 Ego vero sic distinguerem, quod capitulum non potest recipere resignationem liberam & simplicem, sed resignationem, quæ fit ex causa permutationis, recipere poterit, quia est necessaria, & cum causa: sic conciliantur sententiæ cõtrariæ. & hoc vt decidere Inno. & Fel. in d. c. cum olim, de maior. & Io. Franc. in d. tract. q. 2. par. 2. in fi. Bal. in c. ne pro defectu, de elect.

*Nota*

96 Nec sequitur, potest capitulum priuare, ergo & recipere resignationes: quia ista diuersa sunt, & separata: & separatorum separata est rõ. l. fi. ff. de calumniat. & instituere potest, sed non conferre: & hoc. s. permutare est vtile ecclesiis & necessariũ, vt personæ, quæ vni loco minus sunt vtiles, alibi se valeãt exercere, d. c. quæsitũ, in fi.

97 Vbi glo. dicit, q. si beneficia sint in eadem ecclesia sine onere, possunt auctoritate propria permutari: secus in diuersis ecclesiis. ergo vellem semper hîc superioris auctoritatem, etiam in eiusdem ecclesiæ beneficiis, & hoc est necessarium, quicquid in contrarium iactetur.

*Reseruata beneficia post mẽsem an capitulũ conferre possit.*

98 Octauo poterit conferre beneficium reseruatum post mẽsem, sicut vicarius episcopi c. statutum, de præb. in 6. vt firmat Io. Fran. q. 8. col. 3. par. 1. vbi supra: quod non putarem verum, quia tex. ibi concedit episcopo. & eius vicario, ergo nõ aliis c. qualis, 25. dist. l. cum prætor. ff. de iud. & quia iure cautum non reperitur. imo reperitur reg. in contrarium, vt supra dixi. ergo exceptio debet esse scripta, alias regulæ stari debet, l. 1. ff. de reg. iur. & hoc probat tex. in c. pen. de sup. neg. præla. lib. 6. & in d. c. statutum dicitur, quibus Canonice commissum est: quod non est capitulo.

99 Limita nisi Papa crearet visitatorem sede vacante, eo casu hic posset beneficia conferre, quia plenissime videtur creatus & ad omnia, capit. vlt. in fin. de suppl. negli. prælato.

*Vnire an possit capitulũ sede vac.*

100 Nono poterit capitulũ ex causa vnire beneficia his casibus, quibus episcopus posset, dũmodo nihil detrahatur iuri episcopali Card. & Imol. in cle. 1. de stat. monach. Petrus de Peru. in tract. de vnio. eccles. cap. 4. & Felin. in cap. cum olim, in fi. de maiorit.

*Deuolutia præbendarũ. nõ fit ad ca. sede vacãte.*

101 Decimo sede vacante non deuoluetur, ad capitulum collatio præbendarum: nec poterit capitulũ illas conferre, c. 2 ne sede vacã. quia collatio beneficiorum est in fructu. gl. in c. cum olim, de maiorit. & fructus reseruandi sunt futuro successori, cap. quia sæpe, de elect. in 6. clem. penult. illo tit sic & collatio: & quia in his videtur electa industria episcopi, vt idoneis cõferat, c. grauem, de præb.

102 Adde quod collatio est donatio, capit. relatũ, de præb. c. 1. & 2. ne sede vacan cap. vno ut eccle. benef. & quis non potest sine speciali mandato donare, c. fin. de offi. vicar. li. 6. & quia nusquam iure cautũ reperitur, d. c. illa, glos. in cle. 1. in verb. potestatis, de elect. & quia donatio alienatio est, c. nulli, de rebus eccl. non alie. quę nõ potest fieri a capitulo sede vacan. c. si qua, 12. quæst. 2.

103 Et quamuis d. c. illa 2. loquatur in præbendis, tamen idem est in aliis beneficiis, tex. in c. vno. §. fin. ne sede vacan. in 6. vbi dicit in beneficiis, & c. 1. de insti. ibidem, & per gl. in c. cum olim. de maiori & obedien. Io. Franc in tract. de offic. q. 1. par. 2. vbi plene. Nec quidem poterit capitulum obtinere collationem etiam per præscripcionem, quæ non currit, sed dormit sede vacante, c. Ex transmissa, de præscr. Io. Franc. in q. 9. part. 1.

*Alienare bona episcopatus põt capitulum sede vac.*

104 Vndecimo alienare bona episcopatus non poterit capitulum sede vacãte, c. si qua, de rebus, 12. q. 2. glo. & doct. in d. c. 2. & in c. iis quæ, & d. c. cũ olim. de maio. licet possit capitulum cõsentire alienationi, & interponere auctoritatem ex legitima causa, si inferiores, ecclesiæ alienent ex causa, & in his casibus, quibus Episcopus posset: quia aliud est alienare, aliud cõsentire & consensus in alienatione non est prohibitus c. sine exceptione, vbi scripsi, 12. q. 2. vide per Io. Franc. q. 8. par. 2. in d. trac & plenius. q. 2. & Fede. in tract. permutat. q. 36. hoc teneatis, quicquid doct. dicant in contrarium. [Etiam non potest capitulum sede vacante dispensare cum spurio ad cõsuram, licet Episcopus possit. c. 1. de filiis presb in 6, Felin. in c. cũ olim in 8. q. de maio. & obed. & Paul Paris. cõs. 136. stante defectu. col 1. in 4 uol.]

*Impe-*

105 Decimonono impetrans iure deuolu-

*Impetrans iure deuoluto modum vacationis declarat.*

luto tenetur declarare modum vacationis, alioqui collatio eidem non ſuffragabitur: vt patet in regul. Can. & ita pronunciauit Senatus anno 1528. die 2. Martij pro Ioanne Blondet, qui hoc requiſierat eorum Conſeruatore vniuerſitatis Pariſ. licet denegaſſet: tamen Senatus recredentiam huic Blondet adiudicauit: ut dixi ſupra in ſignatura.

*Impetrans iure deuoluto per incapacitatem ante ſententiam poſſeſſoriã fructus non põt recipere.*

106 Vigeſimo impetrans iure deuoluto per incapacitatem poſſeſſoris, non debet ingredi poſſeſſionem, & fructus recipere ante ſententiam aliquam poſſeſſoriam in hoc Regno, alias priuatur iure poſſeſſorio: nec debet ſequeſtrari beneficium impetratũ tanquam vacans per incapacitatem vt ſtatutum eſt in conſt. Regiis tit. *de la reformation des prouiſions*, art. 15.

107 Secus ergo erit in aliis impetrantibus, iure deuoluto, alias q̃ per incapacitatem, quia hic modus eſt odioſus, alii vero modi nõ, & ſic odia reſtringi dñt: l. eum q̃dam, ff. de liber. & poſthum. & poſtq̃ vnũ modum exprimit, tm̃ in illo intelligetur, arg. l. cũ prætor, ff. de iudic. & cũ his benedictus ſit Deus ſempiterna ſecula amen.

## *De reſcripto ſi neutri, ſi alteri, & ſi nulli.*

*Duplici iure conferri poteſt beneficium per viã ſi neutri.*

ITẽ † alio acquiritur modo beneficiũ, videlicet per reſcriptũ ſi neutri: vt ſi duo litigent ſuper beneficio aliquo, & neutrũ videtur ius obtinere in eo, impetrabo illud beneficium a Papa hac lege, vt ſi neuter ius habuerit in beneficio, Papa mihi conferat. Quod duobus modis fieri poteſt. Primo Epiſcopo dirigendo reſcriptum: qui cognoſcit de cauſſa, vel alteri cui Papa mandabit.

2 Quod ſi per euentum litis huiuſmodi conſtiterit, neutrum dictorum litigantiũ in dicto beneficio ius habere, & idem beneficium (vt præmittitur) vacare: & tẽpore datæ præſentium non ſit in eo ius alicui ſpecialiter acquiſitum cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis eidem N. auctoritate noſtra conferas, & aſſignare procures, inducens, &c. & Papa olim ſic mandabat conferre.

3 Et vidi dubitari, ſi lata fuerit ſentẽtia contra quendam, a qua ille appellauit, an poſſit hoc reſcriptum impetrare, & dirigere iudici appellationis, quia adhuc nõ eſt iudex? Reſpon. poſſe, cũ iſta clauſula, Cũ autem ſicut eadem &c. Idem N. ſi a dicta ſententia infra tempus ab ea appellandi exiſtens, appellare proponat: & a nonnullis aſſeratur neutri dictorum &c. ius competere illios &c. mandamus, quatenus ſi dictum N. a ſententiã ipſa appellare, & cauſſam appellationis huiuſmodi tibi cõmiti contigerit, ac per euentum litis huiuſmodi conſtiterit neutri &c. conferas. &c.

4 Secundo Papa interdum non mãdat conferri, ſed confert, ſi neutri litigantium ſit ius quæſitum: & hoc eſt tutius: & iſte poſtea petit in iudicio recipi in partem, & recipitur: & ſic ſeruatur in Francia.

*Si alteri impetratur a collitigato.*

5 Differentiæ nunc ſtatuendæ ſunt inter hæc reſcripta. Primo dat alteri, ſi duo litigant, alter litigantium impetrat illud beneficiũ ſi alteri ius quæſitum non ſit: & ſic hoc reſcriptũ cõſeruãdi ẽt vim habet.

6 Item ſi ille, qui nullum ius habebat, fecerit committere cãm cõtra intruſum, & poſtea impetret gratiam, ſi alteri, fatendo ſe nullum ius habere, an ſit ei concedẽda hæc gra, ſi alteri ius non competat, q̃ iſti impetranti prouideatur: & vidi impetrari, & obtineri: tamen quia doloſe vẽit in traſſe litẽ, & nullũ ius a principio habuiſſe, ſed quia fatetur hoc, ideo valebit prouiſio illi facta de ſtylo curiæ Romanæ.

*Ius collitigantis quo impetrari poſſit.*

7 Item gratia ſi neutri, vel ſi alteri, poteſt impetrari, ſi is qui mecum litigat, nullum ius habeat, non quod ego impetrem ius ſuum, quia dico eum nullum ius habere: ſed peto, q̃ ſi conſtiterit eum nullum ius habere per euentum litis, quod mihi prouideatur: & ita etiam fieri poteſt, nec iſta ſunt contraria: quia licet antea conceſſum mihi fuiſſet beneficium, tamen quia prius erat alteri forte conceſſum, hodie video me ratione primæ conceſſionis ius non habere, quia non expreſſi exprimenda, ideo poſſum impetrare nunc gratiam ſi alteri.

8 Quòd ſi aduerſarius nullũ ius habeat & hoc conſtiterit: nunc Papa mihi prouidet, & hoc refertur ad finem cauſſæ, quo conſtabit alterum ius non habuiſſe, nec habere: ve. etiã poteſt Papa in initio impetranti prouidere vt ſupra dixi.

9 Item ſi inter plures eſt lis ſuper beneficio, quorum vnus velit gratiam, ſi neutri, impetrare quo ad vnum tantum, non quo ad alios, an poſſit? Reſpon. Sic, quia alius forte confitebatur ſe nullum ius habere: ideo gratia dabitur ſi alteri, ſed turius eſt exprimere, ſi neuti forte ſi poſtea alter nollet confiteri ius ſe non habere.

*Gratia*

10 Et licet gratia ſi neutri, uel nulli non

*Si neutri andetur tertio nõ litigãti. Tertius impetrat quãdo duo ſuper vno beneficio litigant, ſi neutri, &c.*

debeat dari niſi colliganti, tamen aliquando datur tertio non litiganti,qui narrabit litem inter duos eſſe inchoatam.Ita dicit gloſſ. in regu. cancell. 62. & hoc quotidie fit in Francia.

11 Item impetratur gratia,ſi neutri,quãdo duo ſuper vno beneficio contendunt, nullum tamen ius in eo obtinent: tunc tertius impetrat, ſi neutri ius quæſitũ ſit.

12 Si tamen ratione alicuius conceſſionis literis ſuper ea non confectis aliquis obtinuit committi cauſſam: & proceſſus fuerit factus, demum fuerit impetratum reſcriptum.Si neutri,vel nulli, non valebit hoc reſcriptum: quia non potuit eſſe proceſſus literis non confectis, & ſic nec lis: Ideo non potuit,ſi neutri,vel nulli impetrari: nec ſolet Cancellaria concedere hoc reſcriptum literis gratiæ nõ cõfectis, niſi dicatur in commiſſione,non obſtante quod literæ gratiæ non ſint confectæ.

13 Sed ſi committeretur cauſſa alteri, quam illi, tunc non poſſet cognoſcere de iſta cauſſa ratione reſcripti ſi neutri. quia non eſt eidem commiſſa, niſi ſimul alteri committendo cauſſam Papa committeret & ſi neutri faciendo mentionem, quod alteri iam commiſerat.

*Si nulli iter tres vel plures. ſi neutri inter duos. Nunc lite an iſta reſcripta impetrentur.*

14 Si uero ſint tres vel plures nullũ ius habentes, nihilominus ſuper vno beneficio contendentes, impetratur reſcriptum ſi nulli ius quæſitum,quod iſti prouideatur a Papa.

15 Et hæc quoque gratia non habet locum,quando beneficium non erat litigioſum,vel quando lis erat extincta:vtdocet glo.in regul.can.32.Ego vidi etiam impetrari anteq̃ eſſet aliqua lis,& quotidie fit: hocque ſtatuit Alex.6.in ſuis regulis ſic dicens,Petenti gratiam ſi neutri, illa datur eidem,licet beneficium non ſit litigioſum:ſed abbreuiator dabit hanc ſibi gratiam poſtquam cauſſa coram iudice fuerit legitime introducta.

16 Vel dicitur dummodo literas primæ prouiſionis expediat:ut eſt in reg. Alex.6. quã non ſeruamus,cum ſit(vt dicanici dicunt)burſalis:quas regulas,vt exoſas hñt Regnicolæ.vide per Staphil. in tract de literis iuſtit.verſ.quando aliquis, fol.167.

*Gratia ſi neutri,quando impetratur.*

17 Itẽ ſi eſſent pares in data, & ſe impedirent per concurſum,vt doct. ſcribunt in cap ſi a ſede,de præben. in 6. & ſic nulli eſſet ius quæſitũ. hæc gratia ſi neutri prodeſſet.ut conſulult.Petr. Pau. Pari. conſ. 101.ſi quærimus,col.2.in 4.vol. ſupra in tract.de ſignat.ſcripſi.

*Gratiſcationis clauſula impedit concurſum.*

18 Niſi in gratia alterius eſſet clauſula gratificationis,ſcilicet quod Papa in caſu concurrẽtiæ illum gratificat,d.c.duobus, eo.in 6. ſic conſuluit idem Petr.Paul. Pariſ.conſ.117.ſi quærimus,in 4.vol.per gl. in c.cum autem,de iure patro.& glo.in l. ſi quis,in graui §.ſi cum omnes, ff.de Senat.Sylla.ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſſ.limita. 17.nu.300.de hac clauſula gratificationis ſcripſi in ſignat. gratiæ.

19 Item quando alterum ex iſtis eſt ſubreptitium,illud non impedit aliud bonũ reſcriptum:quia id quod nullum eſt, non poteſt dici primum,vel ſecundũ,vel æquale ſeu concurrens,c.factus,7.q.1.& c.non omnes,2.q.7.& quod nullum eſt, non poteſt impedire aliud, nec effectum producere,c.ex tenore, vbi glo. & doct. de reſcript.ſic conſuluit Domini.Gemin.conſ. 11.lite pendente,col.2.

*Ius quæſitũ non tollitur per gratiam ſi neutri.*

20 Præterea hoc reſcriptum non prodeſt impetranti,quando ius eſt alicui quæſitũ: ob id ſolet Papa in literis exprimere dũmodo ius alteri non ſit quæſitum : quod iuri conforme,in ca.quamuis, de reſcript. in 6 c.ſuper eo de offic.dele. & ſuper hoc extat regula cancell.Pau.3.16.Cuius tenor cum noſtra elucidatione ſubiicietur infra,nec tollit Papa ius quæſitum etiam ad rem,teſte Aegi.Bella conſ.34 ſuppoſito,verſ.ad ſeptimum dubium,& Petr.Pariſ.conſil.101.ſi quærimus, in fi. volu. 4. & conſ.117.ibid.nu.26.cum ſeq.

21 In gratia,ſi neutri,ſi lis ſit in curia,datur illa clauſula vitæ ac morum honeſtas &c. quia veriſimile eſt, quod cognitus ſit is, qui litigat in illo loco, & quod fuerit ibi præſens:ſed quando litigat alibi extra curiã,olim nõ dabat illa clauſ.de ſtylo curiæ Roma.ſed hodie nõ ſolet denegari fere in oĩbus gratiis:vt dixi ſuperius in bulla.

*Poſt tres ſententias victo non datur ſi neutri.*

22 Iſta gratia ſi neutri, non datur victo poſt tres ſententias quia beneficium eſt adiudicatum alteri:ideoque ius ei competit,& illæ ſententiæ debent mandari executioni, poſtquam pars eſt excluſa per tres ſententias conformes, clem. 1. de reiud. non poterit ergo victus impetrare nunc de nouo per reſcriptum ſi neutri, quia iam apparet vni ius competere.

23 Sed poterit dari reſcriptum, ſi alteri collitigantium,videlicet victori ius non competit,eidem conferatur:quo caſu iſte impetrans non poterit ius antiquum deducere,ſed nouum tantum, vtpote hæreſiũ,

ſim, in quam victor incidit quam neſciebat victus: & ſi illam probet vel ſimoniã, valebit impetratio & ipſe obtinebit: alias opponetur exceptio rei iudicatæ: vt per totum titulum ff. de except. rei iud.

*Oppoſitionis nõ fit mentio in gratia ſi neutri.*

24 In hoc reſcripto non eſt facienda mẽtio oppoſitionis, quia per oppoſitionem ſolam non eſt lis: doct. in cle. fi. vt lit. pen. ideo opus eſt quod ſit lis: nec iſta ſola oppoſitio ſufficeret, ſed ſicut in electis & preſentatis quilibet potit admitti, & ſe opponit, ne pars aduerſa admittatur, c. fi. de elect. in 6. & ſuper hoc litigatur, & tunc poteſt impetrare reſcriptum hoc ſi neutri ſed hodie vt ſupra dixi, etiam impetrare tur ſtatim poſt oppoſitionem etiam ſi nulla ſit lis.

25 In hac gratia ſi neutri, ſubrogationis & in nouis prouiſionibus cum aduocatione cauſſæ, & extinctione litis ſemper iuſtificatur titulus illius pro quo ſumus: & ſupletur modus vacationis, & titulus illius, pro quo fit bulla: non autem iuſtificatur titulus aduerſarii.

*Clauſula ſine præiudicio quid proſit.*

26 Et ſi in ſupplicatione titulus exprimeretur aduerſarii omitti debet in bulla, & non ſcribi: ideo ſi in ſignatura exprimeretur præſentatio aduerſarii, in bulla debet omitti ex ſtylo cancellariæ Rom.

27 Notandum quod interdum in ſignatura ponit clau. hat ſine præiudicio, quo intelligatur? Reſpond. hanc clauſulam intelligendam ſine præiudicio alio, non expreſſo: ſed ſi detur facultas conſtruendi capellam & eleemoſynas retinendi: poterit is cui conceſſum eſt conſtruere, & eas retinere; quãuis Papa dixerit, fiat ſine præiudicio, ſcilicet alio quam expreſſo: ſed non videtur derogatum iuri rectoris curæ, nec iuri epiſcopi in aliis: alioqui ſi in expreſſis non eſſet derogatum, nil prodeſſet Papæ conceſſio, contra l. quoties. 2. ff. de reb. dub.

28 Item ſi tertius non litigans ceſſerit alteri collitigãti, poterit eidem a Papa prouideri per hoc reſcriptum. Si neutri; nec habebit locum, c. fi. vt lite penden. in 6. ſed poterit conſcribi quòd pendente lite inter duos talis tertius reſignauit.

*Poſt rẽ iudicatã ſi neutri, non habet locum.*

29 Poſt ſententiam vero, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non ſolet impetrari reſcriptũ ſi neutri: qa amplius non eſt pceſſus, ſed finitus eſt per ſniam: & iſtæ literæ ſuper lite fundantur, niſi quis eſſet reſtitutus, & penderet proceſſus reſtitutionis.

30 Vel ſi appellatum eſſet a ſententia, quia pendente appellatione. Si neutri, rite impetrari poterit, & tam ſi lis ſit ſuper poſſeſſorio, quam ſuper petitorio, vtroque caſu hæc gratia impetrari ſolet, non tamen ſi agatur. de crimine ad priuationem impetratur hoc reſcriptum, nec ſubrogationis: vt voluit Alex. 6. in ti. de ſignat. grat.

*Præſentatus a maiori parte hoc reſcriptũ impetrat.*

31 Item ſi duo fuerint præſentati à diuerſis patronis. & is qui a maiori parte eſt præſentatus, impetrat reſcriptũ ſi neutri, in hoc reſcripto non debet annullari altera præſentatio a minore parte facta: quia ex eo quod patroni præſentant vt ſinguli, valet pſentatio cuiuſlibet c. 1. & 2. de iure patronat. clem. fi. illo tit. ſupra dixi in materia deuolutionũ, an vt ſinguli pſentent.

32 Sed in hoc caſus non eſt opus derogatione iuriſpatronus, quia omnes præſentauerunt, & functi ſunt officio ſuo, licet diuerſos præſentauerint: vt ſupra in ſignatura ſcripſi, in derogatione iuriſpatronatus.

33 Si in ſignatura ſit, Quod literæ in forma, ſi neutri, ſi nulli, ſubrogationis, &c. expediri valeat, nulla alia litis mentione facta, bulla poterit expediri in forma ſi neutri: quia faciẽdo mentionẽ de ſi neutri vel ſi nulli ſatis exprimebat litẽ, maxime ſi in ſignatura ſit [hæc cſa] litigioſum, &c. Cuius litis ſtatum, quæ clauſula ſolet poni: vt ſuperius in ſignatura ſcripſi.

34 Item ſi in ſignatura eſt, quòd nomina & cognomina collitigãtium exprimi poſſint: potuerunt exprimi & nomina collitigantius cũ aduerſario meo, tam in hoc reſcripto, quàm in reſcripto ſubrogationis.

35 Si in ſignatura diſpoſitiue beneficium dicatur reſeruatum, non eſt opus apponere clauſulam deuolutionis: ſi vero non dicatur diſpoſitiue reſeruato, ſed conditionaliter, quia forſan eſt reſeruatum: tunc deuolutio diſpoſitiue exprimetur, quia dum eſt reſeruatum, non eſt deuolutum: quia collatio fuit ſemper apud Papam.

*In gratia ſi neutri, mentiones prouiſionis alteri facta.*

36 Addendum eſt quòd in hac gra ſi neutri, ſi vnus tacita lite pendente inter duos reſignet in curia in fauorem tertij, & illi prouideatur: ſi poſtea collitigans impetret non facta mencione prouiſionis illi tertio factę, literæ tamquam ſubreptitiæ non valebunt: quia Papa non conceſſiſſet ſecundo, ſi fuiſſet expreſſa prima prouiſio. cap. cum noſtris, de conceſsio. præb.

*Derogationes dãtur in*

37 Et in gratia iſta ſi neutri, dantur omnes derogationes priuilegiorum & indultorum, etiam iuriſpatronatus laicorum:

*gratia ſ neutri.*

quia iam patroni cõſenſerant in illa vacatione, Necnon principiũ & Regnm iuripu tronatus derogatur, ſi antea ſeinel fuiſſet derogatũ; vt eſt in reg. Alex. 6. in hoc tit. & titul. de ſignat. grat. quando patroni præſentaſſent, vt dictum ſuit.

38 Et aduerte lector benuole, iuſtum fere uolumen abſolueram, dum in lucem prodierunt Commentaria Do. Gomeſ. in regulas cancellariæ: quibus uiſis, ne vel eadem me repetere, vel nimium operi meo detrahere contingeret, inſtitui ne repetẽdo tædio forem, diuturnum hunc meum laborem paucis perſtringere: & prout hic quiſque locus deſideraret, ſeligere notabiliſſima, in ſupplimentum videlicet eorum quę bona venia doctiſſimus ille Gomeſius omiſit. Quamobrem boni conſules, cum hoc loco regulam 16. interſero, & poſtea alias, quæ in forenſi iudicio frequentes ſunt in Francia.

## *De non tollẽdo ius quæſitum, reg. 16. cum ſua declaratione.*

Item ne per uarias, quę pro cõmiſſionibus, ſeu mandatis, & declarationibus habendis, in cauſſis plerunque ſiunt, ſuggeſtiones, iuſtitia poſtponatur: idem Dominus noſter decreuit, & declarauit ſuę intentionis fore, quod deinceps.

### GLOSSA PRIMA.

*De iure diuino non debet tolli ius alterius.*

IN dubio Papæ intentio non eſt, vt uelit ius quæſitum alicui tollere. Ratio ponitur in principio, ne per uarias ſuggeſtiones iuſtitia poſtponatur, quæ plerũque fiunt pro commiſſionibus, ſeu mandatis, & declarationibus habendis in cauſis, & iſta regula eſt iuri diuino conformis & conueniens, Nam Achab Rex, qui uineã Naboth accepit, uolens illi etiam meliorem dare pro ea, uel agenti pretium audiuit a Domino, *in loco in quo canes linxerant ſanguinem Naboth, lambẽt quoque ſanguinem tuum.* 3. Reg. c. 21. Dixi in tract. congruæ portionis, in fi. eſt etiam iuri humano cõſentanea: vt inferius multis probabo exemplis.

Et ſic per iſtũ tex. iudices debent ſecure procedere, quod nõ obſtante reſcripto Papę non dubitent ius partibus reddere. quia ſi Papa cõtulerit beneficiũ duobus, & declaret poſtea, quod intendit & intendebat iſti ſecũdo cõferre, & nõ primo, ea declaratione non obſtãte, iudicabitur pro primo Et ita iudicauit magnũ conſiliũ ſuper prioratu. S. Martini de Cãpis Pariſ. qa per importunitatem & ſuggeſtionem impetratur plerunque iſtę declarationes. Sic conſuluit Franciſq. conſ. 142. habit. colum. 1.

*Declaratio non tollit ius quæſitũ.*

Item Papa declarat ſuã intentioné tendere ad hoc, ut a nullo tollat ius ſuum: Sic dicit Papa intẽtionis ſuæ eſſe, in c. Ad aures, & c. mandatũ. de reſcr. c. Cum in illis. in princip. de præb. lib. 6. ergo nõ valebit reſcriptũ, in quo iuri alterius detrahit quia eſt contra cõcedentis intentionem.

Ratio huius regulæ ponitur hic in prine iuſtitiã poſtponetur per uarias ſuggeſtiones, quæ fiunt in gratiis, commiſſionibus, & aliis: ut in reg. & ſic quoqũo ius tollatur, ſiue ius excipiẽdi habeam, ſiue agendi, hæc regul. illud comprehendit: & hoc dr̃ in fi. ibi ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur. not. in l. Quoties. C. de precib. Imperat. offe. & vide Gomeſ. decẽ caſus, in quibus ius quæſitum tollitur, q. 20. ſed caſus alii ſunt, iõ nec numerãdi, ſicut nec guttæ maris: ita ſunt quidam, q caſus recẽſent, in quibus princeps ſupremus habet poteſtatem: hoc curioſum eſt, quia in omnibus, niſi repugnet iuri naturali, Diuino, & gentiũ, ut alibi dixi: & ubi eſt regula, non ſunt conſtituendi certi caſus.

*Per quamcunque ſignaturam, ſeu confeſſionem, aut gratiam, uel literas Apoſtolicas.*

### GLOSSA SECVNDA.

*Papa per literas ſuas ius alterius non tollit, & quamobrem.*

SEcundo hic ſtatuitur, quod per quamcunque ſignaturam, ſeu aliam conceſſionem ſiue in literis iuſtitiæ, ſiue gratię, non intendit Papa ius tertij tollere: tum ne unde iura naſcuntur, iniurię, naſci uideantur. l. meminerint. C. unde ui. tũ quia omnibus ſubditis æqualis defenſio iuris eſt debita. l. capitalium. §. ad ſtatuas. ff. de pœnis: & quia apud eũ nõ debet eſſe acceptio perſonarũ c Nouit de iud. & illã ſem per ſolit' eſt reſeruare cautelã, ut de illis ita proueniat cõmodum, q aliis non inueniat detrimentũ. Extrauag. una. de cõceſſ. præb.

præbend.in Extrauag.Ioa.22.& dicit.D. Ambroſ in lib.de offic ſi nõ poteſt ſubueniri alteri,niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari, quam grauari alterũ. c.denique.14.q 5.

Interdum prouiſio Papæ uocatur conceſſio, vt in c.vno,ut eccleſ.benefi.c.quãto.De his quæ fiunt a præla.hic uero generaliter pro quacunque gratia,& præſtatione facta a ſummo Pontefice.

*Aut gratiam,uel literas Apoſtolicas.*

## GLOSSA TERTIA.

*Collatione facta non tollitur ius nec poſſeſſio.*

TErtio non intendit Papa ius quæſitũ tollere per quaſcunque literas Apoſtolicas,ſiue gratias:unde ſi conferat non obſtante quacunque collatione, intelligitur de inualida,non de ualida,ne ius quæſitum tollat.Fel.& alii in c.cauſſam de reſcr.& ſi per hoc uerbum literas,habet locum hęc regula tam ante litem cęptam, quam poſtea,& tam in iudicialibus, quã extraiudicialibus. teſte Caſſado.deci.39. ſuper hac regul.cãcel.ita ut nec etiam uideatur tollere poſſeſſionem acquiſitum, ſicut nec ius quæſitum:tum quod poſſeſſio iuris fit.l.1.ubi Barto.definit eſſe ius inſiſtendi. &c. ff.de acquir.poſſeſ.Fel.in rub. de reſcript.col.3.Panor.in c. Dudum. no. 1. de priuileg. tum etiam quia princeps non intendit poſſeſſoribus præiudicare. l. fin C.ſi per uim uel alio modo.c.cum noſtris,de conceſſ.præb. Oldrad. conſ. 268. quæſtio,& Soci.in cõſ.15.in cauſſa.nu.4. in 3.uol.col. penul.& conſ. 120. memini, col 6.num.8.ibidem.

*Pro commiſſionibus ſeu mandatis.*

## GLOSSA QVARTA.

*Secundũ mandatum non tollit primum.*

QVarto uult hic Papa, quod per quaſcunque commiſſiones, uel mãdata,aut per declarationes non tollatur ius tertii:unde mandatum ſecũdum non tollit primum,etiam ſi in eo ſit appoſita clauſula Anteferri, niſi Papa derogauerit huic regulæ. text.in c. pen. de conceſſ.præb.in 6.& cap.quodam.de prębẽd. ibidem,quæ clauſula in Francia uix reciperetur:quia habemus formam præſtitutam. facit quod conſuluit Cardinal. conſil.136.factum ſic ſe habet,uacantibus.columna prima.

*Aut declarationibus Huiuſmodi.*

## GLOSSA QVINTA.

*Per Papa declarationẽ non tollitur ius quæſitũ.*

QVinto per iſtum textum patet, q Papa non intendit tollere ius quæſitum,etiam per ſuam declarationem,cum qui declarat nihil det.ſed datũ ſignificat.l.hæredes palam §.1.ff.de teſta. vñ teſtis qui declarat dictũ ſuum,non eſt opus & iterũ iuret.Bal.& Paul. in authẽ. hodie.C.de iuramen.calum. Soc. conſil. 214.in cauſſa.col pen.in 2.uol.

Tamen quando Papa declarat ea, quæ non continentur in bulla ſeu gratia, tunc illa declaratio nõ tollit ius quęſitum, nec recipi debet.quia non eſt proprie declaratio,ſed noua conceſſio,quæ in præiudiciũ tertii non ualet.l.qui ex liberis.§.fi.& ibi glo.& Barto.ff.de ſecundis tabulis. glo.& doct.in l.Gallus §.& quid ſi tantum.ff. de liber.& poſthum.& doct.in l. edita.C. de edend etiam qui addit ius nouum efficit. l.ius autem.ff.de inſt.& iure.

Imo quando declaratio Papę non conſonat verbis declaratis, habendũ eſt pro circunuento:ut docet Calder.conſ. 7. tit. de reſcriptis.& Felin. in c ex parte Decani,verſ.& ob illuſionem.ibidem & in ca. Cum olim. per illum textum, columna quarta,de re iudic.text.c.Conſtitutus, de reſcript.nam ſtatuere ſuper iam confirmatis non eſt proponere remedium ęquitatis,ſed calumniam præteritis inuenire,dicit Anachar.conſil.398. permitto in fine. Felinus in c ſi quando,col 1.de reſcriptis & quando Papę declaratio eſt iniqua, eſt ipſo iure nulla,& attribuenda eſt circunuentioni,importunitati,aut errori:vt pulchre tradit Aegid.Bella.deciſ.734.Etiam veriſi.Sexta ratio.& Soci.cõſ.260.in cauſſa,col 9.verſ ex quibus in fero.in 2.vol.

Vnde ſi Papa declarauit aliquem fuiſſe familiarem qui re vera non erat, illa declaratio non præiudicat: ut pulchre conſuluit Paul.Pariſ.conſi 50.Dominus.col. 3.vol.4. poſt Anach.d.conſ.298.præmitto.in fine.

*Declaratio Papæ quando præiudicet.*

Limitatur quando Papa declaret ea, quæ in ſcriptura prima tacite continebãtur:tunc declaratio illa præiudicat,& fieri poteſt,etiã ſi tollat ius quæſitũ quia ſua declaratio nõ tollit ius,ſed excutit & aperit,qđ latebat,nullam conſtituendo nouã ſpeciem.l.adeo.§.Cum quisff.de acq.rer. dom.

dom. ideo hęc declaratio semper trahitur retro ad tempus primæ dispositionis. d. l. hæredes palã. vbi Paul. dicit declarationes Papæ circa gratias ab eo factas præiudicare eis, quibus ius erat iam quæsitum, quasi illud quod declaratur, a principio dictum fuisset: & illa declaratio fingitur eodẽ tpe emanasse, quo actus declaratus: vt consuluit Rom. cons. 45. super eo. Dec. cõs. 229. stante constitutione. in fi. nam quod tacite inerat, si expressum sit, nihil debet operari l. 3. ff. de leg. 1 c. 2. de elect. lib. 6. plene Ias. in l. nõ dubium. in 6. not. C. de leg.

Secundo limitatur quando declaratio fieret circa circũstantiam, vel qualitatem actus, tunc esset licita, & nihil adderet: secus si circa substantiam: tunc enim in declaratione requireretur eadẽ solennitas, quæ in actu primo, & personæ præsentia contra quam fit: vt docet Io. de Ana. cons. 54. Vidẽdum est, col. 1. sequitur. Ias. cons. 56. viso, col. vlti. in 3. volum.

*Etiam si motu proprio, & ex certa scientia.*

## GLOSSA SEXTA.

*Per clausulã motu proprio & ex certa scientia non tollitur ius quæsitũ.*

SExto† per clausulam motu proprio vel per cl'm, ex certa scientia, non intendit Papa ius tertii tollere, ẽt per vtrãq; nec p eas clausulas dicitur apparere de mente principis, quod illud ius velit tollere. cle. Per literas. de præb. Cardi. cons. 96. Papa. in fi. cons. 136. præmitto, col. vlt. nu. 24. ac cons. 142. videtur, col. pen. nu. 9. & vlt. vbi dicit verba rescripti potius improprie sumẽda esse, quam tertio præiudicare. Deci. cons. 468. Superiori anno, n. 20. & seq. ac cons. 144. Serenissimus, col. vlt.

2 Vbi concludi ffeudi concessionem ab Imperatore factã non valere in præiudicium agnatorum, quibus iã erat ius quæsitum: nam ea importunitate qua cõcessio fuit obtenta, illa quoque clausula adhibita pręsumitur: ideo non valet, vt dicunt in simili doct. de renunciante excep. non numeratæ pecuniæ. in l. si ex cautione. C. de non num. pec. Fel. in c. si cautio. de fi. instrum. Decis. cons. 520. in causa. Quamuis hæc claus. motus proprii plures alios habeat effectus, quos abunde scripsi in gl. concord in forma manda. in verbo. motu proprio. Idem dicerẽ si apponeretur clausu. ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, per rationes prædictas. Etiã si diceret qđ vult retrotrahi per prædicta,

3 Septimo donatio facta a principe intelligitur sine præiudicio tertii: vnde si ipse donauerit terras alicui, ille tenebitur soluere collectas ciuitati dari solitas: vt consuluit Alexan. consil. 125. viso titu. in 2. volum. & consi. 35. Viso processu, colu. 3. in 4. volumi. & consil. 23. Viso. colum. penul. in 5. volumi. nec censetur princeps velle tollere gratias, quæ suum sortitæ sunt effectum. cap. fin. de concess. præbend. in 6. Paul. Castrens. cons. 340. præmissis. colum. 1. in 1. volum.

*Donatio principis intelligitur sine præiudicio.*

4 Octauo in commissione quantumcunque generali nunquã censetur cõcessum, quod possit tolli ius tertii: & ideo vicarius imperialis, vel vicerex ex quacunque generali potestate hoc non potest: quod si attentaret, cum in hoc sit priuata persona. l. 3. ff. de offi. præsi. poterit illi resisti. argu. l. defensionis. facultas & l. prohibitum. C. de iur. fisci li. 10 Cuma. cons. 158 visis in 1. q & hoc aliquando allegaui cõtra quendam proregem, qui me grauate postea respexit: ob id potest ab eo tũc appellari ad parlamentum, imo non ualet declaratio Papę, vel regis in præiudicium tertii. Ancha. cons. 398 pręmitto, in fi & Deci. in c. Pastoralis, in fi. de except.

*Vicerex non potest ius quæsitũ tollere.*

5 Nono remissiones delictorum, quas gratias vocamus, quæ fiũt a principe, nunquam trahuntur ad remittendam pœnã parti applicatam uel applicandam. argu. cap. quamuis. de rescrip. in 6 Felin. in c. super eo. de offi. deleg. Ias. in l. venia. C. de ius voc. Dec. cons. 520. in causa. ob id solet princeps in gra exprimere ista verba, *Quittons, remettons, & pardonnons le faict, & cas de susdict, auec toute peine, amende, et offense corporelle, criminelle et ciuile, en quoy pour occasiõ dudit cas il pourroit estre encouru enuers nous & enuers Iustice, & satisfaction faicte a partie ciuilemẽt tãt seulemẽt, si faicte n'est, &c.* De hoc scripsi in ordin. reg. rubr. de gratiis, interpretatio. l. vnic. in præfatio. nu. 35. & seq. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

*Gratia non remittit pœnam parti applicatam nec interesse.*

6 Decimo legitimatus a principe quãuis possit succedere patri, tamen si legitimetur post mortem patris, illi non succedit, quia ius q̃sitũ agnatis princeps non intendit tollere. Bart. Ias. & alii, in l. Gall⁹, §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. Franciscq. cons. 138 habita, & Cuma. cõs. 168. Reuerendos col. 2.

*Legitimatus post mortem patris illi non succedit.*

7 Vndecimo vassallus negans feudũ, & (vt dicũt) *de sauouant son seigneur*, perdit

*Negans feudum illud.*

Feudum,

*perdit nec literis immutatur.*

Feudum. §. vassallus. in 2. fi de feudo defuncti contētio fuerit inter do. & agna. vassal. nisi in quibusdam casibus descriptis per Boer. in §. 13. & seq. de consuetu. feud. in consue. Bitur. & si impetrauerit literas Regias, vt eo non obstante, non priuetur feudo: illæ literæ non comprobabuntur, nec interinabuntur, quia in ciuiles.

8 Nam Rex non videtur uelle tollere ius quæsitum, per inficationē, & vt vulgo, dicam *par le desadueu.* c. 1. de reb. eccl. non alienand. in. 6 quod est notandum: quia vidi in causa ardua dubitari: & dicunt quidam interuenisse Arestum in rem D. Io. Berthou doctoris in Medicina contra Sanguin præpositum Siluanecten.

*Arestū.*

*Priuilegiū motu proprio concessum ad litem pendentem extenditur.*

9 Duodecimo priuilegium motu proprio concessum extenditur ad litem pendentem, etiam si de ea non fuerit habita mentio. glos. singul. in l. Qui autem ff. si quis cautio. Quod est verum, si nulli afferat præiudiciū, alias contra, p dictā regulam, q̄ iuri tertij non uidetur princeps derogare, vt hic, & hoc dicit Specul. in titul. de lapsis & dispēsa. §. qualiter, ver. dixi ergo. Refert. Ioan. Staphil. in tractat. de literis gratiæ rubric. de effectu & vi clausularum. fol. 85. versic. secundo principaliter.

*Concessio facta minori militi, vel piæ causa, intelligitur sine præiudicio.*

10 Decimotertio hæc clausula etiam intelligitur in concessione facta minori vel militi. l. impuberi ff. de administrati. tutor. Ias. in l. beneficium, colum. 4. num. 20. de constitu. princip. etiam si concessio fuerit facta intuitu piæ causæ. Alexand. in l. pactum quod dotali. col. 2. C. de pactis. Gomes. in hac reg quæst. 1.

11 Fallit quando de voluntate concedētis constaret, quòd vellet præiudicare tertio, l. 2. §. mer. to. ff. de quid in loco publ. fiat: vbi princeps non solet concedere, sed si concesserit, valet: sed hoc facile non concedit princeps l. 2. de natal. restituend. ergo si concedat, videtur valere, & hoc consuluit Paul. Castren. cōs. 178. donatio, col. 2. in prima parte.

12 Et hunc tertio præiudicabitur in illis casibus, in qbus de iure pōt, de quibus scribitur, in c. quæ in ecclesiarū. de constit. & maxime in beneficialibus, in quibus Papa habet plenariam potestatem. c. 2. de præb. in 6. & glo. singula. in cap. cum dilectus. in verb. nec iuri, de consuet. & glo. regula huius Cancel. ita firmat.

*In beneficialibꝰ Papa*

13 Ego tamen putarem contra, quia licet Papa in illis beneficialibus plenariam habeat potestatem conferendi, vniendi, dividendi, & alias iure disponendi, tamē ius parti quæsitum tollere non intendit, nec potest sine peccato, vt plene scripsi in tracta. nomina. q. 21.

*ius partis quæsitum tollere non potest.*

14 Nam quæ iustitia potest esse, vt alicui tollatur beneficium tot laboribus acquisitum sine causa? c. super hoc, de renuncia. Sic decidit Card. Zabar. cons. 142. pūctus quomodouis. col. 2. nu. 3. & seq. & hoc esset exercere potestatem ad destructionē non ad ædificationem: quæ tamen ædificatio Papæ incumbit: vt diuus testatur Paulus in suis Epistolis, alioqui species esset tyrannidis, quæ procul a summo Pontifice debet esse.

15 In leuibus forte & paruis toleratur talis derogatio in præiudicium tertii in magnis vero nequaquam. per gl. in d. §. si quis a principe. l. scio. de in integr. restit. ff. & in l. sed cum ab hērede. ff. ad Trebell. quam notat additio ad Panor. in c. suggestum de decimis. Ias. in l. beneficiū. col. 4. ff. de constit. princip. facit glos. in cap. cum olim, uerb. præiudicium, de consuetud. Cardin. in cap. mandatum. 7. not. de rescriptis. sed nec in hoc etiam alteri præiudicare honestum est, nec secundum Lucam.

*Quando princeps aufert rem uni compensare de æquiualenti tenetur.*

16 Imo quando Papa vel princeps tollit ius quæsitum alteri, de plenitudine potestatis, tenetur illi de simili beneficio prouidere, vel de re æquiualenti. l. 2. C. quibus ex causis seruit. pro præmio liberta. accip. glo. & ibi. Bal. in c. vno. de alaudiis, columna 5. numero 21. in feud. glossa in l. si locus §. finali ff. quemadmodum seruitutes amittantur. alioqui iniuste agit, & tenebitur reddere rationem Deo Optimo Maximo.

17 Secundo non procedit, quando Papa contraxisset cum parte recipiendo multā pecuniam pro bulla, seu compositione, tunc poterit addere clausulam in signatura placet, quatenus tollatur ius quæsitum: & tunc si fuerit ius quæsitum per ius positiuum, Papa derogabit, secus per iusgentium. gl. singul. in l. 2. C. de precib. Imperat. offerend. l. item verberatum, de rei uendicat. quod intelligerem verum de iure, quæsito pontifici, sed alteri tertio, vix in Francia ex hac causa in forensi iudicio sustineretur: quamuis hoc expresse scribat Io. Staphil. in tract. de literis iustit. fol. 162. vers. insuper inter alias. rub. de literis iustit. per ea quæ supra scripsi in 1. limita.

Tertio

*Ius quærendum princeps tollit.*

18 Tertio limitatur quo ad ius quærendum spe non approbata: quia est tex. dicit ius quæsitum, ergo quærendum potest sumendo argumentum a contrario. ca. cum Apostolica, de his quę fiunt a præla. l. .ff. de offic. eius. hoc docet. Angel. cons. 264 do. Papa.

19 Vnde pōt derogare regulæ de 20. diebus, quamuis possit venire in præiudiciū illius, qui habebit collationem per obitum. arg. l qui aūt. ff quæ in fraud. credit.

20 Et idem de legato concluſi in glosa concor. in §. prętatiq; graduati, in verbo uacare de colla. itaq; Papa tunc a iure q̄rendo potest etiam sine causſa excludere, quia hoc facit iure suo. Bal in l. 2. C. de iuris & facti igno. Et refert Caroi. Ruin. cons. 70. quia id in 5. uol.

22 Vbi dicit q̄ si spes esset approbata, vt pote quia aliquis est ꝓximus alicuius, nō poterit Papa auferre successionē illi, quominus tanquam proximus succedat: vt dicam inferius in rescripto legitimationis. & consuluit Petr. Paris. cons. 5. unio. nu. 96. in 4. uolu.

*Constructio molendini valet, licet alteri praiudicetur. Gratia delinquenti dari potest, licet bona essent baroni vel alij acquirenda.*

23 Item ualet cōcessio principis, ut quis possit molendum constituere in flumine publico, licet alteri molendino præiudicetur, Bald. cons. 71. casus talis est, in 1. uel doct. in l. quominus. ff. de fluminibus.

24 Valet etiam gratia facta deliquenti, licet bona fuissent acquirēda alicui Baroni, uel Duci ut tenet Io. Gallus in quæst. per arresta. q. 254. Sed ego non inueni in libro meo: licet hoc referat Imbert. in insti. Foren. pag. 62. lib. 1. sed ꝓ hac sentētia est tex. in c. cum secundum leges. de hęretic. in 6. doct. plene in l. seruus. ubi etiam addidi. C. de pact.

25 Quarto limita quando alias concessio nihil operaretur. Cald. in disput. incipien. Dominus Papa col. 12. vnde si Papa mandat duas ecclesias uniri, intelligitur etiā cum præiudicio tertii. sequitur Felin. in c Super eo de offic. deleg. Paul. Paris. cōs. 70. inhærendo. col. 1. & seq. in 1. uol.

*Rescriptū confirmans donōnē non insinuatam non valet.*

26 Intellige in his q̄ arbitraria sunt principi, & manualia: secus in aliis ut no. Alciat. in tract. de præsump. reg 3. præsump. 11. per illud quod no. Abbas Panor. cons. 84. illud in summa. uol. 1. ubi ualet rescriptum principis ex certa scientia confirmās donationem non insinuatam: & tenet ēt in prejudicium filiorum, quibus erat ius quæsitum spe probabili: quia ista solennitas est introducta de mero iure positiuo, quod est principi arbitrarium.

27 Et istud est notandum pro ordinatione nouissima, quæ uult non ualere donationes sine insinuatione, sed uix in regno Franciæ reciperetur: quia non est ęquum, ut donatio non insinuata ualeat contra legem regiam & iura: ideo non comprobaretur rescriptum.

*Ius ad tempus duraturum Papa tollit.*

28 Quinto ius ad tempus duraturum tollere potest: ideo non obstante commenda sex mensium facta per ordinarium illi de rogando, conferret alteri. cap. nemo de ins ceps. de elect. lib. 6. facit l pro parte §. uersum. ff. de in rem uerso. ubi gl. allegat alia iura similia, ibi licet ea uidere.

*Iuri sēcūdario an princeps derogare possit.*

29 Sexto etiam iuri secundario, & quadā occasione competēti derogare potest, sed non tollit ius principaliter quæsitum: l. si quis nec causſam. ff. si cert. pet ubi plene docto. Gomes. q. 3. distinguit, etiam moratoriam cautionem concedere potest. l. quoties. C de precib Imperat. offeren. plene scripsi in tract. de liter. dilator. in 2. tomo constitut. Regiar.

*Vtilitatis publicę gratia pōt princeps ius quæsitū tollere.*

30 Septimo ex causſa publicæ utilitatis etiam non procedit, multa enim pro hac utilitate introducta sunt quę de iure communi non procedunt. l. item si uerberatum §. 1. ff. de rei uēdic. l. Lucius, de euict. Barto in l fi. C. si contra ius. Paul. Castren. cōsil. 178. donatio. col. 1. in 1. part. facit l. si quis in graui §. utrum. ff. de Senatusconſ. Syllani. doct. in l. conuentionū. ff. de pact.

31 Octauo quando ex uoluntate principis res fuit alicui quæsita, & ipse fuit causſa quærendi, tunc sola uolūtate potest auferre, sicut sola uoluntate illi coluit acquirere: quia omnis res per quascunque causſas nascitur, per eas & dissoluitur, regul. prima, de regulis iuris in Decretal.

32 Vnde inferunt doct. quod dominum acquisitum ex præscriptione auferre potest. Angel. in d. l. Lucius. ff. de euict. Bal. in l. fi. col. 2. C. senten. rescindi non posse. Sic consuluit Franciſq cons. 138. habita. col. 2. nu. 5. quod tamen parum congruere uidetur principis humanitati, nec ego huic sententiæ acquiesco: ut alibi scripsi de hoc in titul. de præscript.

*Vnire pōt Papa beneficium viuento possessore.*

33 Nono potest reseruare beneficiū, uel unire uiuente adhuc possessore, & illi facultetem resignandi auferre, sed non fructus beneficii. cle. una. de rebus eccl. non alienād. scripsi in materia unio. infra, q̄uis Gomes. uideatur hic tenere contra q. 9.

34 Decimo princeps de potestate absoluta ius

*De abſoluta poteſtate an princeps ius quæſitũ tollat.*

ta ius tertii tollere poteſt: etiam ſine cã, etiam ſi agatur de graui præiudicio, gl. oſſ. & doct. in l. fin. C. ſi contra ius, & docto. in l. quoties. de precib. Imperat. offerẽ. Inoc. & alii in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. refert Franciſq. conſ. 174. in cauſa col. 2. nu. 9.

35 Sed iſta poteſtas abſoluta, eſt poteſtas quæ uerius diabolica dici poteſt: procedit enim a poteſtate iniurioſa, & eſt contra legem diuinam: de qua ſuperius dixi de Naboth, eſtque contra legem naturalem, ciuilem & canonicum: ideo qui illa utuntur ineffrænata dominatione necnon conſultores eorum, qui hęc ſuggerunt, & actus eorũ diabolici ſunt: quos niſi reſipuerint, poſſidebit infernus ubi erit fletus & ſtridor dentium. Intelligite hæc, qui conſuliſtis principibus placentia, & uobis in futurum plurimum horrenda præparatis.

*Ius conditionale princeps tollit.*

36 Vndecimo ius quæſitum pure Papa hic tollere non intendit: ſecus de iure cõditionali, & in pendenti exiſtente. l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de leg. 2 hoc expreſſim tradit Ludouic. Roma. conſ. 256. approbo, in fi. quẽ ſequitur, Fel. in c. ſuper literis col. 7. nu 11. in 5. reg de reſcrip. quia eſt ius quærendum non uere quæſitum, & poteſt quæri & non quæri, arg. l. cum ad præſens ff. ſi cert. pet. ſic conſuluit Paul. Pariſ. cõſ. 3. unio. num. 96. in 4 uol.

*Ius ad rẽ Papa tollere poteſt.*

37 Duodecimo limitatur in iure ad rem, quod Papa tollere poteſt. cap fin. de conceſſ. præb. lib. 6 ut forte ſi quis requiſiſſet ſibi conferri ut mãdati, aut nominationis & illud acceptaſſet: ſecus ſi competeret ei ius ex collatione abſenti facta. c. ſi tibi abſenti. de præben. lib 6 uel ex electione, uel præſentatione: quia licet ante acceptationem nõ ſit ius in re quæſitum, ut ſuum dici debeat beneficium: ut d. c. ſi tibi, tamen Papa non intendit illud ius tollere. hoc docet Gomeſ q. 1. per deciſionem Rotæ, quam allegat, ſed eam non reperio.

*Ius in re uel ad rẽ quando quæratur.*

38 Et ius dicitur quæri ad rem per mandatum, nominationes, collationem nondum acceptatam, optionem, præſentationem, electionem: & in decem caſibus conſcriptis per Gomeſ in d. 1. q. huius regul. ius in re per collationem, uel aliam prouiſionem acceptatam. d. c. fi. de conceſſ. præb. in 6.

*Ac etiam ante motam litẽ a ſanctitate ſua emanauerint, uel de eius mandato faciendas, nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.*

## GLOSSA SEPTIMA.

VLtimo† hic ampliat Papa, q̃ etiam ſiue ipſe conceſſerit literas ante litẽ motam, ſiue poſtea ab eo emanuerint, ſiue ab altero, de mandato tamen eius, quia poſtquam ipſe non vult ius quæſitum tollere, ipſe videlicet magiſter & dominus, multo minus vult concedere, vt alius tollat ſuo mandato non enim dat pleniorem poteſtatem, quam habeat, & ſibi retineat. c. Dudum de præb. in 6.

*Regula quod nõ ſufficit repellere aduerſarium probando eum non habere ius.*

2 Adde hic operæpretium arbitror regulam hanc videlicet, quod non ſufficit repellere aduerſarium probando eum non habere ius, ſed oportet quoque probare ſe ius habere is beneficio, quod aliquis petit. c. olim in fi. de reſcri. nam is qui hæreditatem uel partem hæreditatis petit, ius ſuum ex eo non metitur, q̃d poſſeſſor occupauit, ſẽd ſuo iure. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. petitum quia beneficiũ eccleſiaſticum non poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione. c. 1. de regu. iur. in 6. tum quia miſſio in poſſeſſionem ſine titulo in beneficialibus non fit: ne ad ea vitioſus detur ingreſſus c. uno. de eo qui mittitur in poſſeſſ. lib 6 glo. in c. fi. in uerb. debebit, de iureiur. in 6. Bertran. conſ 133. uiſo proceſſo. nu. 25. in 2. uol. ex prima editione.

3 Vnde dicit Inno. in c. Abbate col. 1. de uera, ſignif. q̃ ſi fuero in poſſeſſione beneficii, & dubitem in eo moleſtari ab aduerſario, qui nullum ius habet: non tamẽ poſſum agere, ut declaretur ipſum nullũ ius habere, etiam ſi hoc uerum ſit, ſi ego non habeam ius, quòd eſt notandum ſecundum Alex. in l. ſi finita. §. eleganter. col. 15. ff. de damno. infect. ut refert. Felin. in d. c. olim. col. 6. nu 10. de reſcrip.

*Confeſſio aduerſarij in beneficijs nõ dat titulum.*

4 Imo in beneficiis aduerſarii confeſſio non dat titulum alteri aduerſario, etiam ſi is aduerſarius confiteatur me ius habere, & ſe nullum habere, uerum coadiuuat, per glo. ſingul. in c. duobus, in uerb. Nõ appareat, de reſcri. in 6. ubi addidi: & hoc docet Aufrer. in deciſ. Tholoſ. q. 473. quia titulus ab aduerſario non datur, ſed a ſuperiore collatore. c. 1. de regu. iuris in 6. no. c. dilecto, de præb. ſcripſi in tract. nomin. quæſtione 1. numero 13. & ſeq.

Sic

5 Sic nec statur confessioni coniugis cõ fitentis impedimentum.c. super eo,de eo qui cogno.consangu.uxor.suæ:tamen cõfessio beneficiati bene nocet confitenti, licet non det alteri ius. c. ex ore , de his quæ fiunt a maior. parte Capitul.c.1.&2. de confess. Domi. in d. c. uno , de eo qui mittitur iu possess.lib.6.

*Cõfessio partis sufficit ad obtinend.possessoriũ.*

6 Limitatur primo in possessorio : nam partis confessio sufficit ad obtinendum possessorium , teste Anto. Butr.in c. in literis,col.8,nu.24.uer.nunquid ante coloretur,de resti.spolia.,pbat de Ripa.in lib. respon.2. de rescrip. cons.35. in hoc iudicio. tamen quia hoc possessorium habet mistam caussam proprietatis. gl. in uerb. de liberis.l.2.§.quædam ff.de interdict.ob id sine titulo non adiudicarerur possessio alicui per confessionem aduersarii,sed se questraretur, donec aliquis produceret uerum , uel coloratũ titulum docet Boer. in decis.Burgedal.q.89.moto.

*Impetrante gratiam si neutri sufficit repellere aduersarium.*

7 Secundo non procedit in hoc rescripto si neutri. Si enim neutri ius est acquisitũ,tunc impetranti adiudicabitur beneficium,ut dicit Feli.in d.c Olim,col pen. & sufficit ad repellendum aduersariũ probare eum ius non habere : nam si ius non habeat , ego habebo per impetrationem .

8 Quòd est uerum , si illud rescriptum. Si neutri,ualidum esset,secus si inutile,forte quia subreptitium , tunc non auferetur possessio ei . qui est in possessione .

9 Ideo quando constat de non iure agẽtis,licet reus ius non obtineat,tamen absoluetur ab actoris impetratione, per.l.fi. C. de rei uend ubi non curamus de iure possessoris si non constet de mente petitoris Actore enim non probante reus absoluitur debet l.qui accusare C. de eden. etiam in beneficialibus,quia melius est istum remanere in possessione,quam si alter uitiose ingrederetur eadem , ut decidunt do. de Ro.decis. 419. nota an reus. in antiq [ sub tit. de exceptio.decis.7 ]

*Actore non probãte reꝰ etiam in beneficialibus absoluitur.*

10 Intelligendum est quando ageretur possessorio retinendæ,ut in hoc Regno regulariter, & ad hoc edita lex Regia , quæ est in rub. *Des causes possessoires beneficiales* . ar 9 ubi alia scripsi .

11 Et quamuis in hoc interdicto retinendæ quilibet sit actor reus l in tribus. ff. de iudic. tamẽ is dicetur actor,qui literas in casu saisinæ impetrauit , & petit,vt ibidem scribitur:& sic is qui non impetrauit, erit absoluendus,quod est notandum.

12 Sed si ageretur possessorio adipiscendæ,uel restituendæ,non daretur possessio, nisi habenti titulum, ne uitiosus pateat ingressus . per c. vnum.de eo qui mittitur in possess.lib.6. sed sequestraretur beneficiũ , donec veniret aliquis verũ habens titulũ.

*Renuncians litinõ dat ius aduersario*

13 Item renuncians liti non dat ius aduersario , licet non possit amplius agere,l. postquã liti.C.de pact.vide Bertran.consi. 133.col.pen.volu.2.ex prima editione.Et per hoc intelligitur renuntiare instantiæ , non autem iuri quod debet renunciari in manibus collatoris.c.Admonet,& per totum.de renuncia.Imo. in c.Veniens , ibidem.Iacob.in d.l.postquam liti [ Titulus enim non acquiritur etiam per trãsactionem,sed per canonicam institutionem.c.si quando.de offic.deleg.c 1.de regul.iur.in 6.] Alia breuitatis gratia prætermittã.Et quia plurima scripsit d. Gomes. ad eum nunc te reiicio , gratias Deo immortali perpetuas agens .

## *De Commenda .*

*Beneficium in commendã qnando conceditur cessatur .*

SVperius dixi mus varios modos,quibꝰ in titulum Papa prouidere solet, nunc dicamus quomodo prouideat per commendam .

2 In commendam tunc concedi beneficium dicitur , quando in custodiam , seu custodiæ caussa datur c. nemo, de electio. in sexto. & sicut is , qui rem habet custodiæ caussa, non facit fructus suos , ita nec is qui in commendam habet , sed rationem de illis reddere debet. cap. placuit 10 quæs.3.nisi Papa dixerit,quòd fructus possit in suos vsus conuertere vt inferius dicetur:& hoc solet Papa dando in commendam exprimere .

*Cõmenda non omnino depositi naturã sequit .*

3 Notandum est quòd commenda non in totum depositi naturam sequitur:nempe commendatarius potest expensas facere ex redditibus beneficij commendati , sumere ex eo alimenta,& debita persolue re, sicut is qui titulum habet c. 1. de solutio hoc asserit Archidia. in ca.qui plures 21. quæstione prima .

*Quotmodis in cõmẽdam prouideatur*

4 Sciendum est Papam variis modis per commendam prouidere: primo habenti vnum beneficium in titulũ,si de alio prouideat,in commendam solet dare,ca.dudum,2.de electio quia non põt vnus vtrique ecclesiæ præsidere,tanquam titulatæ, sed vni tanquam commendatæ,alteri vero ranq̃ titulatæ.præesse valet.c.fi.21.q.1.

Nam

5 Nam ſicut quis duas non poteſt habere vxores, quia dicitur Geneſ. 2. *Et adhærebit vxori.* Ita non poteſt quis habere titulum duorum beneficiorum: ideo Papa vnum dat in ſponſam, & alterius curam concedit, id eſt commendat: nam commẽdare nihil aliud eſt quàm deponere, vt curam rei habeat depoſitarius l. commẽdare ff. de verb. ſig. l. Lucius, depoſ. gl. in c. qui plures 21. q. 1. & in d. c. nemo, de elec. li. 6.

*A Leone Iummo Pontifice cõmẽdam inuentam eſſe.*

6 Sed ſi a Papa fiat, habetur loco tituli: vt inferius dicetur. & hanc commendam Leone quarto inuentam aſſerit Ruze. in tract. cõmendæ q. 1. eo q; ſicut *apud Deum non eſt acceptio perſonarum: nec apud illum eſt diſtinctio Græci, Iudæi, aut Gentilis: ſed qui Dei facit voluntatem, hic acceptus eſt.* Nec conſiderat Deus veſtem, ſed mentẽ, merita, non coloré: vt D. ẽt teſtatur Bernardus. & facit c. ſicut, 23. q. 4. & c. multi, & c. non loca. 40. diſt. ita Papa paſſim commendat. & vtinam non tám facilis eſſet, & melius eſſet eccleſiæ: vt ſtatim ſcribam.

*Papa ſeculari regulare vel e contrario in cõmẽdam cõcedit.*

7 Aliquando Papa ſeculari de regulari prouidet, vel econtrario: & illud regulare ſi regulari de beneficio ſeculari prouideat in commendam, dari ſolet: vt plene dicam inferius, in diſpenſatio. regula.

8 Idem ſi Papa velit minori 18. annis prouidere de beneficio curato, tunc illi in commendam concedit, & vſq; ad decẽ & octo annos, & poſtea in titulum, vt inferius dicẽt in diſpenſatio. ratione ætatis.

9 Et vt ſummatim dicam, vbi eſt in recipiẽte beneficium aliquis iuris defectus, Papa frequentius commendam concedet, quam in titulum: ex ſtylo curiæ Romanæ eſt cunctis obuium: ideo hanc materiam proſequamur frequentem & vtilem.

*Inſatiabilis epiſcoporũ ambitio.*

10 Vnde hæc commendarum nimia indulgentia eſt princeps, & exitium totius Reip. Chriſtianæ, maximopereq; eis hodie abutũtur pene omnes: nam mendicus quidam habens ẽpatum ſexaginta mille librarum deglutiet, velut charybdis per multos alios, & epiſcopatus, & abbatias: & fere videmus omnes epiſcopos noſtros inſatiabiles inexplebili libidine plurium beneficiorum, & tantis oneratos bonis, vt vix ſuis pedibus ambulare poſſint grauãte podagra, quæ ex ingluuie ciborum eis prouenit, c. legimus, cum præced. de conſecr. diſtinct. 5.

11 Et vtinam nunquam abuteremur his commendis, quæ ſine cauſſa factæ dãnant, & concedentem, & accipientẽ. Vnde Clemens quintus omnes huiuſmodi prouiſiones de Epiſcopatibus, Archiepiſcopatibus, & monaſterijs reuocauit.

*Mala q̃ ex commendis prouenium.*

12 Et plurima incommoda, maxime quinque oriri ex hac Commendarum cõceſſione ait. Imprimis Diuinus minuitur cultus: nam multi commendatarij Abbates vix aut nunquàm ſunt in ſeruitio Dei, ſed alludendo ad ſuam conceſſionem comedunt in culina, quia ad comedendam habere cenſentur.

13 Et ſicut bona pauperum deuorant: ita dæmones deuorabunt illos comeſtores, niſi reſipiſcant. text. in Extrauag. ſecunda, de præben. in communibus ibi, eccleſiarum & monaſteriorũ cura negligitur: bona & iura diſſipãtur ipſarum, ac ſubiectis eis perſonis & populis ſpiritualiter plurimum, & temporaliter derogatur eisq; redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum: & Ruſæus in præfa. ad tract. commend. dicit fuiſſe extrauag. Innocent. 6. ex qua quinque, vt verbis ſuis utar incouenientia reſultant.

14 Secundum inconueniens, animarum cura negligitur: nempe intenti ſunt ad venationẽ multi cõmendatarii, animas commendatas negligendo: vide in tit. de clerico venatore, & in c. Eſau. 86. diſtinct.

15 Tertium hoſpitalitas debita non ſeruatur. ſed tota omittitur: nam quotuſquiſq; commendatarius in hoc regno hoſpitalem ſe exhibet? aliorũ ſit iudicium: quæ tamen eſt tam commendata. vt glo. & doc. ſcribunt in c. de monachis, de præb.

16 Hodie quidam noſtri commendatarij tãtum abſunt ab hac hoſpitalitate, vt quæ poſſunt a pauperibus eripiant: vnde quia hoſpitalitas diſceſſit, ſucceſſit indictio ſcij, decimarum, & aliorum onerũ præſtatio: vt habetur in c. Maiores. 16. q. 7. hoc tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.

*Clauſula in cõmendis monaſteriorũ poni ſolet.*

17 Quamuis in commendis Abbatiarũ, & monaſteriorũ dici ſoleat, volumus, autẽ quod propter huiuſmodi commendam diuinus cultus, ac ſolitus monachorum, & miniſtrorũ numerus in dicto monaſterio N. nullatenus minuatur: ſed illius ac dilectorum filiorum conuentus eiuſdem congrue ſupportentur onera conſueta, & q̃ tu oneribus huiuſmodi debite ſupportatis, necnon quarta, ſi Abbatia ſit ſeparata, & ſeorſum a conuentuali: ſi vero communis menſa inibi exiſtat, tertia parte omnium fructuũ, reditnum, & prouentuum monaſterii N. huiuſmodi in reſtaurationẽ illius

illius fabricæ, seu ornamentorum emptionem, vel fulcimentum, aut pauperũ alimoniam, prout maior exegerit, & suaserit necessitas. omnibus aliis deductis oneribus annis singulis impartita de residuis monasterii fructibus, reditibus, & prouentibus disponere, & ordinare libere & licite valeas, sicuti, &c.

18 Ex his cõstat Papam velle, vt cultus diuinus non diminuatur: & onera cõsueta soluãtur: vt patet in literis Commendæ, sed nil fit a multis.

19 Quartum quod ruinis ædificia patẽt: quia nõ residẽt commendarii in tot episcopatibus, & abbatiis, quæ habẽt: imo verius in nullo, sed curias multi persequuntur, in quibus diuus Petrus statim peccauit. & ipsi quid.

20 Quinto oia iura tam spiritualia quã tpalia ex ministrorum defectu colabuntur, & fere læduntur, quia extranei, qui istas abbatis, vel episcopatus possident, nil nisi lac, & lanam quærunt, id est vtilitatem, vt dicit glos. in cle. dudum, de sepultur.

*Commẽdatarii omnia ligna comburunt, aliaque bona destruunt, & vastant.*

21 Sextum addendum est: nã omnia iura monasteriorũ & ecclesiæ destruuntur, deuastantur, & deglutiuntur ab istis comestoribus: & hoc probat experiẽtia, tam in lignis nemorum, quam in omnibus aliis rebus monasteriorum, quas vendunt: nã currus, equos, boues, vaccas, & in subsidiũ calices, & reliquias multos accepimus vẽdidisse pro annata: ecce comestores quid prosunt ecclesiis, & lumina ecclesiæ tollunt, claudendo fenestras, quia vitra nolunt adhibere: vnde hodie ecclesiæ regni ad cæcitatem inducuntur: & licet latomi multas possideant, eas tamen non reædificant, sed in ædificationibus priuatarũ domorum etiam suis impensis insistunt.

*Bigamia ex pluralitate beneficiorum contrahitur.*

22 Septimo bigamia contrahitur in ecclesia, quam super odio habuit, & prohibuit D. Io. Baptista, *Non licet tibi habere vxorem fratris* Et Deus, *Veh qui cumulatis agrum agro.*

23 Et cum Papa Paulus rogaretur, vt filio Regis episcopatum iam habenti alium epatum concederet, vel abbatiam, dixit, Absit vt in ecclesia Dei ponam bigamiã: & cum olim cuidã sancto episcopo Paris. oblata esset abbatia, respondit, absit, vt cũ sponsa habeam cõcubinam: sed hodie pauci viuentes ambientes hoc facerent: totus enim mũdus in maligno positus est: & nõ est qui subleuet: & mirandũ est q̃ si quis haberet ex suis bonis legitimam, & sorte ex omnibus patris bonis non haberet mille libras, & etiam si ecclesia det ei legitimam viginti mille librarum, nõ erit is cõtentus, imo si posset, cumularet episcopatus non dicam regni Franciæ, sed totius mundi. O ambitio, o auaritia, o homines perditi. *Quoties voluit olim Deus illos congregare sub alas, & noluerunt?* sed sinamus eos, *Cæci enim sunt & cæcorum duces.*

*Status vniuersalis ecclesiæ destruitur per commendas.*

24 Octauo decoloratur vniuersalis ecclesiæ status, quia nõ est secularis Abbas, qui regulam seruet, vt disciplinam, nec qui præcipiat seruari: & quomodo seruarent, cum non sint regulares? vix quidem clericis, salutem nõ diaconi, nec sacerdotes: incongruum videtur, vt regulares secularibus supponantur, c. 2. de capel. monacho. Ideo futurũ est, vt alia quamplurima nobis eueniant mala, si hæ Commendæ non cessent, nisi quando causa vtilitatis vel necessitatis aderit: sicut dicam inferius de aliis dispensationibus.

*Cõmendatarius quando lucretur fructus.*

25 Notandum est tamen, quod si quis petat sibi beneficium commendari, & eidem a Papa commendetur, ipse erit tanquam depositarius, & tenebitur reddere rationẽ fructuum beneficii, si quos perceperit, nec illos lucratur, per gl. & doct. in d. c. nemo, de electio. per c. placuit. 10. q. 3.

26 Cautela ergo est, q̃ quis faciat apponere hanc clausulam, scilicet quod liceat de fructibus disponere: & tunc impetrans lucrabitur fructus, nec tenebitur de illis rationem reddere, quemadmodum si haberet in titulum, postquam Papa permittit ei, vt de fructibus disponat, sicus alius, qui titulum habet.

27 Et si non habeas illam clausulam in bulla, fac vt reformetur, & transcribatur cum ista clausula: & hodie cauti mensularii solent apponere in signatura, & quod liceat de fructibus disponere &c. & postea in bulla extendetur.

*Clausulæ in commendis ponendæ*

28 Vnde in commenda solet Papa sicut in bulla prouisionis fere ꝓcedere, de qua inferius scribemus: sed in hac dicitur, vt cõmodius onera sustẽtare valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupientes, tale monasterium, vel beneficiũ auctoritate Apostolica cõcedimus, & commendamus, ac prouidemus, per te quamdiu vixeris, &c. tenendum & possidendũ, ita quod durante commenda huiusmodi de fructibus, reditibus, & prouidẽtibus ipsius N. disponere & ordinare valeãs, sicut veri

veri priores ipſius prioratus, qui fuerunt pro tempore, ordinare, & diſponere potuerunt, & etiam debuerunt, alienatione tamen bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium ipſius prioratus N. tibi penitus interdicta decernentes &c.

*Impetratio beneficij durante commẽda ordinarij an valeat.*

29 Et ſi commenda ſit facta ab ordinario qua durãte quis impetrer illud beneficiũ a Papa, non facta mentione illius commẽdæ, non valebit impetratio tanquam ſubreptitia: ut docent Archi. Dom. & Philippus Peruſi. in d.c. nemo, de electio. lib. 6. quia de colorata poſſeſſione commendatarii non eſt facta mentio ut oportebat, per c. cum noſtris, de conceſſio. præben. & quia Papa non uidetur uoluiſſe derogare iuri alicuius. c. ſuper eo, de offic. deleg. c. quamuis, de reſcrip. lib 6. ſic cõſuluit Bertran. conſ. 235. etiam ſi commenda, col. 1. in 3. uol. ex antiq. editio.

30 Et quia id temporis quo Papa contulit non vacabat, & beneficium non vacans non ſolet conferri. c 1. & per totum de cõceſ. præb. Cal. conſ. 6. de præb.

*Durante commenda ſemeſtri poterit ad uitã extenſio fieri.*

31 Commendauit ordinarius beneficiũ ad ſex menſes, iuxta c. nemo deinceps, de electio. in 6. an ipſe commendatarius interim a Papa poſſit impetrare extenſionẽ iſtius commẽdæ ad uitam? Reſpon. poſſe, vt tradunt doct. in c. ſi conſtiterit, de accuſa. dummodo hanc exprimat commendam temporariam, alias ſubreptitia erit impetratio.

32 Vel poteſt peti conceſſio noua & liceat ad uitam illud beneficium habere: & hoc eſt tutius, quia dubitatur an ualeat commenda per ordinarium: & quia finito tempore non valebit, ideo non poteſt extendi, quod non ualet. l. decem ff. de uerb. obliga. ideo petatur a Papa, vt ad uitam retinere liceat.

*Minori non datur alia diſpenſatio quando beneficium eidem cõmendatur: ſecꝰ ſi illegitimo Minori 18. annorum*

33 Minori quando datur a Papa beneficium in commẽdam quoad vixerit tenendum, non datur alia diſpẽſatio: quia nihil aliud obſtat, niſi ætas: ergo commendando illi ſatis diſpenſat ſuper ætate, ſecus ſi commendetur baſtardo, vt inferius dicetur in diſpenſationibus.

34 De ſtylo nõ datur parrochialis eccleſia minori 18. annorum in titulum ſed in commendam vſque ad decimum octauũ, & deinde in titulum: vt docet Staphile. in tract. d. i. e is gratiæ, tubr. de qualita. & ſtatu beneficiorum, verſi. hic eſt quod de ſtylo.

35 Vbi plus dicit parrochiales eccleſias non commendari, niſi epiſcopis uel prælatis. aut valde qualificatis, ſed hodie pecus Meliboei vix reiicitur: & ſperãdum eſt in noſtro ſummo pontifice Paulo 4. qui non tã facilem ſe in his cõcedendis exhibit, ſicut prædeceſſores ſui.

*parrochialis eccleſia in titulum non datur.*

36 Aliquando tamen commendatur regularibus perſonis, ſed vna tantum, non duæ, ſimiliter nec locus, aut canonicalis portio, hæc ille. quod vtinam verũ eſſet, ſed ſtatuit Alex 6. in tit. de ſigna. gratiæ, beneficia eccleſiæ cathedralis ſecularis nõ dari regulari in commendam, nec dignitates regularis eccleſiæ ſeculari, ibid

*Duo nõ debent commẽdari beneficia regulari.*

37 Quando Papa dat alicui facultatem reſignãda ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis coram ordinario, non ſolet dari facultas cedendi commendæ, adeo ꝙ is quis facultatem habet reſignandi, non habet facultatem cedendi commendæ, quia aliud eſt: ideo hoc ſolet in conceſſione exprimi: nec ſolet a cancellaria concedi, ſed a camera. ſed in hoc regno non fit iſta differentia quia commendam pro vero tit habemus.

*Cedere & commenda cedere differũt*

38 In commendis monaſteriorum nõ ſolent poni illa verba: præmiſſorumq; meritorum ſuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volen. ſed dicitur, de al cuius ſubuentionis auxilio prouidere uolentes, ipſum a quibuſuis &c. ſi tamen apponeretur, non vitiarentur literæ: ſed quod dixi, de ſtylo eſt.

*In commendis monaſteriorũ clauſula.*

39 Et in his monaſteriorum commendis pro abſente præſtato iuramenti in fine ponitur: volumus autem vt onera ante dicta, quodque antequam regiminis, &c. ut ſupra dictum fuit.

40 Secus in commendis dignitatum maiorum principalium, & conuentualium: quia ponitur ibi, inducentes eundem N. recepto prius ab eo iuramento, &c.

*Beneficia quæ non commendãtur.*

41 Nota ꝙ beneficia Sancti Spiritus in Sicilia, nec ſancti Ioannis Hieroſolymitani, minus ſancti Antonii, cum beneficiis beatæ Mariæ Theutonicorum non dantur in commendam: ut ſtatuit Alex. 6. in tit. de ſign. grat. quia fratribus illius ordinis dari debent in titulum.

*Papa ſi dicat habẽti parrochialẽ & alterã petẽti, fiat ut petitur in titulũ, ad uitandum diſpenſaſſe.*

42 Quando obtinenti parrochialem in titulum, & petẽti aliam parrochialem in commendam, Papa in ſupplicationem dicit, fiat ut petitur in titulum: tunc non intelligitur ſecum diſpenſatum, ut duas ſimul teneat, ſed vltimã habebit, & dimittet primam: & in bulla dicetur, uolumus

quod primam dimittat. &c.

*Clausula pone da in signatura regularis.*

43 Et sup hoc uidi maximam controuersiã, quia is qui ignorat Papã nõ dare rationabiliter duas in titulũ, nõ intelliget Papæ uolũtatẽ. uide doct. in c. de multa, de præ.

44 Si regulari commẽdetur beneficium seculare uel contra, clausula ad partẽ esse debet ista, & in commendã, & ad uitã propter regulam cancellariæ 41. alioqui non proderit, quod est notandum.

*Officiũ clausträle nõ datur in cõmẽdam.*

45 Tamen si regulare commendetur mẽdicanti regulari, non erit opus ad partem apponere clausulam prædictam de stylo curiæ Romanæ: & officium clausträle nõ datur in commendam: ut statuit Alexan. 6. in tit. de signa. gratię.

46 Idem in seculari petente dispensationem ad regularia cum dicta clausula ut debeat esse ad partẽ & sic in dispositione: nec sufficeret, q̃ esset in partis petitione nã pars multa petit, quæ Papa nõ cõcedit postq̃ nõ expressit in clausulis, & in dispositione ut in trac. de signatura dictum fuit.

*Quando regularis censeatur dispẽsatus ad curatum & ad nõ curatum.*

47 Item si dispensetur cum regulari ad beneficium seculare cum cura, uel sine cura: nisi ad partem sit repetitum illud uerbum, sine cura, non uenit: sed debitur tamen cum cura seculare, secus in monacho dispẽsato ad regularia alterius monasterii. quia siue fine cura sint, siue cũ cura, ei debebuntur: nam ex persona sua est illorum capax, & dispensatio non extenditur ut inferius in tract. de dispen. annotabo.

48 Si dispensetur cum eo, qui tenet beneficium in titulum, ut illud de cætero teneat in cõmẽdã, hoc expeditur p cãcellariã sine aliqua resignatione, de stylo curię

*Is qui habet in titulum põt habere in cõmẽdam sine resignatione, secus a contrario.*

49 Idem si tenens beneficium in commẽdam, cui aliud est ad vitam unitum, uelit in titulum utrunque retinere absque noua cessione & prouisione per cameram expedietur, sed non per cancellariam: & ista sunt nota Pragmaticis curiæ Romanæ, a quibus dependent.

50 Sed si tenens in commendam uelit habere in titulum, hoc non expedietur sine cessione & prouisione.

*Per mortem commẽdatarij uacat commendã.*

51 Item doct. dicunt, quod sublata & finita commẽda remanet uacatio antiqua: quod non est uerum in Francia, imo per mortem commendatarii impetratur beneficium uacans per eius mortem, sicut si tenuisset illud in titulum: & ita seruatur, quicquid dicant doct. ultramonta. Imo cõmẽdatarius poterit cedere, huic commẽdę coram ordinario, qui alteri conferet in titulum: cum istæ differentię in regno non recipiantur.

52 Item impetrans beneficium debet facere mentionem de commenda: ut docet Calder. cons. 6. & 30. de præben. Ruze. in tract. commend. q. 7.

*Beneficium cõmendatum potest cum alio in titulũ permutari.*

53 Et quamuis secundum Ioan. Franci. in tract. de off & potestat. c. sede uacante. in q. 3. partis 2. col. 2 commenda non possit permutari cum titulo, tamen in Francia seruamus contrarium quia reputamus commendam uerum titulum, & sic permutari potest: & idem tenet Fede. in tract. de permuta. benefi. q. 15. quem sequitur Ruze. in suo tract. commẽd q. 6. vnde sæpius vidi beneficiũ commendatum permutari cũ alio in titulum, etiam corã ordinario.

*Parrochialis ecclesia quando ultra sex menses possit commendari.*

54 Ordinarius non potest commendare ecclesiam parrochialem ultra sex mẽses. c. nemo, de electio. in 6. tamẽ capitulum sede uacante poterit ultra, si intra sex menses non fuerit prouisum a prælato illi ecclesiæ, ne detrimentum patiatur: ut docet Ioan. Francisc. in 3. q. 2. partis dict. tract. quia necessitas facit licitũ, quod alias non erat licitum. c. si quis propter, de furt. l. 2. §. 1. ff ad legem Rhodiam, de iactu.

55 Quod verum existimarẽ, quando nõ esset aliquis prælatus, qui posset prouidere; tunc capitulum sede uacante potestatẽ habet, sed si prælatus adesset, expirata est capi tis illo aduenięte: quia amplius nõ uacat sedes: ergo non posset capi tm postea prouidere; ut patet in c. 1. ne sede uacante & superius dictũ fuit in tracta. deuolutio.

56 Item qui nõ potest conferre, commendare poterit, utpote si collatio ad Papam sit deuoluta, c. 2. de concessio. præbend.

57 Idem in capitulo sede uacante, ut supra dixi, & in materia deuolutionis infra Archid. & alii. in c. 1. de institu. lib. 6.

*Commẽda sex mensiũ an possit reuocari ante tempus finitum.*

58 Qui autem beneficium in commendam concedi tempus, non potest ante tempus ipse reuocare, cum nõ dicatur uacare, & titulus commendæ sit canonicus. c. dudum 2. de electio. lib. 6. tamen si capitulum fecerit commendam, statim episcopus poterit reuocare illam, & conferre, & idem quando est facta donec superior prouiderit: ut docet Ioan. Franciscus ubi supra. q. 3 partis 2. col. 3. quia hæc commenda a capitulo fit sede uacante instante necessitate, quia nõ est qui conferat: ideo aduenięte prælato cessat necessitas, & sic commenda, per c. cum cessante, de appellation.

59 Quamuis post commendam Papæ finitam

*Post commendam Papa finitā ordinarius prouidere pōt.*

finitam dicāt doc. ordinarium non posse prouidere, hodie in Francia potest, sicut quādo vacat ex uacatione alia, nec inspicitur reseruatio, uel affectio quam dicun. Vltramontani esse, quando beneficium per Papam commendatum est: ut dictum fuit in tract. de reser. supra quia istæ reseruationes sunt in Gallia sublatæ: ut patet in concor. in tit. de reseruā.

*Commē datarius fructus recipit, eligit, confert, locat, & alia facit sicut habens titulum.*

60 Cōmendatarius potest præsentare, sicut alius qui titulū habet, quia fructus recipit, Arch in c. nemo, de elect. li. 6. & præsentatio est in fructu, c. consultationibus, de iurepa. gl. in c cū olim, de maior.

61 Potest etiā eligere, & conferre beneficia, quia eligere, & conferre est etiā fructus beneficii; vt docet Ioan. Franc. in tracta. de offi. & potest c. sed. vac. in 3. part 2. partis, col. 4 per gloss in d. c. cum olim.

62 Locare potest fructus & possessiones sicut habens titulum, c. vestra, de loc c fi. ne præb. vices suas. quia liberā habet administrationem, c. relatio. & c. qui plures 21. q. 1. c cum nobis olim, de elect. Cald. cōs. 3 tit. de loc. & 8 Lud. cons. 350. Oldr. consi 130. vtrum extrauagan.

*Commēdari beneficium illegitimo non potest.*

63 Item sicut illegitimo & incapaci non pōt conferri beneficiū, ita nec cōmendari. & si fuerit dispensatus ab episcopo ad ordines, & ad beneficia simplicia nō poterit ei cura commendari, x. 1. de fil. presb. in 6.

*Duæ cōmendæ uni fieri non possunt.*

64 Non possunt duæ cōmendæ fieri uni, sicut nec duo cōferri beneficia, licet unū in titulum conferri a Papa possit, aliud in commendam, c. dudum, in 2. de elec. c. qui plures 21. q. 1. Ioan. Fran. in tract. de offic & pot. q. 3 partis 2. col. 4.

*Post sex menses non pōt cōmēda renouari.*

65 Commenda finitis sex mensibus non potest ab episcopo ad alios ex menses renouari, ne fiat fraus, c commissa, de elect. lib. 6. c quanto, de diuor. Ioan. Franc. vbi supra fallit in cap sede uacante: quod potest si non fuerit adhuc episcopus, qui aliquem præficiat: vt dixi in materia deuolutio. alia de hac materia tractaui in tract. de pac. poss in 5. amplia. nu. 35. cum seq.

*Commēdatarii lignorū deuoratores.*

66 Et videre quisque poterit per Ruzeū in tract commend q. 4. contra commendatarios frigidos, qui tantam lignorū congeriem in suis beneficiis ut in alio seculo calefieri possent, sibi struxerūt ut potius comburi quam calefieri quisque eos velle existimet. Et maxime qui lignis omnia loca eis commissa denudarunt, quo uideli cet omnia forent oculis eorum aperta: & hi tamen pauperes in eorum paupertate mortui sunt, uel morientur.

*Commēdatarius ad uitā an possit destitui.*

67 Nec approbo distructionem Lud. Ro. consi. 350. in casu, licet eam doct. sequantur, in c. si constiterit, de accus. vbi dicunt Papam posse reuocare commendam in ecclesiæ utilitatem factam, secus si personæ per text. in c, constitutum. 7. q. 1. & c. obitum, & seq. 61. dist. quæ iura non loquuntur in commendatario, sed in uisitatore, q ecclesiæ solet dari, donec illi, puisum fuerit c. pen. & seq. de supp. negl. præla. lib. 6.

68 Secus in commendatario, qui a Papa solet constitui ad vitam, ergo vita durāte sine noua causa, nō debet destitui, c. satis peruersum, 56. distinct.

69 Præterea magis est fauendū ecclesiæ, quam personæ, vt notorium est: quia summa ratio est, quæ facit pro ecclesia, l. sunt personæ. in fin. ff. de religios. & sumpt. funer. Et doctores fatentur commendam nō posse reuocari, si in utilitatem personæ facta fit, p l. cū multa, C. de bonis quæ libe.

70 Multo minus si facta sit pro ecclesiæ vtilitate, nisi cessaret utilitas illa: nam cessante causa cessaret effectus, per c. cū cessante, de appella alias Papa tolleret ecclesiæ utilitatem, & sic non esset *prudens, nec fidelis a dministrator, quem constituit dominus super familiam*: vt est in Euangelio, & quis decipcretur beneficio Papæ, cōtra l 1. C de his qui veniam æta. impetrat.

71 Vnde tenendum est cōmendam ad vitam alicuius factā, sine fit ad ecclesiæ, siue ad personæ utilitatē, non posse sine causa reuocari, sicut nec collatio facta in titulum: quia ista sunt paria, ut supra dictum fuit: quāuis Ruze multa adducat in suo tract. q. 5. Alia multa de commenda hic traderem, sed ista sunt præcipua, quę in usu forensi quotidie agitantur: alia nō frequenter, ob id ea missa facio: quia multa tradidi in tract. de pacific possel. in 5. amplia. quæ hic tibi commendo.

## *De vnionibus beneficiorum.*

*Vnio quid sit*

SAepius † uniones perperam esse factas inueni & in his rite faciendis opus est fere Delio natatore: nam multa ex usu, & praxi habemus, quæ interpretibus fuerunt incognita: ideo materiam istam paucis pertractare intendo, a diffinitione seu descriptione incipiens. Vnio est beneficiorum seu ecclesiarum ab episcopo, uel ab alio superiore facta annexio: & quādo fit unio ecclesia in proprietatem concedi

solet. ut in c. cura. de iurepat. vbi scripsi: vnde superius dixi beneficia concedi a Papa in titulum, commedam, uel in proprietatem.

*Plura beneficia vni possunt uniri.*

2 Primo dico in descriptione beneficiorum, quia non fit unio nisi sint plura beneficia, sicut nec optio. l. 1. & per totum. ff. de optio. lega. ideo in plurali dico beneficiorum: quia pluralis numerus duo ad minus requirit: l. vbi numerus. ff. de testibus regula pluralis, de reg. iu. in 6. itaq; siue duo annectantur simul, siue duo uel plura vni hic comprehenduntur, vt in cap. exposuisti, de præb. vbi plures. capellæ uniuntur uni ecclesiæ.

*Episcopatus et alia beneficia annectis possunt.*

3 Etiam dico beneficiorum seu ecclesiarum: quia beneficium est terminus generalis omnia comprehẽdens beneficia, maiora uel minora, regularia, & secularia, dignitates, & personatus, ac officia. cap. primo, de regul. iur in 6. cap. expirandæ. §. qui uero. de præbend. supra dictum fuit in princ huius libri.

4 Verum quia nomine beneficii non uenit regulariter culmen dignitatis, i. episcopatus, c. pen. de præb. gl. in c. 2. illo titu. in 6. & tamen duo episcopatus uniri possunt. c. decimas, & seq. 16. q. 1. ideo ad tollendũ dubium dixi ecclesiarum, quæ dictio comprehendit etiam quamlibet ecclesiam. c. si ne præla vices suas, sic fuerunt uniti in Delphinatu duo episcopatus Diensis, & Valentinien. [& Feltren & Belunen. in c. exposita. de arbit.]

*Quæ beneficia uniri possit.*

5 Et sic sublata est difficultas, quæ beneficia uniri possunt: nam omnia regulariter, & episcopatus, & archiepiscopatus, si ratio subsit, ut inferius dicetur.

6 Ad tempus dico, seu in perpetuum: q; vnio & ad tempus, & in perpetuum fieri potest, c. 1. ne sede uacan Petr. Paris. cõs. 5. vnio. in 4. volum.

*Vnio duplex tẽporalis, & perpetua.*

7 Et sic duplex est unio, perpetua, & temporalis: & perpetua est, quando exprimit, vt perpetuo durer. c. exposuisti. ibi. de capellis in perpetuum annectendis, de præben. uel quando dicitur ad perpetuã memoriam, aut quando ut ad beneplacitum sedis. c. si gratiosæ. de rescript. lib. 6. uel si fiat contemplatione ecclesiæ. c. 1. ne sede vacan. quæ non moritur, c. si gratiose. de rescript. lib. 6.

8 Et sic uidemus quomodo cognoscatur unio, an sit perpetua, uel ad tempus, maxime solet dici in unione, in perpetuũ vniuimus, &c. & ideo ipsa unio est uiden da antequam iudicetur de ea. l. vt respõsum. C. de transactio.

*Arestũ vt temporalis unio in Franciæ non probetur.*

9 Temporalis quando ad tempus fit, vt pote ad vitam eius, cui conceditur, & sic fit contemplatione personę. d. c. 1. ne sede vacan. & per eius mortẽ expirat. c. quoniam Abbas. de offi. deleg & hodie istæ nõ recipiũtur in Francia: vt inferius dicetur & hoc docet gl. in c. fi. de reserua. in prag. quia sapiunt reseruationes: nam reseruatur beneficium illi, in fauorem, cuius fit vnio ad vitam: & dicit glos. ibi, pro hoc fuisse prolatum Arestum pro cura S. Ioan. in Grauia Paris.

10 Et in dubio præsumitur facta contemplatione ecclesiæ: quia ecclesiæ magis fauendum est, quam personæ. dicto capitu. primo, & capit. requisisti. de testamen. vbi legatum præsumitur contemplatione ecclesiæ potius factum, quàm personæ, si contrarium nõ appareat. Oldr. cons. 257. factum tale. colum. 2.

11 Aduertendum est, q; vnio tribus modis potissimè fit primo vt ex duobus bñficijs vnũ fiat: vt d. c. decimas, in fi. 16. q. 1. ibi, sicut. n. Papa duos epatus in vnũ potest reducere, gl. in d. c. i vtpote si sint due parrochiales proximæ vicinæ distructæ per bellum, uniri poterunt, ut una fiat ex duabus: & priuilegia data uni competent & alteri, & quando sunt plura, honestiora & fauorabiliora seruabuntur, ut dicit ibi glo.

*Vnio tribus modis fit.*

12 Secundo fit unio, ut ecclesia una alteri subiiciat & tũc illa ecclesia, cui fit unio erit superior & principalis, unita vero erit inferior, & accessoria, habebit tamẽ ecclesiæ priuilegia, cui unitur, c. recolentes: in fi. de statu monach. & postea si quis velit impetrare hæc duo beneficia, oportet quod exprimat principale, alias si accessorium, non ualeret impetratio: quia illud non uacat cum sit alteri vnitum.

*Vnita ecclesia an subiicia tur alteri.*

13 Nec in uim illius clausulæ, q; maior expressio fieri possit, hoc corrigi poterit, ideo noua impetratione opus erit: sic uidi in Praxi & de stylo cur. Roma. per ea quæ not. in l. cũ principalis. ff. de reg. iur. & in regula Accessorium, illo tit. lib. 6.

*Vnitam ecclesiã an impetrans exprimere teneatur.*

14 Nec est opus in impetratione principalis ecclesiæ exprimere vnitum accessorie, secus si æque principaliter. glo. & docto. in c. gratia. de rescrip in 6. doct. in ca. super eo, de præb. eodem lib. & Anach. in d. regula accessorium, de reg. iur. ibidem. de Rota decis. 319. no. quod ubi, in antiq. [sub titu. de rescrip. decis. 46.]

Tertio

*Vnio æquo principalis quæ sit.*

15 Tertiò fit vnio duarum ecclesiarum, vt vtraque remaneat episcopatus, vel parrochialis, sicut erat: & tunc dicitur æque principalis vtraque ecclesia, sed vnus erit episcopus, uel rector vtriusque ecclesiæ: & tunc quælibet sua habebit priuilegia, & statuta. glos. & doct. in cap. & temporis. 16. q. 1. Bart. & alii in l. si conuenerit. §. si nuda ff. de pigno. actio.

16 Et tunc nominatio a digniori fieri debet. l. quæritur. ff. de statu homi. c. ex literis. de iurepat. & eo casu eps in vno degés epatu, poterit expedire negotia etiã alterius: vt no. Inno. in c. nouit. de offi. leg. Rebuf in l. vna. C. de Metropo. Berito. li. 11.

*Parrochialis ecclesia capella vniri nõ põt sed canonicatui ecclesiæ cathedralis sic.*

17 Et sic nõ potest vniri dignius minus digno: vnde parrochialis ecclesia non debet vniri capellaniæ, sed econtrario sic. c. exposuisti, de præb. c. super eo, illo tit. lib. 6. [facit l iustissime. ff. de ædil. edict. ibi, ridiculum namq; esset, fundum tunicæ accedere, & hominẽ ei rei, quæ minoris esset.] de auctoritate tamen Papæ si fieret valida esset per §. si tamẽ, de rerum diuis. in Instit. & c. 1 de præb. in 6.

18 Ecclesia tamen parrochialis potest vniri canonicatui ecclesiæ cathedralis, qa ille canonicatus dicitur dignior. ca. extirpandæ §. qui uero. de præb. nam canonici illius ecclesiæ dicuntur pars ecclesiæ. c. requisiti. de testa. & hi cũ episcopo tractant negotia totius episcopatus. c. 1. & c. nouit, & per totum. de his quæ fi. a præla. fine consen capitu.

*Principaliter vel accessorie unio quo mõ cognoscatur.*

19 Sed qũo cognoscatur an accessorie, an æque principaliter sit vnita? Respon. eo q minus dignum est digniori annexum, illud dicitur accessorium. c. quod in dubiis, de consc. ecclesiæ. uel quando hoc factum est, ut accessoria ecclesia illa sit §. si tamẽ, de rerum diuis. In Instit.

20 Si vero non appareat quod vnum sit altero dignius, tunc dicitur vtrunq; beneficium æque principale, teste Panor. & aliis in c. extirpandæ. §. qui vero de præben. nisi ex consuetudine aliud seruaretur: quia interpres est consuetudo. l. si de interpretatione ff. de legib.

21 Et tũc vbi cõmodius erit, habitare debet habens vtrunq; c. & tpis. 16. q. 1. c. dilectus 2. ubi Fel. de reser. alioqui in maiori gl. & doct. in c. non põt. de præb. li. 6.

*Quis vnire beneficia possit.*

22 Præterea in definitione dicitur ab episcopo, quia sicut unire episcopatus atque subiicere potestati alienæ ad summũ Pontificem pertinere dignoscitur: ita Episcopi est. ecclesiarũ suæ diœcesis vnio, & subiectio earundem. c. sicut vnire, de excess. præla. c. quod translationem, de offic. leg. vnde patet a quo possit vnio fieri, uidelicet ab episcopo, dummodo beneficia non sint exempta, quia tunc ad Papam vnio pertinet: c. fi. vbi no de confir. vtil.

23 Item ab alio superiore, ideo in definitione dicitur: nam Papa potest vnire tam episcopatus, quam alia omnia beneficia, tam maiora, quam minora. cap. decimas. in fi. & c & tẽporis qualitas. & seq. 16. q. 1. quia ipse habet plenariam potestatem in beneficialibus. c. 2. de præb. in 6. & cle. 1. vt lit. pend.

*Legatus vnire potest.*

24 Item legatus de latere vnire potest, quia omnia potest, quæ episcopus in sua diœcesi. Specul. in tit. de leg. §. nunc ostendum, vers. 89. ibi legatus igitur: & qa est maior episcopo in prouincia sibi decreta cap. 1. de offi. legat. lib. 6. dom. de Rota decis. 58. legatus. & decis. 118. fm maiorem, in no. [sub tit. de offi. leg. decis. 1] & decis. 459. nota fm maiorem, in antiquis. [sub tit. de offi. lega. dec. 3.] Gaudio Papæ in cons. 134. circa processum, in 2. q. doct. in cap. si de confirma. util & Brunel. in tracta. de dignitate lega. conclusio. 13. & debet seruare illa solennia, quæ episcopi saltem in hoc regno, alioqui non recipietur vnio legati.

25 Fallit in episcopatibus, quos non põt vnire legatus c. nisi. & c. quod translationem, de offi. leg. nec alius extra Papam, in d. c. sicut vnire.

*In præiudicium episcopi legatus vnire nõ potest.*

26 Non potest etiam vnire in præiudiciũ episcopi, videlicet in totum eximendo a iurisdictione & subiectione episcopi: sed licet collatione auferat ab episcopo vniẽdo, tamen vnio valebit, dummodo nõ auferat subiectionem, obedientiam, correctionem, vel alias a iurisdictione episcopi non eximat. cap. fina. de confirm. vtili, vbi Decius dicit hanc esse magis communem opinionem, & secundum istam collegium Papiense consuluisse. sic tenet Domini de Rota. decis. 459. nota secundum maiorem in antiquis. [sub tit. de offic. legat. decis. 3.]

27 Alia tamen opinio, quòd sine consensu episcopi vnionem facere non possit, & cũ illius præiudicio dicitur magis æqua, qui potius assentirem, si esset præiudicium maius collatione, vt supra.

*Beneficiũ sub*

28 Item hoc non potest vnire legatus quando ecclesia esset sub iure patrona. lai-

*patronatu laici legatus non unit sine consensu patroni.*

ci, gl. & doct. in c. nobis. & c. cũ dilectus, de iurepatr. sine consensu patroni: sicut dixi si legatus uellet unire beneficium in regno situm abbatiæ, uel episcopatui existenti in alio regno, uel principatu, quod facere non posset sine Regis consensu: & vidi appellari tanquam ab abusu ab illis unionibus sic factis, etiam post longissimum tempus centum annorum, a procuratore Regio qui ista Regni cõmoda prosequitur: & quia hæ uniones semp & quotidie grauãt. ideo semper appellatur Bal. in l. 2. col. 2. C. de episco. audien. facit l. i. §. fi. ff de usufruct accresc. ibi ususfructus quotidie constituitur, & legatur, &c.

*Archiepiscopus unire potest.*

29 Archiepiscopus etiam in sua diœcesi potest unire, cum in ea tantam potestatẽ habeat, sicut episcopus in sua, teste Specu. in d. tit. de leg. § nunc ostẽdendum uersi. legatus igitur, quem refert & seq. Ioann. Caccialup in suo tract. de unio. art. 3. q 4. & iura episcopalia exercet in suo archiepiscopatu: & ad illum appellatur iure episcopi, & Metropolico: c. Romana, de appel la. in 6. c. referente, de præb. secundum nouum intellectum, quem dedi ibid.

30 Sed beneficia pertinentia ad collationem sui suffraganei unire non potest tex. in ca. si unire, in fi. de excess. prælat. quia in casibus a iure expressis habet iurisdictionem in suffraganeos, sed non liberã: ideo in aliis casibus ei non licet auferre episcoporum auctoritatem. ca. 1. de for. com pet. in 6.

*In præiudicium expectantium uel uacantium nequit beneficium unire.*

31 Item beneficium expresse reseruatum uniri in præiudicium expectantis non potest: sed si fuerit facta unio, ualebit, sed nõ habebit effectum, nisi post mortem expectantis: uel postquam priuatus fuerit, de Rot. decis. 253. no. quod beneficium, [sub tit. de reb. eccle. non alienand. decis. 6.] & decis. 160. [sub tit. de rer. permu. decis. 3.] & 658. in antiq. [sub tit. de reb. eccle. non alienand. decis. 6.] sed generalis reseruatio, uel mandata, seu nominationes, nõ impediunt unionem, per glo. in cle fin de rescript. quia beneficium per unionem dicitur suppressum, ob id nõ dicitur amplius uacare. c. cum accessissent, de cõsti. nisi in fraudẽ uellent illud unire iuxta mortem unius. ut in c. fi. de renun. lib 6. uel post uacationem. uide Paris. cons. 114. cum reseruatio. in 4. uol.

*Abbates & inferiores episcopi unire non possunt.*

32 Item in definitione etiam dicitur ab episcopo, ad exclusionem inferioris, a quo unio fieri non potest: unde priores, uel abbates hõ possunt uuire. d. c. sicut unire. & gl. in d. cle. fi. de reb. eccles. nõ aliẽ. Perus. in c. cũ singula. col. 1. de præb in 6. & tex. iuncta gloss in uerb. ordinarios. cle. ne in agro. §. ad hæc. de statu monach. ubi dicit glos. non procedere, quando hoc præscripserunt.

33 Iura n. episcopalia inferiores præscribere nou prohibentur. c. auditis de præscrip. sed titulus requiritur, uel tẽpus immemoriale: ut probat Pet. Perus. in d. tracta. de unio. ecclesia. cap. 4. uerfic. nel circa hoc Rom. cons. 275. quo ad primũ. Alex. cons. 70. in causa, col 1 uol. 3. & cons 101. circa, col 1 uol. 6.

*Vna ecclesia alia per 40. ann. præscribit tanquã vniuersam. Arestũ.*

34 Sed una ecclesia potest præscribere alteram tanquam unitam si eam ita tenuerit etiam per 40 annos, clemẽ. una. de excessib prælat. c. cum de beneficio, de præben. lib. 6. quia tunc ecclesia præscribitur quo ad proprietatem, & non quo ad titulum: quod potest fieri c. auditis de præscr. & c. cura. ubi scripsi de iurepatro. Ioann. Andr. in regula, qui cõtra iura, de reg. iur. in 6. Caccial. in tract. unio. ait. 3. in fi. Oldra. cons. 296. Fel. in c. causam. colu. 1. de præscript. & c. cum contingat, col. 3. de foro compet. & ita fuit Burdeg. iudicatum teste Boer. q. 345. an uuio. dom. de Rota decis. 205. nota quod ubi in antiq. [sub. ti. de reb. eccles. non alien decis. 9.]

35 Et tunc sufficit probare illud tempus legitimum præscriptionis etiã si non probetur cã unionis. do. de Rota decis. 375. nota. quod ubi, in antiq. [sub tit. de rebus eccles. non alienan. decis. 10.] quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur solenniter acta. l. quæcunque ff. de publicia. l. sciendum. de uerb. oblig. non potest tñ præscribere quis unionem per 40. annos, si allegauerit simpliciter unionem, & probauerit diuturnam possessionem: quia hoc casu requiritur tempus immemoriale, per c. primum. de præscript. lib 6. secus si quis allegauerit unionem esse factam, & se possedisse per 40. annos: hoc. n. casu sufficit probare titulum unionis etiã per publicam formam, uel per notorium ideo sufficiet testes deponere ecclesiam esse possessam tanquam unitam: & hoc probat Bart. & Ioan. Franc. in l. Celsus ff. de præscr. hoc abunde tradit Fel. in cons. 2. excellens docto ubi alia uideri poterunt. & sic conciliantur sententiæ contrariæ, quod centum anni requirantur ad præscriptionem unionis, quando non est nisi sola possessio:

sessio: sed si cum possessione concurrat titulus uel fama tituli, tũc quadraginta sufficiunt anni. uide Paris. cons. 36. quod prætensa. in 4. uol.

*Capitulũ auctoritatem unioni præstare potest.*

36 Poterit etiam capitulum sede uacante auctoritatem unioni præstare, dummodo per eam iuri episcopali nihil detrahatur, alias secus: quia ea quæ sũt iurisdictionis ad ea. sede uacante transeunt. c. vno. de maior. & obe. lib. 6. Ioan. Franc. de Panin. in tract. de offi. & potes. c. sede uacante. in 2. par. q. 3. col. pen. nã q ecclesiæ suæ ius detrahit, iniustitiam facit c. i. dist. 22. superius in materia deuolutionis scripsi.

*Vicarius episcopi unire an possit.*

37 Idem in uicario episcopi, si hoc illi cõmissum fuerit ab ep scopo, ut unire possit, teste Perus. in prædic. tract. c. 4. in fi. & superius dixi in materia uicariorum. ex his apparet a quibus unio fieri possit.

*Quibus ex causis unio fiat.*

38 Sed uidendũ est, ex quibus causis unio fiat? resp duabus, uidelicet si euidẽs sit necessitas, uel utilitas. c. expostuisti. de præb. Guid. Papa. cons. 134. circa q. 1. & facta sine cã non ualet, quia est contra ius, uolẽs q quælibet ecclesia suum rectorem habere debeat, c. cum non ignores, de præb.

*Necessitas quæ sit uniendi ecclesias.*

39 Necessitas est, ut si duę ecclesiæ sint pauperes, quæ ad uictum duorum non sufficiunt c. unio. 10. q. 3. c. postq̃. 16. q. 1. clerne in agro. §. adhæc, de statu monac. [Vnde sancta Romana ecclesia suaauctoritate congregata ualet dirungere, & disiuncte congregare, rationis tñ æquitate considerata, unde uel pietatis, uel necessitatis in tuitu semel a se concessa, ualet uel in totum, uel in partem commutare. c. postea. §. fin. 25. q. 2.] & qñ dicatur ecclesia pauper, declarat glos. in c. clericus. 21. q. 1. dicens eam esse pauperem, quæ non potest aliquem honeste & sufficienter alere, & hospites pauperes superuenientes non recipere, & quando sibi & suis non sufficit, ibi uide fusius, & per gl. in auth. præterea, C. vnde vir & vxor. iudicis arbitrio relinquitur, quis dicatur pauper.

40 Idem si sit destructa per hostes, uel desolata ecclesia, c. 2. de religios. domib. uel propter populi decrementum, c. ad audientiam. 2. & c. fi. de eccle. ædi. & quando ecclesiæ sũt uicinæ, & populus mortuus est, & nunc sunt pauci, & c. temporis. 16. q. 1. vnde apparet hostilitatis, uel paupertatis necessitate sedes episcopales in unam redigi. c. fi. vers. hostilitatis 25. q. ult.

*Vtilitas uniendi quando sit.*

Vtilitas est qn propter tenuitatem fructuum non inueniuntur idonei ad deseruiendum illi beneficio, uel ecclesiæ cathedrali. d. c. expostuisti. vbi Panor. & alii, & c. 1. ibi, ne plus fuisse personæ, quam ecclesiæ uideremur, uel sede uacante.

42 Ergo cum cã tenetur eps hanc unionem facere, & si recusaret, posset adiri superior. ca. nullus, de iure patronatus. Petrus de Perus. expresse ita tradit in d. tracta. vnio. c. 3. & 10. & Caccialup. art. 5.

*Causæ cognitio in unione requiritur.*

43 Et sic requiritur causæ cognitio in vnione facienda, cum causa in ea requiratur in qua causæ cognitione uocandi sunt quorum interest, coram ordinario loci, qui unionem facit. clem. fi. de reb. eccles. non alien.

*Disposita in concil. Constan. & Tridentino.*

44 Et si Papam illam faciat requiritur q eriam de causa inquiratur in partibus, alias non ualebit unio. ut est in regu. cancel. 21. & ibi dicam, saltem annullabitur: ut est in cõcilio Constan. verba ipsius hæc sunt. Vniones & incorporationes a tẽpore obitus Grego. 11. factas seu concessas, cũ certa regula dari non possit, ad querelas eorum, quorum interest, nisi fuerint impetrantes beneficia sic unita personæ, si non ex rationabilibus causis & ueris factæ fuerint, licet Apostolicæ sedis auctoritas interuenerit, reuocabimus iustitia mediante: ergo concilium reuocabit per iustitiã.

45 Praxis Gallorum est, ut soleant appellare tãquã ab abusu, ut inferius dicã. & istę vniones sine caussa factæ præsumuntur subreptitiæ: ut fuit in concilio nouissimo Tridenti. in 7. sessione dictum.

*Appellatur ab abusu unionis perperã facta.*

46 Hodie ergo in hoc regno Frãciæ post concilium illud Consta. nullæ recipiuntur uniones factæ in fauorem personarũ, sed si sint factæ, ab eis appellatur tanquã ab abusu. & senatus eas abusiuas & irritas pronunciat.

47 Item appellatur tanq̃ ab abusu in hoc regno ab unionibus factis sine causæ cognitione, a quocunq; factæ fuerint & nullæ solent pronunciari, & irritæ per curias supremas: nec hf rõ tpis, quia abusus non potest præscribi. & ita est praxis regni.

*Vniones non sortitæ effectum, reuocantur.*

48 Insuper omnes uniones, quæ non fuerunt sortitæ effectum, reuocantur, in reg. cancel. 11. & hodie in concilio Tridentino, siue fuerint sortitæ, siue nõ, si a 40. annis factæ fuerint: quod statutũ si seruetur, uidebimus multos seculares apostatas, q olim erant ordinis sancti Augustini, uel sancti Benedicti, nunc uero sunt ordinis mendicantium, bonis nudi & destituti beneficiis: quia in his unionibus fuerũt mul

tæ eccleſię regulares in ſeculares redactę & beneficia vnita.

*Effectus vnionis.*

49 Effectus vnionis eſt, vt ille epiſcopus vel curatus vnius loci ſit epiſcopus uel curatus loci vniti,& ſic vtriuſque. c.1. ne ſede vacan.

*Epiſcopus iuriſdictionem habens in loco vnito & viſitationem.*

50 Secundo vt deinceps iuriſdictionem habet epiſcopus, etiam cõtra habentes in loco vnito, cum iuriſdictionem in quolibet loco ſui epiſcopatus habeat.cap. cum epiſcopus de offi.ord. in 6.

51 Tertio poterit viſitare etiam locum de nouo vnitum ſicut alium quem prius habebat,& procurationem ab iſtis vnitis in epiſcopatu exiſtentibus accipere. c. cũ Apoſtolus.de cenſib.& per totum, & tradit Soc.in ſuo tract.de viſita.

*Vniti corã magiſtratib⁹ loci vbi uniti sũt conueniunt.*

52 Quarto cõueniri potuerunt iſti vniti quoram magiſtratibus illius ciuitatis cui uniti ſunt,ſi ibidem degant doct.in l.fi.ff. de iuriſdictio.omn.iud.c.fi.de conſt.lib 6 cle.1.de reſcri.

53 Quinto iſti uniti, ſi non erant regnicolæ poſt vnionẽ erunt, nec indigebũt literis naturalitatis,ſicut veri filii regni:vt ſcripſi in tract.de literis naturali.in 2.tomo conſtitu.Regia.

54 Sexto iſti uniti poterunt munera obtinere in loco,cui uniti ſunt, & ſic poterunt ibi eſſe aſſeſſores,& alio fungi munere.l.fi eadem ff.de aſſe.

55 Septimo in ſynodo tenebuntur comparere coram epo,cuius epiſcopatui uniti ſunt,& ad iura quæ alii primi epiſcopo tenentur,& ipſi uniti præſtare debebunt c. conquerente.de offi ord.

56 Octauo negotia ipſius loci uniti tractari poterunt in ciuitate & loco cui uniti ſunt,c.nouit.ubi doct.de offi. leg. doct. in d.l.vna.C.de Metropho.Berito lib 11. [Et illa pars populi q̃ nouis eccleſiis ſupponitur a iure prioris eccleſiæ abſoluitur c.præcipimus. 6.q 1.]

*Priuileg. eccleſiæ principalis uniti habebũt*

57 Nono ut ſemel dicam, omnia priuilegia iſti vniti acceſſoriæ habebunt quæ aliis dantur: ut docet Bar.in l.ſi conuenerit.§. ſi nuda. ff.de pign. act. quem ſequitur Curt.cõſ.57,& Albert.in tract.de augmento.in 9.concluſio.ubi alia uideri poterunt:quia hoc limitat ibid. & alii effectus ex præmiſſis hic addi poterunt. doc. in l.1.ff.de leg.1.[differentiam inter unionem & incorporationem ſcribit Angel.in conſi.247.unitorum. col.2.]

*Regula cancella.21. de vnionibus explicatur.*

*Item voluit quod petentes*

## GLOSSA PRIMA.

REQVISITA ad rite conficiẽdam vnionẽ in hac regula ſcribuntur. Et primo requiritur, quòd quis petat unionẽ fieri, ibi, Petentes: poteſt tamen fieri ex certa ſcientia,& motu proprio. & tunc non habebit locum hæc regula,ſummendo argumentum a contrario quod eſt in iure ualidum.l.1.ff.de offi.eius. c.cum Apoſtolica de his quæ fiunt a prẽlat. [in Francia tamen quomodocunque fiat requiruntur ſolenni,quæ inferius dicentur.

*Motu proprio & ad petitionem vnio ſit.*

*Beneficia.*

## GLOSSA SECVNDA.

QVorum appellatione veniunt omnia beneficia,tam maiora,quam minora.gl.in c.1 de reg. iuris in 6. cum hic ſimpliciter loquatur,& vniones ſint odioſæ:doct.in clem.fi de reb.eccleſ. non alienandis.& ſuperius in definitione ſcripſi:ideo non intendendæ. regula odia. de reg.iur.in 6 tamen de omnibus intelligetur hic propter indefinitam elocutionem,quæ æquipolleret vniuerſali. c. ut circa de elect.in 6.& quia verbum beneficiũ, eſt generale:vt ſuperius ſcripſi in princ. huius libri.

*Benefic. maiora & minora vniri poſſunt.*

*Eccleſiaſtica.*

## GLOSSA TERTIA.

ET ſic non habet locum in temporalibus,vt in Feudis.cap.felicis.de pœnis in 6. ſcripſi in tractatu nominatio, q.21. & iure Canonico regulariter nomine beneficii uenit eccleſiaſticum,licet aliquando exprimatur.ut in titul.ut eccleſiaſtica benefi.& in regu.1. de reg.iur.in 6. quamuis Imperator aliquando vniat duas, dignitates:vt in §.illud.in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.collation.ſecunda, tñ non ſeruantur requiſita in hoc tex.ſed facta vnione per Regem vel Imperatorẽ, tunc illi habitantes in ciuitate vnita, habent priuilegia etiam ciuitatis, cui uniti ſunt,

*Imperator & Rex aliquando vnionẽ facit.*

ſunt,& ibi conueniri poterunt, & ſubiicientur magiſtratibus illius loci: vt patet in l.vna,C. de Metrop.Berito.li.11.& ibi iurium interpretes.

*Alijs vniri.*

## GLOSSA QVARTA.

*Eccleſia ſtica eccleſiaſticis vniũtur.*

ET ſic eccleſiaſtica eccleſiaſticis vniri debent, & temporalia temporalibus non miſtim.cap.fi.de rerum permut. hæc probat dictio aliis: quæ ſimilitudinem denotat, cap.ſedes,de reſcript. clem.1.illo.tit.gloſ. in auth. ſed nouo iure, C. de ſeruis fug.

*Teneantur exprimere uerum.*

## GLOSSA QVINTA.

*Verus valor in unionibus eſt exprimẽdus et in Francia*

ET ſic aliud eſt requſitum,quòd in vnionibus verus valor exprimatur: nec in Francia ſufficeret exprimere cuius fructus 24.ducatorum auri,&c.quoniam ille non eſſet verus valor,licet in impetrationibus regulariter hæc expreſſio valeat:vt ſupra eius dictum fuit in tract.de ſignatura, non tamen in vnionibus.

*Subreptio uitiatunionem, & qua in ea ſint exprimẽda.*

Notandum eſt,quod ea quæ exprimenda ſunt in prouiſionibus, & fere in vnionibus,quæ ſcribit Felin.c in noſtra.de reſcr. & ego in concord.Franciæ,in forma mandat.in verb.pro expreſſis,& ſubreptio vitiat ipſo iure vnionem,teſte[Panor. conſ. 101.in quæſtione,col.4 in vol.]quem ſequitur de Ripa.in lib.2.reſpon.c.10.incip Et ſi vnionis, & Nicol.Mil.in verb.vnio, primo.& Fel.in c.poſtulaſti,col.7.ver.poteſt ẽt inferri de reſcr.[Quando ſit a Papa, ſecus ſi ab ordinario,quia tunc erit annullãda,arg.c.fi.de offi.lega.in 6.& clem.fi.illo titu o.quia in reſcripto Papæ intelligitur clauſula,ſi preces veritate nitãtur, c.2.de reſcrip.Card.conſi.96.Papa vniuit.]

*Annum valorem.*

## GLOSSA SEXTA.

ET ſic non tenetur exprimere valorẽ vnius diei,vel menſis,vel diuorũ, ſed annuũ valorem, i.cuiuslibet anni quantũ in anno quolibet valet:& ſi pluris ſit vno anno quã alio debet exprimere,vt ſequitur. vide quæ doctor. dicunt in tub. ff. de annuis leg.

*Secundum communem æſtimationem.*

## GLOSSA SEPTIMA.

*Cõis æſtimatio attendẽda.*

VVlt hæc regula quod exprimatur ſecundum communem æſtimationem: & non ſecundum ſterilitatem.vel ubertatem l. pretia rerum. §.fi.ff.ad legem Falcidiam.plene ſcripſi in interpret.l.vnicæ. C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt profer. & quamuis conſuetudinarius valor 24. ducatorum ſoleat exprimi in Francia in omnibus beneficiis, tamen in vnione uerus valor eſt exprimendus,vt hic: quia non agitur de annata, ideo non eſt hodie huic expreſſioni veri valoris in vnionibus derogatũ,quominus valor exprimi dẽat, & idem in nominationibus: vt ſcripſi per illũ tex.in §.volumus.de coll.in Concor.

*Tam beneficia vniendi,quam illius cui vniri petitur.*

## GLOSSA OCTAVA.

*Valor vtriuſq; beneficij exprimi debet.*

ITem debet exprimi valor tam beneficii vniendi,quam eius,ad quod vnio fieri debet: vt docet Fel.in c.ad aures.col.vlti.in 15 concluſ.de reſcript.nam cũ vnio fiat ex cauſſa neceſſitatis vel vtilitatis, vt ſuperius dictum fuit,ſi non ſit neceſſitas, fieri non debet uel ex aliis cauſis expreſſis ibi: quamobrem vt hoc ſciatur, vult q; ſint hæc expreſſio:quamuis in impetrationibus non ſoleat valor beneficij,iam obtẽti exprimi, ſed valor illius tantum quod impetratur. Sed quando ſit vnio menſæ non requiritur bonorum ſeu beneficiorum menſæ vnitorum expreſſio:vt decidũt D. de Rota deciſ.169.no.[ſub tit.de reb. eccleſ.non alienand.deciſ.8.]quod vbi,&de ciſ 442.nor.vtrum,in antiq.[ſub tit.de rebus eccleſ.non alien deciſ. 13.]

*Fructus ſunt exprimẽdi i.verus valor.*

Imo quãuis ſignatura expediatur cũ derogatione huius regulæ, tamen non valebit quoad fructus,adeo quod bulla nõ expedietur ſine fructuum expreſſione: & ita ab hoc ſæpius vidi bullã recuſari Romæ.

Adhæc ſi in ſignatura fuerit conſcripta clauſula quod obſtantiæ oratoris habeãtur pro expreſſis: tunc poterit bulla expediri ſiue fructuum expreſſione, derogãdo huic

huic regulæ cancellariæ, & sic ualebit, sed in Francia uix reciperetur ratione consuetudinis contrariæ.

Idē si fructus habeantur pro expressis, tunc etiam dabitur derogatio regulę huius, sed non quod fructus possint exprimi in bulla quia illa clausula non obstante, ad hoc non tendit, ideo uerus ualor exprimetur.

*Alioquin unio non ualeat.*

## GLOSSA NONA.

*Unio ipso iure est nulla, si non sit solēnitas seruata. Unitum beneficium an ante declarationem impetrari possit.*

IPso iure quia forma data est, quæ si nō seruetur, actus est nullus, ca. cum dilecta, de rescri. & beneficium sic unitum potest impetrari: licet cōtrarium teneat Oldrad. consi 262. in fi. quem sequitur Boer. in decis. Burde. q. 345. an unio. q. 1. dicens ante declarationem non posse impetrari. & multos allegat pro sua sententia comites, maxime Dec. consi. 33. uiso, colum 2 Ego uero hos duos semper constituerem casus: primus est, unio facta nō uocatis uocandis, & sine causæ cognitione est ipso iure nulla, ut hic. qa actus omissa forma cōceptus non ualet, cap. cum dilecta, de rescriptis, l. cum hi, §. si prætor, ff de transactio, unde hoc casu poterit beneficium impetrari etiam ante declarationē, & appellari ab unione abusiua: ut scripsi superius.

Secundus casus est, unio facta ex falsa causa, seruata tamē iuris forma, & solēnitate. ualet: sed uenit reuocanda, gl. in summa, & in c. sine exceptione, 12. q. 2. de Rota decis. 59. unio, in nouis [titu de excess. prælato, decis. 1.] & 168. cum seq. [sub tit. de reb. eccl. sic non alienand. decis. 2.] & 511. in antiq. [sub tit. de reb. eccles. non alien. decis. 12.] & sic debet intelligi sententia aliorum contrariam opinionem docentium tacit. §. semel, quibus ex causa. licet, nisi subreptum esset Papæ, Cassado decis. 1 in reg. cancell. rubr. de unio. unde si unio facta fuerit propter uicinitatem, & ipa pertatem ambarum ecclesiarū, si hæc causa fuerit falsa dissoluetur unio: sed ante dissolutam uuionem nō impetrabitur beneficium, si solennitates interuenerint.

*Instrumento an credatur quo ad solennitatem.*

Nec credetur instrumento unionis dicentis solennitatem interuenisse, nisi illæ solennitates appareant: quia instrumentū non debet continere uerba iuris, sed facti ut not. Innocentius in c. quoniam, de probationis hoc nominatim probat Oldr. consi. 262. in quæstione. num 4.

*Unio an præscribatur, & per quantū tempus.*

Imo facta sine hac forma nō posset prę scribi, nisi per tps cuius memoria non est in contrarium. Oldrad. consi. 296 de iure. uide Maleretum in tractatu de elect. fol. 25. dicentem, q licet nullo spacio temporum possit induci unio ecclesiarum, secundum Hostien. in c. quoniam, de uita & honestate clerico. & in summa, de uita & honesta cler.

Tamen si probetur, q ecclesia sic fuerit diu possessa tanquam unita, probata erit unio præsumptiue, Io And. in reg. qui cōtra iura in fi. in Mercurial Cardin in clemen. 1. in princ in 20. q. de suppl. neglig. prælat. Anch. cons. 162. in quæst. ecclesiæ, in fin. refert Fel in c. causam, colum. 2. de præscr. [ut superius dictum extitit]

*Et semper in unionibus commissio fiat ad partes.*

## GLOSSA DECIMA.

*Commissio fit & inquisitio in locis unionum faciendis.*

ITem requiritur quòd commissio & eau sæ uerificatio fiat in illis partibus, ubi unio fieri debet: & ista practica unionēs faciendi; nam ueritas melius scitur per uicinos, quam alios: l. 1 ibi, æstimatione circumcolentium, ff. de fluminibus Anch in cle. una, nota 2. de conc. præb. bonus tex. in cap. quanto, extra de præsumpt.

Si tamen fiat per Papam in forma gratiosa, non requiritur clausula uocatis uocādis: sed derogatur huic regulæ de unionibus committendis ad partes, & ipse Papa facit unionem: sed hoc non recipitur in Francia, propter concilium generale, quod dispoſuit nō ualere uniones, nisi sint factæ cum causæ cognitione: ut superius scripsi.

Item in unionibus consistorialibus non derogatur huic regulæ: quia hæ fiunt cum causæ cognitione, nisi separatim detur bulla super derogatione: ut interdum uidi: sed tu, si sapis, adhibeas semper solennitatem hic requisitam.

*Vocatis quorum interest*

## GLOSSA VNDECIMA.

*Hi quorum interest in*

ET † sic in unione requiritur, ut uocentur hi, quorum interest, ut episcopus, quia sua interest, eò quod collatione amittet

*vnione vocadi.*

tet ratione unionis quia amplius beneficium non uacabit. d.c. sicut unire, & doc. in c.1. ne sede uacan.

*Episcopus & capitulum in vnione consentire debent.*

2 Etiam requiritur consensus capituli ecclesiæ cathedralis, quam unio alienatio est, in qua consensus capituli interuenire debet. tex in cle. ult. de rebus e clesiæ nõ alienan. & cle. ne in agro. §. ad hæc, de statu monacho. c. sine exceptione. 12. q. 2. Bal. consi. 1. uol. 1. Dom. cons 83. apparet, in 1. quæstione. & in 2. dicit, an interuenire præsumatur, & cui incumbat onus probandi: vide Alex. cons. 219. ponderatis, colum. 1. & seq. in 6. uol. & poterunt consentire et si aliquod commodum sentirẽt. de Rota decis. 859. ꝓposituræ in antiq. [sub tit. de reb. eccles. non alinand. decis. 3.] & decis. 4. rubr. de rer. permut. [Bernard. de Bisignet.] Oldra. consi. 182 licet. nõ requiritur tñ tractatus, sicut in uera alienatione d. c. sine exceptione. ubi scripsi 12. q. 2. & quia in d. cle. ñ. de reb. eccles. nõ alienand. non exprimitur de tractatu, sed de consensu: hoc tenet Rota decis. 166. no. ꝙ ubi est unio, in antiq. [sub tit. de reb. eccl. non alien. decis. 1.] Boer. decisi. Burd. 345. an unio.

*Consentire nolentes vnioni coguntur.*

3 Et si nollent hi, quorum interest, consentire: causa existente possent compelli: imo ipsis inuitis a Papa fieri posset, per c. cum dilectus, & ibi nota de his quæ metusve causa fiunt. Innoc. in c. Later. de præb. Panor. & alii in c. nullus, de iur. pat.

4 Alias si causa non subesset, unius contradictio illam uitiaret, teste Cacialup. in d. tract. unio. art. 6. princ.

*Caussa in vnione probãda & quomode.*

5 Ista etiam causa est probanda Oldr. cons. 260. ꝙ unio & cons seq. & Cardin. consi. 96. Papa uniuit & de Ripa. lib. 2. respon. c. 10. si unionis quomodo hæc sit ꝓbãda docet Oldr. cõs. 266. & seq. de iure. & Alex. cõs. 70. in causa, col. 1. uol. 3. & cõsil. 101. circa. in 6. uol. & Dec. consil. 233. uiso tenore, col. 2.

*Consensus patroni in vnioni expetendus.*

6 Item requiritur consensus patroni, & ideo uocandus est, c. suggestum, de iurepatro Cardi. d. consi. 96. Papa, in 2 q. & Rota decisi. 229. in dimembratione, in nouis & in 2. causa. in ultimis Thomæ fastoli. decis. & 80. causa 2. 2. dubio ibidem. & Cassador. decisi. 3. de iurepatro Soc. cons. 1. nume. 6. in 3. uol Deci. consi. 148. reuerẽde, colum. 1. Petr. Paul. Paris. consi. 128. in capella col. pen. in 4 uol.

7 Et citandi sunt alii omnes, quorũ interest. & quod illis uocatis fiat. d. cle. ne in agro. §. ad hæc, & doc. tradunt in d. c. sicut unire. & Petr. de Perus in d. unionis, trac. c. 5 quod est uerum si non fiat a Papa quia ille hoc potest facere etiam inuito episcopo. c. 2. de relig. domib. de Ripa in li. 2. respõ. c. 18. nihil proponitur hodie in Frãcia solennitas inquisitionis causæ est facienda etiam a Papa, sicut ab inferiore, alias facile reiicitur: sed Papa solet cõmittere in partibus ut inquisitio fiat de causa, & de commodo uel incommodo. & postea iste unionem probat si causa fuerit, alias reiicit.

*Rectoris uel curati consensus non requiritur.*

8 Non requiritur tamen consensus rectoris, sed ei ad suam uitam non præiudicatur, ideo non uocatur, cle. ult. de rebus eccles. nõ alien. nec est eidem insinuanda dicta unio, postq̃ illi non præiudicat, nisi ut ignorantiam non possit prætendere ad hoc, ut permutare, uel alias resignare istud beneficium non possit. c. ad hoc. de postula. prælat. Io. Gallus in q. ꝑ Arcsta. q. 134 & seq. de Rota decis. 160 nota ꝙ beneficium in antiq. [sub tit. de rer. permut. decis. 3.] & decis. 1. rub. de rer. permut. [Ber. de Bisignet.] Oldr. consi. 157. factum, & Pau. Castr. consi. 437. in q. uol. 1.

*Vnitum beneficiũ non potest resignari etiã causa permutationis.*

9 Nec consideratur, ꝙ rector potuisset illud beneficium resignare in fauorem ne potis, quia hoc non est considerabile: cum beneficia consanguineis non deferantur consanguinitatis iure. c. 1. de præb. & illa resignatio pendet a superioris facultate, q per unionem iam declarauit nolle illum rectorem resignare posse. ut in c. ex parte, 1. de offi. delega.

10 Et quia multi affectu carnis solẽt suis prouidere cum præiudicio animæ: cap. 1. ne sede vacant. cap. graue, de præb. ideo ille rector non poterit etiam permutare illam ecclesiam sic uitam: ut consuluit Oldra. consi. 157. factum tale. col. 5. nu. 16. & 20. & sequen.

*Plebs in vnione facieda non vocatur.*

11 Plebs etiam ad uniones non debet uocari, licet uideatur quodam modo sua interesse: sed episcopus proteget plebem. Cardin. consilio. 65. Pro decisione. & Boer. d. decisi. 345. quia plebs interdum laborat contra sua propria commoda, sicut mulieres. l. penult. C. de sponsal. & nescirent quid peterent, sicut mater filiorum Zebedei.

12 Audirentur tamen, si causam rationabilem allegarent impedientem unionem fieri. per tex. in c. si quis presbyterorum, ubi doct. de reb. eccles. non alienan. scripsi in gl.

in gl. a die recusationis, in §. 1. de nomin. reg. in concorda.

*Legatus non pōt in præiudicium episcopi uti re.*

13 Etiam notandum est, quod per uni-onem factam per Papam uel legatum non præiudicatur episcopo in iuribus suis, uide licet in uisitatione, subiectione, & aliis iuribus c. cum dilectus. ubi gl. quod met. caus. 2. de religios. dom. gl. in cle. fi. de reb. eccl. non alien. secus in collatione, & aliis iuribus, quæ salua esse non possunt ualida existente unione: quia illis censetur derogatum propter repugnantiā. l. ubi repugnā tia, ff. de regul. iur. Caccialup. in d. tract. unio, artic. 8. q. 16.

14 Sed si fieret unio ab episcopo, tunc uideretur tantum sua iura remittere. ca. Pastoralis, de dona. Card. in d. clemen. ul. Pe rusi. in dicto tract. de unio. c. 10. ubi dicit quod episcopus in cuius diœcesi est ecclesia unita adhuc iurisdictionem in illa habebit, & iura episcopalia de quibus in c. Conquerente, de officio ordin. nisi ea ipse remiserit.

*Formula unionis a Papa faciē da.*

15 Solet itaque Papa in hoc rescripto post narrationē sic scribere, Nos igitur super hoc prouidere uolentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, dictam parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem monasterio authoritate Apostolica imperpetuum incorporauimus, annexuimus, & uniuimus.

*Clausula no. in unionibus conscribenda.*

16 Ita quod cedente uel decedēte rectore dictæ ecclesiæ qui nunc est, uel alias ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente, liceat abbatissæ pro tempore existenti, & dilectis in Christo filiabus conuentui dicti monasterii, per se, uel alium, seu alios corporalem possessionem ecclesiæ parrochialis iuriumque & pertinentiarum prædictorū propria authoritate apprehēdere, & tenere, fructusque, reditus, & prouētus, ac iura uniuersa eiusdem ecclesiæ in monasterii & ecclesiæ prædictorum utilitatē conuertere, reseruata tamē de fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus huiusmodi pro uicario perpetuo in ea instituendo congrua portione, ex qua idem uicarius commode sustētari ualeat, iura episcopalia soluere, & alia sibi incumbentia onera supportare, dispositioni Apostolicæ reseruamus. districtius inhibentes fratri nostro episcopo. N. ac illi, uel illis ad quem, uel quos collatio, prouisio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet communiter, uel diuisim, ne de huiusmodi parrochiali ecclesia disponere quoquomodo præsumant, ac decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quauis authoritate scienter uel ignoranter contigerit, attentari, non obstan. &c.

*Possessio apprehē di authoritate propria potest in unione.*

17 Hic concedit Papa, quod authoritate propria possint possessionē recipere, alioqui nō possent, nisi concederetur, per tex. in c. pastoralis. de priuileg. l. si ex stipulatione ff. de acquirend. possessio. docto. in c. cum uenissent, de restit. spolia. de Ripa lib. 2. respon. c. 18. nihil. Boer. q. 346. quæritur in decisio. Burdegal.

*Lite pendēte nō fit unio.*

18 Item unio fieri non potest lite pendēte, & si unus collitigans petat illud uniri suo beneficio: nec ualebit illa unio, nisi in euentum. quādo uidelicet euincet, & sententiam pro se obtinebit: & tunc Papa uniet. sed dicet quod in euentum euictionis liceat possessionem &c. unionis uigore apprehendere.

19 Vel alii dicunt, quod Papa non uniet in euentum euictionis, sed melius est ꝙ uniat, & possessionem differat ad euentū euictionis: & ita solet fieri, & est melior praxis, uel mandet Episcopo seu iudici, & de causa cognoscenti, ut lata sententia in utilitatem consentientis unioni eam faciat. De clausula cedente uel decedente, scribit Paul. Castren. consi. 271. uiso tenore, in primo uolu.

*Consensus & an unionē & post, interuenire potest.*

20 Iste consensus potest interuenire ab his quorum interest, & ante unionem, & post eam, etiam ex interuallo. c. cum nos, & cap. cuta, de iure patro. Aegid. Bellamera. decis. 504. & Alex. consil. 219. in 6. uol. ac Soci. consil 15. col. 13. uers. demū supponendo, in primo uol. & Boer. in decisio. 345. an unio, col. 2. refert.

21 Vnde si unio fuerit facta non uocato episcopo, si postea consentiat, ualebit, si solennitates fuerint adhibitæ: ut supra dixi.

*Et eidem uoluit obseruari in confirmationibus unionum factarum.*

## GLOSSA VLTIMA.

*In confirmationibus unionum solennitas re-*

ET sic non ualet cōfirmatio unionum, nisi supradicta interueniant: quod est not. & intellige nullam esse confirmationem unionis: quamuis glos. in hac regula teneat contrarium: tum quia tex. idem esse uoluit in confirmationibus, & non esset

quiritur Idē quo mō acciatur.

set idem per l. seruitutes §. si sublatum ff. de seruitu. vrba. præb. quia dictio idem, significat eandē in pluribus censuram. gl. in l. cum hi. §. si vni ff. de transact. iuncta gloss. idem scilicet per omnia, §. sed si ex testamento, in fin. de satisdat. tuto. in institut. l. si ante. ff. soluto matrimonio, & hic vers. ad omnia referri debet, prout plene scripsi in interpreta. l. vnicæ in glo. & non ex quibusdam. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

Idem potest tripliciter dici, in genere, in specie & in numero: ut per docto. in l. 1. ff. de vulgar. & maxime quia hæc confirmatio solet a Papa fieri, & subreptio vitiaret hanc confirmationem, sicut annullat vnionem: vt supra dictum fuit: & sic eadem solennitas requiritur in confirmatione unionum quæ in vnione, quam superius vidimus.

Suppressio unionis solennitatem requirit

Idem dicunt in suppressione, seu dissolutione vnionis, & applicatione fructuū: vi si fructus unius beneficii alteri applicentur, derogandum sit isti regulæ, uel faciendum secundum regulam, ne alicui fiat iniuria: & in præiudicium alicuius nihil fieri debet sine uocatione. l. de uno. ff. de re iudic.

*De uicarijs perpetuis.*

Inuito uicario perpetuo nō potest prior, uel curatus beneficio deseruire.

IN† his unionibus ēt cōsiderandū est q̄ qñ unio fit accessorie, in bñficio unito relinqui solet vicarius perpetuus, qui illi deseruiet bñficio: is qui hēt bñficiū unitum, non poterit illi deseruire per se inuito uicario ꝑpetuo, ꝑ tex. in c. extirpādæ. §. qui uero, de præben c. 1. illo tit. in 6. & c. unic. de capell monacho. illo lib Panor. in cap. 9 perpetuus, de fide instru. doct. in cle. unic. de offic. uicar.

2 Nisi in unione fuerit dictum, q̄ non constituatur vicarius perpetuus, sed per se deseruire is, qui unitum habet possit: nam fundationes & constitutiones in unione apposi æ seruandæ sunt, & hoc decidit Bonifac. in d. cle. vnic. col. ult.

In ecclesijs principaliter eque vnitis non cōstituitur uicarius perpetuus.

3 Si uero fuerint duę parrochiales ecclesiæ vnitæ æque principaliter, tūc vnus est curatus utriusq; & non tenetur constituere vicarium perpetuū in altera, sed ad tempus, videlicet qñ ipse illi non seruiet. cap. & temporis. 16. q. 1. cap. 1. vbi doct. ne sede vacan.

4 Et interdum Papa dispensat, ut habēs istas duas ecclesias tenues diebus domini cis & festis duas dicat missas, unā, in una & alteram in altera, ut docet Host. & alii in cap. consuluisti, de celebrat. missa. licet alias regulariter presbyter nō possit duas celebrare eodē die missas, quia Christus semel passus est cap. sufficit, de consecra. distin. 1. d. c. consuluisti, de celebra. missa. ubi scripsi.

Duas missas quis interdū dicere potest.

6 Etiam non constituitur uicarius perpetuus, qñ unitur beneficiū simplex, sed tantum qñ ecclesia parrochialis. gl. & doct. in cle. unic. de offic. uicar. & Gemi: cōsi. 86. in causa Traiecten.

Quando vicarius perpetuus cōstituatur uel temporalis.

6 Item quando beneficium est unitum mensæ capituli, uel episcopi, potest deseruiri per temporalē uicarium gl. in verb. ad mensam. cle. 1. de excessib. prælat. gloss. & doct. in cle. 1. de rescript & in cle. unic. de supplend. negligen prælat. dom. de Rota decisio. 260. nota gloss. in antiquis. [sub tit. de offic. ordi. decis. 1.] & nisi in unione fuerit creatus uicarius perpetuus poterit constitui temporalis, ideo unio uidenda erit, & deseruiendi consuetudo.

Ad mensam quā do vnit censeatur.

7 Ad mensam censetur unitum beneficium, quando spiritualia & tēporalia sunt annexa. glo. in dict. uerb. ad mēsam & docto. in cap. ut super, de rebus eccles. non alienan. uel qñ hoc exprimitur in unione uel ex obseruantia, & consuetudine lōgissimi temporis, scilicet per 40 annos. c. cum de beneficio, de præb. in 6. c de quarta, ubi doct. de prescrip. glo. in clem per literas, de præb. & superius dictum fuit.

Vnio de ductis impensis fit.

8 Vide an possit dici unitum beneficiū ad mensam prælati quando concessum fuit, ut is uiuere cum suis posset: olim pauperes erant abbates & prælati, qui cum suis religiosis non poterant in monasterio sustentari ob id. procurauerūt boni uiri, ut ecclesiæ unirentur mensæ illorum, ut ex fructibus uiuere possent, quod hodie trahunt quidam scelesti ad canes, ut maiorem numerum canum & falconum alant, quam pauperum: sed postquam ad mensam est unitum ad hominum mēsam unitum censetur, non canum, q̄ ibus mēsa non est necessaria, & ob eam causam ali mentorum quādo beneficium uniebatur, & spiritualia & temporalia concedebantur, ideo declarat gloss. spiritualia & temporalia esse annexa.

9 Et sic quando fit unio, debet intelligi deductis impensis necessariis tam in uicario, q̄ pro aliis. c. præsenti, de offi. ordi. in 6. c. si propter, de rescrip. ibid. & cap. si tibi

con-

concessio, de præb. illo lib. qui fructus intelliguntur deducti impensis l. fructus. & ibi doct. ff. solut. matr. l. 1. C. de fruct. & litium expen. scripsi in glo. fructus. §. uolumus, de colla. in concord.

10 Nisi in unione esset reseruata tertia pars: uel quarta fructuum: uicario tunc intelligetur non facta expensarũ deductione, sed de integris fructibus illius tertiã, uel quartam partem habebit vicarius, in stat. decimæ, in c. tua, & c. pastoralis, de de ci. & scripsi in tract. meo. de deci. & in tracta. de congrua portio.

*Vicarius perpetuus constitui in prioratibus curatis regularibus debent.*

11 Item debet constitui vicarius perpetuus, quando religiosi uel seculares ex dispensatione habent prioratus regulares, quibus est annexa cura animarũ: cle. vnic. de supplen. negli. præla. cle. ne in agro. §. cæterum, de statu monacho. do. de Rota decis. 228. nota q̃ vbi in antiq. [sub tit. de off. vicar. decis. 2.] vbi dicit priorem habere curam, quod uerum dicunt habitu: uicarius vero habet curam actu & exercitio vt in cle. vna, de offic. vica

*Prior habet curam ex vicarius*

12 Et hic vicarius perpetuus interdum ad præsentationem prioris constituitur. d. clem. ne in agro. §. cæterum, & cle. 1. de iure patro.

*Vicarius ad curam non recipitur sine episcopi auctoritate*

13 Et aliquando leno iure vicariã Episcopus cõfert, p c omnes basilicæ. 16 q. 2, & quandoque in fundatione reseruatur collatio priori: sed tamen non debet recipi vicarius ad curam, nisi de Episcopi auctoritat. c cum satis, de offi. archidia. c. ad hæc, de offi. vic c. ex tua, de filiis presbyter. Imol. in rub. de institu.

*Iura quæ loquuntur in beneficijs habent locum in vicariis*

14 Item iurà loquẽtia in beneficiis hñt locum in uicariis perpetuis. c. postulastis, de rescrip. et illa quę in parrochialibus loquuntur, habent etiam locum in his vicariis: cle. vnic. de offi. uicar facit c. Michael. de filiis presbyt. vbi filius presbyt. non potest ordinari ad vicariam perpetuam, in qua pater ministrauit, sicut non potest ad illud beneficiũ in quo pater ministrauit præfici.

*Vicarius non remouetur per rectoris mortem*

15 Ad hæc vicarius perpetuus non põt remoueri, etiam si rector principalis moriatur. c. ad hæc, de off. vica. panor. & alii in c. extirpandæ. § qui uero, de præbend. quia vicaria est beneficium. dict. cle. vnica. & beneficia perpetua esse debent. c. sanctorum. 70. dist. in. glo. & doct. in c. fin. de tempo. ordi. in 6 & datur vicario in titulum, vt dicunt docto in d. c. ad hæc quic quid dicat glo. ibi, potest etiam Papa illam vicariam dare in commendam, sicut alia beneficia

16 Et vicarius istæ perpetuus dẽt gaudere priuilegiis quibus gaudet monasteriũ & ecclesia. cui est beneficiũ vnitum: quia qui adhæret Deo vnus spiritus est cũ illo c. damnamus, de summa trinita. & quæ religiosis adhærent. religiosa sunt, l. quæ religiosis. ff. de rei uendica. & locum tenens deputatis ab eo qui posuit rectorem, uel iudicem, eodem gaudet priuilegio, quo rector. l. sed si hac, in fine. vbi Iason. ff. de in ius vocando Bartol & alii in l. si filius, de legatio & si ecclesia sit exempta. & vicarius erit, c. per exemptionem, de priuileg. lib. 6.

*Vicarius gaudet priuilegijs ecclesiæ.*

17 Si præstimonium vniatur alteri beneficio, non est opus derogare statutis de obseruandis præstimoniis, quia per vnionẽ desiit esse beneficium, vt membrum tenebitur, nec illud obtinebit tanquam præstimonium, sed tanquam vnitũ: ideo non est opus in vnione de eo facere mentionem: q̃ est notandũ, vt superius dixi de bonis.

*Permutari non potest beneficiũ & an illud resignatum repeti possit.*

18 Si vnitum sit beneficium, non poterit is, qui illud possidet, permutare: quia postquam vnitum est, non est amplius beneficium, sed membrũ eius, cui est vnitum, nec dicitur vacare, teste Feder. in tracta. permuta. benefic. q 33. & supra dictũ fuit.

19 Sed an possit is q resignauit illud beneficium, postea ad illud redire, postquam permutatio non potest sortiti effectum: respond posse, si fuerit ignarus illius vnionis per c. si beneficia, de præbend lib. 6. Panor. & Feli in c. cum venerabilis, de rerum permuta.

20 Si vero scriueret vnitum, & in instrumento vnionis fuerit scriptum, quod per cessum & decessum unio sortiretur effectum; tunc non poterit ad suum redire beneficium, quia non est vsus concessione iuris, cle. vna, de rerum permutat.

*Clausula congrua portione reseruata quod significet.*

21 Clausula bullæ vnionis hæc addi solet, qũ sit unio parrochialis ecclesiæ, congrua portione ex fructibus &c. eiusdẽ ecclesiæ parrochialis pro perpetuo in ibi vicario per loci ordinarium instituendo, ex qua se commode sustentare, episcopalia iura soluere, & alia eidem ecclesiæ incumbentia onera supportare valeat, reseruata.

22 Nisi in ea adsit clausula, quod per presbyterum ad nutum a mobilem deseruire possit & regulariter siue sit prioratus, cui imminet cura animarum, vltra curam cõuentus, uel aliud beneficium curatum, sem-

semper solet illa clausula cõgrua portione reseruata describi: de qua plene tracta ui in tracta. meo de congrua portione.

23 Sed si ueniatur beneficium non curatum, non solet poni ista clausula, nec affirmatiue, nec conditionaliter: quod est notandum pro unionibus.

*Clausula ponẽda pro pensione retenta a capitulo.*

24 Et quando vnio fit c. retenta pensione alicui, tunc debet honi in bulla clausula; quod si per sex menses cessauerint a solutione pensionis, tunc rectores ecclesiæ, ac singulares personæ capituli sniam ex communicationis incurrant, elapsis dictis sex mensibus: & vnio, annexio, & incorporatio prædictæ dissolutæ sint, & esse censeatur, dictaq; parrochialis ecclesia in pristinum statum reuertatur, & per dissolutionem eandem uacare censeatur eo ipso, ac rectores præfati, eadem parrochiali ecclesia perpetuo priuati existant, & similiter illa uacare cẽseatur, eo ipso & cætera. Et eo casu metu amissionis, & excommunicationis solutio pensionis non differretur, quia *Odierunt peccare mali formidine pœnæ.* c. cum qui ubi glos. de præben. li. 6. & l. 1. in fi. ff. de iustit. & iure.

*De vnionis reuocatione.*

*Ex quibus causis vnio reuocari possit.*

SRo † complemento huius materiæ videndum est, quibus ex causis vnio reuocetur? Respon. quando est facta ob certam causam, belli forte destructionis, paupertatis, uel aliam finalem: tunc cessante ista causa cessabit vnio, cle. ne in agro. §. ad hæc, de statu monachi. ubi si facta sit propter paupertatem, si esset, dissolueretur vnio superexcrescentibus fructus. c. cum N. de const. [abunde Card consi. 96 papa vniuit.]

2 Vel quando fuit facta ob bellum, & deficiente populo, postea reuerso populo cessabit. cap. quia, de religio. domi. cap fi. de parroch. & cap. 1. de uerb fig. li. 6. quod enim atrocitatis seu calamitas belli intro duxit, pacis lenitas sopire debet. l. vna, in princ C. de caduc tollend. & sicut necessitatem patientes cessante necessitate beneficiis renunciare coguntur, quæ eis miserationis indulsit intuitus. cap. fi. 25. q. vlt. vers. sed obiicitur.

*Reuocãda vnio, si in ruinam ecclesiæ &*

3 Secundo dissoluitur vnio, quando redundat in præiudicium ecclesiæ, & eius ruinam. c. 1. ibi, ecclesiæ vestræ ruina poterat releuari, ne sede uacan. ut dissoluatur religio, ut ibi. consuetudines enim, quæ in ecclesiarum vergunt grauamen, reuocantur. c. 1. de consuetud. c. fi. de reb ecclesi. non alienan.

*hospitalitatis cedat.*

4 Si fraudentur eleemosinæ. d. cap. 1. nã peccata eleemosinis sunt redimenda. cap. quamobrem, de pœni. dist. 1. duæ sunt eleemosinæ, videlicet cordis, alia pecuniæ. c. duæ. 45. dist.

5 Et si tollatur hospitalitas c. de monachis, de præb ad quam præcipue clerici tenentur, in summa, & per totum 42. distin. cap. Florentinum. 85. dist.

*Ex causa necessitatis & vtilitatis vnio reuocatur.*

6 Tertio reuocari unio potest ex causa necessitatis, & vtilitatis, sicut facta est. ca. exposuisti, & c. vacante, de præb. nã omnis res per quascunq; nascitur, per easdem & dissoluitur. cap. 1. de regu. iur. c. cum ac cessissent, de constitu. & alii casus fere cõprehenduntur sub iisdẽ. cap. 1. de reb. eccle. non alien. lib. 6. Petr. Perus. in tracta. de reuoca. vnio. c. 1.

7 Quarto adde posse reuocari, quando scandalum immineret. c. 1. quia nihil cum scandalo faciendum est. c. nihil de præsc. ubi plene Fel c. cum teneamur. de præb.

*Vnio per simoniã facta reuocatur*

8 Quinto reuocatur, si fuerit facta per simoniam etiam si iusta & legitima cã fuerit uniendi: unde si fuerit per pecuniam datam unienti facta, illa simonia vitiat actum in spiritualibus, c. fi. de rer. permuta. & per totum tit di simo. & hoc expresse asserit Oldr. consi 262. in quẽstione, in fi. cogitate an aliquæ sint in Francia vniones & reductiones in secularitatẽ per pecuniã datam Episcopo procuranti, & aliis vnde reuocari poterunt, nec perpetuo durabunt illæ: difficile enim est, vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. c. principatus. 1. q. 1.

9 Et breui dicendum est, quòd ex quibus causis fere vnio fieri potest, & dissolui: nihil enim tam naturale est, quàm dissoluere eo genere, quo ligatum est. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iu. c. 1 illo tit. Cacialup. in tract. de vnio. art. 9. & Dec consil 233. viso. col 3. & consil. 275. viso.

10 Et causa debet allegari, & probari, vt docet Petr. de Perus. vbi supra, c. 2. ac Oldra. consil. 261. nec crederetur episcopo, vel alteri facienti vnionem, vel illius reuocationem de causa vnionis, si non exprimatur. c. nuper. & c. licet. de testib. sic consuluit Paul. Paris. consi 36. quod prætensa. in 4. vol.

*Reuocationem*

11 Quis istam vnionum reuocationem petere possit? respon. is cuius interest, uidelicet

*vnionis quis petere possit.*

licet Episcopus: vt docet Perus. in tracta. de reuoca. unio c. 1. & monasterium vnitum. c. 1. ne sede uacan.

12 Capitulum etiam ecclesiæ cathedralis. c. 1. circa finem. ne sede vacan. vbi dicit posse reuocari etiam ad petitionē epi scoporum, & abbatum prouinciæ, in qua sita est ecclesia, etiam ad petitionem Regis, & patroni ut in d. c. 1.

*Reuocationem unionis quis petere possit.*

13 Quæro quando hæc reuocatio unionis possit peti? respon. quando in præiudicium ecclesiæ tendit, etiā uacante ecclesia, tamen defensore illi dato, cle. fi. vbi gl & doct. de rebus eccle. non al. e. sumendo a contrario: quia si uacante ecclesia fieri unio possit, multo fortius & eius dissolutio: cum omnis res per quascunque causas nascatur, per easdem & dissoluatur. c. 1. de reg. iur.

14 Quod non procedit in ecclesiis cathedralibus, quia eis vacantibus non est, qui eas tueatur: ideo non potest reuocari vnio sede uacante. d. c. 1. ne sede uacan. secus in ecclesiis inferioribus, quarum est tutor & defensor generalis prælatus & Episcopus: attamen dabitur adhuc specialis defensor ecclesiæ qui recte poterit eā defendere. secus in cathed doct. in d. cle. fin.

*Quis unionem factam reuocare possit.*

15 Dicamus nunc quis unionem factam reuocare possit? respon. certum est Episcopum posse illam causa existente dissoluere, quia quod iussit, vetuit ve prætor, cōtrario imperio tollere potest l. quod iussit. ff. de re iudic. vbi scripsi & qui pōt cōdemnare, potest absoluere l. 3. ibid. & is pōt repudiare, qui & adire. l. is pōt. ff. de acquir. hæred fic & qui unire pōt, & unionem dissoluere, qui potest instituere & destituere. cap. cum ex iniuncto. de hæretic.

16 Potest inquam, Episcopus vnionem non solum a se factam, sed et a Papa uel legato reuocare causa subsistēte, teste Per. de Perusi in d. tract. c. 4. nam Papa vniendo noluit tollere potestatem ordinarii c. 2. de relig. do mo. Feder. cons. 263. præsupposito: & Episcopus vnionem factam a priore, vel alias male factam reuocabit. tex. in d. c. sicut unire, de excessib. prælat.

17 Etiam si esset facta suæ mensæ: quia nō est in proprio facto auctor: ut in d. clem. fi. dicitur. & non est verisimile, quod eam reuocare sit paratus, sed unire sic: quia in suum cō modum tendit. & nemo suum præsumitur iactare, l. cum de indebito. ff. de probationibus.

18 Item hoc poterit facere episcopus in cuius diœcesi situm est beneficiū, quia omnia beneficia sunt sub eius potestate. c. nouerint. & c. regenda. 10. q. 1. cap. omnes basilicæ. 16. q. 7. facit l. si prædiū. C. de præb. minor. & si ecclesiæ sitæ sunt in diuersis diœcesibus, uterque episcopus hoc facere debet, uel potestatem uni dare, qui nomine utriusque hoc faciat glos. & doct. in d. c. sicut unire.

*Episcopus in cuius diœcesi situ est beneficium sicut unire, sic unionem reuocat.*

19 Poterit etiam capitulum sede uacante reuocare unionem cum causa, quia succedit episcopo in iurisdictione: & illa iurisdictio, quæ est apud episcopum vniente, est apud capitulum sede vacante. c. cum olim. de maio. & obedien. & c. 1. eo. lib. 6.

20 Inferior tamen licet præscripserit uniendi potestatem, non tamen reuocandi unionem, quia sunt diuersa. cap auditis. de præscrip. & sic unionem reuocare non poterit, nisi præscripserit: & reuocandæ unionis potestatem, quod est difficile.

21 Limitatur in cathedralibus. d. c. 1. ne sede vac. vbi Papa solus reuocat unionem sicut eam facere potest. d. c. sicut unire. de excessib prela.

*Beneficia exempta a papa unit, & unionem reuocat.*

22 Secundo si beneficia erant exempta, tunc ad solum papam pertinet unio, & reuocatio illorum. c. auctoritate, de priui leg. lib. 6. quia Papa est ordinarius exemptorum. clem. una. de supplen. neg. prælat. scripsi in §. si quis uero. de colla. in cōcor.

23 Tertio, quando essent specialiter reseruata a Papa, non impedietur reseruatio, ut inferius dicam.

*Vnio a Papa nō reuocatur sine episcopi consensu*

24 Quarto sine capituli consensu non poterit Episcopus unionem reuocare, sicut nec facere. cap. 2. de religios. domi. cle. fi. de reb. eccles. non alienan. quia non potest si capitulo ardua, ut alienationes facere. cap. nouit. & per totum de his quæ fiunt a præla. & solennitas quæ in construendo, requiritur, & in destruendo, authen. contra. C. de repud multa allegat Petr. Gerard. sing. 3. ibid. & vide &c.

*Causæ cognitio in reuocanda vnione. Vocandi in reuocatione vnionis hi quorum interest.*

25 Et in reuocanda unione requiritur causæ cognitio, sicut in facienda: de qua supra dictum fuit, per tex. in d. c. 1. in fi. ne sede uacant. ibi, ius vestrum apud sedē Apostolicam prosequendi liberam facultatem habeatis.

26 Vnde citari debent illi, quorum interest unionem non reuocari, c. fin. de elect. lib. 6 Et primo prælatus utriusque diœcesis, si beneficia sunt in diuersis diœcesibus quia de eorum præiudicio agitur d. c. 1. ne

sede

sede vacante. & c. sicut vnire, de excess. præla.

27 Patronus etiam est vocandus, quia sua interest cum ad eum redeat ius patronatus c. piæmenti, & c. filiis. 16. q. 7. collegiati, & burfarii, de cuius collegio agitur, glo. in c. & temporis. 16 q. 1. & tã is qui ecclesiam possidet vnitam, quam etiam vicarius in ea residens, quia vtriusque interest: doct. in c. super eo. de præbend. lib. 6. & generaliter alii omnes.

28 Sed hi citandi sunt nominatim & alii per proclama. Authent. si omnes, C. si minor se ab hæredi. absti d. c. fin. de elect. in 6. quia eadem solennitas requiritur in destruendo vt diximus, quæ in construendo. authen. e contra C. de repub. ideo in bulla reuocationis vnionis debet conscribi illa clausula, vocatis his, qui fuerãt euocandi, & c. sicut poni solet in vnione facienda.

29 Si tamen Papa vnionem parrochialiũ ecclesiarum dissoluat, solet adiicere clausulam, dummodo quælibet earum sit sufficiens ad sustentandum sacerdotes: per ea quæ not. doct. per illos tex. in c. vacante, & c. exposuisti, de præb. & in c. cum M. de constitu. & statuit Alex. 6 in tit. de reserua. iuris patro.

30 Nos tamẽ solemus in praxi, quando vnio nõ valet, impetrare beneficium vnitum, & postea agere super possessorio: & si opponatur esse vnitum, replicatur non valere vnionem: & ab illa vnione appellatur tanquam ab abusu, & pronunciabitur irrita, & demum si vnio non valet, possessorium adiudicabitur impetranti.

31 Si vero valeat, sed debeat reuocari ex caussa, seruabitur praxis superius scripta coram episcopo, vt petatur reuocari: & ante reuocationem non valebit beneficii vniti impetratio: vt supra scripsi in reg. can cell. quando vnio ipso iure valeat vel ne, in glos. 9. ibi vide.

*Papa vnitum beneficiũ an conferre possit.*

32 Potest tamen Papa beneficium vnitum non obstante vnione conferre, suspendendo vnionem ad vitam eius, cui cõfert illud beneficium vnitum, non verò, dissoluit: licet in vnione dictum fuerit, q vnio fiat cedente vel decedente eo, qui possidebat beneficium, & hoc de plenitudine potestatis, quam in his beneficiis habet. c. 2. de præb. lib. 6. vel caussa permutationis conferre. licet episcopus hoc non posset: vt docet Oldrad. cons. 257. factum, vt superius dictum fuit: Papa tamen non solet confetre, alias vniones essent inutiles, quia semper posset ita conferre: ideo solet cassari illa clausula, quæ in signatura impetrationis poni solet, & cum suspensione quarumcumq; reseruationum, vnionum, &c.

33 Quia ius acquisitum per vnionem nõ vult tollere, sed vult vt vnio sortiatur effectum: & illa verba cedente vel decedente important conditionem quia ablatiui sunt absoluti. l. ab emptione. ff. de pactis l. à testatore. de cond. & demonst. intelliguntur enim quod cedente illo, qui possidet beneficium, id est si cedat & resignet quòd vnio sortiatur effectum. uel decedente, id est si decedat, antequam resignauerit, quod vnio obtineat per decessum.

34 Quamuis Staphil. in secunda forma manda. in tract. de literis gratiæ dicat cõtrarium, versiculo dubitatur: nam licet certum sit possessorem cessurum, vel decessurum, tamen incertum, est si cedat ante mortem, ob id conditio sit: vt scripsi in tractatu de pacificis possessorib.

35 Item si canonicus consentiret dissolutioni unionis ecclesiæ parrochialis ad vitã Titii, quæ erat vnita suæ præbendæ, potest sibi reseruare pensionem, & regressũ de iure, si alter cedat, vel decedat, aut aliter dimittat: sed tutius est, quod in bulla prouisionis ponatur, q cedente vel decedente eo cui est prouisio ecclesiæ parrochialis facta, quod vnio iam facta teneat, & eo ipso facta censeatur & quod retinea tur ecclesia parrochialis vigere vnionis, quam Papa dicat eo casu probamus, & robur habere volumus.

*Canonicus consentiens dissolutioni vnionis põt sibi pensionẽ reseruare.*

36 In Francia periculosum esset consentire isti dissolutioni ad vitam, quia sapit reseruationem & regressum, qui sunt in Francia reprobati, & vniones ad vitam, & sic dissolutiones, vt superius dixi.

37 Sed vidi aliud fieri, vt is canonicus det fructus ecclesiæ parrochialis vnitæ loco pensionis perpetuæ Titio: sed adhuc non reciperetur in Francia, cum in tribus tantum casibus pensio probetur. vt scripsi in tract. de pacific possesso. in 17. amplia. & timenda esset hoc casu appellatio tanquã ab abusu qui abusum retractaret: vt scripsi in tit. de reserua. in concord. sed si partes essent concordes, nihil ad iudicem.

*Effectus reuocatæ vnionis.*

38 Vltimo unione reuocata effectus est, quia ecclesia unita remanebit in illo statu anti quo, i quo erat antequã vnita fuisset.

cap. 1. ne sede vacante. & ideo si erat monasterium sub abbatis regimine, postea etiam erit: vel si erat parrochialis, postea etiam erit.

*Vnione reuocata an patronus habeat ius patronatus pristinū.*

39 Item si collatio spectabat ad prælatū, reuocata vnione, etiam ad eum spectabit, & ad patronum præsentatio, si anteà patronus præsentationem habebat. doct. in d. c. 1. nec videtur patronus ex simplici cō sensu vnionis remisisse ius patronatus.

40 Nisi illud expressè remiserit vniendo. c. pastoralis. de donatio. & quandoque expressè in vnione remisit, facta dissolutione rem nebit eccle ia vnita libera à patrono: quia ius semel extinctum non reuiuiscet l. qui res. §. aream. ff. de solut. Pet. de Perus. in c. fi. tractatu vnionis. in prima regula.

41 Cautius est, quòd quando patronus consentit vnioni, consentiat quandiu vnita permanebit: sed si vnio dissoluatur, reseruat sibi ius patronatus, quod nunc habet: & sic cessabit dubium.

*Reuocata vnione res redibunt ad pristinū dominium.*

42 Et si dissoluatur vnio facta de monasterio ecclesiæ seculari, illi qui erant monachi monasterij, & bona ad pristinum redibunt monasterium, & idem si erant seculares, & postea erunt seculares. c. cum de beneficio, de præbend. in 6.

43 Quia hæc reuocatio habet se sicut in integrum restitutio nam sicut per in integrum restitutionem res reponitur in pristinū statum. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. ita per hanc vnionis reuocationem vt dicit glos. in d. c. 1. quæ est vera, licet d. Peru. eam reprehendat, dicens non esse verā. quia in integrum restitutio conceditur, quando quis læditur: sed per vnionem eccles i non erat læsa, ergo dico non peti restitutionem in integrū: sed per reuocationem vnionis res deducitur in pristinum statum, sicut per in integrū restitutionem: & hoc non habet dubium, licet ecclesia non petat in integrum restitutionem: sed causa cessante reuocabitur vnio: vt supra dictum fuit.

*Post reuocationē vnionis prior prælat. possi debit illam ecclesiā quadiu viuat.*

44 Ille tamen prælatus durante vita sua post dissolutionem vnionis erit prælatus vtriusque ecclesiæ, & curatus vtriusque parrochiæ: etiā ille vicarius erit quandiu viuet vicarius, sicut dicitur de vnione, quæ fit sine alicuius præiudicio, tex. in clem. fi. de reb eccles non alienand. sic reuocatio fiet sine illorum præiudicio, qui res vnitas possident: non enim debet illi tolli titulus, q est perpetuus, c. si gratiosæ. de rescrip. lib. 6. c satis puersum. 56. dist.

45 Si tamen quędam rei alienatio fuerit iustè facta vnione consistente à prælato, non reuocabitur per vnionis dissolutionem, per regul. factum legitimè non retractatur, licet peruenerit ad casum à quo incipere non potuit: & quia ille prælatus seu curatus erat legitimè præfectus, & habebat legitimam administrationem, c. & temporis. 16. q. 1 ergo potuit iustè alienare vnam rem, & sic alienatio non poterat reuocari eo casu, nempè si nō fuisset vnita non fuisset reuocata: & hoc iustum & æquum est.

*Res alienata durante vnione an reuocari possint.*

46 Alioquin oēs actus facti durante vnione reuocarētur, qđ est absurdū: vt scripsi in cōpendio alienatio. rerū ecclesiæ. Hacten' de vnione, & de ipius reuocatione.

## *De Erectione ecclesiæ in cathedralem, seculare, vel in alium statum.*

SCiendum † est q erectiones in cathedralem fieri non debēt, nisi à Papa c. 1. ne sede vac. c. quod trāslationem. iuncta gl. de off. legati vbi ēt legato prohibetur.

*Erectiones ī cathedralē à Papa fiunt.*

2 Et ex causa faciēda est erectio, primò vt seruitium diuinum augeatur, non autem vt diminuatur. c. ex parte de constit. & vbi necessitas, vel vtilitas inest, sicut de mutatione dicitur in c. mutationes. 7. q. 1. & vbi fidelium multitudo excreuit, c. præcipimus, 16. q. 1.

*Bx causa erectio ista fieri debet.*

3 Aliqñ erigitur episcopalis in Metropolitanā: vt habetur in Etrauag. saluator, in Extrauag. cōibus, de præbend. de eccle sia Tholosana, vbi Papa Io 22. dicit se hoc facere propter populi multitudinem, qui vno pastore regi non poterat: quia erat durū & difficile ad vnū recursum habere, etiam quòd nullum augmentum diuini cultus prouenerat ex tam immensis reditibus, quibus abundabat ecclesia Tholosana, sed ex adipe prodibat iniquitas: vt multo tempore luxus circa carnis desideria, euectionum pompa, immensitas clientelæ, immoderata diffusio in parētes, sumptus enormes, aut vsus extraordinarij sibi vendicassent quasi totum patrimonium Crucifixi: & verendum erat, ne præsul incrassatus, & dilatatus, & excessiuis opibus aliàs superbus periculosè recalcitrans, Deum factorem derelinqueret, & à tuo salutari recedens pernicioso exemplo in subditos deriuaret.

*Episcopalis quando in Metropolitanā erigatur*

4 Videtis

*Multi prælati ex redituum luxuria pereunt.*

4 Videtis quòd ex immensitate reditu multi pereunt, & maxime quidã iuuenes clerici, & nobiles superbi, qui vix ex patrimonio legitima obtinere possent mille aureos in reditibus, & tamen de bonis ecclesiæ decem millia librarum habentes contenti nõ sunt: sed hi vltra Sauromatas pellendi essent, sed hodie multos expellere oporteret, cum fere omnes nostra ætas sic alat: Deus eos in meliorem statum dirigere velit, & insatiabilitatem remouere.

*Imperator erigat ciuitatem in metropolitanam.*

5 Nec obstat quòd Imperator erigat ciuitatem, Metropolitanam q. faciat, l. vna. C. de Metropol. Berito. lib. 11. quia hoc verum quo ad priuilegia secularia: potest enim ciuitatem facere, & erigere in Metropolitanam, & illa habebit priuilegia alterius Metropolitanæ data ab Imperatoribus, sed non poterit erigere episcopalem, vel archiepiscopalem dignitatem: quia ad hoc nullus habet potestatem extra Papam, c. cleros. 21. dist. & in d. c. 1.

6 Sicut videmus in titu. de episcopis & clericis. Imperator dat priuilegia clericis & ecclesijs, tamẽ non consecrat ecclesias, nec creat clericos sed tẽporalia dat priuilegia. Papa spiritualia. Innoc. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordina. docto. in d. l. vna. Ideo si ciuitas fuerit priuata episcopo à Papa, ciuitas non desinet esse quò ad priuilegia principis secularis, sed nõ quò ad episcopatum: & sic erigere potest Papa episcopatus, & archiepiscopatus: princeps verò secularis potest ciuitatem constituere, & Metropolim, & eas priuilegijs ornare quo ad temporalia: & fuit prohibitum in cõcilio Chalcedon ne clericus acciperet dignitatem Metropolitanam ab Imperatoribus, vel alijs laicis qui non possunt episcopum vel archiepiscopum erigere, licet illis à Papa erectis priuilegia concedere possint.

*Papa & princeps secularis creãt vniuersitates.*

7 Sic & vniuersitatem Papa creat, & Princeps secularis: & vterque priuilegia illi confert, & vterque suos constituit cõseruatores, & iudices. De Papa in c. fi. de offi. lega. in 6. De Imperatore in authentica habita. C. ne filius pro patre. de his priuilegijs scripsi abunde in tract. de scholastico priuileg. vbi etiam declaraui dicta authen. habita.

*De erectione regularis in secularem.*

8 Interdum erigitur regularis in secularem, vel è contrario secularis in regularem: & solet in bulla Papæ dici, Ad laudẽ & gloriam omnipotentis Dei, & exaltationem catholicæ fidei, & diuini cultus augmentum, ac ecclesiæ Albien statum prosperum, honorificum, & tranquillum, ad supplicationem, &c. & hoc fuit factum quando ecclesia Albien. fuit olim in secularem redacta: vt vidi in bulla erectionis illius.

*Secularis in regularem faciẽ cõuertitur*

9 Cùm omnes ferè ecclesię id temporis regni essent regulares, quia tunc feruor deuotionis magnus aderat, sed refrigescẽte capite membra etiam frigida fiunt, ca. sunt plurimi. 6 q. 1. vnde factũ est, vt pauca monasteria in Francia inueniantur. & religionis ferè zelus extinguatur: ac de iure facilè fieri potest, vt secularis in regularẽ cõuertatur. c. ad audientiã. 2. de eccl. ædifi. c. Apostolicæ. de don. & illa est vera propria mutatio, ut docet Guliel. de Monte Laudun. in clem. 1. de rescrip.

10 Et potest hoc fieri episcopi auctoritate, ẽt inuitis canonicis secularibus, sed ipsis prouidebitur alibi quandiu superstites fuerint: ut docet Petr. de Perus. in tracta. de mut. status ecclesię. in prin. per gl. in c. Possessiones, de reb. eccl. non alienan. sed de regulari in secularem non potest fieri sine Papæ beneplacito, per text. in c. quæ semel. 19. q. 3. ubi sic scribitur, Quæ semel sunt dedicata monasteri-. consilio episcoporum maneant perpetuò monasteria, & res, quæ ad ea pertinẽt, monasteriis reseruari oportet, nec posse vltrà fieri secularia habitacula: qui verò permiserint hoc fieri, subiaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

11 Ego tamen putarem non licere episcopis sic mutare statum ecclesiarum sine Papæ auctoritate, & ita seruatur & scribitur in c. fin. uersi. sed obiicitur. 25. q. vlti. ibi, quòd religiosè viuentes, cùm à religione cessauerint, priuilegiis eximuntur, quæ religiosa conuersatio meruit.

### *De Erectione in curatam & parrochialem.*

ALiquando † simplex ecclesia erigitur in curatam & parrochialẽ, quod fieri potest etiam ab episcopo propter augmentum cultus diuini, si difficile sit parrochianis adire suam parrochiam, c. ad audientiam, primo de eccles. ædifican. & quæ in ea requirantur vide sequent.

*Requisita ad hoc vt ecclesia*

2 Notanda sunt sequẽtia antequam ędi cula seu capella, vel beneficium simplex possit erigi in parrochialem intra parrochiã alterius. Primò debet inquirere epi-

*in parrochialem erigatur*

scopus an causa adsit, uidelicet an prima parrochialis sit tam ampla, ut tempore hibernali cum pluuiæ inundant, aut niues, non possint parrochiani sine magna difficultate ipsam adire, & congruo tempore ecclesiasticis, interesse officijs, c. ad audiendam primo de eccles. ædificand. Ideo necesse est ut hæc inquisitio prius fiat, & de ea constet sicut debet inquiri antequam res alienetur. cap. sine exceptione. 12. q. 2. scripsi in compen. alien. rer. eccles.

*Curatus consentire debet quando intra suam parochiã altera erigitur in parrochialem, & debet cõpensari.*

3 Secundo quod hac inquisitione facta episcopus consentiat constructioni istius secundæ ecclesiæ, alioqui nemo ecclesiam ædificet antequam episcopus cluitatis uenia, & ibidem crucem signat: c. nemo de consec. dist. 1.

4 Tertio curatus ecclesiæ primæ debet etiam consentire ædificationi secundæ ecclesiæ, alioqui eo inuito sine causa, si præiudicetur illi, non posset ædificari secunda ecclesia. Panor. in d. c. ad audientiam. primo. col. 3. in fin. nã quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, per reg. iur.

5 Quarto debet curatus compensari de eo, quod sibi detrahitur, ut commode ualeat sustentationem habere in prima ecclesia text. in d. c. ad audientiam, c. de monachis. de præbend. & c. 1. illo tit. in 6.

*Aedificans ecclesiam qua designare ad eam debeat.*

6 Quinta debet ædificans designare ea, quæ ad luminaria. & ad custodiã, & ad stipendia custodum sufficiat, d. c. nemo. de consecrat dist. 1. & compellendus est is, q constructuit, ad sufficientem dotem constituendam: quia ex constructione se tacite ad hoc obligauit, c. cum sicut. de consec. eccle. uel alta.

7 Sexto fundator compensando primũ cruratum, debet obtinere ab eo ut consentiat ædificationi alterius ecclesiæ, & erectioni in parrochialem: & quod habita cõpensatione ab ædificante remittat ei omne ius, quod in illa ecclesia posset de cætero habere.

8 Etiam ius patronatus, quod in futurũ forte posset prætendere: & sic euitabuntur opiniones quæ habent, quod curatus primæ ecclesiæ acquirit ius patronatus in secunda ecclesia cum fundatore: ut in d. c. ad audientiã, probatur per Rochum de Curto. in tract. de iure patronat. in uerb. contraxit 7. q. & in uerb. & dotauit. q. 15. qđ sic euitabitur ut dixi.

9 Vltimo omnia ista approbare debet episcopus, & super his auctoritatem interponere: quibus factis, ius acquiretur patronatus constituenti dictam ecclesiam: ut in d. c. ne mo tradunt doct.

*Parrochiani an possint impetrare, & facere unum succursum.*

10 Vnde si parrochiani à matrice distantes, nõ possint propter inundationes aquarum, aut alia pericula ad dictam matricẽ venire, tunc Papa solet concedere, ut diuina audire, & sacramẽta recipere possint in capella, etiam non sic (ut supra dictũ fuit) approbata, sed sine præiudicio curati; ut statuit Alex. 6. Pontifex maximus in suis regul. titu. de reseruation. iurispatrona. in hoc tamen succursu approbato iure diuina plebs vicina audire poterit, & ibi sacramenta recipere absque curati præiudicio dum tamen quanto frequentius poterit in matrice ecclesia conuersetur. arg. c. significatum, de præben.

## *De Erectione in collegiatam.*

*A Papa ecclesia erigitur in collegiatam.*

NOnnunquam ecclesia erigitur in collegiatam & hoc solet fieri Papæ auctoritate; licet quidam dicant fieri posse episcopi auctoritate, cap. nobis. de iure patronat. quod non probat, sed quod episcopi auctoritate ecclesiam constituat: & in hac erectione Papa sic scribere solet, Ad omnipotentis Dei & Virginis eius gloriosæ, totiusque curiæ cælestis laudem, & gloriam, ac huiusmodi diuini cultus augmentum, sub uenerando ipsius beatæ Mariæ de Clariaco uocabulo, & ex certa sciẽtia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine auctoritate Apostolica in collegiatam erigimus, & ad eã collegii canonicorũ. secularium capitulum facientiũ. ac omnia & singula alia iura collegii perpetuo habiturum decernimus, ita quod in ea sit una dignitas, quam tempore obtinens, caput eiusdem ecclesiæ existat, &c.

*Numerus canonicorum interdum a Papa erigatur interdũ mandat erigendum.*

Et in hac erectione aliquãdo statuitur certus canonicorum numerus a Papa; interdum mãdat Papa suis executoribus in hac parte, vt pro facultate redituum certũ præscribant numerũ. c. 1. de instit. quem Papa approbat per suam erectionis bullam: & ita uidi fieri, & erectiones fieri censentur sine præiudicio alicuius extra expressa in bulla Extrauagan. ulti. de concess. præb. in extrauagan. Ioan. 22. & ibi unum debet esse caput, ut non sint acephali. c. cum non liceat. de præscrip. alia in collegiatis requisita scripsi in §. uoluimus in uerb. collegiatis. de colla. in concord.

Inter-

*Volens erigere dignitatem, an posit.*

Interdum cupit quis erigere dignitatem in ecclesia cathedrali, vel collegiata: & tunc Papa illã non eriget sine clausula, quòd hoc fiat sine præiudicio, & de cõsensu illorum, quorũ interest, vt statuit Alexã. 6. Põtifex maximus in suis reg. tit. de erect. vt scripsi supra in tit. de sign. grat. & in bulla nouæ prouisio.

*De translationibus Episcoporum, & aliorũ, & quando fieri possint.*

*Metropolitana non põt trãsferri de vno loco in alterum sine Papæ auctoritate nec cathedralis.*

NVnc † dicendũ est, quomodo ecclesiæ de vno loco ad alium transferri possint: & primò de Metropolitana & cathedrali: Cathedralis autem non potest transferri vel mutari in alium locum sine Papæ auctoritate, per tex. in capitu. 1. ibi, ac per hoc translationes episcoporum, ac sedium mutationes ad summum de iure Antistitem pertineãt, de translat. episcoporum: & hoc interueniente consilio episcopi & fratrum scilicet canonicorum ecclesiæ vtriusque, maximè eius quæ trãsfertur, c. si quis vult. 16. quæst. 7. nec quidem hoc fieri potest à legato. capit. nisi & seq. de offic. lega.

2 Imò si quis propria authoritate ad aliam ecclesiam se transtulerit, carebit & habita & ambita. c. si quis episcopus. 7. q. 1. c. pen. & seq. de translat. episcop.

*Trãslatio quãdo fieri possit, & sex sunt causæ translationem inducentes,*

3 Quæro quando hæc trãslatio vel mutatio fieri possit? respõdeo ex causa & non aliàs: vt superius dictum fuit de vnionib⁹ & dissolutionibus vnionum.

4 Sed quæ sunt istæ causæ? respõd. tex. in c. tribus, de consec. dist. 1. sic ait. Tribus ex causis loca sanctorum sunt trãsmutanda. Prima cum necessitas persecutorum loca eorum grauauerint, vt ibi scribitur.

5 Secunda cùm difficultas, fortè si ad eũ locum adiri non possit, vel sibi aeris locorum intemperies fuerit. glo. ibi, & in c. quorundam, 74. distinct. vel si locus aquarum inundatione grauetur. l. 2. ff. si quis cautio.

6 Tertia cum malorum societate grauatur, ergo propter maliciam populi transfertur sedes. c. ita no. 25. q. 2. & episcop⁹ renũciat episcopatui. c. nisi. §. propter maliciam. de renun. nam Christus ait, *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam*, Matth. 10. & c. sicut. in 2. 7. q. 1.

7 Quarta causa est mutationis ad meliorandum ecclesiam, cap. si quis vult. 16. q. 7. vbi sic scribitur, Si quis vult monaste rium suum ad melior andum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi & fratrum suorum, &c. facit c. 2. in fi. de statu monach. & ista mutatio fuit facta de ecclesia Magalonæ ad Montempessulanum, & forte ea causa & seq.

8 Quinta causa quando locus est periculosus, quia ibi sunt prædones, qui non possunt expelli; tunc in locum congruum transferri debet, cap. ecclesias. 16. q. 7. vbi etiam glo.

*Mutationes episcoporũ communi vtilitate, aut necessitate fiunt.*

9 Vltima causa communis vtilitatis, tex in ca. mutationes. 7. quæstio. 1. sic inquiens, Mutationes episcoporum scitote communi vtilitate, atque necessitate fieri licere, sed non propria cuiuscunque voluntate, aut dominatione. Diuus Petrus magister noster & princeps Apostolorum de Antiochena ciuitate vtilitatis causa est translatus Romam; vt ibidẽ pius proficere posset.

10 Eusebius quoq; de quadam parua ciuitate Apostolica auctoritate mutatus est in Alexandriam, &c. Non. n. tranſit de ciuitate in ciuitatem, nec trãsfertur de minori ad maiorem: qui hoc nõ ambita, nec propria voluntate facit, sed aut vi à propria sede depulsus, aut necessitate coact⁹ aut vtilitate loci, vel populi, non superbe, sed humiliter translatus est, & c. scias ibidẽ. Scias frater dilectissime, aliud esse causa necessitatis & vtilitatis, aliud præsumptionis ac propriæ voluntatis: nõ ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, qui non auaritiæ causa, aut dominationis aut propriæ volũtatis, vel delectationis suę migrat de ciuitate ad ciuitatem, sed causa necessitatis & vtilitatis mutat, hęc textus ibidem.

*Translata ecclesia perdit priuilegia.*

11 Et sic plus est ecclesiam transferre, q̃ vnire; quia vniendo ecclesiam, vnita retinet sua priuilegia, & statum, sed quando est trãslata, ea perdit, nec remanet in suo statu, sicut quãdo est vnita: vt scribit Lapus allegatione 68. quęris an liceat, dicẽs hoc fieri posse de consensu episcopi & fratrum, c. episcopus, 7. q. 1. sed cum immutetur status illius ecclesiæ translatæ, & mutare statũ non potest etiam legatus, c. penultimo, de ecclesijs edificandis, vbi Papa indulget episcopo, ergo sine Papæ indulto hoc non poterat Federicus consilio 195. in Christi &c. factum. Ita Petrus Pernſ. in tract. de vnion. c. 4. Ioann. Brunell. in tract. de dignit. & offic. leg. conclus. 13.

12 Sed hoc potest intelligi in episcopatibus

bus, secus in inferioribus beneficiis: & an translatus, si nõ possit obtinere illum episcopatum, possit ad primum redire: vide text. in c. si quis, 92. distinct. & cap. si quis iã translatus, 21. quæst. 2. & plene Panor. cons. 101. factum, in 2. vol. vide glos. in c. quib⁹, in verb. clausis, de electiõ. in prag.

*Rex in translationibus consentire solet.*

13 Et in his translationibus ecclesiarum episcopalium solet Rex cõsentire, qa sua interesse possit, sicut fundatoris, c. filiis, & seq. 16. quæst. 7. & in c. 1. ne sede vacã. vbi Rex perebat dissolutionẽ vnionis: ita consensit Rex trãslationi factę ex insula Magalonæ ad Montempessulanũ. anno 1536.

*Translatio quãdo revocatur.*

14 Revocatur etiam translatio cessante, vtpote si hostilitatis necessitate fuerit facta trãslatio, ea cessante ad primam ecclesiã redire oportet. c. in apibus, in fin. 7. quæstio, prima. idem si metu belli, vel alio compulsus fuerit quis primam ecclesiam relinquere, illo cessãte redire ad primam poterit, cap pastoralis 7. q. 1. clem. prima, de foro competen.

*Effectus translationis.*

15 Idem si in ruinam cederet religionis, eleemosinæ, & hospitalitatis: vt habetur in cap. 1. ne sede vacan.

16 Effectus translationis est, vt translatus ab vna ecclesia ad aliã desinat esse episcopus, vel prouisus illius primę ecclesię, à qua transfertur, c. in apibus. §. ecce. 7. quæstione prima, quod est verum, quando episcopus Montespessulani transferretur ad episcopatum Albiensem, vel aliũ: secus si tantum fiat translatio sedis, vt de ecclesia Magalonæ ad ecclesiam Montispessulani.

17 Alius effectus est, vt prior ecclesia desinat esse cathedralis, & secunda efficiatur cathedralis: doc. in c. 1. & sic ecclesia Magalonę erat olim cathedralis nũc simplex ecclesia: & ecclesia sancti Germani Monti spessulani nũc effecta est cathedralis, mutato nomine in sanctum Petrum, vt sit ecclesia cathedralis sancti Petri.

*Duo saltem presbyteri debeant dimitti in ecclesia prima.*

18 Alius vt in prima ecclesia debeant relinqui presbyteri, saltẽ vnus: si redit⁹ pluribus non sufficiunt, qui ibi ministrare debeant, capit. si quis vult. 16. quæstio. 7. & si primum monasteriũ destruitur, vel ecclesia, debet poni clausula, q⁹ ad profanos vsus non regidatur, per reg. semel Deo dicatum, de reg. iur. lib. 6.

19 Alius vt prior ecclesia perdat priuilegia, & in aliam ecclesiam transferantur. glos. in d. c. si quis vult. quæ allegat, c. & quæ diximus. 16. q. 7. quod est verũ, quando priuilegium concernerent personam, secus si rẽ. l. 2. §. 1. ff. de priuileg. credito. l. tempus in fi. ff. de re iudic. Oldra. consil. 267. quod domino, num. 2. & sic vtraque ecclesia erit immunis, sicut aliæ ecclesiæ: vt per totum tit. de immu. ecclesia. & puto etiam quòd presbyteri, qui ibidem Magalonæ seruient, erunt exempti sicut mini stri ecclesiæ translatæ. c. per exceptionẽ, de priuileg. lib. 6.

20 Vltimus effectus est, quòd deinceps omnes actus concernentes ecclesiam cathedralem sicut conficere chrisma, & alia, quæ fiebant in prima ecclesia, fieri debent in illa ad quam erat translata: & sicut debebat esse theologus in prima, ita & in secunda. §. primo, de collationibus in Concordat.

## *De Translatione monachorum.*

*Monach⁹ trãslatus an nouam professionẽ facere teneatur.*

NOtandũ † est, quòd quãdo quis trãslatus est ad aliud monasterium, non est necesse facere nouam professionem in secundo monasterio: nam semel facta professio sufficit, c. nullus, & c. indemnitatibus, de elect. in 6. quando non sunt diuersæ regulæ. Panor. in cap. Abbate sancti Siluani, not. 4. de verbor. signifi.

2 Quia profitendo vnam religionem, omnes videtur profiteri quo ad substantiam regulæ, cum ad vnum tendant, vt docet Hostien. in cap. ad Apostolicam, de regula, & abunde Federic. Senens. consil. 5. quidam monachus, in 1. dubio, & cõs. 19. col. 2. vbi dicit, quòd quando monachus vnius monasterij in aliud transfertur, solet de stylo poni hæc clausula, te de monasterio Furcens. cuius monachus existis, ad monasterium sanctæ Mariæ authoritate Apostolica, transferentes, ac volentes, & decernẽtes ex nunc. eiusdem monasterij sanctæ Mariæ monachus censearis, & in eo recipiaris in monachum, &c. Deci⁹, in c. præterea, de præben.

*Clausula translationis Papæ.*

3 An monachus translatus in aliud monasterium authoritate Apostolica possit sine licentia Papæ redire ad primum monasterium, vide eundẽ Fed cons. 263. Præsuppositis: & an religiosus præfectus ecclesiæ seculari nomine religiosorum comprehendatur, gloss. in clem. religiosis, de procurat. & clem. 1 de deci. Felin. in cap. rua, colum 2, de iureiur. & comprehendi afferunt ibidem.

Etiam

*Solus Papa cõfert religioso alterius monasterij ante translationem.*

4 Etiam notandum est, quòd solus Papa potest conferre, vel cõmendare beneficium religioso alterius monasterij, c. cũ singula, §. final. de præb. in 6. nisi in monasterio dependente, vt ibi: vel nisi fuerit translatus canonicè ibidem.

*Translatio monachorũ quomodo fiat.*

5 Sed dicet quis, quomodo fiat canonica trãslatio? Respon. si monachus velit ad religionem arctiorem transire: tũc sufficiet cõsensus abbatis, vt dimittat religionem, in qua est professus, & aliam ingrediatur c. licet, de regula, c. statuimus, 19. q. 3. non tamẽ sufficeret licẽtia prioris: vt docet Roma, singul. 452. domini, per tex. in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanct. eccles.

6 Etiam petita licentia & non obtenta sufficeret, in d. c. licet, & hoc asserit Anto. Butr. in c. fin. col. 1. de renunc. & Soc. cõs. 222. præsens consultatio, 2. vol. sed si abbas sit mortuus, tunc licentia conuentus habita episcopus facultatem dabit, teste Lappo allegation 62. quidam.

*De trãslatione ad parẽ Religionem.*

7 Si autem vellet transferre se ad aliam religionem parem, tunc voluntas abbatis & conuentus sufficit, nisi velit transire ad monasterium in alia situm diœcesi, in qua translatione & episcopi illius auctoritas requiretur & causa iusta in nõ exemptis, Perus. in d. c. cum singula, §. si col. 2. de præbend. lib. 6. c. significatum, de regul. & cap. post trãslationem, de renun. argum. cap. 2. in 68. distin. & cap. qui verè pureque, 16. quæstio. 1.

8 Et his casibus nullus abbas debet licẽtiam præstare monacho abeundi, nisi primo religiosus inuenerit alteram religionẽ, quã paratus sit intrare statim & oportet quòd ei constet de voluntate abbatis & conuentus secundæ religionis: alioqui posset religiosus fugere, & apostatare. Innoc. & alij in c. fin. de renuncia.

*De volente ingredi religionẽ latiorẽ.*

9 Si verò vellet adire religionem latiorem, non ita strictam, hoc de Papæ solius consensu potest, glos. & doct. in d. c. cum singul. §. fin. de præbend. quia hoc est cõtra iura, quæ non potest inferior tollere, clement. ne Romani, de electio. & solus Papa in his habet plenitudinem potestatis, cap. proposuit, de concessio. præbend. Panor. in cap. non est, de regula. vbi declarat quæ regula dicatur strictior. [Soc. consil. 270. consideratis, in fi.]

10 Si tamen causa exigeret celeritatem, vtpote ratione infirmitatis, vel alterius iustę causæ: & tunc sufficeret dispensatio episcopi cum licẽtia abbatis. Innoc. in d. cap. fin. & c. dilectus, de tempor. ordina. Perus. vbi supra.

*Translatus ad aliam religionẽ propria auctoritate an sit apostata.*

11 Sed si de facto monachus ad latiorem religionem se transferret, & ibidem habitum assumeret, & deferret, non esset excommunicatus, nec apostata. c. fi. de apostata. vt docet Innoc. in c. intelleximus, de ętate. Lappus allega. §. 34.

12 Tamen habebit locum pœna c. eum qui, de præbend. lib. 6. facit c. fi. de regula. hoc docet Dom. Gemithia. in d. cap. cum singula. §. fi. in 3. no. ibid. de mendicãtibus trãseuntibus ad aliam religionem vide clementinam vt professores, de regul. & inferius in dispensa. regula. dicetur.

*Religiosus potest mutari per abbatẽ ad aliũ locũ eius religionis Requisita ad bonã translationem.*

13 Nota tñ q religiosus de licẽtia sui abbatis pot mutari & trãsferri in aliũ locũ, qui sub eodẽ abbate regitur: & sit eius dẽ religionis gl. fin. & doc. in c. significatũ de regul. Perus. in dict. c. cùm singula.

14 Et sic vides requisita ad trãslationẽ. primò quòd causa adsit, & legitima. doct. in dict. c. significatum: secundo quòd licẽtia interuenerit, vel saltem petatur, quo ad strictiorẽ religionem: nec valeret consuetudo in contrariũ. c. cùm venerabilis. de consuetu. tertiò q licentia detur à suo superiore immediato, non ab inferioribus. Panorm. in c. licet, de regula. Soci. cõsil. 52. Viso instrumento, col. 3. in 4. volu. quartò, quòd religiosus aliam religionẽ inuenerit, antequàm licentiam petat. Innoc. & alij in c. fi de renuncia. docto. in d. c. cùm singula. Soci. d. cons. 222. in 2. vol.

*Collatio Papa inducit translationem.*

15 Si tamen Papa conferret beneficium religioso, vel commendaret in alio monasterio, valeret prouisio, etiam si nihil diceret de translatione: quia prouidẽdo videtur eum transferre, tanq̃ necessariũ consequens. glos. & doc. in c. quia in tantũ, de præbẽ. & c. si quis in clero, 7. q. 1. Fel. in c. postulasti, col. 7. de rescript. licet clausula translationis non debeat omitti, si sapis.

*In mandato debet contineri trãslatio.*

16 Sed si mandaret prouideri per mãdatum fortè, vel alias, nõ poterit prouideri illi monacho in alio monasterio, nisi sit trãslatus, vel dispensatus, vel in mãdato transferatur, vel nisi illud monasterium in quo mandatur prouideri sit dependens ab alio, d. c. cùm singula. §. de præbend. lib. 6. ideo non mandato debet esse clausula translationis si alteri abbati, vel collatori dirigatur mandatum: & ita vidi obseruari.

*Translatio quãdo non requiratur.*

Si tamen ecclesia parrochialis, uel aliud beneficium sit solita regi per monachos unius monasterii per quadraginta annos, poterit conferri monachis illius monasterii sine translatione, non uero monachis alterius monasterii, per tex. in c. cum de beneficio, de præb. in 6.

*Clausula translationis ponẽda.*

17 Notãdum est, quod quando Papa prouidet, aut prouideri mandat regulari de beneficio regulari alterius monasterii depẽ. debet dari clausula trãslationis: ut monachus transferatur de loco, ad locum, & inibi in monachum & fratrem recipiatur, ac sincera in domino charitate tractetur, & hoc si sit eiusdem ordinis.

18 Si uero sit alterius ordinis, tũc debet transferri, & recipi in monachum & fratrem, & habitus regularis dari iuxta monasterii consuetudinem.

19 Si autem essent diuersi ordinis, nõ habitus, vtpote Cluniacẽ. & sancti Benedicti, tunc non debet apponi clausula in bulla tibi, qui regularem habitum &c. & ista de stylo sunt curiæ Roma.

20 Etiam si prouideatur de prioratu conuentuali a quodam monasterio depen. monacho eiusdem monasterii, nõ apponetur in bullis, cum trãslatione de monasterio ad prioratum, & idem in aliis beneficiis prioratus, & dependentibus ob eodẽ monasterio. ut no. in d. c. cum singula, in fi. de præb. lib. 6.

21 In noua prouisione etiam apponitur trãslatio, sicut enim dubitatur de prima collatione, & acceptatione, an uiribus subsistant, ita & de translatione: ideo dari solet [hodie, per reg. cancel. de translatio. religios. statuitur, & si regularius petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio, uel alio regulari loco de pendente prouideri, & apparet ex petitione huiusmodi, & alterius monasterii, uel loci religiosus sit, licet inibi translatio non petatur, nihilominus illa ueniat. Idem putarem si religiosus esset dispensatus ad duo benenficia regularia cum iuscunque ordinis, ut ista dispensatio habeat vim trãslationis, adeo ut si capax ad beneficia etiam alterius ordinis, tum per regu. cancel. prædictam, tũ etiam quia alias dispensatio parum prodesset, & verba intelligi debent ut aliquid operentur l. si quando. ff. de leg. 1. Felin. in c. 1. num. 4. de rescript.]

*In nona prouisione apponi so et translatio.*

22 Etiam translatio datur ante annum professionis, si conferatur eidem beneficium alterius ordinis, quia large frater alterius ordinis dicebatur. ut inferius scripsi in dispensa. regula. & clausula, uolumus, &c. æquipoliens est translationi. Hactenus de modis acquirendi, nunc uidendum est quomodo beneficia conseruare possimus.

# REGVLA,
# SIVE CONSTITVTIO
## PERPETVA S. D. N.
## DOMINI IVLII DIVINA
## PROVIDENTIA PAPÆ III.

In qua declaratur quod fructus beneficiatorum tempore obitus beneficiatorum inexacti debeantur succeſſoribus in beneficijs & non hæredibus dictorum beneficiatorum, ac quod Ducati 500. & reliqua per mortem Reuerendiſſimorum S. R. E. Cardinalium Cameræ, & capellæ Apoſtolicæ debita ſolui debeant, nec de eiſdem per præfatos Cardinales teſtari poſſit.

MOTV PROPRIO &c. *Cum ſicut nobis nuper innotuit diuerſi diuerſorum beneficiatorum etiam Epiſcoporum Patriarcharum & aliorum prælatorum ac S. R. E. Cardinalium pro tempore decedentium hæredes, non ſolum bona relicta ſpolia nuncupata ſit decedentium beneficiatorum Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum & aliorum prælatorum ac etiam Cardinalium, verum etiam fructus &c. Eccleſiaſticos, ac pecunias & res alias per ipſos beneficiatos Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas & alios prælatos, ac etiam Cardinales ante eorum obitum non exactos etiam ſi eorum ſolutionis dies ante obitum ipſorum non aduenerit, ſub eo forſan prætextu quod pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo, debeantur, exigere & quandoque ſolutionem debitorum per ipſos beneficiatos & Cardinales dum viuerent, contractorum, & legatorum per eos in ſua vltima voluntate etiam ad pias cauſas factorum ſubterfugere, ac hæredes Cardinalium huiuſmodi paramenta & ornamenta capellæ ipſorum cardinalium quæ iam tanto tempore quod eius initij hominum memoria non habetur, capellæ Apoſtolicæ, in qua miſſæ papales celebrantur, & ex qua pauperibus prælatis ad Romanã curiam, pro tempore confluentibus & paramenta eccleſiaſtica cum quibus in proceſſionibus & alijs ſolennitatibus per Ro. Pontificem fieri ſolitis incedere poſſint non habentibus ſubuenitur deuolui conſueuerunt occupare: ac ſolutionem quingentorum ducatorum auri de camerâ, qui poſt obitum ſingulorum Cardinalium pro precio annuli eis in eorum ad Cardinalatum aſſumptione exhiberi ſoliti Cameræ Apoſtolicæ perſoluuntur declinare contrudant & ſatagant, Nos attendentes fructus &c. & pecunias ac res alias occaſione eccleſiarum Monaſteriorum & beneficiorum eccleſiaſti-*

*siasticorum pro tempore prouenien. licet postquam ad manus beneficiatorum peruenerunt & cum alijs ipsorum beneficiatorum fructibus &c. pecunijs & rebus commixti seu ipsis beneficiatis incorporati sunt, non vlterius in ecclesiasticis, sed potius ipsorum beneficiatorum proprijs & ab eis acquisitis bonis, iudican. esse, & propterea quo modo pro secularibus & profanis haberi, & de eis testamento aut alias disponen. facultas eisdem beneficiatis per sedem Apostolicam concedi consueuerit, nihilominus donec in manibus, eorum qui illos tamquam ecclesiasticos seu ex ecclesiis monasterijs, & beneficijs prædictis prouenien. & pro talibus conseruant aut vt tales detinent ipsique beneficiati pecunias huiusmodi realiter non exegerint & fructus &c. non perceperint, necnon alijs eorum bonis commiscuerint, & sibi incorporauerint super ipsarum ecclesiarum quarum ipsi beneficiati sunt, ac vere ecclesiasticos esse & censeri debere, & propterea iuri non congruere, vt ipsi beneficiati, de rebus certis ipsarum ecclesiarum quæ omni iure alienari prohibentur disponere etiam in eorum vltima voluntate possint, nec ipsis beneficiatis etiam Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, & alijs prælatis ac Cardinalibus pro tempore defunctis eorum hæredes, qui vt plurimum sunt laici, in præiudicium successorum beneficiatorum fructus &c. ac res & pecunias inexactos huiusmodi os boui trituranti alligando exigant & hæredes Cardinalium mala malis addendo, bona capellæ Apostolicæ debita occupant, seu quo Cameræ & creditoribus ac legatarijs debent pro se retineat Volentes in præmissis opportunè prouidere, motu simili &c. Declaramus nostræ intentionis nunquam fuisse nec esse quo quinis quorumcunque, beneficiatorum etiam, vt præfertur Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum prælatorum etiam Cardinalium vbilibet etiam in Romana Curia aut eius districtu pro tempore decedentium siue ex testamento per ipsos beneficiatos etiam vigore facultatum quarumcunque eis in specie vel in genere etiam prætextu quorumcunque capitulorum ac statutorum & ordinationum etiam nostrorum sub quibusuis tenoribus & formis ac alias quomodolibet concessorum condito siue ab intestato hæredes fructus &c. ac pecunias & res alias per ipsos sic defunctos beneficiatos etiam Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante obitum huiusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis & Cardinalibus viuentibus aduenerit, & per ipsos beneficiatos & Cardinales non steterit, quominus illos exigerent, quinimmo omnium pro illorum exactione, necessariam diligentiam etiam iudicialiter agendo fecerint quoquomodo exigeret aut etiam sponte oblatos percipere aut cruces, candelabra, imagines, patenas, calices & alia cuiusuis sortis tam aurea quàm argentea vasa, & iocalia, ac quæuis ornamenta, paramenta & alia vtensilia capellæ singulorum Cardinalium pro tempore decedentium, cæteraque tam ad ipsam capellam quam eius ministros, circa altaris ministerium & celebrationem missæ pertinentium pro se retinere, aut solutionem quingentorum Ducatorum huiusmodi euitare possent, vel im-*

*posterum*

posterum possint, sed quo de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c. ac pecuniæ & res, vt præfertur in exacti huiusmodi ad ipsorum sic defunctorum beneficiatorum etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum prælatorum & Cardinalium in ecclesijs, monasterijs & beneficijs prædictis successores qui ex illis, quorum solutionis dies ante obitum beneficiatorum huiusmodi aduenerit, omnia ipsorum beneficiatorum etiam, vt præfertur, Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum prælatorum etiam Cardinalium debita ad pias causas facta legata, si aliunde ex alijs ipsorum beneficiatorum bonis solui non possint, soluere teneantur, liberè deuenire, & imposterum deueniant, ac per eos & non per hæredes prædictos exigi possent & imposterum possint; nec non cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, vasa, iocalia, ornamenta, paramenta, vtensilia, & alias ad capellam singulorum Cardinalium & eius ministros, vt præfertur, pertinentium & ad eandem capellam Apostolicam pertinerent, & spectarent, ac imposterum pertineant et spectent, et peragentes pro ea realiter, et cum effectu capi, et apprehendi possent et deberent: ac imposterum possint et debeant: ac hæredes Cardinalium tam hactenus defunctorum quam pro tempore decedentium, 500. Ducatos huiusmodi eidem Cameræ persoluere tenerentur & imposterum teneantur, & propterea successores in ecclesijs, monasterijs & beneficijs huiusmodi fructus &c. ac pecunias & res per eorum successores non exactos, libere & licite percipere, exigere, & leuare ac solutis, si aliunde, vnde soluant non erit, vt præfertur, debitis & legatis prædictis quod residuum fuerit, in suos vsus & vtilitatem conuertere: necnon agentes pro capella Apostolica, cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, vasa, iocalia, ornamenta, paramenta, vtensilia & alia prædicta propria auctoritate libere capere, & apprehendere posse: ac hæredes Cardinalium tã hactenus defunctorum quã aliorum pro tempore decedentium ad cruces, candelabra & alia prædicta agentium pro dicta cappella Apostolica realiter & cum effectu consignandum & eosdem 500. Ducatos agentibns pro eadem Camera, vt præfertur soluend. teneri & obligatos esse, ac ad id omnibus iuris & facti remedijs cogi & compelli posse: sicque in præmissis omnibus & singulis casibus ad præsens occurrentibus, seu pendentibus, per quoscunque; &c. in quauis causa & instantia sublata &c. iudicari & diffiniri debere, ac irritum &c. decernimus. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis & c. priuilegijs quoque indultis: ac testandi & alias de dictis rebus & bonis disponendi facultatibus capitulis & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis ac cum quibusuis clausulis & decretis etiã per modum statuti & ordinationis perpetuorum, Motu proprio &c. aut alias quomodolibet etiam per nos ad dictam sedem concessis initis, & emanatis. Quibus omnibus, etiam si de illis &c. eorum tenores &c. hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus & sufficienter derogatum esse decernimus cæterisq. contrarijs quibuscunq. Volumus autem hæredes ipsorũ beneficiatorũ qui iam ante præsentiũ

publica-

*publicationem pecunias ac fructus per ipsos beneficiatos exactos huiusmodi exegerint, per successores in beneficijs huiusmodi amplius præsentium vigore molestari non posse, necnon præsentes in cancellaria apostolica ut moris est, publicari, & in illius qui interno inter alias constitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam describi.*

Placet motu proprio. I.

*Lecta & publicata fuit suprascripta Regula, constitutio & ordinatio, Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ, 1550. Die vero 26. Iunij Pontificatus nostri anno primo.*

A. Lomelinus Custos.

PRAXIS

# PRAXIS BENEFICIARIAE

## SECVNDA PARS,

## BENEFICIA CONSERVANDI MODOS VTILES DOCENS.

*Conseruandi virtus non minor quã acquirendi.*

PRIORI libro modos beneficia acquirendi præmisimus, nunc ad conseruandi modos accedamus: in quibus cum nõ minor virtus sit, quam acquirendi; & beatum reũ, qui tenet, dicat glo. in §. si tres. de pace tenen. & eius violat. licet paulo facilius sit retinere, quam acquirere tamen non minor erit adhibẽda opera, ne quid utile uel necessarium hũic parti omittamus, uobisque omnibus proutili satisfaciamus.

2 Quare si contingat nonnullos ex his, quos describemus, modis, acquirendi quoque uiam complecti considerabitis illos etiam conseruandi non minorem cõmoditatem præ se ferre; sunt enim quidam communes & acquirendi, & conseruandi.

3 Imprimis se offert gratia seu rescriptum, perinde ualere, quod tanquam utilissimum aggrediamur; conseruat enim beneficium, si mature impetretur; ut statim apparebit.

### *De rescriptio etiam, & perinde valere.*

*Etiam valere quomodo intelligatur.*

REscriptum istud regulariter gratiã concernit, estque in curiis frequentissimum, sed interdum est etiam ualere; nam uidi Papam concessisse literas commissionis, quæ fuerunt ab eo reuocatæ, postea decreuit eas etiã ualere, & perinde, ac si executio ratione illarum facta fuisset. Itaque clausula, etiam ualere, cõmunius datur: quando a Papa reuocatum aliquid, eratque irritum factum, si postea ex causa Papa decernat ualere, ponetur clausula etiam ualere.

2 Si uero Papa non irritauerit primam collationem, uel actũ, sed ex subreptione, uel alio casu est actus forte inualidus, dabitur hoc rescriptum perinde ualere; quia Papa potest fingere, & statuere ut actus perinde ualeat, ac si iure factus esset, ut Bart. & alij docent in l. si is qui pro emptore. ff. de usucapio. *Perinde valere quando concedatur.*

3 Et sic rescriptum perinde ualere est, quando Papa gratiã suam aliqua ex parte inualidam confirmat, sed noua prouisio datur, quando collatio fuit facta ab alio quam a Papa, ut asserit d. Phil Probus in c. fi. de consuetud lib. 6. & hoc uerum est. *Noua prouisio & perinde valere differunt.*

4 Differt tamen hoc à confirmatione, quia hæc respicit, ut nunc actus confirmatus ualeat. l. & quia. ff. de iurisdict. omni. iudic. c. 1. & per totum. de confirma. utili, sed perinde ualere respicit sicut Argus (ut Poetæ dicunt) retro, & ualet a die primæ gratiæ, si nulli fiat præiudicium: ut inferius plene dicetur. *Confirmatio differt a perinde valere.*

5 Confirmatio in beneficialibus etiam non datur; ut supra dixi in noua prouisione, sed perinde ualere sic quod tamen in effectu uim confirmationis obtinet, nec inducit tamen nouam prouisionem, teste Aegid Bellamera in decis. 532. si quis. & prouincial fol. 33. *Perinde valere non inducit nouã prouisionem.*

6 Quæro quando impetrandũ sit hoc rescriptum? Respon. quãdo quis dubitat primam Papæ prouisionẽ ex aliqua causa impugnari posse, ut perinde ualeat, ac si ualida fuisset tempore impetrationis. facit l. 2. ff. de dona. scripsi de hoc uerb. in l. portus. ff. de uerbo. signific. *Quando perinde valere impetrari possit.*

7 Et hæc dictio perinde, denotat fictionem. text. iuncta glos. in l. 1. ff. de receptat. l. 2. & l. vlt. de natal. restituend. Rota deci. *Perinde fictionẽ denotat.*

383. li

383.si Papa, in no.[sub tit.de concess.præ bend.decis.12.] Iaf.in l.Titia.§.fi.de verbo.obligat. vbi dicit denotare omnimodam iuris similitudinem. & Paul. Parisi. consil.38.licet.in quarto volu.

*Perinde per sonã tẽpus, et actũ respicit.*

8 Interdum hæc dictio respicit tẽpus, vt si minor impetrauerit beneficium & tacuerit se minorem, impetrabit hoc rescriptum, vt perinde valeat à tali tempore, ac si fuisset maior, vt statim subijciam. Aliquando respicit personam, vt perinde valeat ordinatio, ac si fuisset facta à proprio Episcopo, aliquando actum respicit. & de his inferius dicetur & plenius tractaui in d.l. portus.ff.de verb.signific.

9 Et ista impetratio facit primam collationem & actum valere, ac si primò valida fuisset: Nam tantum debet operari fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero: l. si filio.ff de liber. & posth. l.filius fam.si cert.pet. Quòd si prima valida fuisset, non esset opus hoc rescripto: sed per hanc clausulam posteà validus fit actus, ac si principio integer fuisset.

*Aetas non expressa hoc rescripto pòt supleri.*

10 Ex quibus infertur, quòd si impetrauero beneficium, & non expressero ætatis defectum, non valebit impetratio. c. si eo tempore. de rescrip. in 6. ex hoc tamen rescripto confirmabitur prima impetratio, ac si prius ætatem expressisset.

*Qualitas suppletur à perinde valere.*

11 Ad hæc si prouisus sim de beneficio talis N. à Papa, & non dixero esse curatũ non valet prouisio: sed ad supplendum defectum impetrabo, vt perinde valeat prouisio, ac si curam expressissem. c. cùm in illis, de præb. in 6.

*Tonsura cõfirmatur perinde valere.*

12 Præterea si promotus fuero ad tonsuram ab alieno Episcopo, deficit ordinatio c. . & per totum. de temp. ordinan. lib. 6. dicam infra in materia dispensa. ideo impetrabo, vt perinde valeat tonsura, ac si à proprio Episcopo collata fuisset: vt suprà dixi in materia tonsuræ.

*Natalitij defectus supletur p perinde valere.*

13 Insuper si naturali collatum sit beneficiũ, & nõ expresserit natalitij defectum, nõ valebit collatio: nisi per hanc clam ei succurratur, vt perinde valeat, ac si natalitij defectus expressus fuisset: vt consuluit Pet. Paris. cons. 43. pro Do. Hier. col 2. in 4. vol. doct. in c. 1. & per tot. de fil. presbyt.

14 Nec etiam valebit beneficii impetratio facta ab extero ignorante idioma patriæ, nisi per hoc rescriptum sibi succurrat regul. cancel. 19 facit c. neminem. 70. dist. gl in c. si proponente, de rescript.

15 Notandum est, nunquam concedi p literæ & processus, valeant ab omnium eorum data, præterquam in mutationibus collationum, & reualidationibus: & tunc addatur verbum videlicet ad vacatura: alioqui ius quæsitum tolleretur. Et ideo debent addi verba hæc, à data præsentium valeant, nisi in mutationibus, & reualidationibus prædictis, vt est statutum ab Alexand. sexto Pontifice maximo in suis regul.

*Literæ, et processus quũdo hoc rescripto confirmari possint.*

16 Plus addens, quòd super literis per pę nitẽtiarium expeditis, & super breuibus, non datur perinde valere, nec literæ: & si breuia huiusmodi confirmantur, & signatura dicet de nouo, cum non sint veræ literæ Apostolicæ, secundum quosdam, sed per illas gratiæ concessæ dantur de nouo.

*Super quibus non concedãtur literæ perinde valere.*

17 Item super literis expectatiuis in forma pauperum concessis dari literæ perinde valere non consueuerunt: quia literæ istæ sunt iustitiæ, & hoc de stylo: ego tamen dicerem dari posse, quia gratiæ sunt: vt superius dixi in differentiis inter literas gratiæ & iustitiæ.

*Dicens se dubitare de prima collatione, nõ potest dicere de facto.*

18 Ad hæc si in supplicatione dictũ fuerit, quòd impetrans dubitat primam collationem viribus non subsistere, non potuerit posteà in bulla dicere de facto dubitare, & inficere primã collationẽ & ab ea recedere: qa si Papæ in supplicatione prius narratũ fuisset, quòd de facto dubitabat, non concessisset, vel non ita de leui. c. postulasti, de rescrip. forte quia de facto ingressus est beneficium, ideo intrusus. c. cũ iamdudum. de præb. qui vix datur hoc rescriptum. arg. l. auctoritate. C. vnde vi.

*Nõ gratuatus super parochiali villa mu rata nõ impetrat, vt perinde valeat, ac si gratuatus esset.*

19 Insuper etiam non valeret quis impetrare has literas sup parrochiali sita ī villa murata, quã non qualificatus obtinuerat hoc omisso, & posteà impetrauerat, vt perinde valeat, ac si qualificatus esset, dixi nõ valere, p ea q̃ scripsi in §. declarantes de mand. Apostolic. nã in § statuimus. 2. in concord. debent istæ parrochiales conferri graduatis & qualificatis: & si aliis cõferantur, non valet collatio ipse quoque Papa vult ligari illa lege: vt patet in §. 1. de firma. & irreuocab. Concor. stabili.

20 Vidi tamen concedi literas, perinde valere ei, qui dicebat se studere, qui studuerat anteà sex annos, sed tempore impetrationis non studebat: ob id Papa ratione sui studii præteriti volebat, vt perinde valeret, quasi tẽpore impetrationis studuisset, & tũc respicit tempus, vt dixi.

*Perinde valere in resignatio.*

21 Etiam

*ne quando poſſit impetrari.*

21 Etiam non vtitur hoc reſcripto reſignatarius, ſi de nouo conſenſu reſignantis non apparuerit: quando in ſua prima reſignatione hoc non continebatur: vt vidi de quodam, qui reſignauerat parrochialē eccleſiam, quam habebat in eccleſia ſancti Stephani Bituricen. & ibidem nullam eccleſiam parrochialem habebat, ſed tantum vicariam.

22 Vnde oportet, quòd conſenſus reſignātis habeatur de nouo, qui dicat ſe voluiſſe reſignare vicariam, & eam de nouo reſignat ſeu conſtituit procuratores ad reſignandū eā: & tunc Papa concedit ei, vt perinde valeat, ac ſi prius reſignata fuiſſet.

23 Si tamen hic vicarius antea reſignaſſet illam vicariam, quæ iamq; fuerat alteri collata, non proderit hoc reſcriptum, quia non valebit niſi nunc ex nouo conſenſu. & ita vidi quandoque impetrari, ſed quandoque fit in fraudem, quæ tamen alteri nocere non poteſt.

*De loco monialis collato reſeruato vt perinde concedi poſſit.*

24 Vidi etiā concedi moniali hoc reſcriptum, eo quòd impetrauerat locum monachalem in monaſterio vacantē per promotionem Abbatiſſæ, qui reſeruatus erat in curia ideo in hoc reſcripto fuit dictū, quòd receptio huius monialis, quæ iam erat facta in monaſterio, & quæcunque in deſecuta perinde à data præſentiū valerent, & plenam obtinerent roboris firmitatem, ac ſi in dicto loco nulla per ſedem Apoſtolicā generalis, vel ſpecialis facta foret reſeruatio: ecce in quibus caſibus regulariter non valet hoc reſcriptum, vel valere poteſt: & inferius dicetur non valere contra ius naturale, vt in furioſo.

*Duæ bullæ ex ſignatura quando poſſint impetrari.*

25 Nota tamen quòd gratia perinde valere ſi ſit eiuſdē datæ, cuius eſt prouiſio, præſumitur tamen poſterior natura, quia ſe refert ad gratiam, & eam confirmat & confirmatum prius eſt confirmante. c. 1. & per totum. de confirma. vtili. Geminia. conſ. 11. lite col. 1. & ſeq. & ſecunda gratia præſupponit alterā. c. 2. de filiis presby. & nō eſt mirum ex ſignatura duas elici bullas videlicet bullā prouiſionis, perinde valere, cum hoc ſit in ſignatura expreſſum, alioqui clauſulæ nihil prodeſſent. [Dictum fuit ſuperius in 3 part. ſigna. in glo. quòd obſtantiæ, &c.]

*Perinde & ſimiles diſſerunt.*

26 Etiam differt hoc reſcriptum à reſcripto ſi neutri, quia hoc non datur niſi literis confectis, & expeditis: quia non poteſt ſine literis eſſe proceſſus, ſecus in perinde valere: vt docent Do. de Rota deciſ. 458. circa ſecundum, in no. [ſub tit. de cōceſſ. præb deciſ. 20.] & Sraphil. in tract. de literis iuſtit. verſ. quando aliquis petit.

*Iuri tertij nō derogat hoc perinde valere.*

27 Ad plenā huius materiæ proſecutionem dicēdum eſt hoc reſcriptum valere, antequam ius ſit acquiſitum tertio, poſtea verò non derogat iuri tertii. ſed ſi de nouo poſſet Papa concedere ſi vellet, cō firmat ac ſi prius iure conceſſum eſſet: & qui cōfirmat hoc caſu dat: vt in l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud. l. lege 12. tabularum, de verb. ſignif vbi dixi.

28 Imò etiam ſi Papa apponat verba ſe referentia ad vitium de præterito, vt non poſſit obiici vitium præcedens. fortè ſimoniæ vel hæreſis: tamen per hæc verba non intendit auferre ius in re, vel ad rem alteri quæſitum. c. quamuis. de reſcrip lib. 6. & c. cùm olim, de conſuet. Felin. in c ſuper col 7. de reſcrip.

*Perinde valere non derogat impetrāti, qui eſt eiuſdem datæ.*

29 Etiam ſi duo cōcurrant impetrātes, & vnus non expreſſerit quod exprimendum erat ſi eodē die impetret reſcriptum perinde valere, non nocebit alteri impetranti, quominus præferatur iſti cōcurrēti: vt quia non poteſt dici reſcriptum concurrere, quod eſt nullū, c. nō omnes. 2. q. 7. & c. factus. 7 q. 1. & hoc eſt valde vtile.

*Canonicus verè creatus præfertur ficto perinde valere.*

30 Et ſi Papa creat aliquem Canonicū, & vult vt perinde habeatur canonicus, ac ſi tempore datæ fuiſſet canonicus. hoc ēt non tollit ius quæſitum alteri canonico, licet ſint æquales: quia vnus eſt verè canonicus, alter ficte: & ſi duo ſint ſponſi, vnus verus, alter fictus, verus ficto præfertur. c. fraternitatis, de frig. & verus adminiſtrator præfertur ficto. c olim. 1. de reſti. ſpoliat. c cùm venerabilis. de religio. domib. & veritas præfertur fictioni §. ſi quis rem de lega. in inſtit. Domi. conſ. 158. an ſi quis. col 2.

31 Nam ratihabitio non trahitur retro in præiudicium iuris quæſiti. l. bonorum. vbi Bart. ff. rem rat. haber & l. ſi indebitū. § ſi procurator. ibidem Bald. in l obſerua re. in fi. in 10. quæſt. de offi. proconſul. Domi. conſ. 128. factum. col. 2. & Socin. conſ. 126. in princ. in 4. vol.

32 Et hoc ſolet Papa exprimere, dummodo non ſit ius acquiſitum alteri tempore datæ præſentium. c. ſi poſtquam, de præben in 6. ſuperius fuit dictum in bulla nouæ prouiſionis, quia valet, vt nunc, non vt tunc, quando in medio eſt obſtaculum. Soc. conſ. 226. nō, col. 3. in 2. vol. nā confirmatio valet vt nunc. d. l. obſeruare.

in fi.

in ſi. ff. de offi. proconſul. Panor. in c. 3. nu. 5 de his quæ fiunt a præla. ſicut de legitimatione dicitur, vt valeat vt nunc. doct. in c. per venerabilem, qui filii ſunt legit.

*Confirmari poteſt contractus ſi non ſit alterius quæſitũ.*

33 Vnde conſuluit Paul. Caſtren. conſ. 178. donatio in 1. vol. col. 1. principem cõtractum inualidum confirmare poſſe ex defectu iuris communis. dum fiat ſine alterius præiudicio, & antequam ſit alteri ius quæſitum, per l. adoptio non iure facta, ff. de adopt. l. 2. in fi. ff. de reb. eorum.

34 Et ſi Papa diceret, non obſtante quod ſit ius alteri quæſitum, non ualeret: quia præſumeretur circumuentus, poſtquam declarauit hoc non valere. cap. ſi quando, eo. titul. nec iſtud reſcriptum recipere tur: nec Papa fidelis ſeruus eſſet, nec daret cibum in tempore, ſicut iuſſus eſt in Euangelio.

35 Prætera quando Papa dicit, non obſtante quacunq; collatione prouidemus, intelligitur de collatione inualida. c. 2. ne ſede va can. Fel. in c. cauſſam quæ. in fi. de reſcr & Alex. conſ 126. viſo titu. col. 2. in vol. & conſil. 35 viſo nu. 6. in 4. vol.

36 Et quando reuocat omnia facta in contrarium, intelligitur de his quæ non erant iure facta. c. audita. de reſtit. ſpol. & inferius ſcripſi.

*Exprimenda quæ sũt in perinde ualere.*

37 Nunc videndum eſt, quæ ſint in hoc reſcripto exprimẽda. Reſpon oportet ex primere omnes defectus, alioqui expreſſio vnius non ſupplet alios non expreſſos. l. 1. §. ſi plura. ff. ad Turpillia. Domi. expreſſe in conſ. 15. Reuerende pater. in 4. dubio quia ſublato vno iure aliud remanet. c. ex tuarum. de auctorita. & vſu palii. gl. in regul. cancell. 19. in fin.

38 Vnde habetur in pract. Rom. quod in gratia perinde valere, non debet ſuppleri vltra illud, quod eſt in ſupplicatione, propter iudicia, quæ ſuper illis ſolent oriri: vt ſi perſonam iudicis approbo, non tamen video approbare eius d. c. ſuper de offi. deleg.

*Omnes defectus ſunt exprimendi in perinde valere.*

39 Idem in teſtibus habetur c. præſentiũ, de teſti. itaque ſi illegitimus minor impetrauerit beneficium curatum, non expreſſo defectu natalium, nec ætatis, ſi poſtea impetret hoc reſcriptum, exprimendo tamen defectum natalium, & omittat defectum ætatis, nõ valebit hoc reſcriptum, nec impetratio: quia omnes defectus non ſunt expreſſi ita quandoque dixi alicui, qui ſic impetrauerat: nam ſi plura ſint crimina ſingulorum abolitionem quis petere debet. d. §. ſi plura. vel enumerare ea in vna gratia, ſeu literis: alioqui non valet gratia.

*Perinde valere impetrãdũ uel reſcribẽda gratia.*

40 Præterea ſi quis reſignauerit eccleſiã parrochialem in fauorem Titii, & ſignata fuerit ſupplicatio cum ſuſpenſione quarumuis gratiarum expectatiuarum, ſpecialium reſeruationum, vnionum, &c. Sed in impetratione bullæ hæc clauſula, cum ſuſpenſione non fuit conſcripta: tunc vtendam eſt his literis vt perinde valeat: ac ſi in illis de ſuſpenſione & decreto prædictis plena & expreſſa mentio facta fuiſſet, non obſtan. vel reſcribatur, vt ſupra dixi, & melius erit.

*Doctoris mentio omiſſa quando ſuppleri poſſit ex perinde valere.*

41 Ad hæc ſi tempore prædeceſſoris Pauli tertii impetrauerim beneficium in villa murata tanquam doctor, & hoc fuit in ſupplicatione expreſſum: ſi obtinuerim bullam tempore dicti Pauli, in qua omiſſum fuit, quod eram doctor: nunc tempore Iulii volo eam immutare, & addere doctor. Quidam dicebant non licere quia literæ prædeceſſoris non poſſunt de ſtylo aliquo modo alterari. nec mutari, vel aliquid in eis addi, etiam ſi in ſupplicatione hoc fuiſſet ſcriptum: niſi impetretur hoc reſcriptum perinde valere, in forma Rationi congruit, ſuper dicta ſupplicatione.

*Doctoratus nõ dicitur qui in alterio tameu eſt.*

42 Vel dixerim me doctorem, vel baccalaureum in vtroque, & ſim doctor in altero, hoc reſcripto opus eſt. Idẽ ſi dixero me doctorem iurium: quia ius canonicũ & ciuile dicuntur iura: ideo factus doctor in altero, non poteſt ſe dicere doctorem iurium. Barb. in c. clerici. de iud. ſcripſi in 5. q tract. nomina. vnde hoc reſcriptũ impetrari poterit, vt perinde valeat impetratio, ac ſi fuiſſem doctor vtriuſque iuris.

*Bulla tranſcribenda ſi derogatio fuerit omiſſa.*

43 Idem etiam vidi impetrari, ſi in bulla non erat derogatum reg. cancel. de 20 diebus, & in ſupplicatione ſic: vt hoc reſcripto vtamur. vt perinde valeat, ac ſi expreſſe derogatio facta fuiſſet. vel tranſcribatur bulla, vt ſupra dixi; & hoc eſt melius & vtilius.

*Verus impetrãs præfertur ei qui impetrat perinde valere.*

44 Ad hæc ſi concurrant verus impetrãs, & impetrans perinde valere, præferri debet uerus impetrans: quia veritas opinioni præfertur. l. filio quem pater. ff. de libe. & poſthu l. ſi pater §. quoties. ff. de manumiſſ. vincta. §. ſi quis rem. de lega. in inſt. & uerus ſponſus præfertur ficto. c. ſraternitatis. de frigidis, & cauſſa naturali ac euidenti.

cidentali l.qui habet.ff.de tutel.c.præsenti.§.idem de præb.in 6. sic consuluit Domi.Gemi.cons 138. an si quis.col. vlt. & Cassador.decis.6.de concess.præb.

*In perinde valere, illa sunt exprimenda, quæ in prima gratia.*

45 Præterea ista gratia perinde valere, dicitur subreptitia, nisi sint expressa illa omnia, quæ in prima gratia exprimenda forent, per gl. in ver. præferri in c.si Apostolicæ.de præb.in 6.quia vim nouæ prouisionis habet, licet illam contineat teste Aegid.Bellamer. decis.635 supposita, sic consuluit Dom Geminia.d.cons. 128 factum tale, in secundo dubio: quia confirmario actus præcedentis regitur ex primo actu, & requirit illam solemnitatem, quam actus præcedens.d. l. bonorum. ff. rem rat.habe, & l.1.C. qui admitti. gl. in c.quamuis.de rescript.in 6.

*Appellare & adhærere appellationi q̃ sit liberum.*

46 Sicut quis debet intra decem dies appellare, ita intra illud tempus ratificare appellationem, ab alio suo nomine emissam, vel illi adhærere.glo.in c.vt circa.in verb. adhærentes. de elect. in 6. & augmentum, siue additamentum hisdem regi debet legibus, quibus res cui adiicitur: nam quod pignori adijcitur, pignus est.l. si conuenerit 2.§.1.ff.de pignor.actio.Io. Monach.in c.quamquam, de elect.in 6.c. si.de concess.præben.ibidem.c. quæ circa. de priui.Bart in d.l si conuenerit. & abun de Albert.Brun.in tract.de augmento, in 9 conclus.

*Beneficia in p inde valere, an sint exprimenda.*

47 Limita quando in prima prouisione expressissem beneficia quæ habebam, tũc non teneor in rescripto perinde valere, exprimere: quia postquàm in prima prouisione Papa approbauit pluralitatem, nõ est opus alia approbatione, vt dicit Aegi. Bellamera decis.635. suppostra, vide glo. in c.si Apostolicæ.de præb & prob.in additio.ad Io.Monach.in c.si.nu.16.de consuetud.licet quidam contrarium dicant.

48 Ego has diuersas sententias sic conciliarem, quòd beneficiorum, quæ iam habeo ex iusta dispensatione, de quibus nõ est quæstio in hoc rescripto perinde valere, non teneor mentionem facere, postquam sunt expressa in primo rescripto: secus de aliis, quæ ad rescripti validitatem tendũt. Et ita intelligi potest opinio contraria: & tutius est quòd omnia exprimãtur, sicut in prima prouisione, vt scribit Fel.in c.in nostra.de rescript. & sequitur Ioan.de Selua in tract de benef.in 3 par. q.12.vers. octaua qualitas.

49 Vbi dicit, in omnibus literis, per quas ius antiquum augetur, vel per quas conseruatur, debet fieri mentio beneficiorum.allegat Roma.cons.383. in proposito.facit clem.1. de præb. quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur c.nihil.7 q.1.

*Ex signatura perinde valere capi an possit possessio.*

50 Ad hæc in ista patria potest quis capere possessionem ex sola signatura gratiæ simplicis, vel nouæ prouisionis, tamé si literæ gratiæ de perinde valere, non sunt confectæ, non asserunt commodum ex sola supplicatione, vt consuluit Dom. cons.128.factum.col.3.

51 Et vbi non potest capi possessio ex prima signatura, nec ex hac enim talis solennitas requiritur in ratificatione, qualis in primo actu.l.nuptiæ inter.ff.de ritu nup. & l.si vt proponis.C.de nup. sic Roman. cons 22.viso facto, in fi. asserit.

*Possessione adeptus ex prima gratia inualida non tenetur aliã apprehendere.*

52 Item si quis adeptus fuerit possessionem ex prima prouisione licet inualida, nõ debet iterum eam ex valido titulo capere, videlicet ex hoc rescripto perinde valere: quia possessio etiã ex inualido titulo potest adipisci.l.1.§ si vir.ff.de acquiren.poss. vt no.in fi.c.vt lite penden.in 6. scripsi in tract. de pacifi. possessor. in 16. limitat. & in 8. declarantes. in verbo successores.de manda. Apostol. in concord. Et opus est in hoc rescripto exprimere, tam primam prouisionem, quàm alia, necnon possessionem, vt perinde valeant, ac si, &c.

*Professio ante tẽpus facta confirmatur ex perinde valere*

53 Item si quis fecerit professionem ante decimum quartũ annum, illa professio non valet, si demum conferatur ei beneficiũ a Papa, solet in fine bullæ dari indultum quod professio per eum facta a data præsentium valeat, plenamq. roboris firmitatem obtineat, & sibi suffragetur, etiã perinde ac si tempore statuto per eundem N. facta extitisset, dando dispensationem super ætate, & indultum circa professionem in forma perinde valere. dicendo, Nos cum eodem N. vt prioratũ prædictum recipere, & retinere, libere & licite valeat, quodq. professio per te facta a die datę præsentiũ valeat, plenumq. robur, &c. vt supra, defectu prædicto, ac Lateranen. concilij. &c. dispensamus, tibiq. indulgemus, &c.

*Naturalis defectus vt furor nõ supplẽtur ex perinde valere.*

54 Item ex hoc rescripto perinde valere suppletur is defectus, qui potest iure suppleri, l.quia.ff.de præscript.verb. oratio, de sponsal.c.1.in prin. de sacra vnctio. c. 2.de instit. sed non alius, vnde naturalis

non ſuppletur defectus : ideo ſi furioſus impetraret beneficium, illius impetratio non valet, ſi poſtea cõcedatur reſcriptum perinde valere,ac ſi fuiſſet ſapiens,nõ valebit,etiam iſtud reſcriptum:quia non eſt in poteſtate Papæ furioſum ſapientem facere,ſed Dei tantum,l.furioſum,vbi doc. C.qui teſta. facere poſſunt, facit pulcher text.in l.confeſſionibus. ff. de interroga. act. §.1.ibi. quia falſæ confeſſiones naturalibus conuenire debent.

55 Etiam non valet reſcriptum concedens pupillo teſtandi facultatem,ſi proximus infantiæ ſit. glo. Bart. & Iaſ.in l.pen. C.de precib. Imperator.offeren.per l.fin. C.de teſtam milit. etiam ad pias cauſas, & pro anima,etiã ſi eſſet doli capax. Bar. & alij in repet.l.1.in 2.q.1.quæſtio C.de ſumma Trinita.

*Vt ſignatura valeat non impetratur perinde valere.*

56 Etiam ſi adiecta ſit clauſula ex certa ſcientia,& plenitudine poteſtatis:quia hęc plenitudo non ſe extendit ad defectus naturales,teſte Innocen. in cap. ſciſcitatus, de reſcript. Bald.in l.Barbarius col.12.ff. de offi.prætor.vt refert Iaſ in l.reſcripta. in fi.C.de precib.Impera.offerend.

57 Inſuper hæc gratia perinde valere nõ datur ſuper ſignatura, ſed ſuper literis expeditis in literis de perinde valere narrãdis: quia ſola ſupplicatio etiam ſignatã dicitur res informis, & imperfecta ante literarũ confectionem.de Rota deci.458. circa.[in no.ſub tit.de conceſ.præb.deciſ. 20.] & Sraphil.in tract. de literis gratiæ. rub.de literis iuſtitiæ. verſ. quãdo aliquis petit gratiam.

58 Et quia ſignatura habet regulariter hanc clauſul.perinde valere ideo nõ poſſet dari aliud reſcriptũ,vt perinde valeat ſignatura, ac ſi bulla eſſet, ſed ſi quis videat ſibi vtilius fore reſcriptũ perinde valere,quã nouam prouiſionem,licet ſignatura ſit pro prima prouiſione : tamen poterit reſcriptũ perinde valere ex ſignatura confici, & hoc eſt practicis notiſſimũ : vel vtraq; prouiſio expediri eam poterit.

59 Et quando ponitur illa clauſula generalis,vt perinde in omnibus,& per omnia acta & geſta valeant, ac ſi de his expreſſa mentio facta fuiſſet; tunc hoc valebit,per text. in l. 2. §.furioſus. ff.de iure codicil. nã papa poteſt fingere expreſſum, quod in primis nõ eſt expreſſum literis:vt not. Ant.Butri.conſi.2. refert Pau.Pariſ.conſ. 44.pro do.Hieron.col.2. in 4.volu.

60 Limitatur gratia contrarietatis vitandæ,nam non quo ad omnia erit idem, vt Bart.dicit in extraua.ad reprimendum, in verb. perinde in extrauag. quo in læſæ maieſt.crimi.procedatur.& glo.in l.ſacrilegij.1.ff ad leg.Iul. pecul. ait q vbi contrarietas non reſultaret, perinde eſt quo ad omnia;& veritas,& fictio valet quo ad tps,modum,& quo ad cęteras qualitates.

*Trãſcribere bullam qñ opus ſit, vel gratiã perinde valere impetrare.*

61 Interdum concedit papa collationẽ beneficij talis curati,etiã ſi ſit parrochialis eccleſia, & hoc in ſignatura eſt expreſſum, in bulla vero non, quid ſit tunc faciendum ? Reſpon non eſt opus reſcripto perinde valere. ſed tranſcribere bullam oporter,in qua illud addetur, quod fuerat in ſignatura expreſſum ſed aliud non addetur,nec mutabitur. ſed tantum deſcribetur cum illa qualitate.

62 Et hoc ſuis impenſis tenetur menſularius facere,cum ad eum ſpectet veras & integras præſtare bullas. & edere non videtur,qui totam non edidit, l.1.in fi. ff.de edendo. & ſic vidi condemnari menſularium ſeu Bancquerium, vt ſupra dixi in noua prouiſioue.

*Percepţio fructuũ perinde valere exprimenda.*

63 Item quando minori eſt prouiſum de beneficio,vel patienti defectum natalij, & non eſt expreſſum in impetratione,nulla erit impetratio. ideo impetrari poterit per hoc reſcriptũ perinde valere,vt dictũ fuit.ſed ſi iam perceptio fructuũ facta ſit, non valebit prouiſio iſta perinde valere, niſi quoq; ſit expreſſa fructuũ perceptio.

64 Quia ex ipſa perceptione reſultat inhabilitas,quę annullat gratiam iſtam perinde valere, & aliam, & ſi Papa ſciuiſſet iſtum inhabilem,ei non cõceſſiſſet.vt patet in deciſ. Rotæ, ideo oportebat iſtum habilitare, ſecus ſi nullos percepiſſet fructus, vel conuerſi ſint in eccleſiæ vtilitatem, tunc enim nulla eſt inhabilitas.vt infra dicam in diſpen.materia.

*Dicẽs ſe familiarem vel nepotem cardinalis qui non eſt, quomodo ſibi prouidere debeat.*

65 Si tamen in ſupplicatione fuerit habita mentio fructuum, licet in bullã nulla fiat rehabilitatio, tñ valebit gratia. quia ſcientia Papæ cum prouiſione videtur habilem facere impetrantem. l.quidam. ff. de re iudic. & l. Barbarius. de offi.prætor.

66 Ad hæc ſi quis, vt gratis expediretur bulla,dixerit in ea ſe familiarem Cardi. aut nepotem,cum non ſit,nulla eſt impetratio. & impetrans eſt ipſo iure excõiecatus, ſecundum decretum Innoc. & Alex. & carere debet conceſſione,vt ibidem. & hoc docet Petr.Pau.Pariſ.conſ.77.in cauſa.col.2.in 4.vol.

Ideo

67 Ideo si velit impetrare literas perinde valere, oportet quòd hoc exprimat, & soluat pro prima gratia, & quòd absoluatur: & postea dabitur ei hæc gratia, si non sit alius, cui præiudicetur: vt scilicet perinde valeat, ac si non se dixisset familiarē Cardi. & sic tantum solet taxari perinde valere in hoc casu quantum prima gratia quam gratis eo prætextu habuerat. & hoc factum est, vt obuietur fraudibus, & malitijs hominum. l. in fundo. ff. de rei vendi. c. sedes. de rescript.

*Rescribenda bulla qñ sit, vel gratia p inde valere impetrāda*

68 Vltimò si quis impetrauerit parrochialem ecclesiam iniustè per alium detē tam, cum clausula quod possit exprimi, si sit beneficium simplex: expeditæ fuerunt bullæ super parrochiali occupata, & diu litigatū: nunc apparet eam nō esse parrochialem, sed simplex beneficium, quomodo prouīdebitur? Respon. Quidam per rescriptum si neutri, vel si alteri, dicunt.

69 Sed puto tutius & melius esse, vt impetretur hoc rescriptū perinde valere, ac si simplex beneficium in bulla expressum fuisset, vel q̄ transcribatur bulla iuxta formā signaturæ, vt supra dixi: hoc tñ rescriptum perinde valere, esset tutius post litem inchoatam, quidam asserunt: sed ego bullam transcribendam consulerem, alia, quæ tangunt huius gratiæ materiam, per prædicta paruo negotio intelligi poterūt: ideo nis contentus nunc ero, de his Deo agens gratias perpetuas.

*De Subrogationibus.*

*Subrogatio quid.*

SVbrogatio † quantum ad istam materiā attinet, nihil aliud est quàm in locum alterius litigantis suffectio, seu subiectio: l. proponebatur. ff. de iudic. vnde per rescriptum subrogationis quis in beneficium, seu ius beneficij collitigantis sufficitur, seu subrogari mandatur. c. 1. & 2. vt lite penden. in 6. & sic conseruatur beneficium.

*Subrogatio duobus modis fiebat.*

2 Et duobus modis subrogatio fiebat: nam aut Papa subrogari mandabat, aut ipse subrogat. Papa interdum mādabat Episcopo, vel alteri, quod si constaret talem mortuum, & litigasset cum impetrante: ob id subroget impetrantem auctoritate Apostolica in oē ius, quod defuncto cōpetebat, seu cōpetere poterat, sibiq; dictum ius conferas, & de eo prouideas, decernēs irritum &c. de hac loquitur Cassador. decis. 1. rub. vt lite penden.

3 Verum quia Papa interdū alteri hoc ius postea conferebat illius concessionis immemor, & ob hoc lites erant immortales, ideo hodie Papa ipse subrogat, & confert ius, quod defunctus habebat: vt inferius apparebit. & probatur in d. c. fi. vt lite penden. in 6.

*Morte aut resignatione subrogatio fit.*

4 Duobus etiam potissime modis fit hodie subrogatio, primo aut per mortē, aut per resignationem, per tex. in fi. 1. vt lite pen. in 6. ibi, mori, aut suo iuri renūciare, & c. 2. ibidem. per mortē aūt si collitigās moriatur, tunc ne nouus aduersarius subrogetur, Papa facile subrogat collitigantem. Et is præfertur alijs, si intra mensem subrogationem petat: vt est in regul. Cancell. 27 quam statim subijciam.

5 Fit etiam subrogatio per cessionem alterius collitigantis, & ista etiā quotidie fieri solet, & aliquando fit in fauorem collitigantis: & tunc non derogatur huic regulæ de subrogandis collitigantibus: nec eius fit mentio, quia iuxta eam fit: si vero in tertij fauorem resignatio fiat lite pendente, tunc derogatur huic regulæ, & additur clausula in supplicatione, dummodo non cedat in potentiorem, & quatenus sit vera lis. Gomes. in princ. reg. 1. q.

*Subrogatio pro non litigante essiam fit.*

6 Et quamuis regulariter inter collitigantes detur subrogatio, Alex. tamen sextus statuit in suis regu. rub. de subroga da ri ēt pro non collitigante cū derogatione regulæ, vel absq; derogatione, quando collitigans extra curiam decessit.

7 Si vero apud sedē non, nisi elapso tēpore duorum vel trium mensium, & si appareat de negligentia collitigātis: & si primus subrogatus habeat ius cedentis & cō sensum, & demum ipse resignauerit, non est necesse quòd secundus subrogatus habeat nouum consensum: nam postquam in prima subrogatione iam præstitus non requiritur alius: nā actus intelligitur de primo. l. boues § hoc sermone. ff. de verborum significatione.

8 Interdum petitur subrogatio in ius collitigantis qui violauit sequestrū, iuxta clem. vnam, de sequestra possess & nisi fiat expressa mentio non valebit subrogatio: vt ibidem dicitur.

*Requisita i subrogatione.*

9 Notandum est, quòd hoc subrogationis rescriptum solet regulariter concipi, sicut noua prouisio: vbi sequentia interuenire solent. Primò post salutationem Papa narrat processum, & causæ statum inter partes, & corā quibus iudicibus, ac

obitum, aut cessionem alterius ex collitigantibus: alioqui non valeret subrogatio non facta litis mentione. capi. inter. de re iudica Do de Rota decis. 274. licet, in nouis, [sub tit. de præb. decis. 18.] vbi limitant. & vide eos decis. 310. si reus, ibidem [sub ti. de rescri. decis. 25.] Et solet inchoari narratio huius rescripti regulariter: Orta inter dilectos &c & solet subreptio hãc vitiare gratiã: vt expressè consuluit Petr. Paris. consi. 49. ad primum. col. pen. nu. 33 in 4. vol.

*Subreptio viciat subrogationem.*

10 Secundo Papa, ne nouus aduersarius subrogetur, cupit prouidere isti impetranti, quod exprimit in ca. 2. vt lite penden. in 6. ibi, ne propter nouos aduersarios, qui malitiosè petitoribus interdum subrogantur, litigia in ecclesiarum dispendium prorogari contingat.

11 Et sic quando collitigans renunciat, requiritur derogatio regulæ: secus si tertius non citatus resignet: quia tunc nõ requiritur aliqua derogatio, cum non sit collitigans: nec impetratur ius litigiosum, tamen si is qui impetrauerit commissionẽ cedat, is dicitur collitigans, quia iam cõmissum est negotium: vt est decisum in c. fi. vt lite pend. in 6. doctor. in Clemen. finali, eodem titulo.

*Derogatio regulæ fit qñ renunciat collitigans, secus si tertius.*

12 Tertio Papa pro expresso habet causæ statũ, si enim pars abundè non expresserat processum, & causæ statum, rescriptum annullabatur. Ob id prouidet Papa habendo pro expresso: de qua clausu. plenè scripsi in forma mand. in verb. pro expressis habentes, in Concord. & superius in signatura, & bulla nouæ prouisionis.

13 Quarto Papa subrogat impetrantem in omne ius, quod competebat Titio tempore obitus, vbi cessionis: & quamuis pro hibeatur in c. 2 vt lite pend. in 6. ne in ius petitoris quis subrogetur, sed in ius defensoris sic. Tñ hodie p consuetudinẽ derogatũ est illi tex. Nẽpè mortuo petitore, vel reo, statim cõfertur ius illius, ẽt ab ordinario: & postea subrogatur is in locũ & instãtiã alteri⁹ defuncti: vt inferius dicetur.

*Subrogatur hodie etiã quis in ius petitoris.*

14 Quinto limitat Papa, si quod ius eidẽ tempore sui obitus, vel cessionis in prædicta ecclesia quomodolibet competebat, seu competere poterat: nam Papa nõ confert ius de nouo illi subrogato, sed illud demum ius quod competebat cedenti, vel quondam Titio.

*Subrogatus nouo titulo nõ iuuatur sed iure ĩm cedẽtis, nisi in duob. casibus.*

15 Nec poterit subrogatus iuuari nouo titulo ratione huiusmodi rescripti subrogationis: quia Papa non intendit conferre per istam clausulam, si alius, ius nõ obtinebat, & ex intentione Papæ ius metimur. capi. ad aures, & c. mandatum, de re scrip. [quia non intendit ius alterius tollere, & iuri illius præiudicare. c. quamuis. de rescript. in 6.]

16 Vnde solent pragmatici Roma. dicere in subrogatione pro tertio non supplere titulum, nec modum vacandi. per quẽ fuit prouisum illi, in cuius ius fit subrogatio: nisi in signatura dicatur, quòd supleri possit, & quãdo Cardinalis proprio motu subrogatur: quo etiam casu in fauorem eius hoc suppleri poterit de stylo curiæ Romanæ.

17 Sexto addit etiam, si ipsa ecclesia generaliter vel specialiter dispositioni sedis Apostolicæ reseruata sit, vel eius collatio iuxta Lateranen. statuta concilij apud sedem eandem deuoluta existat, auctoritate Apostolica subrogamus. Et sic Papa intendit plenè subrogare, etiam non obstãte quacunq; reseruatione speciali, vel generali: & subrogatus debet gaudere eodẽ iure, quo alius eius autor gaudebat: vt docet Pau. Paris. consi. 47. videtur, col. 2. nu. 14. in 4. vol. post do. de Rota decis. 411. si lite pendente, in nouis. Bertran. consi. 73. legatus, in 1. vol. ex ncua editione.

*Subrogatio fit nõ obstante reseruatione.*

18 Septimo confert ius adhuc sic dicens, dictumque ius tibi conferimus, & de illo etiam prouidemus. Sic Papa confert ius cedentis vel decedentis, nõ tamen de nouo, vt dixi: quod ꝓbatur ibi dictumq; ius tibi conferimus, ergo non ius nouum, sed ius dictũ scilicet subrogationis. Et de illo iure prouidemus, non de alio nouo iure: ideo bonum esset addere clausulam, & de nouo, si opus sit, etiam prouidemus, quæ vix obtineri potest, sed tunc prodesset etiam ad nouum ius.

*Subrogatio qñ ad nouũ ius prosit.*

19 Vnde in subrogatione faciẽda est mẽtio de vitiosa possessione sui autoris, alioqui non valet subrogatio, teste Calder. cõsil. 11 & 13. rub. de rescr. vt refert & sequitur Pau. Paris. consi. 47. videtur, in fi. vo. 4.

*Possessio vitiosa debet ex primi & beneficia in subrogatione.*

20 Etiam in subrogatione à Papa debet fieri mentio de beneficijs obtentis; quia hæc subrogatio hẽt vim collationis: vt fir mãt do. de Rota dec. 274. licet in subrogatione, in no. Philip. Peru. in d. c. fi. in 2 no.

*Subrogatus in eo statu recipitur, quo erat processus.*

21 Octauo decernit Papa impetrantem in eodem statu ad causæ prosecutionem recipiendum, in quo deberet admitti resignãs, aut alter si vniret. Vnde sic solet Papa scri-

pa ſcribere, Decernentes te ad huiuſmodi iuris proſecutionem admittendum fore in eo ſtatu, in quo dictus N. ſi viueret, poſſet, & deberet admitti. quod probatur, in d.c. 2. in fi. ibi in illo ſtatu, quo ipſam inuenerint decernimus admittendum.

22 Et hoc facit Papa, quo lites citius terminentur: ideo ſi erat concluſum & renũciatum in cauſſa, non debet recipi ſubrogatus: vt docent Anchar. Gemin. & Peru. in d.c. 2.

23 Ego tamen etiam vidi recipi in poſſeſſorio antequam ſententia ſit prolata: & facit tex. in Clem. 2 §. porrò, de elect. vbi Cardinales intrantes conclaue poſt Papæ electionem inchoatam debent recipi in eo ſtatu, in quo inueniunt cauſam electionis, ante tamen concluſam electionẽ maxime in materia beneficiaria, in qua ſententia non tranſit in rem iudicatam, glo. & doct. in c. 1. de conceſſ. præb.

24 Nonò Papa decernit irritum & inane, quicquid in contrarium contigerit attentari. De hac clauſula ſcripſi in rubrica de firma & irreuoc. concor. ſtabili. in concord. vide Dom. de Rota, deci. 411. in no. [ſub tit. vt lite pend. deciſ. 5.] & ſic collitigans præfertur non ſolum primo impetranti, verum etiam alijs, cum derogatione Regu. niſi ſecundus impetrans hoc expreſſerit: vt docet Gomeſ q. 17.

25 Decimò Papa tollit ſubſtantia, & iſta ſunt, quæ cõiter in ſubrogationis reſcripto ſolent inferi, per quæ facilè, bone lector, cognoſcere poteris reſcriptũ hoc an valeat, necne. Alia ſcripſi ſuperius in bulla, & alias quoſdam clauſulas ſubijciam inferius proſequens reg. Cancell.

*Subrogatus poſſeſſionẽ accipere debet, ſi ipſe non ſit.*

26 Vndecimò aduertendum eſt, quòd licet ſubrogatus per Papam in oẽ ius, quod qũlibet competebat defuncto, acquirat et poſſeſſionem, quia poſſeſſio quæſita & apprehenſa eſt iuris, per l. ſi quis ad ſe fundum, ibi poſſeſſionis iura reparentur, C. ad legem Iul. de vi public. & ibi ponderat Bal. & Do. de Rot. deciſ. 64. ſubrogatus in nouis, [ſub tit. vt lite penden. deciſ. 5.] & probat Fel. in rub. de reſcri. col. 3. nu. 6.

27 Tamen hoc nõ probaré, quia poſſeſſio ẽt apprehenſa nõ continuatur, per l. cum hæredes, ff. de acq. poſſ. quia eſt facti, l. denique, ff. ex quib. cauſ. maior. nec obeſt illa l. ſi quis ad ſe fundum: nam debet intelligi, amiſſæ poſſeſſionis iura reparentur, id eſt illa, quæ ſunt propria poſſeſſionis reparari debent ſpoliata, vtpote fructus. & alia iura, quę ex poſſeſſione proueniũt: quæ not. in rubri. de cauſ. poſ. & in §. cõmodum, de interd. ſub §. retinendæ, & ſic nil probat: ideo ſubrogatus in ius defuncti neceſſe habet accipere poſſeſſionem ſi eam non habeat & ipſe ex alio titulo non ſit eam adeptus.

*Praxis Franciæ quo ad ſubrogationes.*

28 Etiam in hoc Franciæ regno praxis eſt, vt poſtquam aliquis ſubrogatus fuerit in ius alicuius à Papa, is accipiat poſſeſſionem in vim ſubrogationis Papę, & poſtea impetret literas Regias, quibus petat ſubrogari in ius & poſſeſſionem, & inſtantiã mortui: quod eſt verum, ſi ipſe non erat in poſſeſſione: nam tunc alia non eſt accipienda poſſeſſio, [ſed fit ſubrogatio in poſſeſſionem demortui, & ſic duo ſunt caſus. Primus eſt, quando is qui petit ſubrogari erat in proceſſu cum poſſeſſione accepta, non tenetur nouam poſſeſſionem accipere, ex parte eius, in cuius locum ſubrogatur, ſed ſua poſſeſſio iam accepta illi proderit. Secundus caſus eſt, ſi tertius, qui nõ erat in lite, petat ſubrogari in ius alterius, opus eſt vt apprehendat poſſeſſionẽ quæ ex facti: & ſic non commutatur, d.l. denique. & ſic conciliantur ſententiæ contrariæ.]

*Subrogatio eſt odioſa.*

29 Duodecimò ſubrogatio dicitur odioſa, ideo nec facilè concedenda: c. fi. vt lite pen. in 6. vnde ſi moriatur alter collitigãs non debet beneficium litigioſum alteri conferri, nec de iſto prouideri, d.c. fi. Domi. de Rota deci. 308. nota quod ſecundũ, [ſub ti. de electione, deciſ. 4.] & dec. 429 nota nunquid, in antiq. [ſub tit. de reſtit. ſpoliator. deciſ. 17.] & Pau. Pariſ. conſ. 47. videtur, in fi vol. 4. quod verum putarem quoad tertium, vt ſubrogetur, ſecus quo ad litigantem.

30 Quæ iura tamen hodie in hoc non ſeruãtur regno: nam ſiue actor, ſiue reus moriatur, ſtatim beneficium confertur alteri per ordinarium, vel per Papam: & ſic lis protelatur p̃ nouos aduerſarios: & is ſubrogatus poteſt dare obiectus contra alterum collitigantem: licet Rota teneat contra in tit. vt lite penden. deciſ. 1. [Bernar. de Biſigneto.]

*Beneficium an dicatur litigioſũ ſi lis ſit ſuper poſſeſſione.*

31 Sed dicunt beneficium non eſſe litigioſum, quando de eo agitur ſuper poſſeſſione. Et ita concluſit maior pars, dom. de Rota vt refert Caſſado. in deciſ. 4. tub. vt lite penden. & vide deciſionem ſeq. quando neglecta eſt lis, quòd ordinarius conferre poterit.

32 Ego tamen putarem non valere Papæ collationem, nec ſubrogationem, niſi fieret mentio litis, etiam motæ ſuper poſſeſſorio tantum: quia hoc eſt quod forte retraxiſſet papam a concedendo, vel non tam de facili, ſi hoc expreſſiſſet: ideo hoc quoque exprimi debet. c. paſtorali. in fin. de reſcript. licet do. Philip. Probus teneat contra in additio. ad Io. Monach. in cap. præſenti. de offi. lega. & vide quæ ſcripſi in tract. de pacifi. poſſeſſor. nu. 166. vbi reſpon. his qui contrarium tenent.

*Litigans an poſſit permutare.*

33 Decimotertio ſi lite pendente ſuper beneficio reus permutet eum alio: & interim moriatur: huiuſmodi permutatio reuocabitur per viam attentati, etiam contra illum ſuperſtitem, eo tamen vocato. de Rota deciſ. 56. ſi lite, in no. [ſub tit. vt lite penden. deciſ. 3.] allegant not. per In. in c. cum M. de conſt. vide eos deciſ. 411. ſi lite, in nouis. [ſub tit. pend. deciſ. 10.] & deciſ. 400. nota ſi lite. in antiq [ſub tit. vt lite pend. deciſ 3.] & deciſ. 43. nota nunquid, in antiq. [ſub tit. de renuncia. deciſ. 1.] & deciſ. 4. de reſtit. ſpol. [Bernard. de Biſigneto.]

34 Ego tamen vidi ſeruari contrarium in forenſi iudicio: nã liberum eſt litiganti permutare ſuum beneficium cum iure, quod alius habet, & is ſubrogatur in locum ſui autoris, dummodo ſubrogatus non ſit in fraudem vel potentior. Et ita ſeruatur: & ſi appareat litigãtem in fraudem feciſſe permutationem, vel ceſſionem, cõdemnari debet ad expenſas. & ad multam, ſi opus ſit.

*Subrogatus procuratorẽ de nouo conſtituere debet.*

35 Decimoquarto ſubrogatus debet de nouo conſtituere procuratorem, vel hunc eundem quem cõſtituerat eius autor, vel alium. Aliàs ſi procurator cõſtitutus per quondam Titium continuet proceſſum ſubrogari ſine nouo mandato, nõ valebit proceſſus, quia lis erat finita, quo ad eũ, quæ non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. c. quia V. de iudic. vbi doct. & do. de Rota, deciſ. 171. Si A. conſtituat, in not. [ſub tit. de procur. deciſ. 13.]

36 Maxime quia mandatum procuratoris eſt ſtricte interpretandum, nec extenditur ad perſonam, vel cauſſam non expreſſam. c. qui ad agendum. de procur. in 6. & mutata perſona, mutata eſt cauſa. l. nulla. C. de procur. c. cum ſuper. de re iudic. Guido papæ in deciſ. Delphin. q. 86. procurator.

37 Poterit tamen iſte ſubrogatus continuare cauſſam cũ procuratore collitigantis ſuperſtitis, quia adhuc cauſa pendet: & ille procurator ad totam cauſam conſtitutus cenſetur: & ſi viueret Titius procurator, teneretur cum eo continuare, ergo & cum iſto. Et ſic fuit cõcluſum in Rota deciſ. 440. ſi agens in no. & Fel. in d. c. quia V. col. vlt. Intimatio tamen domino fieri debet, & terminus illi dari ad opponendum contra ſubrogationem: vel terminus debet concedi procuratori ſuperſtitis ad conſulendum dominum, ſi petat, per c. dilectus, de procur. Peruſ. c. vlt. no. fi. vt lit. penden. in 6.

38 Decimoquinto mortuo vno ex collitigantibus petitio dirigi poteſt cõtra intereſſe putantes. d. c. fi. & hoc probat Aegid. in deciſ. 156. mortuo. quem ſequitur Caſſador. deciſ. 6 rub. vt lite pen. per tex. in c. fi. de elect. in 6.

39 In hoc regno mortuo actore vel reo litigante ſuperſtes petit quando poſſeſſorio agitur, manum regiam leuari: & vulgo dicunt, *la main leuee*, quæ ſolet illi concedi, requiſitis tamen decem, quæ ſcripſi in tract. de ſenten. executor. artic. primo glo. 4.

*Subrogatus in ius recredentiarij iuuari illius ſententia debet.*

40 Decimoſexto ſubrogatus in ius alterius poteſt petere ſententiam ſui prædeceſſoris recredentiæ, vel aliam executioni mandari in ſuam vtilitatem. per l. cum quaſi. in prin. ff. de fideicom. libert. & ibi Boer in addi. ad Bened. de plumbi. & Bal. ac Iacob. in l. vna. §. 1. in fi. C. de caduc. tollen. & pronunciabitur iſtum ſubrogatum debere gaudere ſententia in vtilitatem reſignantis vel prædeceſſoris lata, non quod detur alia recredentia.

*Subrogatus non poteſt nouum iudicium inchoare.*

41 Decimoſeptimo ſubrogatus in locum alterius non poteſt nouum iudicium poſſeſſoriũ inchoare, ſed tenebitur per viam ſubrogationis petere ſe ſubrogari coram eo iudice, coram quo lis pendet, ne diuerſa ſequantur iudicia, & contrariæ ſententiæ. l. nulli. C. de iud. Sic pronunciauit Pariſ. Senatus anno 1525. die 2. Maij.

*Duo in locum vnius an ſubrogari poſſint Areſtũ.*

42 Decimooctauo licet quidã fuerit in locum alterius ſubrogatus, tamẽ alter in eiuſdem locũ ſe ſubrogari petere poteſt: quia primus forte eſt inhabilis, vel nullũ habet titulum, ob id non impedietur ſecundus. Ita cenſuis Senatus pro domino Adriano Gemoly doctore Theologo contra Ioannem Hays ſubrogatũ, an. 1526. die 9. Februa. & anno 1527. die 17. Martij pro quodam alio.

43 Deci-

*Inhabilis nõ notorius debet subrogari. Arestũ.*

43 Decimonono postquam papa subrogauit aliquem, & eidem ius defuncti contulit, si is petat coram iudice laico subrogari in possessionem defuncti, & instantiã non poterit prohiberi, etiam si allegetur vitium personæ non notorium, quod postea probabitur in processu: vt censuit Senatus anno 1514. & condemnabitur [opponens subrogationi faciendæ ad expensas, damna, & interesse] ideo non debet quis insistere, ne quis subrogetur, si vitium non sit notorium.

*Subrogatur quis in locum alterius partis q̃ impugnauit.*

44 Vigesimo interdum vidi subrogari in locum illius possessoris, quem pars dixerat nullum ius habere, sed forte ab initio processus, sed postea potuerat acquisisse ius etiam in subrogationibus solet narrari contra iustitiam, & contra ius se opponere, & impedire: & tamen petimus subrogationem, sed dicatur conditionaliter, in ius talis petit subrogari, si quod ius habebat: quia conditio nil ponit, & ad maiorem cautelam multiplicatur titulus. c. post elect. de concess. præb.

*Subrogatus debita prædecessoris soluere non tenetur.*

45 Vigesimoprimo subrogatus nõ tenetur soluere debita prædecessoris. c. 1. de solutio. quia ius ab eo non obtinet: & filius, qui non obtinet bona paterna a patre, sed alio iure non tenetur ad debita patris, sic nec vxor ad debita mariti, quãdo nullos habet conquestus l. 1. & 2. C. de repud. hæredit. vbi doct. Aufrer. in decis. Tholos. q. 70. doct. c. 1. de solutio. per illum textum.

*Subrogatus non restituit fructus prædecessoris nec expen. Arestũ.*

46 Vigesimosecundo non tenetur subrogatus restituere fructus, quos prædecessor percepit, quia nil iuris habet ab eo, vt docet Perus. in c. præsenti. de offic. ordin. lib. 6. & d. Prob. in c. præsenti. de offi. leg. ibidem facit l. 1. C. de adminis. tutor. Et ita visum fuit Senatui, anno 1536. in mẽse Februario.

47 Nec quidem ad expensas tenetur, nisi a die subrogationis: quia impensæ sunt personales, vt abunde scripsi in tract. de expens. in tertio Tomo ordina. regiar. & sic cẽsuit Senatus, anno 1508. die 5. Aprilis ante Pascha, facit quod not. Io. Mon. in d. c. fi. vt lit. pend. lib. 6 & in c. li tibi absenti. de præb. ibid.

*Arestũ.*

48 Limita nisi pure & simpliciter recipere processum, & rementa causæ: vt fuit decisum in hoc Senatu, anno 1516. die 7. Aprilis post Pascha, & in conuentibus iuridicis apud Picto. habitis, anno 1541. die 17. Octob. pro magistro Joan. de Fontenay contra Anto. Peletam.

49 Secundo non procedit, quando quis vellet subrogari post sententiam recredentiæ, & primi capitis posses. orij: eo enim casu non recipietur, nisi fructus, & impensas omnes pendat, & restituat, vt sancte pronunciauit Senatus, anno 1542. die 11. Maij pro magistro Aegid Duran. contra Petrum Combault: quia res transit cum suo onere. l. alienatio. ff. de contrahen. emptio. postquam igitur sententia prolata erat, onus inhærere videbatur rei, quod non est ante sententiam. *Arestũ.*

50 Ideo non recipietur volens postea prosequi processum, nisi ita restituat: & quia rem litigosam assumit, videtur vel le calumniari, ideo sic puniendus est: nisi curia dicat, quod resignans remanebit in processu pro fructibus & expensis: & tunc resignans teneretur. & hoc bonũ est petere, antequam quis petat se subrogari. *Resignãs in processu remanere debet pro fructib. & expẽ.*

51 Vigesimotertio petere subrogationẽ quis debet quando possessorio agitur intra annum, alioqui postea non recipitur, quia interdicta sunt annalia. l. 1. ff. de interdic. nec releuatur quis etiam per literas Regias post annum: vt cẽsuit Senatus Paris. pro Joan. du Drac, Canonico Carnoten. contra Iacobum de Polinhes, & quendam abbatem de Vuadzille vide textum in c. 1. & 2. de eo qui mittitur in possessio. *Subrogatio post annũ peri non potest. Arestũ.*

52 Et hic annus a die collationis & possessionis aduersarij computatur, quia non potuit petere subrogari antequam collationem haberet: hoc limitaui, quando is qui petit subrogationem possedisset, vel literas impetrasset intra annum, & eas executioni non demandasset: & in alijs casibus quos conscripsi in Concord. in §. declarantes. in gloss. succesores, ibidem quilibet videre poterit. *Annus quomodo computetur*

53 Vigesimoquarto petẽs subrogari, debet incontinenti suum exhibere titulum, per quem appareat an intra annũ veniat necne, vel vexandi aduersarij gratia: hoc petat gloss. & Doct. in c. 2. vt lic. pen. lib. 6. & ibi Gemin. vnde non solet dari dilatio isti, qui non exhibet titulum: quia in sua potestate fuit experiri: vt not. in l. inter stipulantem. §. si Stichum ff. de verb. obl. hodie datur modica dilatio. *Subrogari petens statum suũ exhibere debet titulum.*

54 Vigesimoquinto nõ requiritur quòd dominus citetur, si reliquerit procuratorem ad causam talis beneficij: si petam subrogationem in illo beneficio: sed citabitur *Procurator causæ ad subroga-*

*tionem citari posse.*

bitur procurator cauſſe, & coram eo ſubrogatio petetur. Ruſæ. in tract. Rega. in 5. priuileg. Si tamen procurator peteret dilationem ad conſulendum dominum, ei vix denegaretur.

*Subrogatus titulū ſui autoris iuſtificare tenetur.*

55 Vigeſimoſextò ſubrogatus iuſtificare tenetur titulum, & ius illius, in cuius locum ſubrogatur, quia ſuo autore plus iuris non poteſt habere teſte Aegid. Bellame. in deci. 112. ſubrogatus, & deciſ. 16. ſi petens, vnde probare debet omnia expreſſa in bulla ſui autoris, quia eodem iure vti debet cum autore, regu. cum quis in ius, de reg. iur. lib. 6.

56 Licet regulariter quis non dēat oſtendere titulum ſui prædeceſſoris, quando is fuit habitus & reputatus verus rector eccleſiæ: vt docent Panor. & alij in c. illud, de præſumpt. & Aufrer. q. 467. ſecus quādo lis fuit ſemper cum autore, & ità debet intelligi Rotæ deciſ. 109. agēti, in no. [ſub tit. de rerum permutatione, deciſ. 4.

*Vna poſſeſſio ſufficit nec eſt opus ex diuerſis titulis aliā apprehēdere.*

57 Vigeſimoſeptimò iure illius, qui mihi ceſſit pendente lite vti potero etiam ſine ſubrogatione, ſi eram prius in inſtantia & lite ante ceſſionem, nec eſt opus noua poſſeſſione: ſecus ſi non eram in lite, quia tunc & noua poſſeſſione, & ſubrogatione opus erit. Nam ſi in poſſeſſione ſim, aliam non debeo petere poſſeſſionem, licet ex pluribus cauſſis poſſidere poſſim, l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquiren. poſſeſſio. tamen vna poſſeſſio mihi ſufficit, vt ibi, & hoc iure vtimur.

*Subrogatus poſt duos annos non pōt proſequi litem deſertam. Arreſtū.*

58 Vigeſimooctauò ſubrogatus non proſequens litem in cauſa nouitatis, & ſuper poſſeſſorio motam per duos annos, poſtea eam proſequi non poterit, etiam ſi per literas Regias releuaretur, quia perempta eſt inſtantia: vt iudicauit Senatus Pariſ. anno 1528. die 14. Decēbris: quia in hac materia non ſūt litis conteſtatio: nec perpetuatur actio vſque ad 30. vel 40. annos, ſicut in petitorio, l. nam poſtea, §. ſi is qui temporali, ff. de iureiur.

*Valet ſubrogatio, ēt ſi non fuerit expreſſum an initio poſſeſſoris vel petitoris quis ſubrogetur.*

59 Nempe vtendo per annum acquiritur poſſeſſio: ita quoque per annum interdictum perditur, l. 1. ff. de interdict. & annus quo lis cœpta fuit, non computatur, quia eſt integer, ſed ſequēs: ſic faciunt no. in l. properandum, C. de iudic. & l. fina. C. vt intra certum tempus, tamen iſte ex cluſus ſi ius optimum habeat, petitorio agere non prohibetur: vt not. docto. in l. nulli, C. de iud.

60 Vigeſimononò ſubrogatio facta à Papa in ius defuncti valet, licet non fuerit expreſſum in bulla, an defunctus eſſet petitor, vel poſſeſſor, ex quo ſemper quæritur de iure defuncti, vt ſciamus de iure ſu perſtitis. cap ex parte, de arbitr. Etiam valebit ſubrogatio, licet non dicas defunctum fuiſſe poſſeſſorem: verum ſubrogatus non admittetur ad defuncti poſſeſſionem, ad quam non cenſetur ſubrogatus. Bonifac. in clementi. 1. in 9. concluſio. vt lite pendente cautius eſt tamen exprimere.

61 Vltimò hic multo plura ſcriberem de ſubrogationibus actionum, videlicet an actio ſubrogata ſapiat naturā eius, in cuius locū ſubrogatur, & alia quæ ad ius ciuile pertinent: verum quia tantum ea proſequor, quæ reſpiciunt ad materiam beneficiariam, ciuiles materias alibi ſcribam: ideo de hoc reijciam te ad Bar. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtā. liber eſſe iuſſus fuer. ad docto. in §. fuerat, de action. in Inſtitution. & in l. certi condictio, in principio. ff. ſi certum petatur. & docto. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram, de verborum obligat. l. ſi eum. ff. qui iniuriarum, ſi quis cautio.

*Regula cancellaria, De ſubrogandis collitigantibus.*

*Item dominus noſter litium ſuccindere cupiens anfractus.*

## GLOSSA PRIMA.

HAec regula abundè per Gomeſ. dotata eſt per qōnes quę inter regulas Inn. 8. eſt 27. & duæ rōnes ponūtur in initio: prima eſt vt litium anfractus ſuccidātur, qui anfractus maximi, & tanti ſunt, vt vix par aliquis quantumcunq; diues eſſe poſſit. Crede mihi, vt ſi poſſis cōponere nunquam litiges, & puto q Deus optimus maximus permittit lites, vt flagella duriſſima contra magnates, & vt torqueantur. Nam per peſtem, cum fugiant, vix torqueri poſſunt, per bellum minus: per famem nequaquā, cum ſemper habeant frumenta, ſed lites euitare vix poſſunt, quæ valde torquent, maxime quādo agitur de capite. Et quāuis lites ſint procuratoribus & aduocatis cibaria dulciſſima, tm̄ ipſis partibus ſunt valde amaræ. Et ſacerdotes cū partibus ſolent dicere, extingue flammas litium:

*Lites flagella hominum duriſſima: ideo non eſt litigandum.*

litium: ſed noſtrum erit orare Chriſtum, vt nobis pacem temporis, pacem pectoris, & pacem æternitatis concedat. Amen.

*Et ne noui collitigantibus aduerſarij dentur, prouidere voluit, ſtatuit, & ordinauit, & quoties deinceps aliquem ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio collitigantem.*

## GLOSSA SECVNDA.

SEcunda eſt ratio huius regulæ, quæ elicitur ex c.fi. vt lit. pen. in 6. vbi ſi vnus collitigans moriebatur, non poterat beneficium conferri, nec de eo per electionē, aut alias prouideri: niſi lis finita fuiſſet, & de iure defuncti apparuiſſet, capitu. 1. & 2. ididem. vbi ſunt hæc verba, ſi hi, contra quos ſuper dignitatibus, perſonatibus, val alijs eccleſiaſticis beneficijs, quæ poſſident, litigetur, lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter nouos aduerſarios, qui malitioſè interdum petitoribus ſubrogantur litigia in eccleſiarum diſpendium prorogari contingat, ſtatuimus, vt dignitates, perſonatus, vel beneficia huiuſmodi &c. hic nō requiritur finis litium, ſed impetratio collitigantis valet, ſi intra mēſem à die ceſſionis, vel obitus impetrauerit: ita quòd collitigans præfertur alteri cuicunque impetranti, dummodo impetrauerit intra menſem: & ſic omnes aliæ impetrationes factæ, etiam anteà non valebunt per prædictas rationes. Et loquitur de impetratione facta à Papa: & ſic habes hic vnum caſum mirabilē, in quo vltimus impetrās præfertur priori, contra c. ſi eo tempore, & cap. duobus, de reſcript. in 6. c. eum cui de præb. ibidē, vide alios caſus per gloſ. in c. quia ſæpe, de præben. lib. 6.

*Vltimus impetrās priori præfertur.*

*In iure vel ad ius, ſi quod forſan eius aduerſario in dicto beneficio competierit, ſubrogari conceſſerit.*

## GLOSSA TERTIA.

ET ſic habet locū hæc regula, ſiue quis ſubrogetur ad ius, ſiue in iure, dummodo is, qui obijt, acceptauerit: nam ſi nominatus antequam beneficium acceptet moriatur, vel mandatarius: non poterit alius ad ius iſtius ſubrogari, quod extinguitur per iſtius obitum: ſicut dicitur de canonicatu, in cap dilecto de præbend. c. quodam. illo titu. in 6. Ego intelligerem hanc regulam, quòd ſi collitigans intra menſem à die quo litigans ceſſit, vel deceſſit, petierit in ius defuncti, vel cedentis ſubrogari, quòd omnibus præferatur, etiam ſi alij impetrantes fuerint in data priores, ne noui aduerſarij collitigantibus dentur; & impetrationes aliorū nullius ſint momenti, dummodo intra menſem collitigans impetrauerit, quod ſi poſtea, nō & idem vult dicere hoc tex. dū dicit, in iure vel ad ius: quia ius ad rem nō pōt impetrari, cum extinguatur per mortem. c. fi. de concceſſ. præb. Bonif. in cle. 1. in 3. conclu. vt lite pendente. Non tamen eſt abſurdum quem ſubrogari ad ius mortui, vtpote ſi mandatarius poſt beneficiū vacans acceptatum moriatur: ad illud. n. ius quis poterit ſubrogari, quia non eſt ſimplex ius ad rem, ſed eſt iam radicatū in perſona morientis: & hoc docet hic Gomeſ. q. 6.

*Colligans intra menſem ſubrogationem petere debet.*

*Ius in re vel ad rem.*

Et poteſt quis ēt lite pendente cedere. c. per tuas. 1. in fi. de ſimon. ſic & appellatione pendente, tamē ſi poſtea pronuncietur bene iudicatum, reuocatur illa renunciatio tanquā attentatum. gl. in ver. interponi. rub. de cauſ. in Pragmatic. ſanction. doct. in l, quæ à latronibus. §. fi de teſtam.

*Dummodo præfatos collitigans in dicto beneficio intruſus non fuerit.*

## GLOSSA QVARTA.

DVobus† modis poteſt iſte tex. intelligi. primo & impetrans collitigans intra præfatum menſem omnibus præfertur, vt gratia aliorum nullius ſit momenti; niſi collitigans fuerit intruſus, vtpote quia videns quendam capularem ſenem cito moriturum, mouit ei litem, & poſſeſſionem beneficij de facto prætextu tamen cuiuſdam friuolæ collationis accepit, vt poſt ipſius ſenis obitum, beneficium impetraret: certè ſua impetratio ſic fraudulosa nullius erit momenti: & gloſſ. dicit in hac regu. ſæpe fraudem huic regulæ fieri, quia impetrans eſt intruſus.

*Intellectus duplex ad tex.*

2 Secundo poteſt intelligi, quod colliti gās præferatur alteri impetranti; dummodo is cuius beneficium impetrauit, nō fuerit intruſus, quia non poterit ius aliud habere, quàm haberet is, in cuius locum ſubrogatus fuerat, ſed intruſus nil iuris habe-

habebat, c. cum iam dudum de præbend. ergo nec iste subrogatus in locum suum: prior tamen magis conuenit.

3 Limita nisi purgatum fuerit vitium, quia non dicitur amplius intrusus, licet a principio fuisset. d c. eũ qui. de præb. lib. 6. Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. actio.

*Intrusus quis dicatur.*

4 Intrusus autem dicitur, qui sine auctoritate illius, ad quem collatio beneficij spectat, illud accipit propria auctoritate. c. ad aures. de excess. prælato. & qui nullum habet titulum c. quia diuersitatẽ. de concess. præb. gloss. in verb. metuebãt. c. bonæ. 1. de elect & c. nisi. de renunc idẽ in officio. l. non aliter. C. de palat. sacra larg. lib. 12. vel qui sine titulo ingerit se administrationi beneficij. Panor. in c. cũ iã dudũ. de præb. p c. auaritiæ. de ele. in 6.

5 Vel qui sine canonico titulo beneficium occupat, & non intrat per ostium, nec habet canonicum ingressum, c. relatum. de iurepatronat. Bal. in c. nihil. col. 2 de electio. Et qui sine titulo sedem inuadit, intrusus est, & falsi crimine tenetur l. eos §. qui se pro. ff. de falsi. Bal. in c. pastoralis. col. 1. de except.

*Intrusus impetrãs beneficiũ intrusionis mentionem facere debet.*

6 Ex quo infertur, quòd qui per vim occupat beneficium, dicitur intrusus, c. eum qui, de præb. in 6. gl. in ver. violentus. de pacific. possess. in pragm nec valebit collatio, etiam si postea impetrauerit non facta mentione illius intrusionis. d. cap. iamdudum. Panor. & alij in d. c. 1. de concess. præb. quia non videtur Papa remittere intrusionem quam nescit, l. mater. ff. de inoff. test. text. aureus in l. auctoritate. C. vnde vi, quem notat Anchar. cons. 92. & Felin. in c postulasti, col. 18. de rescript. & Barbat. cons. 63. col. 10 in 1. vol.

*Administrãs ante confirmationẽ est intrusus.*

7 Secundo etiam vocant intrusum, qui post electionem, & ante confirmationem administrat, quia ipso iure est priuatus sic administrando, c. auaritiæ de elect. in 6. nisi esset alius actus a superiore procedens, & hũc repræsentãs, Oldr. cons. 146. factum est tale, in fi vel nisi administraue rit ob necessitatem ecclesiæ, vel vtilitatẽ, Oldrad. consi 9. posito.

8 Nec valet consuetudo, vt quis ante confirmationẽ administret, vel ante prouisionem, quia est contra bonos mores: nam hoc modo posset hæreticus excommunicatus, & incapax præesse ecclesiæ. Old. 191. nullo modo, col. 1. per textum in auth. vt nulli iudi. §. 1. col. 9. & c. vlti. de consu. quæ videtur esse corruptela, ac sacris canonibus inimica, c cum venerabilis, de consuetudin. Sic consuluit Petrus Anchara. cons. 51. consuetudo, vbi tamen dicit administrantem ratione consuetudinis antiquæ non priuatum nec vllam pati debere pœnam, per gloss. in d. c. cum venerabilis. quia non debet puniri, qui communi iudicio non peccat. c. inter corporalia §. sanè. ibi, & quamuis. & c. de transla. Episcopi, idem est priuatus, qui lite pendente administrat, c. 2. de in integ. rest.

*Administrãs ante institutionem est intrusus.*

9 Idem si post præsentationem, & ante institutionem quis administrauerit: vt firmat Roch. de Curte. in tract. iurispatronat. in verb. honorificum q 39. Et his casibus ipso iure priuatus est, qui si properè administrauit.

10 Tertiò qui beneficium post priuationem, & depositionis sententiam adhuc retiner, a qua non appellauit, secus si appellauerit. Innocentius in c. qualiter. 2. col. 3. nu. 10. de accus. Maleret in tract. de electio. in fi. q. 17. Præpositus in c. fi. 19. dist. [Diuersum est si retineat post sententiam super possessorio latam, quæ non respicit titulum, & sic semper habet titulum nisi à iudice ecclesiastico priuatus sit. c. cum non ab homine. & ibi. Doct. de iud.

11 Quartò qui beneficium iniustè alteri ablatum, & omisso iuris ordine detinet, quamuis habuerit collationem, c. rãta. de excess. prælator. Domi. & Præpos. in c. propter. in fi. 19 distin.

*Intrusus qui collationem à non habente potestatem obtinuit.*

12 Quintò qui à superiore excommunicato, vel suspenso collationem habuerit, vel ab eo, qui non habet potestatem conferendi. c fi. de excessib. prælat. & ideo is qui accipit per deuolutionem, aut aliam collationem ab eo, quem scit non posse cõferre, est intrusus. Dom. in c. fi in fi. 19. distinct. & sæpius videmus istos deuolutarios volãtes ad infinitas lites, & malignitates, qui grauissimis pœnis, & temerè litigantes mulctis plectendi essent: vt dixi inferius de deuolutio.

13 Sextò dicunt illum, qui commisit crimen dignum depositione, dici largè intrusum, vel qui habet vitium, ob quod priuandus esset beneficio, licet gl. in cap. cum super, de causa poss. dicant eos, quasi intrusos, Io. de Selua in tract. de bene. q. 11. nu. 9. in 3. parte. Feli. in c. veniens. 2. not. de accus. extra,

14 Quod mihi parum probabile videtur, quia

quia interim habet titulum, antequam priuetur. Ergo intrusus non dicitur, nisi commisisset crimen, per quod fuisset ipso iure priuatus, veluti hæresim, vel simoniã: de quibus scribit Feli. in c. 2. de rescrip. extra. Casus autem quibus ipso iure quis priuetur, conser ipsi in tractatu de pacifi. poss. in 4 limitatione, in fine. & inferius in 3. parte, super iure amittendi.

*Possessionem cũ signatura accipiens nõ est intrusus.*

15 Septimò dicunt intrusum eum qui cũ simplici signatura beneficij possessionem adipiscitur, allegatur Extrauagan. iniunctæ, de election. in communibus quæ loquitur in dignitatibus maioribus: sed hoc asserit Felin. in c. in nostra, correlario 2. de rescrip. Sed vltra eum facit l. fina C. de officio magistri officiorum, versiculo sed sciat, ibi, is qui sine sacro rescripto peruenit ad militiam, ea priuatur.

16 Sic & qui sine literis Papæ, sed habendo signaturam non videtur omnino capere sine literis Papæ, quamobrem nec priuandus: imò ex consuetudine Frãciæ nullus priuatur ob adeptionẽ possessionis cũ simplici signatura: sed in instrumento solet dici in vim certæ ,puisionis Apostolic.

17 Verum idem si diceretur, in vim signaturæ: quia dum aliquis violentiã non commiserit, licet propria auctoritate ingrederetur beneficium, non tamen ideo priuatur suo iure, teste Nicol. de Milis, in repert. in ver. beneficium, q. 58. incip. Beneficij possessionem. Domi. & Franc. in c. eum qui. de præb. in 6. imò in curia Romana non datur priuatio illius, qui cum sola supplicatione se intrusit. sunt verba Ioan. Staphil. in tractat. de literis gratiæ. titul. de rescript. in forma breuium, versicul. consueuit.

*Constitutio Alex. 6. de sig. gratiæ.*

18 Et hoc statuit. Alexand. 6. in titul. de signat. grat. multò minus debent iudices Franciæ de possessorio beneficiorum cognoscentes priuare eum possessione, qui eam adeptus est vi simplicis signaturę, cũ aliàs canonicum habeat titulum, vnde in patria obedientiæ cautela est, vt non tenearis leuare bullam, sed impetres breue supplicatione inclusa, per quod mandetur executori, vt mittat te in possessionẽ, & tunc omnia cessabunt: de quo breui in ferius circa finem scribam: sed interdum recusatur: ideo iudices sequentes constitutionem Alex. 6. non debent timere.

*Fructus beneficij recipiens*

19 Item si quis receperit indebitè fructus, videlicet cum simplici signatura, est intrusus, & priuatus iure, quod habet, c. auaritiæ. de elect. in 6. & hoc quo ad illud beneficium, cuius fructus percepit, non quo ad alia, c. si compromissarius. de elec. in 6. quia pœna non debet egredi mensuram delicti. l. sancimus. C. de pœnis.

*cũ signatura est priuatus*

20 Si tamen modici tantum fructus essent percepti, non fit priuatio, teste Gundisaldo, in tractatu de legatis car. 30. licèt Cancellaria etiam in modicis seruet priuationem per dictam decisionem videlicet vt vacet.

21 Sed si quis recepisset fructus, quos cõuertisset in ecclesiæ vtilitatem, quia illos non videtur percepisse, non erit iure beneficij priuatus: nec quidem erit facienda mentio illius perceptionis: vt docet Gundisal in d. tracta. quod est notandum.

*Nominatus recipiens fructus ante bullas est intrusus.*

22 Octauò intrusus dicitur, qui cum simplici nominatione sine Papæ prouisione administrat, & ob id est iure, quod habet in episcopatu, prioratu, vel beneficio priuatus. d. cap. auaritiæ. de electio. in sexto. quia nominatio nullum ius tribuit. cap. quod sicut, de electio. hoc expressè docet Ioan. Boteus in tract. de Synod. episcopi. in 1. par. nu. 36.

23 Et tenetur tanquam prædo restituere illos fructus, quos ex re non sua recepit: quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare. ca. quod autem, in fi. de iure patr. siue per se receperit, siue per interpositam personã, fortè per commissarios, vel alios in d. cap. auaritiæ. imò prouisio postea facta illi nõ facta expressione fructuum, quos recepit, nullius est momenti: vt inferius dicam in mater. dispen.

24 Limita non procedere in eo, qui petit subrogari in locũ eius, qui beneficiũ reseruatum per regulas cãcellariæ, obtinuerat à Papa, nam is non erat intrusus, quia iustè hanc reseruationem ignorare poterat: sed si reseruatam fuisset de iure communi. vt in c. 2. de præb. in 6. tũc is, qui ab ordinario obtineret esset intrusus, & alius non posset in eius locum subrogari. nam iura communia omnes scire tenentur, non iura singularia. l. leges C. de legib. gl. singularis. in l. quod te. vbi doctor. ff. si certepetat.

*Intrusus non subrogatur in locum alterius.*

25 Intrusus etiam non potest subrogari in ius alterius habentis ius bonũ in beneficio, c cum iamdudum. vbi doct. de præbend. Sed aduertendum est, quòd si quis dubitat se intrusum, debet possessionem quam habet dimittere, antequã se in ius

alterius

*Cautela pro intrusio.*

alterius petat subrogari, sicut olim. quilibet dimittebat possessionem in manibus iudicum, vt nunc agunt resignantes beneficia in manibus collatorum: c. admonet. & per totum, de renunciationibus, & sic dimittendo possessionem, purgatur intrusio: quod est notandum.

*Intrusus an ad omnia beneficia sit inhabilis.*

26 Quærò, an intrusus sit inhabilis duntaxat ad illud beneficium, in quod se intrusit, an ad omnia alia? respon. quo ad illum tantum, in quo est intrusus, c. si cõpromissarius, de elect. lib. 6. imo si impetrauerit illud non facta mentione intrusionis, non valebit impetratio: vt firmat Feli. in c postulasti. in fi. de rescript. quem sequitur Ioan. de Selua. in tract. de benefi. in 3. par q. 11. in 5. qualitate. & Maleret. in tracta. de elect. in fi. quia non incurritur inhabilitatis pœna, nisi à iure exprimatur, c. fi. vbi glo. de iurepatro.

27 Fallit quando esset iure ipso factus inhabilis, vt in c. quisquis. de elect. & in Extrauag. execrabilis. de præb. Ioan. 22. dicã inferius in materia dispensationis. An vero gesta per intrusum valeant vide per Panor. & alios, in c. nihil. de elect. Gemin. & Præpos. in c. fi. 19. dist. & per doct. in c. ad probandum. de re iudic. ac in l. Barbarius, ff. de offi. prætor.

*Nec super eo contra dictum aduersarium, postquam illud per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit.*

## GLOSSA QVINTA.

*Subrogatio non fit cõtra eum, qui possedit pacificè triennio beneficium.*

SEcundus casus, in quo denegatur subrogatio, scilicet quando mota fuerit lis illi, qui iam possederat beneficium pacificè per triennium: quia non debet quis molestari post triennium, vt infrà reg. 36. ergo lis non est, vel esse non debet, & sic nec subrogatio: alioqui molestaret quis possessorem, etiam post decem annos, vt postea subrogationem impetraret mota lite: quibus hominum malitijs est obuiandum. c sedes. de rescript. Ergo lis iusta esse debet, i. iustè & rectè mota: alias repelli debet iste subrogatus, nisi in subrogatione fuerit facta huius iniustè litis mentio: qđ vix faciet cauta vulpes bñficia impetrãs.

*Litẽ iniuste pro sequens an possit subrogari.*

Et per hoc ponderatur iste tex. vt non procedat quando lis esset nomine meo mota, per aliquem non habentem mandatum, etiam si esset ratificata per me ante obitum collitigantis: tamen ego non debeo præferri postea, tum quòd non dicor aduersarius, nec collitigans: de quo loquitur iste tex. quia nõ moui litẽ, tum q̃ tex. requirit veram litem nõ fictam, & ne detur ansa fraudandi super hoc Gomes. q. 3 in fi. idem, quando lis esset mota in vim rescripti inualidi. Gomes. q. 11. Ego vero dicerem vtroque casu præfatam regulam habere locum: quia aduersarius siue collitigans dicitur, qui mihi aduersatur, & me cum litigat siue iure siue iniuria, l. cum aduersarius. C. de pact. c. 1. vbi plenè de Ripa de iudic. Nam cum tanta sit hominum φιλαυτία, vt cuncti ius optimum sese fouere dictitent: nec cõtrarium suaderi possit, quousque miserrime succumbunt, ideo putarem hic debere solum excipi eos, qui scienter mala fide & sine iuris vllo prætextu litigant: hi enim non debent subrogari: alij verò sic, & alijs præferuntur vt dicit iste tex. [ Ideo anno 1552 die 2. Decembris, fuit repulsus à subrogatione in magna classe quidam decani Pictauien. famulus in ecclesia S. Hilarij, qui impetrauerat beneficium per incapacitatem sui domini, eo q̃ non erat dispensatus, sed quia poterat surripuisse bullas dispensationis, & res erat mali exempli: ideo nõ fuit receptus, sed ratione delicti huius fuit dictum vt fieret processus criminalis cõtra eum, licet post mortem decani veniret. ]

*Aliorum quorumlibet de præmisso iure siue tunc vacet, vel cum vacauerit impetrationes vel concessiones, etiam motuproprio infra mensem ante concessionem huiusmodi facta nullius sint roboris, vel momenti.*

## GLOSSA SEXTA.

*Mensis quomodo computetur.*

IMpetrationes aliorum ante mensem factæ nullius sunt roboris, quando collitigans impetrauit: secus ergo si non impetrauerit: & hic mensem computandum a die obitus vel à die quo sciri potuit, concluserit Gomes. quæst. 10. cui in hoc nõ consentio. [ Quia hic non agitur siue scierit, siue non: nam sufficit beneficium esse impetratum ante mensem a die nbitus postquam annullatur, & scientia requiritur, in eo qui impetrat per obitum, vt c. 2. &c. quia. de concess. præb. sed non quantum ad regulam quæ annullat impetrationes ante mensem: ergo non requiritur scientia,

tia, cum lex operetur sicut scripsi in tit. de nomina. regia, in §. 1. glo. a die vacationis in concorda. & tempus non fuit hic statutum in odium, sed in fauorem collitigantis, & sic currit ignoranti. cap. oblatæ: de appel. ]

Et sic postquam sunt nullæ aliorum impetrationes, si iste collitigans subrogatus fuerit, vel eidem data subrogatio fuerit, non conualescunt, licet hic collitigās moriatur, vel non prosequatur, per reg. quod in initio. ff. de regul. iur. & regul. non firmatur illo titu. in 6. sed noua impetratione opus est: vt dicitur de eo cui facta fuit collatio ante mensem Papæ datum in beneficijs vacantibus in curia. cap. secundo, de præbend. lib. 6. & in cap. auditis, in fin. de præscript.

*Et nihilominus felicis recordationis Pauli II. Innocen. VIII. Adriani VI. & Pauli III. Romanor. Pontific. prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia, illorum præsertim quibus aut propter senium aut propter infirmitatem imminet vita periculum, impetrant, vt illis decedentibus tanquam collitigantes in illorum iuribus facilius subrogentur, voluit vt deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti, quòd illo viuente in casibus præmissis vel similibus impetrauit, aliquo modo subrogetur: ac subrogatio, & gratia si neutri, si nulli, seu noua prouisionis, aut perinde valere taliter impetranti nullatenus suffragetur.*

## GLOSSA SEPTIMA.

*Impetrās beneficium viuentis eo mortuo ad ius illi⁹ subrogari non potest.*

TErtius † hic casus ponitur, & est addi tio Pau. 2. Quòd nullus subrogetur in ius illius defuncti, cuius beneficium in vita impetrauerit, maxime propter seniū aut infirmitatem, vt eo mortuo in ius illius subrogaretur, tunc vt fraudibus obuietur: & vt votum captandæ mortis auferatur, iuxta c. 2. & 3. de concess. præb. li. 6. non proderit huic subrogatio, nec alia prouisio.

2 Sed quomodo hoc sciri potest, cum solus Deus sit cordium scrutator? Respon. si appareat de prima impetratione beneficij viuentis, senis, vel infirmi, & postea de ipsa subrogatione in ius illius mortui: tūc probatum erit quòd hic dicitur: quia ex prima prouisione & 2. præsumendum est impetrantem habuisse illum animū: cum ex præteritis præsumamus ad præsens. l. si qui adulterij. C. de adulter.

3 Et sic ex hoc textu patet, quòd si quis vult in alterius locum subrogari, oportet quod iustè, aut saltem coloratè cœperit litigare, alioqui si iniustè & incoloratè, non poterit subrogari, per istum tex. & iō dixi oportere eum bona fide, vel iuris ali quo prætextu mouere processum. *Requisita antequā aliquis subrogetur.*

4 Secundò requiritur, q̄ defunctus potuerit inquietari, alias si possed isset triennium non posset molestari, per reg. & decretum de pacific. possessor. de quo plenè scripsi in tract. meo de pacifi possess. in concord. Franc.

5 Tertiò, status litis & caussæ exprimi debet, vt hic. & c. inter. de re iudic. dixi superius in signatura gratiæ.

6 Quartò coram quo lis pendeat, & introducta sit, an coram iudicibus laicis super possessorio, an coram ecclesiasticis super petitorio exprimendum est.

7 Quintò requiritur quod hæc in signatura expressa sint, aliàs non supplebuntur in bulla: nisi in signatura esset clausula, Statum causæ pro expresso habentes, vel vt exprimi possit, non obstante reg. cancel.

8 Sextò quia multi alienum fati munus optantes impetrant beneficia viuentium, vt demum subrogari possint. Et quia ista materia est frequens, (quę vtinam dormiret) ideo eam per regul. cum amplia. & limitat. tractabimus.

### *De reprobata beneficij viuentis impetratione.*

*Regulæ q̄ beneficium viuētis nemo impetret.*

REgula † itaque est, q̄ non debet quis impetrare beneficium viuentis, nec in illius locum substitui, alioqui est ab ecclesiastica communione pellendus. ca. 1. de concess. præben. Communionem dicit ibi tex. ecclesiasticam, id est sacramentorum perceptionem, quia horum cōmunionem in ecclesia habemus. c. sicut alterius. 7. q. 1 & tex. in cap si episcopus. 18. dist & cap. seq. dicit cunctorum episcoporū charitatis communione priuetur. facit c. fi. de clerico excommunic. ministr. alibi sacris altaribus est amouendus, cap. sicut 1. q. 6. dixi in gl. fati, in proœm. Concord.

*Sanctæ cōio.*

2 Sanctam communionem ergo sacrosanctum Christi corpus vocat tex. in c. ad eius. in fi. 5. distin. ibi sanctæ quoque communionis mysterium in eisdem diebus.

bus percipere non debet prohiberi.

*Cõio fidelium.*

3 Item quando papa communione fidelium quem priuat tunc censetur ille excommunicatus. c.2. de excep. c. illud. §. licet. de clerico excõmunic. minist. ibi, communioni fidelium se ingessit.

4 Secus quando priuatur communione etiam totius ecclesiæ. c. fi. 90. dist. quia tũc intelligitur de perceptione sacramentorum, vt dictum fuit.

5 Interdum papa simpliciter communionem restituit, vel ad communionem, id est communicationem & societatem, siue consuetudinem, quam habebat, qua fuit priuatus per inobedientiam, vt in c. ex literis, de const c. cognouimus. 16. q. 6.

*Rõnes prohibẽtia impetratiõis beneficij viuentis*

6 Ratio prædictæ regulæ multiplex est, tum quia beneficia perpetua esse debent. c. satis. 56. dist. & beneficijs nõ est quis priuandus sine caussa. cap. inuentum. 16. q. 7. Ideo illa quis impetrare nõ debet viuente possessore, alioqui perpetuo non essent apud illum.

7 Secunda, Quòd ius in aliena re dari non potest. l. 2. ff de pigno. actio. gl. in l. 1. ff. de pigno. & in l. 2. C. si res aliena pignori data sit, sed istud beneficiũ est eius, cui collatum primo fuit. c. si tibi absenti. de præb. in 6. ob id nec alteri concedi poterit. Nõ refragatur, quòd res aliena potest vendi. l. rem alienam. ff. de contrah. empt. quia tunc per venditionem non transfertur ius in re, sicut per beneficij collationem glo. in d. l. rem. cap. fi. de concess. præbend. in 6.

*Pœnaim petrãtis beneficium vi uentis.*

8 Ad hæc quia votum captandæ mortis inducitur, exosum ẽt ipsis gentilibus. c. 2. de concess. præb. glos. in regul cancel. 20.

9 Item ad tollendã ambitionem illius, qui sic petit prouideri sibi de beneficio nõ vacante. c. quia intantum de præb. facit. c. sicut. 1. q 6. sic dicens, Sicut is qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris altaribus est remouendus, sic qui vltro ambit, vel importunus se ingerit est proculdubio repellendus: nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendẽdo exterius, interius in profundũ descendat? Hæc igitur est prima pœna, vt communione ecclesiastica priuetur.

*Impetrans viuẽtis beneficiũ est fur, latro, & infamis*

10 Secunda pœna est, quia isti in locum viuentium substituti sunt fures & latrones. c. non furem & latronem, qualẽ Gillandum esse sentimus in Namnetica sede qui viuentis, quod non licuit, locum non timuit vsurpare, 7. q. 1 quia furtum est cõ trectatio rei alienæ inuito domino, l 1. ff. de furtis. & §. 1. de oblig. quæ ex delict. nascuntur in Instit.

11 Tertia pœna est, vt sit infamis. c. audiuimus 3. q. 2. & c. infames. 6. q. 1. ibi, qui indigna sibi petunt loca: & infamib. portę dignitatis clausæ sunt, regu. infamibus, de reg. iur. in 6 l. 2. C. de dignita. lib 12.

*Deponitur qui viuentis beneficium impetrat.*

12 Quarta, sunt deponendi c. imprimis. 2. q. 1. ver. de episcopi persona: ibi is episcopus, q eo superstite peruersè, & cõtra canones in ecclesia eius ordinari psumpserit, sacerdotio priuatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur: intellige deponendum ab eo honore & beneficio, in quo fuit præfectus c eũ qui. 7. q. 1. ibi, ab Archidiaconatus honore deponimus, nõ ab officio: vt declarat d. Bernad. de Luco in sua pract. criminali. c. 45. in verbo. viuis possessoribus.

*Qui beneficiũ viuentis impetrauit, eo mortuo illud habere nõ potest.*

13 Quinta est, quia non potest habere illud beneficium amplius propter iniuriam & culpam suã, q viuentis impetrauit beneficium Anch. & Panor. in c. 1. de cõcess. præb. facit c. nullus Pontifice 79. dist. vbi si duo fuerint electi in vita, nullus illorũ habebit. c. seq. vbi noua ordinatione vtendum est, quia bonum est argumentum de matrimonio ad beneficia. c. inter. de translatio. epĩsco sic arguit c. sicut. 7 quæst. 1. & cap. sicut. 21. quæst 2.

14 Sicut non potest quis habere eam vxorem, cum qua viuo marito contraxit. cap. 2. & fi. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. sic nec beneficium, quod altero viuente obtinuit. Et ista est communis & vrgens ratio, teste d. Philip. Probo in additio. ad Ioan. Monach. in c. fi de constit.

*Secũda prouisio nõ facta mentione collationis beneficij viuentis non valet.*

15 Ideo si is, qui beneficium viuentis impetrauit, postea impetret ẽt à Papa rursus beneficium istud, non facta expressione collationis sibi prius factæ de beneficio viuentis, non valebit secundo prouisio: tũ quia subreptitia: & quia iam est infamis, & inhabilis ad illud, per supradicta.

16 Nec etiam valebit collatio ab ordinario facta, per tex expressum in c. post electionem. de concess. præb. vbi Panor. in 4. not. hoc asserit, quia hoc papa declarauit in reg. 20 & quod ignorat non videtur Papa remittere. l. mater. ff. de inofficio. testamen. & sic non potest subrogari postea in locum illius, cuius benefic. um impetrauit: supra dictum fuit: & videtur

alia

alia pœna. Decius in l. fin. num. 17. C. de pactis.

*Cũ impetrante bñficiũ uiuentis solus Papa dispẽsat.*

17 Sexta pœna, Quòd nullus potest dispensare cum isto, cui collatum est viuentis beneficium præterquam Papa: vt docent Panor. & alij in d. c. 1. & sic collatio ab ordinario, vel legato illi facta non valebit: vt firmat do de Luco venerãd. & admirabilis, ac vitæ intemeratæ episcopus in d. c. 45. in sua praxi criminali: nisi legatus à papa haberet hanc potestatem.

18 Septima pœna est, q̃ collatio illi facta nullius est momenti. c. consultationibus. de dona. & nullitas actus plerumq; inducitur ad pœnam. glo. & doct. in c. translato, de constitu. scripsi in §. monemus. de coll. in Concord.

*Conferens beneficiũ uiuentis priuatur collatione.*

19 Octaua pœna est, quo ad collatorem, vt si scienter contulerit beneficium viuentis, dum vacabit, nõ poterit illud amplius conferre, quia deliquit. & delinquens priuatur collatione. c. cum in cunctis. in fi. & c. super eo, de elect. tex. in l. quidam. in fi. cum sequent. ff. de dona. vbi donans bona proximi viuentis priuatur illius bonis tanquam indignus. Idem in l. 2. 5 fin. ff. de his quib. vt indig. vt puniatur, in quo deliquit. c. postulastis. de cler. excom. mini. & ibi dixi in interpret. ad illum tex.

20 Hoc tamen egeret declaratione, quia non est à iure expressum: & pœna priuationis non imponitur nisi exprimatur. gl. & doct. in c. fi. de iurepatrona. & quamuis videatur expressa in iuribus præallegatis superius: tamen Innoc. & Panor. tenent illos non priuari, in d. c. bonæ 2. circa fi. de electio. quod forte verius est.

*Eps absentis beneficiũ confert.*

21 Excusatur veruntamen episcopus, si contulerit beneficium absentis, qui longa fuit absentia detentus, vt ignoraret, an viuus esset, an mortuus. gloss. in capit. non oportet primo, de consecratione. distinct. 5. & Corset. in singul. incip. vagabundus, si tamen is reuertatur, recuperabit suum beneficium etiam absque alia collatione & solennitate.

*Papa facta expressione impetrationis primæ secũdam cõcedere potest.*

22 Item non procedit in papa, qui potest iterum eidem conferre, dũ tamen hoc ei fuerit expressum, quia in beneficijs habet plenissimam potestatem. c. 2. de præb. in 6. non valeret tamen collatio beneficij viuentis facta à papa sine caussa, sine qua nec solet quem deponere, & priuare, cum sit *fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam*: vt plenè scripsi in tract. nomina. q. 21. nu 54. cum seq. & est verisimile q̃ fuit circumuentus: vt dicit Bal. & alij in c. cum olim, de re iudica.

*Vicarius nõ potest constituí ad conferendũ beneficiũ certum.*

23 Iam vero ad ampliationes veniendo, primum extenditur hæc regula, non possit etiam quis constituere procuratorem, vel vicarium, ad conferendum beneficiũ certum, vel ad acceptandum, nisi ipsius interueniat viuentis consensus: vt quia forte per permutationem, aut resignationẽ est aliud beneficium habiturus: vt in c. cũ vn uersorum, de rerum permuta. c. licet, illo tit. in 6. & inferius dicetur, ne captandæ mortis occasio detur. c. detestanda, & c. ne captandæ, illo tit. in 6.

*Acceptatio beneficij non dum uacantis non valet.*

24 Quandoquidem non potest quis iubere seruo, vt hæreditatem certi viuentis adeat. l. si quis mihi, §. sed vtrum. ff. de acq. hæred. sic nec constituere procuratorem, vt acceptet beneficium nondum vacans, & illud resignet, vt docet Joann. Dayma. in proœm. Concord. in verb. adiunctum. fol. 105. vers. sed forsan formidares: ideo debet constitui procurator generalis ad acceptandum quæcunq; beneficia, ne possit insidiari vitæ alicuius glo. in §. statuit, in verbo, procuratorem, de collar. in Pragmati.

*Constitũ procuratoris de pñtando ad beneficiũ nõ vacans ñ valet.*

25 Secundo non valet constitutio procuratoris facta de præsentando ad beneficium, quod vacat. Guido papæ consi. 189. circa. & Dec. consi. 172. nec dari potest facultas conferendi certum beneficium. c. constitutus. vbi doct. de concess. præbend. nisi fiat generaliter: ut per Panor. in capi. fin eodem.

*Præsentatio de beneficio viuẽtis non valet.*

26 Per quem text. probetur, non valere etiam præsentationem de beneficio viuẽtis: & per c. illud, de iurepatr. docet Ludo. Rom. consi. 465. in re præsenti, & Roch. de Curte in tract. de iurepat. in verb. honorificum. quæstio. 53. & Pau. de Citad in eo. tract. in 6. parte: artic. 3. q. 41. quia rationes supradictæ habent etiã locum in præsentatione. gl. in cap. fi. de elect in 6. Petr. Paris. consi. 112. in hac materia, colum. 1. in 4. volum.

*Inflõ an valeat facta ad pñtationẽ beneficij non vacãtis licet vacaret tẽpore institutionis.*

27 Itaq; si tempore præsentationis non vacabat beneficium, sed tempore institutionis sic, an ualeat prouisio? Respond. fac casus sequentes. Primum si institutio facta sit ad solam præsentationem patroni, tunc non ualebit institutio: tum quia fundamentum deficit: c. cum Paulus. 1. q. 1. tum uoluntas collatoris, quia noluit conferre nisi ad præsentationem: ideo non ualet sua collatio, nec firmatur tractu tẽporis,

ris,quod de iure nullum est. reg. quòd in initio.ff.de reg iu.& regul.non firmatur : & quod potuit,noluit,& quod voluit,implere nequiuit.l multum.C si quis alteri. c.cum super,de offic.delega.

28 Secundus casus est,si patronus præsentauerit ad beneficium viuentis vel constituerit procuratorem ad præsentandum, si ordinarius tempore institutionis ( quo quidem tempore mortuus fuerat beneficiatus)ad præsentationē instituat,& alias quomodocunque vacet, prouideat, valebit sua collatio vt conluluit Dec. consilio 172 quandoquidem hic:nec voluntas deficit,nec potestas,quæ in literis institutionis declaratur, quippe iure pleno & deuoluto cōferre potest.gl.& doct.in cle. vna, de supplen.negligen. præla.etiam alteri, quam præsentato,multò magis ei qui fuerit præsentatus. Conferre enim hic poterat absque præsentatione : hoc igitur casu præsentatio quamuis vitiosa,non vitiabit collationem ordinarij glo.& doct.in l.vinum.ff.si cert. peta. Ad hęc q̄ non conquerente patrono collatio est valida, cap. illud,de iurepatro.

29 Tertio non valet etiam tractatus habitus de conferendo beneficio viuentis, vel de eligendo ad illud. cap.bonæ.2. vbi Innoc.& Panor.de elect.Bertach.in tract. de episcopo,in 1.q 2.partis.

30 Quarto nō valet acceptatio beneficij antequam vacet, ne captandæ mortis inducatur occasio.ne captandæ, de concess. præb.in 6. Cle.vna,de concess.præb. D.de Rota decis.431.si impetrans, in no. [ sub tit.de concess.præben.decis.14.] & Guido Papæ,consi.107.ex facto, quia in hoc casu est eadem ratio,vt sequitur.

*Non pōt quis constituere procuratorē ad acceptādum & resignandum in certū beneficiū. Citatio ad eligē dū ante mortem non valet.*

31 Quinto ibidem dicemus in nominato constituente procuratorem ad acceptādum & resignandum,vt in vim illius procuratorij,procurator non possit resignare q̄ constituens non habet, & sic non potest constituere huiusmodi procuratores. l.qui superstitis.ff.de acq hær.abunde scripsi in trac.nominat.q.14.nu.112.& hodie extat super hoc lex Regia.

32 Sexto non valet citatio facta viuente beneficiato de eligendo post illius mortem c.bonæ.2 de elect.quia postquam initium est inhabile,non firmatur tractu tēporis,quod de iure ab initio non subsistit. per regul.iuris. Et citatio facta tempore feriato ad diem non feriatam non valet teste Bartol.in l.prima, §.nunciatio. ff.de noui oper.nuncia.facit l si minor ff.de seruis exportan. l quod sponsæ. C. de dona. ante nuptias,& capit.si eo tempore, de rescript.in 6.

33 Septimo idem in electione,vt electus ad beneficium non vacans puniatur, cum tex.in d.c.1.dicat generaliter in locum viuentis nullum ponendum, & eædem rationes in electo habeant locum c.bonæ.2.de elec.vbi citationem ante mortem factam temerariam vocat.

*Electus ad beneficiū nō vacans punitur.*

34 Octauo idem in nominatione Regia, vt non possit fieri de beneficio nondum vacante, siue sit Episcopatus, siue quæuis alia dignitas.§.1. in verb. occurrente huiusmodi vacatione, vbi scripsi, de nominat. Reg.in Concorda.[ & si facta fuerit, non valet. ]

*Nominatio ante vacationem non valet.*

35 Nono etiam beneficium non vacans nec quidem promitti potest.c.2.de cōcess. præb. abunde scripsi in glo. fati, in præc. Concorda Franciæ.

36 Decimo quamuis hic tex.dicat ponātur,& sic videtur, q̄ debeat in possessione esse:contrarium tamen dicerem: quia per solam collationem ponitur quis in locum alterius:& hic tex. dicit, in verbis finalibus,qui passi sunt se adhiberi successores viuis sacerdotibus: & sic sufficit sola patiētia illius,cui est collatio facta, licet nō sit missus in possessionem.

*Collatio sine possessione beneficij viuētis an faciat inhabilē.*

37 Et iura alia dicunt, ne obrepat in locum viuentis,id est, per obreptionem habeat locum viuentis, dicens illum fortè mortuum.c.sicut,in fi.7 q.1.Sed in c.seq. ibidem dicitur se prouehi consensit, & in c.post electionem,de concess.præben.& in c.in apibus,& c.2q.ibid.7.quæst.1.substitui scribitur.

38 Et sic requiritur tantum collatio:imo dicit tex.in c.infames 6.q.1.qui indigna sibi petit loca:ergo sufficit sola petitio,per c sicut vir.7.q j.nam si non peteretur,episcopus non conferret: & prohibito vno, prohibetur omne,per quod peruenitur ad illud.l.Oratio.ff.de sponsa.& quia per eū non stat,cum id procuret petendo,quominus habeat.

39 Vndecimo procedit etiam in officijs Regijs,vt conferri non debeant, antequā vacent: vt est in rub. *De donner benefice, ou,office,ne confiscation auant la vacation, ou declaration*, vbi scripsi in 2. tomo in ordinatio.Regijs.

*Officiū viuētis non dēt cōferri.*

40 Et idem statuitur in stylo Parlamen. rub.de concessio.beneficij, vel officij non vacantis;

vacantis: vt pœne etiam habeant locum in prouiso à Rege: cum bonum sit argumentum de beneficijs ad officia. Bartol. in l.2.§. data.ff.de optione lega. Lucas in l.annonas, C.de eroga.militar.annonæ. lib.12.refert Ioan.Lupus in decretal.per vestras,in princip.col.2.de donatio. inter virum & vxor.quod non probo in pœnis, quæ non sunt extendendæ. l. interpretatione.ff.de pæn.saltem omnes.

*Ante vacationē non dēt bñficiū impetrari.*

41 Duodecimo procedit etiam,si de proximo beneficium esset vacaturum, puta p non promotionem:vel alias:c.licet cano. & cap.commissa.de electio. in 6. vel esset in fine temporis de non consecrandis in cap.cum in cunctis.5.cum verò, de elect. vel esset morti proximus,cap.bonæ 2. vbi doct. Sic consuluit Anch.consi.397.appa ret, colum.1. facit l.non ideo.ff.de rei vēdica. & d.c.commissa. vbi totum tempus elapsum esse debet, antequam beneficiū vacet;alioqui beneficium viuentis impetrare quis dicitur.

*Consuetudo impetrādi beneficia viuo rū nōvalet.*

42 Decimotertio amplia, etiam si cōsuetudo esset in contrarium, quia non valet, cum sit contra bonos mores. Imol.in c.2 de concess.præb.Gomes.in regul.Cancel. 20.q.3.in fi.Curtius in cap. fi. de consuetud.vnde mirum est hodie tot homines sic beneficia viuentium ambire, & maximè curiales.

*Subrogari nō dēt quis i lo cum viuentis.*

43 Decimoquartò extēde quoq; in subrogatione, nam si quis petat subrogari n locum viuentis, his pœnis puniri debet. Imol.in d.c.1.no.1.quia patitur se succedere sorem dari viuo sacerdote: quod prohibet ibidem tex.& ista regul.Cancel.quod est verum inuito eo, qui beneficium possidet,secus eo consentiente, & resignante vt suprà dictum fuit.

*Ēfatum viuētis, vel aliud bene ficiū qs obtinere non pōt.*

44 Decimoquintò habet locum etiā iste tex.in quocunque beneficio, siue sit Episcopatus.c.præsentium.7.q.1.siue sit bene ficium curatum,vel aliud simplex, regulare,vel seculare,per c.sicut alterius,in fi.7. q.1.ibi,hęc non solum de episcopis,verū etiam de quibuslibet ecclesię ministris in locum viuentis alter obrepat. Nec obest verbum sacerdotibus,quod est appositum in d c.1.gratia frequentioris vsus,sed ob hoc nō excludit alios,per tex.in c. quamuis,de deci.& text.in auth.cassa. C.de sacrosanct.eccl.gl.in clem.1.in verb. præsidentes, de rescrip.quam ibi not. & scripsi in tract.nomina q.5.

*Viuētis*

45 Decimosextò extenditur ad commendam, vt beneficium viuentis alteri commendari non possit, quando commenda facta erat à Papa.Cassador.dec.3.rub.de præbend.secus si ab ordinario facta esset ad sex menses: quia nihilominus conferre poterit ordinarius illud beneficium sic commendatum. cap.nemo deinceps, de electio.in 6.

*beneficiū non dēt alicui cō mēdari.*

46 Nec dicitur ordinarius tunc conferre beneficium viuentis, cum post tempus præfatum sex mensium ille commendatarius nihil iuris in eo habeat:secus in cō menda Papæ,quæ fit ad vitā,&habetur p titulo gl.in pragma.rub.de pacifi.possess.in verb.titulum. facit c dudum. 2. de elect. scripsi in tract.de pacific possessor. in concorda.in 5.amplia.nu.35. & seq.& superius in tract. de commenda.

*Ex iustā cā beneficiū viuētis impetratur*

47 Limita quando quis impetraret beneficium viuentis ex iusta causa, vt potequā cāt per non promotionem.capit. licet canon,de electio in 6.vel si per hæresim, aut per simoniam vacet,vel alio modo: vt per totum titu.de simoni.& capit.ad abolendam, de hæreticis. & capit. beneficium, de regul.in 6.vel si impetretur post professionem.

48 Et his casibus, non videtur conferri beneficium viuentis, quia iam est priuatus iure,quod habebat in eo: & sic vacabat beneficiū,&licet haberet ius retinēdi ex aliqua causa,tamen collatio valeret. c.licet Episcopus,de præb.in 6.c.1.in fi.de homicid.ibidem.Panormita in c.de multa,de præbend facit cap.post electionem, de conces.præbend.

*Motu p- prio non pōt cōfer ri viuen tis bene- ficium.*

49 Secundò non procedit, quando motu proprio conferretur.gl.in reg.Cancel. 20 per tex.in l.1.C.de peti.bono.subl.lib.10. Anchar.consi.397.quia non impetrauit, tamen Gomes.in d.reg.tenet contra,tum quòd motus proprius soleat impetrari: & quia fieret fraus regulę, etiā quia de stylo debet expresse derogari.d.regul. Cancellariæ,quod non fit per clausulam motu proprio.

50 Sed ego dicerem pœnas non habere locum quo ad illud, cui sic fuit collatum si illud non acceptauit,quia non videtur esse passus non acceptando: de quo loquitur d.c.1.alioqui contra: nempè si viuentis beneficium etiam motu proprio collatum acceptauerit, pœnis superius contentis saltem multis tenetur:quia cōueniunt verba, ergo & dispositio. l.4.§. totiens.ff. de damno infect.cap. indemnitatibus. §.

supradicta, de elect lib. 6.

*Ignorantia excusat impetrationẽ beneficij viuẽtis.*

51 Tertiò non habet locum, quando probabiliter ignorãs eum viuere illud impetrauit, vel ei collatum fuit, gl. & doct hic quia ignorantiam nolumus obligare. l. generali, C. de tabular. lib. 10. l. fi. ff de decretis ab ord. faciend. ibi, hniusmodi pœnas aduersus sciens paratas. & Oldr. cõsi. 304. infra scriptæ, nu 7. & Ias consi. 64 in causa. col. 5 in 3. vol. quo prætextu ignorantiæ noluit omnes se excusare.

*Iustacredulitas a pœna excusat.*

52 Quamobrem intellige iustam credulitatem excusare a pœna: vt si fama publica fuerit illum esse mortuum, l. cum quidam, §. quod dicitur, & l. si quis mihi bona, §. sed vtrum. ff. de acq. hæred. l. si quidem, & ibi glo. & doct. C. soluto matrim. l. fi. ff. de hæredibus. instit. l. 2. quis ordo in bonor. possessi. seruet. vt consuluit Deci. consil. 398. in causa. & Ioan. de Selua in tract. de benef. in 3. parte, quæstio. 11. & Syluester. in verb. beneficium, in 3. q. 18. in sua summa.

Quia sicut is, qui valt hæreditatem adire, & succedere alicui, debet esse certus de morte, & causa aditionis, nec debet de his dubitare. l. nec nos, de captiuis. C. & l. quod si dubitet. ff. de acquir. hæred. sic impetrans debet esse certus de morte, priusquam petat, vel imperret sicut adire volens. Ias. in d. consi. 64 co. 6. in 3. volum. & consi. 127. in causa, col. 3. volum 4.

53 Et licet ignorantia non debeat puniri, intelligit glo. quando nihil egit, in l. ex maleficijs. ff. de act. & obli. secus si aliquid egit, vt pote quia impetrauit viuentis beneficium: nam ista impetratio facit, vt debeat exprimere, & exprimendo sibi prouidet: nec ignorantia punitur, sed oneratur ad collationem beneficij viuentis exprimendam, vt Papa videat, an illi conferre debeat, & an inueniatur magna vel parua ambitio: & sic non est pœna, sed onus.

54 Debet etiam collator esse certus de vacatione, & morte, antequam iure cõferat, licet possit conferre, si vacat gl. in c. 2. de elect. in 6. argum. authen. hodie. C. de repud. ca. in præsentia, de sponsal. Aegid. Bellamera, decis. 16. & Card. consi. 99. dico quod acceptatio: & optarem legem fieri, vt si collator (nisi iusta credulitate dictus esset) conferret ante mortem, vt suspenderetur à conferendo per mensem vel annum, quæ collatio cap. daretur illius ecclesiæ, in qua est episcopus, & quòd impetrans beneficium viuentis esset perpetuo inhabilis ad illud, & ad alia quæcũque beneficia, priuatus etiàm esset ipso iure beneficijs, si quæ hẽt, vt ambito & habito careret. c. pen. de trãsla. episcopi alio qui facile ambitio sedari non poterit.

*Legesad tollendũ ambitionem.*

55 Quarto quando expressit in supplicatione, quod iam fuerat ei collatum beneficium uiuentis: quia Papa huic tex. derogare potest, cum plenitudinem habeat potestatis. c. proposuit, de consuet. præb. clausulam opponẽdam describit d. Philippus Probus in additio. ad Io. Monac. in d c. fi. col. 2. de consti. lib. 6.

*Vniri potest beneficiũ viuentis.*

56 Quinto limita per vnionem, quia beneficium viuẽtis vniri potest ecclesiæ, sed absque præiudicio possidentis. c. consulta tionibus, de dona. clem. vlt. de reb eccles. non alienand. nam quod datur collegio, nemini datur. c. Episcopus. §. qui manumittitur. 12. q. 2. & sic nullus viuẽtis mortem desiderabit. glo. not. in c. cum venisset, in glossa prima, de restitu. spolia.

*Ex consensu viuentis suũ põt cõferri beneficium.*

57 Sed forte omnes de collegio id desiderabunt: ob id melior videtur ratio, quia per vnionem non fit præiudicium viuẽti, ideo vnio valet: sed impẽtratio nõ potest ab alio fieri, vel collatio sine viuentis præiudicio: ideo, prouisio prohibetur, nõ vnio vt plene scripsi in tracta. de vnionibus.

58 Sextò non procedit, quando ista collatio beneficij viuentis fieret ex consensu illius, cuius est beneficium, tex. in c. beneficium, de regular. in 6 quia volenti non fit iniuria, nec dolus. l. 1. ff. de iureiur. tex. in c. sicut alterius, 7. q. 1. & sic non haberet locum, quando is primò in infirmitate constitutus resignasset, & mortuus fuisset intra viginti dies, quia tunc per obitum impetrari poterit.

*Coadiutor viuẽti dari põt vicarius vel administrator.*

59 Septimo quando esset senectute, vel morbo perpetuo detentus, forte lepræ: quia tunc ei potest dari coadiutor, vel administrator. c. de rectoribus, & c. penul. & c. fi. de clerico ægrotan. c. qualiter, & seq. & c. nihil. in fi. & c. seq. 7. q. 1.

60 Item præsule ab hostibus capto datur à Papa vicarius in temporalibus, & spiritualibus, quousque durabit impedimentum. c. si Episcopus, de supplenda negligẽ. præla. in 6. facit cle. 1 de foro compe. & de hoc scripsi in tract. nomina. q. 8. nu 27. sed eo reuerso. cessabit potestas huius vicarij.

*Trãsferri potest vnius in*

61 Octauò non procedit in translatione: nam Papa ex causa necessitatis, vel vtilitatis transferre aliquem potest. c. in apibus,

*aliud beneficium*

bus,in fi.7.q.1.Sed ſecundum rei veritatem non viuenti, ſed defuncto quodammodo Epiſcopo probatur quem ſubſtituit. text.ibi, & ſuperius ſcripſi. de transla.

62 Nono cum aliquis relicta priori Cathedra, ſua auctoritate ad aliam trāſierit, & alius ei ſubſtitutus fuerit: licet illi prioti eccleſiæ Epiſcopus eſſe non deſierit,ſubſtitutus tamen Epiſcoparū habebit [quia deliquit qui ſua auctoritate ſe tranſtulit] c.Paſtoralis,in fine,7.q.1.& cap. ſequen. & c.penul.de transla. Epiſcopi.

63 Item beneficium viuentis impetraſſe cenſetur,quando tantum tempus nō erit lapſum,intra quod potueritveriſimilis notitia mortis haberi: vt per regu.28.de qua inferius ſcribam in tract. renuncia.

*Impetratio beneficij non conualeſcit, etſi ſtatim moriatur viuens.*

64 Item collatio facta de beneficio non vacante non conualeſcit,ſi poſtea moriatur is,cuius collatū fuit beneficium: quia non firmatur tractu temporis,quod ab initio de iure non ſubſiſtit. regul. non firmatur, de regul. iuris, in 6. l. quod in initio, illo titu. ff. & ſic docet Barba. in ca. conſultationibus, nota.1. per illum text. de dona facit quod no. in c.fin.de iurepatronatus.

*Beneficiū non acceptatum conferri poteſt.*

65 Decimò non procedit in beneficio vacante,non tamen libero, vtpote,quia eſt collatum abſenti,ſi is nō accepter,vel moriatur,mihi conferri poteſt etiam ab ordinario: quia rationes regulæ locum nō habent:ut docet Ancha.in cap.ſi tibi abſenti columna ſecunda,de præbēdis,in ſexto.

*Conuertens ad ſidei vnitatem locū lucratur.*

66 Vndecimo limitatur in eo qui conuertit ad fidei vnitatem aliquem locū, quem ſi poſtea tenuerit per triennium, nemine ab eo illū repetente, vlterius ab illo non repetetur.cap.1. de præſcrip. ſed ibi hoc eſt in fidei fauorem. ut ibi ſcripſi[in meis interpretatio. ad ius cano.]

*Pœnas nō incurrit dominus per collationē procuratoris ſui.*

67 Vltimò non obtinet locum præfata regula,quando collatio fuerit facta procuratori meo,& ego non acceptauerim:tunc nullam pœnam patiar ante ratihabitionem, quia nullum præbui offendiculum, nec culpam : ergo ſine cauſſa puniri non debeo, regu.ſine culpa, de regu.iur.in 6. Ancha.conſ.397.apparet, col. 1. & quia non uideor paſſus me ſubſtitui,poſtquam non acceptaui.

*Derogatio ſpecialis eſt facienda, nec gene*

68 An uerò ſufficiat derogatio generalis? Reſpon.putarem non ſufficere, tum quia ex ſtylo apponi ſolet:& iſte caſus eſt ignotus Pontifici, ergo non uidetur illi derogare,nec tollere,quod ignorat.l.mater ff. de inofft. teſtam. & quia non reperitur de rogatio regularium,niſi expreſſæ fuerint. Gomeſ.in proœ.regul.Cancell. *ralis ſufficit*

69 Alioquin nihil prodeſſet ius, nec regula.quia ſemper derogatio generalis apponi ſolet, & ſic nunquam procederent iſtæ poenæ,contra beneficia uiuentis impetrantes:quod nequaquam eſt dicendū: ob id ſentirem hodie etiam hoc obſeruari in hac poena, ut non ualeat collatio facta ab ordinatio ei, cui ſemel collatum fuit,beneficium uiuentis,nec quidam ſi à Papa,niſi fuerit expreſſe derogatum quia ſubreptitia diceretur huiuſmodi prouiſio,teſte Petro de Viaxio,in tracta. de electio.1.parte,cap.10.

70 Et an ſupplicatio Papæ probet impetrationem? probari decidit Gomeſ. in d.reg.20.q.5. & ſi pars neget eam impetraſſe,quis habeat probare,ibidem uide.

*Sed ſubrogatio & gratia ſi neutri, ſi nulli, ſeu nouæ prouiſionis, aut perinde valere taliter impetranti nullatenus ſuffragetur.*

## GLOSSA OCTAVA.

INtellige † nō valere ſubrogationē, niſi ſit regulæ iſti derogatum: & Papa ſolet derogare petentibus, quaſi indifferenter, ut uidi quod potentiori denegare deberet,per rub C.ne liceat potētiori: & l. unā.C.ſi quacūque prędi poſtea. hocque fuit denegatū tempore Inno.8. Cardinal. ſancti Petr.ad Vincula,teſte Io.Staphile. in tracta.de literis gratiæ.fo.165. de literis iuſtitiæ. *Potētior nō debet ſubrogari.*

2 Vnde dicit in ſupplicatione debere apponi iſta uerba, Attento quod Orator nō eſt cedēte potentior.&c. licet derogetur, etiam pro potentiore,& fauorabilibus:tamen ſi non ſit expreſſum in ſupplicatione,quod eſt potentior, non ualet derogatio,per no.in c.1.de alienatio. iudic. mutam cauſſa facta,& l.1.& per totum.ff.illo tit.plene ſcripſi in ſcholaſticor. priuileg. 177.& in conſtitutio.Reg.trac.de ceſſio. in 2.to.Gomeſ.q 15 dicit hodie in diffēter Cardinalibus concedi derogationē: ideoque prælati per ſaxa, & per ignes ad Cardinalatus apicem aſpirant, & quandoque pecunia: quod eſt deteſtabilius. & hic eſt quartus caſus,in quo rta flectitur.

3 Si iamen unus collitigans obtinuerit ſententiam in ſui fauorem, quæ in rem

tranſiuerit iudicatam, poterit etiam potentiori cedere, cum derogatione regulæ: tunc enim omnis præſumptio malitiæ ceſſat: nam tunc non videtur inductus, quòd de iure ſuo diffideret. vt doct no. in capit. 2. de aliena. iudic. mutandi, ſed hoc caſu requiritur, q̃ ſententia lata fuerit contra omnes collitigantes: nec ſufficeret contra vnum latam eſſe, quia cum illo colluſio poſſet eſſe, teſte Gomeſ. in q. 1. ſuper hac regula.

*Subrogari poteſt ſine derogatione quis in locũ eius qui tres obtinuit ſententias.*

4 Quintus caſus quando quis petit ſubrogari in locum illius, qui tres ſententias conformes obtinuerat, & antequam executioni demandatæ eſſent, mortuus fuerit: tunc ei qui in locum talis petit ſubrogari, neceſſe non eſt, quòd petat derogari iſti regulæ: quia hic caſus in ea non comprehenditur, cum lis iam ſit finita, per clementinam 1. de re iudic.

5 Et idem ſi finita erat per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatum per text. in c. primo, de litis conteſta. in 6. Et ſic cũ lis ſit finita, non præfertur collitigans impetrans, etiam ſi huic non ſit derogatum regulæ Gomeſ. quæſt. 14. glo. & doctores in ca. fina. vt lite penden. in 6.

*Mortuis collitigãtibus nõ poteſt tertius ſubrogari.*

6 Sextus caſus quando duo ſuper bene ficio litigabant, ambobus mortuis non poteſt ſubrogari tertius, quia lis eſt iam finita. ideoque proſecutio litis finitæ fieri non poteſt, l. cum lite mortua, ff. iudic. ſolui. Bonifa. Vital. in clem. 1. in 4. concluſ. vt lite penden. non prohibetur tamen hic tertius beneficium illud de nouo impetrare, cum vacet.

7 Septimus caſus quãdo lis eſſet iniuſtè mota contra mortuum fortè triduo antequam decederet, tunc illa motio litis non inducit vitium litigioſi. l. 1. § 1. ff. de litigio. plene ſcribit Caſſador. deciſ. vlt. de dolo, ſuperius dictum fuit.

*Quod etiam ſtrictiſſime obſeruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, et amotionem ex quibuſuis criminibus, & exceſſibus forſan perpetratis, etiam ſi vſque ad definitiuam ſententiã, quæ tamen in rem non tranſierit iudicatam, proceſſum foret.*

## GLOSSA IX. & VLTIMA.

*Subrogari nõ poteſt accumbens per crimen.*

OCtauus caſus, eſt in quo non poteſt ſubrogari is qui beneficium impetrauit tanquam vacans per crimen; nã ſi poſtea is moriatur, ét poſt ſententiam priuationis, non poterit iſte impetrans ſubrogari. niſi ſententia priuationis tranſiſſet in rem iudicatã, ad hoc vt fraudibus obuietur. quia poſſet aliquis accuſare ſenem, aut valetudinarium, vt cum pendente proceſſu contingeret eum mori, collitigans iſte fraudulẽtus ſubrogaretur quã obrem ſecundum hunc text. non valebit ſubrogatio, nec prouiſio noua, nec gratia ſi neutri, aut ſi nulli.

*ſans alia quẽ poſt beneficij illius impetratione.*

2 Idẽ ſtatuit Alex. 6. in ſuis regulis, ti. de ſign. gra. videlicet non dari ſubrogationem vbi lis eſt ſuper priuatione. quia tũc beneficium non eſt litigioſum, ſed perſona, videlicet quia non diſſeritur de titulo beneficij, ſed de perſona. & quia niſi principaliter agatur de beneficio impeditur ſubrogatio. Do. & Franc. in d. cap. fi. vt lite pend. in 6.

*Subrogatio impeditur, niſi principaliter beneficium ſit litigioſũ non perſona.*

3 Et idem Alex. ſtatuit in tit. de derog. iuriſp. niſi obtineatur à papa reſcriptum, in quo mandetur iudicibus de cauſſa cognoſcentibus, q̃ adueniente priuatione, p̃ui deatur dicto impetranti, adiecta clauſula Decreti & poſtea ſcribatur ſic, q̃ ſi d. talis delinquens metu priuationis interim beneficia in fauorẽ alterius ẽt in manib. noſtris ceſſerit, reſignatio hmõi in fauorẽ Oratoris ſit, & eſſe cenſetur poſt priuationis ſnĩam. docet Do. Probus in cap. præſenti, de offi leg. lib. 6. Gomeſ. q. 7.

4 Sed in hoc regno parũ prodeſſet hoc reſcriptũ, quia inducit reſeruationẽ, quæ oĩno prohibita eſt in regno Frãciæ. iõ iſte vix prohibereẽ, à reſignatione corã papa, ſi faceret mentionẽ iſtius reſeruationis.

*Accuſatus pendente accuſatione cedere põt.*

5 Et ſic nota q̃ non datur ſubrogatio, nec gſa ſi neutri, vel ſi nulli, perinde valere, vel noua prouiſio, vbi contra aliquẽ agit de crimine, & is moritur. tunc anteq̃ priuetur, non ſubrogatur alius in locũ illius. quia beneficiũ non eſt litigioſum, ſed perſona accuſata. & ideo pendente proceſſu accuſatus poterit cedere ante ſententiam priuationis. gl. in d. ver. finita, c. vlt. vt lit. pen. in 6. c. Per tuas, in fi. de ſimo. nec poterit eo mortuo, proceſſus proſequi contra mortuũ ad effectum priuationis, quia crimen extinctum fuit morte, l. defuncto, ff. de publ. iud. Aufrer. in deciſ. Thol. q. 436.

6 Non poteſt tñ ille accuſatus lite pendente permutare. vt abundè tradit Boer. in dec. Burd. q. 205. tractat⁹, alibi tñ dicã.

*In beneficijs conſiſtorialibus.*

7 Item non datur ſubrogatio in beneficijs conſiſtorialibus, hoc eſt in monaſterijs

*ſtorialibus nō datur ſubrogatio.*

rijs virorum valorem ducentorum florenorum auri communi æſtimatione excedentium: quia talia ſunt reſeruata ſupra in reg. cancellariæ.

8 Et de illis ſolet papa prouidere conſtorialiter: ideo in illis non datur ſubrogatio, niſi præceſſerit alia prouiſio, vel commenda cōſiſtorialis, & ita ſeruat ſtylus curiæ Ro. teſte Staphil. in tract. de lite grat. tit. de lit. iuſtitiæ, ſuper cōmiſſionibus. Eſt & alius caſus plus dicēs, videlicet non admitti reſignationes talium: ſed in hoc regno Franciæ iſtæ reſeruationes ſunt ſublatæ, & ſic ſubrogationes non prohibitæ.

9 Supereſt alia regula pulchre huic materiæ conſentanea, & quæ ſeruatur, ob id eam hic inſerere non erit extraneum.

*Regula cancellaria XXXV. De impetrando beneficium etiam per annum pacificè poſſeſſum, alias de annali poſſeſſore.*
*Item ſanctiſſimus dominus noſter.*

## GLOSSA PRIMA.

ISta regula eſt vtilis, & ſeruatur in Francia: vnde impetratio iudicatur ſubreptitia, & nulla: niſi exprimantur ſequētia, quæ ſunt in forma propter clauſulā Decreti: vt not. Fel. in c. cum dilecta, de reſcri. Scripſi in forma mād. in Cōcordatis, quando aliquid de forma cēſeatur: & hoc eſt introductum ratione ſequenti.

*Vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, ſtatuit, & ordinauit quòd quicunque.*

## GLOSSA SECVNDA.

*Ratiohuius regula de annali poſſeſſore.*

RAtionem & cauſſam ſtatuti hic adijcit, videlicet vt motus improbi eorum, qui lites exquirunt reprimantur: reprimentur autem quandoquidem non valebit impetratio: & cum impetrantes condemnabuntur ad expenſas, damna, & ad mulctā: non q̄ exquirentes lites tam latè ſint improbandi, quemadmodum nititur Gomeſ. q. 1. & 2. ſed eorum motus improbi potius arcendi. Ratio quoq; poteſt eſſe vt certa & indubitata ſit impetratio, quo facilius papæ volūtas verè poſſit elici, ac ne ſub inuolucro verborū decipi valeat: vt dīt Bal. & alij in c. cum olim, de re iud.

*Beneficium eccleſiaſticum.*

## GLOSSA TERTIA.

*Beneficij nomine & officia, & alia beneficia comprehendūtur.*

COmprehendit officium, & dignitatē eccleſiaſticam, gl. in clem. auditor. de reſcrip. & quæcunque alia beneficia: vt ſuperius ſcripſi: & ex ratione regulæ comprehenditur etiam beneficium, quod eſt ſub patronatu laicorum, & in caſibus, quibus valet impetratio, nempe quo certa ſit impetratio. Cum igitur conueniant verba, ſic quoque diſpoſitio. l. 4 §. tcties. ff. de dam. infecto. c. indemnitatibus. §. ſupradicta. de elect. lib. 6.

*Amicus pòt impetrare beneficiū amico.*

Et intellige quicunque beneficium impetrauerit, ſiue per ſe, ſiue per alium, comprehēditur ſub hac regula, vt eſt infra: poteſt. n. alius in amici ſui fauorem beneficium impetrare, gl. in c. nonnulli. in fi. de reſcrip. per hoc verbū, quicunq; inhabiles non fiunt capaces ad impetrāda beneficia, quia inducta ad vnum effectum, non dēnt cōtrarium operari effectum, l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. licet Gomeſ. q. 55. & ſeq. dicat iſtam regulam defendere inhabiles, dummō non ſint execrabiles, quod eſt mirum: quia hæc regula non ſolum eſt in fauorem poſſeſſorū inducta, ſed vt certior reddatur papa de beneficij vacatione, & à quo detineatur, & hic ponitur forma expreſſionis, quam omittens obſeruare nequaquam iuuabitur huius beneficio regulæ: quia contemnere videtur, non exprimendo quod debet. Ideo ſi etiam hæreticus vel ſimoniacus poſſederit beneficiū per annum, quod ego velim impetrare, oportet exprimere nomen poſſeſſoris, gradū, nobilitatē, & quot annis ipſe poſſedit, alioqui impetratio nulla erit. ſic loquitur iſte tex. generaliter loquens, quicquid iactet Gomeſ. multa profundēs hic, quæ parum textui conferunt, quandoquidem non tuetur inhabiles, ſed repellit impetrantem a ſua inepta impetratione, qua videlicet non expreſſit hic ſtatuta, & per hoc ceſſant omnes rationes Gome. in quibus valde laborauit ſed fruſtra.

*Inhabiles beneficia nō impetrant.*

Si tamen inhabilis de facto impetrauerit beneficiū, puniendus eſt ad damna, intereſſe, & ad mulctam, vt ſtatuit hæc reg. in fine: ſtultus enim & inhabilis nō debet eſſe melioris conditionis, quàm habilis. c. eum qui. de præb. in 6. & quia lites exquirit: & motus exquirentiū lites reprimendi ſunt per hanc regulam.

*Tunc per annum.*

## GLOSSA QVARTA.

*Annus possessoris dēt esse completus.*

NOta sequentia requiri, antequā hęc regula locum habere possit. Primò, q̃ beneficium fuerit ab aliquo possessum per annum integrum & completum, vel vltra, per hoc verbū tunc. s. impetrationis tempore: nec haberet locum huius regulæ decisio, si possessum fuisset tantum per decem, vel vndecim mēses cū dimidio, ni si fuerit annus completus. l. 3. §. 1. ff. de minoribus nisi in deuolutione: vt infra dicetur. Et pro decis. huius regulæ facit text. no. in §. fi. si de inuest. inter dom. & vassallis oriatur, vbi possessio annalis inducit præsumptionē pro vassallo, qū sciente domino & nō contradicente possedit per annū: ius quoq; retrahendi feudum illicitè alienatū præscribitur anno, computando a die scientiæ contra agnatum non proximū, in §. Titius filios, si de feudo defuncti cōtent. sit inter do. & agn. vassal. §. porro, qualiter olim feudū poterat alienari. Et vide quæ scripsi in art. 2. de mate. poss. in 3. tomo ordinat. Reg. vbi post annum nō auditur quis in interdicto, vti possidetis.

*Annus à quo tẽpore cōputetur.*

Et cōputatus hic annus à die, quo adeptus est beneficij possessionem is cuius beneficium impetratur, & postea per annū pacifice possedit, & cum hic nō agatur de iure secundi impetrantis, sicut in iuribus supra adductis pro vassallo, dicerē in anno isto non requiri scientiam vltimi impetrantis: adeo quòd si possederim beneficiū per vnum annum te ignorante: adhuc habet locum ista regula, vt debeas exprimere in tua impetratione, quæ hic requiruntur: alioqui nullius momenti erit impetratio, cū iste tex. non exigat scientiā, sed possessionem, & alia infra descripta.

*Immediatè præcedentem.*

## GLOSSA QVINTA.

SEcundò requiritur quod possessum fuerit per annū immediatè præcedentē impetrationem: vnde si nunc possederit per sex mēses, & postea alius, demum primus per alios sex menses: non habebit locum hæc regula, per hoc verbum immediatè præcedentem. facit l. si idem cum eodem. ff. de iurisd. om. iud.

Et sic non habebit locum in cessionario, vnde si post annū resignauerim minori curatū beneficium: & alius impetrauerit, antequā hic minor possederit per annum, nō habebit locum hæc regula, quia non possedit immediatè, vt requirit iste tex. nec ipse, sed alius: & iste tex. non loquitur quod quis possit iuuari possessione alterius quæ est facti, l. denique. ff ex quibus cau. maior. l. Pompo. de acquir. poss. scripsi in tract. de pacific. possessor. nu. 267 quicquid dicat Gomes. q. 34. quia hic intelligitur de proprio possessore, non decedente: alioqui ista regula semper procederet, quia prædecessoris semper allegaretur annalis possessio: & hoc clarum est, ob id alia non adducam: licet hoc Gomes. fir met q. 43. cui respond. in tract. de pacific. poss.

*Annus cōtinuꝰ requirtur, & ab vno non à duobus.*

*Pacificè possessum.*

## GLOSSA SEXTA.

TErtio requiritur, quòd quis pacificè per annum illud beneficium possederit, id est sine lite & controuersia: ideoque citatur etiam nulliter, dummodo processus sit introductus, nō dicitur pacifice possidere, quia non sine lite & controuersia possedit. clem. grat. de rescrip. plene scripsi in tract. de pacific. possess. in 3. limit. num. 164. & seq.

*Pacific. q̃n dicatur.*

Verum torquet animum suum hic Gomes. an pacifica possessio interrūpatur per citationem nullam, vel sequestrum. Sed quorsum hæc, cum iste dicat impetrantē debere exprimere eum, qui pacificè possedit per annū, si beneficiū sit sequestratū: si processus sit introductus, siue iure, siue iniuria, non dicitur pacificè possedisse: ergo non habet locum regula, alias non probo, quia hæc sunt plana.

*Pacificæ possessio an per citationem in ualidā interrūpatur.*

Asserit etiam idem Gomes. q. 47. eum qui non recipit fructus, nō dici pacificum quo ad istam regulam: Cuius tamen sententiæ non essem, quia is qui sine cōtrouersia possidet beneficium, dicitur illud pacificè possidere: nā licet nō recipiat fructus ratione priuilegij, c. si propter. de rescrip. lib. 6. c. si tibi. de præb. tamen non minus dicitur pacificè possidere titulum beneficij. & ideo impetrans tenetur exprimere ea, quæ hic statuuntur, pluribus hoc probarem: ni tam facilè videretur, & clarū, quod Soli facem esset admouere. Annus etiam computatur à die litis finitæ, cum

*Non recipiens fructus an pacifice dicatur possidere.*

cœpta

cępta ſemel eſſet lis. & intellige hic poſſeſſum, ſiue cum titulo, ſiue non: vt docet Gomeſ. q. 33. & ſic habet ſecundum eum locum etiam in minore, qui poſſedit beneficium curatum ſine diſpenſatione: quia hoc eſt introductum, vt certior papa reddatur de poſſeſſore beneficij, & ſic non in fauorem poſſeſſoris ſimpliciter: vt in 2. gl. dixi. Ideo habebit etiam locum contra ſimplicem poſſeſſorem ſine titulo pacificum annalem: alias ſi voluiſſet dixiſſet habentem titulum, c. ad audientiam. de decimis.

*Et quod certo modo vacare prætenditur.*

## GLOSSA SEPTIMA.

*Vacandi modꝰ certus exprimatur.*

QVarto ꝙ beneficium prætendatur certo modo vacare, alias diceretur quis beneficium viuentis impetrare, quod eſt prohibitum, vt ſupra dixi in reg. proximam: & tenetur hic impetrans certum modum vacandi exprimere. c. ſuſceptum. de reſcri. lib. 6. alias non valebit impetratio, etiam ſi diceret vacare per modum in cancellaria exprimendum, vt in regul. Cancel. 40. ſed poteſt exprimi quilibet vacationis modus, etiam per reſignationem: vt docet Caſſador. in deciſ. 15. ſuper hac regula.

*Reformatio primæ gratiæ an valeat.*

Nec habet locum, ſi reformetur prima gratia, quæ erat nulla, eo ꝙ non fecerat mentionem iſtius regulæ: quia licet prima ſit nulla, reformatio tendit ad hoc, vt det illi ſpiritū vitæ, & quòd in prima gratia fuit omiſſum, per hanc ſecundam gratiam ſuppletur omiſſum in alia. glo. in c. ſi Apoſtolicæ, de præb. lib. 6. Gomeſ. q. 29. quod mihi parum arridet: nam aut eſt derogatum in ſecunda gratia huic regulæ: & tunc propter derogationem non eſt dubium regulam non habere locum.

Si autem ſecunda gratia, quæ eſt reformatio primæ nō deroget regulæ, oportet quòd cauſſa exprimatur, cur prima gratia non valuit: ergo debent exprimi ea, quæ hic continentur, alias non valeret reformatio: vt de his plene ſcripſi ſuperius in bulla: & hoc docet expreſsè glo. quam allegat Gomeſ. & dicit ita curiam ſeruare: & illam glo. probant ibi doct. & Fel. in cap. in noſtra. corrella. 16. de reſcrip.

*Deinceps impetrauerit.*

## GLOSSA OCTAVA.

QVinto requiritur, quòd illud beneficium impetretur & cum effectu. l. 1. ff. quod quiſque iuris: non enim habet locum in volente impetrare, nec impetrante quidem, ſed non proſequente, nec etiam procedit in eo, qui impetrauerat, tempore huius regulæ. Cum text. dicat deinceps, & ſic iſte tex. futura reſpicit, nō præterita, ſicut de natura legis eſt, c. fi. de conſti. Ideo ſi quis impetratione ſua velit vti, locum habet iſte text. oportet ergo ꝙ poſſeſſor excipiat de regula: alioqui non procedet: vt docet Gomeſ. q. 4. hēt quodque locum & ſi motu proprio cōcedatur: quia hic impetrans dicitur, & eadem eſt ratio: vt plenè ſcripſi in forma manda. in ver. motu proprio, 'idq; ſiue impetrauerit in titulum, ſiue in commendam, cum non poſſit diuerſa ratio aſſignari: vt etiam docet Gomeſ. q. 26. etiam ſiue in vim nouæ prouiſionis, ſi neutri vel alterius gratiæ ex identitate rōnis: vt docet idem Gome. q. 28. & putarem habere locum tam in impetratione a Papa facta, quàm a legato, quæ ferè æquiparantur. c. fi. & cle. fi. de offi. legat. in 6. & cle. ſed non in ordinario, in quo iſta non exprimuntur. d. cle. vlt.

*Impetrãs motu proprio, ſiue in commẽdam exprimere debet qua hic ſtatuun tur.*

*Nomen.*

## GLOSSA NONA.

*Nomen & cognomen poſſeſſoris in impetratione exprimẽdum.*

SExto in impetratione requiritur nomen, & ſic nominis expreſſio illius, qui poſſederat beneficiū pacificè per annum: & quamuis iſte tex. nihil exprimat de cognomine, tamē illud ēt debet exprimi; ꝙ videlicet certior impetratio reddatur: imò etiam ſi plura haberet nomina: nā quod de vno dicitur, & in duobus procedit. l. ſingularia. & l. certum. ff. ſi cer. petat. ſcripſi in 5. teneantur. de colla. in Concord. nec ſufficeret exprimere tale beneficium S. Seuerini Pari. indebitè poſſeſſum, non exprimendo nomen poſſeſſoris, cognomen, & iſta quæ tex. hic requirit.

*Gradum.*

## GLOSSA DECIMA.

*Gradus poſſeſſoris*

SEptimò debet exprimi gradus poſſeſſoris beneficij, ſi quem habeat: vt ſi poſ-

*vis oſtex primendus ab impetrãto.*

ſeſſum fuerit beneficium à doctore, etiam ſi illud fuiſſet vnitum, verumtamen per annum ab eo poſſeſſum: oportet enim illius nomen, & gradum exprimere: & tũc habebit locum hæc regula, cum impetrãs aſſerit non eſſe vnitũ, & ita iudicauit Rota teſte Caſſador. in deciſ. 13. vtrum obtinens, ſuper hac regula. Et Gomeſ. q. 25 refert gradum quoque hic accipi pro dignitate: vt impetrans dignitatem poſſeſſoris exprimat, ſi fortè ſit protonotarius, aut alia præditus dignitate, vel gradu doctoratus, ſeu licentiæ: & vt in reg. prærog. Iulij II. & in S. teneantur, de coll. in Concor. ideo qui talium poſſeſſoré beneficia vult impetrare, debet hoc conditionaliter exprimere, ſiue is occulte, ſiue palam doctor effectus ſit, quia fama debet inſpici: & ſi videat iſtũ iurã, vel Theologiam interpretari, dicat eum doctorem: quia tales ſic conſueuerunt eſſe, & dicat forſan, vt ſupra ſcripſi. Panor. in c. 1. de ſer. ſcripſi in Scholaſt. priuileg. quòd poſſit quis profiteri, etiam ſi verè non ſit doct.

*Et nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem.*

## GLOSSA VNDECIMA.

*Nobilitas poſſeſſoris annalis exprimẽda.*

OCtauo nobilitas poſſeſſoris beneficij eſt exprimenda, in hoc caſu, ſi fuerit nobilis: & ſic conſideratur hic nobilitas, vt in c. de mulcta. de præben. gl. in c. conſtitutis. de appel.

Licet regulariter impetrãs beneficium non teneatur exprimere nobilitatem: quia nobilitas non eſt cauſſa retrahenti concedentem, ſed inducendi, cum non ſit apud Papam acceptio perſonarum, cap. venerabilis. de præbend. doctor. in cap. ad aures. de reſcrip. Ioan. de Selua in tractat de benefic. in 3. parte. quæſt. 12. & intelligo hic nobilitatem ſiue ex vtroque parente, de qua in d. cap. venerabilis, ſiue ex patre tantum quia nobilitas non procedit à ſola matre. l. nullus. C. de Decur. lib. 10. ſcripſi in §. cum vero, de collat. in Concorda. & ſufficit quo ad nobilitatem exprimendam, iſtum, cuius beneficium impetratur, reputatum eſſe nobilem. arg. l. Barbarius. ff de offic. prætor. & ſi ignorer an ſit nobilis, poterit in ſignatura apponere à tali N. &c. qui forſan nobilis exiſtit, &c.

*Et quot annis ipſe poſſedit.*

## GLOSSA DVODECIMA.

NOno exprimi debet, quot annis poſſederit beneficiũ: quia poſt tres annos, papa nollet conferre, ſi cum colorato titulo poſſediſſet: vt in reg. ſeq. & abun de ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſ. non tamen haberet locum iſta reg. ſi beneficium hæretici impetraretur cum ſit ipſo iure priuatus. tex. in cap. quo iure, vbi Dom. & Alexan. 8. diſtinct. hoc expreſsè fuit deciſum in Rota, vt refert Caſſad. deciſ. 14. ſu per regu. Cancel. ſed tutius eſſet exprimere, vt ſuperius ſcripſi: nam poſtquam hic hæreticus, vel ſimoniacus tenet, pro poſſeſſore habetur. c. eum qui, & c. ſi beneficia, de præb. lib. 6. ſcripſi in tract. nomina q. 9 num. 11. & quamuis Gomeſ. hic q. 38. dicat quando impetrans petit in ſua impetratione derogari regulæ, iſta expreſſione opus eſt, alias non Ego dicerem impetrantem indiſtinctè teneri exprimere ſupradicta, & quot annis ipſe poſſeſſor tenuit: vt Papa videat an triennium ſit elapſum, vt non moleſtetur poſſeſſor triennalis, iuxta reg. Cancel in tract. de pacifi poſ.

*Beneficium hæretici impetrari poteſt: et requiſita ſunt exprimẽda.*

*Ac ſpecificã et determinatam (ex qua clarè poterit conſtare, quòd nullum ipſi poſſeſſori in beneficio ius cõpetat) cauſſam in huiuſmodi impetratione exprimere.*

## GLOSSA DECIMATERTIA.

DEcimo oportet cauſſam exprimere ſpecificam non in genere, vt ſi dicere vacans: nam expreſſionem in indiuiduo requirit hic textus ibi, & determinatam: ex qua expreſſione clarè pateat ſummo Pontifici, quòd poſſeſſor nullum ius in beneficio habet, vtpote quia erat excõmunicatus tempore collationis ſibi factæ ab ordinario: vel alia cauſſa exprimatur, ac modus vacandi, alioqui impetratio non valet. quia papa non intendit derogare iuri alterius, vt ſupra dictũ extitit, nec beneficium nondum vacans conferre intendit. c. 1. & per totum, de conceſ. præb.

*Cauſſa ſpeciali exprimẽda in impetratione beneficij annalis poſſeſſoris.*

Si tamen quis diceret detentorẽ nullũ ius habere, nulloque titulo, nullove iuris adminiculo iuuari, ſed temerè, & de facto per annũ detinuiſſe beneficium tale. horum verborum expreſſio ſufficit, licet nulla alia

la alia cauſsa exprimatur. nam illa verba nullo iuris adminiculo, operantur, vt poſſit dici illũ poſsediſse de facto, & temere poſtquam iuris non habebat adminiculũ. nec aliter hoc caſu fit derogatio, vel mentio iſtius regulæ, cum clarè ſit expreſsum eo quòd de facto & ſine tit. dictum fuit.

Si vero dicatur partem nullum habere titulum, ſaltem canonicum, quia nõ exprimitur ſpecifica cauſsa, quare ius illi nõ cõperat ideo derogandũ eſt iſti regulæ in hoc, & quo ad hanc partẽ, quia nõ expreſsa cauſsa, & iſte eſt ſtylus curiæ Romanę.

*Caſus in quibus valet impetratio ſine expreſſione*

Et ſic iſta regula nõ habet locum, quando illi eſt derogatum. Item quando in ſignatura eſt appoſita illa clauſula, Quòd maior ſpecificatio fieri poſſit nominis, gradus, nobilitatis, & temporis, poſſeſſionis, &c. vt ſcripſi ſupra in ſignatura, vide ẽt alios caſus, quos in ꝓxima regula ſcripſi. Et hic requiritur clara expreſſio, non amphibologica, nec incerta. alias impetratio cõſuſa non valeret gl. & doc. in c. 2 de elect. in 6. nec ẽt in reſignatario, & in eo qui poſsedit in proprietatẽ, videlicet tanꝙ vnitũ. vt Gome. hic plene explicat.

*Et infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere.*

## GLOSSA DECIMAQVARTA.

*Poſſeſſor intra ſex mẽſes eſt ad iudicium vocandus.*

VNdecimo oportet impetrantem curare, vt poſsesſor euocetur intra ſex menſes computandos à die quo hic impetrauit beneficium à Papa, alias impetratio nullius eſt momenti, vt in hac regula habetur, quia interdũ impetrans non agebat per annum. ideo ſtatuitur vt intra ſex menſes quis agat. vt vult in ſimili l. diffamari. C. de ingenu & manumiſſis.

Fallit ſi propter bellum, vel aliud iuſtum impedimentum non potuiſset habere literas. vt ſcripſi in §. 1. in ver. impedimento, de colla in Concor. & in tract de excu. & exonrjs in 3. tomo conſt. regiar. Gome q. 14.

Idem ſi poſsesſor vel impetrans mortuus fuerit ciuiliter, aut naturaliter, vt excuſetur, ſi non fecerit intra ſex menſes euocari facere poſsesſorẽ, quia per eum non ſterit. cum igitur per eum non ſtet, ei non eſt imputandum. l. in iure ciu. l. ff. de reg. iur. & idem ſi conuentus cedat, vel decedat ante annum. vt etiam excuſetur impetrans, ſi non fuerit hoc proſecutus vſq; ad ſententiam. vt docet Caſsad. in deciſ. 16. idem quod ſuper hac reg. Cancel.

Veruntamen iſtud tempus ſolet per pam prorogari, antequã ſit elapſum, quia poſt lapſum prorogari non poteſt. l. ſed ſi manente. ff. de precar. teſtis eſt nobis Staphil. in tract. de literis gratiæ fol. pen. ſed iterũ poterit beneficium impetrari. & in hoc Franciæ regno ſufficit intra annũ agere poſsesſorio coram iudicibus Regijs. & ſic non ſeruatur hæc regula quo ad hoc.

*Cauſſamq. ex tunc, de ſuper infra annum vſque ad ſententiam definituam incluſiue proſequi debeat, & teneatur.*

## GLOSSA DECIMAQVINTA.

*Intra annum habenda ſententia*

DVodecimo debet cauſsam inchoatã intra ſex menſes proſequi, ita vt ſententiam intra annum à die vocationis in ius computandum conſequar. per hoc verbum, Ex tunc, proſequi debeat, non dicit finiri. quia hoc non eſt in partis poteſtate ſemper, ſed interdum iudicis. vt in l. properandum. C. de iud. & ſufficit ꝙ non ſtet per partẽ. non vidi tñ ob hoc beneficium amitti in Francia, vbi proceſsus ſunt longiſſimi. Solent tñ impetrantes quandoq; a Papa prorogationẽ impetrare. vt ſupra dixi in patria obedientiæ, quod rarum eſt in hac patria, cum in hoc non ſeruetur.

Idem ſi mortuus fuerit impetrãs intra annum, vt non imputetur, ſi non fuerit proſecutus ad ſententiam, vel ſi ceſserit. poteſt enim cedere in qualibet parte anni ante finem, per tex. in cap commiſsa. de elect. in 6. Sic concludit Caſsad. deci. 27. quo ad dictam in hac reg. Cancel.

*Alioqui impetratio prædicta & quæcunque inde ſecuta nullius exiſtant firmitatis.*

## GLOSSA DECIMASEXTA.

*Opponi etiam in cauſſa appellationis poteſt contra impetrationem inualidã*

ECce hic decretum annullans, vt non valeant impetrationes factæ, niſi ſeruata forma hic poſita, nec inde ſecuta. & ſic in ſecunda inſtantia poterit opponi ad annullandum primam ſententiam. vt de cidit Caſsador. deci. 12 obtinuit ſuper regul. Cancel.

Intellige ꝙ is qui poſsedit per annum, poteſt ſe iuuare poſsellione annali ad excludendum impetrantẽ, eo ꝙ non expreſsit ea, quæ hic ſtatuta ſunt, ſed non ratione ſuæ

ne ſuæ poſſeſſionis annalis, ſed ſubreptionis, quicquid dicat hic Gomeſ. q. 44. vbi multa ſcribit ſuper hoc. Sed vt arbitror, extra oleas. vt quilibet videre poterit per iſtum tex. ſed tamen pulchre elucidat iſta verba, & inde ſecuta q. 78. vide ibi, ſi non graueris.

*Et idem impetrans de damnis & intereſſe poſſeſſorem prædictum propterea contingentibus ei ſatisfacere, & ſi poſſeſſorem ipſam iniuſtè, friuolè, & indebitè moleſtaſſe repertus extiterit.*

## GLOSSA DECIMASEPTIMA.

*Impetrans te mere cõdemnari debet in expenſis, damnis & intereſſe.*

COndemnari ergo debet is impetrãs, qui ad iudicium vocauit temerè poſſeſſorem beneficij in damnis, intereſſe, & expenſis. vt ſcripſi in conſtit. reg. in tit. de mater. poſſeſſor. art. 12. & in tit. de expen. dam. & intereſſe. 3. tomo commenta. facit l. eum quem temerè. ff. de iudic. & hic nõ exprimit cõdemnandum in expenſ. quia ſatis à iure expreſſum eſt, vt victus victori in expenſis condemnari debeat. l. properandum §. ſinautem alterutra. C. de iudic. ideo condemnabitur iſte impetrans, iniuſtè etiam ad expenſas, intellige ſi petantur a parte. vt dicit glo. in c. ſi de reſcript. ideo pars poteſt impetrationi renunciare, & poſſeſſor etiam petitioni expenſarũ ſed quo ad mulctam non poterit ſine Papæ procuratoris, vel domini aſſenſu. quia hæc mulcta ad eum pertinet, quãuis prolixè diſtinguat hic Gomeſ. q. 7. putans ét hic q 40. hodie non eſſe in vſu, vt quis ad intereſſe condemnetur. quia intereſſe & damnum idem videtur. Sed aliter reſpondere damnum dici à diminutione. l. 3. ff. de damno infecto. Secus in intereſſe, vt ſcripſi in interpre. l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. ideo etiam hodie in tereſſe debetur. & iudices quotidie condemnant ad intereſſe in beneficialibus vt ſcripſi in 3. commenta. tomo conſt. Regiar. Et ſic nota hic, q̃ ſi quis impetrauerit beneficium pacificè poſſeſſum per annum, non exprimendo quæ hic ſtatuuntur, impetratio erit nulla.

Si autem poſt impetrationem non vocauerit in ius poſſeſſorem, non condemnabitur. vt dicit hic text. Sed ſi vocauerit in ius poſt ſex menſes, & vſque ad ſententiam perſeuerauerit, & proſecutus fuerit, ad damna, intereſſe & expenſas condemnandus erit. & hoc videtur decidere Gomeſ. q. 82.

*Quinquaginta florenos auri perſoluere camerę Apoſtolicę ſit aſtrictus.*

## GLOSSA DECIMAOCTAVA.

*Iniuſtè litigans etiã ad mulctã condemnatur, et cui applicetur.*

ET ſic patet mulctam Apoſtolicæ cameræ eſſe ſoluendam. quod eſt verum in terris Papæ ſubiectis quo ad temporalem iuriſdictionem, alias applicaretur illi fiſco, qui habet temporalem iuriſdictionem, in loco. vt ſcripſi in l. ſi qua pœna. ff. de verborum ſignificatio. Et ſic iniuſtè litigans non ſolum condemnatur ad expenſas, damna, & intereſſe, ſed etiam ad mulctam vt hic facit §. ſtatuimus, de friuol. appella. in concord.

Verum iudices Regij in hoc Regno de poſſeſſorijs beneficiorum cognoſcentes non ſeruant hanc mulctam, ſed ad damna, intereſſe, & expenſas temere impetrantem condemnant, ratione legis Regiæ, de qua ibidem in d. conſt. Reg.

*Nec alius quam præmiſſa vacationis modus etiam per literas ſi neutri, aut ſubrogationis, vel alias ſibi quo ad hoc, vt beneficium huiuſmodi ea vice conſequi, aut obtinere valeat, quomodolibet ſuffragetur, illudque nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur.*

## GLOSSA DECIMANONA.

*Litera ſi neutri, ſubrogationis & perinde valere q̃n impetrari nõ poſſint.*

STatuit Papa, quòd non liceat impetranti proceſſu durante alium vacandi modum exprimere, nec per literas ſi neutri, ſi nulli ſubrogationis, perinde valere, aut alias. quia eſſet tollere ius poſſeſſori quæſitum. ideo prohibet, ne alius modus in præiudicium poſſeſſoris exprimatur. ſed abſoluetur eo caſu poſſeſſor, nec beneficium dicetur litigioſum, de quo ſuperius dixi. ideo fortè de nouo impetrari poſſet ante triennium exprimendo poſſeſſoris nomen, gradum, & nobilitatem, & quot annis ipſe poſſedit, ſeruando iſtam regulam, quam prius neglexerat.

Quod

*Quòd etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia ecclesiastica cuiuscunque qualitatis per priuationem & amotionem, vel alias propter commissa, excessus, & crimina vacantia, vel vacatura.*

## GLOSSA XX.

*Expressio superior hēt locū in vacantibus per crimen.*

ISta verba sunt addita à sanctissimo Papa Iulio tertio, & verba sequentia, ex quibus patet, quòd imperrans beneficium vacans, vel vacaturum propter crimen, debet seruare ea, quæ in hac regula superius expressa sunt, & illa quæ scripsi in regul. præceden. glo. vlt. quo ad impetrationem beneficiorum, quæ prætenduntur vacare per crimen: ideo hic nihil repetam ex superius dictis.

*Et similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per deuolutionem.*

## GLOSSA XXI.

*Iure deuoluto impetrans exprimere ea quæ supra statuta sunt tenetur.*

IMpetrantes vacantia beneficia per deuolutionem debent ea exprimere quæ superius expressa sunt, alias non valebit impetratio: nisi sit huic regulæ derogatū, vel in signatura fuerit adiecta clausula. Quòd maior expressio fieri possit, &c. vt in signatura scripsi supra: etiam regulariter procedit iste tex. in omni vacatione, quæ certa esse debet, ideo ista exprimenda, vt superius in bolla no. prouisio. dixi, in clauſ. pro expressis.

Et non solum hæc clausula vltima extenditur, vt impetrantes beneficia per deuolutionem exprimere debeant, quæ supra dicta fuerant, sed ēt vt intra sex menses debeant in ius vocare possessorem, & sententiam prosequi intra annum. Quia clausula in fi posita refertur ad omnia præcedentia. l. talis scriptura, de lega. 1 ff. scripsi in l. vna. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. Verum quo ad hoc vltimum, vt videlicet intra sex menses vocare in ius possessorem debeat impetrans iure deuoluto, non seruatur in Francia, sed sufficit intra annum literas saisinæ impetrare, arti 2. de cau. beneſi. in consti. regu. & in ius vocare possessorem, etiam quo ad prosecutionem vsque ad sententiam intra annum, nō seruat praxis Franciæ: Alia licet hic amplè videre per Gome. ne plura.

*Incapacitas post mortem non probatur.*

Vltimo notandum est, quòd si quis impetrauerit beneficium vacans per incapacitatem possessoris pacifici, & eum non in quietauerit in vita, non poterit postea illius incapacitatem allegare, si diu steterit post impetrationem, quia fortè dispensationem illius subripuit: sed si non longo tempore possederit, tunc poterit impetrās probare illius incapacitatem, & prouis. per obitum non tenetur: vt docent do. de Rota decis. 109. agenti, in no. [sub tit. de rerum permut. decis. 4.] & Panor. in c. illud, de præsumptio. & Aufre. in decis. Tholo. cons. 467. Roma. cons. 465. in re præsenti: alias daretur materia calumniandi & probandi mortuum non fuisse dispensatum, qui erat: & sic dicunt fuisse iudicatum pro fratre Io. de Neufbourg, super prioratu sancti Desiderij. Sed si is, per cuius mortem habeo ius, non fuit pacificus possessor, debeo ostendere titulum illius: vt supra probatum fuit. & sic consuluit Bertran. cons. 132. dubitatur, in fi. vol. 2. ex 1. editione. alia videre cuilibet est liberum per Gomes. *Aretiū.*

*De gratia, Rationi congruit.*

*Formula rationi congruit.*

ALiud † rescriptum dicitur Rationi congruit, vt si prouisus à Papa Clemente fuero de beneficio, & habuerim tātum signaturam: postea eo mortuo Paulus Pontifex immediatus expediet bullas sic, Paulus &c. rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quæ de Roma. Pontificis gratia, seu benignitate in prosequēdo iusta desideria petentium processerunt, licet eius superueniente obitu Apostolicæ super illis literæ confectæ non fuerint, suum plenum consequatur effectum, &c. & de hoc loquitur regula cancella. octaua: & istud tendit ad conseruandum ius, quod habeo ex prima impetratione.

*Gratia facta p mortem papæ nō extinguitur, sed à successore expeditur.*

2 Notandū est, quòd vbi Papa, aut alius confert alicui beneficium, aut aliam gratiam facit, si Papa moriatur, gratia tamen non est extincta: quia solo verbo gratia perficitur. c. institutionis. 25. q. 2. cle. dudum. in fi. de sepultur. Archid. & alij in §. vniuersitati, in proœm. 6.

3 Vbi dicit Io. And. ius quæsitum parti per concessionem factam nō expirare per mortem concedentis, dummodo hoc probari successori possit: quæ probatio si illi fiat, literas expedire debet sub hac forma, rationi congruit. hoc dicit Petrus de Biasio in directo. electio. 3. parte c. 28.

4 Et ista habent etiam locum in principe se-

pe seculari, vt si gratia probari etiam per testes possit, debeat à successore expediri: vt firmat Bonifac. in procem. Clemen. §. nunc igitur, collatio 3. num. 16.

*Gratia si neutri nõdatur si gratia sit extincta.*

5 Si tamen gratia esset extincta, non daretur hoc rescriptũ, vt in vnionibus, quæ non sunt fortitæ effectum, & in expectatiuis: vnde dicunt quod prærogatiuæ, vt graduatus non graduato præferatur, non dantur per formam rationi congruit, quia tolluntur per mortem Papæ: ideo per aliũ concedi solent, nam per regu. Cancella. tolluntur hæ prærogatiuæ, reg. 10. Inno.

*Requisita in literis rõni congruit.*

6 Ex his literis colligamus, quod primo papa salutat, vt moris est in alijs: demum narrat congruere rationi & honestati, vt illa quæ ex gratia concessit eius prædecessor, sortiantur effectum, licet non fuerint confectæ literæ propter papæ obitum, & hoc rationi congruum esse dicit: quia inquit diuus Grego. si ea destruerẽ quæ antecessores nostri statuerunt, non structor sed euersor esse iustè probarer, c. si ea. 25. quæst. 2.

*Bulla expediri post per rationi congruit si viua voce et gratia fuerit facta a p̃decessore.*

7 Secundo papa dicit, quod si literæ confectæ non fuerint, de bulla intelligit: nam cum signatura regulariter non probet, vt superius dixi, quamuis sit confecta, tamen successor bullas conficiet: nam ista clausula, rationi congruit, non solet in signatura apponi, sed in bulla.

8 Ideo siue papa viua voce prouiderit, siue per signaturam, hoc rescriptum impetrari solet: & vidi vnam expeditionẽ Clementis septimi super prouisione viua voce facta, iure tamen probata.

*Honesta Papa nõ dẽt recusare, & si hoc faciat peccat.*

9 Tertio dicit conuenire honestati, ergo ea implenda sunt, quæ honestati conueniunt: quia iuris præcepta sunt, honeste viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere. l. iustitia. §. 1. ff. de iusti. & iure. §. iuris præcepta, illo titu. in instit. & multa dixi in gloss. Concordatorum, in verbo, inducunt, in forma manda. facit quod dicit Bald. l. quod ex liberta. C. de ope. liberto.

10 Vbi dicit dominum non posse cogere suas subditas ad saltandum & tripudiandũ in castro suo quia ius honestatis semper censetur exceptum: ideo à liberto tur pes operæ non debentur, sed tantum quæ honestè præstari, & sine turpitudine possunt. l. eius, & l. hæ demum. ff. de oper. libe. Deci in l. semper in contractibus. ff. de reg. iur.

11 Et sic infertur quod ius eras iam quæsitum & concessum impetranti, alias non esset congruum & honestum: vt dicit glo. in cle. dudũ. in gl. inci. verbo, de sepul. nec hoc papa denegare debet, alioqui malè faceret, & contra rationem, & honestatẽ, & sic peccaret. per l. vnam. C. ne fiscrem quam vendi. enim. lib. 10. vbi sunt ista verba retractare fiscum, quod semel vendidit æquitatis honestatisque ratio non patitur vbi dicit Lucas de penna legem fundari super ratione, æquitate, & honestate. cap. erit autem lex. 4. dist. scripsi in procœ. or. reg. in 1. tomo.

*Iniuste a prædecessore concessa Papa sucessor nõ dẽt expedire.*

12 Quarto interdum solet papa addere hæc verba, rationi congruit, vt ea quæ de Rom. Pontif. gratia in prosequendo desideria iusta petentium, processerunt &c. & sic per hæc verba patet, quod papa nollet expedire dispensationem ad quatuor beneficia, vel ad aliud, quod iustum non habet desiderium: nam iustum tantum vult expedire desiderium petentium, non iniustum. arg. l. iustum desiderium, de eden. C.

13 Et quamuis prædecessor concesserit tam stultã dispensationem, successor non expediet eam, quia non rationi congruit: & si prædecessor erat Domino Deo infidelis, successor fidelis esse vult: & iusta petentibus non est denegandus assensus: sed econtrario sic, l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alic. iur.

*Integra executioni debet mitti gratia prædecessoris.*

14 Quinto Papa narrat prouisionem factam per prædecessorem, vel reseruatam ecclesiam isti impetranti, & Pontificis obitum: ob id vult, vt prædecessoris gratia plenum sortiatur effectum: plenum dicemus effectum integrum, in quo nihil deerit, per l. si arborem ff. de seruitut. vrbano. prædio. abundè scripsi in l. Herennius. ff. de verb. signi. & sic integræ gratia executioni mandabitur.

*In gratia rõni congruit omnia exprimẽda quæ in noua prouisione.*

15 Sexto in his literis omnia exprimenda sunt, quæ in noua impetratione quia in his continetur noua prouisio prædecessoris, ergo omnia exprimenda sunt, quæ in bulla nouæ prouisionis, quæ scribunt Feli. & doc in c. ad aures, & c in nostra, de rescrip. in glo. Concord. in verb. pro expressis, in forma manda.

16 Quod est verum, si fiat pro noua prouisione, alioqui pro qualitate illius rescripti, pro quo concipitur, formari debet hoc rescriptum: & superius vide, quæ in bulla scripsi nouæ prouisionis.

*Gratia rationi congruit vim per ind. va-*

17 Septimo addit, ne autem pro eo quod super collatione & prouisione beneficij super-

*lere habet, vt valeat, ac si expedita à pdecessore fuisset sed non quo ad alia.*

superueniente obitu Apostolicæ literæ confectę non fuerint, collationis & prouisionis huiusmodi frustreris effectu, volumus. & auctoritate Apostolica decernimus, quod collatio & prouisio prædictæ perinde à dicta die valeant &c.

18 Et sic hæ literæ vim perinde valere habent, quod est verum quantum ad effectum, & executionē, non quo ad prouisionē: ideo si prior collatio subreptitia esset, per has literas nō fit cōfirmatio, nisi quò ad probationē: & hoc patet ibi, suum sortiantur effectum, ac si sub ipsius diei data confectæ fuissent, prout superius enarratur: quodque præsentes literæ ad probandum plene collationē & prouisionē ante dictas vbique sufficiant: nec ad id probationis alterius admiraculum requiratur.

19 Ecce concedi istas ad probationem, & non vt de nouo ius concedatur, vel cō firmetur: quia non potest confirmari defectus non expressus, vt proximè dixi: & sic datur ad conseruandum ius, non verò ad quærendum de nouo.

*Differētia inter perinde valere, et si neutri.*

20 Octauò magna est differentia inter istas literas, & perinde valere: quia hæ cōfirmant inutile, vt supra dictū fuit, in materia perinde valere: illæ verò quæ rationi congruit vocantur, expediuntur ratione probationis, & executionis: sed Papa non vult confirmare primam prouisionē, si sit inualida: quod est notādum, sed vult vt valeant ac si expeditæ fuissent à prædecessore: at si à pdecessore factæ nō valuissent, nec nunc quidem valebūt: nec intendit hic Papa confirmare ius inutile, nisi quo ad probationem.

21 Itē hæ literæ valent a data primæ signaturæ, literæ vero de perinde valere, à data istarum literarum non primę concessionis si alius sit interim impetrans: vt supra dictum fuit, & literæ istæ perinde valere, ab eo qui primā cōcessit gratiam, dātur istę à successore vt ex ipsis literis constat.

*Bulla secunda p rationi cōgruit, non pōt expediri.*

22 Nonò si expedita fuit mihi bulla à papa prædecessore, quæ tamen mihi nō placet, quia noluit mihi amplam facere gratiam, ideo mortuo illo Pōtifice, ego facio expedire aliā sub forma rationi congruit, ampliorem, hæc secunda nō valebit, quia non congruit rationi, vt iterum expediatur, & aliquid addatur: nā omnis actus intelligitur de primo. l. boues. § hoc sermone. ff. de verbo sign. c. non potest, de præb.

23 Et ista est subreptitia: nam si papa sciuisset bullam prius expeditam, non hanc concessisset, vel non tam facile. c. postulasti, in fi. de rescrip. & hoc sæpius vidi fieri.

*Reformari potest bulla p rationi cōgruit.*

24 Et quia ista verba rationi congruit, denotant causam finalem. l. fin. ff. de hæredi. institu. glo. in regul. 8. cancellariæ, & causa cessante cessat effectus. l. quod dictum. ff. de pac. cap. cum cessante, de appella. quod est verum, quando ista bulla erat valida, secus si nulla: quia literæ nullæ non impediunt alias: cap. ex tenore, de rescrip. nam quoties vitiosè cautum est: pro non cauto habendum est l. quoties. ff. qui satisda. cogantur, ideo si prima bulla erat transcribenda & reformāda iuxta signaturā, poterit sic reformari per rationi congruit, mortuo primo concedente: prout superius in bulla nouæ prouisionis scripsi.

*Litera rationi, cōgruit, etiam à media successore expediri possunt.*

25 Decimò istæ literæ expediuntur siue ab immediato, id est, à Clemēte 7. siue ab alio: licet contrarium teneat glo. in reg. 6. Innoc. 8. & hoc statuerat Alex. sextus: sed hodie contrariū statuit Paul. in reg. 8. quia ea videtur ratio, quādo nō potuit bulla expediri, nec à mediato: nec ab immediato. ideo rationi congruit, quod expediatur, postquam erat ius impetranti quæsitū: ob id nō debet fieri differentia inter ista: sed Iulius papa tertius statuit, q̄ concessa à Clemente VII. mediato expediātur vsq; ad sex menses duntaxat à die coronationis computandos, posteà non.

26 Vndecimo si bullę in vita alterius Pōtificis potuerint expediri, non debent posteà istę literæ cōcedi, per ar. a contrario: tamen hodie si expediantur, valebūt: quia non inuenio quòd annullentur hæ, si fuerint expeditæ intra sex menses, per regulam cancellariæ, cui facilè derogatur, & eam in Francia non vidi seruari.

27 Vnde si quis fuit pauper, & nō potit bullas habere à concedente, nec ab immediato, poterit consequi ab alio mediato, quia rationi congruit: nec debet hoc casu recusari, sicut de appellante dicitur, quòd post annum potest prosequi cām appellationis. in c. cū sit Romana, de appel.

*Gratia rationi cōgruit, quando expediri possit.*

28 Vltimò hæ literæ rationi congruit cōceduntur, non solum in prouisionibus factis a Pontifice prędecessore, sed etiam in alijs gratijs, & dispensationibus: super literis verò iustitiæ non solent dari, & non debent concedi, nisi priores iustæ fuerint: aliàs iste concedens secūdas tenetur Deo reddere rationem, quia iuuat ad malum faciendum: ad quod summi Pontifices ad

uertere

uertere debet, quia exactam de his & omnibus alijs reddent rationem Deo Optimo Maximo, cui laus & gloria sit perpetua. Amen.

## De dispensationibus.

*Dispensatio qd sit.*

CONseruantur † nobis beneficia, ac retinetur per dispensatione, ideo de illis nunc videamus: & imprimis hæc dispensationis definitio seu descriptio tradi solet ab interpretibus: sic est prouida iuris communis relaxatio, vtilitate seu necessitate pensata, vel est rigoris iuris communis relatio facta cum causæ cognitione. glo. & doct in c. requiritis. § nisi rigor, j. q. 7. Specul. in. titu. de lapsis & dispensatio. §. 1 in 1. parte. Panor in c. cum in cunctis, col 1. de elec. & in c. dudum 2. col. antepenul. de electio. ac in c. de multa, & c. extirpandæ, § qui verò, de præb. & dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidē à debito rigore quosdam exire foras, vt maius aliquid lucifaciant. cap. dispensationis 1. q 7.

2 Budæus in annota. prioribus ad Pandec. dicit latinè loquendo soluere legibus & canonibus significare, qđ diximus dispẽsare: at iure cõsec. ait gratiam iuramẽti facere, quod est dispensare super iuramẽto, seu iuramentum remittere. l. iurisiurandi. ff de iureiur. indulgentiam dispensationem esse dicit Bal. & Dec. in c. at si clerici, in fi. de iud. ego tamen explico in l. solutionis. ff. de verbo. signifi.

3 Sed hic ego vtar verbo, dispensare, quo iuris Canonici interpretes vsi sunt: & quod olim fuit ad iuris rigorem temperãdum inuentum hodie cedit ad iuris iniui compendium: vt inferius apparebit, & quomodo accipiatur in iure ciuili, dixi in l. Vbana familia. ff. de ver. sig.

4 Ista dispensatio propria de qua loquimur, habet originem à iure, licet Spec. in tit. de lapsis & dispen. §. dicat, à Deo originem traxisse, vt pote quia Deus, dispensauit cum Adam, Noe, Loth, & cæteris, sed ibi non est proprie dispensatio, de qua loquimur.

*Duplex est dispẽsatio, tacita, & expressa.*

5 Duplex est dispẽsatio, tacita & expressa. Tacita est quãdo princeps concessit officium alicui inhabili, vel Papa beneficiũ: videtur enim dispẽsare tacite super illius inhabilitate: nam princeps qui magistratum ei concessit, omnia agere decreuit: l. quidem, in fi. ff. re iudica, l. Barbarius. ff. de offi. prætor, & ibi Iaſ. col. 3.

6 Intellige quando papa & princeps sciebat conditionem illius, cui cõcessit beneficiũ, vel officium, alioqui cõtra. l. idẽ Vlpianus, in fin. ff. de excusa. tutor ibi, ex re scripto Impetratoris scientis quidẽ tutorẽ eũ esse. gl. in l vniuersis. C. de precib. Imperat. offeren. l. fi C. si seruus, ad decurio. aspira li. 10. quia vitium ignoratũ ne qua quam remittit princeps l. mater. ff. de inoffi. test. c. si eo tẽpore, de rescrip. in 6. vũ ordinans aliquem scienter, videtur eũ restituere famæ. gl in summa, 44. distinct.

7 Et papa promouens spurium ad Episcopatum, videtur secum tacite dispẽsare, & eum restituere natalibus. Bal. in l. imperialis §. similes. C. de nup. & in l. vniuersa, col. 3. de precib. Impera offeren. sequitur Anto. Tremol. in additio. ad Vbertũ de Bonacurso. in tit. quib. mod. examẽ. ordin. iudic. decli. in verb. minor.

*Sufficit dispensationem in minimo prodesse.*

8 Quòd non procedit, quando rescriptum alia in re prodesset; posset etiam si in minimo, tunc aliud tollere non videretur: quia sufficit dispensationem etiam in minimo prodesse. ca. non prodest, in fi. de præb. lib. 6.

9 Et nisi causæ cognitio interuenerit, nõ valet, vt plene scribit Barba. consi. 27. scripsit, col. 2. in 2. vol. quod non probo: quia in concedenda dispẽsatione à Papa non solet interuenire causæ cognitio, sed princeps credit parti, donec contrarium probetur: vt inferius dicetur.

*Princeps an videatur cũ impubere dispensare.*

10 Etiã limitat Paul. in impubere, cũ sit defectus daturæ: nam illi conferendo papa nullatenus videtur secũ dispẽsare, in d. l. quidam. ff. de re iudic. sequitur Panor. & Fel in c. cum vigesimum, de offi. deleg. tum quod gratia sit odiosa, & stricte interpretanda tam propter naturam gratiæ, quam inhabilitatem personæ c. 2. de rescri. in 6. Old. consi. 325. thema quæstionis, col 1. 2.

11 Contrarium communiter tenetur, quia ex certa Papæ scientiã causa potest delegari canonico maiori infante. glo. in c. statutum, in verb. canonicis, de rescr. li. 6. facit l. fi. C. de testa. mil. & Bal. in ca. 1. per quos fiat inuesti. Quod intelligunt qdam verum, quãdo verbum dispensamus adesset, & causa in dispensatione expressa: alias Papa non censeretur cum minore de stylo curiæ Romanæ dispensare, nec alias recipitur dispensatio, teste Oldr. consil. 326. quo particuli, col. 2. ac rescriptum

tale

tale tanquam non secundum stylum reiiciendum esset. cap. quam graui, de crimi. falsi. quod est verum maxime si in nõ obstan. nulla esset ætatis habita mentio.

12 Ideo si ex dispositione rescripti, & nõ obstan. appareat de voluntate principis conferentis minori, valebit principis concessio, & conferetur secum dispensatum, alias contra, vtpote si ætatis mentio facta non esset: vt docet Feli. in c. nonnulli, col. 15. ver. fallit. 4. de rescri. Io. Crot. in rep. c. 1. in gl. noscatur, de consti. in 6.

*Clausula ex certa scientia, et supplentes omnẽ defectum.*

13 Nec refragatur, quod clausula ex certa scientia, & supplentes omnem defectũ, non extendatur ad defectum iuris diuini, vel naturalis, cle. pastoralis de re iudica. Specul. in tit. de leg. §. nunc ostendendũ, versi. 18. Bal. & Alex. in l. filius à patre. §. fi. ff. de liber. & posthu. quia respon. aliud esse in clau. ex certa scientia, vel supplentes, &c. quàm si Papæ ipsi narratum est factum: quia clausulæ illæ possunt apponi, & tñ papa ignorabit factum, ideoque nõ videtur super illo facto ignorato dispensare allegatur c. ex rescripto, de iureiur.

14 Verum si Papa conferat alicui asserẽti se esse minorem 25. annis, valebit tunc collatio, vt secum dispensatum esse censeatur: quia hoc Papa vult, cum eidem confert, & potest, vt nil sit quod repugnet, & ita conciliarem: vide Bal in l. impetrata. C. sentẽn. rescind. non posse. & Feli. in ca. nonnulli, versi. confirmatur, de rescrip.

*Inferior dispensationem exprimere debet*

15 Et hoc non procedit in inferiore a papa, vel in principe, qui nisi expressè dispẽser, non intelligitur dispensatum. no. glo. vlt. in c literas, de concess. præb. Panor. in c. diuersis, de cler. coniuga. c fin. de coniugio seruo. c. 2. de schisma. Henric. Boic. in c. veniens, de filijs presbyter. glos. in c. 1. de ætate & qualit. lib. 6. Pan. in c. innotuit, col. 1. de ele. Fel. in c. cum in iur. in glos. de of. dele.

16 Et sic tam de iure quàm de stylo curiæ Roma. in inferiore requiritur verbum dispensamus, alioqui non valet dispensatio. Calder. consi. 8 an existens. tit. de rescri. gl. in d c. literas, de concess. præb. & in c. 2. de sch sma. nisi in foro cõscientiæ. Siluester de Prierio in sua summa. in verb. dispensatio in fi. & Episcopus vni conferẽdo non videtur secum dispensare, vt docet Spec. in tit. de lapsis §. dicendum. versi. item licet Episcopus. col. 3.

17 In papa vero & principe non recognoscente superiorem nõ requiritur verbis dispẽsamus, sed vt stylus seruetur: cũ voluntas & potestas in eo concurrant, secundum Bonifac. in cle. 1. col. 2. de præb. gl. & doct. in d. c. literas, & Perus. in d. c. r de ætate & qualit. lib. 6. Pan. & alij in d. c. 2. de schima c. quia, de concess. præb.

*Cõmenda induxit dispẽsationẽ in minore.*

18 Item maximè quando Papa concedit beneficium minori in commendam, non solet dicere, dispẽsamus: nec alia requiritur dispensatio: sed sola commenda vim dispensationis obtinet: vt docet Calderi. consi. 8. titu. de rescrip. & refert. Philipp: Prob. in addito. ad Io. Monach. in c. super eo, nu. 15. de præb lib. 6.

*Expressa dispẽsatio q̃ sit.*

19 Expressa est, in qua verbum dispensamus appositum est. c. de multa, in fin. de præb. c. at si clerici. c. de adulterij, de iudi. & qñ est à parte postulata, c. innotuit, in fi. de ele. de qua sequẽtia dicenda sunt.

*Super quibus dispensari possit.*

20 Primò videndum est super quibus potest dispensari? Respon. super prohibitis: quia permissa iure communi expediũtur, prohibita vero dispensatione egent. d. §. de adulterijs. vnde Hiero. Paul. in sua praxi Curiæ Rom. in no. tam circa beneficia reseruata q̃ nõ reseruata sic ait: in his quæ contra dispositionem iuris cõmunis sunt, datur dispensatio in alijs, vt puta contra statuta fundationis, vel regulas, datur indultũ. nec dicitur ius solui, si sit secũdũ ius l. princeps. ff de leg. l. digna vox. C. illo tit.

21 Ideo papa super quibuscunque generaliter dispẽsat, nisi iure diuino prohibeatur. c. proposuit, vbi glos. de concess. præb. Specul. in titul de lapsis & dispens. §. nũc breuiter, vbi ponit casus, in quibus papa non potest dispensare.

*Legatus & episcopus in casibus permissis dispensat.*

22 Legatus vero & episcopus in casibus à iure permissis possunt dispensare, quos casus solent doct. numerare in cap. quod translationem, de offic. lega. & in ca. at si clerici §. de adulterijs, de iudi. & Specu. in d. tit. de lapsis & dispensa. §. nunc de episcoporum, & §. seq.

23 Animaduertendum est, quod ad impetrãdum dispensationẽ requiri speciale mandatum quidã asserunt, per text. in c. innotuit, vbi Panor. no. penul. de elect. qa hoc est odiosum, secus in beneficij impetratione. glos. & doct. in c. ad aures, & c. nõnulli, in fi. de rescript. quod non vidi in praxi seruari: nec d. c. nonnulli, §. fi. hêt locum in Francia: vt alibi scripsi.

*Secũda dispensatio prõ*

24 Item in secunda dispensatione debet haberi mentio primæ. c. 2. de filijs presbyter in 6. sicut in secunda gratia, & homici-

dij

*ma mentionē facere debet.*

dij remissione debet fieri mentio de prima. Ias. in l. nec dānosa. C. de precib. Imperat. offerend. alioqui gratia non procederit delinqnenti. Barba. in c. super literis, de rescrip.

*Gratia secunda non exprimens primam non valet.*

25 Nec sufficeret dicere non obstāte prima dispensatione, vel prima gratia, nisi quoque in dispensatione illius mētio haberetur. clemen. prima §. 1 de elect. intellige, quando dispensatio additur dispensationi.

*In executione dispēsationis non fit mentio illius*

26 Diuersum est, si esset executio dispēsationis iam factæ, vnde si cum homicida, vel alio inhabili sit dispensatum, vt non obstante dicto defectu, possit beneficium cōsequi, si is posteà impetret beneficium non facta illius dispensationis mentione: valebit impetratio: vt asserunt Io. Andr. Perus. & alij in d. c. fin. de filijs presbyte. lib. 6. quia vltima impetratio est executio primā dispensationis.

*Dispensatione ad plura beneficia.*

IMprimis certum est, neminem pura beneficia obtinere posse, vt puta curata, dignitates, vel personatus, seu alia incompatibilia ca. quia nonnulli, de cleric. non residen. cum alijs iuribus, quæ inferius adducentur.

*Ratione cur plura beneficia habere reprobāt.*

2 Rationes pluralitatis reprobatæ quatuor ponit tex. in c. quia in tm̄, de præbē. Prima est, quia pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. c. factorum. 70. distinctio. clericus ab instāti tempore non connumeretur in duabus ecclesijs, negociationis enim hoc est, & turpis lucri prorium cōmodum, & ab ecclesiæ consuetudine penitus alienum. c. clericus. 21. qō. 1. & B. Gregor. sic scribit in c. 1. 89. dist. Singula ecclesiastici iuris officia singulis qui busque personis sigillatim committi iubemus.

3 *Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autem membra non eundē actum habent:* ita in ecclesiæ corpore multa membra sunt secūdum veridicā Pauli sententiam: in vno eodemque spirituali corpore conferendum est hoc officiū vni, alij committendum est illud: neq; enim quātumlibet exercitatæ vni personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totū corpus est oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat: ita varietas personarū per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem & venustatem sanctæ ecclesiæ Dei manifestat. Et sicut indecorum est in corpore humano, vt alterum membrū alterius fungatur officio, ita nimirū noxium, simulq; turpissimū est, si singula rerū ministeria, personis totidem non fuerint distributa. Etiā nul lus presbyter duas habeat ecclesias. cap. per laicos, in fin 17 q. 7. [Et hoc videmus, hoc esse turpissimum, quod vix potest sine magna causa honestum fieri.]

4 Item est inimica iuri diuino, & reprobata. Nam dicitur, *va qui coniungitis domū ad domum, & agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ?* Esaiæ 5. cap.

5 Et ad Titum primo diuus Paul. ait: *Episcopū debere esse vnius vxoris virum.* Idē in sacerdote scribit text. in c. cū nō ignores, de præb. & c. acutius. 26. di. & sicut nō licet iure diuino duas vxores habere, ita nec duas ecclesias: nam bonum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale. cap. inter corporalia, de transla. epis. *Nec potest quis duobus dominis seruire:* vt est in Euangel. & in c. 1. 21. q. 1.

*Due militia & duo honores ac collegia teneri nō pūt.*

6 Necnon iuri Cæsareo inimica est hęc pluralitas, quod maxime improbat quē habere duas militias. l. his quidem. C. qui milit. non possunt, lib. 12. & duo quidem collegia. l. 1. ff. de colleg. illicitis, nec alij duo honores iure haberi possunt. l. libertus, §. præscriptio. ff. ad municipia. nec duo officia. l. hac parte, in fi. C. de prox. sacro. scrinio. li. 12. ibi, nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis chartis irrepserint: vt non occupentur, plura in vnum se cōmoda collaturi, nihilque reliquis relicturi Signo. cons. 112 thema & super hoc dispensat Rex in hoc regno, vt quis duo obtineat officia: vt dicam in titu. *des offices, de iudicature,* ordinat reg.

*Iudex et testis & notarius quis esse non pōt, nec duo habere officia.*

7 Nec potest quis simul esse iudex & testis. cap. 1. in 4. quæst. 4. cap. forus. de verborum signifi nec quidem iudex & notarius Barto. in l. iubemus. Cod. de sacrosanctis ecclesiis.

8 Imò si quis acceptet secundum officium caret acceptato, & priuatur salario primi. casus singul. in l. quisquis. C. de cohortal. lib. 12. Corset. in verb. priuilegium 3. in singu. & Bened. in repet. c. Rainutius, in verb. duas. nu. 63. de testam.

9 Hoc etiam est inimicum ordinationibus Regijs Francię, maxime Regis Philippi

lippi, qui prohibuit omnibus, & singulis ne duo sibi vendicarent officia: vt est in ordin.reg.d.titu.*des offices, de iudicatu re.*artic.ũ.

10 Medicis quoque est inimica hæc pluralitas, dicẽtibus, quod simile additum simili facit furere. Ergo quicunque viuere potest ex vno Episcopatu, abbatia vel alio beneficio, si secundum accipiat, facit eũ furere, quia simile addit simili.

11 Grammaticis etiam ipsis mire inimicum, non valentibus saluo recti sermonis eloquio genus hoc hominum appellitare: vt si quis duos habeat episcopatus, dicetur Ioannes Episcopi, Ioãnes Abbates, Ioãnes canonici, & beneficiati, sed has incongruitates parum possessores ipsi curãt, potius suo priuato inhiantes commodo, quam animarum saluti consulentes.

12 Secunda ratio pluralitatis reprobatæ est, quia dissolutionis materiam præbet: dissoluti dicuntur, qui legibus morib⁹q; à se solutis luxum vitæ sequuntur, quos Græci ἀζώτους vocãt, vt quidã ex nostris.

13 Tertia vagationis materiam cõtinet, & inducit, *Ex adipite enim procedit ingtas.* *Vagus quis.* Dauid psal. 72. vagatio est animi in cõstantia per desideria, vel varia loca mentis fluctus & negligentia rationis. Et vagus dicitur dissolutus, dispersus, errans qui discurrit varia agens: vt docet Lucas de Penna. in l. 1. Cod. de Tyron. lib. 12.

14 Quarta quod animarum periculum continet hæc pluralitas: vt inferius dicetur d. cap. quia in tantum. & c. dudum 2. de elect.

*Seruire quis vni digne vix põt.* 15 Quinta quod vix vni digne valet quis deseruire, c. quia nonnulli, de cleric. non residentib. ca. 1. de consuetud. lib. 6. vnde inquit Innocentius in cap. cum iam dudum. colum. 2. de præben. quod vnus prælatus præcipiet, quod hic beneficiatus fiat sacerdos, alter quòd remaneat in diaconatu, vnus quod negotia suæ ecclesiæ prosequatur, alter quod negotia alterius ecclesiæ, vnus vocabitur ad electionẽ, alter ad ecclesiæ deseruiendum. Quomodo ergo duobus satisfaciet? Cum Christus dicat. *Non posse quem duobus dominis seruire, Matth. 6.* & cap. acutius. 26. distinct. c. 1. 21. q. 1. & dicitur, qui ad vtrunque festinat, neutrum bene peragit. text. in l. fi. Cod. de assessor. vbi etiam glossa versus hoc conscribit:

*Qui binos lepores vna sectabitur hora:*
*Vno quandoque, quandoque carebit vtroq;*

16 Sexta materiam ambitionis præbet. Extrauag. Execrabilis Ioan. 22. est enim ambitio inordinata cupiditas circa honores, beneficia & dignitates: l. 1. ff. ad legẽ Iuliam de ambi. & ambitionis caussa quicunque ad maiorem transire voluerit, debet ad proprium reuocari: quod si redire contempserit, careat aliena & propria: cap. quia frater in fine. septima quæstione prima, sed hæc est crux ambientium omnes torquens, omnibus placens: vt inquit Diuus Bernardinus, quem refert Hostiensis in dicto ca. quia in tantum & glossa in verbo, ambitionis, in prooemio pragmaticæ sanct.o. *Ambitionẽ parit beneficiorũ pluralitas.*

17 Septima ex hac pluralitate diuini cultus diminutio fit, scilicet ex ministrorum paucitate, qui potius esset augendus, c. ex parte, de const. & cap. vasa. de consecra. distinctio. 1.

18 Octaua fraudãtur voluntates testantium, & fundatorum ecclesiarum, qui certium numerum ministrorum præstituerunt: quod maxime reipub. interest. expedit. n. seruari voluntates testatorũ, & eas executioni demandari. l. vel negare. ff. qemadm. testam. aper cap. vltima voluntas. 13. quæst. 2.

19 Nona, maxima sequitur inæqualitas, vnus enim ebrius est: & tamen non satur pluralitate beneficiorum, & alter esurit: & hic aufert alimenta alijs quos necare videtur. necare. ff. de liber. agnoscen. Floren. in 3. par. summę tit. 11. c. 1. §. 8. & Alua. in tract. de plãctu eccles. lib. 2. tit. 8. litera i.

20 Decima est, quia sibi quis vendicat stipendia plurimorum c. 4. de cler. non resident. Io. de Selua in tract. de benefi. in 3. par. q. 39. & vix possunt plura beneficia ad vnum peruenire, sine paupertate plurimorum: & quot occisi sunt pauperes ex prælatorũ ingluuie, Deus nouit: hodie vnus deuorat, quod esset viginti, immo dicam centum millibus hominum proborum sufficientissimum, sed transeant cum suis erroribus.

21 Nunc supererst videre, quis possit dispensare? Respon. De Papa non est dubiũ. dudum. 2. de elect. c. de multa. in fin. de præb. c. 1. de consuet. in 6. c. ordinarij. de off. ord. ibidem, quia in beneficijs plenissimam habet potestatem. c. proposuit, de cõcess. præb. c. 2. de præb. in 6. quandoquidem beneficia de iure positiuo sunt introducta. c. 1. 13. q. 1. Panor. in c. olim. de consuetud. & licet iuris naturalis sit, & diuini be- *Dispensare qs possit.*

neficium dari propter ministerium, & offi ciũ. Nu. 18. ibi. *Filijs autem Leui dedi decimas Israel in possessionẽ pro ministerio, quo seruiũt mihi.* Et Pau. 1. Cor. 9. *Quẽadmodũ & Dominus ordinauit, vt qui Euangelium nunciant, de Euangelio viuant.* & Lucę. 10. *Dignus est mercenarius mercede. Et qui altari seruit, de altari viuere debet.* c. cũ secundum. de præb c. fi. de rescript. in 6.

22 Tamen de iure positiuo statum est, vt nullus plura beneficia possit obtinere. c. quia nonnulli, de cleri. non resid. c. cum non ignores. & c. quia intantum. de præb. ideo papa relaxare potest, considerata tamen ecclesiæ vtilitate, & iustitiæ, æquitate, alias peccat: quia contra rationem naturalem & ius diuinum facit: vt dicit Angel. de Anch. in trac. de ecclesiast. potesta. q. 68. [Ego dixi in interpret. c. postulastis. de cler. excom. mi. esse etiam à iure diuino prohibitam pluralitatem. & suprà hoc probaui, & esse turpem quam papa vix honestam reddere poterit.]

23 Nec obest, quod non possit vtriq; seruire per se, quia hoc poterit facere per alium: non enim Paulus administrabat officium personaliter in ecclesia Philippensi, sed per suos ministros, & tamen ab ipsis procurationem accipiebat & alimenta: vt ipse testatur ad Philippen. vlt.

24 Et non solum potest dispensare circa pluralitatem beneficiorũ, sed & circa alia quæ obstant, quia quodcunque soluere, quodcunque etiam ligare est ei commissum à D. Iesu Christo saluatore nostro: vt inferius susius dicam, dummodo non veniat ad destructionem.

*Legatus dispẽsat, sed non cõtra concilia generalia.*

25 Item legatus dispensare potest, quatenus à iure permittitur, sed non contra cõcilia generalia cap. dilectus primo. in glo. cũ se facultas, de præb. nisi eidem expresse fuerit a papa concessum: vnde prospicitur hodie potestas illius, & tantum potest quantum est ei concessum, licet de iure non possit dispensare ad curata: vt docet Spec. in tit. de lapsis & dispens. §. nũc ostendum, vers. 36. & §. consequenter. facit c. officij, vbi doct. de elect. & c. 1. de off. lega. li. 6. & Panor. & alij & in repet. c. extirpandę § qui vero. de præb.

*Epi contra ius nõ dispẽsant nec cõtra cõcilia generalia.*

26 Episcopi verò contra ius dispensare non possunt. cap. 1. in 9. q. 3. nihil autẽ agere oportet episcopum præter id, secũdum quod antiquitus à patribus nostris constitutum in canone continetur. & cap. nulli. 25. quæstio. 1. & nulli fas sit siue status sui periculo, vel diuinas constitutiones, vel Apostolicæ sedis decreta temerare, capit. constitutionis. 25. quæstio. secunda, nec à quoquam Põtificum in totum vel in partem ea qualibet occasione conuelli decernimus, vel immutari. cap. Institutionis. 25. quæst. 2. adde cap. ego. N. de iureiur. ergo non dispensant contra ius.

27 Nec in casibus a iure expressis. cap. di lectus. de temp. ordinand cap. at si clerici. § de adulterijs. de iudic. 163. casus. in quibus episcopi dispensare possunt, conscribit Spec. in tit. de lapsis. & dispensa. §. nũc de episcoporum dispensatione, quos transcripsit Ioan. de Selua in tract. de benef. in 4. parte. q. 7.

28 Sed contra concilia generalia dispensare non potest episcopus, gl. in c. cum dilectus. in glo. in ætate. in 2. de elect. Ioan. Monach. in c. cupientes. §. deniq;. de electio. lib. 6. & sic non dispensat, vt quis plures habeat dignitates, personatus, vel beneficia curata, per c. de multa. de præben. Henric. Botte. in tract. de synod. episcopi. in 3. part. art. 1. concluſ 3.

*Simplicia plura de cõ consuetudine sine dispẽsatione retinentur. Episcopi ad curata an dispensare possint.*

29 Sed dispensare quidem poterit, vt qs plura beneficia simplicia possit habere; vt doct. asserunt in c. extirpãdæ. §. qui vero. de præb. licet hodie de consuetudine in simplicibus nõ petatur dispensatio, sed sine dispensatione retinentur; & superflua esset ista episcoporum dispensatio.

30 Tamen Archidiaconus in cap. licet canon. collat. 3. de elect, li. 6. ampliat, episcopos etiam posse dispẽsare ex magna causa necessitatis, vel euidẽtis vtilitatis, ad plura quoque curata, necnon dignitates, & contra cõcilia, per c. tali. & c. exigitis. 1. q. 7. c. sanctorum. 70. dist quippe vnire potest ipse beneficia c. sicut vnire, de excessibus prælato. Deci. in c. at si clerici. col. 6. n. 9 §. fi. de ind. & dispensatio ad plura est quædam vnio.

31 Et quod ex causa possit etiam dispensare contra concilia generalia, est c. vacãte. & c. exposuisti. de præbend. facit tex. in l. si hominem, ff. manda. Rom. consil. 325. quo ad primum, col. 2. licet contrariam opinionem teneat Staphil. in tract. de lit. gratiæ, tit. de qualit. & statut. benefi. vers. & in præmissis.

32 Et ista vltima opinio seruatur in Frãcia; nam ignari episcopi nescientes quam pulchra ius canonicum ei tribuisset priuilegia, paulatim & consuetudine & stylo curiæ Rom. illis derogari passi sunt, & ius

suum

suum neglexerunt: verumtamen adhuc iure possent ex præfata necessitatis causa dispensare. Et ista est communis sentẽtia: quia necessitas facit licitũ: quod aliàs est illicitum. c. si quis propter. de furt. l. 1. ff. de offic. consul. l. 2. §. 1. ad legem Rhodiam de iactu.

33 Et istius sententiæ sunt Host. & alij in d. c. de multa. & in d. §. qui vero, Card. & Imol. in c. clericos, de cleric. non resid. Præpos. in d. c. sanctorũ, 70. dist. & si essem in concilio generali, illud peterẽ innocari, & declarari: & si beneficia essent in diuersis diœcesibus, vterq; episcopus deberet dispensare. gl. magna. in c. dudũ. 2. de ele. & in c. literas. de concess. præb. quia dispẽsatio episcopi nõ extenditur ad beneficiũ situm extra diœcesim: vt docet Spec. in tit. de leg. §. videndum quem refert & sequitur Felin. in consi. 4. dubitatur, col. vlt.

34 Dispensat etiam episcopus in prẽfato casu necessitas, vt secularis obtineat regularia: c. inter quatuor, de relig. domibus nã argumentando à minori potest in casu negligentiæ ea conferre. clem. vna, de supplend. neglig. prælat. multo magis ex causa necessitatis, quæ maior est negligentia: etiam sub eodem tecto quem habere duo dispẽsabit ex causa, licet aliàs non possit, c. literas. de supplend. negl. prælat.

*Summꝰ pœnitentiariꝰ dispensat.*

35 Item summus pœnitentiarius dispensat: vt dixit Octauia. in praxi curiæ Rom. sic dicẽs, Dispẽsationes matrimoniales humana lege prohibitas, legitimationes prolis, dispensationes quoque ob ætatis, vel alicuius membri defectum ad ordines, & ad beneficia. item ab incompatilitate plurium beneficiorum concedit summus pœnitentiarius, sed ex causa iusta, & sacris canonibus conformia hæc ille.

*Dispẽsationes Papæ & pœnitentiarij differunt.*

36 Est tamen differentia inter dispensationes papæ & summi pœnitentiarij: quia comprobationem desiderat pœnitentiarij dispensatio, sed Papæ non regulariter: vt ipse Octauia. etiã fatetur in tit. de summo pœnitent. lib. 1. quemadmodum omnes ferè literæ iustitiæ in Frãcia vt scripsi in tract. de resc in 2. tomo constit. Regn. in comment.

37 Altera est, quia hic tantum ea, quę secundũ ius sunt cõcedit, inferior enim legem superioris non tollit. clement. ne Romani, de elect. secus in papa, q supra ius est, nec iure tenetur. c. proposuit. de concess. præbend.

38 Tertia est, quia pœnitentiarij potestas probãda est, papæ verò probata est in Euangelio ibi, *Quodcunque solueris, &c.*

39 Quarta potestas huius maxime circa animæ absolutionem tẽdit, papæ verò ad quæcunque. c. quodcunque. 24. q. 1.

40 Quinto dispensatio pœnitentiarij sigillo firmatur, papæ verò plũbo. ca. quam graui. & c. licet. de cri. falsi.

41 Sexta dispensatus cum simplici signatura à papa etiam non expeditis bullis est in foro conscientiæ tutus, nec in pœnam extrauag. execrabilis incidit, & sic fuit iudicatum Romę. vt glo. asserit in regu. Innoc. 8. regul. 51. & seq. & 46 & seq. multa scripsi supra in trac. de sign. quod non est in summo pœnitentiario.

*Inferiores ad plura beneficia an dispẽsare possunt.*

42 Alij verò inferiores super pluralitate beneficiorum non dispensant, nisi hoc habeant ex priuilegio, vel cõsuetudine, vel à iure Innoc. & alij, in cap. 2. de cleric. qui furtiue ordinem suscepit. & Panormi. & alij in cap. at si clerici. §. fi. de iudic. & doctores in cap extirpandæ. §. qui vero. de præbend. Barba. in clemen. gratiæ. col. 23, & sequent. de rescript.

*Dispensare quãdo liceat.*

43 Nec est omittendum, quando liceat dispẽsare? Respon. ex causa: sicut ex causa subuenit Prætor, sic & qui dispensat. l. 1. ff. ex quib. causs. maior. Sed quæ sint iustæ dispensandi causæ? Respõ. prima causa est prærogatiua personæ, & qualitas vt scientia, & nobilitas: istæ enim causæ inducunt ad dispensandum: vt in c. de multa. in fi. de præben. ecclesia enim maxime nostra tempestate indiget viris literatis. c. cum ex eo. de præben. lib. 6. c. fi. de magistr. quorum scientia mundus illuminatur. auth. habita. C. ne filius pro parte.

*Qualitas pſonę inducit dispensationem.*

*Sciẽtia sine gradu non inducit ad dispẽsandum.*

44 Sed quæ scientia requirat? Respond. sufficiens, qua videlicet possit regere beneficium, cui præfectus est. doct. in c. cum in cunctis. in princ. de elect. & hodie consuetudo hoc declarat, nempe scientia sine gradu non præstat dispensandi facultatem: ideo requiritur gradus doctoratus, licentiæ, vel Baccalaureatus, & hoc iure vtimur, licet in Italia Baccalaureatus gradus non iuuet, quia nõ est gradus, saltem necessarius ad doctoratum: vt dicit glo. regul. cancell. de proroga. Iulij 2 in 3. part.

45 Sed in Francia & Hispania requiritur. Item q̃ ille graduatus fuduerit tempore præfixo in Concordatis, videlicet Baccalaureus in iure quinquennio, in Theologia per sex saltem annos, & in artibus per triennium cum dimidio. §. præterea. de

colla.in Concor.alias in Francia nõ põt suo iuuari gradu:quia promoti censentur per saltum,quibus non prodest gradus. §. monemus.de collatio.in Concordatis.

46 Nempe si fuissent expressum quòd ali quis sine studio esset promotus, Papa non se cum dispẽsasset: quia ibi non est studij fauor,sicut in eo, qui est in vtroque promotus:& tamen nihil studuit in altero iure.Barb.in c.clerici.de iud.scripsi in trac. nomina.q.5.& in scholasticor. priuile. Senatus tamen permisit, vt post biennium quis gradum sumere possit Baccalaureatus,vt scripsi in §. præterea, de collat. in Concord.itaque hæc causa literarum est sufficiens cum probitate:melius est enim domini sacerdotium paucos habere ministros,qui possint digne opus Dei exercere,quam multos inutiles [qui graue onus ordinatori adducant.] c. tales. 23. distin.

47 Et si papa concedat alicui potestatem dispensandi,intelligi debet,vt possit cum literato, & sublimi dispensare,prout à iure conceditur:vt docet Spec.eo tit. §. dicendum.vers.quid si papa, quod declarat potestatem legatorum.

*Vtilitas ecclesiæ ad dispẽsandum*

48 Secunda est vtilitas ecclesiæ, illa. n. nullatenus mutanda sunt, quæ nec vlla necessitas,nec ecclesiastica prorsus extor quet vtilitas.ca.requiritis. §. nisi rigor.& c.& si illa,1.quæst.7.in quo maxime respicere papa debet,vt vtilitatem ecclesiæ, non personæ respiciat:hodie ventum est: vt potius personæ vtilitas consideretur, quàm ecclesiæ.& potius dispensatur cum diuite,qui totam vorabit ecclesiam,quam cum alio bono,qui eam tueri possit: & videmus bonos & doctos in Francia mendicare, & ignaros & bardos ebrios esse, quę malum.

*Caussa necessitatis inducit ad dispensandum*

49 Tertia necessitas d.cap.& si illa. & ca. necessaria,ibidem,quæ maxime est attendenda.Quod est intelligendum de vtilitate ecclesiæ,vel necessitate, non de necessitate vel vtilitate personæ.c.tali. 1.q. 7.nam licet.quis sit pauper, & necessaria plurimum & conducibilia sibi putet esse duo beneficia: tamen ob hoc Papa non se cum dispensabit:sed si ecclesiæ necesse sit, vel vtile habere doctorem, qui ecclesiam tueatur,& defendat,& instruat, tunc licita erit dispensatio.d.cap.de multa,de præbendis. & cap.cum nobis olim,in fine. de electionibus. & in cap. innotuit. ibidem, sic papa scribit:multa enim in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, & fama personæ multipliciter à quibusdam etiam ex fratribus nostris, qui eum in scholis cognouerant, approbatæ, &c.

50 Quarta caussa est meritorum prærogatiua.dict.cap. tali.1. quæstione 7. Sicut dicitur Lucæ 78.de Centurione, qui misit seniores ad Iesum,vt rogarent eum: & ipsi rogabant eum sollicite, decentes ei, *quia dignus est, vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram,& synagogam ipse ædificauit nobis.* Ergo papa debet videre,an is cum quo dispẽsat,diligat populum & plebem,& ad eam se incuruare possit: docendam. Sed cum hodie potius ad diripiendum ecclesias quidam tendant, quàm ad regendum, parcus deberet esse in dispensando,maxime in maioribus: vt nũquam quis duos obtineret episcopatus, nec Abbatiam cum epatu: sed maiores episcopatus maioribus,id est merentibus darẽtur.

*Prærogatiua meritorum est cã ad dispensandũ sufficiens*

51 Plane dispensatio sine caussa non valet.cap. 1.& c. nõ est,de voto,cap.de multa.ibi, cum ratio postulauerit, de præbendis. quinimo perdit nomen dispensationis. & vocatur dissipatio,quæ vtriusque tam dispensantis quàm dispensati damnationẽ continet:vt dicit gloss.in c. non est cui ad stipulantur Theolo.& Panorm.in cap. significasti.de elect.& Barba.in cap. 1.col. 25.de const.& in cap.at si clerici.§. fi.col. 12.de iud.Decius consi.681. viso puncto, in 2. q.

*Dispensatio sine caussa nõ valet.*

52 Et licet docto,dicant caussæ cognitionẽm requiri in inferiore,in papa verò nõ, vel alio principe non recognoscente superiorem glo.& docto.in c.2.de schisma. Panor.in c.diuersis.vlt.de cler cõiug.Fel. in c.si quando. col.4.de rescrip.& in c.præterea col.3.de testib. cogen. & sola assertio caussæ nõ sufficit in inferioribus: ideo dispensationes episcoporum, & inferiorum à papa periclitantur.

*Caussa cognitio an requiratur ẽ dispensatione.*

53 Rãtio est secundum eos, quia caussa præsumitur in principe.glo. in l. relegati. ff.de pœnis doct.in l.fin.C.si contra ius.& in c.quæ in ecclesiarum de const.quod est verum in his,quæ iuris sunt positiui, secus in his,quæ iuris diuini sunt, & naturalis glo.& doct.in c. non est, de voto. Iaſ. iu l.si testamentum C.de test.

54 Imo speciale esse in papa.& in Imperatore doct.dũt:vt sola volũtas eorum in dispensatione habeatur pro caussa.allegatur tex. in c. proposuit.de concess præben.

Roma

*Causſa dispensationis in Papa requirẽda.*

Roma.cõs.307. mihi tamẽ videretur causſam requirendam etiam in papa, quandoquidem non potest contra domini voluntatẽ venire, & veniendo, non est Deo fidelis, nec prudens prout Lucæ 12. dicitur, *Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam vt det illis cibum in tempore.* Ergo nõ extra tẽpus, sed cũ iustum erit, alias acceptor est personarum, plus vni sine causſa conferendo, quã al teri: nec diuus Petrus a Do. Iesu potestatem & licentiam peccandi susceperit. ca. 1. in 40. dist.

55 Ideo non est tutus quo ad Deum papa, qui sine causſa dispensat, nec dispensatus: quia papa ad ædificationem positus est, & non ad destructionẽ: vt diuus Paul. testatur. facit c. sunt quidam 25. q. c. & sic agendo positus est in ruinam, & contradictionem multorum: quod maxime bonus debet præcauere, ne scãdalũ inducat. tex. in c. miramur. 61. dist. prohibetur enim ẽt Papa alienare bona ecclesiæ. c. non liceat Papæ. 12. q. 2. quæ sunt Christi patrimonium. c. cum ex eo. de elect. in 6 verum sic dispẽsando alienat, saltem prodigatur, quod ei non licet, nec quidem sine causſa concedere alicui testari de bonis adquisitis ex fructibus ecclesiæ: vt docet Panor. in c. cum esſes. q. 5. prin. de test. post Spec. in titulo de lapsis & dispensa. §. genera.

56 Cuius sententiæ sunt Theologi, ac ferè omnes iuris canonici interpretes in c. dudum. in 2. de elect. & Anch in c. in causſis. 3. no. de re iudic. Panor. in c. cum in cũctis. col. 1. & c. dudum. & c. cum ad monasterium. de elect. c. quia intantum, & c. extirpandę §. qui vero. de præb. Propos. in c. venerabilem, qui filij sint legit.

57 Licet quidam alij solam Papæ voluntatem sufficere dicant: sed illud est vltra modum adulari principibus: ideo putarẽ ego tunc solam voluntatem sufficere, quãdo ratio sola probationis erat: quia voluntas principis in hoc habetur pro lege. l. 1. ff. de const. princ. Fel. in c. 1. col. 7. de cõsti. & in c. ad audientiam. 2. col. 4. de resc. sed pauca sunt à iure statuta, quæ rationẽ non habeant interiorem, ideo sola papæ voluntas non sufficit in illis.

*Rõnem naturalẽ princeps tollere nõ potest.*

58 Id est quando in lege est ratio naturalis: nam sicut princeps non tollit ius naturale, ita nec rationem naturalem, quæ legi inest. §. sed naturalia, de iure naturali in instit. vt diximus in regula de verisimili notitia in prima parte.

59 Et quamuis princeps tolleret suam legem & prohibitionem: tamen adhuc remanet naturalis ratio. glos. in c. nouit, in verb. quicumque. de iudic. Cum ergo sint plures rationes pluralitatis reprobatæ. ca. quia intantum, de præb. vt supra dixi, illas non potest sine causſa princeps tollere alias fallitur, & fallit, contra id quod scribitur in l. fin. C. de pondera. lib. 10.

*Contra plura possidentes beneficia.*

60 Et contra hos plurales his verbis scribit reueren. Pater & egregius episcopus do. Ioan. Diaz. de Luco in sua criminali pract. ca. 42. quid enim rationi naturali magis aduersum, quàm quod vnus & idẽ uaria ecclesiæ stipendia in varijs & distãtibus sępe locis, & quibus varia incũbunt onera, in seipso susciat? quę est enim humana Respub. quæ suos iudices, rectores, tabelliones, & alios officiarios stipendijs in absentia frui, & vagari permittat? quis in sua quantumuis ampla & ditissima domo, vni ministro absenti salarium plurium ministrorũ persoluit? ac ab eo quoscũq. suo nomine subrogatos admittit? Sola domus Dei ecclesia sancta tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequijs, quid debet ecclesia Dei plurium nobilium vanitati, vt patrimoniũ Iesu Christi dilectissimi spõsi sui, quod flagellis, alapis, sanguinis quoque effusione q̃siuit, eorũ alat accipitres, educet canes, saginet equos, nutriat lenones, ac adulatores, & seditiosos homines, qui passim Remp. turbent? alia etiam multa dicit contra plurales, ibi, illud videre poteritis, ne plura.

*Effectus dispensationis.*

61 Effectus & vis dispensationis est, vt dispensatus cum causſa habeatur tanquam habilis, & legitimus de iure, ac idoneus: quia fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero: & factũ ciuiliter eundem effectum habet, quem factum naturaliter. l. fi. in fi. ff. mand. l. si mater. C. de inst. Bal. in l. fi. de his qui veniã æta. impetr. & paria sunt aliquid ex priuilegio fieri, vel iure communi, l. liberos. vbi Bal. C. de colla. Deci. cons. 609. quæritur. col. 2. scripsi in §. prę fectiq; graduati in glo. idoneis. de colla. in Concord.

*Dispensatio per signaturam valet.*

62 Item dispensatio per signaturam etiã bullis non expeditis valet, nec incidit in pænã extraua. execrabilis, qui sic vi illius duo possidet beneficia quemadmodum fuit iudicatum Romę: vt asserit ibi gloss. & vide reg. Inno. 8. nu. 52. & 51. & 46. & seq. ego quoque scripsi interp. ad c. po-

stulasti. in glo. 1. ve cle. excom minist.

*Cautela vt sola sufficiat signatura.*

63 Cautela tamen est, vt facias inscribere in signatura, quod literæ dispensationis valeant, & suffragentur in omnibus & per omnia a data præsentiũ, perinde ac si literæ sub dicta die expeditæ fuissent. reg. canc. non obst. sed prag. Ro. hoc reijciunt, timentes ius bullæ, & lucrum amittere, licet quibusdam concedant.

---

# CONSTITVTIO PERPETVA

## S. D. N. DOMINI IVLII PAPAE. III.

### Contra retinentes beneficia ecclesiastica, absque literis Apostolicis super eisdem retentionibus.

### Necnon contra quoscunque apprehendentes possessiones beneficiorum ecclesiasticorum absque eisdem literis Apostolicis.

*Sanctissimus in Christo pater, & Dominus noster Dominus Iulius diuina prouidentia Papa III. cui nuper innotuit quòd licet aliàs fæ. re. Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi, sua generali constitutione sanciuerit quòd nullus extunc de cætero administrationem dignitatis ad quam electus esset priusquam celebrata de ipso electio confirmaretur sub Oeconomatus, vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus, vel temporalibus per se, vel per alium pro parte, vel in totum gerere, vel recipere, aut illis se immiscere præsumeret, omnes illos qui secus fecissent, iure, si quod illis per electionẽ quæsitum foret, decernens eo ipso priuatos, & piæ me. Bonifacius VIII. etiam sua perpetua valitura constitutione sanciuerit, vt Episcopi, & alij prælati superiores, necnon Abbates, Priores, & cæteri Monasteriorom regimina exercentes, quocunque nomine censerentur, qui apud sedem Apostolicam promouerentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus reciperent, admissas eis ecclesias, & monasteria dictæ sedis literis eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem huiusmodi continentibus non confectis accedere vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumerent, nullique eos absque dictarum literarum ostensione reciperent, aut eis parerent, vel intẽderent. Quod si forsan contra præsumptũ fuisset, quod per ipsos prælatos, Abbates, Priores, & alios Monasteriorũ regimina exercẽtes prædictos medio tẽpore actũ foret, irritum haberetur, nec quicquã interim ijdem Episcopi vel Prælati, Abbates Priores, vel regimina exercentes de ecclesiarũ vel monasteriorum eorũdem prouentibus perciperent, & re. me. Paulus III. & Rom. Pontifices prædecessores nostri quibuscunq. Tabellionibus publicis sub excõmunicationis late sententiæ*

tentiæ pœna inhibuerint, ne ex tunc de cætero, de transumptis supplicationum præterquàm habentem clausulam & earum sola signatura sufficeret, ac decreto & concessione literarum, seu mandatorum possessionem beneficiorum eccle siasticorum vigore supplicationum huiusmodi apprehendi, rogari deberent, neve illa subscribere, aut quouismodo authenticare, vel partibus tradere præsumerent, volens & Apostolica auctoritate statuens inter cætera, & partes transumptis seu literis aut mandatis huiusmodi, extunc deinceps, vtentes, ac illorum prætextu possessionem beneficiorũ huiusmodi apprehẽdentes, fructus, quos ex illis pro tempore perciperent, suos non facerent. Quinimo ad beneficia in eisdem transumptis, & literis, ac mandatis expressa efficerentur, ipso facto perpetuo inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum, in vtroq; foro tenerentur. Decernẽs sic iudicari debere, ac irritũ &c. Et successiue Sanctitas sua, attẽdens, quod ante confessionem literarum gratia apostolica est informis, inter alia voluerit, statuerit, & ordinauerit, quod iudices in Romana curia vel extra eam pro tempore existentes, etiam si essent S.R.E.Card. vel causarum Palatij apost. Auditores, aut quicunque alij non iuxta supplication. super impetration. signatarum tenores & formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto, Nihilominus diuersi Episcopi, & alij Prælati superiores, & Abbates, literis super dispensation. retinendi beneficia per eos antequàm promouerentur, aut eorum electiones confirmarentur, obtenta per prædictam sedem pro tempore concessis minimè confectis beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diuersæ aliæ personæ ecclesiasticæ possessionem beneficiorum ecclesiasticorum eis dicta auctoritate conferri, seu commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut aliàs disponi concessionem literis apostolicis desuper non expeditis apprehendere præsumunt inhabilitatẽ, & aliàs pœnas in sanctionibus & inhibitione, ac voluntate & statuto prædicto contentas, & damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum, Volens periculis animarum huiusmodi latius occurrere, sanctiones & inhibitionem, ac voluntatem, & statutum huiusmodi quorum tenores Sanctitas sua, ac si de verbo ad verbum insererentur haberi voluit pro expressis approbans, & innouans, ac perpetuò obseruari debere decernens, & sanctiones ipsas ad inferiora beneficia ecclesiastica, quæcunque, quomodocunque, qualificata amplians, & extendens, hac sua in perpetuum valitura constitutione statuit, & ordinauit. Quòd omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ, tam seculares, quàm quorumuis ordinum regulares, cuiusuis status, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiam si episcopali vel archiepiscopali, aut patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, quòd de cætero literis super dispensatione retinendi beneficia per eos antequam promoueantur, aut eorum electiones confirmentur obtenta eis per sedem eandem pro tempore concessis minimè confectis beneficia ipsa retinere, aut possessionem alicuius, seu aliquorum beneficiorũ ecclesiasticorum cum cura vel sine cura secularium vel quorumuis ordinum regularium quæcunque, & qualitercunque qualificatorum eis dicta auctoritate apost. conferri seu commendari, aut in eorum fauorem & commodum vniri seu aliàs disponi concessionis literis apostolicis super collatione, seu commenda, aut vnione, seu alia dispositione huiusmodi non expeditis per se, vel per alium seu alios eius nomine etiam supplication. seu sumptorum vel transsum-

*ſumptorum huiuſmodi, aut collationum eis poſtmodum de ipſis beneficijs tanquam etiã tunc certo modo in ſupplicatio. expreſſo vacantibus ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum prætextu apprehendere præſumpſerint, aut per alios apprehenſam, ratam, & gratam habuerint, ipſorum beneficiorũ nõ poſſeſſores ſed meri & nudi detentores, ac violenti, & ſine aliquo titulo in eis intruſi cenſentur, & pro talibus habeãtur, & reputentur, nec fructus ſuos faciant, ſed ad illorũ reſtõnem, vt præfertur, teneantur, & obligati exiſtant, conſtitution, ſeu dictæ cãcellariæ regulæ de annali, & triennali poſſeſſore in illis locũ nõ habeãt, nec eiſdem detentoribus, & intruſis in aliquo ſuffragẽtur quinimò beneficia per eos tẽpore promotionis ſuæ, aut eorũ electionis, confirmationis, obtenta literis ſuper diſpenſatione ea retinẽdi, ſibi conceſſa nõ expeditis retinẽtes, aut poſſeſſionem beneficiorũ literis apoſtolicis ſuper illis nõ cõfectis apprehendentes, ſeu per alios apprehenſam, ratam, & gratã habẽtes, beneficia, ſic retenta, aut apprehenſa, & omne ius quod in illis, vel ad illa pro tẽpore qũlibet habuerint eo ipſo amittant, illiſq;, & illo priuari, ac ad illa de cætero obtinẽda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius, & prætextu noui tituli, aut nouæ commendæ, vel vnionis, ſeu alterius diſpoſitionis ẽt apoſtolica auctoritate facta aſſequi valeant, ſed beneficia ipſa tanquam de iure, & facto vacantia alijs conferri, ſeu cõmendari, & per quoſuis, tam ab eorum ordinarijs, collatoribus, quã à ſede prædicta libere impetrari poſſint, et ſi beneficia ipſa litigioſa fuerint collitigantes in omni iure, & ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut poſſeſſionem apprehendentibus hmõi in eiſdem beneficijs, vel ad illa quomodolibet cõpetebat aut cõpetere poterat, eo ipſo abſq; iuris, aut hominis miniſterio ſurrogentur, & ſurrogati eſſe cenſeantur, ac in eorum fauorẽ cauſa deſu per pẽdens aduocata, et lis extincta fuiſſe, & ſimiliter eſſe ceſeantur. Quodque de cætero ſupplicationes etiam manu noſtra, & motu proprio ſignatæ, niſi habuerint clauſulam, quod eorum ſola ſignatura ſufficiat, uullam aliã, quã per literarum ſuper illis conficien. fidem, aut probationẽ faciant, ſeu præſtẽt, nec vlla eis in aliquo alio caſu fides adhibeatur, aut adhiberi poſſit. Decernens ſic & nõ aliter, tã in eadẽ curia, quã extra eã, & in partibus per quoſcunque iudices, ac cõmiſſarios quauis etiã apoſtolica auctoritate prædicta fungentes etiã cauſarum palatij huiuſmodi Auditores & ipſius Rom. Eccleſiæ Cardinales in quauis cauſa, & inſtantia ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari & diffiniri debere, ac irritum &c.*

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupradicta Regula Romæ, in Cãcellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ M D L I I I. Die vero Sabbathi XXVII. menſis Maij. Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Iulij, Diuina prouidentia Papæ tertij, anno quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

*Odiosa dispensatio.*

64 Dispensatio est odiosa c 1. & 2. de fil. presby. li. 6. quamobrem non extenditur et am ad casum habentem maiorem rationem, arguendo à maiori ad minus, ca. de transla. præla. Felin. in c. postulasti, col. 11. nu. 8. in fi. & nu. seq de rescr.

65 Vt nec quidem dispensatus ad curatum, censeatur dispensatus ad simplex, D. de Rot. decis. 136. voluerunt in no [in tit. de filijs præsbyterorum decis. 2.] & illegitimus dispensatus ad beneficia non censetur dispensatus ad pensionem, nisi exprimatur, per c. quamuis, & c. cui, de non sacerdotali, de præb. lib. 6. hoc docet Hier. Gigas in tra. de pens. q 18. nisi semel cõsecutus fuisset beneficium ex dispẽsatione, quod postea resignasset, & eidem reseruata esset pensio iuxta c. nisi, de præb. ita Gigas: alibi tamen dicam fusius.

66 Itẽ natura dispẽsationis est tam odiosa, vt non comprehẽdat beneficia, nisi de quibus habita sit mentio in ea, maxime si sint alterius qualitatis: ideoque dispensatus ad dignitates, etiam si illis immineat animarum cura, non censetur dispensatus ad beneficia curata sine dignitate. gl. & doct. in c. non potest, de præb. in 6. per tex. in c. cum in illis, ibidem.

67 Ideoq; debet esse cautus impetrãs, vt exprimat, & simplicia, & curata, ac alias qualificata, alias neutiquam in dispensatione comprehendetur: veluti monachus dispensatus ad curatum, non censetur ad simplex dispensatus, c. cui, de præb. lib. 6. Dec. in c. at si clerici, § fi. col. 7. nu. 10. de iud. Iaſ. in l. fi. num v. 37. de constt. princip. [Si tamen quis impetret dispensationem ad duo curata, vel alias compatibilia, si iuste vnum habet, non tenetur de illo facere mentionem, quia de illo non agitur, & quia est clausula pro expressis habẽtes & vt generaliter ad quæcunq; beneficia dispensatur & si impetrans expressisset se habere vnum, nõ recusasset Papa vel cũ difficultate, imo facilius dispensasset, vt not. doct in c. postulastis. de rescr. sed si velit dispensare cum illis, quæ habet, & vt alia consequatur, tunc ea exprimere tenetur. c 2. de filijs præsbyt. in 6.]

68 Quinimo si quis impetret beneficium non exprimendo esse curatum, licet in fine eiusdem impetrationis dicatur, quod animarum cura non negligatur: tamen si illud impetratum sit curatum, non debebitur, per text in clem. 1. in princ. de præben. postquam dispositive non fuit habita mentio curæ.

69 Item dicta clausula, &c. in supplicatione nil operatur, quõ ad prædicta, nisi ad ea quæ de iure & praxi comprehenduntur, quę sup. ius declarauit in signatura gratiæ, & in l. cæterorum, ff. de verb signific.

*Extẽdit dispẽsatio.*

70 Limitatur ad accessoria consecutiua ad quæ dispensatio extenditur. gl. sing. in c. quia in tantum, de prębend. nam si dispẽsatus sim ad plura beneficia curata, in cõsequens videtur mecum dispensatum, vt possim habere substitutum, & vicarium in altero, alias dispensatio non sortiretur effectum, nec prodesset. Felin. in c. postulasti, colum. 13. de rescrip.

71 Item dispensatus ad plures ecclesias parrochiales, censetur excusatus, ne teneatur solennibus festis in vtroq; adesse, licet alias contra. c. si quis in clero, iuncta gl. 7. q. 1. quam probat Barba. in clem. 1. col. 54. de elect. & Imol. in c. postulasti, col. penul. de rescript.

*Dispẽsatus ad duo non tenetur in vtroque resi dere.*

72 Præterea dispensatus ad plura curata censetur dispensatus de non residendo in vno, per glo. in c. non potest, de præb. lib. 6. Panor. & alij in c. extirpandæ, § qui vero. illo tit. Fel. in c. fi. de simo. Spec. in tit. de sponsa. § dicendum, vers. quid si indulgetur [Iaſ. in l. beneficium. col. 8. num. 44. de constt. princip.]

73 Non prætermittendum est, quod minor dispensatus ad curatũ, censetur dispẽsatus de non promouendo, sine quo non posset Curatum vltra annum obtinere. c. licet canon, de elect in 6. Panor. & alii in d. c. quia intantum, de præb. & dispẽsatus, vt possit ad sacerdotium promoueri, videtur eidem concessum, vt ad subdiaconatum & alios ordines promoueatur Io. Andre. in c. postulasti, de rescr. Fel. in c. at si clerici, § fi. col pen. de iud.

74 Accedit quod episcopus dispensatus ne intra annum teneatur cõsecrari, videtur interim quoque dispensatus ad priora beneficia retinenda; vt docet Panor. in d. c. cum in cunctis. § cum verò, de elect. glo. in verb. consecrari. § item insuper, de colla. in pragma.

75 Et sic patet in dispẽsatione (quamuis sit odiosa) fieri extensionem ad casum, sine quo dispensatio nullum sortietur effectum. l. stipulatus fuero per te. ff. de verbo. oblig. l. 2. de iurisd. omnium iudic. cap. si postquam, de elect. in 6. Et vbi tempore interdicti conceditur baptismus, & chrismatis confectio, sine qua

chris-

chrisma dari non posset.ca.quoniam,de senten.excommu.lib.6.

*Minor dispensatus vt promoueatur non potest obtinere beneficium*

76 Animaduertendum tamē est dispensationē non extēdi ad consecutiua separabilia: vnde minor dispensatus de promouendo, & vt celebret,non censetur dispēsatus de obtinendo beneficium curatum: quia licet hoc sit consecutiuū, tamē est separabile,& non necessarium: & dispensatio debitum sortitur effectum absq; beneficio, quod sufficit.docto. in clem. 1. de æta.& quali.glo.in c.cui,de præb. in 6.

77 Nisi illa fuerint inclusiua: vnde dispēsatus ad diaconatum,§poteſt suscipere sub diaconatum:vt docet Ioan. And. in add. ad Spec.eo tit §.postremo,in prin.

78 Minor etiam dispensatus vt sit canonicus in ecclesia cathedrali, non poterit esse iudex delegatus,c.statutum, in verb. canonicis,de rescript.in 6 Fel.in c.cū nūcius, 1.not.de testib. nec habebit hic minor locum in cap. nec suffragium,glos. in cle.2.de æta.Fel.in c.at si clerici, § fi. col. penul.de iudic.

*Dispensatio vocat ætā & beneficium.*

79 Alius effectus dispēsationis est, quod dispensatio est gratia,&misericorditer in dulgetur,c.fin.de schisma.ca.innotuit, de elect.Dom.in c.licet canon, in fi.de elect.

80 Ideo non tenetur: episcopus vel alius dispensare, sed hoc ei liberum est, ca.at si clerici, in fin.ibi,potest.de iudic. & ibidē plenè Panor.& alij,nisi euidēs vrgeat ratio.& causa dispēsandi, tunc.n.teneretur, veluti fauore studij,ca.cū ex eo, de elect. in 6.& in aliis casibus simileꝫ aut maiorem rationem continētibus,§.porro, quæ fuit prima cau.benef.amit.Spec. in tit.de Lapsis & dispē.in §.genera.& ibi Bald.in add.ad eum in prin. Perus. in c alicet canon,§.is etiam,3.not.de elect.in 6.glo. in c.exigunt,1.q.7.

81 Inde vocatur dispēsationis beneficiū. in c.innotuit,vers.habito, de ele. & sicut beneficium inuito non confertur, reg.inuito,ff.de reg.iur.ita nec dispensatur cum aliquo inuito & gratia dispensationis vocatur,in ca.licet canon, de elect.in 6. vbi Perus.dicit non expirare per mortē concedentis.

*Dispensatio an reuocari possit.*

82 Ad hæc sicut beneficium collatū non potest collator reuocare, sic nec dispensationem sine magna causa,c.cū ex eo, vbi glos.& doct. de elect. lib.6. quia beneficio iuuari nos oportet, non decipi: l. in commodato,§.sicut,ff.cōmoda,c.vno,illo titu.

83 Insuper ex dispensatione quis plura beneficia retinere poterit, licet alias non posset: c.dudum,2.de elect.& incōpatibilia,de quibus inferius dicam in bullæ declaratione:& etiam beneficiū, quod alias retineri non valet,per dispensationem retineri poterit,cap.diuersis, de cler. coniu. cap.fi.de cle.pereg.

84 Præterea dispensatus de crimine publico nō potest postea accusari, si publice dispensatum secum extiterit,per capi. extua,de filijs presbyterorum,ca.super his, de accusatio.Speculat.in eodem tit. §. postremo,vbi alia videre poteris, quòd post dispensationem poterit quis sacramenta recipere,& suum officium licitè exercere, & alia facere,quæ posset alius habilis. Et in summa effectus dispensationis est, vt si perperam concessa sit,tam animam concedentis,quam dispensati ad inferos deducat, vbi misere cruciabuntur. [Tamen si quis impetrauerit beneficium vacans per non promotionem Titij, aut per adeptionem secundi, si is pendente processu impetret dispensationem, vt retinere possit illud beneficium,illa dispensatio in præiudicium tertij impetrantis non valebit, vt docet Card.in c quia diligentia.de elect.o.& Felin.in c super eo.per illum tex. col.2.de offic deleg.facit ca. quamuis. de rescrip.lib.6.]

*Dispensatio ad inferos deducit.*

85 Vltimo quia praxis horum omnium consistit in bulla,& formula dispensationis:ideo non erit alienum eam statim ob oculos subijcere declarando clausulas notabiles,super quibus sæpius dubitari vidi,tu lector benuole, boni consules.

## *Formula dispensationis ad duo,& super ætate.*

IVlius &c. Dilecto filio Ioachimo Geloy, de nobili genere procreato ex vtroque parente, salutem.Nobilitas generis, vitæ ac morum honestas,aliaq;&c.nos inducunt, vt te specialibus fauoribus, & gratijs prosequamur.

Hinc

Hinc est, quod nos (te qui, vt asseris. de nobili genere ex vtroque parente procreatus, & quintodecimo, seu circa, tuæ ætatis anno constitutus, ac in vniuersitate Paris. actu studens existis, necnon parrochialem ecclesiam sancti N. diœces. N. ex concessione Apostolica in commendam obtines) præmissorum meritorum tuorum intuitu gratioso fauore prosequi volentes: Teq; &c. necnon omnia, &c. tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum (vt ex nunc dictam ecclesiam, aut illa per te dimissa vnum, & cum ad vigesimum dictæ tuæ ætatis annum peruenieris cum eo aliud, & sine illis quæcunque duo alia curata, seu alias inuicem incompatibilia secularia, aut cum eorum altero, seu sine illis vnum cum cura, vel sine cura S. Augustini. Clu. Grãdimon. aut cuiusuis alterius ordinis regulare, beneficia autem ecclesiastica secularia, parrochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, aut dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis, vel collegiatis: Et dignitates, ipsæ in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores, vel collegiatis ecclesijs huiusmodi principales etiam si sub eodem tecto sint. Regularia vero beneficia huiusmodi prioratus præpositura, præpositatus, administratio, vel officium, seu si talia mistim fuerint. Et ad prioratum, præpositatum, dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi conuenerint per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, si tibi alias canonice conferantur, aut eligaris, aut præsenteris, vel alias assumaris ad illas, & instituaris in eis liberè recipere, & in simul ad secularia videlicet in titulum, regulare verò, prioratus, præpositura, præpositatus, vel alia dignitas, etiam si conuentualis seu officium fuerit, beneficia huiusmodi in commendam, quò ad vixeris retinere, illaque simul vel successiue simpliciter, vel ex caussa permutationis, quoties tibi placuerit dimittere, & eidem commendæ cedere: Et loco dimissi, vel dimissorum aliud vel alia, simile, vel dissimile, similia, aut dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum, seu ecclesiastica duo dumtaxat curata, aut alias inuicem incompatibilia secularia, aut cum eorum altero, seu sine illis vnum cum cura, vel sine cura, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacens. Grandimon. aut cuiusuis alterius ordinis regulare, beneficia ecclesiastica similiter recipere, & in simul secularia videlicet in titulum, regnlare verò in commendam huiusmodi etiam quò ad vixeris, vt prefertur retinere, necnon debitis & consuetis ipsius regularis beneficij supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, reditibus, & prouentibus, sicuti illam in titulum pro tempore obtinens, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt. Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & pretiosorum mobilium eiusdem regularis beneficij

*Dispensatio an reuocari possit.*

*Dispensatio ad inferos deducit.*

ficij tibi pœnitus interdicta, disponere & ordinare libere & licite valeas defectu prædicto quem ex nunc in illius quintodecimo, vel circa dictæ tuæ ætatis anno pateris, & in vicesimo patieris (vt præfertur) ac Lateranen. & generalis conciliorum, & quibusuis alij constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus ecclesiarum, in quibus incompatibilia secularia, necnon monasterij, vel alterius regularis loci, in quo regulare beneficiū huiusmodi forsan fuerit, seu à quo ipsum regulare beneficium dependere cōtigerit, & ordinis cuius illud extiterit iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque & indultis Apostolicis dictis Cluniacen. & Grandimon. ordinibus per sedem Apostolicā concessis, confirmatis & innouatis, quibus inter alia caueri dicitur expresse, quod ipsorum Cluniacen. & Grandimo. ordinum beneficia nullis nisi S. Rom. Eccle siæ Cardinalibus, aut ipsos ordines expresse professis, & de expressis consensibus Abbatum Clunia. & Grandimon. Illorumque conuentuum respectiue monasteriorum Matisc. & Lemouicē. diæce. commendari possint, & si beficia Grandimon. ordinis huiusmodi alijs, quam prædictis commendata essent, tenerentur intra certum tunc expressum terminū habitum ipsius ordinis assumere, & professionem per monachos illius ordinis emitti solitam, emittere regularem: alioqui per Abbatem eiusdem monasterij Grandimon. & diffinitores capituli generalis eiusdem ordinis pro tempore existen. ab illis amoneri possint, & alias de illis etiam per sedem Apostolicam pro tempore factę commendæ nullius sint roboris vel momenti, cæteriſque contrarijs ne quaquam obstan. auctoritate Apostolica tenore presentium de specialis dono gratię dispensamus, ac constitutionibus necnon priuilegijs & indultis Apostolicis Cluniac. & Grandimon. ordinibus huiusmodi concessis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, illorum tenori huiusmodi eisdem presentibus pro expressis sufficienter habentes illis, alias in suo robore permansuris, prouiso quod obtē ta ecclesia N. & alia incompatibilia secularia, ac regularia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarū cura in dicta ecclesia N. ac si qua illis immineat, aut aliis incompatibilibus secularibus & regularibus beneficiis prædictis nullatenus negligatur, Sed ipsius regularis beneficii congrue suportē tur onera antedicta: in quorum, &c. Datum, &c.

*Bulla dispēsationis sup defectu ætatis, & ad plura bñficia cū suis clausulis declaratio.*

IVlius &c. *Dilecto filio Ioachimo Gely de nobili genere procreato ex vtroque parente*

*a, rex e salutem.* Superiùr in bulla nouæ prouisionis multa scripsi, quæ hic non repetẽtur: sed tantum ea quæ fuerunt ibi omissa nunc supplebuntur.

*Nobilitas gñis inducit ad dispẽsandum*

2 *Nobilitas generis, ac vitæ & morum honestas &c.* Ista papam inducunt ad dispensandum cum aliquo: nempe licet glo. in extrauag. Execrabilis, Ioan. 22. dicat nobilitatem generis comparari nobilitati stercoris: tamen in plerisque videmus his nobilibus deferri, maxime circa dispensationes, vt in cap. de multa, de præb.

3 Et quamuis ille textus loquatur de sublimibus, & sic de magnis nobilibus & excelsis personis: vt docet Car. in d.c. de multa, & scripsi §. 1. de nominat. Reg. tamen cõis vsus intelligit passim de nobilibus, vt cum illis ad duo beneficia possit dispensari: & hoc iure vtimur.

4 Siue nobilis sit ex vtroq; parente, caventrabilis, de præb. siue ex patre tãtum, cum nobilis dicatur; l. partum, vbi glo. C. de rei ven. § 1. de inge. in inst. Tamen nobilitas vtriusq; magis inducit ad dispensandum, cũ duplex funiculus fortior vno sit. cap. vno, de treug. authentic Itaque. C. cõia de successiõn. Et multa conceduntur his priuilegia, maxime quo ad tempus studij: vt est in §. cum vero, de coll. in cõcor. vbi scripsi: vnde solet ho die papa cum his nobilibus ad duo dispẽsare: vide quæ scribit Bonus de Curtili in tract. suo nobilitat. & do. Andr. Tiraquel. in eod. tract. vbi multa super hac nobilitatis materia more suo congessit.

*Clausula fauoribus specialib⁹ & sequamur, respicit ad dispensationes.*

*Vt ie specialibus fauoribus & gratijs prosequamur.* Hæc clausula est solita apponi in dispensationibus, & gratioso fauore prosequi, quod est infra & nõ in beneficiorum impetrationibus: nã gratiam impartitur papa, & fauorem illi, cum quo dispensare dignatur: vt dicit tex. in c. fin. de schisma. & Fel. in cap. at si clerici, § fi. col. antepenult. de iudic. Ideo dicitur eũ fauore prosequi, potius quàm iure, vel benigno affectu prosequi in cap. venerabilis, de præb. hinc est quod nos te volentes prosequi fauore gratioso intuitu meritorum tuorum, Te inquam, qui (vt asseris) de nobili genere procreatus existis, & in quintodecimo, seu circa tuæ ætatis anno es cõstitutus. Sic dẽt hæc clausula ordinari, & intelligi, cum verba alias confusa videantur. [Notandum est, q̃ quando papa dispensat cum aliquo, vel in literis expectatiuis scribit, q̃ talis natus est de gñe comitum, vel regum, debet intelligi ex linea paterna, non materna, quia stricte debet intelligi in hac dispensationis materia. c. 1. de filijs presbytero. in 6. & dicto, de, significat causam proximam, vt docet Bart. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. & Bal. in l. ex arrali. C. de actio. emp. Iacob. hoc expresse affirmat in l. 1. ff. de proba. sed contrarium tenui in l. tigni. ff. de verb. sig. & respondi iuribus adductis in cõtrarium.]

*De dispensatione ratione ætatis.*

*Cum infante dispensãt.*

SCciendum † est circa minorem multipliciter dispensari. Primo minor ante septem annos tonsuram accipere non potest, & sic nec beneficia habere, cap. fin. de temp. ordinan. in 6. ca. cum adeo, de rescript. & sic opus est dispensatione: & in hoc valde laxandæ sunt iuris habenæ: nam hoc est contra ius diuinum, & quodammodo contra ius naturale, vt qui loqui nescit, alios doceat, & regat, c. indecorum, de ætate, & qualitate, & scribitur Eccles. 10. c. *Ve tibi terra, cuius Rex est puer.* dicitur etiam dispensanti væ qui cũ istis dispensas, & qui datus es in ruinam, & in destructionẽ multorum. vide Paris. consil. 97. satis, in 4. vol.

*Ad canonicat⁹ dispẽsatur cũ minore.*

2 Item minor ante decem annos est inhabilis, vt sit canonicus in ecclesijs collegiatis, & in cathedralibus, vel Metropolitanis ante quatuordecim annos: vt in regul. Cancell. 17. & doct. in cap. Super inordinata, per illum textum de præben. quamobrem his casibus requiritur papæ dispensatio.

*Minor sine dispẽsatione prioratus cõuentuales habere nõ põt nec dignitates*

3 Prioratus vero conuentuales, si cura regatur per priorẽ, minor 25. annorũ obtinere non põt: si vero cura per alium administretur, tunc sufficient 20 anni completi, Clementina ne in agro, §. cæterum, de statu monachor. Ideo si quis antea velit obtinere prædicta semper necessaria erit dispensatio.

4 Dignitates vero, aut beneficia curata annis 25. minor obtinere non potest sine dispensatione c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & in qua ætate possit minor obtinere beneficia, dignitates, & quæ libet officia scripsi in tract. de pacifi. possess. in 4. limita.

*Ad plura beneficia cũ minore*

5 Item & quod grauius est, dispensatur interdum cũ minore ad plura beneficia, licet sit duplex incompatibilitas, ætatis videlicet, & beneficiorum. cap. quia intantum,

*dispensatur.* tum, de præb. c. super eo. de rescrip. in 6. superius scripsi in dispensatione super pluralitate, & inferius adhuc prosequar.

*Minori dispensato potest ordinarius conferre.* 6 Et post dispensationem à minore obtentam poterit Episcopus Abbas, seu alias etiam inferior huic sic ad plura dispensato conferre: nam est habilis factus à papa, qui & ius cõdidit, & est supra ius. c. propo fuit. de concess. præb. maiorem enim retinuit sibi potestatẽ, quã iuri dederit. c. dudum. de præb. in 6. consuluit Anchar. consi. 404. tria dubia, & superius dixi cum de effectu dispensationis loqueremur.

*Ad regulare beneficium cum minore alicui dispẽsatur. Ordines vt ante ipse minor sumere possit dispensati.* 7 Quandoque dispensatur cum minore seculari ad regulare beneficium obtinẽ dum, vel ecõtra: quia de iure secularis nõ potest obtinere regulare, nec seculare regularis. cap. cauſſam. & ca. officij. de elect. cap. nullus, illo tit. in 6. c. 1. & per totum. de capel. monach.

8 Interdum dispensatur etiam cum minore, vel maturius q̃ de iure liceat, ordines recipere possit, nempe de iure in 18. anno subdiaconatum, in 20. diaconatum, in 25. suæ ætatis anno presbyteratum suscipere permittit. cle. fi. de ætate & quali. quo si citius velit assequi, non nisi cum dispensatione licebit.

9 Aliq̃n iungũtur simul oés istæ dispensationes, & eodem tenore cõceduntur: & tunc plene cum minore dispensatur, vt inferius patebit abundantius.

*Adcautum dispensat cum minore in 23. anno.* 10 Aduertendum est, quòd per regu. cancell. Innocentij, quæ est cum super defectu ætatis conceditur dispensatio, de duobus solũ annis dari potest, & sic in 23. anno potest dispensari, vt minor curatum obtinere possit: & hodie illa regula seruatur in legationibus: sed coram papa si constitutus in 18. anno impetret beneficium exprimendo ætatem: & papa respondeat in signatura, fiat, & cum derogatione regulæ: tunc dispensatus censetur dispensatus etiam si sit minor 15. annis, & hoc ratione derogationis regulæ.

*Defectus ætatis expressus in signatura in bulla omitti potest.* 11 Plane si quis in supplicatione dicat se esse in anno 23. cõstitutum, & antequàm expediat bullas sit ætatis 25. annorum, potest omitti defectus ætatis in bulla postq̃ est legitimæ ætatis: sed antequam ei bulla expediatur, solet enim notificari, & ab eo requiri, an velit eam sic expediri, & q̃ nõ petet imposterum bullæ correctionem, nec ei corrigetur: sed si postea de defectu ætatis apparet, erit imputandum sibi, cum hanc correctionem petet.

12 Et si fuerint huiusmodi bullæ sic expeditæ sine mentione ætatis, pars aduersa non poterit opponere ex eo male expeditas, & non ẽm supplicationem, quia nõ sunt expeditæ contra supplicationẽ: ideo non sunt falsæ bullæ: nam hoc erat introductum in fauorem impetrantis, vt ætatẽ exprimere posset, cui fauori pars, cum sic legitimæ ætatis, renunciare potest. c. si diligenti. de for. compet. *Bulla falsa si cõtra signaturã expedita fuerit.*

13 Veruntamẽ licebit parti probare impetrantem non esse legitimæ ætatis, & sic bullam esse subreptitiam, per c. si eo tempore. de rescrip. in 6.

14 Idem dixi de eo qui in signatura dicebat se pati defectum natalium cum soluto & soluta, demum pater contraxerit matrimonium cum illa. filius in bulla poterit omittere defectum natalium, cum nullum hodie patiatur, quòd tanta est vis matrimonij, vt legitimare possit etiam iam natos. c. tanta. qui filij sint legi. *Defectꝰ natalitiũ in signatura expressus q̃n i bulla omitti possit.*

¶ Vt asseris.] Credit isti impetranti Papa: si tamen dubitetur de eo quod asserit ipse impetrans, hoc probare debet: nisi pars aduersa diceret eum alterius ætatis esse: tunc enim teneretur allegans probare. per l. auctor. C. de prob. Secus si dicatur, vt asseritur, vel vt accepimus: nam impetrans hoc casu probare non tenebitur, opponens. authen. si quando. C. de constitutio. pecu. Rotà decis. 74. nota quòd vbi & decisio. 727. [sub titul. de rescrip. decis. 60.] nota quòd si ponatur, in antiq. [sub tit. de rescrip. decis. 77.] Cassador. de cis. vlti. de iure patronat. [Et obreptionẽ dispensationis quis debeat probare, vide per Calder. cons. 4. de probatio. & cons. 8. de rescriptis.] *Probare impetrãs an debeat.*

Et vix in forensi iudicio reciperetur hæc differentia: quia partis est probare, si allegat non verum esse, quod est in bulla expressã. vide supra quæ scripsi in bulla nouæ prouisio. & ista verba sic adinuicem distingui posse videntur, vt si impetrans est supplicans, dicatur in literis, vt asseris c. 1. & 3. de offi. dele. Si duo supplicant, vt asseritur, vel vt asserunt c. adhæc. de resc. Si verò alius pro alio supplicat, dicitur vt accepimus, aut quando papa facit hoc motu proprio. c. cum clerici. & seq. de pact. c. ex literis de pignor. Hiero. Paul. in sua praxi curię Roma. in notab. super vacan. non reseruã. vers. item nota quòd vt asserit, scripsi forma manda. in glo. omnia & singula in fin. *Vt asseris vel vt asseritur seu vt accepimus, differũt.*

¶ Seu

*Circa, quid de notet.*

1 ¶ Seu circa.] Quid denotet ista dictio, certe multi multa superhoc dixerunt. Ego putaré pro materia hanc dictionem accipiendam, vt abunde scripsi in l. cæterorũ. ff. de verb. sign. gloss. tamen in cap. attestationes de despon. impu. pro qua facit text. in l. non tantum. ff. de excusa. tut. declarat istam dictionem vltra sex menses non protendi, sicut dictio prope.

2 Tamen relinquitur arbitrio iudicis. gloss. in c. 1 in fi. de offi. ordinar. in 6. sicut dicitur de paucis diebus in c. statutum. §. super. de rescrip. ibidem.

3 Sed iudex non debet extendere vltra sex menses: vnde si agens annum decimumseptimum, & duos menses impetret beneficium, & dicat se constitutũ in decimooctauo suæ ætatis anno, seu circa, non valebit impetratio: quia circa, denotat modicum tempus, paulòplus, vel paulòminus, sed non vltra sex menses vt docet Alexand. cons. 88. quoniam. nu. 15. in 5. volum.

4 Ideo potest intelligi seu circa, videlicet de duobus, tribus, quatuor quinque ve, aut ad summum de sex mensibus, per prędicta. facit l. hæc adiectio. ff. de verbo. signifi.

*Episcopus studij non valet in quo est studium 5. annorum vel circa.*

5 Vnde hæc dictio Circa, annullat, actum, quando tempus debet esse completum: vtpote nominatus debet annis quinque completis studuisse ante nominationem, si dicat se studuisse quinque annis, seu circa, non valebit talis attestatio studij, quia incerta: vt scripsi in tract. nomina. q. 11. in fi. nam dictio circa, tempus incertum denotat vt docet Guido papæ decis. Delphin. q. 290. libello, ac Alexan. cons. 29. num. 12. in 7. vol. & cons. 82. in fin. ibidem.

*Prescriptio non probat̃ per tps decẽ annorum vel circa.*

6 Item in tempore ad præscribendum requisito, si quis deponat alterum possedisse decem annis, seu circa inter præsentes, aut viginti, seu circa inter absentes, non est probata præscriptio: vt docet Guido papæ singul. 436. de dictione circa, & vide in c. vt circa, de elect. lib 6. & in d. c. 1. de offic. ord. in 6.

*Fauor studij inducit ad dispensandum*

¶ Ac in vniuersitate Parisien. actu studens existis ] Ecce aliud quod inducit pam ad dispensandum fauore studij: cap. cum ex eo. de elect. lib. 6. quia multa & præclara introducta sunt fauore studij: & centum septuaginta priuilegia cumulaui in tract. de scholastico. priuileg. ibi licet videre.

Episcopus etiam fauore studii potest eum scholastico dispensare de non residendo c. relatum. de cleric non resid; nec tenetur præfatus scholasticus quicquam soluere pro literis facultatis non residendi: vt ibidem scripsi, priuileg. 30. quia hoc ei ipso iure priuilegium indulgetur, vt ibidem.

Item de non promouendo per septemnium dispensat Episcopus fauore studij: c. cum ex eo, de elect. in 6. dummodo scholasticus intra annum ad subdiaconatum saltem promoueatur, ne postea retrocedat, cum fructus beneficij comederit: vt ibi scribitur. quod limitaui in scholastic. priuileg. 36.

Papa etiam dispensat, vt scholasticus non teneatur ad aliquem ex ordinibus sacris promoueri intra certum tempus, vt sibi placet limitandum, sed legatus secundum tenorem suæ potestatis, videlicet ad septemnium, dummodo intra duos annos ad subdiaconatum promoueatur, vel alias prout est sibi commissum & à papa concessum.

*Quatuor quæ asserit impetrãs probare tenetur.*

¶ Necnon parrochialem.] Quatuor hic impetrans asserit. primò se de nobili genere procreatum: hoc probandum ei incumbit, secundum Barto. & alios in l. 1. C. de prob. Asserit quoque se minorem. in rub. C. si minor se maiorem dixerit, fit contrarium, quia minor ibi dicit se maiorem, vt alius contrahat secum: hoc quoque probandum est, vt per Bart. & alios in l. de ætate. ff. de minor. & in l. de tutela. C. de integ. restit. scripsi in tract. de restitutio. artic. 1. glos. tertia, in secundo tomo commenta. in constitut. regias. Tertio asserit se actu studentem: quod etiam est probandum, scilicet per matriculam, per attestationes, literas temporis studij, vel per testes 5. teneantur de colla. Concord. gloss. & doct. in procem. 6. libri. necnon & ecclesiam commendatam sibi ab Apostolica sede asserit. quod literis Apostolicis probari conuenit.

*Mereri dicitur qui non demeretur.*

¶ Meritorum tuorum.] Etiam si non alias mereatur, dummodo nõ sit indignus, sufficit: nam hæc clausula, si dignus sit, intelligitur, & sufficit dũ non est indignus. l. cum quidam. de leg. 2. clem. 1. de offic. deleg. dixi superius in signaturæ gratiæ.

*Dispensatio ad petitionem non*

¶ Tuis in hac parte supplicationibus inclinati] Et sic dispensationes ad partium petitiones debent concedi, non autem motu proprio; quia laxari ius non debet,

nec

*motu proprio concedi tur.*

nec solui, nisi parte postulante: nec dandum est hoc iudicium, nisi postulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto: & inuito non solet conferri beneficium, per reg. inuito. ff. de regul. iuris. ideo petendæ sunt dispensationes: & ex causa concedendæ, non alias.

*Extunc et exnūc quid significēt.*

¶ Tecum vt ex nunc, &c.] videlicet dispensamus tecum, vt ex nunc, id est, in decimoquinto tuæ ætatis anno possis obtinere parrochialem ecclesiam tibi commendatam: ex nunc, id est tempore huius gratiæ tibi factæ, significat enim tempus præsens. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de li. & posthu. vbi doct. sed Iurisconsu. vtuntur dictione nūc, & tūc in l. lecta. ff. si cert. pet. vt fusius dico in tit. de verbo. sig. [l. mulieris. § desinere.]

Secundo si eam dimiseris, quod *ex tūc* etiam aliud beneficium obtinere possis loco dimissi, id est loco huius parrochialis ecclesiæ dimissæ: quia papa non vult istū impetrātem esse absque beneficio aliquo, & intellige vnum scilicet simile, vel dissimile: vt inferius exprimit.

*Peruenire ad annū quis dr̄ qñ illū attigit.*

Tertio cum peruenieris ad vigesimum annum, &c. vt cum isto aliud recipere possis, peruenire quis dicitur ad annum, quē attigit, c. cum in cunctis §. inferiora. de elect. scripsi in l. peruenisse. ff. de verb. sign.

*Annus tuæ ætatis declaratur.*

Quarto dicit tuæ ętatis annū vigesimū ad excludendum annum vigesimum currentem, in quo videretur forsan completa dispensatio, nempe si minor in anno currente 1518. impetraret dispensationē post biennium ad vigesimum annum perueniet currentem, sed non ad vigesimum annum suæ ætatis: ideo declaratur, vt cū peruenieris ad annum vigesimum tuæ ætatis, & non anni currentis, Clem. fin. de ætate.

Quinto vult, vt cum iste peruenerit ad vigesimum annum, possit cum illo beneficio aliud habere: & sic dispensatur secum ad duo, quando erit ætatis viginti annorum, non antea: & si antea acceperit secundum, vacabit primum, per c. de multa. de præb. nam cum antea non sit dispensatus, vti debet iure communi.

Sexto quod sine illis, id est si illa duo tempore uiginti annorum non habeat, ꝙ possit recipere & retinere quæcunq; duo alia curata, seu alias inuicem incompatibilia, secularia: ideo dicit incompatibilia, nam in alijs compatibilibus quid opus est dispensatione? cum de iure teneri possunt. c. 1. de consuetud. li. 6.

Addendum est, quod si cū minore fuerit dispensatum, ut beneficium curatum non obstante etatis defectu recipere, ac retinere possit: si postea detur dispēsatio ad duo curata, debet narrari prima dispensatio dispositiue, non conditionaliter, videlicet per forsan, &c. & postea peti dēt secū dispensari, ut quæcunque alia duo, &c. alioqui secunda dispensatio non ualebit: ut not. in c. 2. de filiis presbyt. in 6.

*Minor dispensatus ad curatū tenetur in secunda dispē satione ad duo de prima exprimere.*

1 ¶Incompatibilia.] Sciendum est incompatibilia uariis modis dici. primo qñ per assecutionem unius alterum uacat, ut sunt dignitates. ca. quia nonnulli. de cleric. non residen. idem in personatibus & officiis. c. de multa. de præb. & unum abbatem duobus monasteriis præsidere interdicimus: dicit text. in c. unum. 21. q. 1. & c. fi. 20. q ulti.

*Inconpatibilia multis modis dicunt, primo p assecutionem.*

2 Item parrochiales ecclesiæ, & curata beneficia, sic incompatibilia dicuntur. ca. quia intantum. de præb. c. gratia. de resc. in 6. clem. gratiæ. illo tit.

*Parrochiales ecclesiæ incompatibiles.*

3 Ad hæc vicariæ perpetuæ non se inuicem compatiuntur, vt vnus duas habeat, clem. vna. de offic. vicar.

*Vicariæ perpetuę duæ obtineri non possunt.*

4 Præterea duo simplicia sub eodem tecto conformia dicuntur incompatibilia. c. literas. de conceff. præbend. gloss. & docto. in dicta clem. gratiæ, secus si sint difformia, ideo potest quis in eadem ecclesię canonicatum simul & dignitatem obtinere. c. 1. de consuet. lib. 6. Barb. in dicta clemen. gratiæ col 13. de rescrip & non solet dispensare papa ad duo curata sub eodem tecto, nec ad duas dignitates, vel canonicatus: vt statuit Alex. 6. de signa. gratiæ.

*Simplicia sub eodē tecto incōpatibilia.*

5 Insuper si beneficium simplex requirat continuam residētiam ex statuto, vel fūdatione ecclesię, dicitur cū in alio incōpatibile: quia non potest aliquis in vtroque residere, nec per se seruire. cap. nō potest. de præbendis. in 6. glos. & doct. in d. clement. gratiæ. Innocen. & alii iu cap. fi. de cleric. non resident. vt sunt præbendæ Theologales: de quibus scripsi in §. 1. de collat. in Concord. alioqui duo simplicia sine dispensatione obtineri possunt: & residentia à iure debita tollitur per contrariam consuetudinem, de qua scripsi. in §. 1. in gloss. residentiæ. de collatio. in Concorda.

6 Etiam incompatibilis dicitur capellania,

*Capellæ*

*Alia quæ sint incompatibiles.*

nia, necnõ aliud simplex beneficium: sistatuto cautum sit, vt illam, vel illud habens aliud obtinere non possit: vt cautum est de locis Collegialibus Magalonę. glos. & doct. in d. c. gratia. & Barba. in d. clé. gratię, in verb. beneficium. Card. cons. 3. in fi.

*Regulare seculari incompatibile & econtrario.*

7 Incõpatibile quoque est regulare viro seculari, & ecõtrario. cap. nullus. de electionib. in 6. cap. cum singula. de præbendis ibidẽ. Staphil, in tractat. de literis gratiæ, titul. & qualit. & statu, benefic. fol. 7. vbi dicit secundo modo illa incõpatibilia dici quæ licite, & absque peccato sine dispensatione teneri nõ possunt: & hoc modo plura dicuntur incompatibilia, si alterum per se sufficiat. cap. 1. in 44. distinct. vbi dicitur, O sacerdos de altari viuere, non vero luxuriari permittitur, cap. cum secundum, de præbendis. & dicit Innoc. & Panorm. in cap cum iamdudũ, illo titul. peccare eum qui plura tenet beneficia, etiam simplicia, si vnum per se sufficiat ad vitam. sed deuoratores beneficiorum, sicut lucifer, nunquam satiantur: nec vnum beneficium mille millium librarum eis esset sufficiens & voluissent ipsi sine fine viuere, vt possent sine fine pauperum cibos deglutire cap. voluissent. de pœniten. distinct. 1.

*Quodlibet beneficiũ ad vitã est incõpatibile cum alio.*

8 De ista tamen incompatibilitate non loquitur hic papa, dum dicit curata, seu alias inuicem incompatibilia. Inuicẽ incompatibilia sunt dignitates, personatus, & alia quæ dixi supra, siue quis duas possideat dignitates, siue dignitatem cum curato, vel alias mistim: & sic intelligenda est hæc clausula. potest tamen quis habere canonicatum & curatum, quia non sunt inuicem incompatibilia. glo. & doct. in d. capitu. gratia. Nicol. Milius in verb. beneficium. q. 51.

*Rectoria & vicaria sũt incõpatibilia.*

9 Item incompatibilia sunt rectoria & vicario ideo penes vnum esse nõ possunt, sicut proprietas & vsusfructus. l. vti frui. ff. si vsufruct. petat. Aegid. Bellamera decis. 172. monasterium.

*Incompatibilis hæreticus cum orthodoxo.*

10 Insuper alia quidam appellant incompatibilia, vt rõne clamoris & murmuris, vt duæ mulieres in vna domo. Alia ratione inimicitiæ & odij vt hæreticus cũ orthodoxo, Iudæus cum Christiano. c. quanto, & seq. de diuort. Alia sunt incompatibilia timore criminis committendi, vt iuuenis luxuriosus cum pulchra puella. l. si vero, § si adolescens ff. manda. l. non aliter. de vsu & habita. l. si qui adulterij. C. ad legem Iul. de adulter. Bal. in l. neque. C. de prob. gl. in c. absit 11. q. 3.

11 Alia sunt incompatibilia ratione magnitatis, vt duo tyranni saturnales: verũ quia parum hæc ad rem faciunt, missa faciamus. Si quis alia alleget esse beneficia incompatibilia, hoc probare debet: regulariter omnia præsumuntur compatibilia pro qualitate personæ: vt consuluit Cardinal. cons. 3. circa. vide Panor. & alios in c. dudũ. 2. de elect. & in c cũ iamdudum, & præb. quia fundata sunt, ut uiri idonei ea obtineant: ut superius in 1. par. scripsi.

*Omnia beneficia compatibilia præsumuntur.*

12 Septimo uult papa, quod si unum seculare quis dimittat, uel utrunque possit regulare aliud cum cura, uel sine cura obtinere: & sic prodest hæc dispẽsatio, ut hic secularis censeatur ad regularia dispensatus, & ad curata & non curata, & regularia S. Augustini, aut alterius ordinis, &c.

*Super duabus parrochialibus quãdo dispẽsetur.*

13 ¶ Beneficia autem ecclesiastica seculari &c. ] Nunc declaratur super quibus beneficijs secularibus ecclesiasticis dispẽsetur. Primo super duabus parrochialib?: disputaui in forma mand. in uerb. cum cura, in Concord. an sub nomine curati beneficij ueniat parrochialis, & concluſi nõ uenire per gl. in cle. una. de offi. uica. ideo hic exprimitur. [Sed si quis fuerit dispensatus ad parrochialem, an possit obtinere parrochialem, cui erat annexa altera parrochialis. uide per tex. & ibi docto. in cle. ult. de præb. ]

14 Nec solet hodie facile dispensari ad parrochiales duas ecclesias, nisi sint contiguæ, uel modici ualoris. & pro graduatis, aut nobilibus: ut est in reg. cancel. 52. glo. & doct. in c. dudum. 2. de elect. & bonum esset quod cum uno dispensaretur, ut in eodem episcopatu haberet illa duo, & nõ in diuersis, ut melius illis seruire possit, & ne uagationis materia detur.

*Vicaria temporalis & perpetua.*

¶ Vel earum perpetuæ uicariæ. ] Etiam perpetuæ uicariæ inuicem incompatibiles existunt: quia curæ exercitium est penes talem uicarium, unde per adeptionẽ secundę uacat prima, uel dignitas, aut aliud incõpatibile beneficiũ. c. fi. de offi. uicar. Cle. una illo tit & sic non habebit locum in uicaria tẽporali, cum iste tex. exprimat perpetuam, quia hæc temporalis in titulum non datur, & qui seruit alieno nomine, curam non habet, secus in uicario perpetuo gl. in extrauag. Execrabilis. Io. 22. in uerb. temporales uicarios c peruenit. de appel. c. cum ex eo, de elect. in 6.

*Vicaria ꝑpetua duplex.*

Verum non est prætermittendum, duplicem esse vicariam, hãc quam diximus perpetuã: vna quippe est, quæ curam obtinet animarum actu. d.cle. vna. de off. vic. & de hac intelligẽdus hic locus, quæ solet in rescripto papæ vocari ꝑpetua, vicaria.

Altera est vicaria perpetua, quã videmus in ecclesia Cathedrali, vel Metropolitana, vel collegiata, & illa semper in literis papæ ex stilo Curiæ Rom. vocari solet simplr vicaria talis ecclesiæ Paris. vel cathedralis, aut collegiatæ quæ nõ est incompatibilis cum cura, dignitate, vel alio beneficio supra nominato, nisi specialiter ex fundatione vel statuto continua requireretur residentia: vt dictum fuit.

*Episcopus ad dignitates & ꝑsonatus dispẽsat*

¶ Aut dignitates, personat⁹, administrationes, vel officia &c.] Ista sunt incompatibilia, vt superius dictum fuit: in quibus potest episcopus dispensare cum his, qui compleuerint annum vigesimum, si canonicum aliud non obsistat, vt dignitatem, vel personatum non curatos vnum tantũ habere possint. cap. vno. de ætate. lib. 6. quod non vidi seruari. Tamen per hæc verba dignitates, non censetur dispẽsatus ad dignitatem curatam, cum hic non exprimatur. clem. ne in agro. §. cæterum. de statu Monach. ideo necessarium est addere bullæ, dignitates etiam curatas, alias non comprehẽdentur. per c. cum illis. de præben. & nisi in dispensatione diceetur ad dignitates, non censeretur ad eas dispensatus. etiam si exprimeretur ad omnia beneficia: vt docet Spec. in eo. titu. §. postremo. ves. quid si dispensatum: & hoc ratione odij vt dictum fuit superius.

*Facilior dispensatio in ruralib. quàm i beneficijs ciuitatum. Dispẽsatus ad dignitates non poterit eas obtinere in ecclesia cathedrali.*

Si tamen esset decanatus ruralis, sufficit exprimere decanatum, licet non exprimatur, qui ruralis est, quia papa facilius concedit ruralia beneficia, quam ciuitatis. § statuimus 2. de coll. in Concord. docto. in clem. & si principalis. de script. non vocebit tamen hoc exprimere.

¶ In Cathedralibus &c.] Ideo exprimit, quia dispensatus ad dignitates non censetur dispensatus, vt eas obtinere possit, vel Canonicatus in ecclesia Cathedrali. c. quãuis. de præb. in 6. Feli. in c. postulasti. in secunda conclus. de rescri. propter præeminentiam & honorem illius ecclesiæ. quod limitat Io Andr. in addit. ad Spec. in tit. de filijs presbyt. in princip. qũ dispensatio generalis esset ad quæcunq; : & illum sequitur Dom. in c. 1. illo tiru. & Oldra. cons. 215. & Ial. cõs. 104. &c. circa.

Contrarium tñ verius est. per tex. in d. c. quãuis, ibi: sub hac generalitate hoc casu nolumus includi. etiam quia hoc repugnat stylo curiæ Rom. q semper exprimis Cathedrales, cum eas vult includi: nam ea quæ notabilia sunt, nisi exprimantur, videntur neglecta. l. iniuriarum. §. prætor. ff. de iniur. de Rota decis. 45 [sub tit. de filijs presby. decis. 1.] & 508. in antiq.

Nec si quidem hoc casu credendum est Io. Andr. qui in propria dispẽsatione hoc tenuit: vt ipse asserit: & Ial. similis conditionis facile illi sententiæ acquieuit: in quorum sententiam descenderem, quando nominationes, vel mandata essent directa episcopo, & capitulo, vel decano & capitulo: tunc. n comprehenderentur dignitates ecclesiæ cathedralis, alioqui nihil prodessent nominationes, vel mandata: vt docent do. de Rota, decis. 112. [sub tit. de concess. præb. decis. 35.] & 213, in antiq. [sub tit. de cõces. præb. decis 6.] vel nisi resultaret inanis prouisio. Imol. in c. fi. col. 2. de præb. sed dispẽsatio ad omnia & quæcunque beneficia, non comprehendit dignitates, si non sunt expressæ in dispensatione quod est notandum.

*In signatura dignitatis etiã curale est exprimẽdum.*

Addendum est, q; si quis dispẽsatus sit ad duo beneficia curata, vel alias inuicẽ incompatibilia, vel vt cũ dicta parrochiali ecclesia vnum, & siue illa quæcunque duo, &c. tamen in corpore signaturæ, & in petitione partis nulla fiat mentio de dignitatibus & ꝑsonatibus, An in bulla debeat, aut possit exprimi clausu. etiam si dignitates? Respond. non: quia regulariter plus non concedit papa, quam pars requisierit, & pars non petit, ideo non dabitur: sed huiusmodi dispẽsatio in bulla erit simplex ad curata, nulla facta mẽtione dignitatis: vnde cautus esse debet impetrans, vt in supplicatione petat secum dispẽsari ad dignitates, etiam curatas, etiam in cathedralibus, & Metropolitanis: vt videmus expressum: & docet Aegid. dec. vlt. nã partis esse debet, vt multa petat, papæ vero officium, vt concedat, quæ iure & iuste præstari debent.

*Duæ prębẽdæ simul in diuersis ecclesiis simul teneri possunt.*

Insuper nullus citra papam potest dispensare super pluralitate præbendarum, siue in vna ecclesia, siue in pluribus c. sanctorum, vbi Dominic. 70. dist. qui allegat Inno. in c. fi. de cleric. non residen.

Quod est verum, si ex statuto, vel consuetudine continuam exigerent residẽtiam, alioqui teneri possunt absq; dispẽsatione

satione in diuersis ecclesiis: vt firmat Innoc. & aliis in c. super inordinata, de præb. & ista opinio de consuetudine inualuit, dummodo quis habendo plures canonicatus & præbendas, non propriã attendat voluntatem, sed Dei, & non proprium honorem, sed onus: hic procul dubio sine dispensatione plures accipiet præbendas. argum. c. in scripturis, & c. qui episcopatũ 8, q. 1 Innoc. in c. cum iamdudum, col. 2. de præb. & cum istam consuetudinem papa sciat & toleret, videtur excusare: vt scribit Spec. in titu. de dispensa. §. dicendum, versi. simplex beneficium.

*Episcopus circa differmia in eadem ecclesia dispensat.*

Et quamuis Episcopus de iure non possit dispensare, nec quidem ad duos canonicatus, vt quis possit eos retinere simul in eadem ecclesia, tamen circa differmia poterit, nempe vt quis habeat dignitatem cum canonicatu & prębẽda: vt docet Io. Andr. in c. literas. de conces. præb. Panor. in c. cum iamdudum. de præb. doct. in cap. cum in ecclesia, illo titu. in 6. vbi Perus. & in c. si is cui, ibidem, sed hodie de consuetudine solus papa dispensationes istas indulget, ex ignorantia videlicet Episcoporum, qui sua priuilegia dispensandi neglexerunt quicquid dicat Staphil. in tract. de liter. gratiæ, in secunda forma expect.

*Duplices distributionis quã do qs habere debeat.*

Et quando in una ecclesia quis dignitatem habet cum præbenda, non debet obtinere duplices distributiones, quia vni tantum seruitium impendit, & vicem vnius gerit. c. vno de cleric. nõ residen. Anto. & Panor. in c. cum olim. de re iudic. verum de consuetudine duplicẽ accipit portionem in hoc regno Franciæ, quia duorũ vice fungitur: arg. l. si consul. ff. de adopt. c. ex literis, de prob. alioqui nihil prodesset ei habere duo beneficia.

*Cura p verba generalia nõ continetur.*

¶ Etiam si curam habeant animarum.] Nisi cura exprimatur non intelligitur c. cum in illis. de præbend. lib. 6. vt dixi: qa maior idoneitas in his requiritur, vt ibi, & c. cùm sis ars artium, regimẽ animarum. de ætate & qualita. vnde si quis esset dispensatus, vt quæcunque duo recipere posset, & retinere, tũ curata recipere, & tetinere vix posset, nec in istis sufficeret exprimere, æquipollens videlicet ecclesiã baptismalẽ, vel habentẽ cœmiteriũ, quia possunt hæc esse ẽt in ecclesia nõ parrochiali, teste Federi. conf. 135. quidam habens, nisi exprimeretur q equipollẽs necessarium ad curam: vtpote si diceret audire debere cõfessiones, & recipere sacramenta, ac sepultu-

ram habere: vt docet Card. conf. 30. quidã A. presbyter. Adhuc tamen quia deuiaret ab stylo curiæ Romanæ uix bulla reciperetur in forensi iudicio: proprie vero curatum intellige, quando coĩa habet fori pœnitentialis. c. in nouo. 21. distin. c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissio.

*Habitu tantum curatũ est in dispẽsatione exprimendũ.*

Et debet fieri mentio, etiam si habitu tantum esset curatum, ut quia per bellum omnes parrochiani decessissent, & sic non habet parrochianos: ut consuluit Cardin. conf. 48. quidam nobilis, quia poterunt redire; quod si papa sciuisset esse curatũ habitu, non dispensasset, uel non tam facile. cap postulastis. de rescrip Feli. in c. in nostra, eodem.

Veruntamen per assecutionem beneficij curati nequaquam uacabit curatũ habitu, quod exercitium curæ animarum non habet; ut docet Staphil. in tract. de literis gratiæ tit. de qualit. & statu benefi. uersic. dr̃ scribã inferius in tract. de non promotis intra annum quãdo priuati cẽseantur.

*Dispẽsatus ad quotcũque ac que ad duo dispẽsatus censetur.*

Imo dispensatus ad quæcunq; & quotcunque curata censetur tantum ad duo dispensatus; quia pluralis locutio hoc casu duorum numero contenta debet esse reg. pluralis. de reg. iur. in 6. ideo si in signatura dicatur de parrochialibus ad uitã &c. intelligetur de duabus, nisi dicatur, & de tribus parrochialibus ad uitam: ut dici solet, cũ ad tres dispẽsatur pro graduatis de stylo. Bellam. in c. dudũ. col. pen. de elect.

*Clausula de parrochialibus ad uitam.*

Et quando conceditur huiusmodi dispẽsatio ad tria, poni solet claus. dummodo plures q̃ duæ parrochiales ecclesiæ nõ existant; nisi ille cum quo dispensatur sit bene qualificatus doctor, aut alias fauorabilis; uel hæc remittamus uoluntati summi Pontificis.

*Officia non põt quis obtinere*

Itẽ ubi quis ex necessitate obtinet duo officia incõpatibilia, ut quia alius capax non inuenitur, tria tamen nõ poterit obtinere tex. in l. fi. C. de excepto. lib. 12. quẽ tex. no. Aret. in c. ex literis, in fi. de proba. item consuetudo, uel statutum, seu dispensatio Epi non põt facere, ut quis tria beneficia habere possit, tex. in c. 1. de cõsue. li. 6. Imol. in c. literas, de cõcess. præb. uide Panor. & alios in c. extirpandæ. §. qui uero de præb Feli. in cõs. 4. dubitatur, ubi dicit q̃ licet quis duo obtinere possit simplicia beneficia, tamẽ tria sine dispensatione habere nõ poterit [quod hodie notandũ est.]

*Siplicia tria be-*

1 ¶ Post pontificales.] Dispensatus ad dignitates non uidetur ad dignitates maio-

*neficia quis obtinere non pōt.*

res post Pōtificalem in Cathedralibus dispensatus, nec ad dignitates principales in ecclesiis collegiatis ca.fi.de præb. ideo exprimitur.hic.

2 Et sic in cathedralibus pro consuetudine ecclesiarum interdū Decanus est maior post Episcopum, vt Parisijs. Aliquādo Archidiaconus, interdum Præpositus in ecclesijs collegiatis dicitur principalis dignitas, quæ præsidet in illa ecclesia, sed non vocatur maior dignitas, sicut in cathedralibus.

*Error in bulla corrigi potest, si dignitas maior principalis vocetur.*

3 Si tamen in signatura fuerit expressum in ecclesia cathedrali decanatum esse principalem dignitatē, cum debuisset appellare maiorē post pontificalē, poterit in bulla corrigi: nam error est, vt doc.no. per illum tex.in l.si. librarius. ff. de reg. iuris. & claus.de speciali in his operatur. vt scripsi in signatura gratię supra.

4 Non uero comprehendentur hic dignitates Episcopales, nisi de his expressa fuerit habita mentio: nam Epatus culmen dignitatis est. c. penul. de præb. glo. in c. 2. illo tit. 6. Imo si fuerit etiam expressus Episcopatus, non comprehenditur Archiepiscopatus, teste Inn. in c. dilectus, de concess præb. c. nos consuetudinem. 12. dist. nā qui dignus est minori, non semper maiori. c. scriptum, de ele. Henric. Boic. in c. quòd dilectio. de consanguin. Spec. in eo. tit. §. postremo. uers. quid si dispensatū, & uersi. sequenti.

*Duo beneficia seu pensiones obtinere in eadem ecclesia non possunt.*

¶ Etiam si sunt sub eodem tecto.] Hæc clausula necessaria est: quia dispensatus ad duo, nequaquam censetur dispensatus, ut illa habeat in eadem ecclesia: nisi hoc dictum fuerit, etiam simplicia. text. ubi docto. in c. literas de concess. præb. cap. 1. de consuetud in 6. Anch. in c. permittimus de ætate, & cancellaria expedit literas de primo simplici uacante: ut Hieron. Paulus testatur in praxi cancel. 20. folio. 36. in fine. uersiculo. an per assecutionem. [Et ideo per adeptionem secundæ præbendæ in eadem ecclesia uacat prima. d.c literas. cle. ult. de præb.]

Nec quidem pēsiones duas potest quis in una & eadem ecclesia obtinere sine dispensatione, nisi consuetudo aliud suadeat: quia pensionem concedit papa loco beneficij. cap. ad audientiam secundo de rescript.

Itidem dicunt incompatibilem esse pēsionem in eadem ecclesia cum alio beneficio. Plura de hac pensione scripsi in trac. de pacifi. possessor in concordā. ideo consului, quod acceptans præbendam in eadem ecclesia, in qua habet pensionem, eidem pensioni renunciare videtur, per clementi. gratiæ, de rescrip. nisi fuerit dispensatus ad obtinendum utrunque.

*Clausula notabilis pro beneficijs annexis.*

Quinimo si fuerit expressum, quod sub eodem tecto liceat duo recipere, & retinere. non poterit illa duo obtinere, si alteri sit annexa capella in eadē ecclesia in qua duo habet: nisi hoc quoque fuerit expressum in dispēsatione, Clem. fi. de præb. scripsi in §. 1. glo ita tamen, de manda. vnde in signatura exprimas etiā ad duo sub eodem tecto, etiam si alteri uel utique esset aliud beneficium in eadem ecclesia annexū &c. & hoc soleo exprimere in signatura. [Nec accipitur hic omnino tectum, sicut apud iurisconsi. in l. 1. §. hoc aut Senatusconsi. ff. de senatusc. Sylla. vbi in eodē tecto censetur esse seruus, qui intra eosdem parietes sunt, & vltra, intra cubiculū, vel domum, vel eosdem hortos, vnde vocem exaudire potuerunt, sed hic in eodem tecto dicuntur, quando sunt intra eandem ecclesiam, vel intra ecclesiæ circuitum, qui eodem gaudet priuilegio. c. diffinuit, & c seq. 17. q. 4. facit l. 2. ff. de verb. sig.]

*Cathedrales & Metropolitanæ exprimenda.*

¶ Regularia vero beneficia huiusmodi Prioratus &c.] Nunc enumerat super quibus regularibus dispensetur: omne quippe regulare est incompatibile seculari, & ecō trario c. cum singula, de præbend. clemen ti 1. de elect. De quibus regularibus longe plura scripsi superius in princip. huius libri, & dicam inferius in materia dispensationis cum regularibus.

Et quidam addunt etiam in Cathedralibus & Metropolitanis regularibus &c. eo quod hæ ecclesiæ propter prærogatiuam sunt specialiter exprimandę. c. quamuis, de præb. lib. 6. vt supra dictum fuit, ideo non absre exprimitur: quia pleræq; sunt ecclesiæ cathedrales regulares: sed paucæ nunc, quamuis olim fere omnes in Francia regulares essent, & si quis sit dispensatus, ut in ecclesijs cathedralibus dignitates obtineat, non poterit obtinere in metropolitanis: quamuis cathedrales sint, quia maiorem habent adhuc honorem: & dispensationes nullo modo extenduntur, ut superius dictum fuit: ob id apponi solet clausula, etiam Metropolitanis, quæ alias esset superflua, & stylus curiæ Roma. omitteretur, qui tamen est seruandus. cap. ex literis, de constitut. & cap.

quam

quàm graui, de crimi. falsi. [& hic etiam primi debet sicut in precedenti clausula de secularibus.]

*Dispensatus regularis ad duo censetur regularia.*

Addunt alij in dispensatione, aut soli tæ per canonicos regulares sancti Augustini, vel alterius ordinis regi. &c. Sed hoc non est necessarium: quia si mandetur prouideri de seculari, poterit prouideri de regulari solito regi per seculares, vel contra. capitu. cum de beneficio, de præb. in 6. Sed forte hoc est ad maiorem securitatem, quia dispensatio non extenditur: multa de his scripsi in §. volumus, de colla in Concorda.

Item dispensatio concessa seculari, vt duo beneficia etiam curata recipere, & retinere possit, intelligetur de duobus secularibus iuxta personæ qualitatem. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. & idem si concederetur regulari vt de regulari beneficio intelligatur, c. cum de beneficio, & c cũ singula, de præb. lib. 6. Hosti. & Barba. in c. possessiones, de rebns eccles. non alienand. vbi dicunt dispensationem gñalem seculari datam nõ comprehẽdere regulare, vel regulare datum nõ comprehẽdere seculare: imo in dispensationibus ad quęcunque etiam regularia, nõ comprehenduntur beneficia sancti Antonij, nec sancti Ioannis, nisi expressè concedatur: quod non solet fieri: vt docet Alex. 6. in suis reg. de signa. gratię: ideo hoc ex expri mendum. [Imo si hic non fuerit expressum de parrochiali, non censetur dispẽsatum cum impetrante, vt parrochialem habeat regularem, quamuis illud verbum parrochialis sit expressum in præcedenti clausula de secularibus, per c. cum in illis. de præb. in 6. & ita fuit conclusum in palatio inter aduocatos excellentes.]

*Dispensatus ad quæcũq; regularia non est dispẽsatus ad beneficia sancti Ioannis nec Antonij. Electionis modus non*

¶ Et ad prioratum &c. etiam si per electionem assumi cõsueuerit.] Ista clausul. est necessaria: nam & si mandetur prouideri de beneficio spectãte ad præsentationẽ, institutionem, collationem, & quamlibet prouisionem Capituli, non tamen prouidebitur de beneficio spectante ad electionẽ. cle. 1. de præb. nisi hoc expressum fuerit: vnde dispensatus ad beneficia spectantia ad collationem talis N. non cẽseretur dispensatus ad beneficia spectantia ad electionem: vnus quippe modus nõ comprehendit alium modum. c. cum in illis, §. 1. de præbendis in 6. maxime non comprehenditur electionis modus: vt scripsi in §. præfatique ordinarij, in verb. dispositionem, de collation. in Concorda.

*expres. sus non comprehẽditur. Mistum in odiosis nõ cõprehẽditur.*

¶ Seu talia mistim fuerint.] Videlicet quod vnum regulare cum seculari fuerint vel dignitas cum regulari, vel officium regulare cum dignitate, siquidem mistum non comprehenditur in odiosis. l. secunda. vbi Barba & Iaf. ff. de verborum obligatio. secus in fauorabilibus: l. quæritur. ff. de statu hominum, §. omnium, vbi Iaf. de actio in instit. tu. ideo hic exprimit Papa vt etiam mistim habere possit beneficia.

*Dispẽsat vt duo obtinere possit beneficia, intelligitur si canonice ei conferãtur.*

1 ¶ Si tibi alias canonice conferantur.] Nunc restringit dispensationem, vt videlicet dispensetur ad duo. si canonice ei cõferãtur, alias si ipse propria auctoritate ea beneficia acceperit, ea tenere nõ poterit: c. eum qui, de præbend. lib. 6 & fundatur ista clausula in c. si gratiosæ, de rescr. li. 6. c. non potest, de præb. ibidem, de canonica collatione supra dixi in princip. huius libri, in prima parte.

2 Idem si cum aliquo dispensetur, vt obtenta beneficia retinere possit, intelligitur si canonice ea habuerit, d. c. si gratiosæ. Aretinus cons. 7 procedendum, col 3.

3 Idem si conferatur beneficium Titio, quod vult papa vt possit recipere, & retinere cum aliis, quæ habet: intelligitur si ea habeat canonice per c. dudũ. 2. de elec. Spec. in titu. sic lapsis & dispen. §. dicendum, vers. quid si aliquis.

*Dispẽsatus inhabilis ad plura ea retinere non potest.*

4 Quinimo dispensatio irregulari vel criminoso ante rehabilitationem concessa, vt plura habeat beneficia, non proderit ei, nec valebit, vt ea tenere possit, per dic. cap. si gratiosæ: quia papa non videtur tollere vitium illud, nisi id exprimat, capit. dudum, 2. de elect. vbi Anch. no. 21. sic ait, nam dispensatio de pluralitate non operatur aliud, quàm vt pluralitas non noceat, sed non operabitur, quod illa canonice possideat, arg. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1.

*Duæ dispensationes an concurrere possit.*

5 Alioqui duæ concurrent dispensationes: quod est prohibitũ, nisi qnatenus exprimũtur, sicut duæ fictiones, l. 1. C. de dotis promissio. Bald. in c. causam, colum. 2. nume 5. de rescript. per cap. 2. de filijs presby lib 6 Domin. cons. 126. Martinus.

6 Nisi hoc esset in dispensatione expressum, videlicet non obstante irregularitate &c. nam odiosæ sunt dispensationes, & iuri contrariæ, cap. 1. & 2. de filijs presby. in 6. & quamuis sint partibus fauorabiles, tamen stricte veniunt interpretandæ,

vt no. in l. fi. de condic. indeb. & suprà dictum fuit.

7 Ideo quælibet incompatibilitas tolli debet, alias una tantum sublata, remanet altera: quemadmodum sublata vna excommunicatione, non tollitur alia, c. officij de senten. excomm.

*Irregularis dispēsatus ad duo non efficitur inhabilis, sicut alius qui duo absque dispēsatione possidet.*

8 Sed dubium magnum est, an hic irregularis duo beneficia possidens ex valida dispensatione efficiatur inhabilis, sicut alius, qui possidet sine dispensatione Domini. consil. 126. Martinus decidit nō fieri in habilē: quia is efficit inhabilis ad bñficia, & ad ordines, qui duo bñficia retinet incōpatibilia sine dispensatione, vel cū dispensatione minus sufficiente & nō canonica, extraua. Execrabilis, §. porro, & §. qui vero, de præb. c. dudum, 2. §. insuper, de elec.

9 Tamen si quis habeat dispensationem canonicam, & postea non canonice obtineat duo beneficia, hic peccat, sed non efficitur inhabilis: vt docet Specul. titu. de elect. §. dicendum, vers. quid si dispensatur. Idem Domi. consil. 126. allegat Innoc. in dict. capitu. dudum, §. insuper, de elect.

10 Sed contrarium ibi tenet Anto. Nam hic, domū est dispensatus, si canonicè cōferantur: ergo si non canonice conferantur, nequaquam intelligitur dispensatus, quia non est seruata forma, c. Pisanis, de restitutione spoliator. & quia de vno dixit, de altero negauit, c. nonne, de præsumptio. & quia dispēsatio ad hæc nō est canonica: ergo ipse sic ea possidens efficitur inhabilis. Cui sententiæ me subscribo post Philipp. Fran. in c. non potest, de præb. in 6. irregularē tñ ad duo dispēsatum putarē non incurrere inhabilitarem ratione vitij tantum, quia vere est dispensatus: sed illa nō potest ratione criminis tenere, certe non efficit inhabilis: sed hi qui duo non canonice adeptus est, eo quod ad illa non est dispensatus, per hoc verbum si canonicè conferantur, efficitur inhabilis: & sic concil iantur opiniones.

¶ Conferātur.] Quamuis hoc verbum cōferātur, sit generale, & alios modos cōprehendens, titu. vt ecclesiast. benef. sine diminu. conferant. tamē causa vberioris expressionis alios etiam prouidendi modos exprimit papa, videlicet aut eligaris aut præsentis, vel alias assumaris, forte per commendam, vel instituaris &c.

*Dispensatus ad duo non censetur dispensatus ad illa quæ iam obtinet.*

Et sic vi istius verbi concludi potest, quòd dispensatus ad duo curata non cēsetur dispensatus ad illa duo quæ iam sunt collata, quia dicit si cōferantur: & sic deficit mens Pontificis: ideo non videtur dispensatum super eo, quod ipse ignorat: l. mater, ff. de inoffi. test. c. 1. de cōst. lib. 6. & ista dispensatio tendit, vt possit recipere: ergo de iam receptis non cogitauit papa dispensare: & huius est sententiæ Panor. in c. ad aures, de rescript. Ioann. Andr. in c. dudū 2. & Ancha. ibi 21. no. de elect. c. postulasti col. pen. de rescr. do&t. in d. c. nō potest. Oldrad. cōsi. 325. thema quæstionis, col. 2. non potest hoc casu per fictionem retrotrahi, quia extremū à quo non est habile, eo quòd iam sit priuatus: primo ergo non potest habere locum fictio, Bartolus in l. si is qui, ff. de vsuca.

Nisi in ista dispensatione specialiter habita fuerit mentio beneficiorum obtētorum, & papa secundum hanc expressionem dispēsasset, sic intelligit opinio Paul. in l. & militibus, C. de testa. milit. sic conciliaui in tract. nominat. q. 15. nu. 34. post Ias. in d. l. & militibus. facit text. in c. postulastis, in prin. de cler. excom. ministr.

*Ad recipiendum debet qs capax fieri.*

¶ Recipere.] Ideo dicit, quia prius quis debet reddi capax ad recipiendum: quam ad cōseruādum: Ideo recipere dicit, alias per adeptionem secūdi vacaret primum, c. de multa, de præben. & sic duo cū effectu recipere non posset. idem dicitur in c. quamuis, & c. si gratiosæ, de rescr. in 6.

Et text⁹ dicit libere recipere, ideſt sine alia dispensatione & onere. Clementina vltima, de ætate & qualitate, scripsi in §. præfatique ordinarij, de coll. in Concor.

*Dispensatus vt recipiat nō poterit retinere.*

¶ Et in simul retinere &c.] Vult etiam quòd non solum recipiat hæc beneficia, sed & illa retineat, quia nō minor est virtus quàm quærere, parta tueri. & sic dispensatus vt possit recipere, non poterit ea retinere: verum proderit hæc dispensatio: vt per adeptionem secundi non statim vacet primū, quod alias vacaret, per capit. de multa, de præbendis. & ita loquitur Domin. in c. non potest. illo titulo in 6. licet Philippus teneat ibi contra.

*Dispēsatio vt qs retineat duo operetur.*

Et si papa dispēset cū episcopo, vel alio de retinēdo beneficia, quæ hēt hęc retentio, duos operatur effectus, videlicet prouisionis, & dispēsationis: vt quis plura retineat beneficia incompatibilia, contra c. de multa, de præbendis. Aegidius Bellamera decisione 472. si episcopus, ubi dicit istam retentionem uitiari ex subreptione, & si pertinens beneficium iniuste, impe-

impetra-

impetrauerit dispensationem, quod illud possit retinere, illa gratia erit subreptitia, si nõ fiat mentio fructuum perceptorum, vt docet idem Aegidius in c. dudũ, col. vlti. de elect.

*Dispensatus iuste est et in foro conscientiæ tutus*

¶ Licite.] Tam in foro contentioso, q̃ conscientiæ, glossa in capitu. quę in eccle siarum, de constitution. capitu. 1. verficulo sed extitit, de concessione præbendæ, in 6. & c. constitutionem, de regular. ibi dem. & sic dispensatus cum caussa tutus est, & in foro poli, & fori, scilicet quando caussa vera est, & iusta: quia dispositio papæ in vtroque foro excusat, c. 1. de constit & c. 2. illo tit. in 6. vbi glo. & doct.

*Secularis datur secularе beneficium in titulum, in commẽdam vero regulare.*

¶ Ad seculariа in titulum &c.] Declarat quomodo hæc & recipiantur, & retineantur, videlicet, quòd secularis secularе beneficium in titulum teneat, regulare verò in cõmendam: Nam vnius vxoris vir quis esse debet, c. cum nõ ignores, de præbendis: sed isti potest aliena commendari vxor: sic seculari datur titulus vnius beneficij, quod sit ei in verum titulum. Sed quod amplius est, regulariter cõmendabitur ei, & dabitur in commendã, vt videlicet habeat istud secundum regulare commẽdatum: non enim potest vtrique ecclesiæ præsidere quis tanquàm titulatæ, sed vni tanquam commendatæ, alteri verò tanquàm titulatæ præerit, c. fin. & per totum, 21. q. 1.

Idem in regulari dispensatio, videlicet vt regulare in titulũ habeat, seculare autem tanquam alienum, quia secularibus debitum teneat in commendam, clemẽt. ne in agro, §. cæterum, de statu monach. Nam qui plures ecclesias retinet, vnã qui dem titulatam, aliam verò sub commendatione retinere debet, cap. qui plures. 21. quæst. 1.

*Papa ad vitã cõmenda.*

1 ¶ Quoad vixeris &c.] Commenda fit ad tempus, & perpetuò, c. extirpandæ, §. qui verò, de præbẽd c. nemo, de election. in 6. & superius dixi. Iõ ad sciẽdum quanto tẽpore velit papa relinquere huic impetranti beneficia commendata, dixit ad vitam, & ita permanebit beneficiũ, quòd sic commendatur perpetuo, idest quoad vixerit is, qui dispensatus est nisi resignauerit illud, aut alias facto suo amiserit, vt pote ob delictum: alias quod nostrum est, sine facto nostro a nobis auferri non potest, l. id quòd nostrum, ff. de reg. iur. & inferius dicetur in tertia parte, quot modis beneficia amittantur.

*Tertiũ Papa ad annum cõmendat.*

2 Interdum quoque papa commendat tertium ad annum, vt interim vnum ex tribus dispensatus dimittat, sed hic dicit, quoad vixeris, & sic uberior est dispẽsatio. Beneficia vero quæ in titulum conceduntur, perpetuo dantur, capitu. si gratiosæ, de rescriptis, capit. satis peruersum, 66. distinctione.

*Dispensatus vt retineat per annum vltra annum vacat beneficium.*

3 Animaduertendum est, quòd interdũ papa cum aliquo dispensat, vt duo curata recipere valeat, dummodo intra annum dimittat vnum: tunc nisi intra annum iste dimiserit alterum, est priuatus primo: & si contenderit vtrũque retinere, priuatus est vtroque, inhabilisque efficitur ad alia. extrauag. Execrabilis, de præb. Ioan. 22. nec prodest ista dispensatio, postquam nõ est impleta conditio, c. super eo, & ca. verum, de conditio appo.

*Prorogatio dispẽsationis aliquando conceditur.*

4 Sed hoc casu ante finitum tempus cõsulerem a papa petere dispensationis prorogationem ad vitam, & hoc solet quandoque literatis & nobilibus concedere.

*In prorogatione de parrochialibus est faciẽda mentio.*

5 Vnde si petatur hæc prorogatio ad vitam de parrochialibus, tamen in dispositione nõ sit clausula, & de parrochialibus ad vitam: illa nõ apponetur in bulla: nam hæc prorogatio etiam de parrochialibus, est noua dispensatio: ideo sicut in prima debebat exprimi, sic & in ista prorogatione, quæ nisi fuerit expressa, bulla non cõficietur de parrochialibus, sed de nouo impetrabitur illa parrochialis in vim nouæ prouisionis.

6 Nisi antea fuerit ab alio impetrata post tempus: quod fieri potest, non obstante prorogatione inualida: requiritur tamẽ in noua impetratione mentionem fieri primæ dispensationis & vacationis.

*Dispensatus ad duo vt dimittat alterum sine adiectione tẽporis nõ est priuatꝰ.*

7 Diuersum est si papa non apposuisset certum tempus, intra quod dimitteret vnum, vel alterum, tunc nõ esset priuatus, nec vno, nec altero: quia illa uerba volumus quod dimittat, faciunt monitionem: vt consuluit Domi. cons. 106. super dicto dubio, quẽ refert & sequitur Boer. in deci. Burdegal. q 119. quidam renunciauit, & ideo hoc casu requireretur priuatio, postquàm non est facta nisi monitio.

*Dispensatus vt vnũ dimittat, non poterit illud di-*

8 Adde quod hoc casu, quo quis intra certum tempus beneficium dimittere tenetur non poterit illud dimittendum permutare cum alio: nam sic illud non censeretur dimisisse. De Rota decisione tricentesima vigesimanona, Tu obtinens, in nouis, [sub tit. de re iudic. decis. 12.] & deci-

*mittendo permutare*

sione 581 Papa reseruauit, in antiquior. [sub titu. de rer. permutatio. decisio. 13.] ac in titulo de rerum permutatio. decisio. 3. [Bernard. de Bisignet.] nec censeretur dispensatus ad illud, quod compermutatum haberet, etiam si esset simplex, ideoque realiter dimittere tenetur, & cum effectu: vt superius dictum fuit, nisi omnia alia amittere velit: & nisi hoc fieret coram papa expressione facta.

*Dimittere verbo sufficit beneficium.*

9 Et cum quis dimittere beneficiū debet, non alias tenetur illud resignare, quā vt verbo tenus collatori dicat, se illud dimittere: & collatoris erit illud alteri libere conferre post dimissionem, cui voluerit idoneo, vt docet Calde consi. 5. titul. de renunciat. ac Cardinal. in clem. 1. no. 15. de pœnis.

10 Sed quamuis do. de Rota decis. 250. nota quod vbi papa in antiq. [sub tit. de rescript. decis. 65.] dicant, quod cum quis tenetur dimittere beneficium ex dispensatione papæ, quod illud dimissum vacabit, in Curia tamen hanc reseruationem in Francia non seruamus, imò coram ordinario sufficit, quod ipse dimittat, & ornarius confert: & hoc iure vtimur.

*Per adeptionem qñ vacat primum tātum.*

11 Etiam per adeptionem secundi vacat primū, c. de multa, de præb. & per adeptionem tertij duo prima, clement. si plures, de præbend. Staphil. in tertia forma expecta. fol. 11. sequen. vnde ad duo dispensatus adipiscendo tertium, duo prima vacant, & tertium retinere poterit: per d. clem. si plures.

12 Intellige quando esset in dispensatione loco dimissi &c. tūc solum vacabit primum: & si non dimiserit, sed cum alijs retinuerit, tunc omnia vacabunt post mensem pacificæ possessionis, & impetrari poterunt, per extra. Execrabilis.

*Dispensatus ad duo non pōt tertium recipere.*

13 Alioqui si dispensatus ad duo, tertiū obtineat, non valebit collatio tertij: nihilominus vacabūt duo prima, c. ordinarij, §. in conferendis, de officio ordi. in 6. nisi fuerit clausula illa loco dimissi, &c.

*Intellectus ad §. in conferendis*

14 Veruntamen si quis fuerit dispensatus ad duo, & obtineat parrochialem ecclesiam cum prioratu non curato, si conferatur ei altera parrochialis, & sic tertiū beneficium, huius tertij collatio valebit: quia §. in conferendis, loquitur quādo fit collatio habenti plures dignitate, personatus, seu plura curata, vt non valeat collatio tertij incompatibilis.

15 Secus si habeat prioratum regularem cum curato, qui prioratus non est incompatibilis nisi ratione qualitatis, quia regularis, personæ seculari concedi iure nō potest: sed ratione beneficiorū nulla est incompatibilitas, ideo valebit collatio tertij, sed vacabit prima parrochialis p adeptionem istius: quod est valde notandum ad intellectum d. §. in conferendis.

*Clausula & de parrochialib⁹ ad vitā est exprimenda.*

16 Insuper si quis petat dispēsari secum ad tria incompatibilia, etiam si parrochiales ecclesiæ, vel dignitates etiam maiores &c. & in dispositione non sit clausula, & de parrochialibus ad vitam, sed ista clausul. & de tribus incompatibilibus ad vitam, dummodo non sint plures quam duæ ecclesiæ parrochiales, per istam clausulam non poterit habere parrochiales duas: quia in signatura debebat esse de parrochialibus ad vitam.

Cum igitur sit omissa, non censetur ad illas dispēsatus: nec illa clausula dummodo, non operatur concessionem, quia inducta ad restrictionem, non operantur argumentum. l. legata inutiliter, ff. de legatis & fidei commissis primo. Et super his sæpius consului: & hoc est valde occultū, sicut ars Cabalistica olim Iudæis.

*Dispensatus ad duo qñ illa possit dimittere, & alio duo habere.*

¶ Illaque simul dimittere &c.] Etiam Papa vult, vt hic dispensatus possit illa duo simul dimittere, & alia duo loco illorum recipere, & retinere: hoc est necessarium propter textum in cap. non potest, de prębendis in sexto. vbi dispensatus ad duo intelligitur de duobus primis, quæ si dimittat, ad alia non censetur dispensatus, ob id ista hic concedit. facit textus in l. boues, §. hoc sermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ intelliguntur. ff. de verbor. significatio. vbi abunde scripsi, & Alex. in l. diuortio, §. ob donationes, ff. soluto matrimo. Iason in l. qui per salutem, & in l. duobus, §. si ei qui, de iureiurand. potest enim vnum hodie dimittere, demum alterum succedere, quòd si vnum exprimeretur aut concederetur, aliud non veniret, per l. cum prætor, ff. de iud. ideo exprimit, & simul, & successiue dimittere &c.

*Permutare pōt dispensatus & coram ordinario.*

¶ Simpliciter.] Siue ea dimittat, simul vel alterum, aut si fortè est aliud ademptum, cap. si beneficia, de præbend. lib. 6. Seu resignet ea simpliciter, aut causa permutationis: vt dixi supra in materia resignationis, quia hoc ei permittitur hic.

¶ Vel ex causa permutationis.] Et sic causa permutationis potest dimittere: & hæc permutatio poterit fieri etiam coram

ram ordinario, qui authoritatem huic præstare solet, capitulo quæsitum, de rerum permuta. c. vno, eod. tit. in 6. sic consultuit Gemi cõsi. 97. Titius habuit, col. 2. sed ordinarius antequam conferat secundum, prospicere debet dispensationem, c. ordinarij, §. in conferendis, de offi. ord. in 6. & si ista clausula sit in corpore & partis petitione & cum clauſ. permutãdi, &c. & non fuerit repetita in clausulis, non prodest regularibus dispẽsatis ad seculare beneficium: nec quidam secularibus dispensatis ad regulare, sed prodesse poterit secularibus quo ad secularia, vt in locũ dimissi aliud habere possint simile, ita vidi de stylo seruari: qđ notes: & sic videatur signatura, quæ alias non poterit extendi. [Aduertendum est ad intellectum c. ordinarij §. in conferẽdis. de offi. ord. in 6. ista demum locum habere quando confertur beneficium plura habenti, tunc non valet collatio vltimi, si ad illud dispensatus non sit, cum non possit illa retinere.

*Clausula permutandi in signatura esse debet.*

Secundo requiritur quod episcopus videat dispensationem. ibidem.

Tertiò quòd appareat per illam dispensationem quòd poterit acceptare & retinere vtrumque.

Quartò quòd si non possit retinere, qđ dimittat vnum. d. §. In conferendis. quod est verum in eo qui plura habet.

Sed si quis dispensatus sit ad duo, ad vnum seculare & regulare, si obtinuerit vnum regulare, si conferantur ei aliud, valebit collatio secundi, nec vacabit primum, donec obtinuerit pacificam possessionem secundi. c. de multa. de præben. c. commissa. de elect. lib. 6. Et si post adeptam pacificam possessionem velit resignare ſm, non poterit, quia vtrunque habere non poterit: & hæc resignatio faceret vt vtrũq; haberet, saltem cum effectu. Ideo debet resignare vnum ex duobus antequã vltimũ adipiscatur. Sed poterit non acceptare, & tunc retinere poterit & primum.]

*Dispensatus plura beneficia recipere & dimittere poterit.*

¶ Quoties tibi placuerit. ] Quia dici posset, vt forte intelligitur: si bis, ter, aut ad summum, quater dimiserit, non vltra ratione infinitatis vitandæ, c. 2. de rescri. lib. 6. iõ subnectit quoties tibi placuerit dimittere possis, pluries igitur ea dimittere & permutare licebit, prout lubuerit: vt consuluit Do. cons. 97. Titius, col. 2. natura enim dictionis quoties, ni restricta sit, est variandi, etiam in infinitum, l. quod si nolit. §. si quid ita, ff. de ædil. edict. Archi. in c. nunc verò, 9. q. 3 scripsi in interpre. l. vnic. in 1. no. in vlti. limit. C. de sent. quæ pro eo quod interest. & Dec. cons. 169. & diligenter, primo dubio, & dimittere capitur hic generaliter, quomodocunque dimittat, siue resignãdo tacite, seu expresse, vel alio mõ dimittendo, c ex parte 1. de off. dele. dixi in trac. de pacif. poss. nu. 153.

*Dimittere generaliter capitur.*

¶ Et loco dimissi vel dimissorum aliud, vel alia, simile, vel dissimile, aut similia, vel dissimilia beneficium seu beneficia. ] Ideo dicit aliud loco dimissi, nõ alia: quia si in locum dimissi quis acciperet duo, vacaret primũ, clementina si plures, de præbend. nec huiusmodi dispensatio porrigeret se ad ista tria, quæ si cõtenderet simul retinere, vacarent etiam illa duo, extraua gan. Execrabilis Ioan. 22. ob id loco tantum cuiuslibet dimissi, poterit aliud habere, & ista clausula non datur à summo pœnitentiario. ideo si habueris ab eo dispensationem, oportet aliam a Papa impetrare, narrando, quod in Francia nõ adhibetur isti fides: & de viribus facultatũ pœnitentiarij hæsitatur, ideo ad maiorẽ cautelam sumes hanc nouissimam, quæ non tm̃ taxatur, sicut si de nouo impetrasses. Nota *Simile*, nã si relinquat curatũ, aliud curatum obtinere valebit: vel si duo curata dimittat, itidem alia duo similia, vel si duas reliquit dignitates, duas alias recipere poterit, & intellige qđ dimittat cũ effectu, alioqui si dicat se verbo dimittere, & aliud accipiat, vacabit primũ: vt dictũ fuit c. priusquam. 27. q. 1. quam dimissionem sufficit dispẽsato probare factam corã ordinario: nisi probet aduersarius eum postea illud dimissum possedisse, & fructꝰ suo nomine recepisse. docto. in cap. ordinarij. de offi. ordi. in 6.

*Pœnitentiarius ad duo dispẽsat. sed non clausulã ponit loco dimissi, &c.*

*Dimissio corã ordinario fieri põt.*

¶ Vel dissimili. ] Reliquit curatum, poterit dignitatem eius loco recipere vel reliquit seculare, poterit regulare recipere, quæ clausula est magni momenti & vtilitis: & docto. not. d. capit. non potest. de præben. in 6. vnde cum quidam professus ordinem médicantium fuisset translatus ad ordinem Sancti Benedicti, ac dispensatus, vt posset habere beneficium curatum dicti ordinis, quod obtinuit, & demum cum alio permutauit, illud secundum retinere non valuit, quia ad id non erat dispensatus: cum dispensatio sine ista clausula de primo intelligatur. d. cap. non potest. Aegid. Bellamera cons. 8. in primo dubio: & dispensatio vt loco dimissi aliud

*Dimittẽs vnũ beneficium aliud ẽ non simile recipere poterit.*

ha-

habeat, intelligitur de simili. glos. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugit. & supra dictum fuit: ideo hoc verbum intelligitur etiam de dissimili: vide Feli. cons. 4. dubitatur.

Intellige tamē de primo, quod habuit cum effectu: nam si collatum ei fuit beneficium, quod per sententiam amisit, nō nocebit quominus obtinere possit, quia intelligitur de primo cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iuris. c. relatum de cleric. non resid. Ancharan. in c. 2. col. 1. de filijs presby. in 6. per c. hæc autem verba, de pœnitent. distin. 1. Bal. in c. olim. col. 2. de rescrip. per l. hæc conditio prima. ff. de condit. & demon. Ias. in l. diuortio. §. quod in annos. ff. soluto matrimonio. postea papa repetit beneficia, vt est videre in bulla, vt eam in titulū recipere possit, vel in commendam: vt in ea continetur, quare eam videas. [Et quæ scripsi in l. nomen filiarū §. fi. ff. de verb. signifi.]

*Commē dataris vti potest fructibus beneficij, sed non abuti.*

1 ¶Necnon debitis &c.] Vult papa, & licet habens beneficium in commendam dicatur depositarius. gl. in c. nemo. de electio in 6. qui non facit fructus suos, tamē ex gratia concedit, vt disponere possit de beneficij fructibus commēdati, vt in hoc æquiparetur habentibus in titulum, qui disponunt, vel disponere debent: hæc autem sunt paria disponere, vel disponere debere. argum. l. quod te. in fine. ff. de rebus credi.

2 Sed an commendatarius beneficij fructus dissipare possit, Alciatus hoc cōcedit in l. pactum curatoris. C. de pactis. hoc tamen non videtur verum, imo sacrilegium committit qui bona ecclesiæ dissipat. cap. penul. & ibi Imo. vlt. not. de pecul. cleric. Panormitanus in c. fi. col 2. de pigno. hoc docet Do. Probus in cap nemo deinceps. in addit. ad Io. Monachum de elect. in 6. & ego prius in interpret. c. postulastis. de cleric. excommu. ministr. in 4. not. etiam hic tex. dici debuerūt, videlicet quòd hic commendatarius possit disponere de fructibus beneficij, sicut debent illi, qui in titulum habent, sed his non licet dissipare, multo minus commendatarijs.

*Beneficiarius quomodo & fructib⁹ beneficij disponere debeat.*

3 Sed quomodo debeant hi disponere; respon. per canones antiquos episcopi habebant mediam partem, aut tertiam oblationum, quę fiebāt in ecclesijs. c. de his. & seq. 10. q. 1. eo quod erant pauperes, & boni: verum tempore succrescente cęperunt augeri bona episcopatuum, & ipsi fieri diuites, non tamen ob hoc meliores.

4 Ideo statutum in 2. Bracharen. concilio fuit, vt nullus episcoporum per suam diœcesim præter honorem cathedræ suæ, id est duos solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat, neq; tertiā partem ex quacunque oblatione populi parrochialibus ecclesiis facta sibi vsurpet, sed ecclesiæ reparationi seruet, & singulis annis ratio episcopo fiat: nam si tertiā partem illam episcopus tollit, lumen & sartatecta abstulit ecclesiæ: verba sunt tex. in c. placuit. 10. q. 3 & idem habes in c. priscis. ibidem.

*Episcopi tertiam quam olim habebant reparationi relinquere debent.*

5 Vbi glo. dicit illam tertiam dari solitam epis, vt onus fabricæ subirent: verum cum hodie multis bonis & diuitijs abundent, nihil à parrochialibus ecclesijs accipere decet, nisi synodaticum & cōscripta in c conquerente de ordin. off. Nempe si possent epi ista recipere, quidam auari deuorarēt oēs ecclesias parrochiales sui episcopatus, quia fere deuorant non dicam vnam prouinciam, verum totum orbem, & adhuc non est satiata damnabilis illorum ambitio, Deus eos videre faciat.

*Bona ecclesiarū in tres partes diuidi debent.*

6 Itaque bona ecclesiarū hodie in tres debent distribui partes, vt prima sit clericorum beneficiariorū, secūda pauperum, tertia fabricæ. c. concesso. & sequ. 12. q. 2. nec valet consuetudo, quòd sua tertia non detur pauperibus. capit. cognouimus. ibidem. quia hoc est contra bonos mores: necare enim videtur, qui alimenta denegat l. necare ff. de liberis agnoscendis. & cap. pasce fame moriētem, [quisquis enim pascendo hominem seruare poteris, ] si non paueris, fame occidisti. Gregorius lib. de officijs, & in c. pasce. 86. dist.

7 Quantum vero ad fabricam ecclesiæ valet consuetudo, vt parrochiani eam faciant, & reparationes. docet Archid. in d. cap concesso. & Panorm. in c. 1. de eccles. ædificand. post. Innoc. in cap. fina. de his quæ fiunt à maior. parte cap. facit capitu. de his. de eccles. ædifican. & Angel. Clauas. in sua summa, in verb. clericus. 3. sed qui non obtinet iuste beneficium, non facit fructus suos c. cum dilectus. de iurepatro. Cald. in reperto. in verb. beneficium adeptum.

*Prælati quod nō bene ecclesiæ bona administrēt.*

8 Non audeo dicere, quomodo nostra memoria fructus ecclesiarū exponantur: quandoquidem ex nostris prælatis videmus quosdam, qui totum Regnum deuoraui, & escas pauperum, vt in vno conuiuio ducentos aureos expendere non verean-

reantur,& solidum pauperi denegent:alij vero suos cõsanguineos ditãt, & pauperes tam inhumaniter negligũt,vt miserrima quandoque fame illos mori sinãt: qui omnes hæc agentes sunt fures, & homicidę, ac sacrilegi,& ad restitutionum tenẽtur, cum non sint domini, sed tantum administratores.cap.secundo de donatio. Panorm.in cap. cum secundum. de præb. c. gloria.12.q.2.cap.si quis in atrio.17.q.4. & mortaliter peccant. c. donare. cum sequen. 86. distinctione.Florent. in tertia parte summæ,titu.15.c primo §.finali. & titulo vigesimo, c.secundo. §. vtrum Bertrand.cons.258.viso, in secundo volumine,ex prima editio & hodie multi ex nostris sunt surdi,& cęci:Deus per suam gratiam eos illuminare dignetur.

*Alienare bona ecclesia non pñt bñficarij.*

¶ Alienatione tamen penitus interdicta.]Edictum est prohibitiuum in omnes beneficiarios,ne possint alienare bona beneficiorum: vt in titu. de reb. eccle non alienand. quia nudi sunt administratores & procuratores rerum ecclesiæ,c.2.de donat.& vsurarij.c possessiones.vbi gloss. de reb.eccles.non alienand. & c.fi. de pecul. clericor.

Intellige de immobilibus ecclesiæ, & de mobilibus pretiosis, quæ æquiparantur in l.lex quæ tutores. C. de administ. tut.Ioan.Lupus in repet.c. per vestras. §. 18. de donat.inter virum & vxorem.

Hic multa de prohibitiõe alienationis dici possent,& quæ solẽnitates in his alienationibus rerum eccelesiæ veniant seruãdę,& quibus casibus non requirantur: & ad valeat consuetudo, cum alijs multis quæ abunde scripsi in compen. alien. rerum eccles. quamobrem hic repetendum non duxi.

1 ¶Defectu prædicto videlicet non obstan.] papa hic narrat illa, quæ possunt obstare:de his non obstan.scripsi in bulla nouę prouisionis:ad ibi dicta nunc te reijcio,ne reptam toties vnum.

*Per clausulam motus proprij non fit dispensatio.*

2 Notandum est,ꝙ per non obstan.non fit dispensatio:sed ea quæ obstant dispositioni tolluntur. Et primo per clausulam motus proprij non dispensatur, sed tollitur tantum subreptitio.c.si motu proprio. de præb. lib 6.glos & doct.in clem.si Romanus.illo tit.Sic consuluit Card. cons. 96.papa.col.146. effectus motus proprij congressi in forma mandati in Concord. in glo.motu proprio.[vbi etiam 50. effectus illius conscripsi.]

*De clausula vna cum obtentis non inducit dispensationem.*

3 Clausula vna cum obtentis conferimus,non inducit dispensationẽ super obtentis,sed tollit subreptionem.c.non potest.de pręb.lib. 6. nisi quoq; diceretur, quod utrunq; valeat retinere. clem. 1. de præb.Speculat.in tit.de lapsis & dispensa. §.dicendum.vers.quid si indulgetur.

4 Nisi esset ad duo dispensatus, & papa conferat illi tertium, vt illud possit vna cum obtentis recipere, & retinere, tunc importat dispensationem illius tertij, cũ videlicet iam habeat dispensationem de duobus,ergo illa tria retinere poterit; alioqui superflua esset clausula,vt doct.scribunt ibi.

*Dispensatus vna cum ecclesia S. Pauli & aliã hre,non poterit cum alia istã habere.*

5 Animaduerte tamen,quòd dispensatus ad obtinendum ecclesiam sancti Seuerini vna cum ecclesia sancti Pauli,si dimittat ecclesiam sancti Pauli,non poterit retinere cũ alia, ecclesiam sancti Seuerini; quia dispensatus est tantum vt ecclesiam sancti Seuerini retinere valeat cum ecclesia S. Pauli,non vero cum alia;ideo si quis permutet ecclesiam sancti Pauli cum ecclesia sancti Eustachij,ecclesiam sancti Seuerini non poterit cum ecclesia sancti Eustachij tenere;& alias vidi maximam cõ trouersiam super his;vide doc.in d.c. non potest.

*Not.bene.*

6 Vnde vidi dispensatum quendam episcopum,ut una cum suo episcopatu teneret aliqua beneficia,translatus est ad alium episcopatum,nihil dicendo de benecijs: dixi vacaret per suam promotionem ad alium episcopatum,sicut vacassent ante dispensationem c.cũ in cunctis §. cum vero de elect.Et hoc modo uidi multas dispensationes corruere.

*Clausula non obstante nõ inducit dispẽsationẽ.*

Nota bene,quia pauci aduertũt;& hoc potest euenire contra illos, qui omnes abbatias,uel fere episcopatus habuerunt, & de uno ad alterum transferuntur,sicut iuuenes de uno ludo ad alterum.

7 Idem in clausula, non obstã. ꝙ aliud habeas conferimus,vt subreptionem tollat, nullam autem dispensationem inducat dicto cap non potest ideo iste poterit ultimum tenere,sed utrunque non: vt docet Felin.in c.nonnulli.col.8. uers. addatis etiam glos.de rescript.

8 Imo etiam non sufficeret clausula in non obstan sed requiritur quòd dispensatio in dispositiuis ponatur, aliis non prodest.tex.in clem 1.de pręb.Calder. cons. 4.rub.de præb Rota decis. 280. in antiq. [sub tit.de filijs presbyt. decis. 3.] Fel. in

c.non.

c nonnulli col.8.de rescript.[Idem si Papa dispenset,vt beneficium S.Seuerini præter alia,quæ habes,obtinere possis non videtur dispensatum,vt alia beneficia possis retinere p.c.dudum.2. de electio. vbi interpretes.& Bart.in l.Seio. §. vxori. ff. de annuis legat.]

*Per adeptionem secundi quando vacet primum*

9 Et sic per adeptionem secũdi curati vacat primum,& in dignitatibus,& personatibus idem statutum fuit in ca.de multa, de præbend.Et idem per adeptionem, & consecrationem,confirmationem,& acceptionem episcopatus vacant ipso iure beneficia,quæ episcopus habebat antea.d.c. cum in cunctis §.cum vero de elect. §. fi. de mandatis Apostolic. in Concordat.

10 Idem per adeptionem Abbatiæ etiã quando beneficia sunt simplicia vniformia:vt vocant docto per adeptionem secundi:in eadem ecclesia vacat primum, cap.literas.de concess.præben. & quando vi secundum adipiscitur.cap.eum qui, de præbend.in 6.

*Per adeptionem secundi curati nõvacat epãtus.*

11 Veruntamen per adeptionem beneficij curati nequaquam vacat epãtus,tex. ad hoc singul.c.cum in nostris,de concess. præbẽ. quia sine papæ voluntate dimitti non potest.c.quãto,de transl.epis. c. nisi. de renunciat.ideo non vacat episcopatus per adeptionem alterius beneficij curati, vel dignitatis,aut abbatię seu priorat⁹

12 Alias regulariter per adeptionem secundi beneficij simplicis non vacat primum ipso iure,etiam si ex statuto vel cõsuetudine vtrumq;requireret residentiã: sed is poterit eligere,vtrum velit.c.referẽte.de præben.& Panor.& alij in c.extirpandæ.ff.qui vero illo titu.

13 Quia dispositio primitiua loquens in curatis,& alijs non extenditur ad alia,de quibus non loquitur,c.quia nonnulli. de cleric non resident.vbi Panor.& in c. de multa de præb glo.in c.fi de iure patro.

*Impetrans beneficium vacans per adeptionem secundi quid probare debeat.*

14 Et si quis impetret beneficium , eo q̃ possessor detinet sine dispensatione, oportet quod impetrans hoc probet, vt asserit Paulus Paris.cõsi 138.dico in ista caussa , vol.4.etiam si sit negatiua,secundũ eum. Ego contrarium tenerem : quia habens pro sę præsumptionẽ non probat,sed onus probandi transfert in aduersarium. l. admonendi.& l manifestæ.ff.de iureiur.sed impetrans habet pro se ius, quod videlicet non licet alicui possidere plura beneficia incompatibilia. cap. quia nonnulli. de cleric.non resident.vt supra dixi,ergo qui possidet,oportet q̃ probet se dispẽsatũ.c.ordinarij.de offi.ordina in 6. vt alibi scripsi fateor tñ q̃ impetrans tenetur probare illum duo possidere, si possessor neget: & possessor ipse debet ostendere se dispẽsatum,& hoc iure vtimur,uel unius dimissionem:ut abunde scripsi in glo.possessa §.uolumus. de collat. in Concord. quando illa duo sunt incompatibilis.

¶ Quibus inter alia caueri dicitur, &c. Recitat priuilegia Cluniacen.& Grandimonten.ordinum hoc continentia, uidelicet quòd beneficia illorum nullis commendari possint,nisi sacræ Rom. ecclesiæ Cardinalibus.

*Priuilegia Cluniacen. & Grandimon. & quòd ad illorum beneficia.*

Vel nisi nis,qui professi fuerint expresse illorum ordines, de consensu abbatum illorum Marisc on. & Lemouicem. uel si concedatur alijs,quòd commẽdatarij teneantur intra certum terminum in statutis illorum expressum assumere habitum & professionem emittere: alias non ualeant commendæ, & illi commendatarij remoueri possint. hæc omnia latius patẽt in statutis illorum.

Item Abbas Cluniacẽs.audiri solet an audientia contradictarum pro toto ordine,& quolibet mẽbro à sua abbatia depẽdẽte sine speciali mãdato:ut docet Aegid. Bellam.cons.32.pro introductione,col.6. uers.secundo deduco. & idem dicam in alijs curijs, ut audiri possit pro suis membris,si interesse prẽdat. Old.cõs.204.1.q.

¶Ac cõstitutionibus &c.] Vult cõstitutiones,indulta,cæteraque priuilegia non obstare,etiam si ad uerbum de eo esset facienda mentio.nam quo ad hoc uult haberi pro sufficienter expressis.

*Clausula latissime extẽdenda in signatura ponẽda & in non obstante.*

Non omittendum,quod si in dispensatione ad regularia in commendam petatur derogatio priuilegiorum , puta Cluniacensium,& in signatura dicatur,& cum derogatione priuilegiorum dicto ordini cõcessorum,nec sit illud uerbum,latissime extendenda:tunc in bulla non poterunt narrari priuilegia , & illis derogari;sed tantum poterit dici non obstan.priuilegijs dicto ordini cõcessis, quibus derogamus; sed illa derogatio minus sufficiẽs erit;Ideo sis cautus,ut ista cures in signatura conscribere , quemadmodũ supra not.in trac.signat.grat. [ Item non valet prouisio nisi fiat mentio huius ordinis Cluniacens.etiam cum clausula generali,non obstan.doct.in c. cum ordinẽ. de rescript facit c.sacrosancta.de elect.]

¶ Prouiso

*Dictiones ita in, dummodo, & prouiso æquiparãtur*

¶Prouiso &c.] Hæc dictio,& dictio ita tamen,& dummodo fere æquiparantur,& restrigũt ac modificãt præcedentia. l. Lucius.§. quæ habebat. & l. ita tamen. ff. ad Trebel. Lucas de Pẽna in l.1. C. de colla. fund. fiscal. lib. 11. scripsi in gl. ita tamen. §1. de mand. Apostol. in concor. & sic Papa dispensare vult, vt hæc incompatibilia simul à minore teneantur, dummodo istæ ecclesiæ debitis non fraudentur obsequijs.

*Clausula vt animarũ cura nõ negligatur quando apponi debeat.*

Secundo ne animarum cura negligatur. cle.1. de præbend. soletque poni hæc clausula in dispensationibus super plurali tate, maxime quando conceditur episcopo, vt possit retinere beneficia cum episcopatu,& quando dispensatur cum minore ad Curatum,& si dispensetur de non residendo, vel quando beneficij Curati fit vnio,ac quando dispensatur de non promouendo: quibus casibus de stylo curię Roma. solet hæc addi clauſ. vt animarum cura non negligatur.

Tertio quòd si qua alia onera illis incompatibilibus immineant, quod nullatenus negligantur, se ipsorum onera supportentur, quod fieri debet. cap. de monachis. de præb. c.1. illo. titu. in 6 cle.1. de iure patro. scripsi in tract. de congrua por.

Et sic iste minor debet interim habere sacerdotem, qui curæ deseruiat: alioqui non prodesset eidem dispensatio, quia dicit prouiso &c.& hæc videtur esse Papæ mens per istam particulam quæ interdũ importat conditionem. glos. & docto. in clem. vt præteritę de elect. de Ripa. lib.2. respon. c.9 princeps, col.1.

Sed aliquando facit modum. vt Barto. docet in l. quibus. §.1 ermilius. ff. de cond. & demonst. per l. cum ab eo. ff. de contrahen. empt. Sed Bal. in ca. dudum. 2. col. 6. de elect. dicit non facere conditionẽ, sed obligare ad sic faciendum: ideoque stat dispensatio: vt docet glo. in c. non potest. de præb. lib.6. & Do. de Rota decis. 231. ordinatio in not. [sub tit. de cõdi. appos. decis. vnica.]& Dec. cõsi. 327. viso casu. n. 3. idẽ in clausul. dummodo,& c. vt docet Spec. in eod. tit. §. dicẽdum, vers. sed quid si in indulgentia: & istæ clausulæ respiciunt beneficia quæ perpetuam requirunt residentiam, non vero simplicia: vt consuluit Ancha. cons. 17. super primo. in princ. Alia multa põderaui in bulla nouæ prouisionis ideo hic sistam ratem, ad alia vtilia percurrens.

*De dispensatione super defectu natalium.*

*Natus de meretrice nõ debet in ecclesia recipi.*

VIdeamus † de dispensatione super defectu natalium vt uocant pragmatici Curiæ Roma. certum est dominum prohibuisse, ne de scorto natus reciperetur, & ne in ecclesia ministraret. Deut. 23.c. *Nõ ingredietur mamzer hoc est. de scorto natus, in ecclesiam domini vsque ad decimã generationem.* c. innotuit de elect c. per venerabilem, in fin. qui fil. sint legit. sic declaratur in c. nisi cum pridem. de renunc. sic quod in illis, qui paterna vitia non sequuntur, possunt suffragari virtutes, quæ inducent summum Pontificem ad dispensandum, si morum honestas eos commendabiles reddat. cap. presbyterorum. 56. distin. nam vndecunque nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, honesti salui erunt. c. Vndecunque. ibidem: & nunquam de vitijs erubescamus parentum, sed illud vnum quæramus. Semper amplectamur virtutem non, est omnino nec de virtute, nec de vitio parẽtum aut laudandus aliquis, aut culpãdus.

*De vitijs parẽtum nõ est quis vituperandus*

2 Nemo vero inde aut obscurus, aut clarus est: imo etiam vt confideratius aliquid dicamus, aut expressius, nescio quomodo magis ille resplendet, qui ex parentibus natus à virtutibus prorsus alienus, quam ipse qui fuit Dei virtute mirabilis. sunt uerba Ioann. Chrysost. in cap. nunquam 56. distin.

*Rationes prohibitionis bastardine ingrediãtur ecclesiam administrandi gratia.*

3 Verum ne iniuria tales prohibiti fuisse videantur, huius prohibitionis causſa triplex assignari potest. prima est dignitas & excellentia clericalis, & sacramẽtorum, quæ turpibus & infamibus cõmitti non debet. c. inter. de excessib. præla. & regul. infamibus. de reg. iur. in 6. l. neque famosis. C. de dignita. lib.12.

4 Secunda ratio est in detestationem criminis paterni, quod plerunque detestatur in filijs, vt puniantur temporaliter. c. quæro. cum seq. 6. q.1. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. c. vergentis. de hæretic. & ne diffametur ecclesia. Card. in c. præsentium, de filijs presbyter.

*Filij vitia parẽtum sæpe qui solet.*

5 Tertia est ratio incontinentiæ paternæ. solent enim filij vitia parentũ sæpius sequi. cap. si gens Anglorum. 56. distin. & dicitur, sæpe solet similis filius esse patri. glo. in l. quod si nolit. §. qui mancipa. ff. de ædilit. edic. Gofred in summa, de filijs presbyt. Et quia iure præsumitur is incõtinens, cuius pater fuit. c.1. & c. si gens ibi

libi-

libidine furentes. 56. distin. Ioan. And. in reg. semel. de reg. iur. in 6. refert Alciat. in tract. præsump. in reg. 1. versic. vigesimo quarto & sicut incontinentia vxoris labefactat virum. c. in conuiuio. 32 qõ. 1. & c. si cuius. 34. dist. sic & multo fortius incontinentia patris maculabit filium. vt Gofr. asserit in d. summa.

6 Sex item rationes affert Præpos. in c. presbyterorum. 56. distin. igitur istarum aliqua ratione cessante: non cessabit vtique prohibitio. §. affinitatis. de nupt. in inst. quamobrem opus erit dispensatione.

*Bastardi ad ordines prohibiti.*

7 Ex his itaq; reperio multas à iure postea factas prohibitiones; prima quo ad ordines: quia postquàm dominus prohibuit illis ingredi Ecclesiam, per quondã consequentiam, ordines quoque denegauit eis, nec non primam tonsuram. cap. 1. & per totum de filijs presbyt.

*Epūs dispẽsat sup censura & beneficio simplici.*

8 Tamen poterit naturalis ex Episcopi dispensatione primam tonsuram & ordines minores sumere, ac beneficium simplex obtinere. c. 1. de filijs presbyter. in 6. sed non maiores ordines sine Papæ dispẽsatione. c. 1. eod. tit.

9 Cæterum requiritur, quòd episcopus ante collationem beneficij, vel tonsuræ dispenset cum hoc illegitimo, alias nõ valebit actus. nec conferendo videtur dispẽsare Doct. in d. c. 1. quod secus esset in Papa, nisi episcopus hoc sciuerit. Perus. ibi contra alios: sed prima communis est, & temenda.

*Ad curatũ vel pẽbẽdã Ecclesia cathedralis Epūs illegitimo nõ dispẽsat*

10 Episcopus tamen non potest dispensare ad curatum, vel ad dignitatem, nec quidem vt hic præbendam in ecclesia cathedrali obtineat. de Rot. decis. 136. voluerunt, in no. [sub tit de fil. presby. decis. 2.] & decis. 408. in antiq gloss. in §. item censuit. in verb. Cathedralibus. de colla. in prag. quãuis Archid. videatur tenere contra in d. c. 1. & Oldr. cons. 215. puncta. & Ias. cons. 104. in 1. vol ac Ioan. de Selua in tract. de benefic. in 3 par. q. 16. [sub tit. de resciss. spoliat. decis. 16.

11 Ego autem annuerem primæ sententiæ per tex. in d. cap. 1. ibi; & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarũ, dũmodo sit tale, super quo per ipsum episcopum valeat dispensari; ergo episcopus nec in omnibus quidem simplicibus valet dispensare, videlicet in canonicatibus. 70. distin. c. sanctorum.

12 Imò episcopus in nullo simplici dispẽsat, in quo pater anteà ministrauerit, teste Staphil. in tracta. de literis grat. titu. de qualit. & statu benefi. versic. primo quòd sit illegitimus, & ita seruat stylus curiæ Romanæ, vt episcopus nullo modo in prę bendis Cathedralis ecclesiæ dispenset cũ

Illegitimo, propter honorem & præeminẽtiam illius ecclesiæ. c. quãuis. de præb.

*Illegitimus ad ordines ꝓmotus sine dispẽsatione nõ est irregularis.*

13 Adde etiam quòd si illegitimus fuerit ad sacros ordines promotus sine dispẽsatione, & demum celebrauerit, non tamẽ efficitur irregularis: quia hoc non est iure cautum, licet peccet celebrando. Doc. in c. fi. de cleric. excõ. minist. Spec. in tit. de lapsis & dispensa. §. iuxta.

12 Vnde in bulla, quam hic illegitimus impetrabit, oportet quòd faciat mentionẽ de defectu natalium, & quòd eo non obstante assumpsit maiores ordines; sed de irregularitate quàm non incurrit, non est opus facere mentionem. Doct. in c j. de re iudic. lib 6. & ita seruat stylus curiæ Romanæ, vt asserit Præpos. in cap. Apostolica. 56. distin.

*Illegitimus beneficia habere prohibetur.*

15 Secunda prohibitio generalior est, ne beneficium vel beneficia habeant in ecclesia, tanquam beneficiarij. d. cap. 1. de filijs presbyt. & per totum in decretal. & in 6. vnde si illegitimus impetrauerit beneficium non valet impetratio, nisi facta mentione defectus natalium. c. 2. illo tit. in 6.

16 Siue beneficia conferantur eisdem in titulum, siue in commendam: immo si pater cedat commendæ, non tamen illa poterit conferri filio suo bastardo; vel si resignet titulum beneficij, illegitimus filius illud nullo modo pôt habere; siue pater cedat, siue alius nomine suo: quia Cõmẽda in hoc regno non differt à titulo; vt plenè docui supra tract. de commenda.

17 Veruntamen si media persona habuerit illud beneficium in commendam, vel in titulum; purgatũ erit vitium: quicquid in contrarium Doct. dicant de commenda. Et ita seruaretur in Regno, vt naturalis dispẽsatus ad beneficia possit hîe bene cũ, etiã si pater ministrauerit mediate.

*Beneficiũ quo pater ministra-*

18 Prohibentur etiam ad dignitates ecclesiasticas, & personatus sine dispensatione Apostolica promoueri. c. fi. eo. titu. Ad dignitates vero temporales alijs deficientibus recipi poterunt. l. Spurij. ff. de decurio. l. vt gradatim. §. 1. de mune. & honor.

19 Tertia prohibitio est ius canonici, per quam illegitimus, sed nec quidem legitimus potest habere beneficium, in quo pater fuit præfectus siue (vt dicunt) proximè

minis-

uit, filio ēt legitimus obtinere prohibetur.

ministrauit. cap. ad extirpaudas, de filijs presbyt. Præpos. iu summa. 56. dist. in fin. c. ex parte a, de testib.

20 Nec scilicet beneficia iure hæreditario, & sanguinis concedi videantur. ca. ex transmissima. & c. conquerente, de filijs presby. c. 1. de præb. licet quidam instanter petant eo prætextu beneficium conferri, quòd plures de eorum familia illud habuerunt; quæ ratio potius inducit ad eos repellendum, ne successio procedat in beneficijs. c. venerabilem. circa fin. vers. insu per. de elec. vbi Panor. quē sequitur Dec.

Beneficia iure hæreditario nō deferūtur.

in c. inter. no. 2. de reser. Vndē scribit Gratia. in c. Apostolica. 8. q. 1. his verbis, Apostolica auctoritate prohibemus, ne quis ecclesias & præbendas, præposituras, capellanias, aut reliqua ecclesiastica officia hæreditario iure valeat vendicare, aut expostulare: quòd si quis improbus, aut ambitionis reus attentare præsumpserit, debita pœna multabitur, & postularis carebit.

21 Limitatur nisi pater ministrauerit. ibidem solum de facto. c. constitutus. ibidē, vel vt conductor, & sic nomine alieno. argum. l. quæsitum. ff. de in ius vocan. c. constitutus. eodem.

Purgatū quando cēsetur vitium.

22 Vel nisi purgatū fuerit vitium: vtpote quia facta fuit collatio post dimissionē patris extraneo, qui demum extraneus postea resignauit filio; tunc quia illud vitium purgatum fuit per mediam personā, non erit opus dispēsatione, dum alias sit legitimus. Intellige si præfatus extraneus adeptus fuerit possessionem, & ministrauerit d. cap. ad extirpandas.

23 Secus si statim resignauerit: ficret. n. fraus, vt simulatque resignatio facta esset in fauorem extranei, ipse statim in fauorē filij aut nepotis, resignaret. quod est reprobatum, ne fiat fraus nominis, seu personæ ad personam, reg. fraus. de reg. iur. in 6. & sic cēsuit Senatus Paris. pro do. de Roche baron. contra filium Episcopi Annicien.

Arestū.

Bastardi nunquā beneficia quę parētes obtinuerunt habere possunt.

24 Hodie verò per declarationem Clementis VII. anno incarnationis Dominicæ 1533. nonas Iunij Pontificatus sui anno 7. cautū est, ne vllo vnquam tempore bastardi habeant beneficia ecclesiarū, in quibus pater præfectus fuit: nec valeat dispensario in contrarium, eo quòd non sine turpitudine est, vt filius post patrem ministret: & turpitudo patris ibi reuelatur: ob id nisi fiat mentio huius declarationis clem. vel per æquipollens, non valebit dispensatio: quod est notandum.

Nepos non pōt habere beneficiū quo auus ministrauit.

25 Idem in nepote, qui non potest habere beneficium, in quo ministrauit auus. gl. in c. ad extirpandas. eod. & c. presbyterorum. 86. distin. vbi Card. & in cap. Apostolica, vbi & Archidiac. 8. q. 1. Panorm. & alij in cap. 2. de arbit. & in c. accedens, de accusat. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem. nu. 693. de testam.

26 Licet quidā dicant eum posse præfici, quamdiu pater viuit, secus si fuerit mortuus; cum tunc nepos ingrediatur locum patris, & sic tanquam filius reputatur. l. Gallus. ff. de liber. & posth ego indistinctè putarem locum esse prohibitioni, siue pater viuat, siue non: quia filii appellatione venit nepos. l liberorum. ff. de verb. sig. & sic fieret legi fraus: nam qui non posset dare filio, nepoti concederet. Adhæc eadem ratio procedit in nepote, quæ in filio, siue pater superstes sit aut mortuus; quia semper videtur successio, & l. Gallus. in hoc locum non habet.

27 Amplia etiam in nepote legitimo de succedente ex spurio, vel spuria, vt loquitur d. c. ad extirpandas. de filijs presby. vt etiam in prohibilione contineatur & ita censuit Senatus Tholosa. contra nepotem ex filia spuria Rogerij le mestre, pro do. Io. de nuptijs. anno 1534. & pronunciatū in vigilia Pentecostes.

Arestū.

28 Et sic nepos quamuis legitimus non potest recipi ad beneficiū, in quo auus ministrauit, potest tamen sumere ordines, & habere alia beneficia non obstante macula patris: vt docet rex. i. c. dominus. & Præpos. in c. presbyterorum. 56. distin. necnō succedere, & alios actus exercere, dum aliud canonicū non obsistat; vt in simili dicit tex. in c. uno de æta. & qualita. in 6.

Pater filij beneficiū habere potest.

29 Non prohibetur tamen pater habere beneficiū filij, s. in quo filius ministrauit tum. quod hoc non inueniatur expressè prohibitum, tum etiam quia odiosum est, ergo potius restringendum, l. cum quidā. ff. de lib. & posthu. cui dici potest, ordine turbato succedis Bulgare nato glos. in l. nā & si parentibus. ff. de inoffi. test. & quia hoc etiam rarum est, ut filij thesaurizent parentibus, & eis beneficia resignarent.

Nepos patrui, vel auūculi non prohibetur beneficiū obtinere.

30 Nepos etiam, quem vulgariter nuncupamus patrui, uel auunculi non prohibetur habere beneficium sui patrui uel auūculi, cap. ex parte 1. de offic. deleg. & d. c. 2 ubi Panor. de arb.

31 Verum si dispensetur cum filio ut possit præfici in Ecclesia, in qua pater ministrauit,

*Clausula dispē. dummodo simul nō ministrent.*

strauit, solet in signatura inscribi, dummodo simul non ministrent, propter decorem, domus Dei. d c. cum decorem, eo & hoc docet Staphil. in tract. de liter. gratiæ tit. de qualit. & statu benefi. versi. 1. q̄ sit.

*Legatus nō dispensat, vt filius ecclesiā, in qua pater ministrauit habeat.*

32 Nullus præterea legatus dispensare pōt, vt filius etiam legitimus habeat illud beneficiū, in quo pater ministrauit: vt decidit tex. in c. dilectus, de filijs presbyter. nisi papa hoc ei expressim concesserit.

33 Quarta prohibitio est, vt filius nedū prohibeatur obtinere ecclesiam, in qua pater ministrauit proxime, sed etiam illā, in qua præfectus est pater, vtpote quia episcopus. c. adhæc, de filijs presbyter.

*Filius in ecclesia, ī qua pater est p̄fectus, an bñficium hꝫ possit.*

34 Idē si pater esset curatus, & filius vellet esse vicarius perpetuus. c. conquerente. c. ad extirpandas, de filijs presbytero.

35 Etiam si filius non habeat administrare, ideo non poterit habere canonicatum, vbi pater est episcopus, vel vbi aliud beneficium obtinet. Ant. & alij in d. c. ex transmissa. ibidem.

36 Si vero sint dissimilia beneficia poterit. cap. adhęc. ibidem. Et asserunt quidam hanc prohibitionem procedere tantum in illegitimis. indecorum enim est, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret. c. cum decorem, eod. & hoc est sine dubitatione.

37 Sed & in legitimo idem dicit gl. in c. ad abolendam, ibidem per illum tex. ibi ne canonicorum filij maxime spurij canonici fiant. Ego putarem hanc prohibitionem tātum habere locum in illegitimis, per rationem superius dictam, quia scandalum præbet filius spurius, quando cum patre ministrat, quod non facit filius legitimus: & ad hoc est tex. in d. c. adhæc, & huius est sententiæ Calderi. consi. 1. eo. titu. quem refert & sequitur Dec. in c. inter 2. no. de rescrip.

*Canonici filios duplici hꝫ possunt.*

38 Nec refragatur c. ad abolendam, ibi, maxime spurij: quia ex canonicis filij p̄nt oriri in duplici differentia. primo naturales tm̄, si canonicus nondum sacris initiatus sit, & progenuerit ex soluta: si vero sacerdos fuerit, tunc natus ex eo spurius est c. nisi, de renunc. igitur vult tex. filios canonicorum non posse canonicos esse, nec præfici in ecclesia, in qua pater est canonicus, quia sunt illegitimi, & maximē si sint spurij id est geniti à patre presbytero.

39 Sed concilium non ideo vult prohibere, quin legitimi filij possint esse canonici in ea ecclesia, in qua pater est canonicus, vel episcopus. & sic puto intelligenda ista iura: quamuis doc. valde super his dubitent, & ista opinio de consuetudine seruatur, vt nusquam viderim à legitimo peti dispensationem obtinendi canonicatum in ecclesia, in qua pater legitimus habet. de Ripa in d. cap. inter, in 4. no. de rescri.

*Genitus illicite cū vxore cēset illegitimus.*

40 Quinta, genitus illicite cum vxore propria, videlicet post votū vtriusq; emissum, cum sit bastardus. debet hoc in impetratione exprimere, videlicet quod sit genitus & procreatus ex legitimo matrimonio quidem, sed pater & mater ingressi fuerant religionem, & postea ex congressu fuit genitus. hoc dicit glo. in c. ministri. 81. dist. & in c. cum multæ. 12. q. 2. doctores in cap literas, de filiis presbyter.

41 Si vero natus sit licitè, vtpote ab vxore, quæ maritum suum ignorabat esse sacerdotem, tunc illius bona fides excusat, vt faciat hunc filium legitimum. c. cū inhibitio, de clandesti. de spon. c 2. & c. ex tenore, qui filij sint legi. quamobrem tunc ille nulla indiget dispensatione, cum verè sit legitimus propter bonā fidē matris.

*Sacerdotis filius sufficit, q̄ gs p̄betur.*

42 Veruntamen si probauerim aliquem esse filium sacerdotis, sufficit ad transferē dum in eum onus probandi, se fuisse progenitum ante sacerdotium, aut bona fide matris cap. inter cæteras, de resc. quæ bona fides præsumitur, quando publice matrimonium est celebratum l. fi. vbi docto. de ritu nup. ff. vel quando vocatis amicis contractum fuit. Panorm. & alij in c. 2 qui filij sint legit.

43 Et de his omnibus & singulis prohibitionibus, si locus eis sit, opus est in dispensationibus facere mētionem, alioqui subreptitia erit impetratio: necnon si loco plurium vna tantum inseratur, doct. in c. 2. eodem titu.

*Dispēsatus cū bastardise à iure et ab hoīe.*

44 Item duobus modis cum his dispēsatur à iure, & ab homine, a iure, in quam, si illegitimus ingrediatur religionem. c. j. eo. quia religionis ingressus omnē abstergit maculam. c. non liceat. 19. q. vlt. vt inferius dicetur abundātius [in titulo seq.] Ab homine dispensatur videlicet a papa ad omnia, ab Episcopo ad beneficium simplex, & ad minores ordines. c. 1. eo. ti. li. 6. vt superius dictum fuit.

45 Nec quidem legatus dispensare ad dignitates, & curata, nec ad maiores ordines poterit, per text. iuncta gl. in d. c. 1. in fi. eo. & Paris. cōsi. 136. stante, in nu. 26. in

4.volum.nisi papa hcc ei speciatim concessum fuerit.

*Causa dispensationũ in illegitimis.*

46 Verum quia superius dictum fuit dispensationem sine causla factam non vale re dubium esse potest, quæ causſæ legitimæ dispẽsandi sint in his naturalibus. Respon.tex in c.innotuit,de elect.his verbis multa in hoc casu dispensationem inducere videbantur, literarũ scientia, morũ honestas,vitæ virtus,& fama personæ:vnde in dispensationibus istorũ hæc dici solẽt.

*Dispẽsare oportet cũ illegitimis ad tonsurã & ad ordines.*

47 Ex prædictis apparet quud circa illegitimos multiplex dispensatio concedi solet.Primo vt tonsuram,& ordines sacros assumere possint:quod est eisdem communiter a iure prohibitum,c cum in cunctis de elec.& c.1.& per totum de filiis presbyt.c.per venerabilem,in fi.qui fil. sint legit.quo casu si papa dispenset simpliciter, vt ordines sumere possit,intelligetur de minoribus,nõ de maioribus.arg.c.lector. 43.dist.si quidem odiosa est dispensatio : quamobrem non extendenda regu. odia, de reg.iur.& superius scripsi in effectu dispensationis.& hoc docet Specul. in eod. ti.§.postremo, vers.quid si dispensatũ est.

*Dispensandum cũ illegitimo ad bñficia.*

48 Secundo hic dispensatus ad ordines etiam sacros,non censetur dispensatus vt beneficium habeat,quia diuersa sunt:c.1. eo.lib.6.& quia dispensatio non extendi tur, vt superius dixi : nempe illegitimus non est capax etiam pensionis ecclesiasticæ quæ prouenit ex beneficio extirpandæ,in fi.& ibi do. de præb.Hiero. Gigas i tract.pens.q.16.& quia loco beneficij hꝫ. c.ad audiẽtiam.2.de rescr.& fructus pars rei habentur.l.fructus.ff.de rei vend.

*Dispensatus ad bñficiũ non censetur dispensatus ad pensionem.*

49 Quinimo dispensatus ad beneficia ẽt quæcunq; generaliter, non tamen censetur dispensatus ad pensionem,nempe qa hoc est odiosum,nec extendendũ, c. quãuis,& c.cui de nõ sacerdotali,de præb. li. 6.Fel.in c. ad audientiam.2.de rescr. Gigas d.q.28.& seq,sed forte contrariumest uerum, vt alibi dicam.

*Dispẽsatus ad vnũ beneficiũ, pluranõ poterit hꝫ nec vnũ curatũaut dignitatem.*

50 Tertio illegitimus dispẽsatus ad vnũ non censetur ad plura dispensatus, etiam simplicia beneficia.c.fi.eo.tit.in 6.

51 Quarto dispensatus illegitimus simpliciter,vt possit habere beneficium non poterit habere curatum:d.c.1.quia maior idoneitas in illis requiritur. c.cũ in illis de præb.in 6.ideo oportet exprimere in dispensatione & præbendas ac canonicatus in ecclesia cathedral.c.quamuis.1.de præbend.in 6.

52 Quinto est exprimendum, quod etiã dignitates habere possit,alias dispensatio non extenditur ad eas:vt doc. asserunt in c.fi.eod.tit.in 6.& superius dict ũ fuit:imo etiam si fuerit expressum quod dignitates obtinere possit, adhuc non poterit obtinere dignitates curatas,per d. c cum in illis.ideo hoc quoque exprimendum erit in dispensatione.

53 Sexto personatus,officia,& parrochiales ecclesiæ debent exprimi, quemadmodum supradixi prosequendo bullam dispensationis.

54 Septimo dignitates maiores in ecclesia post pontificalem, & principales in ecclesiis collegiatis.c.fi.de præb.

55 Octauo ꝙ obtinere possit in illa ecclesia,in qua pater ministrauit, exprimendum est,vel si pater est ibidem præfectus, canonicus.c.pen.eod.

*Illegitimus secularis ad beneficia dispensat. ad secularia intelligit.*

56 Nono si cõcedatur dispẽsatio illegitimo sęculari,intelligẽt ad secularia ꝙ qualitate personæ,l.plenũ.§.equitij. ff de vsu & habita.vnde si regularia velit obtinere requiritur expressio in dispẽsatione, & cõtra,cum hoc de iure non possit. cap. super eod.de reg.Io.And. in reg.quæ a iure, de reg.iu.in 6.in Merc. Barb. in c. possessiones, de reb.eccles.non alien.c.cũ de beneficio,de præb.lib 6.

57 Decimo si duo uelit in eadem ecclesia,& vt dñt,sub eodem tecto obtinere dẽt exprimi:alias non licebit habere duo in eadẽ ecclesia,c.literas.de concess. præben.

58 Vndecimo si quod habeat beneficiũ, illud est exprimendum. c.si proponente ; & c.ad aures, ac c.cum adeo, de rescript. c.non potest,de præb. in 6.

59 Duodecimo in secunda dispensatione debet facere mẽtionẽ primæ.c.2. de filijs presbyter. in 6. sed non tenetur in impetratione beneficij facere mentionẽ dispẽsationis super plnralitate. cap.non potest de Rota decis.280.in antiq. [sub titu. de appella.decis.24.]Ias in l. nec damnosa. C.de præcib.Imper. offeren.

*Requisita dispẽsatione illegitimorũ vt exprimantur*

60 Vltimo debent ista narrari in dispositione, nec sufficeret in non obstante hoc inserere.vel in executiuis, per textum in clemen.1.de præb.Calde.consi 4.illo tit. vel supplentes omnes defectus, & quos defectus tollere videatur, plene scribit Præpos.in c.Cænomanensem, col. 1. 56. distin.nõ enim communiter videtur papa tacitos defectus tollere, quos videlicet ignorat c.1.de consti.in 6.Aegid.Bel-

lamera consi. 32. pro introductione. colu. penul. versic. ad quartum.

*Qualitas spurietatis exprimẽda.*

61 Ad hęc qualitates spurietatis veniũt in dispensatione exprimendæ, alioqui legitimatio, vel dispensatio nulla est. ut hẽt decis. Rotæ. tit. qui filij sint legit. & plenè Feli. in c postulasti, col. 4. & seq. de rescri. c. innotuit, de elect. & dicetur in 3. parte, infrà in materia legitima, in rescri. mistis [Sufficiet tñ exprimere se genitũ ex presbytero & soluta, quãuis sit genitus ex ui dua, quia per mortem viri sui hæc fuit soluta, vt diuus testat. Paul. Ergo expressio fuit sufficiens c. fi. de secũd. nup. ubi no.]

62 Si tamen in prima legitimatione & dispensatione qualitates oẽs quis expresserit, & postea factus habilis impetret beneficium, sufficit dicere se pati defectum natalium, licet qualitates alias non expresserit: nam hæc ultima impetratio nõ est nisi executio primæ dispensationis: quam obrem ad illam se referre debet. argnm. l. si defensor. §. 1. ff. de interrogat. actio.

*Illegitimus impetrans vnũ beneficiũ non tenetur facere mentionem de dispẽsatione ad plura.*

63 Quinimo si legitimus dispensatus ad beneficium curatũ vnum impetrauerit, non facta mentione dispensationis ad plura, valebit impetratio: sicut asserunt dom. de Rota decis. 280. in antiq. & Hierony. Gigas in tract. de pensio. q. 20.

64 Idẽ dicunt doct. in licentia data ad resignandum, quandoquidem exigua est grã: nec difficilior redditur papa, quãobrẽ non alia requiritur spuritatis expressio; sed hodie nec solet licentia peti, aut concedi: doct. in clem. vna, de renuncia.

*Qualitas spurietatis quando nõ sit exprimenda.*

65 Item si quis impetret facultatem recipiendi fructus in absentia gratia studij, non est necesse spurietatis qualitates exprimere; nã omnibus studere volentibus concedi solet. c. cum ex eo, de elect. in 6. hodie quoq; hæc facultas nõ impetratur, cum iure cõi concedatur. c. vno, de cleric. non residen. in 6. c. licet, de præb. nam frustra impetratur quod iure communi conceditur. l 1. C. de Thesaur. lib. 10. & concessa dispensatione non residendi fructus recipi possunt c. licet, vbi doct. de præb.

*Religionis ingressu illegitimꝰ fit legitimus, & ad qua.*

66 Addendum est, qꝺ illegitimus per ingressum religionis, & professionem fit legitimus quo ad ordines, vt sine alia dispẽsatione promoueri possit, c. presbyterorum. 56. dist. c. 1. de filiis presbyter. Arch. in c. fi ibidẽ, lib. 6. Oldrad. consi. 215. pũcta. Ad ordines in quam, tam maiores, qꝫ minores. d c. 1. glo. in c. 2. de Apostat. sicut olim quo ad successiones datus curiæ legitimus fiebat. §. quibus, de hæredita. quæ ab intesta de fer. in Instit. l. eos, C. de his qꝫ sponte public. mune. subeunt, lib 10. quia religio maculam omnem abstergit. tex. in prin. authen. de monach. colla. 1. quia est in virtutibus perfectus: ideo alia non requiritur perfectio. gl. in c. quantumlibet, 47. dist. c. nõ liceat. 21. q. vlt. alioqui esset contra intentionem ingredientis religionem, quæ est vel esse debet, vt Deo seruiat, & tamen hoc facere non posset.

*Illegitimus factus monachus non est habilis adepiscopatus, et dignitates maiores, nec ad curata.*

67 Verum iste monachus factus non cẽsetur habilis ad obtinendum episcopatũ, nec alias dignitates minores, vel maiores, nõ abbatiã sui monasterij, nec curata beneficia, nisi accedente papæ dispensatione. d c. 1. & fi. eod. & ibi doc. quia d. c. 1. id prohibens, est tex. concilij, contra quod non potest episcopus dispensare, per gl. in c. cum dilectus. de elect.

68 Imo nec quidem simplicia beneficia secularia, cum sit regularis obtinere poterit, etiam ex episcopi dispẽsatione. d. c. fu per eo, de regular. c. monachus c. fi cupis, & c. placuit. 16. q. 1. sed manualia non curata sic. c. 1. & c. ꝓposuit, eod vbi no. & in clem. 1. de supplend negligen. prælat lo. And. in regul. quæ a iure, in fin. de regul. iur. lib. 6. in Mercurial. quia per hoc non infringitur stabilitas claustri, cum ibi monachus maneat vt obedientiarius, ad abbatis nutum reuocandus ad clausttrum: Secus esset in beneficijs aliis secularibus: & hoc plene docet Præpos. in summa. 56. di stin. [Abunde Ludo. Roma. in interpre. authen. similiter, in 7. speciali. causæ piæ circa vltimas volũtates. C ad legẽ Falc.]

*Illegitimus factus monachus tenetur in impetrationibus facere mentionem de defectu natalium. Epi cum illegitimis ad pensionẽ nõ dispẽsant.*

69 Etiam hic religiosus impetrando beneficium tenetur facere mentionem de defectu natalium; vt uidetur consulere Petr. Paris. cõs. 44. pro d. Hieronymo, col. prima in 4. vol. cum non sit omnino integer per ingressum religionis.

70 Et an episcopus dispensare possit illegitimum ad pensionem, Hiero. Gigas in tract. de pensio. q. 17. dicit posse in illis casibus quibus potest imponere; tamen de consuetudine generali regni episcopi nullam imponunt pensionem, in consequens, nec super hac pensione dispensare valebunt. Et ita seruatur in forensi iudicio; licet forte de iure esset contrarium.

71 Præterea non tollitur per ingressum religionis irregularitas ex delicto, & culpa illegitimi proueniens; vt si fuerit homicida; tum vero maxime quando religionẽ ingre-

*Irregularitas ex delicto proueniens non tollitur p ingressū religionis.*

ingreditur propter crimen.gl.in c.hoc ne quaquam.7.q.1.secus in illa, quæ venit ex macula solius illegitimatis absq; sua culpa: vt ea quæ prodit ex delicto patris. gl.& doct.in c.cum deputati, de iudic. & doc. in c.2.de apostat. Prępos. in sua summa 56.distin.glo.& doct in c.1.& fi.de eo qui furtiue ord. recepit.

72 Nisi quo ad actus temporales:vnde ille q non poterat esse testis,quia periurus, vel furti condemnatus,si religionem professus fuerit, testificari poterit: ingressus enim iste purgauit maculam quo ad temporalia:vt not.gl.& Felin.in d.c.cum deputati,& in c.testimonium, de testib.

73 Qui vero sint irregulares, & quotuplex est irregularitas, tractat Spec. in tit. de lapsis & dispensa & Soc.in repe. c. ad audientiam,de homicid.

*Dispensatus secularis an post religionis ingressum regularia habere possit.*

74 Vidi dubitari de illegitimo seculari dispensato ad quæcumq; beneficia.qualia cumq;, &c.qui demum ingressus est religionem contertur eidem prioratus regulars,an possit vi dispensationis illum obtinere:videbatur non posse,quia secundū qualitatem personę tempore d.spensatio nis videbatur solum ei prouidendum, & sic de seculari. cum id temporis secularis esset arg.l. si non sortem. §. libertus: vbi Iaſſ.de condict.indeb.l.plenum, §. equitij,de vsu & habita.

75 Contrarium est verius, quia dispensatio ista generalis erat,per q̄ factus erat capax,& inclusum erat quodcunq;beneficium: vt si factus sit religiosus,possit ei cōferri prioratus regularis. p qualitate suæ personę:& attendi debet tempus vacationis,per ca.ei cui,de præben.lib.6.cap.si eo tempore,de rescript.ibidem facit l.fin.C. de test mili.

76 Idem dixi in minore,qui nominationes impetrauit,& ad curata,& ad non curata:qui si fuerit maior tempore vacationis beneficij curati,vt illud acceptare possit,in tract.nomina.q.9.nu.51.& seq. vbi alia adduxi.

*Cōmendam papa concedit.*

77 Quamuis dispensatio concessa seculari ad quæcunque,non faciat eundem habilem ad regularia in cōmendam retinēda,quandiu secularis remanet:ne duplex concurrat dispensatio,videlicet super defectu natalium,& super qualitate beneficiorum: quod esset absurdū,nisi fuerit expressum. vt supra dixi:Sed hoc casu poterit commendam papa concedere,non vero ordinarius.

78 Imo quando prouidetur patienti defectum natalium, etiā per commendam, secum debet dispensari, vt non obstante dicto natalium defectu,beneficium illud commendatum recipere,liciteq; retinere possit:& hoc est de stylo curiæ Roma.

*Commēda non continet dispensationem in illegitimo.*

79 Nota casum singularem, in quo licet collatio beneficij facta illegitimo ab ordinario non valeat:tamen si ille ad sacros ordines promotus fuerit ante collationē, & postea spolietur beneficio, restituetur, & iure recipiet fructus, cū altari seruiat. c.veniēs,& seq de filiis presbyter.c.cum secūdum,de præb.retinereq; potest illud in odium ordinarij,qui illum ordinauit, & illi contulit,ne cogatur mēdicare in opprobriū totius cleri.c. diaconi.5.in 93.dist.

*Vacans bñficiū quando ab ordinario cōferri nō possit.*

80 Ideo non licebit ordinario, qui contulit illud,alteri conferre,licet vacet, sed a papa poterit impetrari.arg.tex.in c.si tibi absenti, de præb.in 6.vnde cum hic bastardus, coloratā habuerit possessionem, fecit fructus suos,nec ob hoc factus est inhabilis, nec eget rehabilitatione quo ad fructus perceptos.

*Illegitimus dispensat⁹ ad vnū non potest illud pmutare & aliud loco illius habere.*

81 Imo si hic illegitimus fuerit ad vnum dispensatus, & postea illud permutauit cū secundo,non poterit ꝑm retinere. c. non potest,de præb.in 6.si tamen secundi fructus receperit, non tamen efficitur inhabilis, quia iuris auctoritate recipit, cum Deo seruiat.c.veniens, eo.ideo non eget rehabilitatione.

82 Tamē si iste fuerit dispēsatus ad vnū, & illi colatum fuit vnum beneficium, super quo longo tempore litigauit,nunc cōponit pensione data, an illam pensionem retinere possit? Respon.posse,quia nūquā obtinuit beneficium pacificum: ideo hæc pēsio vicem habet beneficij,ad quod erat dispensatus.

83 Si vero beneficium obtinuisset pacifice,& cum effectu,& postea vellet pensionem habere,vel aliud beneficium,nō posset,intelligitur enim de primo d.ca.non potest,de præb in 6.nisi adesset clausloco dimissi &c quā declaraui superius in bulla dispensationis.

*Bulla dispensationis nō expeditur simul cū bulla p protonotariatus.*

84 Dispensatio ad duo tria per cancellariam vix solet expediri simul cum creatione protonotariatus,sed cū duabus bullis sic,nā taxæ diuersæ sunt nāq;taxa p protonotariat⁹ solet dari camerario,taxa vero dispēsationū v cecācellario,& ita solēt ex stylo curiæ Ro.duo fieri diplomata.

85 Sed ra nē nullā taxā a me quisquam

protonotariatus receperit, quia proprio motu,& gratis atq; ex aïo hoc mihi Reuerendo. conceſſiſti, cum legationis munere in partibus Gallic. fungereris, vnde eſt q̃ tuæ dignitati perpetuas agam gratias.

86 Item in diſpenſationibus ad quæcunque pro baſtardis, non ſolet inſeri clauſula ad dignitates maiores in cathedralibus nec ad principales in collegiatis, ne pariat inuidiam contra eũ, qui omnino eſt inhabilis: vt omnibus præficiatur, ac eos regat, vt alias conſului.

*Clauſula de ſpeciali nõ datur il legitimo*

87 Ideo ſi in ſignatura petatur,& de ſpeciali ad vitam, ſolet ceſſari,& deleri: niſi is qui petit, fuerit doctor, aut alias qualificatus, vt docet Staphil. in trac. de lite. gratiæ, tit. de modo & forma impetr. verſic. hinc eſt, quia iſta clauſula denotat, quod de ſpeciali gratia dantur illi dignitates in cathedralibus maiores poſt Pontificalem & principales in eccleſiis collegiatis: vt ſuperius dixi in forma ſign.& bullæ nouæ prouiſio. quod permitti non debet.

*Petenti locũ diſpenſari admaiores, ſi ad dignitates cõcedat, de maioribus etiã intelligetur.*

88 Si tamen in ſignatura quis petierit ſe cum diſpenſari, etiam ad maiores & principales dignitates,& papa in diſpoſitione poſuerit clauſulam ſimpliciter ad dignitates, non exprimendo maiores, nec principales, videbitur etiam ad maiores,& principales diſpenſatus: quia illa clauſula refertur ad petita, per l. ſi defenſor ff. de interrog. actio Et generaliter eſt ei conceſſum, vt petitur: ergo & de illis dignitatibus etiam maioribns intelligetur.

89 Nec obſtat regul, cancel. vbi requiritur harum maiorum dignitatum expreſſio, verum eſt: ſed hic quoque in corpore & petitione partis hoc fuit expreſſum, ergo ſufficiet: paria ſunt enim exprimere per ſe, vel per relationem ad aliud. l. ait prætor, §. 1 ff de re iudicat l certum, ſi certum pet. ideo in bulla exprimi poterit.

*Illegitimus diſpẽſatus ad dignitatẽ cenſetur eſſe de defectu natalitiũ diſpẽſatus.*

90 Prædictis addẽdum, eſt, quod in ſignatura iſtius illegitimi debet inſeri clauſ. nõ obſtãte defectu nataliũ: ſi tamen ipſe petierit ſecum diſpenſari de dignitate, ẽt in cathedrali, exprimens defectum natalium. Sed in diſpoſitione eſt clauſula, & cum dicta diſpenſatione obtinendi dictã dignitatem,&c.& deſint hæc verba, & ſuper dicto defectu natalium, an poterit dari diſpenſatio ſup dicto defectu, & reſpõ. poſſe: quia poſtquam papa conceſſit ei, vt dignitatem obtinere poſſit, quam nõ poteſt obtinere ſine defectus natalium diſpẽſatione: per conſequens videtur ſecum diſpenſatum ſuper illo defectu, licet non ſit expreſſum, per l. Barbarius. ff. de offic. præto. nam hoc eſt acceſſorium neceſſariũ qđ principale ſequitur, vt ſuperius ſcripſi

*Clauſula vt ꝑfertur qualificataïclu dit etiã ꝑbendas cathedralis ecleſia.*

91 Ad hæc baſtardus in ſignatura petijt ſecum diſpenſari ad quæcunque, etiam ſi canonicatus,& prębendã, dignitates, perſonatus& c. in cathedralibus etiam metropolitanis, vel collegiatis,&c. in clauſulis tamẽ & in diſpoſitione non eſt expreſſum niſi ad quęcunque,& quotcunque & qualiacumque, cum cura & ſine cura (vt præfertur) qualificata: dummodo non ſint dignitates maiores,&c. An intelligatur diſpenſatus ad dignitates & præbendas ẽt in cathedralibus? Reſpon. ſic, & in bulla poterunt exprimi.

92 Nam clauſ. in diſpoſitione refertur ad clauſulã in corpore ſcriptam, dum dicit, vt præfertur qualificata: voluit ergo papa intelligere de quacunque qualificatione petita,& ſic etiam de dignitate & præbenda in cathedrali: tum quia exceptio firmat regulam in non exceptis, l. prima, ff. de regulis iuris, erat excepta dignitas maior, & principalis, ergo ſuper alijs cenſetur papa concedere, alias ſimpliciter diſpenſatus ad beneficia non cenſetur eſſe diſpenſatus in eccleſia cathedrali, capit. quamuis, de præbend. lib. 6. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in tertia parte, quæſt. 45.

*Illegitimus diſpenſat9 ad ꝑbendas cathedrales duas obtinere non potevit.*

93 Nota etiã quod diſpẽſatus ad duo,& ad canonicatus,& præbẽdas etiam eccleſiæ cathedralis, nõ poterit obtinere duas præbendas in cathedralibus, niſi habeat clauſulam, quam foleo apponere, & ad ſecundam præbendam in cathedralibus, etiam metropolitanis:& ſic conſului cuidam illegitimo: Legitimus verò duas obtinere poteſt præbendas, etiam ſine diſpenſatione de conſetudine, vt ſupra dictum fuit.

*Cautela vt baſtardus in omnibus impetratio nibusnõ exprimat defectũ natalium,*

94 Non omittendum q̃ illegitimus regulariter tenetur in omnibus impetrationibus exprimere ſe illegitimum,& defectũ natalium: alioqui impetrationes a papa vel Legato impetratæ ſunt ſubreptitiæ,& nullæ. c. 2 vbi doct. de filiis presbyter.

95 Cautela tamen eſt ſuper hoc, vt (tu q̃ non vis in ſingulis impetrationibus hoc exprimere) impetres indultũ a papa, quo non tenearis ad id, ſolet ita regulariter diſtari, Iulius,&c. l ibi vt in quibuſcũq; impetrationibus, priuilegijs, literis & indultis, tam Apoſtolicis, quam aliis, gratiam

vel

vel iustitiam seu mistum continen-per te, seu tuo nomine à sede Apostolica, vel illius legatis, aut à locorum ordinarijs, vel aliàs qualitercunque de cætero impetrandis, nullam de defectu & dispensatione predictis mentionem facere tenearis: nec propterea impetrationes, concessiones, dispensationes, gratiæ, mandata, priuilegia, literæ, & indulta huiusmodi de subreptionis seu nullitatis vitio, aut defectu intentionis notari, seu propterea nullatenus impugnari possit, sed validę & efficaces existãt, & tibi suffragentur in omnibus, & p oia, perinde ac si de legitimo thoro natus esses: seu in illis de defectu & dispẽsatione huiusmodi expressa mentio facta fuisset defectu predicto, &c. authoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus, &c.

*Compositio non solet in preiudicium officialiũ remitti.*

96 Sed hæ litteræ non solent cõcedi sine compositione, quæ non solet remitti, quia tangit curiæ Roma. officiales, quorũ salaria Papa remittere nõ consueuit: qppe vendens eis officia, cõtrahere videtur cum ipsis, de non reuocãdo eos, nec in toto, nec in parte, argu. l. 1. & 2. ff. qñ liceat ab emp. disced. Bal. in l. qui se patris, col. 8. C. vnde liberi. Bened. in repet. ca. Raynutius, in verb. duas habens, nu. 36. cum seq. de testa. & videtur eos in hoc reuocare, i quo remitti, nisi ex magna causa hoc faciat, & cum familiaribus vel cum illis, qui sunt benemeriti de republica.

*Bidelli an teneantur remittere salaria, quando doctores remittãt sua.*

97 Veruntamen in simili vidi secus obseruari in quatuor vniuersitatibus, in q̃bus doctor regens fui, ut cum doctores remittebant aliqua ex eorũ salarijs, Bidelli quoq; nfi pro virili remittere cogerẽtur licet essẽt ipsi soliti emere sua officia: qđ tamẽ eodẽ casu retento nõ putarem forte procedere, quãdo separata essent eorũ salaria a salariis doctorum: quia nõ arguitur ex separatis: l. fi. ff. de calumniator.

*Clausula apponenda i dispensatiõibus illegitimorum.*

98 Interdum etiam vidi in signatura dispẽsationis pro defectu natalium in clausulis ponere, & cum clausula q̃p in quibuscunque gratijs prædictum defectũ natalium exprimere nõ teneatur latissime extendenda &c. & q̃p inde habeat in oĩbus, & p oĩa, ac si de legitimo thoro natus fuisset, & istã claus. soleo apponere, ne duab⁹ impetrationibus qs grauet: qđ est utile.

*Clausula in nõ obstan. pro illegitimis.*

99 Adde ẽt in non obstantijs hanc cl̃am, non obst. statutis, ẽt si expresse caueretur in illis, q̃p nulli illegitime geniti in canonicos recipi, ac canonicat⁹, aut præbẽdas, dignitates, vel personatus seu officia, vel quæcunq; alia beneficia, vel platuras in eisdẽ nullaten⁹ valeãt obtinere: & q̃p hoc iurare teneãtur, videlicet an sint de legitimo matrimonio p̃creati: quę quo ad p̃sonam tuam omnino tollimus, & ẽt immutamus, eis quoad alia in suo robore duraturis iuramento confirmatione Apostolica, vel quacunq; alia firmitate vallatis nequaquam obstan. auctoritate Apostolica de speciali dono gratiæ dispensamus.

100 Formulam huius dispensationis super defectu natalium docet Ioan. Andr. in addit. ad Specula. in titu. de filiis presbyter. in vlt. additio. quæ etiam ex supra scriptis plene concipi poterit.

*Clausula i principio bullæ illegitimorũ ponenda*

101 Item aduertendum, q̃p olim papa solebat post salutationem in huiusmodi dispensationibus sic dicere, cum scribebat pro illegitimis: illegitimæ gẽtes, quas vitæ decorat honestas, naturæ vitium mini me decolorat: qa decus virtutis genituræ maculã abstergit in filiis, & pudicitia morũ pudor originis aboletur: cũ itaq; &c. alia pro illegitimis nunc missa faciam.

*De dispensatione cum regularibus facta.*

SCiendum † est, quod cum religiosis secundum varias eorum qualitates plurifariam dispensatur, interdum cum non mendicante, alias cum mendicante.

*Cum religioso dispensat. vt in alio monasterio bñficiũ obtineat*

2 Cum regulari non mendicante dispẽsatur, vt beneficium obtineat in alio monasterio, quam suo, & alterius ordinis: qđ de iure prohibitum est, cum non liceat illis locum habere in diuersis monasterijs: quorum vnum ab alio nõ dependet, cap. cum singula, §. fin. de præben. lib. 6. & nullus potest eum his dispensare, nisi papa: vt ibidem dicitur: & si secus factum sit, vt si collatio fuerit ab alio facta, quam a Papa, non valebit, nec quidem a legato, nisi expressam ad hoc potestatem habente, quinimo est conferens priuatus potestate iterum conferendi, primo & recipiens efficitur ineligibilis, in d. §. fi.

*Ineligibilis quo intelligatur.*

3 Et quamuis ille textus vtatur verbo ineligibilis, tamen intelligitur iste monachus inhabilis factus, non solum vt eligatur: sed & vt ei beneficium conferatur, c. quisquis. de elect. licet enim appellatione electionis non veniat collatio: fallit nisi sit eadem ratio vt hic. c. cum in illis. §. 1. & 2. de præben. in 6. & hoc probatur in d. §. fi. ca. cum singula. quia rationi non

conuenit, vt homines diuersæ professionis, vel habitus, simul in diuersis monasteriis socientur: vtor verbis tex. in clem. 1. de elect. & tex. in c. in noua. 16 q. 7. sic habet, Qui in administrationibus sociãtur, nec professione discrepent, nec habitu: nã cohærere & coniungi non possunt, quibus studia, & vota sunt diuersa.

4 Sed hoc ideo dicit ineligibilis, propter frequentiam, quia frequentius fiebãt electiones in monasterijs. e. monachi. in fi. de statu monach. Sed noluit ob hoc excludere collationem, uidelicet vt conferri beneficium ei possit: per auth. cassa. C. de sacrosan. eccles. & gl. in cle. 1. de rescr. scripsi in 5. q. tract. no. in Concord.

*Religiosus sine dispẽsatione curatũ hẽre non põt.*

5 Quandoque dispensatur, vt religiosus curatũ habeat, & ecclesiam parrochialem: quod prohibetur in c. monachi, de statu monach. quia plangentis non docentis habet officium. c. monachus. c. alia, & cap. placuit. 16. q. 1. & c. peruenit, ibidem, c. 1. de capel monach.

6 Quod est verum, nisi sit beneficiũ curatum sui ordinis. & per fundationem illis addictum, tunc ad præsentationem abbatis poterit curæ præfici, etiam sine dispẽsatione. cle. vt professores, & ibi Bonifac. no. 10. de regul. c. doctos, & c. seq. 16. q. 1. glo in summa, ibidem.

*Regularis bñficiũ secu lare obtinere sine dispẽsatione non põt. Monachꝰ vnũ tm̃ hẽre põt non duo.*

7 Dispensatur ẽt cum regulari, vt seculare beneficium habeat in quo præfici est oĩno de iure prohibitus. d. c. monachi. de statu monach. & in c. officij, de elec. c. cum de beneficio, de præb. lib. 6. sunt. n. regularia committenda regularibus, & secularia secularibus. §. volumus. de colla. in Concord. cle. 1. de elect. c. in noua. 16. q. 7.

8 Notandum est, q̃ licet monachus & regularis possit vnum habere beneficium regulare, tamen duo habere non potest, nec quidem capellam vel pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio: nam quodlibet beneficium est incompatibile monacho cum 1. cap. cum singula, de præben. lib. 6. vbi sic dicitur. Singula officia singulis esse committenda personis. præsenti edicto prohibemus ne aliqui monachi, vel religiosi alij pluribus prioratibus, vel ecclesiis absq; sedis Apostolicæ auctoritate præesse præsumant: nisi vnus ex eis ab alio dependeat: uel adinuicem nisi annexi: ergo dispensatione opus est, etiã si duo tantum simplicia vellet habere.

*Religiosus duo*

9 Ad hęc regulari non solet concedi dispensatio, vt possit duo beneficia sui ordinis in titulum retinere, secus in seculari. sed poni solet in dispensatione, vt religiosus vnum habeat in titulum, aliud in cõmendam: vt supra dictum fuit in bulla dispensationis.

*bñficia in titulũ obtinere nõ põt*

10 Ratio est, quia si religiosus in titulum haberet duo in diuersis monasterijs, esset sub diuersa obedientia, & diuersis subijceretur: quod esset absurdum, & monstrosum, quem habere duo capita vt in cap. 1. ne sede vacan. & duobus dominis seruire. cap. 1. 21. quæst. 1.

11 Nisi illa duo beneficia dependerẽt ab vno & eodem monasterio, tũc possent ea simul in titulum haberi: quia non subest hoc casu diuersis sed vni tantum: aut si connexa essent vel vnita: quibus casibus non requiritur dispensatio ad ea obtinenda glo. in d. c. cum singula.

12 Præterea si regularis iam habens parrochialem ecclesiã, petat alteram sibi cõmẽdari: & Papa dicat in signatura, fiat, vel concessum vt petitur in titulum: si Papa alias non dispensauerit, tenebitur hic regularis dimittere primam, & secundam habebit in titulum: quia regularis sine expressa dispẽsatione nõ põt duas parrochiales ecclesias in titulũ habere, vt dictũ fuit.

*Fiat vt petit̃ in titulum quo ad religiosũ nõ inducit dispẽsationem.*

13 Imo nec vnam. d. c. monachi. de statu monach. nisi in aliquibus casibus c. quod Dei timorem, de statu regula. Qui casus cum alias in proprijs terminis mihi contigisset, consului monacho, vt primam rursus impetraret, vt vna cum secunda posset illam obtinere, cum dispensatione oportuna ad illa duo.

14 Verum si dispensatum sit cum regulari, vt vnà cum prioratu, vel alio regulari beneficio possit vnum seculare beneficiũ cum cura, vel sine cura, si sibi alias canonice conferantur, recipere, & quoad vixerit retinere, &c. non valebit tamen ordinarius commendare beneficium seculare illi monacho: quia seculare beneficium nõ datur regulari in commendam etiam à papa, nisi in signatura sit expresse concessum & in dispositione, q̃ etiam ordinarius eidem conferre, vel commendare possit, vt soleo apponere: quia interdum quis amisit beneficium ob hoc quòd hæc clausula fuerat omissa. Nota, quia non inuenio dicta à nostris interpretibus.

*Regulariq̃ ordinarius cõmẽdare bñficiũ possit.*

15 Nec quidem in titulũ ordinarius dare potest, quia duo nõ dantur in titulum, maxime regulari, nisi hoc in dispensatione fuerit concessum: ideo in dispensatione

tione dēt exprimi, & illa duo in titulū habeat contra cap. cum singula. §. prouidemus. de præb. in 6. Et de hoc fuit Arestum in magno concilio latum: quòd secus est in secularibus, vt superius dixi in effectu dispensationis. ratio diuersitatis est, quia ad vitam non commēdantur beneficia ab episcopo, c. nemo de elect. in 6. & hoc est maxime prohibitum religioso, vt duo habeat in concilio Lugdunens. cui non potest derogare ordinarius glos. in c. cum dilectus. de electio.

*Areſtū.*

*Religioſus p ſimoniā receptus remanere dēt religioſus. & abſolui debet ab excōmunicatione*

16 Aduertendum est etiam, quod si religiosus per simoniam (vt sæpius cōtingit) in monasterio receptus fuerit, illa receptio ualebit quo ad eum, vt post hāc professionem resilire nō possit a monasterio: sed ibi, vel in alijs locis eiusdem ordinis collocari debet. c. qm̄. & c. veniēs de simo Io Ana. in c. dilectus 2. ibi. Tamen si uelit sibi prouideri in d. monasterio, debet pri⁹ absolui ab excommunicatione, & simonia vt remanere possit in dicto monasterio, & postea sibi prouideri de abbatia dicti monasterij poterit, vel alio beneficio. doct. in d. c. quoniam, & c. de reg. de simo.

*Religioſus de ſuo monaſterio ſine licētia exiens, eſt excōicatus.*

17 Religiosus ergo volens exire de monasterio, licentiā petat & obtineat ab abbate, alias est excōmunicatus. c. 2. ne clerici vel monach. in 6 quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita quoque monachus sine clausтro, c. placuit. 16. q. 1.

18 Ad laxiorem autem ordinem non potest transire, ēt abbatis accedēte cōsensu, & obtenta licentia gl. in c. cum singula. §. fi. de præb lib 6. vt superius dictum fuit.

19 Quòd si recedat, & habitet extra monasterium suum absq; licentia prælati sui, licet gesset habitum, tamen est apostata, & excommunicatus, secus si in alio monasterio degeret, secundum Innoc in cap. fi. de renunc. c. intellexim us, de ætate. Ang. Clauas. in verb. apostata, in 4. Panor. in c. 1 de apostа. & superius dictum fuit.

*Morādi licentia extra monaſteriū qñ religioſo concedi poteſt.*

20 Vnde licentia morandi extra monasterium non potest concedi religioso, nisi caussa studiorum. cap. relatum. nec cleric. vel alia iusta caussa, c. ex rescr. de iureiu. alioqui data non valet, quia non potest Abbas, vel alius contra ius dispensare. c. non est de voto, vbi gl. & doct. & superius in princ. huius materiæ dictum fuit.

*Abbas ſine cā diſpenſatus cum*

21 Veruntamē si abbas, vel prior sine cā dispensauerit, & permiserit religiosus nō erit excommunicatus, sed in conscientia tenetur Abbas seu prior. d. c. 2. ne cler. vel monach. in 6. & peccat vterque, tam prior quàm monachus: vt ibi dicunt doct. imo non poterit Abbas vel prior sine cōcilio conuentus licentiam præstare. d. c. 2. hoc docet Aufrer. in decis. Tholos. q. 270.

*ſuo monacho peccat.*

22 Consuetudo tamen (vt vidi sæpius) aliter obseruat, ne consilium conuentus ad hoc petatur, saltē in aliqbus monasteriis.

23 Nec vero per ignota procedamus, monachus intra annum professionis nō proprie dicitur monachus, c. 1. [& c. beneficiū ubi gl ]de regular. in 6. gl. in c. 1. de relig. domibus. Tamen large potest dici monachus, & religiosus, c. 1. de statu monach. & cancellaria Apostolica vocat illum monachum, vel canonicum regularem apponendo in principio bullæ post salutationē, religionis zelus, &c perinde ac si profes sus esset, & si prouideat illi de beneficio, translationem apponit, si sit alterius ordinis, vel dependeat ab alio monasterio, licet eiusdem ordinis: quia præsumit eum velle continuare religionis propositum: tamen si relinquat habitum ante professionem, nō est nota infamię vel apostasię affectus, quia iure facit: vt plene cōsuluit Fel. cons. 29. in facto.

*Monachus an qs dici poſſitante profeſſionis annum.*

24 Hodie non admittitur quis in Frācia, ad beneficia regularia, prioratum, aut aliā administrationem, nisi is sit expresse professus. c. nullus. de elect. in 6. nisi a papa cū derogatione, & certa scientia, &c.

*Profeſſus hñs pōt bñficia, non profeſs⁹ non.*

25 Siue conferantur ei beneficia, siue ad ea eligatur. cle. ne in agro. §. cæterū. & §. sane, de statu monach. Oldrad. cons. 222. dicendum, vbi extendit ad aliam quamlibet concessionem. d. c. nullus loquens in electione. licet Panorm. & alij teneāt contra, in c. 2. de testa. quē sequitur Io. de Selua. in tract. de benefic. in 3. part. q. 51.

26 Sed Oldradi opinio prævalet in Francia, conformisque est regijs constitutionibus: nisi, vt dixi, collatio fiat ab ipsomet papa, aliis enim prohibetur isti conferre ante professionem etiam de cōsuetudine.

27 Animaduertendum etiam est, quod religioso non debet dari titulus doctoris, nec quidem in Theologia, aut in iure canonico: nam quò ad ius Ciuile, & Medicinam non est dubium: cum hæ scientiæ ex presse sint eisdem prohibitæ. c. non magnopere, & c. super specula, ne cleric. vel monach. Sed in bulla papa solet dicere, & Iulius, &c. Dilecto filio N. Monacho, & Theologię professori, vel iuris Canonici.

*Doctoris titulus non dēt dari religioſo*

28 Si uero papa dirigat bullam seculari

*Secularis vocatur doctor regularis professor & qobvem.*

Doctori, tunc scribit Dilecto filio N. Magistro in Theologia, non autem Theologiæ professori, vel Doctori in iure Canonico, si fuerit secularis: si vero regularis solet apponi professori, &c. ne forte religiosus iste sub hoc titulo doctorali intumesceret, aut potius ab officio distraheretur quod præstare debent doctores maxime Religiosi; ob id vocat eos professores; volens eos cotinuo profiteri, nec enim alias merentur hoc nomen tam honorificum. l. à nullo. C de fer.

29 Etiam baccalaureatus in artibus, aut licentiatus, nõ sunt gradus; ideo nec solet vacari Religiosus in literis Apostolicis Baccalaureus, seu Licentiatus in artibus; si tamẽ hoc asserat impetrans, in bulla dicetur tibi, qui (vt asseris Baccalaureus in artibus, vel Licentiatus in artibus existis vide quæ scripsi in §. præterea. & in §. statuimus 1. de colla. in Concor.

*Religiosus non vocatur in bullis nobilis.*

30 Adde etiã q religiosus in literis Apostolicis non vocatur nobilis, si quidem ingrediendo religionem amisit nobilitatem gl. vlt. in c. 1. de purgar. cano. & c. fi. de statu monach. Roma. singul. 37. vtrum nobilis, quia censetur esse mundo mortuus. c. placuit. 16. q. 1. Sed in bulla dicetur tibi, qui (vt asseris) de nobili genere procreatus existis, &c. tamen quomodo hoc intelligatur, scripsi in tract. nomi. q. 12. circa finem; nbi dixi hoc quo ad Deum, non regulariter quo ad alios effectus.

*[Spurius nonvocatur nobilis.*

31 Idem in spurio, vt non dicatur in literis Apostolicis, nobilis, sed (vt asseris) de nobili genere procreatus existis &c. & hoc seruatur ex stylo curiæ Romæ qui iure probatur, in ca. si gens Anglorum 56. dist. vbi bastardi dicũtur ignobiles. vide quæ scripsi in §. cum vero. in verb. nobilitatis. de colla. in Concord.

*Regularis sine rationabili causa nõ destituitur suo beneficio.*

32 Non prætereundum est, q cum a Papa conceditur beneficium religioso, & petitur in supplicatione, q ad vitam inuitus amoueri non possit, solet addere papa, absque rõnabili cã, alias daret materia delinquẽdi monachis, & cõtradicẽdi suis Abbatibus, cõtra legẽ, cõuenire. ff. de pact. dota.

33 Tamẽ ego putarẽ hoc esse intelligẽdũ ẽt si non apponatur; nam beneficia secularibus ad vitã dãtur: c. si gratiosæ. de rescr. nihilominus ex cã remoueri possũt, & priuari beneficio. c. ad abolendã. de hæretic. c. satis, 56. dist. sed hoc papa exprimit i regularibus gratia vberioris declarationis.

34 Notandũ ẽt est, q religiosus nõ sumit nomen ex beneficio seculari, nec vocatur curatus vel prior sancti Pauli, vel rector parrochialis ecclesiæ, nec ex vicaria seu capella, nisi sit sui ordinis, quia semper fratres sunt, & regulares & ad tollendam gloriam, & ambitionem; vt patet in. tit. de stat. monach.

*Religiosus non dẽt vocari curatus, vel prior secularis, nec nomẽ sumere debet ex beneficio seculari.*

35 Idẽ dicũt pragmatici Romani in fratre Hierosolymitano habente parrochialem ecclesiam per fratres illius hospitalis teneri solitam. [Isti autem Hierosolymitani habent statuta quæ sequuntur. Statutum primum regulæ sic habet.

*Statuta Hierosolymitanorum.*

Præcipio enim q omnes fratres accedentes ad obsequium pauperum, & tuitionem fidei catholicæ, teneant, & cum diuino præsidio seruẽt tria quæ promissa sunt Deo; videlicet, castitatem, & obedientiã. Hoc est, q adimplebunt quicquid eis erit iniunctum a suo magistro; atque viuere sine proprio; quoniam Deus requiret hæc tria in vltimo iudicio.

De paupertate declaratur, in 3. par. regulæ, tit. de fratribus. art. 7. Sic votũ quidem paupertatis id exigit, vt bonorum dispositio liberæ voluntati non subiaceat. Nec licet igitur, nec quoquomodo permittitur baiuliuis, prioribus, præceptoribus, aut alijs ordinis nostri fratribus testamentum condere, vel hæredem instituere, seu legata facere, atque etiã seruitoribus aut alijs aliquid elargiri, nisi tm eorũ stipẽdia. Possũt tamẽ fratres nostri despriamentũ facere, hoc est, in scriptis bonorũ suorũ ac debitorũ & creditorũ declarationem redigere, & cum licẽtia magistri de eorũ moderata portione disponere.]

36 Tamẽ hodie si alia nõ cõcurrãt, dabit in forma gratiosa, sicut si intitularetur; & sic dicetur, dilecto filio canonico priorat⁹ seu monasterii sancti A. ordinis sancti Bened. diæcesi. & c. salutem.

*Clausa. prouiso. &c. non apponit in bullis religiosorum.*

37 Item in dispensatione horum religiosorum non solet poni clausula, prouiso q idoneus sit, &c. quia tales regulares alias idonei sunt, vel esse præsumuntur. gl. in c. quantumlibet. 47. dist. tex. in c. vno, de scrutin. in ord. faciend. licet quidam sint bñ & stupidi, & stolidi, ac penitus ignari.

*Parrochialem ecclesiã religios⁹ habere non pot.*

38 Dispensatur ergo cũ monacho, vt possit habere ecclesiam parrochialem, ad quã est inhabilis, officium. n. plangentis suscepit non docentis. Hiero. in c. monachi. & c. si cupis. 16. q. 1. cum singu. de præb. in 6.

39 Imò de stylo cur. Rom. seruatur, quod si receperit fructus parrochialis ecclesiæ

sine

sine dispensatione, rehabilitari debeat; & vidi expediri cum infectione, & irritatione, & rehabilitatione, vt statim dicetur.

40 Idem in canonico regulari, nisi præficiatur caussa prædicationis. c. quod Dei timorem de statu. monac. vel nisi fuerit ad hoc dispensatus aut in subsidium aliis deficientibus secularibus c. inter quatuor. de de regular. & in casibus parrochialem obtinere poterit, alias non regulariter.

*Bñficia manualia renouatione & morte uacare censẽtur.*

41 Verum quo ad beneficia manualia no tandũ est, illa vacare per reũciationem, & per mortem: vt per gl. magnã. in cle. quia regulares, de suppl. neg. prælat. & in cle. & si principalis, in verb. electionẽ de rescr. Nicol. Mil. in verb. beneficium. q. 18.

42 Et secundum eundem q. 19. ex consuetudine pñt effici perpetua, aut ecõtra: vt ẽt docet Anto. in c. porrecta, in fi. de confir. vtili. & idem Nicol. Mil. in verb. religiosus non põt consentire. vide multa quæ de his manualibus officijs scripsi in trac. de pacifi. possessor. nu. 272. in 6. limit.

*Religiosus ferẽs publice habitũ cooperturn est apostata*

43 Insuper non est omittendum, quod religiosus publice ferens habitũ cooperturn sine iusta caussa, fit apostata. gl. no. in cle. 2. in verb extrinseci, de vita & honesta. cleri. quã gl. singularẽ. Philip. Franc. in vno, de cler. coniug. in 6. & in c. certum. de reg. iur. ibid. vbi Ioan. And. in Mercurial. dicit illum excommunicatum, & apostatam, & ita fuisse pronunciatum.

44 Et sic est inhabilis ad beneficia, vt in d. cle. dñ. & hoc asserit Old. cons. 184. pater sancte, in fi. vbi dicit fuisse latã sniam per do. Clementem papam V. & repulsum electum, episcopatumque fuisse datum fratri do. Berengarii Fredoli id temporis episcopo Tusculan. Cardi.

*Religiosus dimittẽs habitum efficitur ĩhabilis.*

45 Nisi secum fuerit dispensatum, quod raro fit: quamobrem amittere debet huiusmodi beneficia, quæ eis postea conferuntur: sicut plerumq; vidi impetrari beneficia religiosorum, qui dimiserant habitum in vniuersitate Paris. quem postea reassumpserant, sed non obtinuerant rehabilitationem, nec absolutionem, ideo sua beneficia amiserunt.

46 Idem si transiuerint ad laxiorem regulam, licentia quoq; petitur, sed non obtenta, à fortiori si nullum deferat habitum, erit apostata & excõicatus, secus si monasterij secundi sumpserit habitum de ferendum primo derelicto. c. intelleximus, de ætate & qualitate. gl. in c. ex parte, de temp. ord. Inno. & alij in c. fi. de re nunc. & doct. in c. 2. ne clerici vel monachi, in 6. & hæc de non mendicantibus.

*Mendicantes religiosi non possunt ad aliã religionem transire*

47 At mendicantes relicta eorum religione non pñt ad religionem sancti Augustini, Benedicti, vel alterius ordinis nõ mendicantium transferri sine licentia Papæ expressa, nisi ad Carthusien. alioqui sententiam excommunicationis incurrũt tam religiosus mendicans, quam recipientes ipso facto. tex. in extrauag. viam ambitiosæ cupiditatis, de regul. in extrauag. communib. [Aegid. Bellamera in cons. 32. pro introductione.]

48 Secundo ab hac excõicatione absolui nõ possũt ab alio, quã a papa, nisi in mortis articulo, tex. in d extrauag. viam.

49 Tertio irritatur ibidem translatio, & facta nullius sunt efficaciæ vel momẽti, ecce pœnas extrauag. Martini, vnde papa solet facere mentionem huius extrauag. qñ dispensat cũ his mendicantibus, sic dicẽs non obstan: extrauag. Martini viam ambitiosæ, &c. alioqui non valeret dispẽsatio.

50 Quarto facta est cle. vt professores, de regul. quæ disponit, q; si religiosus mẽdicans transierit ad religionem non mendicantem, sancti Bene. forte, vel sancti August. inibi beneficia, vel officia, seu administrationes habere non possit: ad prælaturam tamen concordi suffragio eligi poterit, c. quorundam. de elect. in 6.

*Vicarius esse non põt mẽdicãs religiosꝰ in religione ad quã est translatus.*

51 Quinto quod non possit in dicta religione curam animarum vel aliam curam administrare etiam tanquam vicarius, ibi aliqua exercere officia, nec esse ibi prior claustralis, vel superior: vt ibi dicitur.

52 Et non solum prohibetur in illa religione, ad quam prius fuit translatus, sed etiam si a prima translatione rursus fuerit translatus ad secundam, cum sit eadem ratio: & iura semper loquuntur, & sunt in viridi obseruantia. l. Arriani. C. de hæreticis, alias fraus constitutioni fieret: & daretur occasio maioris mutationis.

53 Idem dicerem, si episcopus illi conferret: nam cum prohibeatur transferri propter ambitionem, ambitioni locus erit, si liceat ab episcopo obtinere, & ita docet Laurent. licet Federicus victus amicitia contrarium consuluerit, in cõs. 161 quidam religiosus. [vt ipse ibi fatetur, quamuis sæpius recusasset, & recusandum est, quia præstat occasionem mali, vt ibi asserit.]

Sexto

*Suffragiū non hēt religiosus mendicans.*

54 Sexto nota, quod si habeant officium in eo monasterio, ad quod sunt translati, non tamen habebunt suffragium seu vocem, nec locum in capitulo, vt dicta clement. 1. de regular. sed locum in choro, sic: quia id est onus, a quo subleuari non intelliguntur: atque si esset prior conuentualis, nec tamen adhuc posset habere vocem in eo monasterio, à quo dependet, ni si derogatum sit huic clem.

55 Sed in sui prioratu sic etiam sine derogatione: nam huic prouidendo, videtur hoc in consequens papa concessisse. argument. l. 2 ff. de iurisdict. omn. iudic. alioqui iura prioratus amitterentur, & ipse iure prælati priuaretur, quod non est dicendum, cum non vt monachus habeat vocem in capitulo, sed tanquam prælatus: vt docet Bonifacius & alij in dicta clemen. prima.

56 Quinimo etiam dispensatus hic mendicans vt obtinere possit beneficia, & administrationes, non tamen videtur dispensatus vt vocem, & locum habeat in capitulo: nisi de hoc fuerit expresse facta mentio: vel nisi fuerit derogatum huic præfatæ constitutioni, quemadmodum fieri solet: & tunc omnibus pœnis derogatum vidēbitur: vt docet Bonifa. in d. clemen. vt professores. in si & his non dantur beneficia in commendam sed in titulum: vt est statutum in reg. Alex. 6. tit. de signat. gra.

*Rōnes cur trāsferri prohibeantur mēdicātes.*

57 Rationes horum ponuntur in d. clemen. Prima est ex dicto Pauli, videlicet, vt *quisque in ea vocatione perseueret, in qua vocatus est.* c. 1. 21. q. 1. & vt quietius in suo monasterio viuat, c. licet, de regul. nec nō vt tollatur ambitio, q̄ sæpius istos inuadit, & vt discordiæ, & schismata sedentur quæ possent oriri inter fratres, ad quos iste mendicans est translatus. Diceret. n. Abbati id quod in Euangelio scribitur, tu eos nobis, *qui portauimus pōdus diei, & æstus*, non solū pares facis, sed & præfers. gl. in §. 1. de iustit. & iure. in instit. Quod si sint religiosi simplices, in monasterio translato inuidia & murmur cessare poterunt: nec fiet tam frequens mutatio religiosorum, quam uidemus sæpius inter quosdam fieri.

58 Et hæc translatio, & frequēs mutatio inconstantiā denotat, c. quæ dignior, 24. q. 1. & ibi glos. ideo non debet fieri, nisi propter zelum perfectioris religionis: vel si religiosi primæ religionis declinent a regulis perfectę religionis, aut propter infirmitatem vel debilitatem, ob quam non potest ingressus religionem seruare illius regulam. glo. & doc. in summa. 19. q. 1. Florent. in 3. parte summę tit. 16. c. 4. tit. de transeunt. de vna religione ad aliam: alio qui fit inhabilis vt supra dixi.

*Inhabilis qñ quis fiat*

59 Sed quando quis fiat inhabilis? Respondeo in casibus a iure expressis, alias quilibet præsumitur habilis, nisi probetur inhabilis, c. si forte de elect. lib. 6. & is q̄ a iure efficitur ineligibilis, vt cōmuniter religiosi, in c. cum singula, de præb. in 6. hi in quam, inhabiles esse censentur etiam ad collationem, vt supra dixi.

*Ineligibilis qñ fiat aliquis.*

60 Inelig bilis etiam sit quisquis electio ni de se factæ per secularis potestatis abusum consentire præsumpserit, vt neq; absque dispensatione ad aliquam valeat eligi dignitatem c. quisquis. de elect. & tam ad maiora quam ad minora beneficia, prohibetur eligi. Spec in eo. tit. §. dicendum. vers. sed nunquid habens, & si celebret in loco interdicto. c. is qui. in fi. de senten. excom. in 6 vide extra primam, de postu. præla. in commu.

*Inhabilis est q̄ ad preces hæreticorum bñficiū.*

61 Ad hæc quicunq; ad preces hæretico rum dignitates, & quæcunq; alia beneficia ecclesiastica receperint, illis priuātur, & si illa scienter receperint, inhabiles fiūt ad alia, c. 2. §. ad hæc. de hæretic. lib. 6.

*Inhabilis est q̄ secundū bñficiū retinet cum primo sine dispensatione.*

62 Item quicunq; recipit secundū beneficiū incompatibile, postquā secundi possessionem habuerit pacificam, primum dimittere in ordinariorum manibus tenetur alioqui ex tunc sit ipso iure secundo priuatus: & nedum ad sacros suscipiēdos ordines, sed etiam ad habendum quodcunq; beneficium ecclesiasticum inhabilis reputetur, extraua. execrabilis, vers. qui vero. de præb. in Extra. Io 22.

63 Idem si quis de facto receperit ℔m beneficium, quod etiam retinuerit cum primo. per c. eum qui. de præb. lib. 6 ne stultus melioris sit cōditionis, quam sapiēs, l. aut seruus. ff. quod vi aut clam, nec dicitur extensio, cum sit eadem ratio, gloss in authent. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesiis. & in cap. quorundam, de elect. lib. 6.

64 Idem quoque si primum de facto tenebat, quia non promotus intra annum, & demum receperit secundum, quod deti nuit cum primo, adhuc est vtroq; priuatus, & inhabilis factus, quia isto casu insunt rationes positæ in d. extrauag. execrabilis, ideo locum habebit hæc priuatio.

Inha-

*Inhabilis est q in sacris bipartita fuerit vsus veste.*

65 Inhabilis etiam redditur, qui in sacris constitutus vsus fuerit bipartita veste, aut uirgata, seu caligis rubeis aut viridibus. clem. fi. de vit. & honest. clerico. nisi consuetudo eum excuset.

*Fructus bñficij iniuste recipiēs sit intrusus & inhabilis.*

66 Item quicunq; recipit iniuste fructus beneficii, & tanquam intrusus, fit inhabilis ad quæcunq; beneficia, c. cum iamdudum. de præb. & ibi Panormit. & alij, quia prædo est. cap. in literis. de restit. spolia. & indiget rehabilitatione, si perceptio erat iniusta de iure communi, secus si per regulas, vel statuta quæ poterant ignorari, c. 1. & 2. de constit. in 6. nisi is qui fructus recepisset sciens statutum, recepisset fructus, tunc etiam inhabilis factus fuisset. doct. in cap. dudum, & c. nihil, de electio.

*Compositio de fructib⁹ iniuste perceptis fieri dēt*

67 Quæ rehabilitatio non solet fieri sine fructuum compositione ad dimidiam aliquando fructuum partem taxanda: vt dicit d. Probus in additio. ad Io. Monach. in cap. fin. colum. 2. de constit. in 6. post Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de dispensat. §. dicendum. in vlti. addit. sed ad mitiorem pœnam taxatur, prout visum fuerit officialibus curię Romanæ. [in titu. de dispensat. cum regula facta. num. 67. Nunc uideamus an impetratio facta, non habita fructuum acceptorum mentione, ualeat, si impetrans iniuste antea fructus receperat, super hoc casus faciam sequentes.

Primus est, si iniuste fructus perceperit & hoc manifeste appareat, & tunc inhabilis factus, sum vtpote si à laico beneficium sine alia collatione accepero, & in consequētes fructus, non valebit postea illius beneficij impetratio, nec prouisio alia, cum sim inhabilis, nisi hoc exprimam, per cap. quisquis. de elect. cap. cum singula de præben. in 6. sed requiritur rehabilitatio, ut inferius dicetur: nisi impetrans fructus in utilitatem ecclesiæ conuertisset teste Nicolao Milio. in uerb. gratia. quæst. 16. Nam postquam restituit fructus ablatos, peccatum censetur eidem remissum, per reg. peccatū. de reg. iur. in 6. Docet Aufrer. in decis. Tholos. q. 483. quidam nobilis. Et sic uides in quanto sint periculo hi, qui ante prouisionem papæ, fructus abbatiæ, vel episcopatus recipiūt, quocunque quæsito colore. cap. auaritiæ. de elect. in 6.

Secundus casus est, si iniuste quis fructus receperit etiam colorato titulo, si postea illud beneficium impetrauerit, non habita fructuum receptorum mentione, non ualebit impetratio. Nam si papa hoc sciuisset, non concessisset, ut docet Ioan. And. & alii in cap. dudum. 2. in glos. furtum. de elect.

Tertius casus, si quis fructus iniuste receperit, ratione tantū colorati tituli. & aliud beneficium, quam cuius fructus pcepit impetrauerit, non facta iniusta fructuū perceptione alterius beneficij, ualebit tamē impetratio, quia in eo nō deliquit, cuius fructus non recepit. Ideo papa non minus, si sciuisset, ei concessisset. c. super literis. de rescript. cap. si compromissarius. de electio. lib. 6. facit l. 2. §. quin ei. ff. de iure fisci.

Quartus casus, sufficit facere mētionē iniustæ perceptionis fructuum, quando non incurritur inhabilitas ratione illius perceptionis, sed si incursa fuerit inhabilitas, ea caussa, requiritur etiam inhabilitatis expressio in rehabilitatione, & fructuum compositio, ut superius dictū fuit. Quod docet d. Probus. in d. c. fi. de constitu. post alios doct.

Quintus casus, si quis impetret dispensationē super pluralitate beneficiorum, & nō faciat mentionem, q; illa illicite detinuerit, & q; inde percepit fructus, non ualebit dispensatio, per cap. ad aures. ubi Panor. circa finem de rescrip. Inde Fel. in c. postulasti. in fi. illo tit. & docui in ca. licet episcopus. col. ult. de præben. in 6. Scripsi in uerbo. pro expressis. in forma mand. in concord. Ista nunc sufficiant de expressione quæ sunt notanda, quia per docto. non hactenus ita scripta fuerunt.]

*Clausula rehabilitatione ponenda.*

68 Et in summa concludendum est impetrationem factam ab ipso inhabili non ualere, nisi prius sit rehabilitatus: uel huius inhabilitatis mentio facta fuerit. docto in c. cum iamdudum, de præb. & in rehabilitatione solet poni in fi. bullę clausula de stylo. cu. Ro. talis. Volumus autē q; anteq; prefati iudices ad executionem præsentiū procedant, tu dictum beneficium N. in eorum uel alterius eorum manibus realiter dimittere tenearis; & insuper ex nunc irritum decernimus, &c.

69 Atq; potest poni clau. in signatura, ēt si in illo beneficio se forsan intruserit, q; pro expresso habeatur & latissime in bulla possit exprimi, & cum oportuna dispensatione, absolutione, & rehabilitatione, &c.

70 Et cum ista rehabilitatio uelut odiosa

fit

*Rehabilitatus ad seculária nõ est habilis ad regularia.*

sit interpretanda, factus habilis ad seculária, nõ erit factus ad regularia, nec ecõtrario, ideo requiritur expressio in rehabilitatione, sicut docet Hier. Pan. in praxi cu. Ro. fol. 44. ver. quod habilitatus &c. plus dicens, quod si fuerit habilitatus ad beneficium curatum seculare, & alia quęcunque, & qualiacunque, intelligetur de similibus secularibus, per glo. in cle. 1. de rescript. ideo regularia obtinere nõ poterit.

71 Imo religiosus quando habilis fit in rehabilitatione solet obtinere, vt habilis fiat ad quodcunque beneficium, sed non ad quæcunque, quia pluralis esse non debet: cap. cum singula, de præb. lib. 6. sic statuit Alex. 6. in tit. de sign. gra. tamen vidi multas religiosorum rehabilitationes ad quæcunq; & quodcunq;, beneficia factas.

Alijs modis quis efficitur inhabilis, vi delicet per crimen hæreseos, simoniæ, & alia crimina. quæ cõgessi in tract. de pacis. possess. in 4. limit. vbi dixi quosdam inhabiles non esse priuatos beneficijs, quæ possident, sed esse quidem inhabiles ad recipiendum beneficia: ibidem videre potes, ne plura hic, quia etiam dicam in 3. parte de amissione beneficiorum.

*De dispensatione cum corpore vitiatis.*

*Gibbosi & alij corpore vitiati religioni tradi solent.*

SVpersit. vt de corpore vitiatis agam? quos vt plurimũ, nescio qua pietate videmus à parentibus Deo dicari, necnon inuitos in monasterium detrudi: quæ macula licet quò ad deum exigua sit: quod perdatur & purgetur in religione, tamen eorum mens inspicitur, qui gibbosos, claudos, & alios maculatos offerũt Dei ministerio. c. hinc etenim, 49. dist. quamobrem eos arbitror grauissime peccare: nẽpe dicit Hiero. indignũ est dare Deo. quod dedignatur homo, c. fi. 49. dist. vt non immerito ius eosdem sic vitiatos ab altaris ministerio repellat, nisi accedente dispensatione, de qua glo. in summa 55. distin.

*Vitiati corpore ad ordines & beneficia sunt inhabiles.*

2 Primum ergo notãdum est, quod corpore vitiati & ad ordines, & ad beneficia sunt inhabiles, & quod promoueri non possint prodigiosi: text. est in c. qui in aliquo, 51. dist. ibi, aut qui naturali defectu membrorum minus habere noscuntur.

3 Sic nec beneficia tenere, quia ecclesiæ seruire non ualent, cap. si. de rescrip. lib. 6. glo. & doct. in cap. fin. de verbo. sign idem Card. Alex. in c. si Apostolica, 55. dist. & c. fi. 48. dist.

4 Vnde si quis gibbosus existat, vel alias deformis sit, is ordinari sine dispensatione prohibetur, c. 1. in fin. 49. distinctione, & c. 1. 55. dist.

5 Itaque solet in his papa post salutationẽ sic dicere, Apostolicæ sedis circunscripta benignitas rigorem iuris mansuetudine temperans, &c. nõnunquam aliqua de gratia benignitatis indulget, quæ sacrorũ canonũ seueritas interdicit exhibita &c. probatur in c. dispensationes, 1. q. 7.

*Claud? an ordines sumere possit.*

6 Claudus vero sine dispensatione promoueri potest de consuetudine, dum sustinere se valeat maxime in Gallia, vbi plures sunt, teste Hostien. in summa, de corpore vitiatis, §. fi. quod ẽt iure permittitur, c. fi. qu. 3, 55. dist. vbi sic scribitur, Si quis in infirmitate positus clericus Medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum nõ negamus.

*Papa dispensando committit maculã eṽ videdam & formam*

7 Item non solet papa cum his directe dispensare, sed scribit episcopo ut si sibi videatur, dispenset his fere verbis, Mandamus quatenus, si & postquam dictus N. coram te personaliter se exhibuerit, oculum vel membrum ipsum diligẽter inspicias: & si (super quo conscientiam tuam oneramus) ex inspectione hmõi tanta deformitas in eodem oculo nõ appareat, quod ex hoc possit in populo scandalum generari, ac aliud canonicum non obsistat: cũ eod. N. si secum per te super præmissis dispensare contingat, vt quæcunque beneficia &c. recipere quoad vixerit retinere libere & licite valeat auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ dispensamus.

*Si verũ non generet scãdalũ populo dispensati.*

8 Et sic papa mandat episcopo, vt videat maculam, & si scandalum non generet populo, & conscientiæ suæ papa relinquit, vt dispenset: qui si dispensauerit, papa quoque dispensat cum illo, vt beneficia possit habere. Hæc est summa istius dispensationis.

*Duplex requiritur dispẽsatio in vitiato & ad ordines ad beneficia.*

9 Et sic duplex est dispensatio, prima ad ordines, vt promoueri etiam ad sacros ordines possit: secunda ad beneficia obtinẽda: quia postquam erit promotus, altari seruiet, ergo conueniens est vt de altari viuat, & cum secundum, de præb. etiam quãdoque cum isto dispensatur, vt plura beneficia obtineat &c.

*Deformitas vel scan-*

10 Notandum est etiam, quod habens in magnis membris deformitatem, vt manũ aridam, vel si membra decoris non habet vtpote nasum, quia talis hominibus est scan-

*dalum prohibet vitiatũ ordinari.*

scandalo, promoueri prohibetur, c. 2. de cleric. ægrot, ideo dispensatione opus est.

11 Idem si amiserit oculum: is. n. qui caret oculo, sacerdotij officium adipisci non potest, c. fi. 55. dist. nisi papa super hoc dispensauerit: & facilior est dispensatio, qñ amisit oculum dextrũ, quã siniſtrum: quia siniſter vocatur oculus Euangelij, per quẽ facilius sine capitis reuolutione sacerdos Euangelium legere poterit, quamobrem non erit scandalum populo, secus in oculo Euangelij: vt doct. dicunt.

*Oculo carẽs nõ eſtaptus ad ſacerdotium.*

*Deformitas parua non prohibet ordinari.*

12 Si vero parua sit deformitas, quæ non tendat ad scandalum, non prohibetur ab ordinibus, nec a beneficiis: vt si quis maxillam, vel oculum habeat paulo maiorẽ altero, vel strabo sit, aut lippus, vel maculam in oculo: quia is in redhibitione de iure ciuili non est, l qui clauiũ, ff. de ædi. edict. & sic ab ordinibus non prohibetur. gloss in summa, 55. dist. nec vt beneficia habeat.

*Digitũ non habens an poſſit ad ordines aſpirare*

13 Idem si sex habeat dignitos, l idẽ Of filius, ff. de ędi. edict. vel si digitum amisit casu, au- eius partem, non iõ prohibetur promouei, c. qui partem. & c. lator, 55. distin. nisi pollex digitus esset absciſſus, vel index, tunc prohiberet ordinari, sed si tm vngulam pollicis amiserit, non ideo cẽsetur inhabilis, dum alias ad frangendum Euchariſtiam sit in ipso pollice potens, c. fi. de corpore vitia. vbi quoque dicit gloſ. aliquem prohiberi, cum amisit aliquẽ ex illis digitis, per quos fit signum crucis.

*Deformitas latens non prohibet ordines ſumere.*

14 Considerandum est etiam an illa magna deformitas sit apparẽs, aut latens: nã si apparens, & ob id afferat scandalum, q̃ arbitrio epi relinquitur promoueri, prohibetur teste Anto. in c. 2. de corpore vit.

*Caſtratus põt ordines ſumere.*

15 Si vero latens sit vitium, vtpote quia est castratus, non prohibetur promoueri, nec est opus dispensatione, nisi episcopi: c. significauit, eod. nec coleos suos custodire tenetur, vt dicunt rustici, glo. in c. Eunuchus, 55. dist. Gofred. in summa. de corpore vitiat. in fine.

16 Quod est verum, si per alium castratus fuerit, vel casu eos amiserit, c. ex parte, cũ sequẽ. eodẽ, secus si ipse seipsum castrauerit: q̃ rarũ est, quia sui homicida fit tunc prohibetur promoueri, c. si quis absciderit, & c. qui partem, & per totum, 55. dist. & qui promoueri prohibetur, in consequens & beneficia obtinere: quin beneficium datur propter officium, quod iſte exequi non potest, c. fi. de reſcriptis in 6°

17 Aduertendum tñ est circa Roma. curiæ praxim, vt si quis existimet se inhabilem, vel collationem nullam hoc non debet ita manifeste dicere in signatura, sed dẽt dicere, cũ dilectus filius Titius dubitet. &c. Iõ petit secũ dispẽsari, &c & cũ dubitet collationẽ viribus nõ subsistere, &c.

*Cautela nota pro impetrantibus beneficia, vel alia*

18 Alioqui si statim fatetur se inhabilem, aut collationẽ nullam, posset illa cõfessio plurimũ sibi detrimẽti afferre: quia confessio nocet confitenti. cap. 1. & per totum, de confessis, lib. 6. vbi est bona glo.

*Papaan ſuper homicidio diſpenſet & ſuper quo. & quando.*

19 Super homicidio vero voluntario Papa nõ dispẽsat, maxime quoad altaris ministeriũ, ẽt in regulari: nisi in loco in quo erit occultum homicidiũ, sed nõ in loco, in quo est commissũ propter scandalũ: sed alibi celebrabit ad congruã sui sustẽtationẽ: vt doct. not. in c. 1. & c. ad audientiã, de homicid. & in foro conscientiæ facile dispẽsatur, impoſita tamẽ graui pœnitẽtia: & qñ ipse homicidia vellet religionẽ ingredi: vt statuit Alex. 6. in tit. de dispẽ:

20 Si vero agatur de homicidio casuali, papa facilius dispensat, q̃ super voluntario maxime, si homicida dabat operam rei licite: c. dilectus, & seq. de homic. & c. Ioãnes, cum aliis multis ibid.

21 In homicidio vero necessario, si quis vim repellẽdo occiderit, & se defendẽdo: & tunc datur dispensatio facile, & cũ absolutione in foro conscientiæ, ad cautelã, clem. vna, vbi docto. de homicid. & si factũ fuerit ex ineuitabili necessitate, datur per viam declarationis, secus si vitari homicidium poterat fugiendo. glo. & doct. in c. suscepimus, de homicid.

*De homicidio commiſſo aliũ defendendo.*

22 Sed si homicidiũ qs cõmiserit, alium defendẽdo, ẽt extraneũ, cũ teneretur proximũ suũ iuuare, vt fecit Moyses contra Aegiptiũ, datur dispensatio ad cautelam, dũmodo oppressus mortis periculũ euade re alias non valeret, & tunc etiã ad altaris ministerium, & ad beneficia, ut ea reti neat, sed difficilius dispensatur, quãdo oppressus potuisset mortis periculũ euadere: alia videntur facilia, iõ ea nunc omittã.

*De dispensatione de non promouendo.*

*Habens parrochialem eccleſiã, & nõ promotus intra annum per dit illã*

ALio † nobis modo cõseruatur beneficium, videlicet per dispensationẽ de non promouendo, quia parrochialem habens eccleſiam intra annum promoueri tenetur ad sacerdotium: cap. licet canon, de elect. libr. 6. alioqui lapso anno perdit

illud

illud ipso iure, nisi sibi prouideat per hãc dispensationem, quæ interdum fauore studii conceditur: vnde episcopus gratia studiorum ad septẽnium dispensat. cap. cum ex eo, de elect. in 6. quia studium est labor spiritualis. clemen. exiui de paradiso. 5. licet, de verbo. significa. siquidem studemus vt melius ecclesiæ deseruiamus. Bald. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccles.

*Papa & epis dispẽsant de nõ promouendo sed varie.*

2 Est tamen differentia inter huiusmodi papæ & episcopi dispensationem: quia papa latius dispensat, videlicet ne teneatur interim ad aliquẽ ex sacris ordinibus promoueri, sed episcopus non alias, quam si scholasticus intra annum promotus fuerit saltem ad subdiaconatum, ne demum ei liceat retrocedere. d. c. cum ex eo, & c. commissa, de elect. in 6. scripsi plenius in scholastic. priuileg. 36.

3 Solet etiam ex aliis causis dispensatio concedi, uelut superius dictum fuit in principio huius materiæ: verũ vt hæc materia facilius intelligatur, huius dispensationis formam ob oculos subiicio.

## *Formula dispensationis Papæ de non promouendo.*

IVLIVS, &c. † dilecto filio N. parrochialis ecclesiæ sancti Andreæ curato Paris. diœcesis salutem: Laudibilia, &c. hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, tecum, (qui vt asseris) in iure canonico scholaris, & in minoribus ordinibus duntaxat cõstitutus existis, vt ratione parrochialis ecclesiæ N. Paris. diœces. quam canonice & pacifice asseris te obtinere, quique infra annum a tempore assecutionis eiusdem fore, dignosceris, vsque ad biennium à fine anni a iure tibi præfixi computandum, ne ad aliquem ex sacris, etiam subdiaconatus, diaconatus, vel presbyteratus ordinibus huiusmodi te facere promoueri minime tenearis, neneque ad id a quoquam inuitus valeas cogi. Lateranen. & Lugdun. concilijs, & quibuscunq. alijs constitutionibus, priuilegiis, consuetudinibus, fundatione, vel alijs Apostolicis contrarijs nequaquam obstan. auctoritate Apostolica de speciali gratia indulgemus, prouiso quod ecclesia debitis interim non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea non negligatur, &c.

Datum Romæ, &c.

*Dispensatus de nõ promouẽdo ratione venius ecclesiæ, nõ cẽsetur dispensatus, si aliam obtineat.*

HIs † præmissis facilius nobis erit, & certius decidere quædã dubia, quæ ex hac dispẽsatione vidi plerumque suboriri: primum an si hic dispensatus obtinuerit aliam ecclesiam post dispensationem, censeatur quoque dispensatus quo ad eam, ne teneatur promoueri intra annum adeptæ possessionis, & commissi regiminis, quod prima fronte videbatur.

6 Contrarium tamen est decidendum, quandoquidem hic papa concedit, vt ratione parrochialis ecclesiæ sancti Andreę nõ tenearis promoueri ex quo liquet mẽtem Pontificis non vlterius extẽdendam esse: quamobrem ex intentione deficit dispensatio: c. mandatum, ibi, non fuit intentio mandatoris, de rescript.

*Clausula in dispensatiõe de non promouendo ponẽda.*

7 Ob id ad vitandum dubium, addere debes in signatura, Quod nullo modo teneatur promoueri ratione huius ecclesiæ, nec ex alia quacunque causa, etiam si aliam adipisceretur, & tunc noua opus non erit dispensatione: & hoc soleo appone re, aut cuiuscunque alterius beneficij ecclesiastici curati, uel alias sacros ordines requirentis, per te pro tempore obtẽti, &c. vt in forma breuis inferius videre licebit.

*Dispensatio pdest ad beneficium qd posteaq̃ se obtinuit.*

8 Secundum se offert dubium. de eo qui ecclesiam possidebat non canonice tempore dispensationis, sed postea quidem eam canonice obtinuit, an hodie videatur dispensatus: & videri dispensatum credere m, sed per illam clausulam non datur titulus ad illam ecclesiam, sed tantum narratur factum partis, ibi quam canonice & pacifice asseris te obtinere.

Et

9 Et quando dispensatur cum isto non habente canonicum titulum, nō est necessaria noua traditio, seu adeptio possessionis beneficii, sed primā sufficit continuare, per §. interdum, de rerum diuis. in inst. Cardi. in c. vlt. 56. distinct. not. vlt. Boer. decis. Burdegal q. 219.

*Dispensatio de nō promouēdo intra annū petēda est.*

10 Tertio ibi, Quique intra annum a tēpore assecutionis eiusdē fore dignosceris. Etiam vidi dubitari, an hoc sit in hac dispensatione exprimēdum? Respon. exprimendum esse: quia nisi esset intra annum, iamque priuatus esset eo beneficio, per c. licet canō, & c. commissa, de elect. in 6. ob id esse beneficiū tanquā vacans de nouo conferendum, quamobrem, non nisi intra hunc annum dispensatio huiusmodi reciperetur, per l. sed & si manēte. ff. de preca.

*Prorogatio dispēsationis fieri pōt, & ad quod tēpus.*

11 Nam aliud est prorogare precarium eo durante, vel finito prorogetur, nouum est precarium Boer. in decis. Burdegal. q. 284. & 294. & hæc prorogatio non debet longius tempus continere, quam principalis dispensatio: quia accessorium nō solet esse maius suo principali. l. cum principalis, ff. de reg. iuris. vbi docto. nisi fuerit in subdiaconatus ordine constitutus, aut alias legitima fuerit prorogationis caussa: vt statuit Alexan. 6. id temporis pontifex maximus in titu. de proroga.

12 Quarto ibi, vsque ad biennium non tenearis promoueri, an illa dictio vsque, includat totum biennium? & respond. includere. l. post duos, C. de aduoc. diuers. iudicio. nam quidam dicūt hoc tanquam fauorabile venit extendendum. l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. Alber. in authen. hoc ius. C. de procura. dixi in tracta. de sentent. prouisio. artic. 2. glo. 3. [in 1. tomo commenta. in constit. reg.] & plenius in l. absentem. ff. de verbo. signific. & sic in isto biennio non tenebitur promoueri secundum quosdam: alioqui non daretur dispēsatio biennij sed anni tantum: quod est verius.

*Dispensatio de non promouendo ad biennīū quomodo computetur*

13 Quinto quæro a quo tempore computetur hoc biennium, respondetur in literis, videlicet a fine anni a iure, tibi pfixi cōputandum. Annus aūt hic, a iure pfixus est vigesimus quintus annus in minoribus, intra quē ad sacerdotium quis promoueri tenetur. c. cum in cunctis, de electio. & sic iste tenebitur in vigesimo octauo anno promoueri, alioqui eo elapso vacabit beneficium.

14 In maioribus vero annus a iure prefixus ad promouendum est annus a die cō missi regiminis, & pacificę possessionis cō putandus: vnde si quis calendis Ianuarij 1540. obtinuerit ecclesiā parrochialem, habet illum integrum annum ad promouendum, nec est priuatus nisi toto hoc anno elapso, c. commissa, de electio. in 6. & si hoc anno impetret dispensationē ad biennium, forte calendis Februarii, non tenebitur promoueri ante quadragesimum tertium: quo elapso anno si non fuerit promotus, vacabit beneficium per non promotionem.

15 Nam primo debet computare annum a die collationis beneficij, & pacificæ possessionis, & postea biennium ex dispensatione a fine anni dictæ collationis: quibus tribus annis elapsis nisi promotus fuerit, vacabit beneficium: vt in d. c. licet canon. & c. commissa, de elect. dicas tamen vt inferius elucidabo per curiæ Arestum.

16 Sed nonne licebit extēsionem & prorogationē istius biennii obtinere? Resp. id ex voluntate papæ consistere: nempe si caussa prorogandi adsit, requiritur tamen expressio primæ dispensationis, alias non valeret secunda, per cap. fin. de filijs presbyter. in 6.

17 Sexto indulget papa ne hic impetrās teneatur promoueri, nec cogi possit ab alio: liberum ergo est ei si uelit citius promoueri, sumendo argumentum a contrario, quod est ualidū, ca. cum Apostolica, de his quæ fiunt a præla l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd.

18 Septimo ibi, ne ad aliquem ex sacris, tollit dubium motum ex eo, q nonnulli asserunt dispensatum, ut haberet beneficium curatum, non censeri, dispensatum, quin in 18. anno ad subdiaconatū promoueatur, & in 20 ad diaconatum: vt docet Petrus Ancha. cōs. 193 ultra, & cons. 304 Sed contrariū hic apparet per istā clausu. ne ad aliquem &c. vt ad nullum ex sacris ordinibus promoueri teneatur ante dispēsationem scripsi in tract. nomina. q. 9. in fi. q. & fine dispensatione expressa tene quod scripsi in tracta. nominatio. ut promoueri teneatur (ut superius dixi) tēpore iuris. [Et hoc est declaratū in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. alias frustra ista clausula, ne ad aliquem ex sacris &c. adijcere tur. Item papa in dispensatione expressa hoc uult. in d. c. cum ex eo. fortius in tacita & hoc docet glo. in uerb. subdiaconatus & Perus.]

*Dispensatus de nō promouendo non tenetur aliquē ex sacris sumere ordinibus.*

Osta-

19 Octauo ibi, Lateranen. & Lugdunen. conciliis non obſtan. de hoc concilio Lateranen. tex. eſt in c. cũ in cunctis de electio. & de concilio Lugdunen. in cap. licet canon. illo titul. reliquas non obſtantias declarauí in bulla nouæ prouiſionis ſupra, & in bulla diſpenſa.

20 Vltimo quo dilucidius materiã iſtam nobis proſequi liceat, adiungam hic reg. Cancella. Iulii III. quæ eſt nume. 25. per quam male promotos a bene promotis facile dignoſcere poſſimus, additis meis q-buſdam ſcholijs, non parum huic rei (vt puto) conferentibus.

*Do clericis ad ſacros ordines male promotis*

## Regul. cancella. 25. Iulij III.

*Item de clericis extra tempora a iure ſtatuta.*

### GLOSSA PRIMA.

SCire † cupiẽti quinam rite ſint promoti, contrarium eius prę mittendũ eſt, videlicet qui male, velut docet Iuriſconſ. in l. 1. ff. de his qui ſunt ſunt ſui vel alieni iuris, quòd cognito vno de contrariis, cognoſcitur & reliquum. Quamobrem hic notandum eſt quem dici male promotum multis modis.

*Statuta tpis ad promouẽdum q̃ ſint.*

2 Primo, cum eſt promotus extra tempora a iure ſtatuta, vtpote extra quatuor tempora. c. 3. de tempor. ordinand.

3 Statuta tempora a iure ſunt, vt minores ordines dominicis & alijs feſtis diebus cõferãtur, & cõſecrationes virginum fiant. c. de eo, de temp. ordinand: Ordinationes vero ſacerdotũ id eſt epiſcoporum [quòd die dominico] celebrentur, nõ tantum ex conſuetudine, ſed etiam ex Apoſtolica [nouimus venire] doctrina, ſcriptura manifeſtante, quod cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex ſpirituſſancti præcepto ad Euangelium Gentibus mitterent prædicandum, *ieiunantes & orãtes impoſuerunt ei manus*: vt intelligamus quanta & dantium & accipientium deuotione curandum ſit, ne tantę benedictionis ſacramentum negligẽter videatur impletum. c. 1. & c. quod die, 75. diſtin.

*Prima tonſura quoli-*

4 Prima vero tonſura quolibet die conferri poteſt, cum iura certum diem in ea non pręſtigant: & ſic obſeruatur de generali conſuetudine, teſte Hoſtien. Ioan. And. & Cardin. in c. penul. de temp. ordinand. per c. cum contingit, de ætate & qualita. & tam in diœceſi quàm extra diœceſim poteſt epiſcopus ſuis ſubditis tonſuram conferre: vt docet Barba. in c. nouit, de of fi. legat. & ſcripſi in tract. nominatio. q. 14. num. 29. & 65. *bet die conferri poteſt & in diœceſi & extra.*

5 Et minores ordines, quãdo epiſcopo, & vbi videbitur, dari poſſunt, ſacri vero nunquam, niſi in publica ordinatione ca. quando 75. diſtinct. & ordines ſacri ſolẽt in maiori eccleſia conferri. glo. in c. ordinationes, 75. diſtinct. de conſuetudine, epiſcopi conferunt hos itidem, vbi volunt, teſte Flor. in 3. ſummæ par. c. 14. c. 16. §. 17. *Minores & ſacri ordines vbi, & quando dari poſſint.*

6 Non debet tamen epiſcopus generalem ordinationem de his minoribus facere, ideo vnum aut duos ordinare poteſt, nõ quin plures ordinare poſſit, ſed caueat ne generalem ordinationem faciat, ſicut in quatuor tẽporibus anni, c. de eo, & ibi doct. de temp ordinan. Præpoſ. in c. quod a patribus. 75. diſtinct.

7 Item ordines ſacri, videlicet ſubdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, niſi quatuor temporibus, aut ſabbato ſancto, vel ſabbato ante dominicam de paſſione conferri non debent, c. 3. de temp. ordin. c. quoniam, in fi. & c. fi. 75. diſtin. [alioqui extra tempora collata ſunt.]

8 Sed quare potius hic tẽporibus quam aliis? Præpoſ. in c. quoniam, §. cæterum 75. diſtin. reſpon. quia ſacerdotes, & alij clerici locum eũ obtinent in eccleſia, quẽ olim Leuitę penes Iſraeliticum populum obtinuerunt, quos vt libro Numer. legitur, Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorum interſicerentur, cuſtodiuit, cũ quaſi primitiæ ſint: vnde quaſi primitias domino offerimus, cum aliquos ad ſacros ordines damus: conueniens ergo eſt, vt p primitijs temporum ſcilicet quatuor tem poribus primitias hominũ offeramus hęc ille: longe tamen videtur petita ratio. *Quare ordines quatuor temporibus cõferantur.*

9 Item introductum eſt his quatuor anni tẽporibus fieri ordinationem, vt ordinati exornentur, & ſub quatuor Euangelijs ſeruire Chriſto & eccleſiæ monean tur: in Vere, vt virtutibus floreant: in Aeſtate, vt fructus afferant: in Autumno, vt fructus operum metant; in Hyeme, vt fructus collectos conſeruent in horreo, vt eis in domo fruantur.

10 Et in ſabbato potius quã in aliis die-

bus,

bus, eo quod illa dies Spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur, c. quod a partibus, 75. dist. vel sabbatum notat requiem: quia ordinati a sacris transeant ad requiem ordinis clericalis, de labore secularium negotiorum, ca. fornicari, 88. distinct. & Paul. ad Timoth. *Nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus*, c. 1. & per totum, ne cleric. vel monach negoc. secular. se immisceant. Sed in minoribus non transeũt ad requiem, quia possunt ad secularium redire gl. & doct. in c. literas, in fi. de tempor ordinand.

*Papa quolibet tempore ordines confert.*

11 Tamen papa quodlibet tempore ordines etiam sacros conferre potest, can. 1. de tempor. ordinan. & ibi Hostiẽ. in summa, sicut quodlibet tempore pallio vtitur. c. ad honorem, de auctorit. & vsu pallij. quia hoc est de iure positiuo, a quo est absolutus. c. proposuit, de concession. præbend. imo dicit Angel. in l. prima, C. de sentẽ. passis, Papam soleo verbo posse aliquem creare episcopum, vel prælatum, licet hoc facere non sit solitus, sed formam aliquam ipse solet seruare, vt alij eius exemplo seruent.

*Quando ante ætatẽ, & extra quatuor tẽpora possint aliqui promoueri.*

12 Item hoc concedere potest ex speciali gratia episcopo, vt ordines etiam extra quatuor tempora conferre possit: doct. in d. c. 1. & datur dispensatio per breue existenti in 22. vel circa ætatis suæ anno, etiã in diaconatus ordine constituto. vt promoueatur ad sacerdotium die dominico, vel in aliquo die festo, etiam extra tẽpora a iure statuta, de quibus supra dixi: dummodo aliud canonicum non obsistat, super quo sua antistitis eligendi conscientia oneratur in secularibus.

13 Sed cum religiosis dispensatur in vigesimoprimo anno, etiam vt ad sacros promoueantur: teste Staphile. in trac. de literis iustitiæ, fol. 194. versi. dat dispẽsatio, in rub. de rescrip. in forma breuium.

*Consuetudo promouendi ad sacros extra quatuor tẽpora nõ valet.*

14 Nec valet consuetudo, quod sacri ordines conferantur extra quatuor tẽpora. c. 2. de tempor. ordi. imo tam ordinans quam ordinat9 peccat mortaliter, qa violatores canonum a Spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt cõdemnatur. c. violatores. 25. q. 1. Florẽ. vbi supra in d. 3. parte summæ, titul. 14. c. 16. §. 16.

14 Oportet ergo vt neq; per commodũ neque per gratiam, aut quorundã supplicationibus aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis adduci. scribit Gregor. Ioanni Corinthiorum episcopo, in c. nouit. 100. dist.

*Ordinati extra quatuor tempora suspensi sunt.*

16 Et quamuis de iure quædam esset dubitatio, An ordinatus extra quatuor tẽpora esset ipso iure suspensus, in c. cum quidã, & c. literas, de tempo. ordinand. Tamẽ hodie per extrauag. Pii 2. ipso iure sunt suspensi: qui si huiusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus sic susceptis ministrare præsumpserint, irregulares eo ipso fiunt, & a soio papa absoluẽdi. c. cum quadam. c. literas, de tẽpor. ordinan. Siluester in sua summa, in verb. irregularitas. q. 10. vide tamen distinctionem in c. consultationem. de tempor. ordina. [vbi Episcopus potest dispensare, vt is, qui suscepit extra tempora ministret, dũmodo ipse non incurrit irregularitatem ministrãdo, quia tũc solus papa ab irregularitate absoluit, & sic cõciliari debent illa iura cõtraria.]

17 Et quid agendũ cũ aliquid omittitur de forma præstituta in ordinibus, scribit Florẽ. in 3. parte summæ tit. 14. c. 16. §. 5.

*Suspensus qui plures ordines vno die assumit.*

18 Item capiens vno & eodẽ die plures ordines sacros est suspensus c literas & c. dilectus. de tempor. ordinand. quatuor tamen minores poterit eodẽ die assumere, etiam cum subdiaconatu, dummodo non temerario ausu. c. 2. de eo qui furtiue ordi. recipit. [& temerario ausu facere censetur, quãdo sine examine & scientia Episcopi ad subdiaconatũ se intrusit, vt doct. ibi dicunt, & ita seruatur de consuetudine, quicquid dicant doct. ibi & in d. cap. 3. de temp. ord.]

19 Vbi dicit Card. hoc seruari: quam cõsuetudinem putarem valere, cum nõ prohibeantur, nisi sacri eodem die conferrit ergo quatuor minores, & subdiaconatus eodem die conferri, & accipi possunt ex consuetudine; & hæc de promotis extra tempora.

*Siue ante ætatem legitimam.*

## GLOSSA SECVNDA.

*Ætas legitima qua sit. in omnibus ordinibus.*

AEtas legitima est quo ad primã tonsuram septimus annus, c. fi. de tempor. ordinand. in 6. ad ordines vero minores videlicet ad Accolitatũ 12. annus, vel 13. c. in singulis. 77. distin. subdiaconus vero non poterat olim ordinari, nisi esset in 21. anno c. de his, 28. distinc. & finito 20. anno c. subdiaconus. 77. distin. nec refragatur d. c. in singulis. 77. distin. vbi in 14. anno subdiaconus fieri poterat: qa hoc in

telligitur in 14. anno poſt ſeptimũ, & ſic in 21. anno: vt gl. & doc. ibi docent.

2 Hodie ſufficit quod attingat decimũ octauum, quia minus hodie viuũt homines. clem. generalem, de ætate & qualit. nec oportet reprehenſibile dici, ſi variãtibus temporibus ſtatuta variantur humana. cap. non oportet de conſangui.

3 Itẽ olim 25. annus requirebatur, vt quis promoueretur in diaconũ. c. Epiſcopus. 77. diſt. & c. nemo. 78. diſt hodie ſuſcipere licet hunc ordinem in 20. anno. d. cle. fi. de ætate & qualit.

4 Presbyter vero olim nullo modo ordinabatur, niſi trigeſimũ ætatis ſuæ annũ impleuiſſet. cap. 1. & ſeq. 78. diſtin. & citius quem ordinari prohibeatur: quia dr 1. ad Timoth. 5. *Nemini cito manus impoſueris, neq. communices alienis peccatis.* Quid eſt manus cito imponere? niſi ante ætatis maturitatem, ante tps examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? tex. in c. quid eſt. 78 diſtin.

*Chriſtꝰ baptizatus ẽ 30 ſed quidam pphetarunt iuuenes.*

5 Dominus enim Ieſus 30. anno baptizatus eſt. & tũc prædicauit, & Ioãnes Baptiſta, Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetaſſe, vel prædicaſſe.

6 Verum quia Hieremias & Daniel intra iuuenilem ætatem ſpiritũ prophetiæ leguntur accepiſſe, Dauid quoque & Salomon in adoleſcentia reperiuntur vncti, c. presbyter. 78. diſtinct. ideo in concilio Viennen. fuit ſtatutũ, quod ſacerdos fiat, ſi 25. attingerit annum in d. clemen. fi. qđ tempore neceſſitatis etiam olim erat conceſſum in c. fin. 88. diſtin.

*Conferens ordines ante tẽpus eſt ſuſpẽſus & ordinatus*

7 Nota quod ſi ante tempus quis fuerit ordinatus, ordinandus Epiſcopus eſt ſuſpẽſus a collatione ordinum. glo. & doct. in d. cle. fin. qui tamen ſi durante ſuſpenſione celebrauerit, non efficit irregularis. Domi. in c. eos. de temp ordi. in 6. Philip. Franc. in c. 1. col. vlr. de re iudic. ibid. ſed peccat mortaliter teſte Florent. in 3. parte ſummæ. tit. 14. c. 16. §. 15.

8 Ordinatus vero ante tempus eſt ſuſpẽſus ab executione ordinis vſque ad ætatẽ legitimam. c. non eſt compos, de temporib. ordinand. & cap. dilectus. de ætate & qualitate. cap. 1. de clerico per ſaltum promo. ordinatio tamen tenet, etiam ſi puer ad ſacerdotiũ ordinaretur. Cardin. in dicta clement. fin. per gloſ. in cap. pueri. 1 quæſt. 1.

9 Collatio tamen beneficij iſti promoto ante ſeptennium nõ valet. Ioan. Andr. & Philip. Peruſ. in c. fi. de temp: ordinãd. in 6. & ſic nõ iuuatur decreto, de pacific. poſſeſſ. cum ſit inhabilis. vt ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſſ.

*collatio bñficij p motoan te ſeptẽniũ facta non valet.*

10 Imo ſi hic minor hos ordines ſacros ante 14. annos ſuſceptos ratos nõ habuerit, non obligatur, ſed poterit matrimonium contrahere, ſicut is qui hoc tempore ingreſſus eſt religionem. c. ad noſtram. & cap. ſignificatum, de regular. Calder. cõ ſi. vno tit. q. cleric. vel vouen. glo. & doct. in c vno, de clerico per ſaltum promoto. Io. Dias in practica criminal. c. 22.

*Minor ordinatus ante tempus nõ obligatur.*

11 Quid ſi minores interim celebrent? irregulares a iure nõ fiunt, tum quod a iure nõ inueniatur expreſſum c. is qui. & ibi gloſſ. de ſentent. excõmunic. in ſexto. tum quia ſunt ſuſpenſi a canone quo ad ſe tantum, & non quo ad alios: & ſuſpenſus a iure quo ad ſe, celebrans irregularis non efficitur cap. fin. de cleric. excommu. miniſtran. Philip. Peruſ. in dicto cap. 1. de re iudic. in 6. Panorm. in cap. 1. de cleric. per ſaltum promo. hodie per conſtitutionem Pij papæ. 2. efficiũtur irregulares, & beneficijs priuari poſſunt.

*Minor ante tẽpus celebrans irregularis eſt.*

12 Intellige cum iſti ante tempus ad ſacros ordines, pmoti fuerint, ſecus ad alios ordines: vt per text. huius regul. conſtat, qui tantum de ſacris ordinibus loquitur, ibi, ad ſacros ordines, &c.

13 Vbi notandũ eſt, quod epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper ætate gloſſ. & doctor. in dicta clement. finali ſed cum ordinatis extra tempora diſpenſabat olim qdem Epiſcopus text. & ibi docto. in capit. conſultationi, de tempor. ordinand. ſed non hodie, ſed ſolus papa, aut legatus a latere ex ſpeciali ſibi data poteſtate, & in di ſpenſatione ſolet poni clauſula, quod ad annum ſit ſuſpenſus, vel ad aliud tempus prout papæ placuerit, vel legato diſpenſanti.

*Sup ata te papa ſolus di ſpenſat.*

*Aut abſque dimiſſoriis literis ad ſacros ordines ſe promoueri facientibus pro tempore.*

## GLOSSA TERTIA.

DImiſſoriæ quo ad iſtum text. dicuntur, quæ alias commendatitiæ vocãtur, quæ dantur his, qui volũt ordines ab alieno ſumere Epiſcopo. capit. 1. & c. cum nullus. de temporibus ordinand. in 6. ſcripſi

*Dimiſſoria quæ.*

pſi in l. dimiſſoriæ. ff. de verb. ſignif. & ſuperius, in 1. part. de his abunde ſcripſi. [in tit. de literis dimiſſor.]

*Promoti ſine dimiſſoriis ſuſpēſi ſūt*

Nam ab alieno Epiſcopo promoti ſine dimiſſoriis iſtis ad ſacros ordines ſuſpēſi ſunt ab ordinum executione quo ad ſe non quo ad alios: quod ſi interim in eiſdē ordinibus ſic ſuſceptis miniſtrarēt, nō incurrebāt irregularitatē de iure. Io. Andr. in c. quod translatus, de temp. ordinand. gloſſ. & Domi. in c. eos. illo tit. in 6. hodie eo ipſo ꝙ celebrāt irregularitatem incurrunt: vt patet in cōſtitutione Papæ Pij, ergo non habet locū, ſi ſumeret alios nō ſacros, vnum enim exprimendo alterum negare videtur. capit. nonne. de præſumpt. l. cum prætor. ff. de iudic. & ſi voluiſſet intelligere de omnibus ordinibus, dixiſſet c. ad audientiam, de decimis: igitur exprimēdo de ſacris, noluit ītelligere de aliis. Nec refragatur c. 1. de temp. ordinand. in 6. ſi quidem in ſuo caſu intelligitur, vt ibi doct. notant. Quamuis in quibuſcunque ordinibus ſuſpenſionem contrahi ſcribat Silueſter in ſua ſumma, in verb. irregularitas. quæſt. 9. per d. c. 1. quod a iure non recipitur.

*Diſpenſatio a Papa poſt promotionē in vtilē fit & taxatur.*

Ideo licet olim impetraretur diſpenſatio, vt non obſtāte tali diſpenſatione poſſet uti clericali charactere, & in ſuſceptis miniſtrare, illudq; ſufficiebat: vt no. Ang. in ſua ſumma, in ver. irregularis. §. 32. hodie tamen ꝓꝓ cōſtitutionem Pij oportet exprimere, ꝙ non obſtante irregularitate incurſa celebrando, ſecum diſpenſetur, alioqui non prodeſſet diſpenſatio: quod eſt notādum, & ſolet taxari ad 7. carlinos hæc diſpenſatio; & ſi extra tempora duplicatur ut 14. carlinos ſoluere pro taxa teneretur, vt quandoq; fiebat, ſed hodie augetur potius quam diminuatur.

*Etiam voluit cōſtitutionem. pia memor. Pij Papa ſecūdi ſimiliter pradeceſſoris ſui de ſuper editā, & in cancellaria Apoſtolica libro deſcriptam, qua incipit, cū ad ſacrorum ordinum, &c pari modo obſeruari.*

## GLOSSA QVARTA.

QVia vidi pleroſque ſuper hac conſtitutione dubitare, quæ apud nos nō extat, ideo eam ad verbum duxi hic trāſcribendam; ne deinceps ſuper ea ambiguitas oriatur.

*Tenor conſtitutionis Pij Papæ II.*

PIus † Epiſcopus ſeru⁹ ſeruorū Dei ad futurā rei memoriam. Cum ex ſacrorum ordinum collatione character inuiſibilis animæ imprimatur, ſacra myſteria diſpenſetur, & ipſarum cura tribuatur animarum in eorum ſuſceptione, exceſſus graues tāto magis plectendi ſunt quanto ex illis maiora in mentibus fidelium ſcā dala generantur. Cum itaque ſicut fide dignorum relatione (non niſi moleſte) accepimus, nonnulli clerici extra tempora a iure ſtatuta, quidam ante ætatem legitimam, alioqui vero ſine dimiſſoriis literis contra ſanctiones canonicas ſe faciunt ad ſacros ordines promoueri; nos eorundem temeritatem tali caſtigatione exprimentes, vt aliis impoſterum committendi ſimilia aditus præcludatur, auctoritate Apoſtolica, hac conſtitutione perpetuo valitura ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes & ſinguli, qui abſque diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora a iure ſtatuta, ſiue ante ætatē legitimam, vel abſque dimiſſoriis literis, etiā citramontani a citramontanis, præterquā ſi in hoc vltimo caſu per cameram Apoſtolicam iuxta illius ſtylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri, a ſuorū ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint; & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in hiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant, præterea ultra alias pænas in tales gñaℓr à iure inflictas bñficijs eccleſiaſtici poſſunt iure priuari. Volum⁹ autē ꝙ pñs noſtra conſtitutio in Ro. Curia exiſtētes poſt quindecim dies, abſentes uero Italicos, poſt duos menſes, alios vero ultramontanos poſt ſex mēſes ab ipſius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apoſtolica publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominū licet hāc paginam noſtram, ſtatuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorū Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno ab incarnatione dominica milleſimo quadringenteſimo ſexageſimoquinto, decimo Calendas Decembris Pontificatus noſti anno quarto.

*Ordines p rperā ſuſcipiēs eſt perpetuo ſuſpenſus.*

3 Et ſic per iſtam conſtitutionem is, qui extra tempora, vel ante ætate, vel ſine diſſorijs promotus fuerit ad ſacros, ſuſpēſus eſt, donec abſolutionis beneficium à papa fuerit conſecutus, non tantum vſque ad ætatem legitimam, prout de iure, vt in c. cum quidam. & c. literas, de tempor. ordinan. & hic patet, ſed perpetuo.

4 Item ſi durante ſuſpenſione celebrauerit, ſi ſit ſacerdos vel ſi diaconus ſit, tanquam diaconus in eccleſia miniſtrauerit, aut tanquam ſubdiaconus incurrit irregularitatem, à qua ſententia non poteſt ab alio quam à papa abſolui: quāuis doct. in cap. conſultationi, de temp. ordinan. contrarium dicant.

*Omnes poſſunt regulariter ordines ſumere, exceptis ſequent.*

5 Notandum eſt in ſuper, quòd omnes regulariter poſſunt promoueri, niſi prohibeantur à iure: qui verò ſint prohibiti, refert text. in c. qui in aliquo. 51. diſtin. & in c. 1. 55. diſtinct Hoſtienſ. verò in ſumma, de temp. ordinan. §. & cui, adducit quoſdam verſus, quibus eorum breuis complectitur prohibitio. qui non poſſunt ordinari, ſub his verbis:

*Primum præcipitur, ꝙ ſit ſine crimine pſul.*
*Monogamus, ſobrius, prudens, ornatus, & hoſpes,*
*Caſta docens, & non percuſſor, non litigioſus,*
*Non concupidus, bene diſpoſitus, non neophitus ve.*
*Talis Apoſtolica, quod præſit regula iuſſit.*

*Crimina grauia ꝓhibent ordinādos*

6 Et quamuis Paul. 1. ad Timoth. ca. 3. uoluerit iſta in epiſcopo adeſſe: tñ Auguſ. & Grego. ea ad ordinandos extenderunt. c. cognoſcamus. 34. diſtin. & c. Apoſtolus. 81. diſt. primum ergo crimē prohibet ordines ſumere, quod intelligerem de graui, ut eſt hæreſis, ſimonia, homicidium, & alia crimina, ſecus ſi leuia fuerint Hoſtiē. in d. ſumma. & c. at ſi clerici §. de adulterijs vbi doct. de iudic. & in c. ex tenore, de tempor. ordinan. alioqui nullus unquam ſeu uix ordinaretur.

*Bigam⁹ ad ordines pro hibetur*

7 Monogamus id eſt unius uxoris uir. Bigamus aũt eius contrariũ, ordinari prohibetur. c. nullus Bigamus. 55. diſt. imò ſi fuerit clericus, omnibus eſt exutus priuilegijs. c. vno. de Bigamis. in 6.

*Ebri⁹ an poſsit ef ficiſacerdos.*

8 Sobrius ordinandus eſſe debet, vnde conſuetus inebriari prohibetur ordinari. c. Epiſcopus aut presbyter. 35. diſt. iuncto text. in ſumma, ibidem, vbi miniſtri templi prohibebantur uinum & ſiceram bibere, ne ebrietate grauarentur corda eorũ, ut ſenſus eorum uigeat ſemper, & tenuis ſit: aut q̃ uenter mero æſtuans facile deſpumat in libidines, ante omnia clericis uetatur ebrietas quæ omnium uitiorum fomes, ac nutrix eſt. itaq; ſeũ. quem ebriũ fuiſſe conſtiterit, ut ordo patitur, aut 30. dierum ſpacio à communione ſub mouea tur; aut corporali ſubdatur ſupplicio. c. fi. 35. diſtinct. alia proſequitur Hoſtienſ. ob id ad illum te nunc reiicio.

9 Et de his nõ rite ordinatis quis diſpẽſare poſſit? abundè diſtinguit Aegid. Bellamera in c. fi. de ordin. ab epiſcopo qui epiſcopa. renuncia. ibi uideri poteſt: & tene, quæ ſuperius dixi per iſtam conſtitutionem Pij papę II.

*Examinādi ordinandi ſunt.*

10 Sciendum eſt autem, ꝙ antequàm ali quis admittatur ad ordines oportet quòd examinetur: unde in concilio Car. ſtatutum fuit his uerbis: Nullus ordinetur clericus, niſi probatus, vel examine epiſcoporum, aut populari teſtimonio, cap. nullus. 24. diſt.

11 Et ſi quis presbyter, aut diaconus ſine aliqua examinatione ordinati ſunt, abijciantur ex clero, vt in cõcilio Martini papæ ſtatutum fuit, in c. fi. 24. diſt. ergo ignotus promotus, etiam alias re vera dignus deponendus eſt, vt d. c. fi. & ita docet Gofred. in ſumma, de temp. ordinan. §. reſtat videre. Si verò fuerit notus, & dignus, tũc nullum eſt peccatum. c de Petro. 47. diſt. c. valde, 94. diſt quia notorie doctus examinari non debet, clem. vna. de iureiur. vbi Barba no.

*Ordinā di quo ſint, eiſq; ꝙ ꝓbus examinādi.*

12 Supereſt igitur videre, quomodo ſint examinandi, ſuper quibus, & a quibus, & quando in concilio Nanaten. ita ſtatutum reperio quod habens in c. quādo. 24. diſt. Quando epiſcopus ordinationem facere diſponit, omnes, qui ad ſacrum myſteriũ accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem vocandi ſunt ad ciuitatem vna cum presbyteris, qui eos repræſentare debent: & tunc Epiſcopus a latere ſuo eligere debet ſacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros diuinæ legis, exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, inſtitutionẽ, locum, vbi educati ſunt ſi ſint bene literati, ſi inſtructi in lege Dei ante omnia diligenter inueſtigent, ſi fidẽ catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant.

13 Ipſi autem quibus cura committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti a

vero

vero deueniet, & indignum & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent: Quod si aliter fecerint, & ille, qui indigne accesserit, ab altari remouebitur: & illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, corã Deo iam condemnati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic Sabbato, qui probati sunt, Episcopo repræsentẽtur: Alias autem sine clericorum videlicet concilio, & populi testimonio nullum Episcopus ordinare præsumat.

*Examinatio ordinãdorum ad quẽ spectet.*

14 Licet quidam istam examinationem ad officium Archidiaconi spectare dicat. c. ad hæc. & c. vt nostrum, de offic. Archidiac. c. si quis. 94. dist. in Gofred. in summa de temp. ordinand. §. nunc videamus. Tamen hodie in Frãcia Archidiaconi de cõsuetudine amiserunt istud examinãdi ius vt nunc solos episcopos examinare, vel committere videamus: ideo tenentur illi, qui examinauerunt si indignus præsentetur. c. si seruus. 54. dist. nec non Episcopus tenetur c. accepimus, de ætate & qualitate. si malum examinatorem & corruptum elegit, vel ignarum, sicut & exercitor nauis de facto sui magistri. l. 1. §. magistrum. ff. ex exercit. actio. & debet episcopus eos adigere iuramento, quod iuste eos examinabunt, & fideliter, & vere sententiam dicent super his.

15 Hodie quoq; non seruatur illud scrutinium, seu examinatio, quæ fiebat secundum formam positam in c. vno, de scrutinio in ordine faciendo, sed examinans, si reperiat examinatum idoneum, illum catalogo ordinandorum inscribi mandat. & demum is suscipit ordinem, ad quem est examinatus. in prima vero tonsura parua est examinatio, in susceptione quatuor minorum est maior, in subdiaconato debet esse maxima: quia in alijs examinari postea non solet: sed quidam bursam examinant, & Giezum imitantur, [Eliæi famulum, de quo 4. reg. c. 5.

*De. protis p saltum.*

16 Interdum etiam quis per saltum ordines recipit, verbi gratia, & subdiaconatu saltat ad sacerdotium, quod accipit sine diaconatu: & tunc interdicitur ei executio ordinis, quem recipit, donec quod est omissum suppleatur, id est diaconatus collatus sit. c. solicitudo. 52. dist. & episcopus poterit cum isto ordinato dispensare, & ei conferre diaconatum, vt tunc ipse ordinatus ministrare possit per text. in c. vno. de cler. per saltum promo.

17 Quod intelligo, si non ministrauerit in ordine non suscepto: alioqui solius est papæ dispensare: quandoquidem effectus est irregularis, & incidit in pœnam clerici non ordinati ministrantis. de qua in c. 1. de clerico non ordin. ministran. Hostiens. in summa illius tit. Siluester de Prier. in sua summa, in verb. irregularitas. §. vndecimo quæritur, post Lappum allegat. 29. an dispensat. & si impetret dispensationẽ, requiritur in ea absolutio, dummodo rite se promoueri faciat.

*De promotis sine examinatione.*

18 Alij reperiuntur, qui furtiue, id est sine examinatione, & approbatione superioris se ingerunt ad ordines cum aliis approbatis: ignorãte episcopo: & tunc si hoc erat prohibitum ab episcopo ordinante sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, tunc is ordinatus non poterit in suscepto ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere sine papæ dispensatione: secus si tantum erat prohibitio sine excommunicatione. vt in c. 1. & per totũ, de eo qui furtiue ordines recepit, summa Angel. in verb. irregularis. §. 23.

19 Si tamen episcopus dicat, Non intendimus ordinare non examinatos, & non approbatos, & tunc qui se ingessit nõ erit ordinatus, ideo oportet quod iterum ordinetur, iniungendaque est illi pœnitentia, priusquam ordinetur: quia valde deliquit, se ingrediendo susceptioni ordinum ante approbationem doct. ibidem.

*De non promotis intra annũ quando priuati censeantur, & quando possint excusari.*

*Habens ecclesiã parrochialem intra annũ promoueri tenetur.*

REgula † iuris est notissima, quod qui cumque habet ecclesiam parrochialem, tenetur intra annũ promoueri: alias amittet ipso iure ecclesiam illam, & potest per non promotionem tanquam vacans impetrari, & conferri, c. licet canon. de elect. in 6. etiam ante declarationem: ueruntamen possidens non remouebitur à possessione, nisi vocatus & auditus fuerit, quia forte ius habet retinendi. c. licet Episcopus. de præbend. in 6.

*Ratio cur promoueri quis teneatur.*

2 Ratio autem huius edicti est, quia præfectus parrochiæ & parrochianis, seruire debet illis, celebrando, confitendo, & alia, quæ ad verum curatum spectant, faciendo: quod præstare non potest, nisi promoueatur, tum quia poterit officium & seruitium datur beneficium: ca. fin. de reser.

in 6. Et quia periculum est animarum ex defectu pastoris non seruientis. c. ne pro defectu, de elect. [Et si promotus fuerit, tamen non seruiat, nec celebret, non vacat ecclesia per non promotionem, sed in specta ratione sic. Ideo opus esset noua declaratione, quod promotus intra tres mēses non celebret, quod esset ipso iure priuatus, eo quod multi promouentur, & celebrare desinunt, & quo ad effectum promoti non censentur. vt scripsi in l. viuaria ff. de verb. sig. & omnes in festis saltem quatuor anni solennibus celebrare tenentur, facit c. si quis in clero. 7. q. 1. & c. si. de sentent. excomm. in 6.]

3 Adde regulam istam etiam factam esse ad cautelam, ne videlicet liberū sit alicui post receptos fructus ecclesiarum eas relinquere, & contrahere matrimonium: vt in c commissa. de elect. lib. 6. Ideoque prouidetur, vt quis teneatur intra annum promoueri, quo melius eidem rei seruiat, cui fuit præpositus.

*Vicarius perpetuus promoueri intra annum tenetur.*

4 Quæ regula præter curatos ampliatur etiam circa alios, vt primo procedat quoq; in vicariis perpetuis. clem. vna. de offic. vicar. qui licet non sint rectores ecclesiarum, sunt tamen rectores curæ animarum, & grex parrochianorum est eis commissus. arg. c. prouideas. de offi. vicar. quam obrem eis incumbit, vt gregi eisdē credito deseruiant. vt illum pascant, & verbo doctrinæ, & exemplo: c. quoniam, & c. inter cætera. de offic. ordinar.

*Prior conuentualis ēt cōmendatarius intra annum promouendus.*

5 Secundo etiam habet locum in habentibus priorates cōuentuales, aut curatos, clem. ne in agro. §. cæterum de statu monach quia prior conuentualis ratione monasterii & personarum eiusdem habet curam monasterij, & personarum tam in foro pœnitentiali, quam iudiciali, ideo promoueri tenetur, sicut aliam habens curā.

6 Intelige siue illa beneficia vel priorates habeat in titulum, siue in commendā, per d. §. cæterum, ibi collationis, seu commissionis sibi factæ: nam qui in commendam habet, non plus iuris habet quam habens in titulum, nec minor idoneitas requiritur in commendatario, quam in habente titulum. per c. nemo. de elect. in 6. & d. §. cæterum, loquitur generaliter, quā do conferuntur, aut committuntur. conferuntur in titulum, committuntur in commendam: vt in cle. vna. de suppl. neg. prel. vt abunde scripsi in tracta. de pacific. possess. in 3. amplia. num. 42. [Si tamen cura regatur per secularem vicarium, dicerem non priuari priorem: quia curatus actu non ficitur prioratus, vt inferius abundantius scribam.]

*Seculares & regulares intra annum promoueantur.*

7 Tertio habet locum tam in secularibus, quam in regularibus: vide si commendetur ecclesia parrochialis a papa cuidam regulari, tenebitur is etiam promoueri intra annum per d. c. licet canon.

8 Sic erit dicendum in seculari, cui prioratus regularis conuentualis, aut curatus est commendatus. Imo ab ordinario non posset ecclesia parrochialis commendari cuidam, nisi qui actu sacerdos existat, c. nemo. ergo si papa eidem commendet, tenebitur idem promoueri iuxta terminum iuris. Et ita fuit decisum in magna camera inquisitionum, anno 1514.

*Arretia Præpositi & decani priuentur per nō promotionem.*

9 Tamen §. cæterum, non habet locum in Præpositis, Decanis, & alijs præsidētibus canonicis regularibus: tum quod ille text. tantum loquatur de prioribus conuentualibus, & curatis. tum etiam quia est constitutio pœnalis, ergo non extenditur, per l. cum quidā §. ff. de liber. & posth. nam hoc expressisset papa, si voluisset, c. ad audientiam de Decimis.

10 Nec refragatur quod Benedictus 12. extenderit etiam ad præpositos, decanos, & alios præsidentes ecclesiis conuentualibus: vt patet in const. Bened. cap. 29. incipien. insuper, versic. nos pari ratione; hoc est verum in ecclesiis conuentualibus monachorum, quia in illis est speciatim statutum, ergo in aliis locum non habet, quæ non sunt ordinis sancti Benedicti, quibus expresse monachis illa lex est data: vt consuluit Federicus de Senis cons. 25. casus talis est, quidam, & Domi. cons. 132. casus talis.

*Promoueri an teneat q̄ non recipit fructus primi anni.*

11 Quarto extende, etiam, si habens ecclesiam parrochialē nō reciperet fructus primi anni propter deportus, quos vocāt Galli, nihilominus tenebitur promoueri, alioqui priuatus erit anno elapso per c. licet canon: tum quia grex est eidem commissus, vt ibi, & habet pacificam possessionem curæ, ac liberum exercitium animarum: ergo propter earum periculum tenebitur sic promoueri, gloss. & doct. in cap. commissa, vbi Domi & Philip. Perus. de elect. in 6. & in c. si tibi concesso, de præb. idem & Dom. cons. 125. dubia, in 3. q. versi super tertio.

12 Nam licet nil illo anno recipiat, quo seruire teneatur, tamen parare se tenetur

vt

vt eo tempore, quo fructus recipere licebit, sit idoneus ad seruiendū, & sic promoueri tenebit illo anno. Nec obstat quod per adeptionem secūdi non vacat primū, cum ex eo nil recipio; magna si quidē est rō differentiæ inter vtrunque, cum inducere vacationē primi ex quo nihil ex secūdo percipi, & sic nec illud censeor hē, primis graue esset, & perpetuū esset detrimentū. Sed q̄ tenear promoueri intra illum annum est potius honor, q̄ onus: cuius honoris si quod sit incommodū in nō percipiendo fructus primi anni, tempora neū est illud, & modicum: cuius rationem prętor nō habet. l. scio ff. de rest. in integ.

13 Adde quod c. si tibi nil de hoc vltimo dicit: sed hoc tantūm de primo, vnum vi delicet esse, vt non debeat vacare primum quamdiu nil recipis ex secundo: quia non video habere pacificam possessionem plenam, nec video renunciare beneficio primo, ex quo lucrum habeo, propter secundum, ex quo nil consequor: & huius sententiæ sunt do. de Rot. decis. 61. sufficit, in no. [sub tit. de præben. decis. 3.] & do. Gem cō. 78. formātur. col. vlti. pluribus comprobarem, nisi putarem ista sufficere. Si tamen quis retineret, sibi omnes fructus, & renunciaret parrochiali ecclesiæ, putarem eum qui nil percipit, promoueri non teneri: quia nil habet, & episcopus cum non promoueret sic, per c. episcopus. de præb. & postquam non viuit de altari, seruire non tenetur, c. cum secundum, de præb. vnde ille qui recipit fructus, tenetur sacramēta administrare, & eo mortuo tenebitur resignatarius intra annum promoueri. & ita putarem dicendum in hoc casu: secus in præcedente, in quo paruo tēpore caret fructibus hic multo, & forte ad vitam non recipiet. [Et hoc tenet glos. Monach in d. cap. si tibi concesso. quamuis gloss. contra: quia postquam alter recipit fructus, habet curæ exercitiū auctoritate papæ, ergo alter resignatarius, q. plene non dicitur illud beneficium habere, quandiu alter viuet, non tenebitur promoueri, quia cessat rō. c. cōmissa, vt retrocedere possit post fructus perceptos, quos hic non percipit. Nec debet imputari vt dicit glos. isti qui illud beneficium accepit, sicut si accepisset beneficiū, cuius nulli essent fructus ratione forte belli, quia nō est eadem ratio. Nam qui recipit beneficium cuius nulli sunt fructus, hic solus habet & titulum, & curæ exercitiū: sed quando sunt omnes fructus reseruati resignanti, hic habet curæ exercitium auctoritate papæ, ergo non debet imputari illi qui accepit titulum beneficii, cuius fructus non potest percipere: quia si non haberet alium titulum, episcopus eum non promoueret, sed teneretur illi prouidere, si eum ordinaret. per cap. si episcopus. de præbendis in 6.]

14 Animaduertendū est tamen, quod non promotus intra annum, & si postea receperit fructus, non ideo redditur inhabilis ad alia beneficia, quia pœna illa non apponitur in d. c. licet canon. verūtamen tenebitur fructus restituere, si animum promouendi non habuerit, c. commissa, de elect. in 6. do. de Rot. decis. 326 nota q̄ nō admittitur in antiq. [sub tit. de except. decis. 3.] vbi dicit cōtrarium in Cancellaria teneri: supra dixi in dispē. super defectu natali, teneri restituere postquam nō seruit. *Recipiēte fructus post annum nō promotus an sit inhabilis.*

15 Sed an is, qui nō habuit animum promouendi, possit postea conueniri ad fructuum restitutionē, & condemnari a iudice ecclesiastico: quod videtur per d. c. commissa. sed contrarium visum est Senatui, anno 1522. die 21. Nouembris pro magistro Petro du. Gar. appellante a Decano & capitulo Ambianensi, quia hoc procedit, vt ad restitutionem teneatur in conscientia. *Conueniri an possit ad fructuū restitutionem. non habens animum promouendi. Arestū.*

16 Et sic debet moneri per suum cōfessorem, non q̄ detur alicui actio: quod est notandū. Melius tamen esset fructus in hoc seculo reddere, quam ad inferos cum illis deuolui, vel a papa compositionem impetrent, seu ab illis qui indulgentiis ipsā componendi potestatem habent.

17 Quinto procedat cap. licet. etiam in capellaniis, quando quis in illarum fundatione dixisset expresse velle. cap. licet. habere locum in hac capella: vt si presbyter non fuerit promotus intra annum, q̄ sit ipso iure priuatus, & alteri etiam eo non vocato conferri possit. Ita videntur decidere Do. de Rota decis. 108. nota q̄ vbi in antiq. [sub tit. de rer. permut. decis. 1.] quia non licet a fundatione discedere. c. significatum. de præbend. clemen. quia contingit, de religios. domibus, & sic potest sustineri conclusio, quod habens capellam teneatur intrā annum promoueri, alioqui ea post annum est priuatus, intelligendo vt supra. *In capellaniis quando non promotus sit priuatus.*

18 Sexto etiam procedit, quamuis episcopus prorogasset illum annum: quia nō po- *Prorogatenen*

*nũ promotionis non põt episcopus.*

test episcopus dispensare super ætate, nec hoc tempus prorogare, c. præterea. & c. indecorũ, de ætate: nam cum Decretal. licet Canon, permittit episcopo dispensationẽ super residentia, ergo super alio prohibere videtur argumen. c. qualis, 24. distic. nõne, de præsump. Ioã. Monach. in d. c. licet, maxime quia illa Decretal. licet, est tex. cõcilij, contra quam episcopus non dispẽsat, c. cum dilectus, vbi gloss. de elect.

*Annum promotionis eius abbreuiare non potest.*

19 Septimo postquam annus datur a iure volenti promoueri, non poterit etiam episcopus illum annum abbreuiare, & monere istum curatum ad breuius tempus tapescendum, quo sacerdos fiat: nam indultum a iure beneficium nemini est auferendum, per regu. indultum, in 6. facit l. fin. §. donec; C. de iure delib. hoc expresse docet Bon. de Vital. in cle. vna, in q. 3. de offi. vic.

*Habitans in curia p annũ & nõ promotus p dit parrochialẽ qua in curia vacat.*

20 Octauo declara, quod si possidẽs hãc parrochialem ecclesiam in curia delegat absq; huiusmodi promotione facta intra annum, tunc post annum in curia vacabit & ad solum papam collatio pertinebit, c. 2. de præb. in 6.] sed episcopus post mensem conferre illum poterit &c. Ie. 3. ibidẽ Collecta. in c. ecclesia, in fi. de sortileg. & Prouincial. in tit. declaratoria super proponente, seu vouente, &c. versi. beneficiũ residentis in curia.

Nono procedit etiam si sit in seruitio archiepiscopi, vel episcopi. Nam quamuis fructus possit canonicus in absentia recipere, cap. cum dilectus. & seq. de cler. non resid. tamen promoueri tenebitur, quia huic priuilegium a iure non datur, sicut fructuum perceptio. & cap. licet canon. omnes adstringit & priuilegiatus in vno non est in alio. doct. in authen. habita. C. ne filius pro patre. Et quia priuilegium recipiendi fructus potius episcopi fauore dãtur quam canonici.

Decimo etiam nil prodesset, si ad subdiaconatum, vel ad diaconatum (licet sint ordines sacri) promotus fuerit, quia tex. in d. cap. licet canon. dicit, ad sacerdotiũ promoueatur. Et ideo vacabit parrochialis ecclesia post annũ, ac si ad aliquem ex ordinibus promotus non esset: quia non est satisfactum legi, nec extendimus pœnam, sed oportet vt in suis terminis seruetur. Id habetur in d. cap. commissa.]

*Episcopus ab hac leg. non vacãs per nõ promotionem.*

21 Nunc limitatur hæc regula, primum non habere locũ in episcopatibus; & Abbatijs: quia in his non inuenio hoc statutum fuisse quorum tamen expressa reperetur mentio gl. singula in c. 2. de præb. in 6. sed d. c. licet canon. loquitur solum de parrochialibus ecclesijs.

22 Et licet tex. in cle. ne in agro. 5. cæterum, & sequenti loquatur de prioratu conuentuali, tamẽ non loquitur de Abbatia: ideo in ea non habebit locum ille tex. tum quia odiosum est, ideo restringendum, c. statutũ, de ele. i 6. reg. odia. de reg iur. i 6.

23 Ad hæc per adeptionem beneficij incompatibilis non vacat episcopatus. c. eũ nostris, de conces. præbend. sic nec Abbatia, ob id etiam non vacabit per non promotionem: quia nec quidem hoc est expressum a iure: sed de episcopis, est tex. in c 1. & per totum, 100. dist.

24 Idem si ecclesia parrochialis erigatur in cathedralem, quia perdit nomen parrochialis: vt consuluit Domin. cons. 125. dubia, in fin. & sic nomine parrochialis non continetur, vt not. in c. cum nostris, de concessio. præb. Petrus de Perus. in tract. de mut. status ecclesia. scripsi superius in tract. vnio.

*Moneri debent episcopi & abbates vt p moueãtur.*

25 Ideo iura antiqua remanebunt in his incorrecta, videlicet c. cum in cunctis, 5. inferiora, de electio. vbi Abbatiæ ibi cõprehenduntur, teste Panorm. ibidem. vnde potest Abbas priuari, si monitus non promoueatur, [nempe in concilio Picta. sic statutum fuit, vt abbates, decani, & præpositi, qui presbyteri non sunt, presbyteri fiant, & si aliqua iusta causa prohibente presbyteri, aut diaconi esse nõ potuerint, prælationes amittant. c. 1. de æta. & qualita.] & sic etiam in episcopatibus, & Abbatijs monitio requiritur, anteqũam vacẽt per non promotionẽ: quam monitionem hic & aliis casibus hodie contemnunt archiepiscopi, & episcopi facere in suarum perniciem animarum, cum ipsi vigilare deberent supra gregem, ac vereor ne quidam circa ferarũ, vel mulierum venationem potius inuigilent, quam circum animas. Prætor Domine facias, vt videant.

26 Abbates quoque nolentes promoueri suam grauiter onerare conscientiam arbitror, in ostium aliquod afferant impedimentum, si quidem non secundum Abbatiarum institutionem officium eis iniunctum exequuntur, sed a probis quibusque munus hoc sanctum & religiosum misere precipitant: quamobrem non sine grauissima culpa tenentur ad fructuum restitutionem: quia cessat causa remitij, ergo &

fructuum lucrum, per l. quod dictũ, ff de pactis, c. cum cessante, de appellatio. & si essem in cœtilio, procurarem statui, vt ét omnes isti ipso iure post annum essent priuati per non promotionem, imo quod essent presbyteri ante adeptum episcopatum, vel abbatiam: quia hodie infantibus dantur, & si senibus concedantur, isti nolunt promoueri. [Imo licet diaconi Cardinales non teneantur promoueri, nisi ad diaconatum, ratione Cardinalatus, tamẽ si habeãt Episcopatum promoueri tenentur, sicut alij Episcopi, iustam habentes præbendam diaconalem suscipiant paro chialem ecclesiam. c. licet, & puto torqueri in inferno illos qui nunquã fuerunt promoti, & tamen decuerunt in vita cibaria sacerdotum, & papa illos debet compellere, nam hac memoria mundo quidã tales sunt ad deuorandum bona pauperum.

27 Secundo nõ procedit in ecclesiis collegiatis etiam parrochialibus, per c. statutum, de elect. in 6. nam illa qualitas addita generi facit illud transire in aliam speciem: vt docet textus in l. ius ciuile, ff. de iust. & iure. Panor. in c. bonæ, 1. not. 1. de postul. prælã. Barba. in tract. de p̃sta. Cardin. in 1. q. 1. partis, nu. 14. plene Alber. i tractatu de augmento, in 3. conclusione.

*Habens dignitatem curatã vel collegiatam nõ priuat̃ p non promotionẽ*

28 Tertio limitatur in dignitatibus etiã curatis: & sic Decanus etiam ecclesiæ curatæ non tenetur intra annum promoueri, quia c. cum in cũctis. §. inferiora, de elect. non recepit suppletionem, nisi in mere parrochialibus, ergo in aliis locum nõ habebit: & simpliciter ecclesiæ parrochialis non comprehẽdit parrochialem ecclesiam, quæ dignitas est. si quidem aliã qualitatem habet. Io. Andr. & alij in d. capitulum, per illum tex.

29 Nam postquam in c. licet canõ, fit mutatio in ecclesia parrochiali, ergo in aliis remanet, c. cum in cũctis, immutatum: vt de fine monitione nõ priuatur quis dignitatibus curatis, etiam quia in illis apponitur pœna, clemen. ut hi qui, de ætate. & sic consuluit Federic. cons. 25. casus quidam. & cons. 76. casus & c prior quidam: igitur alia pœna non erit adijcienda.

*Decani Præpositi & Archidiaconi nõ priuantur ob non promotionem.*

30 Et sic illius non promotionis pœna locum non habebit in decanatibus, præpositurís, aut Archidiaconatibus: vt docet Domi. consil. 31. quoniam, & cons. sequen. plene cõsuluit eciam prætextu nouæ constitutionis, & Roma. cons. 325. quo ad primum, q. 2. plura cõgessi in libr. meo, in d. c. statutum: ideo qui possedit præpositurã curatam in ecclesia collegiata sine promotione per annum, non tamen est priuatus nisi fuerit monitus: vt refert Boer. in decisio. Burdegalen. q. 119. quidam renunciauit, in fin. quia non est parrochialis simpliciter, de qua loquitur c. licet canon. licet æquum & bonum esset vt per concilium, vel per papam hoc statueretur: & hoc ad Dei seruitium tenderet. [Tamẽ obtinentes dignitatem, vel canonicatum in ecclesia cathedrali, vel collegiata, quandiu in sacris non sunt, non habẽt vocem in capitulo, nec nisi dimidiã partem distributionum quotidianarum. cle. vt hi qui, de ætate & qualita. addit etiam consuetudo, vt nõ sedeãt in superioribus subselliis chori: quæ consuetudo fuit per Senatum approbata contra quosdã canonicos eccles. Lochiarum, requirente procuratore regio in causa appellationis cantoris illius ecclesiæ contra quosdam canonicos, 1554. die 5. Iunij, in magna camera.]

*Vnitam parrochialem capella possidẽs non est priuat̃ si intra annũnõ promoueatur.*

31 Quarto non procedit, quando ecclesia parrochialis esset principaliter vnita præbendæ, vel alteri beneficio simplici, c. extirpandę, §. qui vero, de præb. & c. super eo, illo titul. in 6. Quidẽ eo casu beneficium vnitum assumit naturam eius, cui vnitur, p̃ c. recolentes, in fine, de statu monach. Anto. in c. 1. ne sede vacan. glo. & doctor. in d. cap. licet canon: tum quia principale tunc attenditur, non accessorium, quod sequi naturam principalis cõuenit, l. cum principalis, ff. de regul. iur. scripsi in trac. de vnio supra, secus si æque principaliter: vt docet Nicolaus Milius in verb. curatum, in vlt.

*Curam obtinẽs fori contentiosi nõ comprehẽditur in c. licet canon.*

32 Quinto idem si nõ habeat curam fori pœnitentialis, sed tantũ fori contentiosi, Cardinal. in clemẽt. vna, q. 20 de offic. vicarior. vbi dicit, quod Archidiaconus habet curã fori contentiosi, capitulo primo, & finali, de officio Archidiaco. & tñ non tenetur fieri sacerdos intra annum, sed sufficit q̃ fiat diaconus, c. cum in cunctis, §. inferiora de elect. quamobrẽ sine monitione non priuaretur: qa d. c. licet canon, loquit in ecclesia parrochiali simpliciter nõ in quocũq; beneficio curato.

33 Et superius in declaratio. bullæ & signaturæ retuli differentiam inter ista: nam parrochialis ecclesia dicitur, quę parrochiam habet, & territorium ad eius curam deputatum: vt docet Panor. in c. extirpãde, de p̃b. & Nico. Milius in verb. ecclesia,

ecclesia parrochialis, & scripsi ī verb. parrochiales, in §. statuim⁹, 2. de coll. in Cōcor.

*Beneficiarius non habēs parrochianos promoueri an teneatur.*

34 Sexto quādo nulli sūt parrochiani, forte propter bellum, vel alias, gl. & doct. in d. c. licet canon. Nam clericos hmōi habere beneficium sancimus, qui ad sacrosanctas ecclesias, vel ad monasteria permanent non diuagantes, neq; circa ministeria diuina desides, cum propter hoc beneficiū eius indulgemus, l. generaliter, C. de sacr. eccle. c generaliter, 16. q. 1. facit l. 2. ibi, in actu positi, vt dign. ordo seruet. libi 12. & cessante causa cessat effectus, l. qd dictum, ff de pactis, c. cum cessante, de appellat. & Io. de Selua in tract. de benefi. in 3 parte. q. 42. Io. Staphil. in tract. de literis gratiæ, in 2. parte, fol. 46. quia si non habeat curam actu, cessat ratio d. c. licet canon: vt scribunt Anch. & alii per illum tex. in cle. vna, colu. 1 de offi. vica.

*Monendus curatus reuersis parrochianis.*

35 Sed si reuertantur parrochiani, tenebitur is promoueri ab eo die, quo reuertuntur, si quidem incipit actu parrochialis esse: uerūtamē erit tutius, vt quod ipsi parrochiani moneant curatū, vt eis seruire teneatur, ne ignorantiam vltam prætendere valeat: de quo inferius dicetur.

36 Eum aūt verum esse curatum docet Staphil. in trac. de lit. gra. tit. de qualitate & statu benef. vers. patet igitur, qui certum habet territorium limitatum, & q̄ ipse curam exerceat per se non per vicarium perpetuum, & q̄ iste sic institutus: Ego vidi præceptū fieri ab episcopo, seu eius officiali isti curato, statim reuersis parrochianis ad instantiā illorum, vt residere haberet, & promoueri intra tempus iuris, alioqui episcopus prouideret.

*Curat⁹ in fine anni pōt ecclesiā permutare.*

37 Septimo curatus poterit ecclesiam suā permutare cū alio beneficio in fine anni, c. cōmissa, de elec. in 6. cū ea ante finem anni priuatus non sit, vt ibi df: & sic tenet Do. de Rot. deci 187. in antiq. [sub tit. de præben. decis. 38.] licet contrarium alibi dicatur fuisse iudicatū in Rot. decis. 355. nota quod non promotus. [in antiq. sub tit. de rerum permuta. decis. 6.]

38 Sed primæ sententiæ adhæret Aufre. deci. 47. dicens esse communem & veriorem: quia suum est beneficium ante finem anni, ergo potest illud permutare ēt decies; vt firmat Oldra. in cons. 203. factū tale, per illum tex. in c. cōmissa, & Aegid. Bella. decis. 178. non ꝓmotus, ac Rochus in trac. iuris patro. in verb. honorificum, q. 3 n. [sub titu. de rer. permuta decis. 1. &

in omnibus temporalibus actionibus, nisi nouissimus totus dies impleatur, nō finit obligōnem l. in oibus. 1. ff. de actio. & obli, sic nec priuatur q̄s ante vltimi diei lapsū.

39 Et is cum quo permutatur tenebitur, intra alium annum etiam promoueri, alias priuatus erit. de Rot. decis. 108, nota quod ubi, in antiq.

40 Nam quilibet habens parrochialem intra annum promoueri tenetur, siue sit primus, siue post eū alius, siue causam permutationis hēat, siue ex alia prouisione.

*Lite durante curatus ꝑ moueri non tenetur.*

41 Octauo limitatur, quādo litigiosa esset ecclesia parrochialis: nam computatur hic annus à die commissi regiminis & pacificæ possessionis, per tex. in c. commissa, de elect. in 6, vel a die, quo potuit esse pacificus: vt ibi, & cilicet 2. de præb. in 6. Aegid. Bellamera. decis. 152. ꝓpa, & decis. 83. super hoc. vbi dicit hoc probandū a non promoto, videlicet litem habuisse, vel habere, alioqui securus non erit, teste Domi. cons. 82. Bonifacius. col. 3.

*Fingens vel procurās lītē ꝑ priuatus.*

42 Cuius prætextu vidi multas impetrari parrochiales, quia possidēs lites sibi fingebat, sed ante Deū, cui omnia sunt aperta, iste qui fingit litem, satis est priuatus, nec aliquem habet titulum: ideoque recipiendo fructus est prædo, & fur, & falsarius q̄ falso nomen curati sibi vendicat, & ascribit, cum non sit: quamobrem tenebitur ad restitutionem fructuum, vt quos ex re non sua (cum sit priuatus) accipit, & mala fide. alioqui non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, per reg. peccatum, de regu. iur. in 6. & hic in inferno perpetuo, nisi resipiscat, cruciabitur. [Facit tex. in c. cum hi. S. si cum lis. ibi ne circumuehiatur oratio, fingi enim lites poterunt, vt transactio etiam citra prætoris auctoritatem fiat ff. de transa.]

*Episcop⁹ fauore studij dispēsat in fine anni.*

43 Præterea cum quis habeat ius in dicto beneficio, donec sit annus elapsus, nec antea priuatus intelligatur: ideo in fine anni papa uel ordinarius fauore studii dispensare poterit, cū volente studere, ne uacet interim beneficium, per d. c. commissa, & c. cum ex eo, de elec. in 6. dūmodo hic fuerit promotus ad subdiaconatū ante annum, ut ibi, & docet Oldr. d. cōs. 203. & de Rota decis. 187. nota quod tenens, [in antiq. sub tit. de præb. decis. 38.

*Forma dispēsat episcopi.*

Vnde vide episcopi dispensationem sic cōcepram, Ioannes &c. Petro &c. non teneris ad diaconatus uel sacerdotii ordines promoueri hinc ad septennium, dummodo

do illo tẽpore durante, in aliqua vniuersitate approbata resideas & literarum studio insistas, & intra annum ad subdiaconatus ordinem promotus fueris, tecum de gratia speciali dispensamus: prouiso q̃ tua ecclesia nullum in spiritualibus & temporalibus patiatur detrimentum. Actum &c. Dicitur, Resideas, & studio insistas, quia nõ sufficit in studio esse, nisi quis studeat. l. si quis autem, & ibi Alex. ff. de ac qui. possess. glos. in ꝓœmio 6. lib. Bar. in l. si quis Titio. ff. ex quib. caus. ma. Dixi in scholastico priuileg 29. & seq. ar. 31. & seq. vbi multa scripsi de hac scholasticorum residentia, & quando excusentur.]

44 Et hæc est communis opinio & vera, teste Aufrer. in decis. Tholosa. q. 471. vide Aegidium Bellamera. decis. 154. vtrũ, & decis. 735. si impetrans, & Roma. cõs. 325. quoad primum, in 3. q. & si possides istam ecclesiam parrochialem motiatur vltima die anni, vacabit beneficium per mortem illius, cum adhuc non sit priuatus. d. c. commissa. Paul. Paris. cons. 119. super hoc in fi. vol. 4.

*Promoueri in Francia tenetur quis in secundo anno pacifi. possessionis.*

45 Notãdum est, quod postquam annus ille computatur a die pacificæ possessionis adeptæ: & in hoc regno pacificam possessionem quis non dicitur habere ante annum, ob id post annum pacificæ possessionis alterum habet annum ad promouendũ, ne si ꝓmoueretur in primo anno, & postea in fine anni ei beneficium euinceretur, esset presbyter sine beneficio, & mendicare cogeretur in opprobrium totius cleri. c. diaconi. 5. in 93. distinct. qd̃ ne cõtingeret, iura prouiderunt, ne quis ordinetur sine beneficio, vel patrimonio, capitul. postulasti, de rescrip. c. episcopus. & cap. cum secundum. de præbend.

46 Et si episcopus sciuisset istum non habere beneficium, haud quaquã eum promouisset: ideo quia irrita non potest esse de iure nouo ordinario d. c. cum secundũ. melius erit, q̃ non promoueatur, quam si postea nudus remaneret. Ita declarauit Senatus Paris. in camera (vt dicunt) Domanij. anno 1547. in mense Februario, ꝓ magistro Petro de la Berniere, contra Chastin. Relatore Do. Sanucerio Consiliario eiusdem curiæ: per quod declarãtur iura canonica, maxime d. c. commissa, vbi gl. valde titubat. quamobrem nota istam declarationem apprime vtilem, & hodie communẽ in dicta curia.

*Arestũ.*

47 Nono limitatur cũ iusto impedimento detentus non potuit promoueri: cap. cõmissa, & clem. ne in agro, §. cæterum, de statu monach. glo. in verb. priuatus, c. licet canõ, vtpote si valetudine aduersa, vel alio iusto impedimento quis effectus fuerit, non erit priuatus: & sufficit isti valetudinem hanc probare, licet speciem in firmitatis non probauerit: vt Do. de Rota asserunt in decis. Fastol. causa 11. & quod dicatur iustum impedimentum, scripsi in glo. impedimento, §. 1. de coll. in Concorda. & in tract. de exoniis, in ord. Reg. in 3. tomo. commenta.

*Iustum impedimẽtũ excusat nõ promotũ*

48 Et an sufficiat probare impedimentũ si in fine anni superuenerit, Aegid. Bellamera decision. 83. super hoc negatiue concludit, si non poterat intra illud tempus promoueri: sed contrarium dicerem: nam poterat illud beneficiũ resignare, vel permutare, seu dispensationem habere de nõ promouendo id temporis uel breue impetrare, vt vno die promoueretur: ideo impedimentum etiam in fine anni superueniens excusat à non promouendo: & finito impedimento ẽm eũ annus dabitur integer, vel tm̃ saltem temporis, quantũ restabat tempore impedimenti, per no. in c. cum ex eo, de elect. in 6. & per c. si electio, de elect. ibidem, cle. vna, de integ. rest.

*Impedimentum in fine anni euẽniens an excusẽt.*

49 Ideo priusquam amoueatur possessio, debet citari possessor, vt cognoscatur, an fuerit iusto, seu legitimo detentus impedimento, c. licet 2. de præb. in 6. glos. in c. commissa, de elect. ibidem: & hæc est communis opinio doct. ibi & debet citari principalis & non procurator vt dicũt Do. de Rota, decisi 750. sciendum, in antiq. [sub tit. de senten. & re iudica. decis. 22. ] & opus est quod citatio ad istam declarationem faciendam perueniat ad notitiã possessoris: vt firmant Do. de Rot. decis. 771. dic quod si opponatur, in antiq [sub titu. de dolo & contu. decis. 21.] & Aegid Bella. decis. 176. auditor.

50 Hodie post annum in Francia conferunt ordinarii, & facta ab illis collatione vel prouisione a papa, impetrãtur literæ in causa nouitatis directæ iudici Regio, coram quo impetrãs dicit se canonice beneficium assecutum, & esse in possessione beneficii, quod vacauit per non promotionem talis &c. nisi impedimentum probet aduersarius vel promotionem, aut dispensationem, a diudicabitur impetranti possessio, saltem per recredentiam. & sic seruatur in forensi iudicio.

*Praxis Francia in prouiso ꝓ noa promotione alterius*

Sed

51 Sed ante adiudicationem vno finito termino, dari poterit alius ad probandum dictum impedimentum, quia de graui agitur præiudicio: vt decidit Aegid. decis. 177 in casu. & vide eum decis. 180. si priuatus. & ista causa regetur legibus & statutis illius curiæ coram quo agitatur: vt no. in c. 1. de spon.

*Nesciës se habere curã an priuetur & nõ promotionem.*

52 Decimo si pater vel patruus, aut alius retinuerit bullas sui filij, vel nepotis, aut alterius, non procederet priuatio: nam hoc casu cũ filius, vel alius ignoret se curatũ esse, non currit ei tempus, nec priuatur, nisi a die quo scit, cum dicatur id iustum esse impedimentum. Em Dom. in c. commissa, lo. de Selua in tract. de benefi. in 3. par. q. 3. in fi. quia non est negligentia, vbi non est scientia, c. 2. & c. quia, de concess. præb.

53 Sed peccat is, qui sic retinet bullas & non facit certiorem eum, cui beneficium acquisiuit: nam quilibet acquirere potest alteri, sed non acquisitis priuare sine facto domini l. id quod nostrum est. ff. de regul. iuris.

54 Sed in hoc fraus esse posset: quia pater semper posset retinere bullas filij sui, & sic quilibet posset excusari, & hic pater rapax deuoraret bona ecclesiæ: & sic spoliarentur beneficia & bonis & seruitio. Ideo dicerem fauore ecclesiæ quod hic nõ promotus est priuatus, & imputetur el, qui acquisiuit illi puero beneficium, nec pro eo non impetrauit dispensationem, vel tempore debito eum promoueri non curauit: nam summa ratio est, quæ facit pro ecclesia, l. sunt personæ, ff. de relig. alioqui quilibet excusaret se, dicens se ignorasse habere curatum beneficium: & nunquam daretur vacatio per non promotionẽ, quod esset valde absurdum, & puto quod si papa hodie interrogaretur sic statueret.

55 Vndecimo minor dispensatus ad obtinendum parrochialem, nõ tenebitur promoueri intra annum, nec priuatus erit ex defectu promotionis, per text. iunctã glo. in c. quia in tñ. de præbend. vbi Panor. dicit quod minor dispensatus ad ecclesiam parrochialẽ, censetur dispensatus de non promouendo, q. est accessorium. Idẽ tenet Fel. in c. postulasti, de rescript. & Ioan de Selua in tract. de benefic. in 3. par. q. 52. & superius scripsi iter dispẽsationis effect?.

56 Sed nisi in decimooctauo anno ad subdiaconatum, in vigesimo ad diaconatum promotus fuerit, vacabit beneficium per non promotionem, teste Ancharano con-



silio 193. vltra alia.

57 Contrarium tamen fuit iudicatũ Burdeg. vt refert Boer. in decis. Burdeg. quæst. 119. quidam, in fine, quia cap. licet canon, est odiosum, & sic nequaquam extendendum: & quia loquitur quando non fuit promotus ad sacerdotium, ideo non intelligetur in aliis ordinibus.

58 Alioqui dictum c. extenderemus, contra glos. in c. fi. de iure patro. & alia iura volentia priuationem non extendi ad alios casus: per §. finautem, ibi, nõ est quælibet lex tale quid dicens, in authent. de non eligend. secundo nub. collation. prima. & hæc vltima sententia videtur magis æqua: quia hic poterit promoueri ad omnes ordines in 25. anno, & ita satisfacere illi tex. qui tantum requirit promotionem ad sacerdotiũ, non ad diaconatũ, vel subdiaconatum.

*Minor non promotus ad subdiaconatũ & diaconatũ suo tpe an priuatus sit.*

59 Si tamen fuerit cum aliquo dispensatum, ne ad aliquem ex sacris teneatur promoueri, &c. non tenebitur promoueri in hoc tempore præstituto a iure: alioqui nihil prodesset ei dispensatio: vt supra dixi.

*Curatã ecclesiã non parrochialẽ habens promoueri non tenetur intra annum. Capellaniã obtinẽs intra annũ promoueri non tenetur.*

60 Duodecimo non procedit etiam in ecclesia curata non parrochiali, per d. c. licet canon. & abunde scripsi differentiam in forma mandat. gl. cum cura, & seq. in Concor. quia istud c. licet canon, loquitur tantum in ecclesia parrochiali. & est correctorium iuris: quamobrem odiosum, ac restringendum, c. statutum, de elect. lib. 6.

61 Decimotertio limitatur in ædicula, seu Capellania, etiã ex fundatione requirente sacerdotium, quæ a papa fuit alicui collata cum dispensatione: vt nisi præuia monitione priuari non possit aliquis ex solo defectu promotionis intra annum, nã. c. licet canon, loquitur de ecclesia parrochiali, ergo non habebit locum in alio beneficio. Ideo tenet glo. in verb. residentiæ, §. ordinat. de collat. in pragma. ob id maxime, quod sit pœnale & priuans: quamobrem non erit ad alios casus trahendũ. Sic decidunt do. de Rota, decis. 520. nota q. tenens Capellaniam, in antiq. [sub tit. de pœnis decis. 3.] Et Roma. cõs. 325. quo ad primum, vbi dicit etiam eo casu nullam esse collationem ordinarij factã nõ sacerdoti.

62 Tamen si in fundatione diceretur expresse, quod si Capellanus non fuerit intra annum promotus, esset priuatus, vel quod habeat locum c. licet canon, tunc in vim statuti hoc c. seruabitur: vt decidit Staphil in trac. de literis gratiæ, rubr. de

uariis mod. vaca. versi. intelligo tamen. & allegat decis. Rotæ 180. nota ℣ vbi, in antiq. [sub tit. de rescript. decis. 63.] quo loco nulla huius mentio habetur: sed vide quę dixi supra in 5. amplia. & Boer. q. 223. in decis. Burdegal. & sic possunt conciliari, vt non priuetur obtinens ædiculam requirentem promotionem: nisi expresse statutis illius ecclesiæ id cautum fuerit, & dictum de hac pœna: vt supra scripsi.

*Cõmissa cura non priuatur quis nõ promotus, si nõ sit curatus.*

63 Decimoquarto nõ procedit si duo vel plures præficiãtur ad ecclesiam parrochialem, & neutri eorum sit commissa cura: tunc licet vterque confessiones audiat, baptizet, & alia quæ ad curam spectant faciat tamen in eis non habebit locum d. c. licet canon: quia sicut vna sponsa duos nõ potest, aut plures habere sponsos, c. 1. de sponsa. duorum, sic nec ecclesia duos curatos, c. cum non ignores, de præb.

64 Et quemadmodum in vnaquaq; ecclesia presbyter vnicus esse debet, ita ipsa ecclesia, quę sponsa, vel vxor eius dicitur, nõ potest inter plures presbyteros diuidi, sed vnum dumtaxat habebit sacerdotem, qui eam sy ncere, & caste regat, c. sicut in vna. 21. q. 2. si cõsuluit Oldra. cons. 67. quęst. talis: alias in vna ecclesia duo essent capita quod esset monstrum, cap. quia pleriq;, de offic. ordinar. Staphil in tractat. de literis gratię, rubric. de qualita. & statu benefic. versic. requiritur & tercium.

65 Vnde si collegium committat curam duobus, neuter curam habebit, sed tantũ curię exercitium: & cura penes collegium erit, & non apud singulos, c. irrefragabili, §. excessus, de offic. ordinar. argu. l. intantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuis.

*Curam quis dicatur habere.*

66 Si vero collegium committat vnum ad tempus, etiam ille nõ erit curatus, sed vicarius temporalis, apud quem non erit cura, per not. in c. cum ex eo, de elect. in 6. gl. in extrauag. Execrabilis Ioan. 22.

67 Verum si committeret vnum, quem non posset destituere, & is ab eo susciperet literas regiminis: tunc ille haberet curam, & intra annum teneretur promoueri, iuxta cle. vnam, de offi. vicar. & Innoc. in c. si cum ignores, de præb.

68 Et tenetur collegium eligere vnum, cui animarum cura assignetur de consuetudine: & ille reddet administrationis, & villicationis rõnem: vt dicitur in Euangelio *Redde rationem villicationis*.

*Duo curati an*

69 Nõ tamẽ legatur quin plures clerici, si ecclesiæ patiantur facultates, possint esse in vna ecclesia: c. illud 7. q. 1. sed non tanquã curati: quia nõ possunt esse duo capita in vno corpore, quasi monstrum, c. qm̃, de offic. ordinar. hoc ẽt probat Staphil. in tra. cta. de literis gratiæ: rub. de qualita. & statu benefic, versi. requiritur & tertium. nisi factę essent duæ parrochiæ, & partita cura de papæ authoritate.

*in vna ecclesia esse possint.*

70 Decimoquinto limitatur, cum nõ apparet ecclesiam esse parrochialem: quia de his quæ non sunt, & non apparent, idẽ est iudicium. l. duo sunt Titii. ff. de testamẽ. tutel. vnde si parrochialis ecclesia per 40. annos fuerit possessa tanquã vnita alteri, præsumetur quod non fuerit curata: & ille qui sic eam possedit, non priuatur per non promotionẽ: quia prius oportet probare illam qualitatem: videlicet eam esse parrochialem l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. Sic consuluit Oldrad. cons. 296. de iure.

*Parrochialem esse oportes probare.*

71 Decimosexto si impetrauerit ecclesiã parrochialem, dicẽs possessorem vltra annum eam detenuisse, nec dum fuisse promotum, sufficit quod probã eum tantum dem illam detenuisse, licet non probem negatiuam illam, quòd non fuerit promotus: quippe debet ipse possessor probare se esse promotum: negantis enim non est probare. l. actor. C. de proba. c. quoniam, illo titu. decidit Aegid. Bellamera, decis. 415 si impetrauit, qui allegat c. ex parte, de rescript.

*Negans promotũ non probat.*

72 Decimoseptimo si quis non fuerit intra annum promotus, statim priuatus est beneficio. d. cap. licet canon. ob id quamuis postea fuerit promotus, non potest illud beneficium retinere sine noua collatione, imo semper impetrari potest, vt vacans. docto. in cap. cum venerabilis, de excepti. ideo qui sentit se non esse promotũ, debet hoc papæ narrare, & petere sibi de nouo conferri, alioqui recipiendo fructus furtum committit, vtpote ex re non sua fructus recipiens, & doct. in cap. fin. de rescript. in 6.

*Promotus post annũ nõ pot parrochialẽ ecclesiã retinere*

73 Sed vix obtinere poterit nouam collationem sine compositione fructuũ, nec potest hic iuuari decreto, de pacificis possessoribus, quantocunque tempore possederit, cum absq; titulo possideat: & decretum requirit verum, aut coloratum titulũ vt abunde scripsi in tract. de pacific. possessor. in prima limita.

74 Decimooctauo ecclesiæ fundatæ ad commoditatem subditorum longe commoran-

*Possidens et-*

*eleſiam quã ſuccurſum vocant, non eſt ea priuatus, ſi nõ fuerit intra annum promotus.*

morantium, licet parrochianos habeant, non sũt tamẽ parrochiales eccleſię, videlicet ad hoc, vt eas obtinens (niſi promotus fuerit intra annum) priuatus ſit illis, per d.cap. licet canon, quia ſimplex eſt beneficium, & cauſſa ſuccurſus factum, ideo in hac patria ſuccurſum vocãt: de quibus Decius in cap. ex parte quinta, de reſcrip. allegat Panor. in c. recolentes. in fi. d e ſtatu monach.

75 Item qui iſtum habet ſuccurſum, audire poteſt iura ciuilia, ſi presbyter nõ ſit, licet parrochialẽ obtinens eccleſiam matricem non poſſit ea audire. c. fi. ne cleric. vel monach. iuncto c. 1 illo tit. in 6.

76 Præterea per adeptionem iſtius eccleſiæ & ſuccurſus non vacat primum beneficium curatum, ſi quidem iſta beneficia cõpatibilia vñr, teſte Lappo alleg. 116. teſtator iuſſit, alias incipit Philippus, in fin. vi de quæ ſcripſi ſupra in ti. de erectio. in parroch. & iſta pendere dicitur ab altera principali: vt docet Archi. in ſum. 21. q. 1.

*Lite durãte an reſcripti ſi neutri, bñficium, qđ proſequitur quis poſſit impetrare.*

77 Decimonono ſi poſt annum quis impetrauerit beneficium non promoti, demum lite cum eo durante, ipſe illud impetrauerit per reſcriptum ſi neutri, vel ſi nulli, dicunt aliqui non valere hanc vltimam impetrationem: nã cum neutri ius cõpetere aſſerit ergo nec ſibi: male igitur ipſe recipit fructus, & perperam litigat ſuper dicto beneficio, videturque inhabilis.

78 Sed reſpon. valere: quia dum dicit ius non competere, intelligi debet de tertio, non de ipſo impetrante: & ſi conditionaliter dixerit, ſi neutri ius competat, quod perit ſibi prouideri, adhuc etiam hoc fieri poterit: & valebit etiam nouiſſima impetratio, per ea quę ſuperius abunde ſcripſi in tract. ſi neutri.

*Per papę prouiſionẽ fieri ceſſeturvacationis declaratio.*

79 Vigeſimo ſi papa mandat conferri Titio beneficium vacans per non promotionem Sempronij, hoc ipſo cenſetur declarare Sempronium priuatum eſſe illo beneficio: nec requiritur alia declaratio: vt conſuluit Anchar. conſ. 293. vltra alia refert Philippus Probus in additio. ad Ioã. Monach. in c. volentes. de priuileg. libr. 6.

80 Et licet de iure in caſibus ipſo iure priuantibus requiritur ſententia declaratoria: vt in c. cum ſm, de hæretic. in 6. tamen in hoc regno ſine declaratione impetratur beneficiũ, & demum agitur poſſeſſorio: vt ſupra dictum fuit.

[Vigeſimoprimo non priuatur is, qui non poteſt promoueri, vtpote ſi quis homicidium commiſerit, cui eſt prohibitũ a iure, vt non celebret & ne promoueatur. ca. tua c quæris. de æta. & c. Henricus. de cleric. pugnan. in duel. Bonifac. in cle. ne in agro. §. cæterum. in fi. de ſtatu monach. Quid ſi hic homicidia rehabilitatus fuerit, non tamen ad omnia, ſed citra altaris miniſterium, an ſi non promoueatur, ſit priuatus? quod videtur, quia reſtitutio concedit quod ademit priuatio. ca. qđ ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. l. 3. §. ſi in metallum. de muner. & honor.

Contrarium putarem, quia gratia non inducit neceſſitatem. l. ſæpe. ff. de offi. proconſul. nẽpe ſi concedatur minori, vt poſſit ante tempus promoueri, ſi non promoueatur, non eſt priuatus, quia poteſt, non inducit neceſſitatem l. Gallus. ubi Bart. ff. de liber. & poſth. & non quicquid poteſtati iudicis pmittitur, ſubiicitur eius neceſſitati. l. non quicquid, ff. de iud. l. 1. C. quomod. & quan. iudex. & quod ad gratiã indultum eſt, non inducit neceſſitatem. l. legata. ff. de leg. 1. Imo in l. talem. in fi. ff. de hæred. inſti. quod eſt verum ſi non fuerit ad omnia reſtitutus, alias cõtra per d. l. 3 quia eo caſu res ad primam redit naturam. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pactis.]

*Priuato an poſſit iterũ beneficiũ cõferri.*

81 Vltimo ei qui priuatus eſt per nõ promotionem, non poteſt iterum beneficium illud conferri, ne priuatio reddatur eluſoria, & ſit verbis lex impoſita, & non rebus. c. commiſſa. de elect. in 6. clem. ne in agro, §. cæterum. de ſtatu monach.

82 Quod eſt verum ab ordinario: ſed a papa poterit eidem conferri, facta priuationis illius mentione, quia eſt ſupra ius, c propoſuit. de conceſſ. præb. nec tenetur iure. c. 1. de conſtit. in 6. c. nemo, cum glo. de elect. lib. 6.

83 Priuato quoq. propter delictum conferri poteſt beneficium a papa, facta priuationis illius mentione. ca. ad aures. vbi Panor. in fi. de pœnis, & doct. in c. cum inter, de renunc. alias non valeret prouiſio. l. ſi aliquid C. de ſuſceptor. li. 10. vide Fel. in c. fraternitatis. de hære. & quamuis his in caſibus priuatus non ſit non pro motus intra annũ: tamẽ ſi ceſſante impedimento non promotus fuerit & tenuerit beneficium ẽt ſimplex in conſciẽtia tenetur ad reſtõnem fructuũ: quia non ſeruit beneficio: & alius promoueretur, & ſeruiret, c. fi. de reſcri in 6. alioqui nulli eſſent presbyteri, niſi obtinerẽt eccleſias parrochiales: & in fundatione veriſimile eſt, quod fundato-

datores hoc voluerint: nec intentio eorũ fuit dare cuidam non sacerdoti, & qui sacerdotio non fungeretur: vt alibi dixi.

84 Alia multa possem hic cõgerere, quæ forte lectorem deterrerẽt ab horũ lectione: iõ cum his finem dicẽdi faciã, gratias Deo optimo maximo agens immensas.

*Dispensatio de non residendo.*

*Moneri beneficiarius põt vt residеat.*

COnseruantur † nobis etiam beneficia per dispensationem non residendo, potest enim ordinarius monere beneficiarium non residentem, vt resideat, qui nisi monitionibus obtemperet, priuari potest. c. ex tuæ. & sequent. de clericis non residentibus nisi per dispensationẽ sibi prouideat. Siquidem Deus Opti. max. elegit sibi tribum Leui, vt ipsi seruiret, maxime circa arcam Domi. cui beneficia id est decimas, & alia bona spiritualia dedit, Nũ. 18. & scripsi in tract. de decimis. q. 1 Bona vero temporalia idem dominus tempora libus viris, id est laicis, & aliis tribubus assignauit.

*Beneficia ꝑ spirituali seruitio sunt instituta, feuda ꝑ tpali.*

2 Et sic pro seruitio spirituali institutum est beneficium. c. fi. de rescr. in 6. c. concessa. 12. q. 2. gloss. in cap. fin. de offic. vicar. c. fin. 1. q. 2. & pro temporali seruitio constituta sunt scuda. c. vno. de forma fidelit. & in tit seq. ibidem, necnon officia temporalia. l. penul. C. de testam. milit. l. penul. de domesticis & protect. lib. 12. & nullus per substitutũ seruire potest. l. nullus qui nexu. C. de decurio. 10. sic est in stylo parlam. lib. 3. rub. de residentib. officia. regio. & superius dixi in 1. par. tit. quare instituta sunt beneficia.

*Prælati maxime residere tenẽtur.*

3 Vnde sequitur prælatos maxime teneri residere, vt docet Hieron. in Leuitico, his verbis, Si quis vult pontifex esse, non tã vocabulo q̃ merito imitetur Moysem, imitetur & Aaron: quid. n. dicitur de eis? q̃ non discedũt de tabernaculo domini: Erat ergo Moyses indesinẽter in tabernaculo domini. Quid autem ei opus erat, vt aut a Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret?

*Officiũ prælati & sacerdotis vt discat et doceat.*

4 Hæc duo sunt Pontificis opera: vt a Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando, aut populum doceat: sed illa doceat, quæ a Deo ipse dedicerat, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ spiritussanctus docet. Est. & aliud opus, quod facit Moyses, ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos, sed quid facit? orat, & donec orat vincit populus eius: si relaxauerit, & dimiserit manus populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo sacerdos ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus, q̃ sub ipso est, hostes inuisibiles qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie uiuere in Christo c. fi. 36. dist.

*Episcopꝰ curã sæculariũ negotiorũ assũere nõ debent.*

5 Sed quidam ex nostris prælatis terrue runt nos, qui in vita populũ ipsis commissum non vi sunt, nec quidẽ instruũt. Quid ergo faciũt? curas secularium principiũ, & aliorum, cum terreni sint, assumunt, cõtra statuta cõcilii Carthag. quo sic fuit statutum. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed electioni & orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacet. c. Episcopus. 2. in 88. dist. vbi etiam dicitur, Episcopus aut sacerdos nequaquã sæculi curas assumant, sin aliter deiiciantur: alii curias sequuntur.

6 Sed audi quid scribat Ambrosius Ad palatium Imperatoris irem libẽter, si hoc congrueret sacerdotis officio. c. cõuenior. 23. q. 8. Sed væ illis mũdo deditis, quia domus eorum infernus erit, nisi resipiscant.

*Beneficiatꝰ residere tenẽtur in suo beneficio.*

7 Tenetur ergo beneficiatus, si debitũ velit officium exequi, residere in suo beneficio: nam quodlibet beneficium secundum doct. residentiã exigit. c. quia nonnulli, de cleric. non residen. text. in ca. præterea. de præben. dicit singula officia & beneficia assiduitatem exigunt personarum cap. fi. nde cleric. non residen. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 4. par. q. 10. & talis persona beneficio quæratur quæ residere in loco, & curam eius per seipsam valeat exercere. d. c. quia nonnulli, de cleri. non residеnt.

*Simplicia de cõsuetudine non exigunt residentiam.*

8 Tamẽ de generali cõsuetudine mundi beneficia simplicia non exigunt residentiã: vt scribit Alex. in cons. 1. 7. vol. & Fel. in c. dilectus. 2. col. 1. de rescrip. vide plene Nicol. Milium in repertorio, in verb. beneficium q. 32. versi. beneficium curatum vel non, &c. Nam postq̃ beneficiarius recipit temporalia beneficii, dignum quoque est, vt seminet spiritualia. ca. cum ex officii de præscr. Sed hodie ad seruiendũ Deo sumus tãquã testudines, & cãcri: nã pigre accedimus, & velut cancer retrorsũ imus: vt scribit Hostien. in ca. 2. de offic. Archipresbyter.

*Peccat non residens, & fructus*

9 Itaque non residens beneficii fructibus priuari potest, & peccat mortaliter, q̃ os recipit, ne legitima subsit causa forte studii ut asserit Angel. Clauas. in sua sũma,

*non dēt recipere*

ma,in verb.clericus 7.nu. 4. sed conuerti debent in ecclesiæ vtilitatem. c.penul. de cleri.nō residen.vel nisi sit priuilegiarius. glo.& docto.in c.de cætero,illo tit.Paris. consi.32.licet regulariter,in princ.vol.4. & consi.seq.

*Distributiões quādo p dētibus accrescant.*

10 Verum glos.in cle.vt hi qui,in verb. pars dimidia,de æta & quali.refert aliud esse in distributionibus quotidianis, quæ præsentibus accrescunt, quod est verum, quando in fundatione vel statutis ecclesiæ dicitur:verbi gratia statutum dicit q̄ inter præsentes in missa distribuatur aureus:si non sint nisi duo, illi nihilominus habebunt aureum.

11 Si vero dicatur in fundatione cuilibet distribuendum esse solidū, tunc siue plures sint,siue pauciores, nihil vltra distribuetur,vt asserūt Card.& Imol.ibi, & glo.in verb.neq;,in tit.de tenen. capitula tempore missæ,in pragma.

12 Imo quoq; non residens priuari pōt beneficio post monitionem c. ex tuæ, de cleric.non residēt Panor. in c. ex parte, ibidem.de Ripa.in cap.1.in 9. notab. nu. 28.de iudic.& Ancha.consi.17.super primo.Oldrad.cōsi.195.articuli. Ioan.de Selua q.3.in 4.parte,& q.seq.decis. Neapolita.229.Sereniſſimus,nisi per dispensationem sibi consulatur.

13 Valeret tamen statutum episcopi, q̄ absentes per certum tempus siue licentia eius priuati essent, ēt sine monitione, teste Panor.in c.quoniam. §. porro, col. 4. vers.aduertendū tamē, vt lire non contesta.& Federic.consi. 109. quæstio magis, ac Oldrad.consi.181.de auctoritate. Car. consi 132.Archipresbyter, col. 3. & consi. 130.in quadā caussa hoc plene docet Hēric.Boteus in trac.de synodo epi,in3.par. artic.1.nu.148.plus addens statutum ligare omnes,qui habent in illa diœcesi beneficia,etiam si resideant alibi.

*Priuilegiarius literas de non residendo habere non debet.*

14 Verum in casibus, quibus non tenetur curatus residere nō adstringitur rescriptum seu literas habere de non residēdo, per no.in c.clericos.de offic.vicar.c.ad audientiam.de cleric.non residen.arg.c.adiicimus,16.q.1.hoc expresse decidit Cardinal.q.14.nu.25.de offic. vicar. sed potest sua auctoritate curatus,& ex causa,vicarium ad modicum tempus constituere. c. si quis in clero.7.q.1.docto.in c. cum ex eo,de elect.in 6.doct.in clem.vna.de offi. uicar.facit text.in c.fin. de offi.ordin. nisi hoc prohibeat statutum synodale, uel p. uinciale c.illud, & c.nihil.7.q.1.facit l. 1. ff.de offic.eius.Henric.Boic.in c.clericos. col.2.de offic.vicar.Henr.Boteus in trac. de synodo Episcopi in 3. parte.art. 1. nu. 279.vers.quarto infero.

15 Et tunc non valet consuetudo q̄ inferior Episcopo possit in ecclesia curata instituere vicarium ad tempus:vt consuluit Roma.consi.356.circa primum.col. 2.nu. 6.qui vicarius,ad tempus non potest dici curatus, quia pro voluntate constituentis solum exercet curam,& illius nomine.gl. in verb.impendant.in clem. dudum. § ac deinde, de sepult. probat. Domi. Gemi. consi.86.in caussa.col.1.

*Prælati pro literis de nō residendo pecuniam rē cipere non debent.*

16 Ideo si episcopi pro illis literis acciperent pecunias, simoniam committerent, per c.non satis,& seq.de simo.& hodie fere omnes eam incurrunt simoniam,quandoquidem semper accipiunt nescio, an consuetudo illos excuset.

*Vicarius temporalis adnutum reuocari potest.*

17 Et an valeat consuetudo, q̄ impeditus iuste non teneatur vicariū relinquere docet glo.& doct.in c.cum oēs,de constit. vide Anto.Butr.consi.51.in facto.

18 Et is vicarius temporalis ad nutum reuocari potest,& ad voluntatem constituētis,nisi fuerit approbatus ab Episcopo,tūc ante annum sine caussa destitui non potest: alioqui tenebitur reuocans ad damna & interesse:& ita de cōsuetudine seruatur in hoc toto fere regno,maxime in lingua occitana : quandoquidem ad tempus prohibitum,post tempus est concessum.l. non solum.§.vt probari. ff. de noui oper. nuncia.& ibi doct.nisi fuerit ad certum tēpus constitutus:quia durante illo tempore reuocari non debet instar locationis.l. qui ad certum.ff.loca.

*Facultas non residendi a papa & ab inferiore dat.*

19 Interdum conceditur hæc de non residendo facultas a papa,& aliquādo ab episcopo.c.penul.& per totum,de cleric.non residen.A papa dari potest ad biennium, quinquennium,ac in perpetuum: si iusta caussa lepræ,vel alia moueat, sed non ab alio inferiore.c.licet canon,de elect.in 6. sic consuluit Panorm. consi.98. in caussa. col.1.& seq.in 1.vol.sed solet ad septennium dari commorant bus in studio,per reg.Cancel. 54.quæ probatur in c. cū ex eo,de elect.li.6.etiam ab episcopo vt ibi.

*Curati industria est electa ideo per se tenet seruire.*

20 Seruire per se tenetur Curatus, cum electa sit industria suæ personæ : & vnius opera non est alterius opera. l.si non sortē.§.libertus.ff.de condict.indeb. & actus in quo est electa industria personæ nō potest

est p aliũ explicari. l. nemo. 2 ff de dnob. reis. c. fin. de offic. deleg. c. is cui, illo tit. in 6. & curæ animarum exercitium, & regimen est ars artium. c. cum sit ars, de ætate & qualit. nã alius a curato forte erit ignarus, vt pœnitentias pro criminis qualitate non possit imponere, vel innotescere. c. mensuram. de pœnit. dist. 1. & ibi gloss.

*In casibus a lege statutis põt quis per aliũ seruire.*

21 Insuper casus multos referunt doct. in quibus põt quis per vicariũ deseruire, in c. extirpandæ. §. qui vero de præb. quot ego putarem breuius reduci posse ad casus sequentes. Nam deseruire potest quis per vicarium in casibus a lege, statuto, vel consuetudiue permissis. Casus autem hi præstituuntur a lege, aut propter necessitatem, aut vtilitatem ecclesiæ, vel personæ.

*Excusatus a residentia lucrat fructus. Necessitas & vtilitas ecclesia excusant a residentia.*

22 Et quibus casibus excusatur quis à residendo, tructus suos facit: perinde ac si resideret. c. super specula. de magist. c. 2. de priuil. in 6. qđ declarat, pcedere in 12. casibus, quos scripsi in scholastic. priuil. 31.

23 Propter necessitatem ecclesiæ, vel vtilitatem excusatur quoque clericus a residendo, vtpote si pro negotijs ecclesiæ sit absens cõstituere vicarium potest, etiam si residere iurauerit. c. ex parte. 2. de cleric. non residen. Adde quosdam casus descriptos per gl. in l. verum. §. ex facto. in verb. deponere. ff de minor.

24 Dummodo non hoc affectauerit. §. item tria. de excus. tut. in instit. doct. in c. de cætero. de cler. non residen, facit rex. ibi Hippol. multa cumulant in l. 1. §. cum quis. ff de quæstio.

*Studens excusatur a residẽtia.*

25 Item si fuerit absens ob studium. c. cũ ex eo. de elect. in 6. debet tamen (vt asserunt doctor.) abesse cum licentia sui prælati. c. relatũ de cleric. non residen. sed de consuetudine non petitur, nec requiritur in secularibus clericis, hæc licentia: quia consuetudo valet, vt Innocen. Hostien. & alii docent. in c. inter quatuor. de clericis non residen. & ç. relatum, ibidem; vbi alletnatiue loquitur de licẽtia suorum prælatorum, vel studio literarum.

26 Nec aliquid soluere debent pro literis de non residẽdo, quippe sunt ab oĩbus exempti, vt scripsi in scholastic. priuileg. 30. nec alias cogi possunt ad residendum per prælatum: quia postquam a iure excusantur, Episcopus non est supra ius, ideo non poterit eos monere, vt resideant: quod si fecerit, abutitur, tanquam veniens contra sanctos canones. c. inter. de cler. non resid. & potest ab hac monitione appellari tanquam ab abusu ad parlamentum.

*Valetudo aduersa excusat a residentia.*

27 Ad hæc excusatur quis ob necessitatem ingruentẽ personæ, vtpote si valetudine afficiatur curatus, tunc per substitutũ deseruiet. c. ad audiẽtiam. de cleric. nõ resid. c. 2. & per totum. de cleric. ægrot & c. vno illo tit. in 6. facit l aut si ualetudine. ff. de procurator. l si cui. §. fin. ex quibus caus. maior. aut si necessario fuerit occupatus. c. ad hæc. vbi doct. de offic. Archid. ubi Episcopus occupatus plures habere potest vicarios, facit c. quoniam. de offic. ordinar.

28 Vel etiam si necessitas ideſt personæ cum hẽt plura beneficia, quippe non posset in utroq. residere. d. c. nõ põt. de præb. in 6. ob id alteri per vicarium seruiet. ca. extirpandæ. §. qui uero de præb.

*Pestis an excuset a residendo.*

29 Idem si pestis uiget in loco beneficii: ut probat plene de Ripa. in tract. de peste. in 2. par. q. 5. vers. quinto pestis excusat. allegat tex. in arg. in c. ad supplicationem. de renunc. ubi prælato licet renunciare beneficio, in quo tute morari non põt, & c. pastoralis. 7. q. 1. ubi dicitur posse fugere propter inimicitias. clem. ne in agro. §. fi. de statu monach. cum similibus.

30 Sed in hoc casu pestis, ego dicerẽ contra, nisi reperiret vicarium, qui id temporis seruiret nã in Euangelio dicitur *Mercenarium fugere lupum uenientẽ*: sed bonus pastor non fugit, sed opponit se pro muro hostibus, sicut Christus, & Apostoli, ac denique diuus ille Thomas Cantuarien. Archiepis. ut in eius, vita continetur: licet quidam insani illi sancto viro maledicant.

31 Et in tempore necessitatis, quæ maior esse põt necessitas quam pestis? ideo dicerem id tẽporis teneri seruire per se, vel per alium, etiam si mortis corporalis immineat periculum; quia melius est mortem pati, quam gregem tempore necessitatis deserere; sed potest monere parrochianos, ut confiteantur, dum sani sunt, quos, si maluerint infirmitatem expectare, per fenestram audire illos poterit, aut alias ex longinquo nec ingredi tenebitur, si ualeat infirmis surgere.

*Vocatus a Papa excusa a residẽdo.*

32 Item personæ necessitatem voco, ut si contigerit aliquem a papa euocari tũc is à Papa vocatus poterit per vicarium deseruire. c. cum dilectus. de cler. non residen. quod est verum, quando erat principaliter pro seruitio papę.

33 Secus si pro lucro suo, veluti quia est scriptor bullarum, aut procurator in palatio, tunc non excusatur, quia sui lucri gratia abest. text. in l. scrinarios, vbi Alex. & Iaſ. C. de testamen. milit. Reipublicæ enim causſa eos abesse solos intelligimus, qui non sui cõmodi causſa, sed coacti absunt. l. Reipublicæ. & l. non vere. ff. ex quibus causis maior.

*Præsentes in cõcilio generali oẽs fructus recipiunt, ẽt distributiones.*

34 Vnde declaratum fuit in concilio Cõstan. session. 19. quod beneficiati præsentes in concilio recipient omnes fructus, etiam distributiones, quæ dantur præsentibus: nam censentur præsentes, & habentur pro residentibus: vt ibi, etiam si caueretur statutis ecclesiæ cõtrarium, quibus hoc casu derogatum est.

*Absens in seruitio epi qñ lucretur fructus. Vel i seruitio legati aut archiepi*

35 Idem dicit Ange. Clauaſ. in sua summa, in verb clericus. 7 q. nu. 2. qñ quis esset in seruitio Episcopi, nisi propter ambitionem, vt posset capere beneficium aliquod, tunc. n. nõ excusaretur: quod est notandum velut quotidianum [ sed hoc casu non habebit distributiones.]

36 Excusatur etiam is, qui est in seruitio legati vel Archiepiscopi. c. ad audientiã, & c. de cętero, de cleric. non residen. ac c. cum dilectus. vbi doct. ibidem. & de Archiepiscopo intelligendum est, qñ clericos suæ diœcesis, non autem suffraganeorum recipit, arg. c. pastoralis, de offic. ord: c. vno, de foro compet. in 6.

*Duos ex canonicis epꝰ accipere potest.*

37 Restringe tamen, qꝺ episcopus vltra duos non habeat, ibi, in d. cap. ad audientiam, nisi ecclesia tot & tantis abundaret canonicis, qui possunt sufficere ad seruitium ecclesię, remotis quatuor, vel pluribus, quos Episcopus habet.

38 Vt videmus in ecclesiis regularibus seculari satis, ad quas tot confugerunt vndique irregulares apostatæ, vt laqueus cõfringeretur illorum: sic n. apostatas & irregulares appello, qui ex illo non erant monasterio, vel nisi eorum expressa fuerit habita mentio in bulla: qalias non est præsumendũ: nec iure seculares facti, sũt, ob id non possunt postea obtinere beneficia, cum sint excommunicati relinquentes habitum, & apostantes.

39 Secundo limitatur, vt procedat, cum Episcopus eos haberet pro suo seruitio, secus si eos asciuisset absq; iusta cã. ad venandum forte, vel pro voluptate ad ludẽdum. cap. inter. vbi Hostiensſ. de cler. non residen.

40 Tertio non posset Archiepiscopus ecclesiæ Tholosanæ habere canonicos ecclesiæ Parisſ. pro negotijs ecclesiæ Tholosanæ. c. cum dilectus. ibi circa nos. de cle. non residen. arg. c. si compromissarius, versic. restringitur, de elect. in 6. hoc docet Ioan. And. in c. vno. de cler. c. non residẽ. col. 2. lib. 6. in Nouel. facit l. 2. §. D. Adrianus. ff. de iure fisci.

*Eps suos canonicos excusare a residentia põt, non alienos.*

41 Quarto nec quidem habere duo permitteretur, si cultus diuinus exeo destrueretur ob paucitatẽ ministrorum. cap. pen. de cleri. non residen. vel si ecclesia remaneret destituta literatis, cantoribus, aut aliis necessarii: remanerentq; soli canonici. literati & stolidi, qui graue posseni afferre, detrimentum. & scãdalum ecclesiæ.

42 Quinto finita necessitate, vicarius desinit posse seruire, verum curatus per se deseruiet: nam cessante causſa cessare dẽt effectus. l. quod dictum. ff. de pact. ca. cum cessante, de appellat. & quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopiat. l. vna, in princi. C. de caducis toll. Iaſ. plura ad hoc congerit in l. 1. in vlt. notab. ff. de officio eius. & do. Tiraquel. in suo tract. cessante causſa.

*Necessitate cessante curatus seruire tenetur.*

43 Sexto procedit, cum illa necessitas esset causſa mediata, cur iste curatus non residet, alioqui nequaquam excusaretur, vt quia antea forte non residebat. d. ca. ad audientiam. doct. in c. 1. de cleric. ęgrotan. tex. in l. pen. §. docere. ff ne quis eum qui in ius vo. est vi eximat. facit tex. in l. socii qui. ff. pro socio, scripſi in §. 1 in glo. impedimento in fin. de colla. in concor. vbi vide quæ dixi.

44 Septimo non creditur impedito, vel occupato, nisi appareat de causſa vt plene probat Iaſ. in d. l. 1. col. 13. ff. de offic. eius veritatem enim spectamus. l. si forte. ff. de castren. pecul. & doct. in l. si donatione. C. de colla.

*Abbas duos monachos a non residendo sua vtilitatis cã excusare põt.*

45 Octauõ idem in inferiore prælato dicunt doct. per c. relatum, ibi, nisi forte de licentia suorum prælatorum, de cleric. nõ resid. vbi prælatus inferior etiam a residẽtia dispensat duos, quos secum ducit, vtpote Abbas, dummodo sit iusta causſa: vt dictum fuit.

*Sacerdotes in aliena diœcesi celebrare nõ de*

46 Nono non debeut admitti etiam ad celebrandum sacerdotes simplices in aliena diœcesi, sine licentia sui episcopi: vt dicit Panor. in c. fraternitatis, de cler. nõ residẽt. facit c. primum, & per totum. de cleric. peregri. & Ange. Clauaſ. in verbo clericus. 7. in fin. quod non seruant hodie

sa-

*bent sine literis.*

sacerdotes, nec vicarij Episcoporum, sed hoc seruare deberent, & inuenirent maxime Paris. multos apostatas.

*Religiosus in ecclesia parrochiali vicariū præficere potest.*

47 Item si religiosus obtineat parrochialem ecclesiam, poterit per vicariū deseruire, & debebit, nisi dispensatum fuerit secum per papam, quod per se deseruire valeat. c. 2. vbi gl. de sta. monach. c. 1. de capel. monac. s. ob religionē cui iam est obligatus, à qua non debet egredi, tum propter habitus diuersitatem. cle. 1. de elec.

48 Nisi religiosus propter prædicationē foret ecclesiæ valde vtilis. c. quod Dei timorem, de statu monach. cap. Doctos, & seq. 16 q. 1. Adde quæ superius scripsi in dispensation. Religios.

*Exteri⁹ vicariū in ecclesia præficere tenetur.*

49 Idem cum extraneus non valens loqui idiomatę patrię beneficium haberet ex dispensatione papæ, tunc quoque necessarium est illi vicariū præficere, qui populū instruat. c. quoniā. & c. inter cætera, de offic. ord. de his exteris plura se offerūt inferius dicenda, secundum varietatē rescriptorum, in 3. par. in rescriptis mistis.

*Peregrini pervicariū deseruiunt.*

50 Idem si cui necesse fuerit peregrinationis votum implere, durante absentia propter suæ personę necessitatem per vicarium deseruiet. c. fin. de voto. quod est verum, si votum fuerit emissum ante beneficium adeptū. sed postquā accepit qs beneficium obligatus est ad residēciam, etiam si modicum sit beneficium ca. conquerente. de cler. non residen. à qua residentia nō potest absolui etiam ex voto, sine facultate & licentia sui superioris emisso cap. sicut ex literis, de iureiur. ca. magnæ. vbi no. de voto.

*Per se deseruiens vicarium habere potest.*

51 Idem dicendum est, si quis deseruiat: tamen adhuc vt cultus augeatur diuinus vult vicarium vnum, aut plures habere, tunc hoc non denegatur eidem, quia ad laudem Dei tendit, per c. illud. & c. nihil. 7. q. 1. & no. in c. clericos. de offic. vicar. nec auctoritas prælati requiritur hoc casu, vel aliquæ regiminis literæ, cum ipse curatus per se regat.

*Vicariū præficere in succursu qs potest.*

52 Idē si parrochia sit ampla, & aliqua ecclesia, quam succursum vocant, ab illa dependeat: tunc quoque vicariū auctoritate sua alteri illarum præficere poterit. c. ad audientiā primo. de eccles. ædifican.

*Ab hoīe dispensatur a residentia*

53 Ab homine ēt dispensatio de non residendo peti solet, si forte dispensēt papa vel episcopus ex ista caussa, c. relatū. ibi vel pro alijs honestis caussis, de cler. nō resident. cap. proposuit. de filijs presby. c. cum ex eo. de elect. in 6. alioqui dispensans non est tutus Federic. cons. 266. de iure communi. & plene Ioann. de Selua in tract. benefic. in 4. par. q. 8.

*Dispēsatus a residentia sine iusta causa nō est tutus.*

54 Nec excusatur dispensatus de non residendo, nisi iustam habeat caussam periura prædicta, & per glo. in c. non est de voto. Et hoc nominatim docet Ang. Clauas. in sua summa, in verb. clericus. 7, in prin ci. idq; propter multa mala. quæ pauperibus contingunt. & ecclesiæ propter sui curati vel prælati absentiam.

55 Primo deseritur hospitalitas, quā omnino Deus nobis iniungit: vt in c. de monachis. de præb. & negliguntur pauperes, qui sunt membra Christi: vt patet in Euange.

*Mala quæ contingunt ex absētia beneficiariorum.*

56 Ecclesiæ ruinam patiuntur ex beneficiariorum absentia, cū nullus sit, qui eas reædificet. c. fundamēta. s. digne, de elect. in 6. ibi, Nunquid obduxit obliuio, quæ vrbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hactenus peregrina regimina? nūqd non hæc destructio mœniū, deformatio proueniens ex ruinis luce clarius manifestant? nunquid non hæc ipsa veneranda Dei templa præsidentis manu sacrilega diebus nostris nefarie violata proclamant? &c.

57 Cultus minuitur diuinus per mercenarios, qui non seruiunt, & quibus nulla est cura de quibus vt sacrum docet Euangelium. & tex. in c. ex par. de constit.

58 Hæreses nascuntur, & pullulant, cum pastor est absens: vt in Euangelio, *Maledictus homo seminauit zizania* cū dormiret pastor, vel absens esset.

59 Summatim omnia insurgūt mala ex absentia pastorum & prælatorum: veluti docet ipsa experientia c. quam sit, de electio. cui malo subuentum esse magnopere desiderarem.

*Dispensatus a residēdo*

60 Adde quod hic dispensatus de nō residendo nequaquam recipiet fructus beneficii, nisi concedatur hoc expresse in dispensatione, vel nisi fauores studii, sic esset dispensatus. c cum ex eo, de elect in 6. c. ex tuæ. & c. relatum de clericis non residentibus.

61 Aut si statutum vel consuetudo esset in contrarium, vel dispensatus esset super ætate, huic. n. tendere videtur dispensatio vt minor interim fructus percipiat. Ioan. Andreas in d. c. cū ex eo, in verb. iusta. & Anto. Butrig. in c. at si clerici, de adulteriis, versiculo ad quartum principale, de

iudic.facit gloss.in c.quia in tantum, de præbendis.

62 Per statutum vero permitti potest,ut quis per vicarium deseruiat; si statutũ factum sit cum caussa, & auctoritate episcopi,cap. cum omnes. de constitut. alioqui non gloss.& doct.in cap.2.de verbor.&rerum significatione.in sexto.Federic.conf. 246.de iure.

*Statutũ pōt permittere vt quis per vicarium deseruiat.*

63 Nec sufficeret ad hæc auctoritas vicarij episcopi, nisi specialem super hoc habeat potestatem,teste Federic.consi.264. si canonici. & superius scripsi in materia vicariorum episcopi.

64 Nisi præfata statuta fuissent introducta a capitulo sede vacante:quia tunc omnis iurisdictio penes capitulum erat deuoluta,& ita perinde valebunt,ac si ab ipso episcopo edita essent.c.ne sede vacan. Federic.de Senii consil.16 capitulum,& ecclesiæ, & superius dixi in tract. deuolutionum.

65 Interdum id consuetudine videmus indulgeri,veluti qa forte Canonici sunt pauperes,vt non possint commode viuere ex fructibus præbendæ:tunc potest introducere consuetudo, quod recipiant ali quid describendo per vicarium: vel si alias ex iusta caussa fuerit inducta consuetudo,c. cum omnes,de constitut.c.ad audientiam,de cleric.non residen. Ioan. de Selua in tractat.de benefic. in 4. parte, q. 6.Panor.& alij in d.cto cap extirpandæ, §.qui vero,de præb.

*Consuetudo qñ absentẽ excusare possit.*

66 Non tamen valet consuetudo de non residendo in curatis, cum hæc nimis sit ecclesiis, & animabus damnosa:c.licet canon,de elect.in 6.gl.in §.nam ecclesiarũ, in verb.resident,in procemio pragma.sanctio.sic docet Feli.in d.c.cum omnes, col. 16.refert & sequitur de Ripa in lib. responsi.de legib.c. 14.ex impensis, in octauo dubio, & in c.cum M. nu.41.& seq de constit.plene Ioannes de Selua, in tract. de benefi.in 4 parte,q.2.imo peccat mortaliter non residens,quia facit contra naturalem iustitiã;quia tenetur ipsemet ex suscepto officio gerere curã omnium Christi: vt testatur Caietan.in sua summa, in verbo beneficium ecclesiasticum, quem refert Henric.Boteus in tract de Synodo. episcopi,in tertia parte, artic.1.num.150

67 Præterquam in casibus,in quibus excusatur:vt superius dixi.Et quando beneficium esset ita tenue, quod ex illo commode viuere non posset:vt decidit Ang. de Claua.in sua sũma,in verb. clericus 7.

68 Amplia prædicta quoque procedere pluribus aliis casibus,in quibus videlicet maior erit:aut similis ratio nam tunc poterit Episcopus, vel alius indulgere, ne per se resideat,per tex in §.porro quæ fuit prima caussa benefic.amittendi,ibi,si qua fuerit antiquioribus caussis similis, seu maior: vt proinde sciat vtrum beneficium sit amittendum,an nihilominus retinendum.

69 Veluti si doctor aliquis vtiliter legat in vniuersitate multos erudiendo,quã ob rem putarem excusandum a residentia in loco beneficij,sicut scholastici: de quibus in scholastic.priuileg.scripsi per authent. multo magis.C. de sacrosan.eccles.

70 Vigintiquatuor casus in quibus licet per vicarium deseruire, enumerat Io. de Selua in trac.de benefic.in 4. parte q. 6. post Panor.& alios in c extirpandæ. §. q uero,de præb.qui fere omnes comprehenduntur sub tribus casibus,quos supra scripsi.Primus ratione vtilitatis ecclesiæ, videlicet fauore studii; c. relatum,de cleri. non residen.c.cum ex eo,de electio.

*Omnes casus nō residēdi ad tres reducuntur.*

71 Secundus ratione necessitatis belli, aut pestis Panor.in c.per tuas, per illum tex.de dona Imol.in c.5 de cleric.non residē.Tertius est quando a iure hoc est expressum,vt absentia pro seruitio Episcopi,uel sui superioris c.cum dilectus, & c. de cætero, de clericis non residen.

72 Idem dicimus in officialibus Regiis ut residere teoeantur in locis,quibus tanquam officiales præfecti sunt, ut plene statutum est in ordinato. Regijs rubr. *De la residence que sont tenuz faire mesmement lex officiers Royaux.* & scripsi in Concorda in §.1.de collatio,in gl. residentia.

*Officiales regij ad residẽtiam tenenti.*

73 De triplici residentia uide per Innocen.in c.fin.de cleric. non residen. quem plene refert & prosequitur Barba. in cle. gratiæ,col 11 & seq.de rescrip.

74 Ad clericus secularis habens beneficium exigens residentiam, utpote curatum,sortitur ibi domicilium, secus si non requirat residentiam,per textum in c. dilectus 2.de rescrip. vbi ample Felinus & alij in c.ex ore,de priuileg.quid autem operetur effectus domicilii, conscribo in tract. de domicil.elect.in ordinatio. Reg. in 3.tomo.

*Domicilũ quis habet in beneficio curato.*

75 Superest hic videre, Quis facultatem non residendi ualeat concedere? Respondeo,is qui residendi necessitatem imponit;

*Facultatem non residen-*

*di quis cõcedere possit*

nit: Eius enim est soluere, cuius est ligare. l. si puellę. ff. de sponsal. l. tertia, de re iudicata. l. eius est velle, de regulis iuris. ideo Rex poterit Consiliariis, & aliis officialibus suis facultatem non residendi in palatio suo concedere: vt patet in ordinatio. Regiis, in dicto titulo *De la residence*, &c.

76 Sic quoque papæ datum est non residendi facultatem omnibus beneficiariis indulgere, necnon Episcopis idem a iure permissum est in c. licet canon, de elect. in 6. Hactenus de residentia. ad alias dispensationes veniamus.

*Dispensatur cũ epõ, vt alia habeat beneficia.*

77 Dispensatur interdũ cũ Episcopo, vt ea beneficia, quæ tempore promotionis obtinebat, retinere possit: cui sic dici solet in bulla: vt commodius sustentari valeas de alicuius subuentionis auxilio, &c. alioqui vacant priora beneficia per adeptionem episcopatus lapso trimestri ad consecrandum, per cap. cum in cunctis, §. cum vero, de elect. dixi in §. fin. de mand. Apostolic. in concorda.

*Contra epos insatiabiles.*

78 Hodie vero tanta viget ambitio, vt quis non vno contentus viuat episcopatu; sed nec quidem centum: quin si cunctos haberet episcopatus, & abbatias totius regni, nihilominus adhuc esuriret: patet in multis qui deuorant episcopatus, consumuntq; abbatias regni, necnon aliorum; quos Deus Opt. max. sua gratia dignetur illuminare, & ambitum illorum compescere.

79 Interim vero non putarem summum Pontificem tutum in largiendis huiusmodi dispensationibus, aliquando plus æquo liberalem; nec quidem ambitiosum misere esurientem dispensatum in conscientia, veluti supra dictum fuit; quamobrem dicendum eis foret potius in præfatis dispensationum literis, vt citius & celerius iu infernum descendere valeas, de alicuius subuentionis auxilio tibi prouidemus, &c.

80 Dispensatur etiam cum extraneo non loquente idiomate patrię: de qua dispensatione dicetur inferius in rescriptis mistis.

81 Aliæ pleræque sunt dispensationum species, quas tanquam raras, & parum in forensi iudicio agitari solitas consultus prætermittam, finem imponens huic secundæ parti nostræ praxis: de his gratias Deo agens.

# PRAXIS BENEFICIARIAE

## TERTIA PARS,

### BENEFICIA AMITTENDI MODOS CONTINENS.

S Vpereſt Benuole lector, tertiã attingere partem, videlicet modos amittendi beneficia: quod & ſi videtur exoſum beneficiariis, tamen hoc ſcire non mediocriter eis cõducet: vt deinceps ea præcaueãt amittere, vel incidere in eos amittendi modos: & vix amitti poſſunt, niſi alteri acquirantur: Sed quia pars hæc per ſe poſſet complere iuſtum volumen, ſi vel lem ea ſigillatim proſequi, quæ huic materiæ videntur congruere, tamen breuitati conſulam, ne ſcriptorum multitudine potius hanc confundam materiam, quam plane tradam: decreui tãtum hic ea referre, quæ neceſſaria & quotidiana ſunt huic Methodo de amittẽdo beneficio, ſecutꝰ in hoc ordinem iuriſconſ. tit. de acq. vel amittend. poſſeſſ. licet Imperator dixerit de acquir, & retinẽd. poſſeſſ. Idẽ quoq; iurecõſ. fecit in titu. de acquir. & amittend. hæred.

*Amittit bñficiũ duobus modis.*

2 Imprimis igitur ſciendum eſt, beneficium duobus modis amitti, ipſo iure vel p ſententiam. Primo beneficium amittitur ipſo iure quando ius ſtatuit ob aliquã cauſſam criminis forte, vel aliam iuſtam beneficium amittendum: vt in caſibus ſeq. dicetur.

*Ipſo iure & ipſo facto idẽ ſignificant.*

3 Idem fere eſt ipſo facto, quod ipſo iure. c. 2. vt cleric. vel monach. lib. 6. vt ſi lex priuet quem ipſo facto, ideſt ſimulatq; fuerit ccmmiſſum crimen, ſicut læſæ maieſtatis, vel hæreſis, l. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſtatis, c. cum ſecundum, de hær. in 7. quia hoc caſu factum lex notat, & nõ ſententiam, l. palam, circa fin. ff. de ritu nupt. gloſ. in authentica, de inceſt. nupt. in verb imminere, collat. 2. facit text. in l. fin. verſi. ſcituros, C. locati, vbi nam iſta æquiparat Imperator, videlicet ipſo iure, & ipſo facto.

4 Videamus ergo caſus in quibus ipſo iure beneficium amittitur: primo per hæreſim: hæreticus enim ipſo iure beneficium ſuum amittit. c. ad abolendã, de hęretic. §. 1. ibi, & ſic omni officio & beneficio ſpoliatus eccleſiaſtico, ſecularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus: ibi ponuntur verba executionem denotantia, videlicet ſpoliatus: ideo notanr priuatio ipſo iure: vt docet Ant. Butr. in c fi. col. 2. de poſtul. Fel. in c. Rodulphus, de reſcript.

*Ipſo iure per hęreſim vacat beneficium.*

5 Et ſic beneficium hæretici poteſt impetrari tanquam vacans ipſo iure: ſi tamẽ continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publicæ abiurare conſenſerit, & ſatisfactionem congruam exhibere, rũc ei beneficium relinquitur, vt ibi: nam humanum eſt peccare, diabolicum perſeuerare, & Angelicum ſe emendare. glo. in l. cõſentaneum. C. quomo. & quando iudex nec enim diuertiſſe videtur, qui ſtatim redit. l. 2. ff de diuort. l. quod calore, de reg. iur. etiam bona illis reſtituuntur: vt ibi, & in c. cum ſecundum de hæreti. in 6. 10. And & alii in c. quia diligentia, de elec. Felin. conſi. 10. Troiano.

*Hæretici bñficiũ impetrari poteſt.*

6 Notanda ſunt tamẽ requiſita ad hoc, vt hæreticus ſemel lapſus nihilominus retinere poſſit illud beneficium: quæ requiſita ſelegi ex prælleg. tex. in d. c. ad abolendam. Primo requiritur quod deprehẽſus fuerit in errore: ibi, poſt deprehenſionem erroris: ergo quomodocunque deprehenſus fuerit in errore, ſiue coram iudice eccleſiaſtico, ſiue laico, bñficiũ vacabit, niſi ſtatim erroré agnoſcat, & abiuret.

*Hæreticus qñ bñficiũ retinere poteſt.*

7 Specialeque eſt hoc in crimine hæreſis, vt poſt crimen commiſſum liceat pœnitere: quod regulariter in aliis criminibus non eſt, l. qui ea mente. ff. de furtis, doct. in l. ſi pecuniam, de condict. cauſſa data.

*Intellectus ad c. ad abolendam.*

8 Secundo requiritur, quod continuo, ſimu-

*Continuo ad fidē redire dēt hęreticus.*

simulatq; deprehensus est in hæresi paratur sit hæresim abiurare, alioqui si tantū ignis metu, vel pœnæ, nō est recipiendus. ibi continuo si quidem, *Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore.* dicit Horatius in Epist. & refert glos. in l. 1. circa fi. ff. de iust. & iure. & in c. eum qui, de præben. lib. 6. alioqui nunquam reuirentur hæretici, quia dum viderent ignem in eos parari, palinodiam canerent. Panorm. & Felin. in d. cap. ad abolendam.

*Panitere q̄n hęreticus possit.*

9 Ideo vera pœnitentia est, quæ voluntarie fit, & corde contrito. c. 1 & per totū, de pœniten. dist. 3. & incontinenti dicunt quidam, antequam hæreticus neget: & super hoc recepti sint testes: & antequam probatum fuerit crimen, vt postea non recipiatur, & hæc est sententia Archid. in c. at commissi, de hæret. in 6.

10 Alia fuit sententia Panor. in c. excōmunicamus 1. de hæretic. quod licet hæretico pœnitere in quacunque parte iudicii, etiam post sententiam, ante tamē execution em, & antea nō dicitur pertinax: vt requiritur in clem. 1. de summa trinit.

11 Tertia fuit opinio, quod hæc pœnitētia & reuocatio sit arbitraria. arg. l. respiciendum, in fi. ff. de pœnis, hoc docet Grilland. in tract. de hæretic in 1. lib. q. 5.

12 Ego vero dicerem esse distinguendū super hoc: nam si dicamus hęreticum velle retinere beneficium bona sua, nec puniendum, tunc debet statim redire, idest anteq̄ neget, & fiat alia probatio cōtra eū, vt tūc nullam subeat pœnam, nisi abiurationis, quia sponte redit: sicut probat text. ibi, nisi continuo post deprehensionem erroris, & sic cōtinuo, ibi intelligitur, post deprehensionem erroris, antequam processus factus sit, quia sponte resipiscit.

13 Si vero probato iā crimine, peractoque processu velit pœnitere, tunc facile ei non est danda venia, quia non sponte resipiscit, sed metu ignis perterritus, nec continuo: nisi iudex pœnitentiam magnam videat: quo casu nihilominos debet eū beneficio priuare, & priuatum declarare, vel ad tempus suspendere, vel coadiutorē dare, vt videat an plane resipuerit necne: debet quoq; eum condemnare ad mulctam, q̄ tandiu distulerit, necnon ad omnes expensas, & ita debet intelligi secunda opinio c. vergentis, de hæretic. in 6.

14 Tertio requiritur, q̄ sponte sua, non suasionibus, non metu coactus, ibi, sponte. Ita docet Paul. Grilland. in trac. de hæret. lib. 1. q. 5. & Boer. in decis. Burdegal. quæstio. 361. & q. 343.

15 Quarto quod ad fidei vnitatem redire velit, nam si statim atq; liberatus esset, animum haberet resiliendi à fide, nequaquam reciperetur, ibi, ad fidei Catholicæ vnitatem.

16 Quinto q̄ hæresim abiurare sit paratus ad arbitrium episcopi illius regionis, in quia fuit deprehensus, aut si ille episcopus esset hæreticus, aut suspectus, vt nōnullos videmus, quod ad arbitrium inquisitoris fieri debeat abiurare.

*Abiurare publice quis debet.*

17 Sexto quod abiurare publice sit paratus, ibi publice consenserit abiurare: ergo abiuratio occulta non sufficit nisi ex iusta causa secus visum fuerit episcopo, aut inquisitori.

*Satisfactio congrua hęretici quæ sit.*

18 Septimo q̄ congruam satisfactionem præsto sit exhibere, quæ erit ista congrua satisfactio? Respon. vt si dogmatisaverit: i. concionatus fuerit, vbi docuit ibi contrarium dicat: & vbi prædicauit, ibidem illa, quæ prædixit, dicat esse falsa, petendo super his veniam ab illis, quibus falsam doctrinam tradidit, rogetque illos, vt eā primam falsam doctrinam exuant, abiiciātque a corde: & istam veram, quam nunc cum ecclesia canit, fidem recipiant.

19 Nec consona videtur satisfactio simulata, s. verbo tenus, & postea cōtrariū agat: veluti soluere non videtur, nec satisfacere, qui reprobos nummos soluit; l. eleganter, §. qui reprobos. ff. de pig. act. & qui sic soluit, ut recuperet, non liberatur, l. qui sic. ff. de solut.

*Hęreticus negans si postea fuerit p̄batū cōtra eū, non recipitur ad abiurādū, sedē comburendus.*

20 Non etiam congrua satisfactio vī, si comprehensus hęreticus neget quidem illa se dixisse, sed asserit se credidisse, & credere contrarium, aut si non cathegorice fateatur suum errorem, sed dicat se credere, quod ecclesia sancta credit: nec enim liberatur, quin (si probatum fuerit per testes illum hæc dixisse) veniat statim igne comburendus.

21 Quia postquam est testibus cōuictus, sua negatio nil valet: nam sufficit quem confiteri, aut conuinci. c. at si clerici, de iudic. c. nos in quemquam. 2. q. 1. & inposterum non est iste recipiendus ad pœnitentiam, nec ad abiurationem, quia non continuo, nec sponte hoc facit.

22 Quippe non est ei indulgenda venia, qui non cognoscit peccatum, sed negat crimē, tanquā alter Cain. c. serpēs, & c. nū

quid Cain. de pœnitent. distin. 1. nec dicitur satisfeciſſe negando, ſed recognoſcendo, & abiurando, d. c. ad abolendam. Nam in manifeſtis maxime criminibus oportet cõfiteri peccatum, ſi veniã quis ſperet c. quem pœnitent., & c. veritas, cum ſimil. de pœnitent. diſtinct. 1. cap. cuius, 11. q. 1. nec eſt venia donandus, quia ſuperbus, & non humilis, ergo ad eccleſiam non reuertitur, nec eſt paratus abiurare hæreſim, quam negat. capit. cum humiliatus. 12. quæſtio. 2.

24 Ad hæc omnes hæretici ſic dicendo, euaderent in maximum noſtrę fidei detrimentum: quod nequaquam eſt ferendũ, ſecundum opinionem Domin. de Rota, deciſion. 875, accuſatus [in antiq. ſub titul. de hæretic. deciſ. 1.] vbi compluribus aliis probatur hæc ſententia, & idem dicitur in tit. de hæret. in eiſdem deciſion. & ita vidi ſeruari contra quendam aſtutum hæreticum.

*Obtinẽs beneficium ad pces hæreticorũ eſt priuatus.*

24 Quinimo non ſolum hæreticus eſt priuatus beneficio, ſed etiam is, qui obtinuit beneficium ad preces hæreticorum ſcienter: quod ſi retinuerit, eſt inhabilis ad alia quæcunque beneficia capit. 2. §. ad hæc. de hæret. lib. 6.

*Filij hæreticorũ inhabiles adbeneficia obtinenda.*

25 Et filii hæreticorum non ſunt quidẽ his beneficiis priuati, quæ habebant ante delictum a patre commiſſum, ſed poſtea ſunt inhabiles ad obtinenda. cap quicunque, & cap. ſtatutum ſecundo, de hæretic. in 6. Aufrer. in deciſion. Tholoſan. quæſtio. 120. Hippoly. in tract. de fideiuſſor. in 12. quæſt. num. 120. poſt gloſ. in cap. ſatis 56. diſtinct.

26 Idem in nepotibus ex filio deſcendentibus, c. vt commiſſis, §. priuandi, illo tit. facit cap. felicis, §. quod ſi quis, de pœnis, eod. lib. 6.

*Hæretici poſt triẽnium pãt moleſtari.*

27 Quamobrem iſti hæretici poſt triennium non ſunt tuti decreto de pacifi. poſſeſſor. etiam ſi poſſederint poſt delictum, qui ſine titulo ſunt: & ſemper vacat beneficium, ideo ſemper impetrari poteſt: vt ſcripſi in tracta. de pacifica. poſſeſſor. in 4. li mita.

*Ingreſſꝰ bñficiũ vi, eſt eo priuatꝰ ſchiſmaticus eſt priuatꝰ.*

28 Item qui vi ingreditur poſſeſſionem beneficij, ius quod in eo habet, iure ipſo amittit. c. eum qui: de prẽb. lib. 6. [& infamis ſit. l. ſi. ff. ad leg. Iuliam de vi priuata.]

29 Schiſmaticus ipſo quoq; iure beneficium amittit. c. nos conſuetudinẽ 12. diſt. & c. quia diligentia, de electio. tum quia dicitur hæreticus, cum nullum' ſchiſma ſit, quod aliquam ſibi confingat hæreſim, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videarur. c. inter. 24 q. 3.

30 Et proprie is dicitur ſchiſmaticus qui ſe ab vnitate eccleſiæ Roma. diuidit, cõſtituendo ſibi eccleſiam, & ordinando clericos, & ſacerdotes, epiſcopatus & beneficia conferendo, gl in ſumma 24. q. 1. Panor. & alij in rubr. de ſchiſmatic. & Ioan. de Ana. in rubr. de ſchiſmatic. dicit iſtos a Deo, necnon ab hominibus puniri.

31 Vt. n. ſcirent homines q̃ graue & deteſtabile ſit hoc crimen, oſtendit Dominus in Dathan & Abiron, quos terra viuos abſorbuit. patet etiam in cap. denique. 7 q. 1. & in c. in nomine, 23. d iſt. & quicunque epiſcopatum, vel beneficium a ſchiſmatico accepit eſt excõmunicatus, vel ſi ordinationi ſuæ conſentiat, ca. 1. de ſchiſma. hoc expreſſe docet Ange. de Clauaſio in ſua ſumma, in verb. ſchiſmat. §. 3. plus dicens ſolum papam in hoc diſpenſare, c. quia diligentia, de elect.

*Amittit bñficiũ qui læditſummã maieſtatem.*

32 Amittit etiam beneficium ipſo iure is qui perpetrauit crimen læſę maieſtatis, necnon oĩa bona, l. quiſquis, C. ad leg. Iul. ma. cap. cum ſecundum leges, de hæretic. lib. 6. nam de crimine hæreſis ad hoc crimen bonum eſt argumentum, per glo. in l. Manicheos, C. de hæretic. gloſſ. in cap. 1. de teſtibus, lib. 6.

*Simoniacus bñficio eſt priuatus.*

33 Præterea ſimoniacus ipſo iure priuatur beneficijs, c. inſinuatũ, vbi Fel. & alij, de ſimo doct. in 2. de reſcript. extrauag. cum deteſtabile, de ſimo. in communibus nec refragatur verbum amoueas futuri tpis poſitũ in d. c. inſinuatum, quia denotat executionem. ergo intelligendum eſt iam priuationem eſſe, per tex. in c. abbate, ibi petit adiudicari eidem monaſterio locum ipſum, & vos exinde amoueri, de reiudic. lib. 6 Anto. in c. fi. col. 2. de poſtulan. Fel. in c. cum non ab homine, de iud. ſiquidem iſtud crimen æquiparatur crimini hæreſis, & læſæ maieſtatis, c. 1. vbi gloſ. vlt. de teſtib. lib. 6.

34 Intellige quando crimen erat notorium, ſecus ſi occultum, quia tunc veniret priuandus, niſi rehabilitetur, c. presbyter, 1. q. 1. Panor. & alij in c. niſi, de renun.

*Reſignãs ſimoniacan valeat ĩ præiudicium reſignãtis.*

35 Limita quoq; in reſignationibus ſimoniacis, quæ non valent in præiudicium reſignantis: ideo qui per ſimoniam reſignauit, videtur q̃ iterum poſſit reſignare, gl. & doct in c. ſuper hoc, in verb. pecuniæ, de renunciat. hoc expreſſe docet Innoc. in

in c. cùm vniuersorum, in fine, de rerum permutat. Archidiaconus in c. dudum, in principio, de præb. in 6. Domin. de Rota decis. 236. nota q̃ resignatio, in antiquis, [sub titul. de renuncia. decis. 7. Dominus Geminianus consilio 125 dubia, in primo dubio, vbi dicit posse priuari.

36 Rõ diuersitatis est, quia per renuncia tionem nihil iuris quæritur illi, in fauorem cuius fit resignatio: c. quod in dubijs, & c. admoner, de renunciat. Ideo is qui dedit pecunias ad habendum beneficium, nõ potest priuari iure, quod non habet. c. seruus, de capitis diminutione, in instit.

37 Secus est in collatione, per quam ius quæritur, c. si tibi absenti, de præbendis in 6. Ideo facta simoniaco nulla est, quia dando pecuniam, vel alias simoniam committendo, fit inhabilis, c. ordinationes, prima quæst 1. & c. sane. 15. quæst. tertia. c. in quisitionis, de accusatio. scripsi in tracta. de pacific. possess. in quarta limita. & in addition. ad tract. Naucler. in tracta. de simon. in pænis, quas ibi contra simoniacos congessi: & dicam hodie quid in tit. de simon. infra.

*Sodomiticus bñficio est priuat.*

38 Ad hæc ipso iure perdit beneficium is, qui crimen sodomiticum cõmisit, grauissimum enim est crimen, c. mulier. 15. q. 1. vt iuri armentur gladio contra reos huius criminis. l. cũ vir, C. ad legem Iul. de adulter. & hoc crimen apostasiæ a natura vocat Lucas de Penna in l. 3. & seq. C de exactor. & except. li. 12. Barb cons. vlt in 1. vol.

*Cardilem percutiens ipso iure pdit bñficiũ, & idem in percutien. episcopum.*

39 Percutiens Cardinalem c. felicis, de pænis, in 6. vbi adduntur aliæ pænę.

40 Idem si quis iniuriose, vel temere percusserit episcopum, aut ceperit, seu banierit, vel hæc mandauerit fieri, ratum ve habuerit, hoc ipso priuatur beneficiis. cle. 1. de pænis.

*Homicidiũ qualificatũ ipso iure priuat.*

41 Idem quoque est in homicida qualificato, videlicet in assassino, & conducto pretio ad aliquem interficiendum: vt in cap. 1. de homicid. lib. 6. Alexandr. consil. 166. in 7.

42 Idem iuris si parentes interfecerit, vel eorum alterum, siue fratrem. c. inquisitionis, vbi Felin. col. 1. de accusa. Ioan. de Anania cons. 63. præsuppositio.

*Falsarius literarum Papæ bñficium amittit.*

43 Falsarius literarum papæ beneficium amittit ipso iure. c. ad falsariorum, de crimine falsi

44 Idem post professionem in religione factam non an ea, c. beneficium de regula. lib. 6. & antea non valet collatio, etiã facta professione, reste Paul. in consil. 432. cum statutum. in fi. in 1. vol. *amittit.*

*Professione vacat beneficium.*

45 Item si beneficiati alicuius ecclesiæ rectorem, vel clericum alium ipsius ecclesiæ, per se, vel alios occidere vel mutilare præsumpserint, beneficium prorsus amittunt. c. in quibusdam, de pænis.

*Cogens clericũ resignare amittit beneficium.*

46 Item is qui coegit clericum resignare suum beneficium, forte carceribus eum premendo, donec resignauerit. cle. multorum, de pænis. & resignatio coacte facta nullius est momenti. ibidem. vide c. sciãt, de electio. lib. 6.

*Apostata & nõ promotus intra annũ sunt priuati.*

47 Itẽ apostata à fide bñficium amittit, quia plusq̃ hæreticus est: vt docet Azo in sũma. C de apostata & ad clericatus officium admitti nõ dẽt c. penul. & fi 50. dist. & Prouerb. 6. c. df, *Homo apostata vir mutilis*, & is est, qui a fide discedit est quoq; alterius generis apostata dictus, scilicet cũ transgreditur præceptum, alius etiã irregularitatis, vt quando dimittit habitũ & religionem. glos. not in c. 1. de apostata. qui duo postremi non sunt ipso iure beneficiis pr,uati, vt p Panor. & alios ibidem.

*Parrochialem obtinẽs nõ promotus ẽtra annum priuatur illa.*

48 Non promotus intra annum ad sacerdotium obtinens parrochialem ecclesiam est ipso iure priuatus, c. licet canon. de electio in 6. & inferius in materia dispẽ. plura super hoc scripsi: & in his casibus beneficium impetrari potest etiam ante aliquã sententiam declaratoriam.

*Resignatione bneficiũ amittit.*

49 ipso iure etiam mera voluntate nostra beneficium amittimus per liberam resignationem, vt per totum tit. de renunc. quemadmodum si res pro derelicto sit habita. statim nostra esse desinit. & occupãtis fit. l. 1. ff. pro derelicto. §. hoc amplius, de rerum diuisio. in instit. l. quod seruus, ff. de stip. seruo. de resignatione statim dicetur, ac per mortem amittitur beneficiũ: quia mors omnia soluit, deinceps, in aut then. de nupt. coll. 4. glos. in l. ex his, ff. de legibus.

*Homicida est bneficio priuandus.*

50 Per sententiam quoque beneficium amittitur, quãdo priuationis sententia requiritur post crimen, vel aliam causam, vt communiter: nempe si quis homicidium committat, per sniam est suo priuãdus beneficio, c. clericis, ibi honore priuetur & loco, ne cler vel monach. c. ex literis. de excessib præl. Panor. in c. vlt. ibid. & sic requiritur factum & ministerium beneficiatis, & sententia priuationis iudicis.

51 Ideo potest quis ante sententiam priuatio-

uationis resignare, cũ non antea sit priuatus, c. fraternitati, de cleric. excõ. minist. Fel. Dec. & Ripa in c. 2. de rescri. & Fel. in capit. inquisitionis de accus. Aufrer. in decis. Tholo. q. 436.

*Priuat⁹ resignare põtẽ dente appellatione.*

52 Nisi quis impetrasset illud beneficiũ cum clausula, quo per cessum aut priuationem impetranti deberetur: verum quia hæc clausula reseruationẽ importat, quæ est sublata in Francia. Ideo resignatio bona est etiam si post priuationem fuerit appellatum a sententia. per l. qui a latronibus 5. fi. ff. de test. & ita obtinuit episcopus Vticen. in magno consilio per resignationem cuiusdam scelesti priuati, dummodo fiat mẽtio illius priuationis & processus.

*Homicida bñficiũ frustra impetrat.*

55 Ergo beneficium homicidæ frustra impetratur, quia potest interim a papa rehabilitari: tum etiam quia nondum est priuatus, ideoq; resignare potest in fauorem amici, qui post rehabilitationem ei restituet: vt dicit Thomas Ferrar. cautel. 44.

*Rehabiliatio homicidæ a solo Papa concedi.*

54 Et ista rehabilitatio a solo papa concedi solet: nec possent episcopi hoc indulgere. licet doct. in c. 2. de cler. non ord. ministrã. & in c. 2. de cler. pug. in duel. dicãt episcopum posse dispensare cum homicida, vt beneficium simplex retineat, sed nõ circa curatum: quod dicerem procedere postquam hic homicida fuisset a papa factus habilis: alias episcopus inhabilem iustum habilem facere non poterit.

55 Publicus etiam concubinarius beneficiis etiam priuari debet: vt abunde scripsi in tit. de public. concubina. in Concord.

*Sacrilegus bñficijs priuatur.*

56 Sacrilegus quoq; suum amittit beneficium per sententiam priuationis, c. venerabilem, de elect. versi. nunquid. n. c. quẽadmodum, de iureiu. gl. in c. cũ omnibus, 81. distinct. non enim debet fructum consequi ex eo, quod nititur destruere, cap. ex eo, de reg. iur. in 6. & quia impeditur promoueri ad sacros, c. si quis presbyter, 50. distinctione, & est infamis, cap. fin. de furtis, Panorm. & alij in cap. conquestus, de for. compet.

*Bãnitus bñficio est priuandus Arefiũ. Priuat⁹ bñficiũ obtinere nõ potest, sed no priuatur.*

57 Bannitus perpetuo etiam beneficium perdit, quia priuandus est, cũ beneficio seruire non valeat. Panor. & alii in c. cum nõ ab homine. de iudicijs, & in c. 2. de arbitr. & ita visum fuit Senatui Tholosano, anno 1539. in vigilia Natiuitatis.

58 Periurus amittere debet beneficium per sententiam: quippe non merentur regere ecclesias, qui sunt irretiti crimine periurii. c. querelam, de iureiu. c. constitutus. in 2. de appel. doct. in c. 2. de rerci. scripsi in tracta. de pacific. possess. in 4. limita. nume. 218. & sequen. de quo periurio intelligatur.

49 Exterius etiam est beneficio priuãdus, vt statim dicetur in rescripto misto, seu communi, & qui per collusionẽ obtinuit beneficium, cap. audiuimus. de colluss. detegend. [Item Modestin. ait. ff. ad legem Iuliam. de vi priua. l. Senatusconsulto Volusiano, qui improbe coeunt in alienam litem, vt quicquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicaretur, lege Iulia. de vi priuata tenentur. quod vidi in tribus miserrimis sacerdotibus euenire, Parisi. qui omnia beneficia impetrabant, & communibus impensis prosequebãtur, & prædam tanquã aggressores diuidebant inter se, qui demũ in carcere tabe consumpti sunt.

*Incẽdiarij amittunt beneficia.*

60 Incẽdiarii clerici beneficia amittũt, quia de iure ciuili capite puniuntur, l. capitalium, §. incendiarij. ff. de pœnis, vbi dicit tex. plerumq; vini exuruntur, & pessimam, & de populatricem, & horrendam incẽdiariorum malitiam auctoritate Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur: vt ait Innoc. in c. pessimam, 23. q. 8.

*Beneficiarius pro grauis delicto beneficiũ perdit.*

61 Insuper ne lectorem tot criminibus onerem, alia nõ prosequar crimina: sed generaliter notãdum addam, q⁹ clericus debet priuari beneficio pro quocunque graui delicto, non alias, per tex. in c. satis per uersum 56. distinct. & cap. inuentum. 16. quæst. 7. Panorm. in cap. ex tuæ, de pœnis doct. in cap. at si clerici. §. de adulter. & cap. cum non ab homine, de iud. caueat ergo illa committere, quicunq; non vult beneficia amittere.

*priuari bs nõ debet, nisi a iure dicatur.*

62 Non tamen hæc priuationis beneficij pœna debet infligi a iudice, nisi exprimatur a iure, gl. sing. in c. fi. de iurepatr. c. si cõ promissarius de elect. lib. 6. §. optimum. in authen. de non eligen. secund. nuben. collat. 2. laſ in l. illam, num. 12. de colla.

63 Nisi iudex condemnaret clericum esse degradandum, & traderetur iudici seculari, iuxta tex. in c. cum nõ ab homine, de iud. & in c. degradatio, de pœnis. in 6. tũc quoque poterit eadem sententia priuare eum suis beneficijs.

*pœ sentẽtia q⁹ non est priuat⁹*

64 Alioqui per sententiam latam super crimine, non est quis priuatus beneficio: nisi fuerit hoc expressum in sententia. c. qualiter, 2. ibi, quo ad diminutionem capitis,

*Beneficijs sihoc non exprimat.*

tis, i degradationem intenditur, de accus. & Rot. in decis. vlt. de re iud. Bal. in l. cum fratrem. C. de his quibus vt in d. Ioan. de Ana. in c. fi. col. 1. de homicid.

65 Nisi priuatio beneficij ipso facto irrogetur, textus in cap. 1. §. sacri. vbi Domin. Gemin. de homicid. lib. 6. Panormit. in c. inter. circa fi. de excessibns præl. Ioan. Bernard. in praxi criminali. c. 123. in verb. beneficijs priuari.

*Priuato beneficio est relinquenda vinea q̃ ipse plãtauit.*

66 Hoc postremo non est omittendum, q̃ si clericus in terra ecclesiæ sterili, & inculta suis expensis & industria vineã plãtauerit, licet postea beneficio priuetur ẽt propter delictum, tamen sibi ex bono, & æquo relinquetur illa vinea ad vitã suã: vt asserunt Innoc. & Panor. in c. fi. de pecul. cler. quos sequitur Barba. col. 3. facit quod scribit tex. & ibi doct. in c. ad aures. de reb eccles. Panor. in c. de multa. col. 4. nu. 14. de præb. Hactenus de modis amittendi, veniamus ad resignationes.

## De *resignationibus.*

ISta materia non valde frequens est, & beneficiarijs plurimum odiosa: cum nemo illorũ resignare cupiat: ideo qua breuitate potero, istam pertractabo materiã.

*Resignatio quid sit.*

Primo dicam, quid sit Resignatio, quantũ attinet ad hanc materiam. Respon. est iuris sui libera dimissio seu cessio iuris sui ad differentiam alieni: quia iuri, quod tertius habet in beneficio renunciando, nil ago. c. dilecto in fi. de præb.

Etiam dico iuris: nam si nihil iuris habeam, non possum resignare. l. si vniuersæ. de leg. C l. traditio. ff. de acq. rer. domi. l. obseruare. in fi. de offi. proconsul.

Libera dimissio dicitur, nõ coacta, quæ nullius est momẽti, c. super hoc. de renun. & inferus plenius dicetur.

## De *tacita renuntiatione.*

*Duplex est resignatio.*

QVotuplex est resignatio? Resp. duplex, tacita & expressa: tacita est q̃ ipso iure fieri intelligitur absq; verborũ alia expressione: vt adipiscẽdo secundũ quis tacite vipetur resignare primũ quod de iure incompatibile est cum alio, cap. de multa. de præbend.

Secundo pacifice curatum beneficium adipiscendo, videor gratiæ ad alterum incompatibile renũciare. c. gratiæ. de reser. lib. 6. & clem. gratiæ. illo tit.

*Multis modis quis tacite resignat.*

Tertio qui litigat super beneficio & recipit secundum, quod cum primo teneri non potest, illi primo renunciat tacite. gl. & doct. in d. cle gratiæ. etiam si protestare tur se nolle relinquere primum: quia protestatio est facto cõtraria, c. cũ M. de cõst.

Quarto dicitur quis tacite renunciare, si nominet alium Decanum, & tamen litigabat super illo Decanàtu, vel illi honorem exhibuit tanquam decano, c. ex ore, de his quæ fiunt à maior. part. c. scripsi in tract. nomi. q. 1.

Quinto postulando pro eo tacite quis iuri suo renuniat. c. ex literis. de transac. iuncta. l. vlti. ff. de inoffi. testa. Host. in summa de renunc. §. qualiter. in fi.

Sexto si non promoueatur intra annũ, c. licet canon, de elect. lib. 6. & superius fusius scripsi in dispen. de non promouendo, in 2. part.

Septimo impugnãdo potestatem eius, qui ei contulerat, dicens forte eũ non posse conferre, reg. ex eo. quod nixus est impugnare, fructuum consequi non potest. de regul. iur. in 6.

Octauo dando collationem suam parti aduersæ, vel eam incidendo. tacite renunciat, l. Labeo. ff. de pactis.

Nono cedendo liti super beneficio motæ, l. postquam. C. de pactis, intelligẽdo vt infra dicam [facit l. filius ff. de minor.]

Decimo non prosequendo per tres annos, iuxta decretũ de pacific. possess. vt ibi p totũ tit. vide Paris. cons. 76. an capitula, vol. 4. & cõs. 145. cũ ex facto col. 3. i4. vol.

[Vndecimo contrahendo matrimonium, tacite quis resignat beneficium. c. diuersis. de cleric. coniug. glos. in c. vnic. illo tit. lib. 6 scripsi in l. Paulus. in fin. ff. de verbo. significationibus.

Duodecimo tacite renunciat is, qui in ordinibus militiæ adscribitur, & vulgo dicit, *est à la soulde du Roy* per c. in audiẽtia. de sent. excom. vbi doct. nec isto gaudent priuilegio clericali, vt etiam docet Curt. senior cons. 80 super articulo, & beneficiũ istius sine alia declaratione impetrata potest ei conferri, quia ipso iure vacat.]

## De *resignatione expressa, pura, & conditionali.*

*Expressa resignatio duplex.*

EXpressa † est, quæ a resignante verbis ad hoc accommodis fit: & de hac loquitur totus titulus de renunc.

2 Et hæc etiam duplex est pura seu simplex,

plex, altera conditionalis, seu ob causſam. Simplex est, quæ ex mera libertate proficiscitur, cum aliqua tamen causſa. Quæ vero sint causſæ, quæ mouere possint ad resignandum? Respon. ægritudinis, vel qa se non esse parem oneri ferendo nouit, vel alia ex causſa: vt in c. nisi cum pridem. de renun. vbi propter debilitatem, & sciẽtiæ defectũ, malitiam populi, & scandalum, vel propter aeris intemperiem, vbi est cœli lociq; grauitas, quis mouetur ad resignãdũ: & alias causas ponit ibi Host. in summa illius tit.

*Causæ mouentes ad resignandum.*

*Affectio carnis la befactat totã ecclesiam.*

3 Hodie causſa causſarũ est affectio carnis: quia omnes volunt suos consanguineos præficere ecclesiis, quibus forte male præfuerunt, vt pessime quoque illi postea præsint. c. graue, de præben. c. vno. vt eccles. benef. & ista est, quæ iamdudum la befactauit totam ecclesiam. c. vno. vt eccles. iast. benef. Altera est etiam causſarũ Regina pecunia: vt in toto tit. de simo. c. fertitur. 1. q. 1.

4 Altera sub cõditione, vel ob causſam: & quædam fit ob causſam permutationis cum alio beneficio, altera ratione fauore sanguinis, vel alia ratione, & dicitur in fauorem, de quibus inferius, & hæ nunc obtinent in foro.

*Successorem nemo olim sibi eligere poterat.*

5 Notandum q olim quando episcopi erant senectute, vel quauis alia infirmitate grauati, non valentes seruire ecclesiæ, successores eis viuentibus, sibi eligere nõ poterat: vnde quamuis diuus Petrus in ipsis diebus, quibus vitæ suæ finem præsen fit, successorem sibi Clementẽ eligere voluerit, prohibitum tamen illi in Concilio Antiocheno fuit. c. vnde & seq. 8. q. 1. vbi cum synodo & iudicio episcoporum, & electione clericorum, qui post obitum qe scientis potestatem habent, hoc fieri dẽt: & eum qui dignus extiterit, eligere, & p̃moueri, c. episcopo, ibidem: quia eligendo successorem electioni derogabatur, quod graue erat. c plerique. ibid.

6 Si tamẽ is præfectus ecclesiæ valetudine, vel senectute adeo graui affectus esset, vt seruire non valeret, dabatur ei a papa coadiutor. c. petisti. & c. seq. 7. q 1. qui postea si dignus inueniebatur, post illius obitum designabatur successor, c. quia ibidẽ, c. nisi cum pridem de renun. & in cap. 1. & per totum, de cleric. ægro.

*Resignãs qualem successorẽ quærere debet.*

7 Aliquando vero quidam resignant, retinendo tamen semper episcopatum, aut aliam dignitatem, quamdiu viuunt: & hoc sic ea causſa, quando is effectus est minus idoneus per senectutem, aut valetudinẽ, & eo casu laudarem illos qui talem designarent successorem qualem beatus Petrus præficere volebat, in d. cap. vnde. 80. quæst. 1. vbi sic dicitur.

8 Clementem hunc vobis ordino episcopum, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado: quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, discẽdi studijs deditum, sobrium, iustum, benignum, patientẽ, sciẽtem nõnullorum ferre etiam ex his, quę verbo Dei instituuntur, iniurias.

*Affectus carnis resignãtes mouentur.*

9 Sed hodie fere omnes carnis sequuntur affectum: vt sanguinis ratio tãtum habeatur, & in fauorem illorum resignationes fiant: quod Moyses amicus Dei reprobauit: is potuit vtique filios suos successores principatus facere, & posteris propriã relinquere dignitatem, quod tamen exhorruit, sed extraneum de alia tribu, Iosuam videlicet elegit, cap. Moyses. 8. q. 1. vbi etiam sic scribitur.

10 At nunc cernimus plurimos hanc rẽ beneficio facere, vt non quærant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscãt ecclesię prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs delniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent muneribus impetrarunt, &c.

*Coram quo resignatio fieri debeat.*

11 Verum quomodocunque fiat hæc expressa resignatio, fieri debet in manibus eius, qui conferre potest, c. admonet, ibi te inconsulto dimittere. & cap. fi. de renũ. Nec perdit beneficium renunciãs, donec is apud quem huiusmodi beneficiũ est resignatum, approbet resignationẽ. d. c. fi. de renunc. quia in superioris potestate est eã recipere, vel non. Ioannes Aud. in cap. ex ore, de his quæ fiunt a maiori parte. glos. in verbo renunciasse, titu. de sublа Clem. literis, in pragmatic.

12 Vbi limitat in litigioso, cui absq; alia superioris approbatione renũciare licet: quando videlicet est probabile dubium, an litigans ius habeat. c. 2. de in integ. restit. Quod putarem verum, quando renunciaret collitiganti iam habenti ius: secus si alteri, c. 1. de regul. iuris, in 6.

*Resignatio facta corã laico anno ceat.*

13 Valebit tamen renunciatio facta corã laico quo ad resignantem, vt non repetat beneficium. d. c. quod in dubiis, & c. 3. de renunc. si ratam eam habuerit superiore,

de

de Rota.decis.573.in antiq.[sub tit.de renunc.decis.14.& decis.4. eo.tit.in antiquis.]& decis.1.eo.tit.gl.in d.verbo renunciasse, in pragma. Panor. in c. quod Dei timorem.glo. de statu monach. iuri quoque ad rem potest quis renunciare inconsulto superiore,Clem. gratiæ de rescript.[Et si quis renunciet sine superiore, licet nõ perdat ius,tamen perdit possessionem, ideo possessorio non poterit agere coram iudicibus secularibus, teste Angel.in l.penul.ff.de offic. præsid. Et si resignatio, vel constitutio procuratoris, ad resignandum noctu fiat, debent adesse tria luminaria, vt resignans plane videri, & cognosci possit.l.1. §. tria. ff.de ventre inspicien.Si vero fiat interdiu,fenestræ apertæ esse debent, vt plane cognosci possit a notario, & testibus resignans, alioqui suspecta dicetur resignatio.vt docet Cæpol.in l. 2. in §. fin ff.de verb signifi. & hodie per edictum signari debet manu infirmi procuratorium.]

*Officiũ coram quo sit resignãdum.*

14 Sic & officium non potest resignari nisi coram concedente,l. legatus.ff.de offic. præs. quod est singul. vt docet Rom. sing.348.an tabellio, imo punitur aliter resignans.l.fi.C de defensor.ciuita.Bar. in l.1.C.de peti.bon.subla. li.10.Panor. in cap.9.nu 10.de restitu,spol.

## *De Regressibus.*

ITem interdũ datur restitutio reciproca in beneficijs:Papa autem admittit resignationem talem,scilicet cum regressu:vt si is,cui confertur,præmoriatur,episcopatus reuertatur ad resignantem: & resignans retineat semper fructus quosdam episcopatus: & non improbarẽ quidem hunc regressum, quando fieret ex caussa videlicet quod designatus successor est valde dignus: & is qui resignat iã longo tempore ecclesiæ deseruierit, & nullum aliud habet beneficium, quo senectuti consulere, & viuere possit: sed regressus qui fiunt tantum ratione sanguinis,sunt damnabiles & resignanti, & papæ,necnon illi cui confertur.

*Regressus quãdo approbentur vel reprobentur. Resignatio cum ingressu,& accessu.*

Idem in ingressu, vt si papa contulerit mihi beneficium: & antequam ego accipiam possessionem, illud resignem, papa concedet, quòd si resignatarius præmoriatur, quòd ego ingrediar meum beneficium,quod nunc resigno. Cum accessu vero est, vt si papa velit Episcopatum conferre puero, verum quia dignus non est,conferat suo præceptori,cum hoc tamen, quòd post ætatem legitimam ipse propria auctoritate possit accedere de tali episcopatum,& vocatur cum accessu:sed hoc iure non vtimur in Francia: vide Paris.cons.76 an capitula in 4.vol. vidi tamen vnam bullam sic in Francia expeditam, seu in Britannia.

*Causæ publicæ vtilitatis iustæ regressus cõcedũtur.*

Aduertendum est,quòd si isti regressus fiant ex caussa publicæ vtiliratis, vt melius ecclesiæ deseruiatur, sunt fauorabiles,& ampliandi,sin minus damnabiles & reprobãdi:de quibus papa est Deo Opt.Max redditurus rationem.

Considerandum etiam est,quòd ecclesiæ regulariter melius deseruitur per plures idoneos & bonos,quàm per vnum,c. ex parte.de const.

Vnde si tam resignans quàm resignatarius sint idonei,hoc iuste fit: quia vterq; interim deseruiet ecclesiæ:& quãdo vnus erit grauatus senectute,vel alio onere, alter supplere poterit: maxime cum resignans habet hoc in mẽte, vt Deo melius deseruiatur: & quia pium & religiosum uouit eum, in cuius fauorem resignat. d. c.nisi cum pridem.de renunc.

Sed quãdo vterque est ignarus, ambo in foueam cadent inferni: cuiusmodi plerosque videmus ipsas ecclesias in vita labefactasse:& vt omnino destruantur, eas suis nepotibus voluptarijs resignant:hæc est hominum rabies,& insania,vt in agone mortis cum sui rationem deberent reddere, se & suos profundius immergunt,& ad inuicem seipsos detrudunt in tenebras exteriores, quæ malum tanta cæcitas.

*Iudicari in regressibus quomodo debeat.*

Verum vt ad rem veniamus, notandum est in his regressibus iudicari debere,prout appareat ex bulla, & ex verbis signaturæ, & bullæ quatenus videlicet conceduntur: vt nil eis addendum sit a iudice, sed forma ipsa diligenter obseruanda.c.cum dilecta.de rescrip. quia hi regressus pendent omnino a potestate papæ,& sunt introducti ex plenaria sua potestate,quam in beneficijs habet. c. 2. de præb.lib.6. verum cum in Francia communiter non vsurpentur,eos ad suam patram nunc reijcio,dicto prius quòd cessiones cum ingressu & reseruatione omnium fructuum nulli dantur nisi Cardinalibus: vt statuit Alex.VI. Pontifex maximus in tit.de reserua. iurispatro.

De

*De pura resignatione.*

*Posit resignatio nẽ simplicẽ ordinari⁹ pōt conferre cui vult.*

PVra & simplex resignatio est, quæ fit sine conditione,& pacto.c.tua nos,de simon.& hæc est propria resignatio.arg.l. 1 ff.de donatio & hæc minus est frequés quam altera in fauorem.

Et quando pars sic resignat,ordinarius potest,cui vult,conferre,cum beneficium vacet per resignationem.c. 1. & per totum.de renunc.

*Resignãs potest rogare ordinariũ vt alicui conferat*

Et ista debet fieri coram ordinario:nã conditio omnis simoniam continet, & pactio.cap.fin de pact.c.ex parte.1.de offic. delegat.ideo non debet apponi resignando coram ordinario.

Potest tamẽ sic resignãs sine simoniæ labe rogare ordinariũ,vt cõferat tali. d. c. tua nos.de simo qui rogãs peccat,si ille ꝑ quo orat,non sit idoneus.c.tuam. de ætate & qualita.gl.in c.ordinationes. 1.q. 1. plene deRipa in c.cũ M.not.23 de cõstit.

Verum nec tenetur ordinarius illi conferre,pro quo rogatũ est:d.c.tua.de simõ. sed omnia eius arbitrio & fidei committenda sũt:quamobrẽ rara est ista resignatio veluti multum periculosa, nisi fiat in fraudem mandatoriũ, vel nominatorũ , seu expectantium: vt in c. fin. de renunc. li 6.quia vicarij quidam & officiales episcoporũ trapetizæ beneficiorũ has procurant,dãnantes se,& suos constituentes.

*Resignatio i fauorẽ nõ fit corã ordinario contra Staphil.*

Et quamuis pura resignatio debeat esse curã ordinario,& cõditionalis tanquã simoniaca non valet,per glo.& doct. in c. ex parte.1.de offic.deleg. tamen Staphil. in tract.de literis gratiæ,tit.de variis modis uacand.ver.posset tamẽ.firmat aliquẽ posse in resignatione exprimere, quod in mente gerit,dicendo, resigno in fauorem talis:& isto casu cessat pactio,& conditio siue modus:quia expressio eorum, quæ tacite insunt,nil operatur etiam in spiritualibus.glo.in c.significasti.de elect.gl.2.& ibi Panor.in c.ad audientiã.2.de rescrip.

Ego contrarium existimo verius,quia conditio expressa in fauorem,licet nõ dicatur non alias,tamen inducit simoniam nempe omnis cõditio.c.quam pio.1.q.2. & c.cum pridem.& c fi de pactis.Et nõ in est tacite,qđ vni magis conferatur, quã alteri: vnde dicitur collator exercere liberalitatẽ conferendo vni,potius quã alteri.c relatũ.de præb.c.vno.de ecclesiast. benefic.quod non faceret,si teneretur illi cõferre,in cuius fauorem resignatum est l.rem legatã ff.de adimend.leg.Et in spiritualibus expressio eorũ, quæ tacite insunt inducit simoniam.gl.in c.vno de cleric.non resident.in 6.vel vsuram.c si fœneraueris,vbi gl.14.q.3.Roma. cõs.500. & in additio ad Fel.in c nouit,de iudic.& ita seruatur.nã si resignaret quis in fauorem coram ordinario,posset illud beneficium per simoniã collatum a papa impetrari potest ordinarij collationem : ideo debet fieri,quicquid dicat Staphil.

*De procuratoris ad resignãdũ cõstitutione.*

*Resignat qs per se, vel per procuratorem.*

SCiẽdũ est quod resignare potest quis per se,& per alium,scilicet per procuratorem habentem speciale mãdatum. c. cũ olim.§ quia vero de offic.deleg.l. iusiurandũ ex conuentione.§.si procurator. de iureiur.ff Hosti. in summa. de renuncia §.quis renunciare.

2 Interdum quis impræsentiarum non resignat,se procuratorem vel procuratores ad resignandum coram papa vel eius legato constituit,seu coram alio collato re:nã si quis resignaret in patria illud beneficium statim impetrari posset ab alio tãquam vacans,ob id debet sic procuratores constituere,vt coram papa,vel alio testatem habente resignatio fiat:& beneficium eo casu conferri non poterit alteri,quia simulatque fiet resignatio , papa vel alius collator prouidebit.

*Impetratio facta ꝑ resignationem non valet.*

3 Vnde ex stylo curiæ non valet impetratio beneficii facta ꝑ resignationẽ talis N.qa iã est facta collatio,& statim : ideo nõ dicitur vacare per resignationem,qua re impetrari debet alio modo,si possit,vt per inhabilitatem & incapacitatem eius cui fuit collatum per resignationem , sed non per resignationem

4 Veruntamen pōt impetrari tanquam vacans per cessionem,& prouisionem nõ acceptatam a tali N.ca si tibi absenti. de præb.lib 6.

*Procurator ad resignãdũ quomodo cõstituatur.*

5 Constituitur autem hic procurator ꝑ instrumentum publicum. uel per literas etiam priuatas.clem. 1.de procur.l.1.& l. si procuratorem.ff.eod.sed hoc rarum est & uix reciperentur priuatæ literę ad resignandum.

6 Sed regulariter in his resignationib⁹ instrumentum solet esse publicum , ad uitandum falsum,cui debet subscribere resignans:vt est lege Regia cautum:imo ille

nota-

notarius, qui scribit se esse procuratorem cõstitutum, non posset resignare: nec faceret fidem illud instrumentum, vt docet Bar. in l. ex sententia. ff. de testam. tutel. & Guido papæ in decis. Delphi. q. 126. an in hac curia. Bal. in l. iudices. C. de fide inst. & sic fuisse decisum in magna Curia Neapolitan. refert Matthæ. de Afflictis, decis. 317. in causa.

*Certus dẽt esse procurator ad resignãdum.*

7 Certus etiam debet esse procurator constitutus, & sic in instrumento nominatus, alioqui non valet procuratorium. l. 2. ff. de procurato glo. in l. tutor incertus. ff. de testam. tutel scilicet ob falsum vitandum: vt docet Ioan. de Grassis, in tract. de subst. procura. in verbo certos. facit tex. in l. si binæ tabulæ ff. de iniusto testa. Alioqui tolleretur facultas reuocandi procuratorem, & intimandi ipsi procuratori incerto clement. 1. de renunicatio. scripsi in rubr. de nomina. Reg. §. 1. in uerb. etiam, per cessionem.

*Vacua procuratoria, & in albo an valeant.*

8 Et sic non valent procuratoria vacua quæ in albo dimissa vocat, Cassa. in cõsuetud. Burgũd. rubric. *Des droicts, & apparte nens §.* quinto. glos. *sans procuration.* nu. 8. quod improbat Boer. in decis. Burdegal. quæst. 374. an valeat, colum. 2. per text. in l. nominatim legatum accipiendũ est qđ a quo legatum sit intelligitur, licet nomẽ pronunciatum non sit. ff. de legatis tertio sed ille tex. parum ad hoc facit: quia sufficit quidem, quod intelligatur, de quo senserit. idem habetur in l. 1. & 2. ac seq. ff. de lib. & posth. sed quando nullus est nominatus, non potest intelligi de quo senserit constituens, ergo, &c.

9 Tamẽ idem Boer. dicit semper vidisse obseruari, vt siue expleantur illa procuratoria ante, siue post, nihilominus valere: quia postquam sunt expleta, nemo conqueritur, ideo sustinentur potius de consuetudine, quam de iure. ego dicerem nõ valere, si non sint expleta a notario, quis confecit instrumentum, saltem si scripserit aliquem procuratorem in instrumento, quia non est certus procurator.

*Resignare quis sine speciali mãdato nõ põt, nec acceptare.*

10 Verum procurator sine speciali mandato resignare non potest, quia nec alienare. c. qui ad agendũ, de procurator. lib. Cardinal. & alii in clem. vna. de renunc. & quia id quod nostrum est, sine facto nostro a nobis euelli nõ potest. l. id quod. ff. de regulis iuris. sic nec acceptare sine speciali mandato: quia per illam obligatur beneficiarius, cuius consensus requiritur. c. 1. & c. ne captandæ: de concess. præbẽd. in 6. vbi doct. in clem. 1. in verb. præsenti illo titul. in 6. Imol. & aliis in c. accedẽs de præbendis. scripsi in glo. vltima. tit. de electio deroga. in concorda.

*Speciale mãdatum qũ dicatur*

11 Speciale mandatum dicitur, quando nominatim est expressum beneficium, & aliter resignatio non valet, etiam si esset procurator generaliter constitutus ad resignandum omnia, & quæcunque beneficia, quæ cõstituens habet, nec in vim procuratorij generalis potest beneficium resignari: vt l. Regia cautum est, tit. *De la re formatiõ des prouisions Apostoliques*, ar. 10 12 Sufficeret tũ habere mãdatum ad acceptandum beneficia. Pauor. & alij in d. c. accedẽs. quia hoc fauorabile est, alterũ odiosũ. Vnde si quis potestatẽ habeat acceptãdi beneficia, & dignitates, & quæcũque alia beneficia acceptare poterit: quia constitutio procuratoris ad acceptandũ est fauorabilis, & sic late interpretãda: vt no. doc. in c. sedes. de rescr. c. 1. de procu. in 6. Sic nominatim consuluit Ber. cons. 226. quæsitum est. nu 2. in 3. vol. ex 1. editio. melius esset tamen exprimere dignitates & curata, secundum eum.

*Acceptare non põt procurator beneficiũ, per qđ dominus meliori prẽuetur.*

13 Limitarẽ qñ ex illa acceptatione procuratoris dominus priuaretur altero beneficio meliori, tunc non videtur ad hoc cõstitutus. l. si procurator. vbi Iaſ plene. ff. de condic. indeb. vnde vidi procuratoriũ, quo aliquis cõstituerat procuratorẽ ad acceptandũ beneficia; & constituẽs habebat beneficiũ optimũ curatũ: procurator acceptauit minimum curatũ, sed dixi per pacificam possessionem istius habitã, a procuratore non vacare primũ: quia nõ videtur ei ad hoc data potestas priuandi dominũ beneficio maiori pro minimo, sed acceptanti beneficium simplex, per cuius adeptionem non priuabitur primo.

*Acceptatio põt rata haberi.*

14 Sed si quis absque mandato acceptauerit nomine Titii beneficium, & Titius postea ratam habuerit illam acceptationẽ: valebit illa acceptatio. doc. in c. accedẽs, de præb. gl. in c. quam sit, de præb. li. 6 glo. & doc. in c nõnulli, in fi de rescrip. Chassa. in consuetud. Burgun. in §. 5. glo. *sans procuration.* titul. *des drous apartenans a gens mariez.* vbi dicit se cõsuluisse.

15 Dummodo non sit alteri ius quæsitũ ante ratificationem: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, per reg. ratihabitionẽ, de reg. iur. in 6. nec valet acceptatio facta per vnum procuratorem,

rem, si sint duo, sine clausula insolidum, per gl. & doc. in c. si quis iusto, de elec. in 6. & in c. si duo, de procura. eo. lib. sic docet Paul. Cast. cons. 281. in caussa. nu. 3. in 1. vol.

*Procurator ad acceptãdũ & resignandum cõstituí nõ potest.*

16 Item constitui non potest procurator ad acceptandum & resignandum simul, vt ex illo procuratorio possit & acceptare, & resignare. Acceptare quidem potest, sed cum non habeat quid resignet, tempore quo fuit constitutus, etiam postea resignare non poterit, sic nec ad resignandum procuratorem constituere: vt plene scripsi in tract. nomina. q. 14. num. 112. vbi allego Arestum post Do. de Rota, decis. 709. vtrum possit in antiq.

*Quilibet constitui potest procurator*

17 Procurator quilibet constitui potest tam ad acceptandum, quàm ad resignandum [dummodo constituatur procurator ad resignandum, quando quis beneficiũ obtinet, vt dictum fuit,] siue sit clericus, siue laicus, siue secularis, siue religiosus. gl. & doc. in cle. vna, de renun. scripsi in tract. nom. q. 14. Staphil in tract. de liter. gratiæ, rub. de vi & effectu claus. vers. an autem laicus: licet Collecta. videatur tenere contrarium in c. 2. col. 2. de rerum permutat.

*Procuratoriũ anno lapso non valet.*

18 Item resignatio vi procuratorij anno elapso facti, non valet: vt lege regia cautum est, titu. De *la reformation des prouisions*, etiam si facta esset ante regiam legem, vt declarauit Rex anno 1551. die 19. Aprilis. quia voluntas mutata præsumitur ex longinquitate temporis. l. pere gre. ff. de acqu. poss. nec præsumitur quis velle resignare beneficium, quod multis laboribus acquisiuit, per c. super hoc, de renunc. & c. quia non est verisimile, de præsumptio. & gl. in reg. cancel. 43. dicit cancellariam non solere admittere procuratoria ad resignandum post annum: & sic censuit Senatus Tholosanus anno 1544. vt scripsi in tract. de pacifi. possess. nu. 145. ex quo Aresto emanauit lex illa Regia, in d. ti. De *la reformation des prouisions*.

19 Etiam non recipiuntur procuratoria ad resignaudum officia coram Rege post annum: vt sæpius vidi.

*Placet Regis nõ expediatur post sex menses.*

20 Ita nec placet Regis quo ad Episcopatuum & abbatiarum, & aliorum beneficiorum electiuorum nominationes, potest expediri post sex menses: vt est edicto Regio cautum.

21 Ad hæc procurator constitutus ad resignandum coram papa, non poterit resignare coram ordinario, vel alio: nam excederet mandatum, & sic non valeret per c. cum dilecta de reser. ideo solet in litteris procuratorij apponi, quòd possit resignare coram papa, ordinario, vel alio potestatem habente: prout resignantibus placet amplam concedere potestatẽ suis procuratoribus: & vidi interdum resignationem pronunciari nullam, eo q̃ habens solum mandatum resignandi coram papa resignauerat coram episcopo.

*Procurator cõstitutus ad resignandũ coram Papa non poterit coram ordinario resignare.*

22 Item procurator generalis resignare non potest, quia donandi potestatem nõ habet. l. procurator cui. ff. de procur. c. 2. illo tit. in 6. Etiam si l beram habeat administrationem, nisi expresse data sit ea ptãs. c. fin. de off. vicar. in 6. licet Cõpost teneat contra, per c. is cui, de elect. in 6.

*Procurator generalis non potest resignare.*

23 Sed hodie in hoc regno decisum est istud dubium per legem regiam, quã superius adduxi: qua cautum est nullũ procuratorem resignare posse ex procuratorio generali: & d. c. is cui, allegatum mecum facit: quia generalis procurator ibi non potest alienare, & sic nec resignare. [Vnde alias consului pro mãdatario cuius nomine procurator acceptauerat beneficium deterius, licet melius optare deberet per c. si pluribus. de præb. in 6. vt illa acceptatio non præiudicaret dicto mãdatario, quia illi iam erat ius quæsitum ad melius, cui iuri non poterat derogare procurator generalis, nisi haberet speciale mandatum eligendi deterius. Nam in hoc requiritur expressum mandatum, vt scripsi in tit. de elect. derog. in cõcor. nam eligendo deterius, videtur quodam modo permutare cum meliori, quod nõ potest facere sine speciali mandato procurator, nec beneficium renũciare. Cle. vna de renunciat. alias ibi adduxi rationes in dicto meo consilio.]

*Ante receptum mandatum potest curator resignare.*

24 Adde quòd procurator etiam ante receptum mandatum potest resignare, dummodo certior factus sit se esse procuratorem, & verum sit: vt decidunt Dom. de Rota, decis. 145. si procurator, in no. dicentes hoc seruari in Rota, & decis. 248. in antiq. & Alex. cons. 146. in caussa, col. vlt. in 5. vol. & ita seruari de consuetudine scribit Boer. in decis. Burdeg. q. 274. an valeat abunde Francisc. Curtius cons. 63. præsupponitur.

25 Et hoc mandatũ ei innotescat oportet per nuncium, vel epistolam domini.

non

*Mandatū procuratoris quomodo debet innotescere procuratori.*

non alterius, per l. 1. ff. de contrah. emp. hoc docet Hippol. Marsi. in l. si qs ne, nu. 64. ff. de quæstio. dixi in proœ. tract. de liter. obli. num. 22. in tomo consti. regiar. Nā si hoc fieret ad relationem extranei, summa nascetur confusio, & incertitudo, & quam sæpissime iliuderetur papæ, vel aliis collatoribus, vt quia cōstituens potuit reuocasse mandatum, sicque desierit esse procuratoris, qui fuerat constitutus ad resignandum, quam reuocationem continget extraneum ignorare.

26 Ideo expectet procurator vel procuratoriū, aut literas domini, nec alias expediat propter volūtatis mutationem, quæ potuit esse, tum ad vitandum falsum: vnde lege regni videmus cautum, vt non recipiatur quo ad possessorium resignatio a procuratore facta ante receptum procuratorium, in titulo *De la reformation des prouisions*, articulo decimo, & sequen. in ordinatio. Reg.

*Exhiberi dēt p curatorium.*

27 Et si petatur ab eo procuratorium, illud dāt exhibere, & i forma publica: alias nō valebit actus, teste Bar. per illū tex. in l. si quis inficiatus. ff. depos. & ibi Alex. in additio. ad eum, & consil. 78. in 5. vol. Bal. in rub. C. depos. in 4. q.

*Beneficium ibi vacat, vbi estre signatū.*

28 Beneficium autem resignatum in curia, dicitur vacare in loco, in quo procurator resignat. non eo loci vbi est. constitutus glo. & doc. in clem. 1. vt lite penden. vnde si quis constituat procuratorem hic Paris. qui resignet in curia, in curia uacare censebitur, non Paris. quia in renunciatione procurator non præstat nudum ministerium, non enim dicit talis N. renunciat, sed ego procuratorio nomine: ideo si nudum præstaret ministerium, vacaret in loco, quo facta fuit cōstitutio: vt plene declarat Bonifac. in d. cle. 1. in 10. conclu. & Petr. Paris. cons. 10. bonum ius. in 4. vol.

*Consentire pensioni an quis possit ante beneficiū adeptum.*

29 Consensus procuratoris interuenire debet, alioqui non expedietur resignatio, vt in reg. cancel. 43. si tamē quis constituerit procuratorem ad imponendam pensionem beneficio, quod sperat, si demum ei conferatur, poterit procurator consentire pensioni licet beneficium non esset suum tempore constitutionis: vt plene consuluit Paris. cons. 43 in 4. vol. facit glo. & doct. in cle. vlt. de rescrip.

*Vnus resignātis consensus sufficit.*

30 Si tamen procurator semel consenserit, & fuerit expedita resignatio, sed inhabili, & incapaci, si quis postea beneficium illud impetret, non requiritur alius resignantis, nec procuratoris consensus, vbi semel est præstitutus, quia intelligitur de primo l. boues, §. hoc sermone, ubi plene scripsi. ff. de uerb. signifi c. non potest, de præb. lib. 6.

*Cōstituti procurator sponte debet.*

31 Constitutio ista procuratoris sponte fieri debet, alias per metū facta non valet. c. accedēs. de proc. & quia ibi non censetur esse consensus, saltem liber. Panor. & alii in c. Abbas, de his quæ vi. Ro. singu. 743. constitutio procuratoris, & plene Probus in addit. ad Io. Monac. in rubr. de renuncia. lib. 6. ideo Episcopi Placentini resignationem non ualuisse, qui ad præceptū Regis renunciauerat, consuluit Dec. cons. 219 uiso puncto. q. 1.

*Arestū.*

32 Vnde anno 1510. die 12. Aprilis fuit condemnatus a Senatu Episcopus Trecoren. ad centum libras Paris. & ad expēsas, damna & interesse, eo quod receptorem suum in carcerē ditruserat, quod nollet resignare beneficium, & eidem episcopo mutuare centum aureos: quod probatur in cle. multorum, de pœnis: & sepius Episcopi destituunt suos officiales, qui eis recusant pecunias sub nomine mutui dare, vt quandoque famelicos Episcopos [vidi exercere, qui priuandi episcopatu essent.]

*Cancellatū procuratorij instrumētum non probat.*

33 Notandum est, quod si instrumentum procuratorii sit cancellatum, nullā facit fidem, nec vitalis instrumenti ualebit procurator postea resignare, quod si resignauerit, non ualebit resignatio. argu. l. inductum, ubi doct. C. de solutio. & l. si chirographum. ff. de proba.

34 Limitatur quando post resignationē reperiretur cancellatum: tunc enim non uitiaretur iā admissa resignatio, per regul. factū legitime non retractatur &c. & multa tenent facta, quæ fieri prohibentur. l. patre, ff. de his qui sunt sui, uel alieni iuris. & dicit Bald. in l. si unus, in fine. C. de testam. quod si instrumentum productum fuit sine macula, demum apud notarium actorum inueniatur maculatum, per hoc fides instrumenti non minuitur, allegat l. 1, ff. si tabulæ testamēti nullæ extab. & l. gesta in argumē. C. de re iudicata alioqui esset in potestate partis reuocare quod bene gestum est.

*Cancellatio inualidā nō nocet*

35 Imo illæ cancellationes inualidæ factæ a magistratibus, uel tabellionibus sine causæ cognitione, non detrahūt fidei scripturæ, secundum Bal. in l. si præses, circa fi. C. quomod. & quādo iudex. Sequitur Ias. consil. 47. Ex facto, in fi. in 1. uol. ubi etiam

dicit sententiam cancellatam probare, vt per Bar.in l.acta,col.vlt.prin.q. penul. ff. de re iudic. Bal.in l.emancipatione. C.de fide instru.& qui est indebite de matricula cancellatus,non habetur pro cancellato.Bal.in l.scriniarios.C,de testam.milit.

*Conuẽtio partium cũ beneplacito Papæ an obligot.*

36 Item conuentio de permutando cum beneplacito papæ, etiam cum instrumento obligatorio non obligat partes, quo minus possint pœnitere, & pro vnius etiam voluntate reuocare ante implementum. l.1.ff.de rerum permuta l.si pœuniam,de condictio.causa data, & si partes iurauerint non reuocare:sed reuocãs erit periurus.gl.singul.in c.fi.de procura.in 6.abun de Boer.in decis Burdegal.q.207.ad secũdam,dicẽs ita seruari in praxi [Sed si partes conuenerint sub beneplacito papæ, si illi placuerit, & approbauerit conuentionem,vna pars non poterit reuocare post papæ confirmationem.c. venerabilis. de confir.vtili.facit l.fin. C.de contrah emp. c.super eo.ue condict. appos. sic cogitur quis credere post petitam credendi licentiam.l quidam de renunc.gl.in Cle. vna, illo titu.& post postulationem præsentatam papæ partes nõ possunt resilire, alias semper illuderetur papæ.cap.bonæ. 2. de postulatione prælatorum.

37 Si tamen vna pars semel resignauerit,altera non,illa poterit compelli ad resignandum.vel ita resignãs ad suum si malit poterit redire beneficium,per d.l. 1. in fi.& l.naturalis.§. 1.ff.de præscrip. verb. Collecta.in c.2.& c.cum olim.in fi. de rerũ permu.prouinciale.fol.35.ver. duo tractauerũt.post Federi.cõs.156.pũctus talis.

38 Sed post collationem vtrique respectiue etiam a papa factam,si vtraque pars velit resilire ab illa permutatione, & remanere in suo beneficio,possunt hoc petere a papa,qui iterum conferet eis, & permittet remanere non obstante permutatione: vt docet Lappus allegatione 89. in Dei &c.factum. [Etiã postquam procuratoris constitutio ad resignandũ est papæ præsentata, non potest fieri reuocatio a constituente,per supradicta, & sera prece subuenire sibi resignans desiderat. l. 2.C. de iuris &facti igno.Id vidi in nominatione regia semel papæ præsentata, quam papa differebat admittere,vt reuocari interim procuratorium nõ posset, teste Cald. cons.5 tit.de elect.] Alia de constitutione procuratoris poterit quisque supplere.

*De resignatione conditionali, quam in fauorem vocant.*

NVnc † dicendum est de resignatione conditionali,& primo coram quo fieri possit. Resp quod coram papa tantum, cũ in ea versetur simonia,quã ordinarius purgare non potest: c.ex parte. 1 de offic. delega. Panor.& alii in rub.de simo.

*Conditionalis resignatio corã Papa fit*

2 Nec quidem legatus hanc resignationem admittere iure potest, nisi super hoc expressam a papa habuerit potestatem:ex eo videlicet,quia conditio simoniam inducit.gloss.& docto in capit. pactiones, & c.cum pridem, de pactis.

*Collatio facta alteri q̃ ei in cuius fauore fuit resignatum non valet.*

Hæc resignatio fit in fauorem talis N. nec aliter,nec alias, nec alio modo : & si postea conferatur a papa alteri, quam ei, in cuius fauorem facta fuit,non valet collatio,quia contra mandatum facta : gloss. in c.olim,in 1.in vrrb.traditam, de resti. spoliat.Iaf.cons.162.colu.4 in 2. volu. & cons.86.in fin.vol.3.& de hac clausul. scripsi in tract.de pacific.possessor. num 146. Paul. Parif cons.19.ad resolutionem, col. 2.in 2 vol [Curtius Senior consil.8. viso instrumento.]

4 Et ista clausula non potest quis vti coram ordinario,vt quis resignet, vel constituat procuratores tales ad resignandum in fauorem talis, vel vt conferatur tali, non aliter nec alias, quia hæc clausula adstringit collatorem ad conferendum ei nominato per partem: & est contra naturam resignationis puræ,quæ a mera pẽdet collatoris liberalitate: vt gl.& doc.tradũt in d.c.ex parte,hoc nominatim docet Nico.Milius in verb.renũciatio beneficii simoniace facta, vt refert Ruzeus in trac.regal in 32.priuile.in fi.facit gl in c. ordinationes. 1.q 1.& in l.ille autem.ff.de hæred. instit.

*Resignatio corã legato in fauorẽ facta nõ valet,cõera Boer.*

5 Verum si istæ resignationes fiant coram legato,aut ordinario, poterit legatus vel ordinarius conditionem reiicere, & resignationem simpliciter admittere: vt firmat Boer.in tract.de dignita lega.q.2. quia illa clausula ad vtilitatem,vel in fauoré talis,pro non adiecta habetur,secundum eum,& in dubio debet interpretari actum esse permissum.l. eum actum. ff. de ne oc.gestis,l.non solum.§.sed vt probari.ff.de noui operis nuncia.

6 Et quia sunt vt plurimum notariorum clausulæ,teste Staphil. in tract. de literis

gra-

gratiæ,rub.de variis modis uacand. uersi. puto tamen.& probatur in cle.vna, de rerum permuta.in casu speciali,vt nō possit in causa permutationis conferri, ergo in alio casu sic:c.inter, de præben hoc Boer.

7 Contrarium verius esse arbitror:nam quando fit vnus actus cum aliqua qualitate,& adiectione, non potest recipi pars illius actus,& pars eiusdē relici.l. Aurelius §. idem quæsiit,vbi Bar. ff. de liber, lega. Alex. cōs.87.in causa,in 1.vol.& cōs.30 in 7.vol.ac consi.80.ibid. Henri. Boic. in c.cum super,de concess.præb.Iaſ in l. non solum.§.sciendum.ff. de noui operis nuncia.Feli.in c.cum inter, col.4.de re iudic. Hippol.in practica sua.§.postquā,n.24.Paris.in c.auditis,col.11.de præscrip.

8 Nec refragatur quod illa clausula in fauorem habetur pro non adiecta, quod non putarem verum:nam cur minus haberetur pro non adiecta clausula resignationis,& oēs aliæ clausulæ,cum non allegetur ratio diuersitatis,quia nulla cā, nec quidem verbū debet esse in dispositione, nisi aliquid operetur.gl.in l.1.ff. quod metus causa.Bal.in rub.C.de contrah. emp. quæst.9.

9 Nec me mouet,quod debeat interpretari actum esse permissum, uerū est in dubio.l.quoties.ff.de rebus dubiis, sed hic apparet expresse talem renūciationem non valere:ideo in certis non utemur coniecturis.l.continuus.§.cum ita, in fin. ff. de uerbo.obliga.

10 Ninus me cōturbat,quod sæpius sunt clausulæ notariorum, quia hoc esset probandū:& in dubio præsumendū est pro instro.l.cum precibus,ubi Bal.C.de proba.

11 Etiam clem.vna, de rerum permuta. probat contrarium:quia si non ualeat permutatio,quando non cōfertur permutantis:sic non ualebit conditionalis resignatio, quando non adimpletur conditio. d.l. ille,ff. de hæredib instit.

*Resignatio corā legato quomodo fieri debeat.*

12 Quomodo ergo procedetur coram legato? Respon.potest quis cōstituere pro curatorem ad resignandum coram eo, & ad retinendum resignanti pensionem talem &c.non aliter, nec alias &c. & adiici potest clausula,quod roget constituēs Reuerendis. Legatum,ut tali N.conferat: & tunc legatus confert illi pro quo rogauit,si uelit,quia nō arctatur ad hoc.c.tua, ubi doct de simo. & si præfato N.conferat, constituet dictam pensionem resignanti.

13 Si uero legatus alteri conferat, valebit collatio, dummodo retineatur pensio resignanti. Alioqui non ualeret prouisio, per illam clausi. Non aliter quod usu uenire potest his temporibus pro potestate reuerendis. Legati do. Veralli.

*Requisita in resignatione in fauorem facta.*

14 Notandum est in his resignationibus in fauorem hæc obseruari solere, primo quod fiat corā Papa,& non corā alio, nisi qui prātem hāc habeat a papa, vt Legat⁹.

15 Secundo quod ab ipso admittatur, alioqui resignās semper ante admissionem retinebit beneficium.c.inter,de præb.

16 Tertio conferri debet beneficium illi,in cuius fauorem facta est resignatio:alioqui prouisio non ualebit, nec quidem a papa facta,c,uno,de rerum permut. lib. 6.& ibi doc.alioqui esset auferre ius uni⁹, & dare alteri: quod non potest fieri, cum sit de iure gētium.l.ex hoc iure. ff. de iust. & iure.gl in l.2.C.de precib Imperat. offerend.potest tamen papa illam resignationem non admittere.

17 Quarto requiritur,quod is prouisus p resignationem accepter beneficium, alioqui resignans semper in suo beneficio remanebit ratione illius clausi. Non aliter, nec alias &c.quia non intelligitur dimissum,quod nondum ablatum est.l.nec utilem.ff.ex quibus cau.maior.

18 Quinto quod mittatur prouisus in possessionem ut istius prouisionis,si in possessione non erat.l.si ex stipulatione. ff.de acquir.possess.

19 Sexto requiritur, quod prouisio fiat illi,in cuius fauorem fit resignatio: & antequam reuocatio procuratoris perueniat ad notitiam collatoris, uel procuratoris, clem.una de renune,

*Resignatio semel facta non potest reuocari.*

20 Resignatio semel facta reuocari non pōt.c.q̄ periculosum.7.q.1.remittentibus .n.actiones suas amplius non est dandus regressus l. q̄ritur.§. si ueniditor.ff de ędil. edict.& qđ semel repudiatū est,reintegrare minime cōcedimus.. fi.C.de condi inser.& satis absurdū redire ad hoc, cui renunciandum putauit.l.si quis iusiurandū, C,de reb cred.c in causis,in fin. de elect.

21 Nisi ante perfectionem, unde si inter partes cōueniat de permutando. antequā expleta sit permutatio, altera pars resilire,& pœnitere potest.l.si pecuniam. ff.de condict.caus data.l.1.de rerum permuta.

22 Nisi alicuius interfit, & tunc pœnitēs soluere id quod interest tenetur.l.naturalis:§.1.ff de præscrip.uerb.l.nemo,de reg. iur.l.de ætate.§.Celsus, de interroga. act.

*Constitutus procurator ad resignandũ fauorẽ, si resignet simpliciter an valeat.*

23 Vltimo si procurator constitutus ad resignãdum coram legato in fauorem talis Titii, & nõ aliter &c. nec alias, nec alio modo resignet pure & libere: & legatus contulerit Titio, ualebit & resignatio & prouisio, ut plene cõsuluit Petr. Paris. cõs. 15 circa, nu. 12. & seq. in 4. vol. quia in effectu mandatum adimpleuit, nec est agressus fines mãdati: quamobrem valet quod actum est. l. diligenter. ff. mand.

24 Ego super hoc sequentes constituerem casus. primum, si resignans cum clausula, nec aliter &c. retinuerit sibi pensionem, vel aliud: & hoc non fuerit secutus procurator, nec a papa, vel legato concessum, non ualebit resignatio, nec prouisio per c. cum dilecta, de rescript. quia forma mandari non fuit seruata, ob id nullum quod factum fuit: sic consuluit Ias. consil. 86. in causa. cle. pen. nu. 15. in 3. vol. etiam si resignans mortuus fuerit, & non prosequatur: nã postquã resignatio nulla est, ita quoq; prouisio nulla est, facta ratione resignationis inualidæ, ideoq; beneficium uacabit per mortem, & non per resignationem. [Ideo resignatarius vel alius impetrare illud poterit per mortem vacans. Nempe non maiorem potestatem habuit legatus ex resignatione procuratoris, q̃ si dominus ipse resignasset; sed si dominus ipse resignasset, retenta sibi pẽsione; & non aliter, nec alias si nõ fuerit ei pensio retẽta, non ualuisse prouisio, deficiente forma. vt l. diligenter. ff. mandati. Panor. in c. Pisanus. col. 2. de restit. spoliat. Sic consuluit Anchar. consil 28. Rationes. col. 2.]

*Resignatio retentis omnib⁹ fructibus facta valet, licet papa nõ reseruauerit ni si dimidiam.*

25 Alias si non steterit per procuratorem, sed forte papa noluit admittere pensionem petitam cum ipse plenariam habeat potestatem in beneficiis. c. 2. de præben. in 6. tunc pars non poterit conqueri: vt si quis resignet retentis sibi omnibus fructibus, & non aliter; si papa recipiat resignationem retenta solum dimidia parte, ualebit resignatio.

26 Dummodo procurator insequẽs mandatũ resignauerit, quia papa non astringitur pactis partium: sed ista pacta sub beneplacito eius fiunt, & quatenus ei placebit: c. cum pridem de pact. si igitur ei non placeat, nisi dimidia, non est qui conqueri possit, cum partes omnia ad nutum ipsius referant. Alioqui sequeretur, quod in partium potestate esset suspẽdere, & irritare illius voluntatem, & beneplacitum Pontificis quamuis iustum: & quod moderare tur eius potestas secundum voluntatem partium, vt etiam cogerent eũ facere, quæ vellent contra ius, quod esset absurdum: quippe non subijcitur papa legibus, multo minus conuentionibus, quæ contra leges fiunt, c. proposuit. de concess. præb.

27 Cum igitur non placeat papæ approbare cõuentionem partium, vt quia forte contra leges, non est ipsi, nec procuratori imputandum. & ita iudicauit senatus Burdegal. vt mihi retulit doctissimus & illustris vir D. Ioã. Alesmius in eodem Senatu cõsiliari⁹ meritissim⁹, hoc anno 1552. *Aresti.*

28 Secundus casus si procurator constitutus ad resignandum in fauorem Titij, & non aliter &c. resignauerit simpliciter, & beneficium fuerit dicto Titio collatum: si nulla alia fuerit reseruatio, valebit & resignatio, & prouisio: quia procurator per æquipollens secutus est mandatum, & sic ab eo gesta valebunt. l. fi. ff manda. quippe nullus est hic conquerens [ vt plene scripsi in meo cons. super hoc edito incipien. quidam constituit.]

29 Vide Anchara. cons. 28. rationes, & sic potest intelligi opinio Pauli Paris. in d. cõsil. 15. in 4. volu. quia interest an procurator sequatur mandatum, saltem per æquipollens, & valebit: secus in papa, qui voluntatem partium nullo modo sequi tenetur, sed, omnia pro nutu suo disponit, eiusq; voluntas & dispositio adamussim nobis seruanda, dummodo procurator, vt dixi, iuxta mandatum resignauerit.

*Conuentiones partium quas Papa approbare debeat. Clauſ. non aliter.*

30 Non refragatur illa clausula, non alter, nec alias quæ videtur conseruare ius suum resignãti, vt no. doct. in l. si quidem. C. de except. quia hoc est verum quando procurator non esset secutus mandatum & formam: secus in papa, qui non adstringitur ad pacta partium seruanda, nisi quatenus sibi placent. c. proposuit, de concess. præben alioqui semper illuderetur papæ, & eius beneplacitum ex arbitrio partium penderet, contra capitu. bonæ 2. de postula, prælat.

31 Et si obijcias, ergo papa auferet alicui ꝑ libito bñficium. Rnd. hoc non faciet: nã bñplacitum papæ quatenus cõcernit bñficiũ, vt tali conferatur, debet sequi volũtatem partiũ, uel oĩno recusare hoc papa solet, & tunc non præiudicatur resignanti.

32 Sed si sint aliquæ conuentiones, quæ forte contra ius sunt vel turpes, papa conferet beneficium ei quidem, in cuius fauorem est resignatum, sed turpes abiiciet cõ

ueu-

uentiones [c. cũ pridem. de pac. ] argu. no. in c fi. conditionib. appo. & partibus de hoc conqueri non est liberum. vide Felin. consi. 11. papa. [Et plene Tiraquellus in tract. de vtroque retract. 55. 8. gloss. 7. fol 182. & quæ scripsi in l. si qua pœna. ff. de verbor. signific.

Tertius casus, si quis constituerit procuratorem ad resignandum simpliciter vel casus ꝓmutationis: si procurator resignet in fauorem alicuius, non valebit prouisio, tum quia contra formam mandati: nam alia est resignatio simplex, alia in fauorem (vt supius visum fuit) & potestas data super vna non censetur super alia data. d. c. cum dilecta. Nec quidem potestas in vno casu extenditur ad alium, l. commodissime. ff. de liber. & posthu. Nam qui dat potestatem resignandi simpliciter, non vult teneri de illo, cui fiet prouisio, sed onerat cõscientiam illius collatoris, qui prouidebit vt idoneo conferat, iuxta c. graue. de præben & c. 16. cui. illo tit. in 6. At is qui resignat in fauorem, est oneratus pro illo, in fauorem cuius resignat, vt Theologi asserunt. Ergo potestas non censetur isti data resignãdi in fauorem, alias posset de meo disponere beneficio. Nec obest, ꝙ potestas resignandi concessa causa permutationis videatur fauorem continere. Respond. ex permutatione resignãs consequeretur cõmodum. vt in Clem. 1. de rerum permut. sed ex resignatione in fauorem non, sine permutatione. Etiam non valeret resignatio facta in fauorẽ alterius, nisi ille aliud beneficium resignanti assignaret, ẽt si procuratori assignatum fuerit beneficiũ: quia permutatio debet fieri in commodum resignantis, non procuratoris, vt plene & alios casus scripsi in consilio meo incipiente, Magister Robertus &c.]

*De reuocatione procuratoris, quomodo, & quando fieri possit.*

*Reuocari potest procurator ante resignationem.*

VIdendũ est quando procurator constitutus ad resignandum possit reuocari. Quo loco, ne quid prætermittam, quod ad hanc praxim pertinere videatur, non verebor repetere tanquam necessariam ꝛam positam in Concorda. in tit. de subla cle. literis, in gl. vlt. regula est, ꝙ cõstitutus procurator ad resignandum beneficium, vel beneficia, potest reuocari ante factam resignationem. cle. vna. de renunc.

2 Sed oportet reuocationem intimare, seu denunciare collatori, seu procuratori constitutio, alias valebit resignatio, d. cle. vna. & non solum vni est denuncianda reuocatio, sed oĩbus procuratoribus, si plures cõstituti sunt: alioqui resignatio facta ab illo, cui non est notificatum, valebit. c. si duo, vbi doct. de procur. cle. 1. de appel.

*Reuocatio resignationis notificanda est collatori, aut procuratori.*

3 Reuocatio quoq; tacita est intimãda procuratori, vnde si quis constituat procuratorem ad resignandũ corã papa, non poterit cõstituere aliũ ad resignandũ coram ordinario, nisi fuerit primo ꝓcuratori denunciatũ: quia tacitum nõ debet plus operari, ꝙ expressum. l. cum quid. ff. si cert. pet. & constituendo secundum procuratorem, videtur reuocare primum. l. si quis. §. vlt. ff. de procu. c. non iniuste, illo titu.

*Reuocatio tacita est intimanda.*

4 Et sic non valeret intimatio facta parti: cum illa clausula non loquatur de ea, tamen in casibus sequentibus valeret: videlicet quando est procurator cõstitutus ad renunciandũ causa permutationis, tũc sufficeret re integra parti denũciare: alioqui pars esset in dolo, si postea expediret ꝓmutationẽ. c. fi. de procu. 1 6. Fel. in c. ex parte decani, col. 8. ver. d. cle. 1. de rescrip.

*Intimatio reuocationis quando parti fieri possit.*

5 Idem quando procurator esset constitutus ad resignandum in fauorem partis, illi enim erit denũciandum, nã sua interest, & cum illo conuenit. l. si cum mandasset. ff. manda. gl. in verb. faciẽda, in d. cle. vna, & Philip. Prob. in additio. ad Io. Monach. in rubr. de renunc. lib. 6.

6 Idem si in procuratorio nullus esset nominatus ꝓcurator, nec collator, sed coram quolibet potestatem habente, ut tũc intimatio parti fãcta sufficiat: alioqui dolus prodesset eidem, contra cap. sedes. de rescrip. & hoc etiam docet d. Probus in d. rub. de renunc.

7 Item si non liceret collatori, vel procuratori intimare, forte quia pars iniuriose detineturnã hoc casu sufficeret etiam reuocatio parti intimata, vel etiam secreta, vt asserit Bonifac. in d. clem. vna. facit l. quòd te ff. si cert. pet. Nam quòd per partem non stat, illi non est imputandum, l. in iure. ff. de regulis iuris.

8 Præterea si procurator constitutus sit ad consentiendum sententiæ, adiudicationis beneficii, poterit fieri notificatio reuocationis parti: quia in iudicialibus hæc sufficit. d. c. ex parte Decani & c. 2. de procur. in 6.

9 Imò etiam sufficeret denunciare notario, qui instrumentum procuratorii re-

*Notario qñ*

*intimatio reuocationis fieri possit.*

cepit, antequ am expediat, vt si postea cõficiat instrumentũ, & tradat parti, tanquã falsarius puniri debet, quandoquidem iã est reuocatus, & inhibitus per denunciationem, ne conficiat instrumentum: argu. l. si fundum. C. de rei vendica. doct. in l. cõtractus. de fide instrument. c. ex parte. vbi doct. de rescript.

*Reuocatio non intimata valet*

10 Interdum etiam non intimata reuocatio valet: vt quando procurator ad resignandum erat per metum cõstitutus. tex. in d clem. vna. in verb. sponte. & ibi gl. & doct. Ioan. de Selua. in tract. de benefi. in 3. part. quæst. 16.

11 Vel quando cõstituens mortuus est: tunc per mortem fit reuocatio, quæ quidem etiam non intimata valet, quia non est, q possit intimare. Fel in d c. ex parte, col. 10. vers. fallit. & 8. Nam mors omnia soluit. §. deinceps. in authen. de nupt. colla. 4 & mandatum morte mandatis expirat. l. mandatum. C. mandat. l. eius. ff. si certum petatur.

*Reuocatio nõ intimata valet i præiudicium reuocantis*

12 Etiam si ageretur de præiudicio solius reuocantis, nihilominus valebit reuocatio, licet non intimata: vt si procurator cõstitutus ad acceptandum & resignandum reuocetur, valebit reuocatio, adeo vt ille post hac acceptare non possit, nec beneficium acquirere c. fi. de procu. in 6. Bald. in l. si mandassem in repet. ff. manda.

13 Idem dicũt si constitutus esset procurator ad præsentandum, vel eligendũ, vt tunc sufficiat reuocatio, etiam non denunciata: quia hic procurator non habet amplius potestatem. d. c. fin. de procur. lib 6.

14 Sed contrarium est verius: nam valet collatio vicarii facta, antequã ipsi vicario notificata sit reuocatio. l. si forte. ff de offi. præsid. Ludouic. sing. 57. fuit quæstio. scripsi supra plene de his vicariis: & idẽ erit in præsentatione & electione in casibus permissis. c. penult. de elect. in 6.

*Intimatio reuocationis quomodo fieri debeat.*

15 Vltimo ista reuocationis intimatio debet fieri corã notario & duobus testibus, aut corã duobus notarijs. clemẽ. causam. de electio. dixi in tract. nomi. q. 14. non refert aũt an fiat a notarijs Apostolicis, vel Regijs, cum non inueniatur prohibitum vt scripsi in tract. de liter. obli. art. 2 alia videre licet in d. Concord. Fraciæ. in tit. de subla. clemen. literis. vbi abundantius scripsi: ad alia pergere nos oportet.

## *De causis resignationem irritantibus, & primo de dolo.*

*Iurant partes dolũ in resignatione nõ interuenisse.*

NVnc † videamus, quibus ex causis resignatio possit annullari: primo ratione doli annullatur, qui frequenter in his resignationibus interuenire solet, aut fraus, vis, metus vel simonia, & quãdoque ista simul: ideo in resignatione antequam recipiatur, partes iurare debent ista, vel aliquid istorum non interuenisse. c. super hoc. de renunc. vnde si committatur alicui, vt recipiat resignationem, solet adscribi hæc clausula. Attenteque puideas, quod in resignatione prædicta dolus, vis, metus, aut aliqua simoniaca labes non interuenerit &c. vt patet in reg. cancel. Innoc. 38. & si interuenerit, non debet pars diffiteri, aut contrarium iurare.

2 Alioqui collatio illi facta non valet antequam periurio iam facto per c. 2. de rescrip. & c. tua nos. primo. de iureiu. prout tamen scripsi in tract. de pacific. possess. in 4. limita. & hodie admodum paucæ interueniunt resignationes, quæ saltem alterum istorum non includant.

3 Præterea non vult papa valere resignationem purã dolo malo factã, vt quæ non est simplex at dolosa: vnde dicit gl. in cap. pen. de his quæ vi metusve caus. fiunt. secundum canones siue vi, siue metu, siue dolo quis renunciet rei suæ, subuenietur ei contra omnem possessorem, per c. reintegranda. 3. quæstio. 1. & quæstio 2. capit. cum ecclesia. & sequen. facit l. eum qui. ff. de inofficio. testam. non erit tamen ipso iure nulla resignatio secum doct. sed annullanda

*Resignatio dolo facta annullã sit.*

4 Verũ quia dolus annullat alios actus regulariter quando præbet actui causam. l. & eleganter. ff. de dolo. & istos actus, nõ inuenio a lege exceptos, ergo continebũtur sub regula, maxime quia in his beneficialibus bona fides. & non dolus interuenire debet. c. cum dilectus. de electi. licet hodie longe aliter accidat: & quia liber omnino consensus requiritur in resignatione. cap. super hoc. de renunc. Sed vis, metus, aut dolus interueniens excludit hunc liberum cõsensum, ergo, &c. l. si mulier. § si metu. ff. quod metus causa. vnde Prouer. 14. c scribitur, *Filio doloso nil erit boni.* & sic renunciatio dolosa nõ erit bona, nec fructum aflert dolosõ.

5 Ad hæc ius canonicum abhorret præcipue

cipue vitioſum ingreſſum.cap.1.& per to tū,de eo qui mittitur in poſſ.in 6.ſed non poteſt eſſe deterior ingreſſus quam dolo ſus,ideo recipi non debet: Nam Iureconſult.ait,in l.1.ff.de doli excepț. quod ideo hanc exceptionem doli præter propoſuit, ne cui dolus ſuus pro occaſionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatē proſit.

*Dolus an in ſpiritualibus viciet.*

6 Nec refragatur, quod dolus non vitiat in ſpiricualibus, vtpote ſi quis dolo inductus fuerit ad ingrediendum religionem,cap. conſtituit,20.q.3.reſpon.nō videtur deceptus,qui prouocatur ad bonum & ad benefaciēdū,ideoq; dolus bonus eſt qui non annullat actū,tamē res dñt reſtituí,vt ibi dſ. Sed in beneficiis diuerſum eſt:nam qui dolo beneficiū aufert ab alio, remouet eum a ſeruitio Dei: quamobrē valere nō debet illa dolo facta reſignatio.

7 Secus ſi dolo quem inducerem ad acceptandum beneficium: valeret enim illa acceptatio,qua prouocatur ad ſeruiendū Deo:ſecus ſi ad reſignādum.Item reſignatio non dicitur actus ſpiritualis, cum potius ſit a ſpiritualibus amotio, tenditque alio quam ad ſpirituale.

*Matrimoniū an dolo annulletur.*

8 Minus obſtat, quod dici ſolet dolum non vitiare matrimonium,c.ex parte, & c.dudum.de conuerſ.coniug. & quod bonum eſt argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, cap.inter corporalia.de translat.epiſc.reſpond.verum eſſe, cū eſt eadem ratio,ſed longe diuerſa eſt in matrimonio: nam in eo quis prouocatur ad acquirendum ſibi, ſed in reſignatione ad relinquendum cogitur.

9 Ad hæc in matrimonio licet quis dolo fuerit aggreſſus matrimonium, tamen ratum habetur in primo anno in quo canitur, *Exultate*.Item quia res non eſt integra poſt cognitam virginem:ſed poſt renunciationem nil rati habetur, imo magna afficitur pœnitentia reſignans: Ideoque dolus iſte,nec iure naturali,nec prætorio,nec canonico iuuare poteſt illum, cui reſignatio emolumento cedit: vt etiā docet Fortunius in tract. de vltimo fine iuris,nu.335.& ſeq.

10 Inſuper mens papæ non eſt conferre, ſi dolus interuenerit:ideo non valebit reſignatio, nec papæ prouiſio ipſius deficiente voluntate:tum quia ſubreptitia eſt prouiſio, cum dolus non ſit expreſſus in ea: non iuuabitur ergo dolo prouiſus, decreto,de pacificis poſſeſſoribus:vt ſcripſi nume.155 per tex.in c.1.15.q.6.vbi ſic ſcribitur,Si quando a ſacerdotibus,& auctoribus eccleſiæ, quædam ſcripturæ quoquomodo per metum.aut fraudem, aut per uim extortæ fuerint,vel vt ſe liberare poſſint,quocumque ab eis conſcriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio ad nullum eis præiudicium,vel nocumentum valere cenſemus:& ſic non præiudicat reſignanti dolo inducto reſignatio.

*Litera Regia nō impetrantur ad annullādā reſignatione beneficii dolo factam.*

11 Et quia dolus conſenſum excludit,teſte Panor.in c.cum dilectus. in fi. de his quæ vi metusve cauſa fiunt.& ibi gl. dicit coram epiſcopo ſuo reſtitutionē hanc poſſe peti.Nec impetrari ſolent Regiæ literæ in hoc regno ad infringendum hmōi reſignationem dolo factam:vt ſcripſi Areſtum in tract.de pacific.poſſeſ.num.157.

12 Tamen ſi quis agat poſſeſſorio: & opponatur reſignatio, replicabitur de dolo & tunc poterunt impetrari literæ Regiæ directæ iudici:quod ſi conſiſtet reſignationem dolo factam,non obſtante reſignatione,& nō habita ratione ad illam, ius adminiſtret partibus:& tunc iudex,ſi cōſtet ei de doloſa reſignatione, manu tenebit reſignantem,non obſtante ſua reſignatione:vel reſtituet eidem poſſeſſionem, ſi eā amiſerat per remedium reintegrādæ poſſeſſionis:& ſic non concēduntur literæ ad reſignationem reſcindendam, vt iudicio reſciſſorio agatur: ſed ſi poſſeſſorium intentetur, impetrari literæ poſſint, quod non habeatur ratio ad reſignationem metu vel dolo,ſeu vi factam,quod notes.

### *De vi in reſignationibus adhibita.*

*Spoliati reſignatio non valet.*

SOlet etiam addi reſignationibus, ne uis interueniat.Nam ſi ſpoliatus beneficio reſignet illud per vim,non valebit reſignatio:nec præſumitur,quod ſponte reſignet ſpoliatus,c.ſollicite,de reſtit ſpol & Do.de Rota 216.nota quod exiſtenti, in antiqu [ſub titu.de reſciſ. deciſio. 38.] & quæ vi vel metu fiunt rata nō habet prætor.l.1.ff.quod metus cauſſa: ſiue prouiſio ſubſecuta fuerita papa,ſiue ab alio quolibet ordinario;cum eadem ratio videatur in omnibus collatoribus, ſeu vis interuenerit, ab ipſiſmet collatoribus, ſiue ab aliis,c.ſciat.de electionib in 6.

2 Et ſic iſte, qui ſpoliatus renunciauit, etiam poſt collationem alteri factam poterit intentare remedium, c.reintegrāda. 3.q.1.nec iudices audient detinentem beneficium, donec reſtituta fuerit poſſeſſio

spoliatoe, super hoc, de renunc.

*Cas⁹ in quibus resignatio vi facta prohibetur.*

5 Limitatur quando spoliatus fuisset restitutus, & pacificam possessionem recuperasset; tunc papa ad ipsius resignationem in forma gratiosa potest istud beneficium conferre: nec requiritur in hac prouisione facere mentionem spoliationis, nec apponere clausulam vocatis uocandis, &c. quia restitutio facit, ac si nunquam esset spoliatus, & in pristinum statum restituit. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. l. 1. C. de seru. passis. & ita seruat Curia Roma quia non est spoliatus qui tenet.

*Vis auctoritate iudicis facta non iuuat spoliatū*

4 Secundo non procedit quādo hæc resignatio coacte facta esset auctoritate iudicis de caussa cognoscentis. tunc quoq; valeret, c. accepta, de restitutione spoliatorum. glo. & doct. in d. c. solicite. quia tunc præsumptio iuris tollitur, & inducitur notorietas defectus proprietatis, teste Socino in tracta. fallent. regul. 378. & Barbat. cons. 47. præclare, col. vlt. in 2. vol. & videtur metus purgatus.

5 Poterit tñ iste si grauetur, appellare, & non obstante hac collatione facta, & a suo superiore licebit vim probare: quia p sententiā nō tollitur nisi præsumptio; vt per gloss. & doct. in l. fi. ff. quod met. caus.

6 Tertio flectitur regula, si ante spoliationem resignasset. tunc nil impedit quo minus valeat, vt dicit Lupus alleg. 23. qd̄ est verū, si libere, secus si coacte vt supra.

*Iurans non petere restitutionem potest relaxari.*

7 Quarto si quis etiam post spoliationē restitutioni cū iuramento, vel per pactum renunciare, rata habebitur huiusmodi resignatio: glo. in c. super hoc in verb. resignationis de renunciat. de Rota decis. 68. nota quod licet; [sub tit. de renunc. decis. 3.] & deci 428. nota quid si spoliatus, [sub tit. de renun. decis. 11.] in antiq. & Soc. supra in verb. spoliatio, & Nicol. Milius in verb. renunciatio, inuiolabiliter enim debet obseruari iuramentum, authen. Sacramenta. C. si aduersus venditio.

8 Poterit tamen hic resignans impetrare literas relaxamenti ab hoc iuramento præhabita illius dispensatione: nam ea facilitate qua fuit spoliatus, iurauit vel promisit restitutionem nō petere: quamobrē ei iuramentum, vel pactum nocere nō debet; vt dicit in simili glo. & docto. de renūciante exceptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento. in l. 3. C. de except. non nume. pec. & Fel. in c. si cautio. de fid. instru. doct. in l. 2. C. de rescin. vend. scripsi in tract. de chirograph. tecognitio. in ordin. Regiis in 1. tomo; tum quia pactū hoc vel iuramētum præberet materiam delinquendi. cōtra l. cōuenire ff. de pact. dotal. sic docet Soci. in d. tract. Fallen. reg. 378. spoliato & sic qui vi resignauit, post amissam possessionē aget remedio reintegrādę possessionis; de qua abunde scripsi art. 5. gl. 1. de sent. execu. in 1. tomo ordin. Reg.

*De resignatione metu extorta.*

*Metu facta resignatio non valet.*

REsignatio† quoque metu facta solet annullari: nam quæ metu facta sunt rata non debent haberi, l. 1. & per totum. ff. quod metus caussa, vnde in resignationis bulla solet apponi, Prouisso quod metus interuenerit; quippe renunciatio metu facta non valet, nec perdit beneficium sic resignans. capit. super hoc, & c. Abbas, & capitu. ad aures. de his quæ vi metusve causs. fiunt. de Rota decisio. 203. nota quòd resignatio. in antiqu. Hēricus Boic. in capitu. quod in dubiis. de renun. & Fortu. in tract. de vlti. fi. num. 275. dicit hanc renunciationem metu factam nullam, & Barba. cons. 30. bene etenim, in 3. vol.

*Metus parentū aut consanguineorum resignationem annullat.*

2 Intellige etiā si facta fuerit metu parentum, aut cōsanguineorum, c. sciant de electione, in 6. idem si metus ab ipsis collatoribus processerit, clemen. multorum; de pœnis. l. 1. & l. seq. ff. de liberali caussa. Rota decis. 463. dubitatur, in nouis. [sub titu. de renunc. decis. 7.] & Alex. cons. 99. in casu, col. 3. in 3. volu. nu. 10. Petr. Pari. consi. 66 renunci. in 4. uol.

*Vexantes consanguineos clericorum sunt excommunicati.*

3 Et isti sunt excommunicati vexantes consanguineos clericorum, etiam laicos, propter clericos. d. c. sciant. de elect. in 6. vbi multa addidi.

4 Ideo poterit agi uel vendicatione ad beneficiū sic metu resignatum, uel possessorio recuperandæ. glo. in §. ad tollendas. in verb. liberæ, de elec. in pragm. qa licet resignans sponte, ius suum amittat, & possessionem, c. inter iuncta. glo. de præbend. secus tamen est in eo, qui coacte, vel per metū resignat. gl. in c. notificasti. 33. quæst. Panorm. in c. maiores. in fin. de baptismo, & in c. cum locum. de sponsal Alex. cons. 98. quoniam. col 2. vol. 3. & cons sequen. Nā quæ metus caussa gesta sunt, rata nō decet haberi l. 1. & seq. ff. qd̄ met. caussa.

*Praxis annullādi resignationem metu factā*

5 Quamobrē in hoc regno Franciæ possumus petere coram iudicibus ecclesiasticis annullari talem resignationem: vt quidā asserūt in dicto capitulo, Abbas, &

de

de Rota decis. 374. Fuit dubitatum, in nouis. [sub titu. de renuncia. decis. 5.] siue nullam pronunciari, & declarari. Nam quo ad effectum nulla dici potest, vt scribit Autrer in decis. Tholosa, quæst. ducentesima octogesimaquinta, vide Albert. Brun. consil. 82. super difficultate, inter consilia Feudal.

6 Vel si agatur possessorio reintegrãdæ & opponatur resignatio, ꝓbabitur metus: & non obstante resignatione iudex in possessionẽ restituet resignantẽ, vt supra dixi de dolo: Vel si quidã magnus curialis te prosequatur vt resignes, forte quia contulit tibi hoc beneficium, procures vt illud in curia secundo resignes in fauorem amici tui, & postea resignare poteris ad petitionem illius potentis, vel impetres tuo nomine, & in signatura dicat, renunciãdo primo titulo, si opus sit, vel quatenus erit opus, & postea si cogaris resignare, dices te resignare ius qđ. ex tali collatione habuisti tũ: & postea poteris, ꝑseq; & te defẽdere ex noua ꝑtratione. Ista dico vt malorũ malitiã euadas. Et metꝰ regis, ꝓbatur per literas regis, quibus mãdabatur eꝑm Astensẽ relegari, & ab officio suspẽdi, nisi resignaret, vt plene probat Carol. Ruinus cons. 121. quia principalis, in 4. vol. vbi etiam cõcludit renuntiationem nullam.]

*Purgat⁹ metus quando dicatur.*

7 Cessabit tamen restitutio, qñ purgatus est metus postea per consensũ liberũ: an nunq; cẽsetur purgatus eadẽ cã durãte & subsistente: vt asserit Bal. in l. 2. C. quod metus caussa. & doct. in l. interpositas, de transactio. C. Deci cons. 219. viso puncto, scripsi abunde in tract. de rescis. contract. in gloss. 22. in 2. tomo const. Regiar. & quomodo purgetur metꝰ scribit Petr. Paris. cõs. 135. Ioãnes, col. 1. & seq. in 4. vol.

*Metus cadens in constantem virũ in spiciitur.*

8 Adde quoq; restituendam esse ecclesiam spoliato, vel metum passo, quam resignauit: quando. s. ille metus interuenit, q potuit cadere in constantem virum, c. ad audientiam: de his quæ vi metusve caussa fiunt. l. metum. 1. ff. eodem. ita consuluit Calder. consilio primo. rubr. de renunc.

9 Et dicitur cadere in constantem virũ, vt cum est metus mortis, verberũ, aut cruciatus corporis, cap. primo, quod metus caussa, l. 3. ff. eodem. Sic metum accipiendum Labeo ait, nõ quemlibet timorẽ, sed maioris mali: nec timorem infamiæ contineri Pedius dicit in l. 4. & 6. ff. eodem.

*Iustus metus q uis dicatur.*

10 Iustus igitur metus requiritur, id est probabilis, & nõ leuis, c. fi. de appel. Deci. in l. in omnibus caussis ꝓ facto accipitur id in quo quis alium perhorrescit, quo minus fiat. ff. de reg. iur.

*Metus iudicatur & dolus pro qualitate perseona.*

11 Et multas phrases huius dictionis iusta, expositi in l. iusta, ff de verb. signi. & iõ pro qualitate personæ considerandus, & iudicãdus est metus, an sit iustꝰ necne: c. 1 eodem. quia in meticulosis, & senibus, & literatis minor metus sufficeret, q̃ in aliis militaribus viris: arg. l. quę sub cõditione. ff. de conditi. inst. & in mulieribus minor quoq; sufficit metus, c. cãm matrimonii, de offi. delegat. cap. cum locũ. ꝺ de sponsa. Corset. in singul. incipient. metus.

12 Idem in dolo iudicandum est, vt non omnis dolus annullet actum, & contractum: sed talis dolus, qui etiam caderet in prudentem & sagacem virum: vt docet Baldus in rubric. C. de rescindenda venditio. & in verbo metus, in margari. & Alexand. in additio. ad Bartol. in l. & eleganter. ff. de dolo, vt refert Hippol. sing. 407. non omnis metus, quod ibidem dicit se exercuisse proximis diebus in caussa non leui, & obtinuisse, licet haberet durum aduersarium.

## *De simonia in resignatione.*

*Resignatio simoniaca an valeat ẽ, ꝓiudicium resignãtis.*

INsuper † in hoc rescripto clausula talis apponitur, Attente prouideas, quod simoniaca prauitas nõ interueniat, aut alia pactio illicita: Nam renunciatio beneficii simoniaca non valet, etiam (vt dicunt) in ꝓiudicium resignantis, nec collatio, ca. super hoc, in glos. pecuniæ. de renunciat. Innocen. in cap. cum vniuersorum, de rerum permutatio. Archid. in c. ordinationes, 1. q. 1. de Rot. decis. 236. in antiq. [sub tit. de renuncia. decisio. 7.] Nicol. Milius in repertorio, in verb renunciatio. q. 4. & ista est communis fere sententia, quam infra reiicio.

2 Tamen ille qui per simoniam resignauit, via deliquit, non poterit illud beneficium ita resignatum & collatum repetere, nec ille qui simoniace adeptus est, retinere, per glo. & doctor. in c. constitutus, de trãsactio. Innocen. in d. c. cum vniuersorum. Cardina. in cap. super. colum. 2. in 5. oppos. multa scripsit Ioan. Naucler. in suo tracta. de simon. & ibi quoque scripsi in addit. sic consuluit Guido papæ consil. 172. frater Hugo.

3 Quinimmo potest eam resignationem superior admittere simpliciter, & tertio il-

lud

lud beneficium conferre; vt consuluit Domin. consil. 125. dubia in 1. q. sequitur Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de variis mod. vocatio. vers. puto tamen.

4 Alioqui simoniaco faueretur, si beneficium, quod per simoniam resignauit, repetere liceret; quod nequaquã est faciendum, imo malitiis eorum obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vindic. cap. sedes. de rescript. ne scilicet crimina remaneant impunita in maximum Reipubl. detrimentum, l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. c. vt famæ. de sentent. excommu.

5 Cuius sententiæ videtur esse Dominus Tiraquellus in tracta. de retractu municipali. §. 26. glos. 2. nu. 10. quia licet non valeat renunciatio, tamen obtinet vim pacti taciti, ne amplius hoc repetat, cui renũciauit. c. quam periculosum. 7. q. 1. ibi vide alia per eum adducta.

6 Hactenus lector benuole, secutꝰ fui communem super his sententiam, multis probatam rationibus, quamuis iurium interpretes sup hoc uarii fuerint, videlicet an simoniacus sit ipso iure priuatus necne: sed vt altius ista repetam, notandũ est, quod si iura Decretorum inspiciamus, dicemus priuationem necessariã, in c. presbyter, ibi priuetur. 2. q. 1. & in Decre. etiã in occulto simoniaco sententia definitiua depositionis requirebatur. in c. 2. de confessis. & in c. insinuatum. de simo.

*Simoniacus ipso iure beneficio priuatus*

7 Sed vt omnia breuiter absoluam, arbitror dicendum habita iuris noui cõsideratione, simoniacum ipso iure priuatum beneficio, in quo simoniam commisit. tex. est in extraua. cum detestabile, de simo. in communibus, ibi per electiones vero, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones, quas simoniaca cõtigerit labefieri, viribus omnino careat; in ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis ecclesiasticis, & quibusuis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur; nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionẽ, sub animæ suæ periculo sit adstrictus.

8 Idem fuit statutum in concilio Constantien. in hæc verba, Electiones autem postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones simoniacæ ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque deinceps factæ nullæ sint ipso iure; nullumque per illas ius quiquã acquiratur: nec promoti, confirmati, aut prouisi faciãt fructus suos; sed ad illorum restitutionem tãquam inique ablata percipientes teneantur. Statuentes insuper quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiã si Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate, &c.

*Conuentionalis etiam ipso iure priuat.*

9 Et quamuis extrauag. cum detestabile intelligant quidam doct. in simonia reali videlicet cũ aliquid datur, vt is sit priuatꝰ secus in simonia conuentionali; vt scribit Cassador. in decis. 5. de const. Sed inconcilio Cõstantiẽ. nil dicitur de datione quo ad priuationem, sed quo ad excommunicationem sic, verum ipso iure annullat prouisiones, vultque nullum ius acquiri per illas.

10 Ergo si fuerit cõuentionalis simonia, siue realis, collatio facta ipso iure est nulla; resignatio quoque simoniaca tenet in præiudicium resignantis, etiam si clausula fuerit in ea, non aliter, nec alias, &c. quia is resignans non est vsus cõcessione iuris. cle. vna. de rerum permu. ideo nec poterit ad suum redire beneficiũ, quod ex suo delicto amisit, alioqui delictum non puniretur: vt superius scripsi. vide Petr. Paris. cons. 135. Ioannes, in fi. vol. 4.

*Beneficia simoniacorũ impetrari possũt*

11 Ex quo infertur, quod hodie beneficia simoniacorũ ipso iure vacant, & possunt impetrari etiam absq; alia declaratione, quæ fieri poterit post impetrationem, per c. cũ secũdum leges, de hæreti. in 6. Sed in hoc regno raro fit declaratio; nam his casibus, quibus est ipso iure priuatio, post habitã collationẽ a papa seu ordinario, impetrãtur literæ saisinæ, & nouitatis super possessorio: vt scripsi in const. Regiis, tit. de causis possess. beneficior. in 3. tomo commentar.

*Simoniaci dicuntur hæretici*

12 Præterea quo ad hanc priuationem non fit differentia inter notorium simoniacum, & alium, contra quem probata est simonia: semper enim probata simonia priuat ipso iure, & simoniacus est excommunicatus, vt supra: imo patet simoniacos veluti primos & precipuos hæreticos ab omnibus fidelibus respuendos, & si commoniti non respuerint, ab exteris, id est laicis potestatibus opprimendos: omnia enim crimina ad comparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur. cap. fi. 1. q. 7.

*Differẽtia inter occultũ & publicum simoniacum.*

13 Licet fiat differentia quo ad depositionem ab officio, quia occultus non deponi-

ponitur, notorius sic: c. 2. de confessis, cap. insinuatum. de simo. etiam fit differentia quo ad absolutionem & rehabilitationem quæ facilior est in occulto, quam notorio simoniaco, in foro conscientiæ & ab occulto minor datur taxatio, & compositio: vt sæpius vidi. sed non fit differentia quo ad priuationem. [Ista tamen simonia non priuat beneficiis, quibus simoniâ non commissit, & quæ habebat ante simoniam, sed est opus priuatione, quia in eo, in quo quis deliquit, in eo puniri debet. capit. postulastis. vbi plene scripsi de cler. excom. mi. & non debet duplici pœna puniri. c. at si cleri. in fi. de iud. & de hoc videtur tex. in capit. si compromissarius. in fi. de elect. in 6. Et ideo non valet de his impetratio facta ante priuationem, imo ea poterit resignare ante priuationem, & interim papa super illis poterit dispensare cum eo, vt ea retineat, sed sine dispensatione illa retinere non potest.]

*Collatio simoniaco facta est nulla.*

14 Collatio quoq; simoniaco facta nulla est, nempe eo ipso quod quis conuenit super beneficio, & committit hoc crimen, est excommunicatus, tam per extraua. cũ detestabile, quam per constitutionem editam in concilio Constant. ob id collatio illi facta non valet. cap. postulasti. de cleric. excommunicat. ministrãt. Ideoque beneficium illud potest impetrari. [Panorm. in cap. cum vniuersorum. vlt. no. de rerum permuta.]

*Fructus restituit simoniacus.*

15 Vltimo simoniacus ad restitutionem fructuum omnium tenetur, etiam si ecclesiæ seruierit, quia tamquã fur & latro non est ingressus per ostium: vt est in Euangel. & alia scripsi in additiõ. ad Ioan. Nauclerum. in tract. cũ simon. quæ sunt notanda, ve luti parum hactenus discussa.

16 Et sic ista quatuor annullant puram renunciationem, saltem quo ad effectũ, vt illi, qui vi, metu, aut dolo resignauit, subueniatur: inæqualitas tamen fructuũ beneficiorum non annullat permutationem vt docent Ioan. Monach. Andr & alii, in cap. vno de rerum permutat. lib. 6. sic consuluit Bertrand. conf. 311. etiam. in 2. volu. ex prima editio.

*Dari quando liceat p uexatione redimendã.*

17 Nora perpetuo, quod non potest dari pecunia, vel aliud tẽporale pro beneficio consequendo, & acquirẽdo, etiam si daretur pro vexatione redimenda. c. ad aures, & c. Matthæus. de simo. cap. significasti, de elect. licet redimere vexationem nõ sit cõtra bonos mores, l. Athletas. in fi. ff. de his qui not. infa. vbi Angel. & Innoc. in d. c. ad aures & Imol. in c. super eo. de transact.

18 Pro iure autem quæsito, tuendo, & retinendo licet in sequentibus casibus. Primus est, quando is qui vult redimere vexationem haberet bonum ius, & certum, secus si dubium text. in c. dilectus. 1. de simo. c. nullus. 1. q. 1. Panor. in c. cum pridẽ. de pac. & Felin. in d. c. dilectus. 1. de simo.

19 Certum ius habere dicitur, si a consultoribus ei consultum fueris ius suum esse præcipuum, l. eum quem, ff. de iudic. illis enim credendũ est. l. si chorus. ff. de leg. 3.

*Potẽtis aut calũnioſi vexationem redimere licet.*

20 Secundo quando is, cum quo litigaré, esset persona valde potens contra quam vix, aut nunquam possem victoriam obtinere. Panorm & Felin. in d. c. dilectus, tũc mihi credẽdũ est: ideo melius est, vt quic quam vexationis redimẽdæ causa recipiã quia potentioribus pares esse non possumus. l. 3. ff. de aliena. iudi.

21 Idem dicerem, si nõ esset potens in diuitiis, sed fauore, aut calumniarũ plenus: tunc etiam esset licitum redimere vexationem, etiam dando pecuniam: vel recipiendo, gl. in c. dilectus. 1.

*Modicũ pro vexatione dari vel accipi potest.*

22 Tertio quando modicum daretur, vtpote pro bullis, aut expensis factis in illis consequendis, aut pro collatione ab ordinario facta: & tunc etiam poterit dari pecunia collationis. glo. fing. in c. super hoc. in verb. pecuniæ, de renun. & ibi eã sequitur Imol. & Fel. in d. c. dilectus. 1. de simo. quia de modico tunc non curatur. l. scio. ff. de rest. in inte. c. ad quæstiones de simo. quæ tamen glo. videtur dicere contrariũ.

*Vexans recipiendo pecuniã peccat.*

23 Quarto notandum est, q̃ licet dans pecuniam in casu permisso pro uexatione redimenda non peccet: tamen is qui sic recipit peccat, & est simoniacus, & dictã pecuniam restituere tenetur. arg. l. & generaliter. §. vlt. ff. de calum. Host. in d. c. dilectus. quem refert & sequitur Ang. de Clauas. in sua summa. in verb. simonia. in 2. nu. 10. & seq nisi putet ius suum verum & bonum in principio, & postea iusto errore ductus componat; vt doct. no. in c. cum pridem de pactis.

*Pro iure tuendo quando liceret quic quã accipere.*

24 Quinto pro possessione acquirenda, & pro iure meo tuendo, liceret etiam dare, & in casibus præmissis, vbi iniuste a potente quis opprimeretur, & illam facile non posset consequi, alias nõ; vt dicit Inno. in c. ad aures. de simo. alioqui si simpliciter esset prouisum dare pro prouisione beneficii, fieret fraus. legi, quia nunquã daretur

retur pro beneficio, sed pro possessione, & sic nunquam cõmitteretur simonia, quod est absurdum: ideo tutius est cum vi redimere vexationem, & dare pecuniã, quod hoc facias cum papæ beneplacito: & sola signatura sufficiet.

*Prouisus de episcopatu an beneficia anteadeptã possessionẽ conferre possit.*

25 Vidi præterea dubitari, an puisus de epatu, vel abbatia, aut prioratu, beneficia conferre possit, antequam possessionẽ episcopatus, uel alterius prælaturæ fuerit adeptus, aut quis illa conferre, vel interim ad ea præsentare valeat. Et super hoc putarem sequentes casus esse considerandos.

26 Primus, est quando episcopatus vel abbatia vacat per mortem, vel priuationem: tunc simulatq; prouisum est alicui de tali prælatura, poterit prouisus cõferre beneficia ad prælaturæ collationem pertinentia, c. nosti, c. transmissam, de elec. vbi statim post cõfirmationem potest electus conferre: ergo & prouisus a papa: qñ quidem prouisio habet vim electionis, & cõfirmationis docto. in c. cum olim, de caus. poss. Panor. in d. c. nosti, in vlt. no. quia domino licet rem suam capere, & illius fructus, teste Inno. in c. querelam. de elect. Refert Panor. in d. c. transmissam, col. vlt. & in puris incorporalib. sufficit habere ius. Inn. in c. cum nostris, col. pen. de concess. præb. refert Bal. in l. fi. col. pen. C. de edic. diui Adria. tollen. probatur in c. si tibi absenti de præb. lib. 6. vnde patronus poterit præsentare antequam sit missus in possessionem hæreditatis: vt docet Bald. in l. fi. & Roch. Curtius in tracta. iurispatro. in verb. ipse vel is, q. 11. vbi etiam ait sufficere institutionẽ ad hoc, vt quis habeat plenum ius, licet nõ apprehenderit possessionem. cap. super his, de accusa. Panor. in c. quod autem, in oppos. contra text. de iurepatron.

*Nouus epũs vel abbas an beneficia & qñ conferat.*

27 Secundus casus est, cum episcopatus vel abbatia vacat per resignationem qualemcumq;: non poterit nouus episcopus vel abbas conferre, donec possessionẽ acceperit, alias esset priuare possessorem sua possessione: quod non licet, etiam si iniuste possideret. l. eum qui, de præb. in 6. ca. placuit, 16. q 6. auaritiæ, de elect in 6. ca. licet episcopus, de præb. eod. Ausr in decis. Tholos. q. 413. in fi gl. in verb. promotus, §. censuit, de elect. in pragma.

*Possessor episcopatus con-*

28 Euidentius probatur, nam quamdiu quis sustinetur in officio administrare potest, & conferre: c fi. 8. q 4. cap. ad probandum, de re iud. l. Barbarius, de offi. prætor. vnde excommunicatus toleratus põt conferre, & præsentare, teste Innoc. in c. si verè, in fi. de sent. excommunic. & Panor. in d. c. ad probandũ, col. 3. & is qui est in possessione p̃sentandi iure præsentat, licet vere ius patronatus ad alium spectet; c. consultationibus, de iure patron.

*fert ante successoris aduẽtũ.*

29 Facit decisio Iurisconsul. dicentis, me minisse oportebit, usque in aduentum successoris, omnia debere proconsulem agere, cum sit vnus proconsulatus: & vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem per quem negotia sua prouinciales, explicent. l. meminisse. ff de offic. proconsul. ita quoque decebit prælatum resignãtem administrare, donec alter nouus ueniat tractaturus negotia ecclesiæ.

*Proconsul ante successoris aduẽtũ administrat.*

30 Confirmatur per Imperatorem his uerbis, Non est possibile, neq; portabile omnino sine iudice relinqui prouinciam, S. fin. in authen. de administra colla. 7. Sic non decet ecclesiam Dei prælatis manere destitutam, & capite: ne interim gregem Dominicum lupus rapax inuadat. cap. ne pro defectu, de electio. Quemadmodum etiam præfectus Aegypti non prius deponebat imperium, quam successor esset Alexandriam ingressus, licet in prouinciam venerit. l. vna. ff. de offic. præfect. Augustal.

*Antiquus abbas confert ante sibi ĩtimatas bullas.*

31 Tertius casus est, Quod resignans poterit cõferre donec bullæ prouisionis fuerint eidem intimatæ, nouusque prælatus fidelitatem, si quam debet Regi, præstiterit, & possessionem acceperit exrrauag. iuncte, de elect. in communibus quo loco prohibet papa, nequis ante receptionem literarum, administrationem bonorũ accipiat, & sub verbo bonorũ beneficia cõprehenduntur, c. 1. de præb. scripsi in l. bonorum. 1. ff. de verbor. signific. interdicitque papa in d. extrauag. ne qui recipiant istos prouisos sine literis: alias recipiẽtes canonici uel alii suspensi sunt a percepto ne beneficiorum, donec gratiã habuerint a papa: præterea quod gestum est ante literarum receptionem est irritum, & sic omnes beneficiorum collationes: vt ibi scribitur.

*Præsens aciudex ante successoris notitiã cognoscit.*

32 Præterea si præscs prouinciæ manumisit, uel tutorem dederit, priusq̃ agnouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata. l. si forte, ff. de off præsid. ita quicqd prælatus resignans egerit, firmum, & ratũ habebitur, vsq; ad aduentum successoris: &

quo-

quousque bullæ fuerint ei ostensæ.

33 Accedit quod iudex potest exercere iurisdictionē quatenus venerit successor, etiam vltra tempus officii, l. meminisse, ff. de off. præsid & illius temporis solita stipendia consequetur d §. fi. in authen. de admi. colla. 7. approbat Ludouic. Rom. sin gul. 390 lex meminisse. Sic dicendum videtur in prælato, qui licet cōstituerit procuratores ad resignandum, tamen potuit papa non admittere, vel eum, in cuius fauorem resignatum fuerat, multis modis repellere.

*Collatio vicarij reuocati nulla.*

34 Item valet collatio facta per vicariū Abbatis, vel episcopi, ante scientiam reuocationis, per d. l. si forte, decidit Roma. sing. 57. fuit quæstio Romæ, & singul. 566 quod l. si forte habet locum in beneficijs, allegat glos. in l. Tribunus, ff. de test. mil. Ias. in l. more maiorum, num. 8. ff. de iurisd. omn. iud.

*Gesta p legatum reuocatū valēt.*

35 Consuluit etiam Calderin. consil. 4. de offic. legati, quod valent gesta per legatum a papa in publico consistorio ante notitiam reuocationis, per c. audita, vbi doc. de rest. spoliat. c. 1. versic. ex parte, de concess. præbend. lib. 6.

*Potestas cōferendi nō auferetur ante notitiam.*

36 Ad hæc si papa mandet episcopo, vt alicui prouideat, inhibendo ne alii conferat: non tamē ei tollitur potestas aliis cōferēdi ante notificatū sibi tale mandatum, c. dilectus, 2. de præb. c. tibi, & c. duob⁹, de rescrip. in 6 c. si capitulo, de concess. præb. eodem. multo minus in reuocatione tacita censebitur reuocata potestas a prælato antiquo, prouidendo, s. alteri, nisi quoque fuerint illi notificatæ bullæ & literæ prouisionis: alioqui frustra esset inuenta mandatorum præsentatio.

*Ignorantia reuocationis præsumitur.*

37 Et in dubio præsumitur reuocationis ignorantia, l. verius, ff. de probatio. regul. præsumitur, de regul iur. in 6. Fel. in c. cæterū, col. 8. vers. valet processus, de rescr. & Rota decis. 459. circa tertium dubium, in not. [sub titul. de concessio. præbend. decis. 21.] & in additionib. ad Roma. d. singular. 56.

38 Item valet sēa a iudicibus reuocatis lata ante notitiam reuocationis c audita, de restit. spoliat. vbi Panor. & alii. Bal. in l. 1. in fin. C. vt lite penden ac in l. mandatum, col. 5. n. 17 & seq. manda. Fel abū. de in d. cap. cæterum.

*Prouisus certioratus*

39 Quinimo licet prouisus per papam recte fuerit certioratus de sua prouisione, non tamen ei licebit administrare quicquā de bonis prælaturæ, nisi prius habuerit literas Apostolicas hoc probat c. super eo 2. in fi. ibi, contigerit literas recepisse, de appella. Panor. in c. qualiter, not. 1. de elect. vbi refert se fecisse hoc obseruari. nā quidam prouisus curię Rom. valebat post prouisionem constituere vicarium: dixi hoc facere non potuisse antequam receperit bullas, quæ non sunt de substantia prouisionis, sed probationis: vt per doct. in procem. sexti. & in rubric. de cōstit. scripsi in §. primo, in verb. literas, de manda. Apostolicis, in Concordat.

*non pōt conferre nec vicarium cōstituere.*

40 Itidem quo ad resignantem non sufficit, quod ipse sciat literas Romæ esse expeditas, nisi fuerint etiā ei intimatæ & præsentatæ: nam debet esse ei notum vt resignanti, sicut dicimus notum iudici, vt iudici. l. hæc autem. §. non defendi ff quib. ex causam posses. eat, Bar. in l. multū, circa fi. de conditionib. & demonstra. Cardi. in clem. quia contingit, in 3. oppos. de religios. domib. potest. n. aliquid esse notoriū, nec tamen iudici notum, c. de manifesta, in fi. 2. q. 1. si duobus, de appeila. cōsuluit Dec. cons. 295. in causa, col 2. nu. 5.

*Resignati bulla intimari dēt.*

41 Ad hæc licet pars sciat resignationē admissam, nescit tamē an pars acceptauerit, vel an uti uelit literis, & prouisione sibi facta: ideo quousque fuerit ei intimatū poterit recipere fructus, & alia facere tanquam verus prælatus: vt docet Philipp. Franc. in c. vt nostrum, vers. hoc tū, col. 4. de appellat. vbi ēt dicit ualere sententiam iudicis reuocati, antequā aliquis intimauerit ei literas reuocatorias; quia prius scire non præsumitur, an pars illis uti uelit.

42 Imo reuocatio vt habere tacitam cōditionem, nempe si fuerit intimata, arg. l. qui absenti, ff. de acquir. possess. ubi qui absenti seruo scribit, ut in libertate moretur, non eam mentem habet, ut statim uelit serui possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo seruus certior factus erit. Decius consilio 295. in causa, col. penult.

*Resignās q̄n iure & possessione sit priuatus*

43 Non me mouet, q̄ per resignationem quis sit priuatus & possessione, & iure, id-est titulo, c. inter, iuncta gloss. de præb. c. uno, ubi doct. de rerū permutat. in 6. quia hoc intelligitur de possessione iuris, quā perdit resignans, teste Innocēt. in c. quod in dubiis, de rerum permuta. secus in possessione naturali, cui pōt incumbere, donec sciuerit præfatam resignationem admissam: imo si ista possessione, quam post

resignationem, habet, spoliaretur, veniret restituendus: vt docet idem Innocen. in c. super hoc, de renunc, Rota. decis. 158. licet reus, in no. sub titul. de renũcia. decis. 1. & sic interim & præsentare licebit, & conferre. [Facit quod dicit gl. in verbo vacantium, in extra. susceptione sede vacante, in extra. communibus, vbi dicitur in cessione, depositione & alijs, licet perdatur ius, nõ tamen ipsa possessio naturalis, nisi per sententiam declaretur vel habeatur pro derelicto, facto vel uerbo.]

*Indultũ Cardinalis an extendatur ad episcopatũ de nouo acquisitum.*

44 Quartus casus. Cardinalis habens indultum à Papa, vt nullus possit conferre bñficia ad suam collationẽ spectantia, non poterit vti illo indulto in beneficijs ep̃atus, cuius non accepit possessionẽ: ideoq; Papa legatus interim, vel alius poterit conferre beneficia ad episcopatum spectãtia ante possessionis adeptionem: vt consuluit de Ripa lib. 2. de rescript c. 31. quæritur, allegans Dinum in reg. 1. de regul. iur. in 6. & Archidiaco. in c. eum qui, de præb. eod. & Ancha. in regul. sine possessione de reg. iur. eo. quia prælatus debet accipere possessionem antequam administret, & ante adeptam possessionem conferre non debet in præiudicium illius, qui est in possessione prælaturæ. Innocent. in c. in literis, de restitut. spoliator. Panor. in c. transmissum, per c. licet episcopus, de præbend. in 6.

45 Ita quoque si Cardinalis resignauerit, vti poterit suo indulto in beneficijs vacantibus, quousque bullæ Abbatiarum vel Episcopatuũ quos resignauit, sibi fuerint intimatæ; & resignatarius in possessionem missus episcopatus vel abbatiæ de nouo collatæ.

*Consuetudo vt quis possessionẽ ante administrationẽ accipiat valet.*

46 Quintus casus est, vbi consuetudo viget, vt quis possessionem accipiat, anteq̃ administret, tunc non licebit conferre, vel alia facere ante possessionem adeptam, si quidem valet talis consuetudo. Panorm. & alii in c. transmissam, de elect. col. 3. per cap. ad hæc, & c. vt nostrum, de officio Archid. alioqui frustra inducta esset installatio, & in possessionem missio si non obseruaretur: c. si quis ordinatus, cum seq. 92. dist. glos. in ver. promotus, in §. censuit, c. licet, de elect. in pragmatic. probanda tamen hæc esset, nisi sit notoria, ioã. de Selua in tracta. de benefic. in 2. parte, q. 15. Francisc. Marc. in decis. Delph. q. 49. in 2. parte decis.

*Administratione durãte tẽporaliũ rẽ epiſcopatus an Episcopꝰ cõferre possit.*

47 Sextus casus, licet Regaliorũ iure noster Rex per delegatos & cõmissarios administret pendente vacatione temporalia, tamen adhuc poterit resignans conferre beneficia, antequã resignatarius adeptꝰ sit possessionem. Quia licet remota sit a resignante administratio temporalium, non tñ spiritualium: igitur is antiquus prælatus, cum sit in illa iusta possessione, quousque venerit successor, poterit conferre, & præsentare, per c. cõsultationibus, de iurepatro, docet Io. de Selua. in trac. de benefic. in 2. parte, d. q. 15.

*Consuetudo regni vt episcopꝰ ante fidelitatẽ factã nõ administret.*

48 Veruntamen licet in temporalibus lõga regni consuetudine seruetur quòd prælatus non administret ante receptam possessionem, & factam Regi fidelitatem, & præstitum iuramentum, quandoquidem ea sunt in manu Regis, secus tamen in spiritualibus: nam statim atque fuit collatus Episcopatus, spiritualia omnia suscipiũtur à papa, & sic ab eo tempore, quo prouisus susceperit literas, poterit conferre, nisi cum vacaret per resignationem: quia tunc in præiudicium resignãtis existentis in possessionem, non poterit nouus prælatus cõferre, donec adeptus sit possessionem suæ ecclesiæ, & literas suæ prouisionis receperit, secundũ d. Extrauagan. Iniunctæ, ergo simulatque receptæ sunt literæ, vel alicui est prouisum, dum nullus alius sit in possessione episcopatus, poterit episcopus cõferre: Nẽpe hoc est fauorabile ecclesijs, vt earũ euitetur dispẽdiosa vacatio. c. quam sit, de elect. in 6. Qui fauor cessat in rebus, quæ iam habent commissarium & delegatum à Rege, qui interim administret. Ergo poterit epꝰ per mortẽ prouisus statim atque nouerit suam prouisionem cõferre, vel præsentare: quia tunc nulli fit præiudicium, & succurritur ecclesiæ vacanti: qđ maximè est attendendum. c. si Apostolica, de præb. in 6. Item super simoniam nullus præter papam dispensare potest. c. nobis de simo. vbi plene doct.

*Ratione personæ & rei vitiatur resignatio.*

VLtra † supradicta aduertendũ est, quo etiam renunciatio ex tribus maximè illegitima redarguitur. Primo ratione personæ renunciantis, vtpote quia minor est, qui non potest resignare, cap. 2. de ætate & qualit. Bened. in c. Raimutius, in verb. adiectæ, nu. 62. de testam. Si tamen renunciauerit, tenet cessio, glo. & doct. in ca. ex parte, de resti. spoliz, Sed si læsus fuerit do

lo

lo aduersariorum, restituetur.

2 Nam quamuis reputetur maior in beneficialibus.capit.fin.de iudic.in 6. adhuc tamen restituitur is, qui maior reputatur, per glos. & doct.in l.vlt. C.si de momenta. possess. fuer. appellat. quam doctor. ibi probant, & Alexand. consil.80. in caussa, colum.j. in 7.vol, & ita est communis cõclusio, secundum quam fuit iudicatum Burdegal. vt refert Boer. in decis.Burdegalen. q.350. minor quatuordecim annorum: licet multi teneant contra, quos ibidem ipse refert. *Arestũ.*

3 Sed ego concluderem minorem restituendum, si caussæ cognitio in hac renunciatione vel actu non interuenerit: quia sine curatore ipse non debet quicquam attentare, cap fi.de iudic in 6. cum non habeat plenã administrationem, c.2. de ætate & quali. ideo simpliciter admissam resignationem minoris dicerem non valere quo ad effectum, sed posse restitui. *Minor resignãs an possit & à quo restituatur.*

4 Verum si caussæ cognitio coram superiore interuenerit; & expediens fuisse pupillo dictum fuerit, tunc resignatio valebit: nec minor restitui poterit quia deceptus non censetur: & ita videtur concludere Nic. Milius in Repertorio, in verbo minor 14. annis.non.n. videtur minor circunscriptus, si fuerit vsus iure communi.l.fi.C.de in integr.resti.

5 Ideo si cum plura beneficia haberet, vno se exonerauerit, nequaquam videtur deceptus: vt concludit d. Probus in rubr. de renunc. col.2. in addit.ad Io.Monach. si quidẽ onus est intolerabile seruire duabus ecclesijs parrochialibus, cũ sit ars artiũ regimen animarum.c cum sit, de ætate & qualit [nisi ex vno viuere non posset, vt scripsi in l.ait prætor.ff de minor ]

6 Et hanc restitutionem concedet papa: nã soluere potest, qui & ligauit l.si puellæ. ff.de sponsal. vel eius legatus: tamen ordinarius sine alia impetratione poterit dictã renunciationem infringere cum causæ cognitione: quia ipse ordinarius instituit, & destituit, c.cum ex iuncto, de Hæretic. vel agent. possessorio, vt supra dixi, & non obstante resignatione manutenebitur in possessione.

7 Furiosus quoq; demens, vel amens resignare non possunt, quia consensum non habent, nisi fortẽ dilucida haberẽt interualla.c.quãuis. 7.q.1.l.fi. C.de cura.furio. l.furiosum. C.qui testa.facere possunt. l.in negotijs. vbi Dec.ff.de reg.iuris. *Furios⁹ resignare non potest.*

8 Sed aliquando papa concedit alicui facultatem resignandi sua beneficia, quæ non poterat resignare, vt forte quia erant reseruata, vel alias affecta: & tunc Papa cõcedit, ẽt vt is coram ordinario possit resignare simpliciter, seu ex caussa permutationis, in qua concessione non est opus facere mentionem, quod resignans patiatur defectum natalium aut alias obstant. quia papa non difficilius concessisset, si hoc fuisset expressum: atq; satis papa videtur certificatus, dicendo quæcunque beneficia obtines, aut in futurum obtinebis, permittimus resignare. *De defect⁹ natalũ nõ exprimat in bullã quia resignare conceditur.*

9 Imò si contingeret in supplicatione hos defectus exprimi, nec tamen debent in bulla concessionis inseri: nam quid impediret, ne daretur facultas resignãdi, quæ tam exiguam continet gratiam: nõ tamen vitiabitur bulla ex hac expressione.

10 Secundo ratione personæ in cuius manibus fit resignatio, irritabitur: vt si fiat in manibus laici. cap. admoneat, c. & quod in dubijs, de renunc. vel si fiat in manu Abbatis, vel alterius inferioris ab Episcopo, qui renunciationem permutationis caussa admittere non potest: c quæsitum, de rerum permut. Io.Monach.in rub.de renuncia in 6. [Item si Episcopus sit excommunicatus, vel suspensus, ipse non poterit cõferre. c cum inter. de excep. Archid. in c. nullus. 63. dist. c. cum dilectus de consuet. idem dicendum est ratione personæ eius, cũ quo fit permutatio, quia est laicus, vel excommunicatus, c. cum adeo, de rescrip. cap. ex literis. de transac. c. postulastis, de cleric. excommu. mi. vel alias inhabilis. vt scripsi in tract. de pacific, posse. in 1. limita. & in titu, de excommun. non vitand. in concord.] *Laicus resignationem non recipit.*

11 Tertio ratione rei iudicatur inualida renunciatio: vt si Episcopatus resignetur coram alio, quàm coram papa. c. inter, & c. quanto, de transla. Episcopi. *Episcopatus cora papa est resignãdus.*

12 Vel si quis renunciet iuri sanguinis, ex re eam renunciationem illegitimã cognoscemus. l. ius agnationis. ff. de pactis, l. iura sanguinis, de regu. iu. hoc docet Ang. Claual. in verb. renunciatio.

13 Item si ille cui prouisum est per consistorium de monasterio, vel ecclesia, literis non confectis cedat, vel moriatur, ex eius persona de nouo per obitum, siue per cessionem expedientur bullæ, quia per prouisionem factam per papam in consistorio quæsitum est ius plenum. *Literis non cõfectis an acquiratur ius.*

Secus

14 Secus si in alijs prouisionibus non cõsistorialibus: vt si quis resignet, aut moriatur literis nõ cõfectis, nõ datur noua vacatio: sed ad primum redimus vacandi modum: vt dicunt pragmatici Romani,

*Liberè fiat resignatio.*

15 Ad hæc resignatio libere fieri dẽt, & pure, i. sine pactione, conditione, vel modo, c. ex parte 1. de off. delega. c. cum pridem, de pac. cap cum vniuersorum, de rerum permut.

*Vicarij an resignationes recipere possit.*

16 Non valet quoque resignatio facta in manibus vicarij, nisi specialem habeat potestatem ad recipiendum resignationes. Rota decisi. 43. nota quod vicarius [sub titul. de renuncia. decisio. 1.] & 218. nota quòd in antiq. [sub titul. de renunciat. decis. 5.] Aegi. decis. 94. vicarius, & cõsuluit Calder. cons. 3. in rub. de renunci, hoc plene Staphi, probat in trac. de literis gratię, de varijs modis vacatio. versic. hinc quartò dicitur. Et dixi superius in materia vicario Episcop. in 1. parte.

*Scriptura in resignatione necessaria, et subscriptio.*

17 Item accedere debet scriptura in resignatione tex. in c. sicut vir, in fi. ibi petierit, vt ab episcopi honore debeat vacare, eo petitionem scripto dante concedendũ est, aliter id facere non valemus. 7. q. 1. & ibi Archid. facit tex, & ibi glo. in c. Cõsaldus, 17. q. 2. ne postea factum reuocetur in dubium, & si voluerit postea resignans beneficium repetere propria scriptura incipiat ei obuiare. c. saluberrimum, 1. quæstione septima.

18 Ideo solent subscribere resignantes, & testes procuratorio cõstituto ad resignãdũ, propter vitandas etiam falsitates, quę frequenter in his committi solẽt: & sic est casus specialis in quo scriptura requiritur vltra numeratos per gl. in c. 1. de censibus lib. 6. Alias quomodo subscribere illi possent nisi scriptura interueniret? quod lege Regia cõfirmatur in tit. De *las reforma tiõ des prouisions des benefices*, in cõst. Reg. art 3, quamuis Collect. in c. 2. in fi. de rer. permuta. contrarium dicat.

*Resignãs si iterũ ei resignetur an dẽat vltimus federe, & pro ingressu soluere.*

19 Quid si resignauerim præbendam, & canonicatum in fauorẽ alicuius forte presus infirmitate, qui demum eandem mihi recõualescẽti resignauerit, an ego vltimꝰ in choro & c. sedere dẽam, aut pro ingressu tanquã oĩno nouus quid soluere? D Pro bus in rub. de renun. in additio. ad Io. Monach. docet istũ teneri soluere ingressum ac nouissimo recipiendum esse loco: quæ sentẽtia de stricto iure procederet, ꝑ tex. in c. quoniam, de simo. tamen ex benignitate consuluit contrarium Paul. Paris. cõsi. 93. Michael in 4. volum. non. n. videtur amisisse possessionem, qui semper eam tenuit, & sic statim redijt. l. quod calore. ff. de regulis iuris. l. penult. de diuort. & vide quæ scripsi inferius in reg. de publican. resignat. glos. 18.

*Renunciãs literi an renũciet titulo,*

20 Insuper renunciatio est stricti iuris, & strictè interpretanea: vnde qui renũciat literi & caussæ, non renunciat titulo beneficij, c quia circa, de consanguinit. l. tres fratres, ff. de pactis, l. postquàm liti. C. eodẽ, & hoc docet Calder. cons. 5, an habens, in fi rub. de præb. ideo renunciatio benefic. non inducitur, nisi expressè agatur, c. sanè cum gl. pen. de renunc. Dec. cons. 551. plene, col. 1. & nisi in casibus à iure expressis. c. ex ore, in fi. de his quæ fiũt à maiot. parte c. dixi in tract. nominat. q. 1. & superius in tacita renunciatione.

*Iuuari non põt titulo cedentis liti.*

21 Et sic quamuis partes inter se conueniant, vt altera consentiat sententiæ possessoriæ, per hoc altera pars non poterit se iuuare titulo illius, qui consensit: nisi ille consentiens sententiæ resignauerit quoque ius suũ coram ordinario, vel Papa, & alteri parti fuerit collatum.

22 Quamobrem vt tutius negotium peragatur, solẽt conuenire partes, quod altera cõsentiet sentẽtiæ ferendæ coram iudice laico, vel ecclesiastico: & ꝑ dabit procuratorium ad resignandum coram potestatem hãbente, & facta collatione iuuari resignatarius poterit iure illius resignantis.

*Resignatio retẽtis fructibus non valet.*

23 Ad hæc si quis resignauerit beneficiũ retentis sibi fructibus pro pensione, nõ valet resignatio: nam decet quòd ipse qui altari seruit, de altari viuat. capit. cum secundum, de præbend. tum quia venit contra constitutiones, & iura regni, quæ prohibent vltra tertiam partem reseruare, vt scripsi in tracta. de pacificat. possessor. in 18. amplia.

24 Vnde cum quidam Matisconen. præfato modo resignasset in fauorem Vincentij Flanuert: & demũ eo mortuo ordinarius contulisset Bartholomęo magni: possessioq; per iudicem Matisconen. fuisset adiudicata, d. Flãuert. curia perperam & malè fuisse iudicatum pronũciauit, & possessionem dicto magni per mortẽ prouiso adiudicauit, anno 1512. die 5. Martij.

*Aresiũ.*

25 Verùm alia forte causa mouit Senatum: quia propter impositam pensionem non solet vitiari tota bulla. c. si eo tempore, de rescript. in 6. facit. l. 1. C. ne rei domi

mi ibi, cingulo, in quo obrepserant fraudulenter.

*Clausula vocatis vocandis non debet poni post rē iudicatam.*

26 Item si postquam aliquis obtinuerit sententiam super beneficio, quæ transierit in rem iudicatam, resignet in fauorē tertii ante possessionem adeptam: non apponetur in bulla, uocatis uocandis, cum iam aduersarius fuerit uocatus, & succubuerit: constatque illum esse detentorem illicitum, ideo non est opus ulterius cognoscere: sed apponetur clausula. Amoto dicto N. & quolibet, alio illicito detentore, de qua clausula scripsi in forma literarū executorial. in Concorda. & in bulla nouæ prouisionis supra.

*Clausula parito iudicato qñ nō sit necessaria.*

27 Si vero succumbenti resignaretur, qui prius possidebat: tunc non fiet executio, si quidem ipse est in possessione, & contra se ipsum ageret, sed fiet simpliciter prouisio: nec debet inseri clausula, parito iudicato quæ solet regulariter in eorum prouisione poni, contra quos sententia lata fuit: sed hoc est speciale ui resignationis sibi factæ, nec est opus traditione ei, qui iam illam habet. §. venditæ, de rerum diuis. in institut.

*Regnantis bñficium & morientis ante 20. dies dicitur vacare per mortem.*

Item si quis infirmitate pressus resignauerit suum beneficium, nisi superuixerit per 20. dies, beneficium uacare censetur per mortem, & nō per resignationē; quod statuitur in regul. Cancel. 18. & quia illa regula est de seruatis in Francia, licet bene satis illustrata cōmentariis per Gomes. non uerebor tamen quotidiana mea schola subiūgere: & quæ dudum ex vsu foren si collegi, breuiter depromere: quod ut dilucidus peragamus, tex. inseramus.

## *Regula de infirmis beneficia resignantibus.*

Item voluit quod si quis in infirmitate constitutus, resignauerit aliquod beneficium, dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficii vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ, postea infra 20. dies, a die per ipsum resignantem præstanti consensu computandos, de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit: ipsūque beneficium nihilominus per obitum censeatur uacare.

### GLOSSA PRIMA.

*Abbatissa moriens intra 20. dies post factā resignationem cōprehendi tur ihac regula.*

ISta regula est a Iulio III. Pōtifice maximo nuperrime sicut vides aucta: quamobrē ad verbū transcribendā duxit singulis eius uerbis congruam interpretationem subnectendo: ut dicit Iurisconsul. in l. item ueniunt, uel aptanda. ff. de petit. hæred. Primo hoc uerbum si quis, in hac regula positum, tam masculos quam fœminas complectitur, l. j. ubi abunde scripsi. ff. de verb. sign. gl. in c. generali, de elect. in 6. unde si mulier valetudine aduersa detenta resignet, & intra 20. dies moriatur, uacat officium, Abbatia, vel prioratus monialis per obitum: tum quod eadem sit ratio in mulieribus, quæ in iuris: tum etiam quod uerba conueniant, & sic dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto: Ad hæc quod lex sit generalis tam viris, quam mulieribus, text. in l. leges uniter sales. C. de legibus.

2 Ratio cur hæc regula introducta sit, est, ut videlicet fraudes volentium de beneficiis testari, vitentur; nam ante regulā istam in agone mortis existentes resignabant, & sic erat quodāmodo testm̄ in beneficiis, necnō succesſio quæ tñ in his maxime prohibetur, ctiam ratione cōsanguinitatis, c. 1. de prēb. nā quæ Dei sunt, ab hoīe dari non pūt. c. plerique 8. q. prærerea tendit hoc in maximum præiudicium expectantium mandatorium, nominatorum, ac ordinariorum, ergo restringēdum etiam quia a consilio hæc resignatio reprobata: ut statim in gl. seq. dicetur.

*Papanō continentur ihac regula Cardinales.*

3 Quinetiam in papa resignante habere locum hanc regulam noluit Gomes. in commentarii huius regulæ quæst. 1. quod putarem uerum quo ad prohibitionem: ne succesſorem in confinio mortis sibi cōstituere, uel eligere debeat; sed quo ad alia vix comprehenderetur, sicut nec Imperator quod tanquam rarum amplius non discutio.

4 Sed in Cardinalibus resignantibus ali quod beneficium fateor habere locum, cum in generali dispositione concernen-

te animæ salutem, & bonum publicum, Cardinales comprehendantur, maxime quando fraus appareret, quæ procul ab ipsis esse debet. Gemi. ī c. si, ꝑpter. de resc. ī 6.

*In epatibus & abbatijs ꝑcedit hec regula.*

5 Et Gomes. hic, & in prooem. regu. Cācel. dicit hanc regulam seruari in Episcopatibus, & abbatiis, & prioratibus electiuis; quorum nominatio in hoc regno ad Regem spectat. scripsi in §. 1. in uerb. dispendiosæ, de regia ad præfat. nominat, faci. in concorda. [Etiam consului haberelo cū in collationibus factis ab imperatore si ipse iterum conferri velit alteri, quia hoc facit auctoritate huius constitutionis quæ nullam facit primam collationem, & quia est generalis, ab eoq. edita, qui pōst, oēs ligare; utpote a papa, c. 1. de cōst. c. fundamenta. de elect. in 6. & hoc est fauorabile Imperatori, si uelit iterum conferre; iō residet in sua potestate an uelit alteri conferre, quod poterit. Alia adduxi in d. cons. quæ hic omittam.]

*Familiares Cardinaliū hic non excipiūt.*

6 Insuper Gomes. hic fruſtra quærit, an habeat locum in familiaribus Cardinaliū resignantibus; quia licet facta sit resignatio cū consensu illius Cardinalis, & sic iure expedita sit, tamē si moriatur resignans intra uiginti dies, uacabit, per mortē, non per resignationē, quādoquidē hic nullus excipitur, & cū Cardinales comprehēdātur, multo magis, & illorum familiares.

7 Si uero postea resignans moriatur, uacabit prouisio per mortem, sed cū cōsensu domini suo Cardinalis, alias non, per aliam regulam Cancell. quamobrem non possum satis admirari uanam in hac re disputationem Gomes. & quæ parum huic regulæ conferat.

*In infirmirata constitutus.*

## GLOSSA SECVNDA

*Resignatio proxima morti reprobat.*

AVdit quid diuus scribat Hilarius Papa de his resignantibus in his uerbis Plerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus abrogare; ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu: quod quam graue sit æstimate. Ab uniuersis acclamatū est, hæc præsumptio numquam fiat. Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt. c. pleriq. octaua quæstione prima. Itaq. cum hæc renunciatio proxima morti sit, reprobatur; nondum tamen ante istam regulam declaratum fuerat tempus, ideo statuit hic uiginti dies in confinio mortis dici.

*Requisita hac regula primo infirmitās.*

2 Imprimis in hoc tex. p̄mittendā sunt requisita, ut locum habeat ista regula. Primo enim requiritur, ꝙ aliquis sit in infirmitate constitutus, ibi, constitutus; ergo si esset sanus resignationis tempore, licet postea fato quodam moriatur intra uiginti dies, nec tamen habebit locum hæc regula; quia resignans non est in infirmitate constitutus. facit c. de his. de sepult. ubi si constitutus in infirmitate donet monasterio, parrochialis ecclesia canonicam portionem habere debet; secus si sanus donauerit, ut ibi nisi præstiteris consensum resignation, post infirmitatem; ut declarauit papa Paulus in fi. regulam suarum, in 2. regula.

*Consensus resignationis tm valet quantū resignatio.*

3 Quia paria sunt resignare, uel præstare consensum resignationi. doct: in clem. una, de renuncia. unde si quis sanus resignet, & post datam supplicationis in infirmitatem incidens consentiat. nisi uixerit dies uiginti connumerandos a die consensus huiusmodi beneficium uacabit per obitum; ut est uidere in d. reg. Pauli. & est bona declaratio, quā probat iste text. & Frācis. Marcus ita docet q. 284. in pri. parte.

*Infirmitatē probare qui eam allegat.*

4 Vnde qui impetrauit per obitum, & allegat infirmitatem, eam probare dēt si cut qui dolum allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. nisi resignans statim post resignationem mortuus fuerit, quia tunc præsumitur, quod antea fuerit, infirmus, & hoc relidet in arbitrio iudicis discutere, qñ statim uel non. l una C. de emenda. seruor. per gl. ibi scripsi in interpreta. l. diuus ff. de Senatusconsulto Sillaniano.

*Leuis infirmitas nō attenditur.*

5 Intellige siue tempore resignationis fuerit leuis febricula, uel quartana uetus, seu grauis & dura infirmitas; nam sufficit per istum tex. ꝙ moriatur ex illa infirmitate intra 20. dies, nam interdum in principio leuis est infirmitas, & postea sensim nisi occurratur, ingraueſcit, licet quādoq; differant in alia materia, l. quæsitum. ff. de re iudic. l. 2. si quis cautio.

*Febris cōtinua seu interpolata continentur in hac regula.*

6 Etiam procedit iste textus seu febris sit continua, siue continens siue intermittens, aut interpolata (vt dicunt Medici) nam si id temporis quis resignat, & postea moriat intra viginti dies, locus erit huic regulæ; vt per obitum censeatur beneficium vacare. quia licet intermiserit dolor in febre interpolata, nihilominus hic quā-

diu

diu humor est abundans in corpore, dicitur in ægritudine constitutus: ut dicunt Medici: ergo habebit locum hæc regula.

*Re incidens in morbū an contineatur ī hac regula.*

7 Nec refragatur l. fi. C. de curat. furio. vbi furiosus tempore dilucidi interualli potest contrahere, & alios actus facere, quippe tunc cessat furor, at hic in febre interpolata non cessat infirmitas: ergo nec cessabit hæc regula.

8 Extenditur etiam iste textus ad reincidentem in morbum: vt si quis tempore resignationis, uidebatur sanus, tñ postea reinciderit in pristinum morbum, ex quo mortuus fuit intra viginti dies: vacabit hoc beneficium per obitum, quia censeba tur constitutus in infirmitate tempore resignationis, licet parum intermiserit, & non fuerit continua infirmitas. l. qui tertiana. ff. de ædilit. edicto: quippe non videtur sanus, qui statim ad infirmitatē redijt. l. penul. ff. de diuort. glo. in l. Martius. ff. loca. & Ioan. Francis. de Ripa. in tract. de peste. fol. 142 versiculo insuper quæro.

9 Vbi limitat quādo reincidisset ex noua causa, vt per luxuriam, ex qua nascitur omne uenenum: quia tunc nequaquam censebitur infirmus fuisset tempore resignationis: secus si reincidisset ex pristina causa, q̄ præsumitur, per ea quæ superius adducta fuere. l. quod ita. ff. de ædilitio edicto & luxuriam dicit valere esse blandum venenum, quod facilius est accusare, quā vitare. facit c. quia sanctitas, quinquagesima distinctione.

10 Intellige de infirmitate corporis, quæ carnem & corpus grauat, & posteà dissoluit; de quia loquitur dicta l. quæsitum, ff. de re iudicata. c. nisi cum pridem. de renuncia. c. cum infirmitas. de pœnitentia, & remissione. ubi Panorm. scribit sex causas, ex qnibus infirmitates solent hominibus contingere. Et in quibus prosit tradit Bened. in repet. c. Raynutius in verb. mortuo. 1. de testam.

*Infirmitas animi non continetur in hac regula.*

11 Secus de infirmitate animi quæ furiosis inest, prodigis, amentibus, & alijs deseriptis in l. 1. & sequēti. ff. de ædilitio edicto. nam de hac non intelligitur hæc regula. Sed de vtraque infirmitate, vide per tex. & glo. in l. secunda. ff. de testament. quippe resignatio ab his facta non valet: vt inferius dicam. Aliàs beneficium non vacabit nisi per obitum dicta l. in negotijs, ff. de regulis iuris. c. 1. & si quis inlaniens 15. quæst. 1.

12 Et quando loquimur de infirmitate intelligimus det corporis infirmitate licet interdum solea in iure canonico exprimi infirmitas corporis, in c. cum infirmitas, de pœnitent. & remissio.

*Senex an infirmus dici possit.*

13 Nec intelligetur de sene etiam capulari, qui proprie non dicitur infirmus, & cui non conueniunt verba, nec dispositio, cap. indemnitatibus, § supradicta. de electio. in sexto. Et lata differentia est inter senes, & infirmos, quippe videmus plerosque senes ita bene robustos, quam iuuenes, maxime qui caste vixerunt: nam hircosos, ut ita dicam, senes feræ valetudinarios videmus: ob id dicerem, quòd si senex nulla valetudine interna detentus, sed tantum naturali senectute, resignauerit, licet posteà ex superueniente infirmitate moriatur intra viginti dies, non habebit locum hæc regula sed resignatio valebit: quamuis contrarium uidcatur tenere gloss. in pragmatica sanctione. §. item quod omnia in uerbo permutationis. de collat. quam suo more transcribit Io. de de Selua, in tract. de beneficijs in tertia parte, quæst. decimaoctaua.

*Sanus ī. fect⁹ peste an comprehēdatur in hac regula*

14 Sic quoq; dicerem hanc regulam non habere locum in sano infecto peste, & renunciante metu pestis instantisnec in eo qui volebat inire duellum cum alio, vel in volente ingredi mare, uel bellum: quippe non sunt hi constituti infirmitate, licet in periculo sic sed iste tex. infirmitatem requirit, quinimò sani sunt & integri, & possunt euadere periculum, siipsi velint, & Deus permiserit.

*Constitutus in infirmitate qs dicatur*

15 Et 90 infirmitatis priuilegia describit hic Gomes. quæst. 9. constitutus. n. in infirmitate dicitur, qui iam afficitur valetudine. & infirmitate: vt probatu à simili in c. 2. & indecorū, de ætate. scripsi in §. 1. in glos. constitutū, de nomina. reg. in cōcor.

*Vulneratus dicitur infirmus*

16 Si tamē quis affectus vulnere lethali resignet, & non vixerit per viginti dies, vacat beneficiū per obitum, & locus erit huic regulæ, quia simulatque sancius est, maxime si lethali vulnere dicitur in infirmitate constitutus, intātum ut Medici cum isto regulis vtantur eisdem, quibus cū alio febricitante. l. fi. ff. de his qui deiecerunt: & superueniens febris ex tali vulnere creditur emanare, sicque dicetur infirmitate grauari, l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Igitur in eo procedet hæc regulam vna. C. de emenda seruo.

17 Quæ satis comprehendere videtur prolixā distinctionē Gomes. volentis hanc regulam procedere in magno vulnere, ex quo poterat mors sequi, secus si ex modico vul-

nere, l. vulneris magnitudo. ff. de iniu. vbi Angel & l 1. §. vitiũ. ff. de ædil. edict. Hippoly. in pract sua. §. & quia, sed quorsum illa? si dicamus. n. tale vulnus esse, ex quo mors superuenerit, non uideo qua ratione leue vulnus possit appellari.

18 Aduertendum est, ꝙ licet furiosus nõ possit resignare, vt supra diximus: si tamen quis mentis erat compos ante infirmitatẽ & doloris causſa inciderit in rabiẽ, is non poterit resignare, nec alios actus facere. l. in aduersa. ff. de testam. l. in negotijs. ff. de reg. iuris. vnde tria oportet probare, infirmitatem, & furorem, & quòd id temporis fuerit furiosus.

*Tria ꝓbãda ad irritãdũ resignationem infirmi facti furiosi.*

19 Nam licet probatum fuerit cum varia & diuersa dixisse deliria cã morbi, nsi probetur ꝙ eo tempore resignauit, uel cõstituit procuratores ad resignandam, valebit resignatio, sicut testamentum per tex. in l. qm̃, ibi, seminecis & balbutiens lingua profudit. C. de testamen. Benedict. in repetitio. cap. Raynutius, in uerbo in extremis, per illum tex. hoc etiam docet nominatim Petrus Pariſ. consi. 15. circa, nu. 9. col. 2. in 4. uol.

*An præsumatur facta tẽpore sanæ mẽtis.*

20 Si uerò fuerit facta resignatio à furioso, habente dilucida interualla, non præsumetur facta tempore sanæ mentis. ca. sup per hoc de renunc. ideo oportet quòd resignatarius hoc probet, per tex. iuncta glosſa in cap. fi. de successio. ab intest. in uerb. compotem quod probat Lanfranc. in ca. qm̃. in uerb. testium. col. 37. de probationibus. & Alex. consi. 141. in 1. vol. & consſ. 95. nu. 6. in 2. vol.

*Tres casus ad regu. intellectũ.*

21 Vltimò noto in tres casus ad huius regulæ elucidationẽ. Primus est ꝙ infirmus tpe resignationis si moriatur intra viginti dies vacabit beneficium per obitum: & ad hoc facta est hæc regula.

22 Secundus casus si infirmus tpe constitutionis procuratoris, sanus fructus tpe resignationis moriatur intra viginti dies, non habebit locum hæc regula, quia tempore resignationis oportet ꝙ sit in infirmitate constitutus, per hunc text. qui tamen in hoc casu non erat: & sic. non habet locum hæc regula.

23 Tertius casus, si resignãs sit sanus tpe constitutionis procuratoris, & postea tempore quo resignat sit infirmus, & moriatur intra viginti dies de infirmitate, beneficium vacabit per obitum: quia uerba & mens conueniunt, ergo & dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto & quia ratio nes huius regulæ locum habent: nam hic de suis beneficijs quodam modo testari videtur, siue inopinata mors fuerit, siue alia, quia sufficit rõnes esse & uerba nec æquitatem video in contrarium.

*Derogari an huic regulę possit, & à quo.*

24 An huic regulæ derogari possit? & à quo? respondeo, derogari posse: nam omnis res ꝑ quascunq; causas nascitur, ꝑ easdem & dissoluitur, cap. 1. de regulis iuris. & ab eo qui illam condidit, & sic à papa: quia eius est dissoluere, cuius est ligare l. si puellæ. ff. de sponſ. & nihil tam naturale, quàm eodem genere quodcunque dissoluere, quo colligatum est. l. nihil. ff. de regulis iuris.

25 Intellige ex causſa iusta, quæ mouere possit ad tollendum rõnem huius regulę: nempe si quis valetudine detentus aduersa videat beneficium forte in manus hæreticorum incidere posse, si per obitũ vacet: ob id infirmus illud resignauerit in manibus papæ, iuste poterit papa huic regulæ derogare.

26 Quæ licet sit iusta derogatio, tñ eius est iustior: iõ potestas papæ data est, ut iustiorem sequatur sniam: & hoc probat tex. in cap. unde. 8. q. 1. ubi diuus Petrus inducebatur sic ad eligẽdum successorem Clementem: & sic non est inconueniens legẽ esse iustam, & derogationẽ iustiorem: nec sequitur, hoc est iustum, ergo contrarium est iniustum; & cum sit hoc peritis notorium, pluribus non probabo.

*Derogari huic reg. põt etiã in mensibus graduatorum.*

27 Sed an papa possit derogare huic regulæ in mensibus graduatorum & nominatorum? hoc multis argumentis probaui in §. præfatiq; ordinarij, in uerbo vacare. de colla. in cõcor. vbi allegaui Senatus cõs. audita parte & uniuersitate à duabus classibus cõclusum, & demum probatum.

28 Adde quod hodie iniuriam facit reuerendiſ. Senatui, si quis semel ab eo iudicata ac rectè dispositа reuoluere, & publice disputare contendat: l. nemo. C. de summa trinitate.

*Princeps de rogãdo iuri, nõ abutitur.*

29 Nec est abuti, si papa prouideat ne in hoc casu locus sit regulæ; alioqui Rex & princeps qñ derogat legi à se editæ abuteretur, quod quàm sit stolidi iudicij dictũ, nemo nõ uidet; nec est reseruatio, nec species ipsius, quia statim prouiſio facta à papa ad resignationem valetudinarij valet; & papa decernit, quòd licet intra uiginti dies tesignans moriatur nõ vacet per obitum huic regulæ derogando, ac si facta non esſet.

30 Nec per hoc dicitur derogare regulę, de uerisimili notitia, quia non uacat per obitum: qiua Papa facit ut non ſic uacet, nec iniuriam facit ordinario admittendo reſignationem, & non utendo regu. in hoc caſu, qui eam tollere poteſt. & ſic illi derogare.

*Priuilegia data nominatis quare fuerunt illis concessa.*

31 Nec priuilegium fuit datum nominatis & graduaris miſerationis gratia, ſicut viduis & orphanis, ac id genus hominibus, ut in l. 1. C. quando Imperator interpupillos: ſcripſi in art. fi. de ſenten. prouiſio. in conſtitutio. regul. ſed fauore literatorum & literatum.

32 Alioqui non competeret ſcholaſticis diuitidus, uel ſalté illis, quibns belle pro uiſum eſt à parentibus diuitibus: & tñ omnibus ſcholaſticis hæc priuilegia competunt, ut doct. not. in interpreta. authen. habita. C. ne filius pro patre. ubi etiam ſcripſi in tract. de ſcholaſtic priuileg.

*Derogatio iuſta non eſt utilitati publicæ cõtrariæ*

33 Nec dicitur derogatio huius regulæ iuſta, contraria vtilitati publicæ, ſed cõueniens, ut prædixi & ſic non obeſt l. iubemus primo. C. de ſacroſanc. eccleſ. & quãuis non uideatur in dubio derogatum priuilegio vniuerſitati conceſſo. l. decurionibus ſecundo. C. de ſilentia. lib. 12. tamen ſi hoc exprimatur in derogatione, non eſt opus coniecturis. l. continuus. § cum ita. ff. de verb. oblig.

34 Et iſta derogatio in vno caſu facta nõ tollit omnino priuilegium, niſi in illo caſu iuſtiore: & multa ſpecialia poſſunt circa idem concurrere quando de uoluntate concedentis apparet.

35 Vnde poteſt Papa diſpenſare cum minore ex cauſſa, ut habeat beneficium etiã curatum, licet ibi duo ſint ſpecialia, & ꝙ habeat beneficium curatum, & ꝙ nõ promoueatur durante tempore minoritatis: ut dicã infra de diſpenſatione: & hæc no. Bart. in l. ſi is q. pro emptore. ff de uſucap.

*Reprobari collatio quã poſſet a collatorie*

36 Nec me mouet illud vulgar, quod approbo, non poſſum reprobare. l. Pomponius. ff. de neg. l. in arenam. C. de inofficio. taſtamen. ſed epiſcopus probauit collationem, ergo eam probare non poteſt, licet facta ſit per reſignationem: verum ipſe epiſcopus non reprobat collationem, qnã fecit: ſed iſta regula eam nullam reddit, ut in text. patet, ibi, collatio nulla ſit: & poſtquàm collatio eſt nulla, beneficium eſt vacan. huius regulæ auctoritate. ergo epiſcopus illud conferre denuo poterit, quia in eo non deliquit.

37 Nec etiam refragatur cap. inter cetera. de præbend. ibi epiſcopus tenetur de euictione, quando contulit beneficium, quòd non potuit conferre, quia forte alij debitum, vt inter permutantes: de quibus loquitur ille tex. ſed quando epiſcopus reſignationem ab infirmo factam recipit, & confert Titio: hoc poteſt epſcopus facere, quia beneficium vacat, & nulli eſt debitum. *Epſ qñ de euictione tenetur.*

38 Ideo ſi poſtea auctoritate huius regulæ remoueatur beneficiũ à d. Titio, quia infirmus moritur ante viginti dies nõ tenebitur ordinarius: quia hoc nõ facto ſuo, ſed legis peruenit: non magis q ſi homicida priuetur ſuo beneficio: alioqui quãdo aliqs priuaretur auctoritate legis, epiſcopus teneretur quod eſt abſurdum, etiam ſi epiſcopus contulit beneficium, quod cõferre potuit, quia nulli alij debitum, in c. inter cætera erat permutanti debitũ, ideo epiſcopus tenetur.

39 Nec me conturbat, quòd hæc regula eſt facta ad commodum & libertatem ordinariorum, & contra commodum papæ reſpon. quis diceret. niſi vellet inſanire, ꝙ quis contra ſe tantum legem uellet ferre, quippe de natura legis eſt, ut generalis ſit. l. leges. ut generales. C. de legib. & ut non fiat ad commodum vel incommodum alicuius, alioqui non eſt lex, ſed fæx. cap. cum omnes de conſtitut. *Lex nõ fit ad alicuius incommodum.*

40 Itaq; debemus dicere hanc regulam generalẽ, ut omnes liget, & maxime quatenus rationes ſe ad illos extendunt; ſicut dicimus de ordinarijs.

*Reſignauerit*

## GLOSSA TERTIA.

SEcundò requiritur quòd is infirmus reſignauerit, nam ſi reſignare tantum, ꝙ miſerit, uel conſtituerit procuratotem ad reſignandum, non procedet hæc regula: ſed vacabit uere beneficium per mortem poſſeſſoris: ſiquidem aliud eſt promittere reſignare, & aliud reſignare argumento, l. aliud ff. de regul. iur. Dec. conſil. 502. & ſequenti, Et qualiſcunque fuerit hæc reſignatio, locum habet regula: ſiue enim facta fuerit reſeruatis fructibus, ſiue non, ſeu pure, ſeu in fauorem, ſemper dicitur reſignare: & cui adaptantur verba, & diſpoſitio legis quartę §. toties. ff. de damno infecto. alias in facultate partis effet ſeruan- *Reſignatio qua cũq; hic cõprehẽditur.*

do sibi pensionem, aut fructus, istam regulam tollere, quod non est dicendum: quia nemo potest facere, quin leges in sua dispositione locum habeant. l. nemo. ff. de legatis 1. & sic intelligitur cum effectu, l. j. ff. quod quisq; iuris, c. relatum, de cleric. non residen.

*Resignatione sic mel facta coram ordinario non poterit iterũ fieri coram papa.*

Idem si quis resignasset coram ordinario caussa permutationis, & posteà coram papa simpliciter: si primò facta fuerit resignatio ab infirmo coram ordinario, & ab ordinario admissa, ualebit quidem, si resignans uiuat ultra uiginti dies; si uero citius moriatur, non ualebit collatio facta ab ordinario, per istam regulam, nec ipsius papæ prouisio, quia nõ uacabat benficiũ: & sic non poterat illud papa conferre: sicque iudicatũ fuit, ut scripsi in §. uolumus in gl. vlt. de collat. in Concor. vbi licebit alia uidere: & sic computabitur tempus à die quo resignauit, non ab eo die quo procuratores constituit ad resignandum, per istum text.

*Siue simpliciter siue ex caussa permutationis*

## GLOSSA QVARTA.

HAec † verba sunt in regula Inn. octaui, quæ licet nunc desint in regul. Iulij III. nihilominus crederem in quacũque resignatione procedere, siue simpliciter facta fuerit, siue caussa permutationis: de quibus superius dictum fuit; nam indefinitum uerbum resignauerit, æquipollet vniuersali, c. vt circa. de elect. lib. 6.

*Permutãs cum infirmo si illius bñficiũ, amittat, an ad suum beneficium redire possit.*

2 Sed dubium est, an is, qui permutauit cũ ægro, qui decesserit intra uiginti dies, possit ad suum redire beneficium, si contingat ab eo, quod habuit, euinci: quod uidebatur, per c. si beneficia, de præb. in 6. quidam tamen contrarium afferunt propter animum fraudandi, quem uidetur habuisse: nam cum cerneret istum ægrũ non debebat ab eo extorquere suum beneficiũ in præiudicium expectantium, & ordinariorum; & cum hoc tentauit, nõ est usus iuris concessione, ideoque priuari debet utroque clem. una. & ibi glos. 1. de rer. permut. nec dolus huic debet patrocinari. c. sedes. de rescript.

3 Tum imputandum illi est, quod ultro se periculo exposuerit, si quidem poterat cogitare istum moriturum, quem videbat infirmitate premi, quapropter eidem non est subueniendum. l. si sideiussor. §. 1. ff. qui satisdare cogan. & ꝓ hoc est text. formalis in c. 2. in fi. de reuunc. in 6. ibi, & idem renuncians habita omnino careat, & ambita; quod debet intelligi, cum appareat de fraude, quæ uidetur apparens eo ipso, quod beneficium ægri recepit. l. Medicus. ff. de extraordi. cogni.

Prædicta declaranda sunt, quãdo iam renunciasset beneficio, secus si tantũ ex parte ualetudinarii facta fuisset; quia eo casu hic sanus vtrunq; habebit beneficium, & bona (ut dicunt) fortuna gaudebit; ut supra dixi hac parte.

4 Intellige uero beneficium illius, qui facta permutatione obiit ante 20. dies uacare per obitũ illius: & de hoc non est dubium beneficium quoq; resignatum per sanum compermutantem uacabit per suã resignationẽ, eo quod hic annullatur collatio infirmi: ut uult text. quod per obitum censeatur uacare: sed non põt ualere permutatio ex una parte. l. ff. de rer. permut. & inferius dicetur, ideo uacabit utrumq; & is qui fraudẽ fecit, amitter suũ beneficiũ: cauet ergo qs, ne pnicios as hmõi permutationes factitet, alibi dicã abũdãtius; qa res est ardua, & maxime infra de ꝑmu.

*Permutatio ẽt inæqualis hic annullatur.*

5 Amplia etiam istã regulam habere locum siue permutatio facta fuerit de æqualibus beneficiis, seu de inæqualibus; tum ꝙ tex. indistincte loquatur de permutatione, ergo de omni permutatione: ut not. Host. in summa, de rerum permu. & doct. in rubr. illius tituli. per l. de pretio. ff. de public. in rem actio. & si uoluisset hic papa tantum intelligere ad beneficia æqualia dixisset, iuxta capit. ad audientiam. de decimis.

6 Et eadem ratio procedit ad inæqualia quia videtur testari de beneficio, & resignando & priuat ordinarium sua collatione, & nominatos ac alios spectãtes; Nẽpe si infirmus habeat beneficium in episcopatu Aurelianens. quod permutat cum alio beneficio sito in episcopatu Parisien. & postea moritur intra 20. dies; nisi hæc esset regula, Nominati Aurelianen. essent priuati illo beneficio; quia beneficia caussa permutationis vacantia non debentur eis. §. volumus de collat. in Concord. Sed per obitum uacare cẽsetur, per istum tex. & sic nominatis debebitur.

7 Nec refragatur ꝙ hæc regula extracta sit ex viscer. c. 2. de renunc. in 6. & sic debet intelligi secundum, illud quia respon. illum text. esse factum ad obuiandũ frau-

fraudibus, quæ fiebat expectantibus per has fraudulentas permutationes: iſte vero tex. eſt factus ad obuiãdum fraudibus, quæ fiebant ordinariis, & expectantibus, ne quis teſtetur de beneficiis: neve ſit in illis ſucceſſio: ut in c. 1. ne præb. a quo dicerem potius hanc regulam elicitam, necnõ ad obuiandum malitiis illorum, qui ſuadent infirmis, vt beneficia ſua reſignent: vt dixi in tract. nominatio. q. 17. num. 5.

8 Quod ſi dicatur fraudis præſumptionem abeſſe, quando ſunt æqualia, reſpon. ſucceſſionem non ceſſare: vt dixi. At quando ſunt plures rationes, vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio. §. affinitatis, de nupt. in inſtitutio.

*Fauorabilis eſt hæc relatiua.*

9 Nec obſtat quod hæc deciſio eſt odioſa, quamobrem reſtringenda. l. cum quidã ff. de liberis & poſthu. Reſpon. Imo eſt fauorabilis, quia iuri conformis, & introducta ad fraudes euitandas. Et miror Gomeſ. tenere contrarium ſuper hac regula quæſtio. 19. appellans eam odioſam, quam in aliis ferme quæſtionibus iam dixerat eſſe fauorabilem, ut quæ concernit animæ utilitatem, & bonum publicũ hoc in quæſtio. 1, 3. 5 & 6. ae plenius. 17. ſic ut ualde ſibi contrarius fuerat in hac regula niſi ſolutionis gratia dicamus eſſe partim fauorabilem, partim odioſam, ſed mallem eam uocare fauorabilẽ, & concilio generali conuenientem: ut probaui ſupra in gloſ. 2.

## GLOSSA V.

### *Aliquod beneficium.*

*Bñficiũ oẽ hic cõprehenditur ec cleſiaſticum.*

TErtium requiſitum, quod aliquis reſignauerit beneficium, ibi beneficium quo large intelligitur, vt comprehendat etiam dignitates per gloſ. in regul. prima de regulis iuris, in 6. & in clemen. auditor de reſcript. & quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica, ſiue regularia, ſiue ſecularia: cum text. hic ſimpliciter loquatur. Atque officia eccleſiaſtica, & capellas, & capellanias. glo. in clem. 2. de decim. Fel. in cap. poſtulaſti, de reſcript. ſcripſi in tracta. nominatio. q. 9. etiam ſi eſſet hoſpitale, quod ſolet dari in titulum, per clem. 2. de præb. ſcripſi in tracta. nominatio quæſtio. 15. & ſic in altaribus, & leproſariis, & aliis quibuſq: non exceptis, quæ in titulum cõ ceduntur, doct. in clem. quia contingit, de relig. domibus.

Intellige ſiue unum reſignauerit, ſiue plura. argumen. l. 3. §. 1. ff. de negoc. geſtis. ſcripſi in §. præfatiq; graduati, in verb. nominationis, de colla. in Concor. quia inde finita æquipollet uniuerſali, c. ut circa. de elect. lib. 6.

*Reſignãt officium regium, 40. dies uiuere debet poſt reſignationem.*

Non tamen haberet locum in officiis profanis reſignatis coram papa uel Rege; quia tunc oportet, q; dies 40. viuat reſignans ex ſtatutis Regni Frãciæ, & eius cõi obſeruantia; vnde qñ officii Regis admittitur reſignatio, ſolet Rex in literis excipere, dummodo reſignans infirmus non ſit, & viuat per 40. dies; vt habetur in deciſ. Franc. Marc. 284. in 1. parte: habebit tamẽ hæc regula locum etiam in collationibus a Rege factis de quibuſdã beneficiis, quorum collatio ex priuilegio papæ ſpectat ad eum, ut fuit iudicatum in hoc ſenatu, prout ſcripſit in §. 1. in glo. diſpendioſe. de nomi. reg. in Concor.

*Dimiſſerit.*

## GLOSSA VI.

*Dimittens beneficiũ reſignare illud videtur*

HOc uerbum prius fuit additum per Paul. tertium, & nunc approbatum per Iulium tertium; facit c. ſi beneficia. de præb. lib. 6. & plene ſcripſi in tract. de pacif. poſſeſſor. num. 147. cum ſequent. nam ſi forte quis in infirmitate conſtitutus dimiſerit ſeu reliquerit beneficium, forte quia eum pœnitebat tot deuoraſſe fructus beneficiorum, & animas pauperum. & demum intra uiginti dies moriatur, beneficium dicitur uacare per mortem, non per iſtam dimiſſionem; ut locum habeat hæc regula: alioqui fraus ſi fieri poſſet huic regulæ dicendo, ego dimitto beneficiũ, cum in agone. ſim conſtitutus; & qui dimittit, tacite reſignare vẽ ut ſuperius ſcripſi, & plenius in tract. de pacifi. poſſeſſor. in 22. amplia. nu. 147. & ſeq.

*[Aut illius commẽda ceſſerit.*

## GLOSSA VII.

*Cõmendatarius moriẽs intra 20 dies continetur ẽ hac regula.*

QVamuis olim doctores Vltramontani dicerent eſſe dubium, an iſta regula procederet in eo, qui cedit cõmendæ, & multa producerent, quæ refert hic Gomeſ. q. 13. & Caſſador. deciſ. 32. hodie non erit amplius dubitationi locus: quandoquidem hic. tex. expreſſe decidit,

quod si quis cesserit commendæ,& moriatur intra viginti dies,beneficium vacabit per mortem,non per cessionem commendæ: pro titulo enim habetur hæc commẽda:ut scripsi supra tract.de commenda, siue sit commenda perpetua,siue temporalis: vnde si parrochialis ecclesia fuerit cõmẽdata per sex menses alicui, & interim iste pressus infirmitate cedat commendæ, nisi vixerit tempore præstito post cessionem,dicerem hunc tex.locũ habere:quia verba conueniunt huic tex. dicenti,Cõmendæ cesserit hic cedit commendæ ergo &c.nec loquitur iste tex. de perpetua, magis q̃ de temporali;sed simpliciter ait, dimiserit:dimittit autem is,qui cedit cõmẽdæ etiam temporali.c.nemo, de elect. in 6 ergo tex.iste locum habebit:licet Gomes.contra.vide quæ dixi in tract.de pacific.possessor.amplia.5.nu.35.cum seq.

*Seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit,etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signata.*

## GLOSSA OCTAVA.

INtellige qñ resignans ius habebat in illo beneficio,alioqui contra;unde si beneficium unitum quis resignauerit, quod possidebat,sed erat unitum in eius uita,ut potest fieri etiam eo non consentiente, clemen.ulti.de rebus eccles.non alienan. licet moriatur ante viginti dies, non censetur uacare per obitum,per istam regulam,nec alio modo,sed unio sortitur effectum.

*Post dissolutionẽ unionis beneficiumresignantum in hac regula cõprehẽditur.*

At si beneficium erat vnitũ,& ego possessor illius,consenserim unionis dissolutioni,resignauerimq; illud beneficiũ unitum;si demum intra 20.dies moriar,uacabit per mortem beneficiũ,non per resignationem per hæc uerba addita, Iuliũ papã tertiũ,ẽt si consenserit dissolutioni unionis p supplicationẽ signatã dũ esset sanus.

*Resignãs nõ suũ beneficiũ si postea non viuat per 20. dies non uacabit tñ per mortẽ illud bñficiũ*

Idem dicerem,si quis infirmus resignaret beneficium alterius, nam quãuis ipse moriatur ante 20.dies,tamẽ illud beneficium non suum nequaquam uacabit per eius mortem: nam beneficium quod si quis habet, sine suo facto perdere non potest.l.id quod nostrum ff.de regulis iuris, quia non potuit resignare, quod non habebat.l.si uniuersæ. C. de leg. §. seruus, Inst.decapitis diminutio. requiritur ergo q̃ is,qui resignat ius potẽtus habeat.

Et sic dixi,q̃ si ex tribus collitigãtibus vnus in ifirmitate constitutus resignauerit,& moriatur,vt hic,beneficium quo ad alios colligantes non uacabit per obitũ: nec erit eis opus noua impetratione; secus si iste mortuus ius potentius haberet; quia tunc etiam haberet locum hæc regula, quia iste resignat beneficium, & moritur intra uiginti dies &c.

*Inter colligantes si vnus cedat, an hẽat locũ hac regula.*

Extende quoque præfatam regulam in eo, qui bullis nondum leuatis resignaret ius prætensum, quia tex iste nõ requirit possessionem;nam qui ius ad beneficiũ habet,ipsum beneficium habere cẽsetur. l.qui habet actionem.ff. de regulis iuris, &quia rationes huius textus habent locũ in isto.ergo & decisio: quamuis minus sit habere ius,quam beneficium. l. minus. ff. de regulis iuris,maxime in Frãcia,ubi sũt infiniti processus & longiores,cap. fundamenta,de elect. in.6.

*Bullis nõdum leuatis resignãs an contineatur in hac regula.*

*Et postea inter 20 dies.*

## GLOSSA NONA.

QVarto requiritur,quod resignãs moriatur intra uiginti dies;quod si postea,non habet locum ista regula:unde si decesserit uigesimoprimo die, tunc ualebit resignatio;nec censebitur uacare beneficium per mortem illius resignantis. Accipitur autem hic dies pro die naturali uiginriquatuor horarum, prout more Romano sumitur, & communiter, ut l.more ff.de feriis.scripsi in l.secunda, ff.de uerbo.significatio.

*Permortẽ papæ non extinguũ hac regula.*

Habebit quoque locum hæc regula, etiam si admissa resignatione moreretur ordinarius intra uiginti dies,uel papa: quia licet per mortem papæ extinguantur regulæ,tamen hæc lex regni facta est eo ipso quod in Parlamento fuit recepta & registrata; quæ intantum fixa manet, ut nihil officiat mors papæ. tempus autem registrationis huiusmodi fuit anno 1493, die uigesimo Nouembris: & ab eo tempore seruata.

*Regulæ quo anno registratæ.*

*A die per ipsum resignantem præstandi consensus computandi.*

## GLOSSA DECIMA.

QVinto computãtur isti uiginti dies a die consensus præstandi; hoc addit

*Viginti dies a die præ-*

*ſtãdi oõ cẽſus cõputãtur*

dit Iulius 2. & hoc confirmauit poſtea Paulus tertius; nam ſi quiſpiam reſignauerit calendis Ianuari, vigeſimaprima die cenſetur vixiſſe viginti dies: & ſi vixerit poſt reſignationẽ viginti dies, a die tamen conſenſus per decimoctо dies tm̃, nequaquã cẽſetur vixiſſe viginti dies ita quod beneficiũ vacabit per mortem.

2 Et intellige ſiue conſenſus fuerit præſtitus per procuratorem, ſiue per reſignantem: nec ſufficeret conſenſus præſtitus p conſtitutionem procuratoris: ſed requiritur quod conſenſus præſtetur, vbi ſit reſignatio.

*Secũda reſignatio eſt inutilis.*

3 Sed ſi quis bis reſignauerit, ſufficit q̃ viuat 20. dies a die conſenſus præſtiti primæ reſignationi, qa illa valet, altera non, cum per reſignationem primam nullum ius habeat poſtea reſignans, quamobrem iterum reſignare non poterat: c. in præſentia, cum aliis multis, de renuncia. c. inter, de præbẽ. nec ſecunda reſignatio inutilis impediet primam vtilem, iuxta no. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. c. ex tenore, de reſcrip.

4 Vnde ſi in prima reſignatione derogatum non fuerit hic regulæ, ſed in ſecunda ſic: non impediet illa derogatio huius regulæ, quominus beneficium vacet per mortem, videlicet ſi reſignans moriatur intra viginti dies a die primæ reſignationis. quippe ſecunda reſignatione & prouiſione nulla exiſtente, derogatio quoq; tãquam acceſſoria non valebit. l. cum principalis. ff. de regulis iuris. & alia dixi in regula ſequenti, de publicandis reſigna.

*Collatio ante procuratoriũ receptũ nõ valet, vnde cõſenſum præſtare oportet.*

5 Imo ſi quis vt procurator primo reſignauerit ante procuratorium, & domini conſenſum, licet ex poſtfacto procuratorium fuerit miſſum, & receptum: non tñ valebit collatio ante præfatum domini conſenſum, aut eius procuratoriũ, niſi de nouo conferatur: quia pars non poteſt ratificando conferre, quamobrẽ rurſus deſideratur nouus conferentis cum collatione conſenſus: in partis ſiquidem poteſtate non eſt ratificare collationem nullã: ſed requiritur & conſenſus & prouiſio cõferentis, & reſignantis: vide quæ dico infra in regul. de publicand. reſigna.

6 Ideo ſi contingat ante procuratorium receptum, procuratorem in vim procuratorii mittendi reſignare: dic q̃ ſi tale procuratorium præceſſerit illam collationẽ, valebit quidem prouiſio. Si uero procuratorium factum fuerit poſt collationẽ, non valebit prima prouiſio; & ita ſeruant pragmatici Romani: quod eſt notandum. & ſic requiritur primo reſignatio, poſtea cõſenſus præſtatio: nec conſenſus præſtatur ante reſignationẽ: vt in l. 1 no. ff. de rer. permu. doc in c. ſuper hoc, de renuncia.

*Conſenſus poſt reſignationẽ p̃ſtari ſolet.*

7 Et ſufficit q̃ ſit infirmus, vel tpe quo reſignat: vel ſi id temporis erat ſanus, & tẽpore conſenſus præſtiti erat infirmus, habebit locum hæc regula: cum hæc duo tẽpora conſiderentur hic, videlicet reſignationis, & præſtandi conſenſus; ac oportet q̃ his duobus temporibus ſanus ſit, ſicut de teſtamento & hærede dicitur in §. in extraneis, inſti. de hæred. & qualita. Bal. in c. cõſtitutus, de reſcrip. [quia maxime attenditur tempus cõſenſus, quo omnia perficiuntur ſicut concluſione. l. ſi volũtate. C. de reſcind. vend.]

*Sanum ſufficit eſſe vel tpe reſignationis vel conſenſus.*

8 Nam qualitas iuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. iſta qualitas eſt iũcta verbo, ergo debet intelligi vel tẽpore reſignationis, aut tempore conſenſus, vt hic patet. Et ſic niſi vixerit viginti dies a die præſtiti conſenſus, vacabit per mortẽ beneficium reſignantis.

*Dies conſenſus nõ computatur nec de momento ad momentum*

9 Vnde infertur q̃ dies conſenſus non computatur in termino viginti dierum; & hoc probatur per dictionem A, quæ ſepa rationem & excluſionem denotat, per gl. in l. datio. ff. de actio. empti & c ſtatutum, de præb. in 6. vnde ſi quis reſignaret calẽdis Iulii, & vixerit vſq; ad vigeſimum diẽ adhuc habebit locum hæc regula, ut cenſeatur per obitum uacare; uerum ſi lapſus fuerit dies, ualebit reſignatio; quippe non computabitur hoc tempus de momento ad momentum, ſed tota dies computatur: ut ſi quis reſignauerit hora 7. calendarũ Iulii, tamen die 20. ſequenti, illa hora 7. non erunt lapſi dies illi viginti, ſed requiritur tota dies euoluta. l. 3. ff. de minor. l. qua ætate. ff. de teſtam.

10 Verum de ſtylo curiarium Franciæ illi viginti dies cõputãtur a die reſignationis admiſſæ, & hoc in fauorem tam ordinariorum quã graduatorum, & nominatorum; & ſic fuit ſæpius in Parlamentis Galliæ iudicatũ, teſte Boer. q. 348. quæritur. Sed hoc ante declarationem iſtam Pauli, quæ etiam eſt repetita per Iulium 3. & ſic extincta non uidetur cum ſuo autore; nec poteſt ob hoc, argui, quod non habeat locum in ordinario, etiam ſi non reperetur, intelligeretur de prouiſionibus, quæ

a p papa fiunt, tamen non excluderet text. alias collationes ordinariorum, per alia verba, ut dicam,

*De ipsa infirmitate decesserit.*

## GLOSSA XI.

*Mori quis dicatur ex illa infirmitate.*

SExto requiritur, quod resignans de ipsa infirmitate decesserit, alias si fato quodam moreretur, non haberet locũ hæc regula ibi, de ipsa infirmitate decesserit. Et hoc dicit glos. hic, & Franciscus Marc. q. 85. in decis. Delphi. in 1. parte, & dicitur tamen mori ex infirmitate, etiam si febris ratione illius superuenerit; uel aliud accideritab ipsa infirmitate, secus si extra prouenerit. c. 2. de clerico percussore, ca. continebatur; de homicidio. l alumnæ. §. finali. ff. de adimendis legatis facit cap de his, de sepulturis. Vnde si quis in infirmitate constitutus resignauerit; & postea, quispiam eum gladio peremerit, uel domus in eum ceciderit, nõ habebit locum ista regula, quia non decessit ex ipsa infirmitate, & poterat forte euadere per text. in l. item Mela. §. Celsus scribit: ff. ad legem Aquil. & Soci. in repet. ca. ad audientiam, in 7. q princip. in 35. q. de homicid. Et liberatio facta per infirmam Abbatissam non ualet, si de infirmitate decesserit, teste Matthę. de Afflictis, in decisio. Neapol. q. 168. vtrum. Ergo relinquitur arbitrio Medicorum, quando censeatur obiisse mortem ex ipsa infirmitate Barto. in l. si in rixa. ff. ad legem Cornel. de Sicar. plene scripsi in repert. l. Diuus, ff. de Senatusconsillan. Et quando nunquã bene recõualuit, præsumitur ex infirmitate præcedẽti decessisse quo ad hanc regulã, secus quo ad puniendum delinquentem pœna legis Cornel. de sicar. l. vna, C. de emenda. seruo. Feli. in c. presbyterũ, de homicid. & Hippoly. consi. 7. summi cœli. mors autem, & cuicunque patet, est separatio corporis & animæ. l. si mater. C. de insti. & substi. & quotuplex sit mors, vide per Lucam de Penna in l. 1. col. 8. C. de desertor. lib. 11. & Cardinal. in cle. 1. vt lite penden. Et an habeat locum in morte ciuili, quod non proba t gl. & doct. in c. susceptum. de rescript. lib. 6. nã verbom, decesserit, verificatur regulariter in morte naturali. l. si decesserit ff. qui satisd. cogant. scripsi. ff. de verbor. significat. l. cedere diem. Et quomodo probetur mors, scribit Barto. in tract. suo quomodo, & qualiter probetur mors: & Alex. cons. 25. in 5. vol. abunde scripsi in artic. vlt. trac. de regestis, in secundo tomo, consti. regiar. ob id non repetam: & sic sufficit duo probare, prima resignantem infirmum tempore resignationis, & demũ mortuum intra viginti dies: quia præsumetur mortuus ex ipsa infirmitate, non si fuerit contrarium probatum.

*Mors quid sit, & an ꝑ cedat in morte ciuili.*

*Ac ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur.*

## GLOSSA XII.

*Admissa debet esse resignatio.*

SEptimo requiritur, quod ista resignatio admissa, uel per papam, uel legatum ordinarium, uel alium, ibi ac ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur per resignationem & in registris curiæ parisiien. habetur, quod si quis in infirmita te constitutus resignauerit aliquod beneficium ubicumque, etiam si in curia Romana &c.

2 Et sic conuenit huic declarationi per papã Paulum editæ; quippe nisi resignatio sit admissa, nihil actum est; ideoque cessaret dubium, an uacaret per mortem; nempe cum hic non abdicauerit a se beneficium per resignationem, sed illud tempore mortis habeat, proculdubio vacabit per mortem, quæ omnia soluit. §. deinceps. in authen. de nup. & sic requiritur collatio; alioqui dubium non haberet iste text. vt dixi. & hoc uerbum conferatur, esset superfluum, & frustra positum contra text. & glo. in l. 1. ff. quod metus causſa.

*In ordinario an hec regula locum habeat.*

3 Adde per hæc uerba quauis auctorita te conferatur, regulam hanc habere locũ etiam in ordinario capitulo & alio quocũque, ut plene scripsi in tract. nominatio. q. 17. nam si quis infirmus resignauerit corã eo beneficium, vel simpliciter, aut causſa permutationis; & postea resignans moriatur ante 20. dies, illud beneficium ordinarius poterit iterum conferre, quia de nouo vacat per hanc regulam; & quotiescunque uacat, ordinarius potest illud conferre, seu uacet per resignationem, siue per non promotionem, uel per obitum, aut alias.

4 Et sic cẽsetur habere vim duarũ personarũ, l. si consul, ff. de adoptio. & sicut alter

ter cõferre potuiſſet illud beneficium, ita & hic: nam quando competunt uni duo iura, ſublato vno, nihilominus alterum remanet illæſum, l. ſi domus, ubi Bar. ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. l. quoties duplici, de regul. iur. nec hoc fit per èxtenſionem, ſed quia hic expreſſe hoc ſtatuitur, ibi, qua uis auctoritate conferatur.

5 Nec refragatur variationem eſſe pro habitã maxime collatoribus, clem. vna. de renuncia. Reſpon. verum eſſe contra ius, & in malum, ſed iure permittente licet, imo magnæ pudentiæ, eſt, ſi reuocaueris id, quod male egeris. c. magnæ. 22. q. 4. vt plene ſcripſi in interpreta. l. quod iuſſit, in præfa. ff. de re iudica.

*Collatio nulla nõ impedit ſecũdã.*

6 Nec prima collatio poteſt impedire ſecundum, quia prima nulla redditur huius regulæ auctoritate: & ſic quod eſt nullum non poteſt impedire ſecundam collationem. doc. in cap. ex tenore, de reſcrip. quia prima collatio eſt nulla.

*Duobus idem beneficiũ conferri poteſt.*

7 Igitur hoc caſu poterit idem beneficiũ duobus conferri, quia bis vacauit, per reſignationem uidelicet, per mortem; nec eſt diuidere beneficiũ cõferendo duobus, quando diuerſo tẽpore uacauit, c. tuæ de præb. ſcripſi in gl. Concordat. in uerb. vni, §. 1. de colla. verumtamen æquum eſſet, vt ſi is cui primum cõtulit ordinarius ſit bonus & doctus, eidem relinqueret, ſi non ſit aliis beneficiis oneratus, & iterum illi eidem per mortem conferret, & ſic non uariaret.

8 Imo ſi collator non conferret iſtud beneficium, ſic nunc per mortem vacans, puniretur; vt dicitur in c. de multa, de præb. ergo poteſt & debet illud beneficiũ conferre; uel ut plene ſcripſi in tract. nominatio. q 17. nu. 5. ibi uide. ſi non graueris, ubi reſpon. ad conſilium Decii, nec eſt veriſimile quod papa uoluerit in uno loco per hanc regulam prouidere uidelicet Romæ, & adſcribere ſibi legem, & non aliis.

9 Imo puto quod omnem fraudem per hanc regulam uoluit excludere, quæ fieret reſignando præcipue in fauorem; nam ſic quodammodo uidetur fieri teſtamenta de beneficio, quod eſt pernicioſum, & ita fuit in Rota cõcluſum; ut refert Caſſadorũ in deciſione 31. ſæpius, in deciſione ſuper reg. cancel. Et d. Gomeſ. in hac regula ſæpius, ita fuiſſe iudicatum refert q. 26. ego quoque ſcripſi ſic in Francia fuiſſe iudicatum, in d. q. 17. tracta. nominatio.

10 Tamen anno 1550. in uigilia Aſſumptionis fuit prolatum Areſtum contrariũ ſuper parrochia do la boyſiere, Andegauen. in quo ſancitum fuit hanc regulam non habere locum in ordinario, quando quidem ordinarius cum reſignantur corã eo, poteſt non recipere, quia ſimpliciter coram eo reſignatur; quod ſi receperit, ſibi imputet; ſecus in papa, qui ſolet ei conferre, in cuius fauorem reſignatur; quæ liberalitas, ne ſibi nimiũ damnoſa ſit, & ad vitandas ſucceſſiones, reſtringitur per hanc regulam, ut non poſſit collatione ſua priuari, niſi uixerit per uiginti dies; ideo ſi ordinarius per reſignationem contulerit, ipſe non poterit poſtea conferre, ex eo quod non uixerit per viginti dies; hoc ſtatuit Senatus uariationis gratia, & aliis multis rationibus inuicem allegatis.

*Areſtũ vt hæc regula non procedat in ordinario.*

11 Ego vero putarem Areſta non eſſe in eadem ſpecie, & indiuiduo; ſi tamen contraria eſſent, arbitraret ſupplicationem a collatoribus Regi porrigendam, & exquirendam eius uoluntatem, an' primum velit ſeruari, an ultimũ; per ultimum enim approbatur collatio nulla facta per iſtam regulam.

12 Quod an fieri poſſit, uix mihi perſuadeo, daturq; uitioſa poſſeſſio, & ingreſſus ad beneficia, contra c. unic. de eo qui mittitur in poſſeſſ. lib. 6. aufertur etiam libera conferendi poteſtas, tollitur denique libertas eccleſiaſtica, ac papæ & Legatorũ facultas prouidendi tollitur per indirectum; nam ſi approbetur collatio prima per reſignationem, ergo non poterit iterum conferri etiam a papa unde ad uitandum hæc & alia abſurda, quæ poſſent euenire primo inhæretem Senatuſconſulto, videlicet hanc regulam habere locum in ordinario.

13 Sed fateamur quodcumque uelis Areſtum non tamen papæ uel eius legato nocebit [vel alteri qui non contulit] unde cum collatio per reſignationem ab ordinario facta ſit nulla per hanc regulam, licebit papæ, uel legato prouidere per obitum, non obſtante collatione ordinarii; cum hoc areſtum non videatur eos ligare. [Idem ſi capitulum contulerit per reſignationem, ut epiſcopus non prohibeatur conferre per mortem.]

14 Nec obeſt, quod Areſtũ approbat collationem ab ordinario factam: uerum eſt

quo

quo ad eundem ratione variationis: ut is ordinarius, qui iam contulit per resignationem, non possit alii amplius conferre, sed non quo ad alium; ideo etiam iure de uoluto poterit immediatus superior illud beneficium conferre; nam ad suos terminos est restringendum.

*Cautela ut beneficium per obitum conferatur.*

15 Imo posset idem episcopus per mortem iterum conferre, quia non potest ab eo auferri collatio: Sed prouisus per mortem conueniet super petitorio prouisum per renunciationem, qui si possessorio velit agere, consentiat eum possessorem, & non in possessione molestandum; uerum quia nulla est sua collatio per hãc regulã dicat, peto, eam nullam declarari; & ea sic declarata, iudicari mihi beneficium, quod iudex ecclesiasticus decernet, videns primam collationem nullam huius regulæ auctoritate. Et quod nullum est, non põt tractu temporis conualescere; l. quod in initio. ff. de regulis iuris; & Reg. non firmatur, illo titulo. in 6. quod nota tu, qui per obitum es prouisus, ut obtineas beneficium, uel impetres a papa, cui non potuit senatusconsultum nocere [& nec quidem iure aliis collatoribus.]

*Collatio per resignationẽ & obitum eodem die utra ualeat.*

16 Et si uno die fuerit a papa collatio facta per resignationem cum derogatione huius regulæ, & eodem die per obitum ab ordinario, papæ collatio præsumitur facta prius, tam ratione prærogatiuę, cap. si a sede, de præb. in 6. quam etiam resignationis; vt fuit decisum in hoc Senatu, anno 1524. die 24. Decembris, & ualebit per ea quæ no. Felin. in cap. in nostra, cor rolario 18. & in ca. capitulum, de rescrip. & abunde scripsi in tract. de pacific. possess. circa finem, etiam si is cui collatum est ab ordinario, prius acceperit possessionem; ut ibidem scripsi.

*Areſtũ.*

*Infirm⁹ priuat⁹ moriens intra 20 dies non continetur hic.*

17 Præterea non habet hæc regula locũ, si collatum fuerit beneficium per priuationem; licet is qui priuatus est, esset id tẽporis in infirmitate constitutus, & moriatur intra uiginti dies; nam hæc uerba non conueniunt: & sic nec dispositio; ca. inden nitatibus, § Supradicta, de elect. in 6.

18 Et iste text. dicit, per resignationem conferatur; quippe uacatio per resignationem differt ab ea quæ fit per priuationẽ. cap. susceptum, de rescrip. in 6. cap. cum in illis. §. 1. & seq. de præb. ibidem: si tamen ipse ante priuationem resignauerit sanus & postea ex sententia condemnationis moriatur, non habebit locum hæc regula, quia nec uerba ad hoc tendunt, & si infirmus accusatus resignaret coram papa, subreptitia esset resignatio, & prouisio; & sic uacaret uere per obitum; idem si uacet per contractum matrimonium, & postea is intra uiginti dies moriatur ex labore Herculeo uxoris nouæ, nec tunc obtinebit iste text. quia uerba non conueniunt, ut dixi.

*Resigna re an q⁹ possit lite pendente.*

19 Sed an possit quis pendente lite super priuatione beneficicii resignare? Resp. posse, per glo. in uerb. finita, in cap. 2. ut lite penden in 6. non tamen ex causa permutationis, ne decipiat permutantem secum: ut docet Staphil. in tract. de literis gratiæ, rub. de uariis modis uacatio. vers. & per supradicta, & Boer in decis. Burdeg. q. 219. tracta. nu. 6. et q seq. Dominic. cõs. 105. ad supplicationem, q. nisi fuerit adiecta clausula, In impetrat one, & cum decreto, quod resignatio illius cedat in fauorem impetrantis: quod solet concedi post primam priuationis sententiam, antea uero non.

20 Sex vix receperetur hoc in Francia, quia sapit reservationem: Et sic hoc casu confertur beneficium alteri, quam permutanti, quando. s. fuit impetratum per istius priuationem. Si tameu hic priuandus in infirmitate existens resignaret, & morere tur ante priuationem intra uiginti dies, esset locus regulæ: & idem etiam in eo, qui intra mensem debet priuari parrochiali ecclesia per nõ promotionem; si antea infirmus resignet, & moriatur, puto hunc text. locum habere: quia & mens & verba ad hoc tendunt: secus si pridie quam priuaretur, resignaret, & postea a iure esset priuatus: cap. licet, & cap. commissa, de election in sexto.

[Etiam hoc anno 1552. in die 23. Decembris, in publica pronuncia. do. primus præses adiudicauit possessorium cuidam magistro Petro, qui obtinuerat collationem per mortem ab episcopo Trecensi, quamuis idem episcopus contuliſſet præposito Trecen. per resignationem cã permutationis facta. sed quia non uixerat 20. dies, vacavit per mortem, ut hic cõstat,

*Collatio huiusmodi nulla sit.*

## GLOSSA XIII.

ET sic collatio facta per resignationem est nulla, & quod nullum est, nullum pro-

*Collatio nulla an faciat vacare aliud beneficium*

producet effectum: unde vidi dubitari, an hæc collatio facta ei, qui habet duo beneficia, faciat ea vacare, per text. in clem. si plures, de præb. Respon. non: quia postquàm est nulla, nullum sortietur effectũ, vulgata regul. Non præstat impedimentum, &c. si tamen in vim ipsius collationis adipisceretur possessionem illius tertij pacificam, uacarent alia duo; ut ibi per cap. eum qui, de præb. lib. 6. quamuis ipso iure collatio nulla sit, vt nec colocatũ præstet titulum: ne melioris sit conditionis stultus, quàm sapiens, ideoque in eius detrimentum valebit, at in eius commodũ minime: ueluti si per triennum hic possederit, non iuuabitur beneficio, de pacificis possessoribus: ut abunde scripsi in trac. de pacific. possess. in Concorda. & postquàm collatio est nulla, per istum tex. non potest haberi rata: sed oportet q̃ de nouo per mortem cõferatur: alioqui is qui possidet ex collatione. 1. nulla, non est tutus ẽt in foro cõscientiæ, quia sine titulo est.

*Ipsumque beneficiũ nihilominus per obitum censeatur vacare.*

## GLOSSA XIIII.

*Actus factus in præiudicium tertij non valet.*

ADdit † etiam iste text. quod non solum collatio per resignationem facta nulla est: sed etiam beneficium sic collatum censebitur vacare per obitum, & ita poterit cõferri, tanquàm per mortem vacans, etiam ab eodem collatore, qui cõtulerat per resignationem, quia diuerso iure vacat. nec distinguit iste text. an ab uno & eodem, vel à pluribus. Ex quo patet, quòd actus factus per infirmum in præiudicium tertij non valet: vnde emancipatio facta à patre de filia, vt testetur, nõ valet in præiudicium illorum, ad quos hæreditas deuoluebatur. Ancha. cons. 430. fuisset, quia in fraudem censetur fieri. Plura adducit Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. in extraneis, nu. 23. & seq. de testam. & plene Barb. in cap. in præsentia, nu. 38. de proba. sic fieri videtur in fraudem & præiudiciũ illius. ad quem beneficium, vel res debet venire post mortem; cui fraudi resistitur hic.

2 Etiam quia pressus infirmitate grani facile resignat, quod secum deferre nõ potest. Et hoc videbatur ab eo donari non mera liberalitate, sed qui non poterat illud diutius tenere: vult vt alius post mortem habeat, vt sic caussa mortis donare vi deatur. & quodammodo testari de beneficio: l. 1. & seq. ff. de donation. caussa mortis: nam si hic non resignasset, vacasset beneficium per mortem, ita etiam vacabit: qui resignatio pro non facta habetur, per hanc reg. docet Ioan. de Selua in trac. de benefic. in 3. part. q. 46.

3 Tenetur etiam hic resignans, si resignet in fauorem certæ personæ, quæ sit inhabilis: & ei beneficium conferatur ad interesse illi ecclesiæ, & in conscientia: vt abunde docui in interpreta. c. postulasti in glo de cleric excommunicat. ministrã. veluti dum tentat ecclesiæ præficere nepotulum forte suum inhabilem, vel aliũ minus idoneum: & superius scripsi pœnas collatorum indignis conferentium. *Resignãs in fauorem indigni, tenetur ad interesse*

4 Secundo ex ista regula concludit Ludouic. Roma. consi. 341. quòd ad primum, col. 1. quòd licet nulla sit collatio, per istũ tex. tamen resignatio valebit, quia non annullatur hic: & hic beneficium resignatum in curia, si non sit derogatum huic regulæ, non poterit ab altero conferri, s. ratione reseruationis, quæ tamen in hoc regno non habet locum. vt suprà dixi.

5 Quod si resignatum esset coram ordinario, tunc nulla esset reseruatio: ideo poterit ordinarius postea conferre per mortem vt etiam concludit Gome. quæst 33. ideo concludendum est, quod si beneficium in curia sit resignatum, aut extra eam debebitur nominatis, si moriatur in mensibus nominatorum, videlicet infra præfatos 20. dies: si uero contingat id in mensibus graduatorum simplicium, itidẽ eis graduatis debebitur. vt scripsi in §. præfatique graduati, de colla. in Concor. sicut etiam debebitur mandatarijs, aut alijs expectantibus: quicquid in contrarium dicatur: sed in hoc regno ita seruamus, licet vere vacet per resignationem, tamen censetur vacare per obitum: quæ ficta vacatio tantum operatur, sicut vera: vt interius dicetur. *Beneficium sic resignatum vacans per obitũ debebitur mandatarijs & nominatis.*

6 Tertio notabimus hic collationem generaliter accipi etiã pro institutione, & qualibet alia prouisione, per tex. in c. vno, vt ecclesia benefic. sine diminutio. conferant. scripsi in §. statuimus. 2. in gl. conferantur, de colla. in Concord. & in §. 1. de manda. Apostol. in verb. collationem in Concor. vbi scripsi præsentationem large dici collationem, post Barba. in c. abbatem. de rescrip. col. pen. sed hic expressit *Collatio generaliter accipitur.*

ver-

verbum collationis,quia solita est sæpius fieri,quam præsentatio;& plura alia addu cerem,& probarem; nisi Do. Probus hoc plene deduxisset in addit.ad Io. Monach. in c.cum in illis,de testa.

*Infirmꝰ resignãs moriens ante viginti dies post præsentationem & institõnẽ facit vacare beneficiũ per obitum.*

7 Et sic teneo contra Deciũ contrarium consulentem in cons.224.nam si quis aduersa valetudine detentus resignet adhibito patroni consensu & institutione facta moriatur intra viginti dies,quod tunc vacet bñficiũ ꝑ mortẽ: verba regulæ sunt ad hoc expressa: nempe hic est infirmus, & resignat beneficium, ac moritur intra 20.dies: igitur locum habebit hæc regula: tum quia procedit eadem ratio in resignãte quæ in alio: ob id eadem dispositio locum habebit.l.illud ff.ad legẽ Aquiliam. quicquid dicat,& distinguat hic Gomes. quæstione 17.

8 Vbi eicit videri fraudem cessare, quãdo patronus consentit, sed non cessat resignans testari de suo beneficio: quamobrẽ licet vna ratio cesset,non tamen alia argum.§.affinitatis. de nupt. in insti. adde quę scripsi in tract.nominatio.q. 17.& in glos.dispẽdiosæ.de nomina.Regia.in Cõcor.igitur patronus per mortem iterum præsentabit,& ordinarius instituet, sicut quando pluries vacat.

9 Quartò patet,quod hic vacat per obitum fictione istius regulæ,non vere: quia verbum censeatur, positum in hac regula denotat fictionẽ per text.in cap. 1. & c.is qui.de procur.in 6. & c. 1.de arbit. vide quæ scripsi in regula de publican. resignatio in verb.nõ per resignationẽ in ferius.

*Fictiua catio dꝰ hic quæ comprehendit in prouisione.*

10 Vnde si beneficium vacans per obitũ tantum debeatur alicui, nõ debebitur sic vacans per hanc regulam: vt in regul. de impetrantibus per obitum de familia Cardinalium: etiam si clausula quouismodo esset inscripta,quæ veram vacationem, & non fictam videtur comprehendere arg.l. 3.§.hæc autem verba.ff.de negoc. gestis, & l.1.ad legem Falcid. ita voluit Gome. q.35.& alijs quæstio.

11 Sed vt superius scripsi contrarium est verius: quia tantum operatur fictio in casu ficto,quantũ veritas in casu vero.l.filio. ff.de libris & posthumis, Bartolus in l. si is qui,pro emptore. ff.de vsucapionibus. Sed si vere vacaret per obitum, comprehenderetur in collatione per obitum: ergo & hoc casu,maximè etiã propter mentem Papę presumptam ex verbis generalibus in bulla,& signatura positis. Siue per obitum vel alias quouismodo vacet, non debet intelligi, siue vere siue ficte.

12 Nempe si Papa fuisset interrogatus, an vellet conferre, etiã si vacaret per hãc regulam, sane contulisset, quia plenam gratiã vult impartiri: debemusq; respondere,quod verisimile erat ipsum responsurũ.l.Titius §. Lucius. ff.de libe. & posthumis. & beneficiũ principis plenissime uenit interpretandum, maxime contra concedentem. l. beneficium. de ff. const. princip. Et hoc intellige procedere cũ vacabat per obitum tempore resignationis.

*Collatum beneficiũ per resignationẽ nõ pot reuiseri,si vacet ꝑ mortem*

13 Sed dubitat Gomes. Quid si infirmus resignet beneficium in curia, quod alicui per resignationẽ confertur, aut alias quouismodo vacet postea resignans moritur intra viginti dies: an hic resignatarius possit retinere beneficium hoc tanquàm per mortem vacans,cum sic fuerit eidem collatum? Respondeo non,quia tempore resignationis non vacabat per obitum: ergo Papa non hoc casu videtur contulisse, nec præsumitur velle conferre beneficium vacaturum,sed tantum vacans.c.1. de concess.pręben.

14 Et quo ad illa verba per obitum,dicas ex stylo posita nil hoc casu operari, quæ tractauit Gomsieus quæstione 34. verum hoc tam subobscure,vt vix extricare seva leat.

15 Ad hæc quando quis obtinet beneficium per resignationem,non patitur nec incurrit eorum pœnas,qui viuentis beneficium impetrãt,quas superius enumerauí. & quia de his sæpius dubitari vidi,ob id abunde scripsi regulam eum ampliationibus & limitationibus in materia subrogat.in decla.reg.de subrog. collitigan. in secunda parte.

*Resignans possessionem priuatus quò intelligatur.*

16 Notandum est præterea, quod licet per resignationem quis sit priuatus & possessione & proprietate, id est titulo. cap. inter.iuncta gl.de præb. c.vno. de rerum permut. in 6.hoc intelligitur de possessio ne iuris,quam perdit resignãs, teste Inn. in c.ꝙ in dubijs,de renun. quippe si priusquam desierit ipso facto incumbere possessioni, spoliaretur haud dubie veniret restituendis,teste Inn.in c. super hoc. de renunciatio. Rota decis. 158. licet reus. in no. & hoc dicitur in regula de publicandis resignationibus, quam inferius elucidabo post tractatum permutationum.

Etiam per obitum vacare censetur, si

cet resignatarius beneficii resignari possessionem acceperit intra viginti dies, & publicauerit illam resignationē: vt docet per regul. de publicand. resign. de qua inferius scribam: quia hæc regula non habet rationem ad possessionem, sed tantum an is viuat viginti dies post resignationē.

Et quamuis prouisio etiā Papæ sit nulla per hanc regulam, si tamē Papa in bulla conferendo illud beneficium dispensauerit cum resignatario, vt istud secundum beneficium possit retinere cum primo, & loco dimissi, vel dimissorum aliud, vel alia, &c. si resignans moriatur ante viginti dies, & sic secundum beneficium resignatum nunc uacat per obitum: tamen proderit eidem ista dispēsatio, vt alia duo in vim istius bullæ retinere possit, quia rescriptum si duo diuidua contineat, vno extincto aliud supereret. cap. si eo tempore. de rescriptis. in 6. vt superius scripsi in prima parte.

Nec obest, si dicatur extincto principali extinguitur & accessoriū. l. cum principalis. ff. de regulis iuris. respon. dispensationem non esse accessoriam prouisioni, sed æque principalem, ideo non vitiatur sublata collatione per resignationem, vt superius scripsi in materia dispensatio. in secunda parte.

*De permutatione.*

*Collatio alteri q̄ permutanti facta nulla est.*

AMittitur † quoque beneficium causa permutationis resignatum, quod licet de iure decretaliū posset alteri conferri, quam permutanti. ca. inter, de præbend. tamen hodie collatio facta alteri, quam compermutāti nullius est momenti. cap. vno. de rerum permuta. lib. 6. & in clemen. vna. eodem. Bertrand. cons. 323. quicquid, in primo volumine, ex prima editione.

*Permutatio q̄d sit.*

2 Imprimis hoc loco dicendū erit, quid si permutatio, quæ sic breui describi potest. Permutatio est certæ rei ad alteram facta mutua præstatio. l. 1. ff. de rerum permuta. Hostiens. in summa sic definit, permutatio est vnius rei pro altera vicaria præstatio, quæ in idem reincidunt.

*Rei nomine & bonorū beneficiū continetur.*

3 Vbi rei appellatione beneficium etiā comprehenditur: vt cōstat per totū tit. de rer permut in Decreta. & in 6. & in clem. siquidem in text. de beneficijs tractatur. sic scripsi in bonorum appellatione in c. 1. de præb. & in l. bonorū, 1. ff. de verbor; signif. & clarius hæc descriptio patefiet inferius, in materia etiam continetur ius: vt scripsi in l. rei, in 1 ff. de verbo. signif.

*Requisita in resignatione.*

4 Verum vt plenius hanc elucidemus, sequentia notanda sunt in permutatione requiri Primo, quod ab vtraque parte beneficiū resignetur: alias si recusaret alter resignare, nō esset permutatio. d. cap. vno de rerum permutat. in 6. & in clementinisi, vt inferius dicam. Et sic cum ego resigno beneficium meum, debes dare procuratorium ad resignandum tuum: quod non poterit ex post facto reuocari, scilicet facta ex vna parte resignatione. l. 1. ff. eodem licet alias reuocari re integra possit: vt dicetur statim.

*Collatio causa permutationis fieri debet.*

5 Secundo requiritur collatio beneficiorum ex causa permutationis vacantiū: nec alias sufficeret cōuentio partium, nec quidem approbatio episcopi, nisi de nouo conferret, clemen. vna. eod. titul. quia à partibus ius non datur. Hostien. s. in cap. ex ore, de his, quæ fiunt à maiore parte. Federici in tract. de permut. benefic. q. 17. Bertrand. cons. 323. quicquid, in primo vol. ex prima editione.

6 Tertio quod nomina & cognomina amborum in permutationis literis exprimantur, alias incerta esset permutatio. c. inter. de præb. doc. in d. c. vno de rerū permut. lib. 6. ideoque non valeret. cap. 2. vbi doct. de elect. in 6.

*Nomine exprimere quando i permutatione sufficiat.*

7 Tamen interdū nomen solum exprimitur sine cognomine, vt in Cardinalibus, quorum solet nomina tantum ex primi cum titulus cardinalatus, vt Hieronymus tituli sancti Martini in montibus cardinalis egregii, vt in regul. cancella. 30.

8 Idem videmus in principibus, vt tātū nomen soleat exprimi sine cognomine: vt Henricus Rex Franciæ, Antonius Dux Vandomiæ: & Gallice, Loys monsieur, Iean monsieur, & sic nomen mōsieur, Dominus in fine ponitur ad differentiā aliorum: cum in aliis anteponatur, vt Dominus Petrus. scripsi in gl. Concord. in ver. magistro. §. 1. de colla. nam ex his est certitudo sufficiens. & sic non est opus alia expressione. l. 1. ff. de dote prælega. & notoria non indigent expressione. c. manifesta. 2. q. 5.

*Collatio cā permutationis qñ nō eribuat ius*

9 Quarto requiritur, quod vterque ius habeat in beneficio; alioqui si quis nil iuris habens in beneficio, illud permutaret, non valeret permutatio. d. c. vno. ibi, sua beneficia. de rerum permut. c. cum venerabilis.

bilis. de except.l. 1.ff. de rerum permut. vbi Prædius ait nullã cõtrahi permutationem,si res aliena detur: quia datum non videtur,quod retineri non potest. l. non quocumq; modo.ff.de leg.1.ut est in reg. 38.Collecta in c.1.de rerum permut.

10 Et solet poni hæc clausula in prouisione summi Pontificis. Attente prouideas quod neutri permutantium ius acquiratur, nisi quilibet ius habuerit in beneficio per ipsum resignato; ideo poterit resignans protestari se adsuum rediturum beneficium,nisi res ita se habeat.c.beneficia de præb.in 6.

11 Et si facta fuerit resignatio debet vterque de nouo habere collationem: secus si tantum fuerit dimissio. d. c. si beneficia. vbi doct.& c.cum uniuersorum. de rerum permut.Panor.& alii in cap. cum uenerabilis.de except.

*Sine collatione noua qs adsuum redit beneficiũ. Aresiũ.*

12 De consuetudine nõ petitur noua collatio; quando quis redit ad suum beneficium;ut no.Ioan.And.in c.uno.eo. tit. in 6.& scripsi in tract.de pacis.possess.in 22. extens.num.145.Et stylus Franciæ fuit allegatus,& secũdum eum iudicatum anno 1525.die 2.Maii:ideoq; poterit agere etiam possessorio is,qui redit ad suum beneficium,etiã antequam redierit: ut semper vidi seruari;quia non censetur diuertisse, qui statim rediit.l.3.ff.de diuert.nec possessionem amisisse cinilem.l. clam possidere.§.fi.ff.de acquir.possess.

*Redire ad beneficium meũ possum licetalteri collatũ sit.*

13 Vnde si permutauero beneficium sancti Victoris cum Titio, & demum uelim redire,quia compermutatum non habeo pacificum; si Titius interim moriatur, & per mortem quis petat in eius locum subrogari; is subrogabitur saluo iure meo, adeo quod si datum mihi beneficium non remaneat,sed a me euincatur,non obstante alterius morte, & collatione,ad meum redire potero beneficium; vt sæpius vidi in curia decidi.

*Non habens beneficium an permutare possit.*

14 Sed dubitari uidi,Cum quis vult mihi resignare beneficiũ,quod tamẽ alii vult ordinarius conferre pro suo arbitrio: an ego possim expedire causa permutationis,licet beneficium non habeam, nominãdo beneficium eidem, quod nõ habeo? Respon.cũ nõ interfit,nisi partis arbitror permutationẽ ualere,quia parti semper liberũ est,aut ad suum redire beneficiũ,aut ad complementum permutationis agere. l.1.ff.de rer.permut l naturalis.§.1.de p̃script.verb.ergo non poterit alius agere.

15 Nec obest in papa,quia ipse potest admittere etiam in fauorem, quod non potest ordinarius: ideo loco fauoris fiet hæc ficta permutatio,ne ordinarii committãt fraudes,& quamuis subtili. tamen iustissimo medio;nam si dedi tibi rẽ causa permutationis,& postea nolim ego tuã, sed sim contentus eam tibi dare, non irritatur;ideo permutatio d.l. 1.de rerum permut. ubi doc. sic nec infringetur beneficii permutatio,si pars non conqueratur;quia si partes sint concordes, quid ad iudicem? l.1.§.inde.ff.de noui per nuncia.

*Cautela ut beneficium habeum*

16 Sed ad propositum redeundo, an noua collatio desideretur in eo, qui vult redire ad suum beneficium causa permutationis resignatum? tutius esse arbitror ad vitandam intrusionem,quę maxime timẽda est,ut saltem auctoritatem quis superioris exigat, quæ loco collationis erit, nisi de consuetũdine ut dixi.

*Redire non põt ad suũ beneficium q deliqt.*

17 Non poterit tamen is redire, qui in permutatione facienda non requisiuit patronum, aut aliter deliquit, quia non est vsus concessione iuris,tex.& ibi gl in ele. una.eo.Collecta.in cap.cum olim. eo. nisi de consuetudine non requiratnr patroni consensus;ut inferius dicam. Nec tenetur quis probare ius habuisse permutantem in beneficio,sed illum habitum & reputatum fuisse curatum illius loci, & fuisse in possessione illius pacifica: nam impugnanti & decenti illum non habere ius.incumbit onus probãdi.Panor.& alii in c. illud. de præsumpt.deRota decis.109.agenti,in nouis,& in decis. capel. Tholos. q.467. s. quando possedit longo tempore, & pacifice propter tolerantiam superioris.

*Probare an debeã permutantem mecum ius habuisse*

18 Secus si de recenti ut docet Paul.Paris.cõs.37.attẽdatur,col.1 in 4. uol. Boer. in decis.Burdeg.q.205.tracta.nu.5. & qui nunc,adeptus est beneficium permutatũ, requiritur quod apprehendat possessionem,l.1 ff de acq.possess.quę est facti,l.de nique. ff.ex quibus causis maior. ideo ad alium non transit, si non sit apprehensa per eum,qui illam optat.l.cum hæredes. ff.de acquir.possess.scripsi in trac.de mate. possess.in 3.tomo.ordi. reg.

*Permutãs possessionẽ apprehẽdere debet.*

19 Quinto requiritur etiam causa in permutatione,quam episcopus disquirere debet.cap quæsitum, ubi docto. de rerum permut.

*Eps beneficij sui confer*

20 Sexto quod per episcopum, in cuius diœcesi situm est beneficium, conferatur, c.omnes basilicæ.16.q.7.in his enim permuta-

*ferre de bet bñfi ciũ non ẽferior, & quid de exemplis.*

mutationibus auctoritas episcopi, vel superioris requiritur, nõ inferioris, qui permutationem approbare non potest, & in vim illius conferre. d.c.quæritum, de rerũ permut. nisi inferior hoc præscripserit gl. & docto. in clem. 1. de reb. eccles. non alienand. doct. in c. cum olim. & c. auditis. de rescript. si vero ecclesiæ permutandæ sint exemptæ, ad Papam pertinet, non ad episcopum approbatio. gl. & doct. in clem. vna. de supplen. neglig. prælat. & in clem. vna. de rerum permut.

21 Septimo requiritur illorum consensus, ad quos ꝓsentatio spectat, vel electio, alias non valebit permutatio, gl. in clem. vna. eodẽ. & Fel. in c. cum Bertoldus. col. 5. de re iudicat. & Curtius in tract. iurispatronatus. in uerbo, honorificum, q. 3. & Petrus de Vbal. in tract. de permut. benefic. q. 4. princ. num 42.

*Permutatio sine consensu patroni an fieri possit.*

22 Qui si noluit consentire, cogi potest, dum utilis sit ecclesiæ permutatio: ut docet Federic. in d. tract. q. 24. vel superior approbare eam poterit. Panor. in c. nullus. de iurepatron. dicam infrius vers. 16. Panor. in disputat. incipien. Augerio. & hodie vsus communis obtinuit, quod post requisitionem patroni maxime etiam eo non consentiente permutatio approbatur ab episcopo, & ualet: & sic iudicauit totus Senatus Parisiensis, vt retulit. Do. Quadrigarius.

*Spiritualia cũ spiritualibus, & ius in re cũ iure in re non ad rem.*

23 Octauo requiritur, quod spiritualia cum spiritualibus permutentur, non cum profanis, & ius in re, cum in re: nec. n. ualeret permutatio de iure in re ad ius in rem: vnde non licet permutare mandatũ, vel nom. nationes cum beneficio. per c. fi. de rerum permut. Federic. in tract. de permut. benefic. q. 13. & abunde Matth. de Afflictis in decis. Neapol. q. 17. quia istæ literæ non extenduntur ad alias personas c. p. & g. de offic. deleg. Regia curia.

24 Nec potest fieri permutatio cum iure spirituali, altetius generis: vnde non possum permutare decimas uel iurispatronatus cũ beneficio. doc. in c. fi. de rer. permu.

*Litem ꝓsequi debet is q mecum permutauit.*

25 Nono si beneficium pacificũ esse promisisti, moueaturque mihi postea lis super eo: tu debes eã prosequi, & à me propellere molestiam omnẽ: alioqui si euincatur, reuertar ad meum beneficium. capitul. si beneficia. de præbend. in 6. vel debens erga me condemnari ad beneficiũ similis ualoris. & secundum qualitatem primi mei quod resignaui. alias scripsi in §. volumus. in uerb. permutationis. de coll. in Concord. & vide Petrum de Vbald. in tract. de permut. benefic.

*Is cui dimisi beneficiũ. si ad illud reuertar, nõ põt obijcere q̃ ius nõ habebã.*

26 Decimo, redire possum ad beneficiũ, quod tibi dimisi, si ius habebam ad illud. d.c. si beneficia, ibi sua bñficia, de præb. in 6. diuersum est si nullum ius habuissem: & hoc si forte notorium esset. forte per sententiam, aut alias. ut gl. decidit in reg. 38. in reg. Cancel. allegans Ioan. And. ita tenere in c. vno. de rerum permut. in 6. & Federic. in tract. de permut. benefi. q. 8.

27 Tamen opinio secundum gl. contraria est valde æqua. nam is cuius causa dimissi, non potest referre quæstionem dominij. per l. sic conditionis. C. loca. quamobrem is non poterit impedire, quominus reuertar ad possessionem mei beneficij, quam ei tradidi. vide in reg. cancel. 38. & per Aegid. in tract permut. in par. 11. q. 3.

*Vnus permutans, si facta resignatione moriatur, alter vtrunque habebit bñficiũ.*

28 Vndecimo si causa permutationis Titius resignanerit beneficiũ, ut mihi causa permutationis cõferretur, quod mihi fuit collatum; & antequam ego resignẽ meũ, ipse præmoriatur, vtrunq, habebo; & (vt dicunt) bona fortuna gaudere potero; qa non est, qui de hoc conqueri possit. doct. in l. vna. ff. de rerum permu. & iuste ego obtinui, & mihi collatum fuit, & sic cano nice obtineo. c. 1. de reg. iuris. & per me non stat, quin adimpleam permutationẽ, & sic nil est imbutandum mihi. l. in iure. ff. de reg. iuris. facit tex. non ad hoc expensus in l. si quis Titio. ff de leg. 2: & nemo potest me cogere ad implendum permutationem: quod secus esset in profanis. doctor. in l. 1. ff eod. [Alias super hoc consului, vbi abunde hoc tradidi.]

29 Si tamen resignatio fuerit facta, & ab altera parte recusata, tunc quia is semper remanet in possessione, in qua moritur; ideo per mortem vacare cẽsetur, per reg. cancel. neque enim intelligitur amissum, quod alteri ablatum nõ est. l. nec vtilem. ff. ex qtibus causis maior licet Alex. Antila suo tracta permuta. dicat per renũciationem vacare, sed si non sit admissa à superiore, habeturac si facta non esset. cap. quod in dubijs. & c. super hoc de renunc. ergo quilibet suum habebit beneficium.

30 Duodecimo Papa solet, si petatur, derogare regulæ cancellariæ 18. dicenti, q̃ si resignans non vixerit per viginti dies, beneficium vacet per mortem, & non per resignationem de qua superius scripsi.

31 Decimotertio si cõferatur beneficiũ,

quod eſt ſub iure patronatus laicorum, requiritur patroni conſenſus, vel Pontificis derogatio: quæ tamē non recipitur in hac patria Galliæ conſuetudinaria: vel quod deuolutio facta ſit ad papam: vt in regul. Cancel. Inno. 40. habet: ſcripſi ſuprà in ſignatura. in gl. necnō iuri patronatus. Collecta. in c. cum olim, de rerum permut.

32 Decimoquārto ſi velim reſcindere p mutationem inualidam, & ad meum redire beneficium, non poſſum hoc conſequi per literas Regias, ſicut in re profana. Et ita reiectus fuit per Areſtū Ioan. Roſſeau ab impetratione ſuarum literarum proſequente Pidoux, anno 1522. die ſeptima Septembris.

*Areſtū quando litera regia impetrari poſſunt*

33 Sed coram ordinario agendum eſt, videlicet eccleſiaſtico iudice: vel poteſt agi poſſeſſorio coram iudice Regio: vt ſuperius in hac parte dictum fuit.

*Noua prouiſio cauſa permutationis q̄ continere debeat.*

34 Decimoquinto in noua prouiſione ex cauſſa permutationis debet fieri mentio de beneficijs, quę permutantes habent, & de qualitatibus ipſorum, alias non valebit permutatio coram Papa facta. Domi. de Rota deciſ. 593. dic quod ſi aliqs, in antiq. [ſub tit. de reſcri. deciſ. 5. Facit c. cum in illis. de præb. in 6. docto. in c. ad aures. de reſcript. Feder. tamen in tract. de permuta. benefic. q. 18. credit permutationē valere non facta mentione aliorum beneficiorum, quam eorū quę permutantes habēt.

35 Verum melius & tutius eſt de omnibus fieri mentionem, niſi ſit clauſula, pro expreſsis haben. de cura quoque, ſeu alijs qualitatibus exprimatur: & ſic tenuit maior pars auditorum Auenionen. vt refert Aegid. Bellamera, conſ. 32. pro introductione, col. penul. verſic. quid dicendum.

*Permutatio ēt ex interuallo fieri pōt.*

36 Decimoſexto permutatio poteſt fieri & vno inſtanti, & ex interuallo, corā ordinario, & corā Papa, teſte Federic. in d. tracta de permuta. benefi. q. 11. ideo poteſt hodie admitti reſignatio à Pariſi. epiſcopo, de beneficio in hac diœceſi ſito: & poſt aliquot dies aut mēſes recipitur reſignatio beneficij ſiti Burdegalæ.

*Impetrari nō poteſt beneficium cauſa permutationis, quod fuit collatum Seio: verum quia beneficium Seij erat alterius diœceſis longe diſtantis, dictus Seius poſſedit vtrumque beneficium p duos vel tres menſes pacifice: quare tertius primū impetrauit in curia Romana tanquam vacās per adeptionē ſecūdi incōpatibilis, quod à Titio obtinuerat, per*

37 Vnde ſi quis reſignauerit ſuum beneficium cauſſa permutationis, quod fuit collatum Seio: verum quia beneficium Seij erat alterius diœceſis longe diſtantis, dictus Seius poſſedit vtrumque beneficium p duos vel tres menſes pacifice: quare tertius primū impetrauit in curia Romana tanquam vacās per adeptionē ſecūdi incōpatibilis, quod à Titio obtinuerat, per cap. de multa, de præbend. demum pro cōplemento permutationis Seius reſignat illud primum beneficium, quod confertur Titio compermutanti: dicerem valere talem nouiſſimam collationem: prout docet idem Federic. d. q. 11. & Collecta. in c. fin. eodem.

*Ciū q̄ permutans alteri cedere debet permutanti.*

38 Quippe fieri poteſt collatio ex permutatione, vel vno, aut diuerſis temporibus: & ita no. doctor. in cap. vno. de rerum permut. in 6. ideo per adeptionem beneficij permutati non vacabat illud primū, quod tenebatur permutans alteri dare: ideoque impetrari à tertio nō potuit; quādoquidem non contendebat illud retinere cōpermutans, 2. vt dicitur in extrauag. Execrabilis.

*Per adeptionem ſecundi quando non vacat primum.*

39 Et ſic limitatur hoc caſu illa regula, Quod per pacificam adeptionem ſecundi incompatibilis vacet primum. no. Aegid. in tract. permuta. in prima parte. q. 5. & in q. 3. partis quintæ; ideo cum non ſit tempus à iure præfixum ad recipiēdas permutationes, poterit Epiſcopus etiam poſt ſex menſes conferre; quod ſi recuſet, poterit cogi à ſuperiore. c. nullus. de iure patro. vel ſuperior conferre poterit. vt Federic. ſcribit in eo tract. q. 29. & Collecta. in d. c. fi. in princ. doct. in clem. una, eo.

*Vnum beneficium cū pluribꝰ permutari poteſt.*

40 Decimoſeptimo permutare licet vnū beneficium cum pluribus & plura cū vno, necnon curata cū ſimplicibus, ſeu cū curatis; ut notant Ioan. And. & alij per illum tex. in c. cum venerabilis. de exceptio. quia non reperitur hoc prohibitum, ergo permiſſum. l. cum prætor. ff. de iudi. Feder. in tract. de permut. benefi. q. 2.

41 Si tamen is qui recipit curatum, non ſit diſpenſatus ad aliud curatum, perdet primum per adeptionem ſecundi; niſi diceretur in prouiſione papæ, quod iſtud vltimum poſſit retinere cum illo, quod haberi; & ſic fuerit quo ad hoc ſecum diſpenſatum; ut docet Aegid. in tract. de permuta. q. 11. partis 3. & Collecta. in d. c. quæſitum. colum. 3. de rerum permut.

*Inæqualitas facit præſumere contra permutationē.*

42 Decimooctauo præſumitur fraudulenta permutatio ratione inæqualitatis, non ſolius, ſed cū alijs coniecturis. cap. ad quæſtiones. vbi docto. de rerum permut. Panor. & alij in c. 1. de cleric. non reſid. Collecta. in c. cum olim, de rerū permut.

43 Item quādo beneficium erat de proximo vacaturum. c. commiſſa, de elect. in 6. c. 2. de renūc. ibidē. c. beneficium. de regular. ibidē. c. ex tranſmiſſa, de renuncia.

*Contra permutationē presumitur si detur fidē canonicatus & nullius momenti.*

44 Adde fraudis præsumptionem inducì, si fiat permutatio cum beneficio, vel capellania ficta, vel canonicatu, qui nullius erat momenti: quia iactare suum quis in dubio non præsumitur. l. cum de indebito. ff. de proba. Paul. Pari. cons. 130. ad de monstrandum. col. 1. & 2. in 4. volum.

45 Consanguinitas etiam auget fraudis præsumptionem contra permutationem. Parisien in d. cons. 130. post Bart. in l. post contractum. ff. de donatio. & in l. si forte.

*Consanguinitatis rōne presumitur contra permutationem.*

de castren. pecul. l. si donatione. C. de colla. l. data. C. de donat. Panorm. in d. c. 1. de cleric. non residen.

46 Idem cum is, qui renunciat, semper, remanet in possessione beneficij resignati. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypo. soluitur. Bartol. in d. l. post contractum. in 6. coniectura. ff. de dona. dicā in reg. de publicand. resigna.

*Concordia partium solus Papa apparere potest.*

47 Concordia quoque seu cōuentio inter partes notat simoniam, text. in c. cum pridem. de pactis, Panor. in c. cum vniuersorum. 7. not de rerum permutat. Paris. d. cons. 130. colum. 2. & non spectat ad Episcopum probare cōcordiam partium, sed ad Papam tantum, vel eius legatum hāc habentem potestatem. c. fi. & capitu. cum pridem. de pactis.

*Coniectura si simulatę permutationis.*

48 Alias coniecturas simulatæ permutationis poteris elicere ex d. cons. Paris. & ex his quæ abunde scripsi in glo. vlt. in §. volumus. de colla. in concord. vbi posui 13. coniecturas: & quomodo excusari possint hæ coniecturæ melius quam alibi: ad hæc quando in collationibus beneficiorū præsumatur dolus & fraus, tradit Ioā. de Selua. in tract. de benefi. in 3. parte. q. 18.

*Permutatio ēt in dissimilibus beneficij consistit.*

49 Decimonono, permutatio non impeditur siue consistat in beneficijs conformibus, siue difformibus: vt vocant doct. veluti si permutetur præbenda cum beneficio curato, necnon beneficia manualia licebit permutare. quia possunt esse beneficia perpetua. l. sufficit. ff. de condi. indeb. glo. i c. si gratiosæ. de rescript. Feder. in tract de permut. benefi. q. 6. & sequ.

50 Tamen hæc permutatio non immutabit qualitatem horum beneficiorum, quominus stet super manualia, ut reuocari possint, etiam si permutatio a Papa fuisset approbata: quia non intendit Papa cō suetudines & statuta religionum, aut cœnobiorum tollere, quia ea verisimiliter ignorat, cum facti sint. c. 1. de cōst. lib. 6.

51 Nisi hoc ex certa sciētia faceret & expresse diceret, quod non reuocentur: vt docet Aegid. in tract. de permuta. q. 7. partis 3. de quibus manuariis plene scripsi in tract. de pacifi. possess. limit. 6. num. 272. & seq. & poterit maxime in hoc regno beneficium commendatum permutari cum alio non commendato, vel commendato: quia commenda est titulus. cap. dudum. 2. de elect. Panorm. in c. cum olim, eodem post Fedederic. eo. tit. & tract.

*Conuentio parcunt docto. esse simoniam: & c. fin. de pactis.*

52 Vigesimo quando fuerit conuentum inter partes de permutatione facienda, di- cunt docto. esse simoniam: omnis enim pactio inducit simoniā. d. c. cum pridem. & c. fin. de pactis, vnde partes non debent ita pacisci, intelligite, quod inter partes non debet fieri conclusio permutationis, nisi si & quatenus approbabitur a superiore. cap. quæsitum. & capitu. cum vniuersorum, de rerum permuta. Deci. cons. 141. ad plura: alioqui si partes nō possent conuenire, nunquam fieret permutatio.

*niam in ducat.*

53 Vnde quamuis partes fecerint instrumētum obligatorium de permutādo sua beneficia cum beneplacito sedis Apostoli cæ, vel legati habēris ad hoc potestatem, nequaquam simoniā committunt, reseruando tameu voluntatem superioris, nec prohibent iura partibus promittere se curaturas, vel permutatio fiat ab his, a qbus recipitur, per l. in illa. ff. de verb. obli. c. ex literis, de spōs. secus si nulla superioris habita rōne hæc machinarētur inter partes: c. cū olim, vbi Collecta, de rerum perm. Boer. in decis. Burdeg. q. 205. tractatus.

54 Vltimo si resignatio facta in curia nō fuerit publicata intra sex menses, vel extra mēsem, aut possessio petita & resignās moriatur in possessione, tunc beneficium censetur per mortem uacare, non per resignationem. tex. in reg. cancell. 34. Innoc. VIII. quam vt frequentissimam in hoc regno subiiciendam hoc loco dixi, nostrisq. aliquot scholiis interpretandam.

## *Regula de publicandis resignationibus.*

Item idem dominus noster statuit, & ordinauit, q̄ quæcumq. beneficia ecclesiastica, siue in R. curia, siue extra eā resignata (nisi de illis factæ resignationes, si in eadē curia ītra sex mēses, a data suppli-

cationis,& non a die prestiti consensus computandos. Si vero extra dictam curiam factæ sint, intra mensem ex tunc vbi dicta beneficia consistunt publicatæ fuerint: vel possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita extiterit) (Si resignantes ista postmodũ in eorundem resignatorum beneficiorum possessione decesserint, non per resignationem,sed per obitum huiusmodi vacare censeantur)collationes quoque, & quęuis alię dispositiones de illis tanquã per resignationem vacantibus factę,& inde secuta nullius sint roboris vel momenti.

## GLOSSA PRIMA.

*Hæc regula registrata & lex regni facta per mortem Papę nõ est reuocata.*

HAec regula fuit recepta, & in curia parlamenti registrata anno 1493.die 27. Augusti, vnde est lex regni effecta, ideoq; per mortem Papæ nõ tollitur: vt gl.dicit in simili de lege canonizata,in c. imprimis,in verb.c.2.q.1.scripsi in tract. nomina.q 5.n.15.& habet locũ in beneficijs ecclesiasticis,de quibus in reg. 1. de reg.iur.in 6 & in ti.vt ecclesia. benef. &c. non vero in beneficijs temporalibus,vide licet in feudis,licet a papa dẽtur: de quibus in rub.de his q feudũ dare possunt,in vsib.feudo. & in Decreta de feudis,q̃ differentiã tradit tex.i c.felicis de pęnis, in 6.

*Ratio quare morte possessoris vacare beneficiũ intelligatur.*

Ratio huius regulæ, cur morte possessoris censeatur vacare beneficiũ.est: quia possessor censetur dominus. l.siue possidetis,vbi glo.C.de prob.Feder.cons.13.col. 2.per l.fin. C.de rei vendic.facit l.2.C.de Panor.de excep.cle.1. & ibi Imol. vt lite pend. Ideo ex locatione psumitur collatio,& prouisio: vt is,qui locauit,puisus cẽ seatur.c.vestra,de loca.alias.n. esset intrusus & sine titulo:quod non est presumendũ,quia delictũ præsumere non debemus l.merito.ff.pro socio.ca.estote,de reg.iur.

*Locans fructus beneficij promissus presumitur.*

Etiam quia interest populi agnoscere pastorem suum,vt ab eo sacramenta recipiant,non à mercenario,& qui non est pastor:& est in Euangelio,& in c.omnis, de pœniten.& remissio. vt ne resignantes sine titulo fructus ad se non spectãtes percipiant,ac ne contrahentes cum his decipiantur:cum veri pastores non sint, & vt fraudes vitentur volẽtium occultare has resignationes:& vt beneficia non fiant hæreditaria, & c.1 de præben.

*Donans & retinens nil agit.*

Persimile est,quod vulgo dicimus donare & retinere simul esse prohibitum, l. si quis argentum.§.penul. C de donatio. vt si donans remanserit semper in possessione,donatarius nihil habebit.l.sicut, §. superuacuum,ff.quibus modis pignus vel hypothec. soluitur: nã donator qui possidet, præsumitur simulate actum celebrare,vt docet Bal.in l.1.C.de donatio. ante nupt. Boer.in consuetudine Bitur.in §. 1. de donatione, Ias.in consil. 36.factum,in primo volu.vbi cõsuluit dationẽ in solutũ simulatã.si is reperiatur possidere qui dedit in solutũ:sic & resignatio psumit simulata,qũ resignans in possessione decedit.

Itẽ quia hic text.generaliter loquitur, & quæcumque beneficia ecclesiastica,&c. Ergo comprehendit dignitates, officia ec clesiastica,tam regularia quam secularia, & alia quæcumque beneficia quæ in titulum vel commendam perpetuum conferuntur.glo.in c.1.de reg.iur.in 6.& superius scripsi in principio huius li.& in reg. proxima:non tamen dignitates episcopales,cum sint dignitatum culmina, c pen. de pb.nec archiepiscopatus,nec abbatia, glo.in c.2.de præb.in 6.vbi multa addidi. Et in regul.de infirmis resignant.Gomes. q.14.dixit generaliter in consistorialibus hanc regulam nõ habere locum:nam per cedulam, non per supplicationem huiusmodi beneficia Papa in consistorio proponit,& de illis prouidet:vt in §.1.de nominatio.Regiar.in Concord.sed non est Papæ proponere hæc,sed protectoris Frãciæ corã eo, aut solicitatoris,seu alterius cardinalis:vt scripsi in d.§.1.de nomination. Regiar.in Concorda.

*Epiſcopatus & dignitates consistoriales non continetur in hac regula.*

*Siue in Romana curia, siue extra.*

## GLOSSA II.

*Resignatum in curia ibi dicitur vacare, non vbi procuratorium factum fuit.*

PEr hæc verba patet hanc regulam habere locum tam in beneficijs resignatis in curia Rom.quã extra vt infra dicetur.Et dicitur Curia Roma.vbi est Papa, glo.& doct.in c.2.de præb.in 6. Docto. in clem.auditor,de rescrip.& beneficium dicitur in curia vacare,quando ibi fuit resignatum, non vbi procuratorium ad resignan-

gnandum est conceptum, glo. & docto. in cle. 1. vt lite penden.

*Declaratio ad istam regulam*

Et cũ ista regula sit paulo difficilis ob intricationem tex. ideo sic legi debet, & intelligi. Quod quæcumque beneficia siue in Curia, siue extra resignata, si resignantes in possessione decesserint, non per resignationem sed per obitũ vacare censeantur; nisi dictæ resignationes factæ in Curia publicatæ fuerint intra sex mẽses si extra intra mensem, vel possessio petita fuerit.

Collationes quoque de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ nullius sint roboris, vel momenti: si resignantes illa, postmodũ in possessione mortui fuerint Ergo sequentia requiruntur hic.

*Requisita ĩ hac regula.*

Primo quod beneficium in curia sit resignatũ, uel extra ibi, siue in Roma. curia, siue extra eam resignata &c. quippe sola promissio de resignando nõ sufficeret, põderando ibi resignata, vt supra dixi in regu. de infirmis resig. in glos. 3. Secundo q̃ resignans in possessione moriatur: vt inferius dicetur, & declarabitur quando mori dicatur in possessione.

Tertio quod moriatur post sex mẽses. vel mensem, vt inferius dicã. Itaq; si ante sex menses, non habebit locum reg. vnde si resignatarius moriatur ante sex mẽses, non tenebitur is, cui prouisum est per illius obitum, publicare, tum quod non est resignatarius, nec subrogatur in ius eius, sed ei de nouo confertur, ideo ad hoc non tenetur: quia ista reg. de hoc nõ loquitur nisi de resignante, & eo, in cuius vtilitatẽ fit resignatio: etiam nõ inuenitur iure cautum, quod collatio facta per obitum debeat intra istud tempus publicari: nec est aliqua lex tale quid dicens. §. sinant, in auth. de non eligen. secund. nuben coll. 1. tutius tã est ad vitandas opiniones publicare. Quarto q̃ publicata non sit resignatio intra sex menses, si in curia facta sit: si extra curiam, intra mensem: quando fuerit igitur publicata intra tempus hic præstitutum, nõ vacabit per obitum, sed per resignationem: ideoque per resignationem collatio valeret a contrario ducto argumẽto: vt inferius dicetur per istum textũ.

Quarto q̃ possessio adepta seu petita fuerit ab his, quos id contingit, alias dicitur collationem per resignationem valere, sumendo argumentũ a contrario: quod est in iure valiũ, l. 1. ff. de offi. eius, ca. cũ Apostolica, de his quæ fiunt a prælato. Et si vnũ ex eis defuerit, non habebit locum regula, vt infra dicam: & sic valebit prima prouisio facta per resignationem.

*Resignata.*

## GLOSSA TERTIA.

*Resignationem requirit hæc regula, nõ aliũ vacãdi modum.*

Requirit insuper hæc regula, q̃ beneficium vacet per resignationem, per hoc verbum, & verbum resignationes, & resignantes infra eod. Et sic non haberet locum, quando beneficium vacaret per non promotionem, aut per priuationem: nempe cum tex. exprimat vnum vacandi modum, alius non comprehenditur. c. susceptum, de rescrip. in 6. c. cum in illis, §. 2. de præb ibidem. Et adde verbum non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur: nec enim verba text. conuenirent, quæ loquuntur de resignatione, non de priuatione, vel alio vacandi modo.

*Resignatio tam simplex quã permutationis cã hic continetur.*

2 Intellige siue resignata fuerint simpliciter, aut ex causa permutationis: cũ iste text. indefinite loquatur, & vtraque põt dici resignatio. Sic consuluit Roma. cõsi. 465. in re præsenti, quamuis in eo dubitet Gomes. hic q. 3. vide quæ dixi in regul. de infirmis resignantibus, & superius. Etiam si permutatio fuerit facta causa vtilitatis vel necessitatis ecclesiæ, sicut fieri debet. c. quæsitum, de rerum permuta. tum quia verba huius regulæ conueniunt, & rationes, & quamuis non omnes, sufficit tamen una, arg. §. affinitatis, de nup. in insti. alioqui nunquam haberent locum in permutatione, quæ semper ex his causis est faciẽda: vt supra in materia permuta. scripsi, & publicatio, quæ hic exigitur, est de forma, qua omissa actus est nullus. l. cũ hi. §. si prætor. ff. de transc. cum dilecta, de rescript. nec æquipollens sufficit, quãdo aliquid est de forma. l. diligenter. ff. mãda. un de cognitio Episcopi de causa necessaria inquirentis in permutatione, non sufficit ad publicationem, quia alio tẽdit: & actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, l. non omnis. ff. de reb. credi.

3 Imo etiam habet locum, si quis cesserit commendæ, quandoquidẽ resignaredi citur, & beneficium resignatum, cum uide licet commẽda pro titulo habeatur: ideoque larius insistendum non arbitror: licet Gomes. quæstione quarta, teneat contra, cui superius responsum fuit.

4 Non tamen obseruaretur hæc regula,

*Resignãs recipiens fructus sibi referentes non censetur mori in possessione quo ad hanc regulam.*

si papa resignanti fructus omnes reseruasset, quamdiu viueret, vt eos per se recipere, aut capere posset: tunc enim licet ille fructus iuxta papæ voluntatem receperit, & sic in possessione mortuus fuerit, nõ tamen vacabit per obitum beneficium, sed per resignationem, ac si regulæ derogatũ esset siue beneficium exigat residẽciam, siue non (licet de iure beneficiũ omne requirat residentiam.)

5 Nam papa sic cõferendo, videtur huic regulæ derogare, quæ foret alias cõtraria collationi factæ ipsum, & sic frustanda. Et ista cõsuluit Petrus Paulus Parisi. cõsi. 39 an regula, in 4. vol. per cõsequẽs. n. perceptione fructus permissa, permissum quo que censetur resignãti, in possessione manere: vt sic Pontifex intelligatur huic regulæ derogare voluisse. arg. l. 2. de iurisd. omnium iudic.

6 Quamuis Gomes. q. 2 hic teneat contrariũ, vbi papa sibi retinuisset de nominationem: nam ad quid nominatio, si possessio non esset? nempe dicitur hic si resignãs moriatur in possessione, non autem dicit, in denominatione: ideo sufficit quod resignans in possessione remaneat auctoritate papæ.

7 Nec decipiuntur parrochiani, aut expectantes, cũ hoc fiat iure, & a papa, cuius auctoritate nemo decipitur. l. 1. C. de his q veniã æta. impetrau. licet Gomes. cõtra statuat tres casus, videlicet quando resignans sibi retinuit fructus: vt eo casu locum habeat regula, quod improbaui.

8 Secundus casus qñ fructus, & denominationẽ retinuit resignans, & tũc non habeat locum regula, & hic est sine dubio.

9 Tertius quando beneficium non requirit residentiam, nec habet denominationem, & habet locum regula. Sed isti casus mea sententia videntur superuacanei: nam si Papa reseruauerit alicui fructus, & quod illos possit per se recipere, & sic in possessione remanere: tunc non habebit locum regula, quicquid iactet Gomes.

*Regula ista habeat locum in resignãte ius.*

10 An uero locum habeat iste tex. si quis resignauerit ius, quod in beneficio habet: & Gomes. dicit non habere: quia loquitur hæc regula de beneficio possesso per resignantem, quæ in resignatione iuris nõ potest verificari, vt ipse firmat: tum quia text. iste dicit de beneficijs, non de iure.

11 Contrarium existimarem, quia eadẽ ratio militat in resignante ius, quæ in resignante beneficium: nam renũciando ius, renunciat & beneficio, c. 2. & c. super hoc, de renunc. & potest quis super beneficio litigare, simul q, esse in possessione beneficij: qui si resignet ius suum, & semper remaneat in possessione, necdum petita a resignatario: certe quin locum habeat ista regula differi non potest, quicquid dicat Gomes. q. 10 nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur, l. qui actionem. ff. de regu. iuris, etiam post ius habitum acquirere possessionem poterit: & ita respondeo adductis ab eo, non tamen per hæc fiet præiudicium litiganti, si ius potentius habebat. [Et vt plenius materia habeatur faciam casus sequentes.

Primus est, si permutatio hinc inde facta fuerit, & vterq; in sui beneficij possessione permanserit: si alteruter moriatur beneficium illius, quamuis permutationis causa collatum fuisset, tamen vacabit per mortem illius, & alter compermutãs habebit suum: quia postquam permutatio non potest impleri ex altera parte, alterius suum retinebit ex natura permutationis. l. 1. ff. de rerum permut.

Secundus casus. si causa permutationis ex vna parte fuerit beneficium resignatũ, alteriq; collatum, & is moriatur post sex menses in possessione vtriusq; beneficij, vtrunque vacabit per obitum illius: suum quia in possessione illius moritur: alterũ, quia ius in illo hẽt per permutationem: & ideo imputandum erit compermutanti. si illud beneficiũ nõ petierit intra sex menses. Nam damnum quod quis sua culpa sentit, sibi adscribere debet. l. quod quis. ff. de reg iur. & in 6. reg. damnum: nec ad istum redibit, quod sua culpa huius regu. auctoritate amisit. l. Lucius. ff. de euict. Roma. cons. 503. diligenter. in fi. Limitatur, quãdo hic permutans nõ fuisset negligẽs, sed impeditus, tũc ad suũ posset redire beneficiũ d. c. si beneficia. Nam rem quæ culpa caret, in dãnũ vocari non cõuenit. c. 2. de const. Idẽ si forte procurator vnius fuerit negligens, non vero dominus. Nam pœna suos tenere auctores debet, l. sancim⁹. C. de pœnis. l. vnam. §. si procurator. vbi scripsi. ff. si quis ius dicenti non obtempe.

Tertius casus, si resignatione hinc inde facta, & ante publicationem alter moriatur, illius beneficium per mortem vacabit, alterq; ad suum poterit redire beneficium, per d. c. si beneficia. Quia postquam beneficium ex vna parte resignatur & resoluitur, ego & ex altera parte resolui debet

bet l. 1. ff. de rer. permut. Doct. in c. cũ vni uersorum. illo ti Vnde si hic vtrunq; possi deat, opus erit noua collatione alteri facienda per obitum. alias est nulla, & coloratus non erit titulus.

Quartus si quis permutationis gratia suũ beneficiũ resignauerit, & post resignationem admissam, & possessionem captã, & publicatam per alterum, idq; tamen alter ei resignet & moriatur, neutrum beneficium vacabit: suum non, quia nõ moritur in possessione illius, & quia illud resignauit, secundum non, quia in illo ius nõ habebat, sed poterat illud petere, & non alius. Ideo vtrunque beneficium remanebit apud resignatorem, eũdem permutantem, & poterit dici quod gaudeat de bona fortuna, vt doct. no. in c. si beneficia, de pb. in 6. Quod est verum si ipse ex parte sua publicauerat resignationem beneficii permutatitalioqui contra, vt in casu sequenti.

Quintus casus, si resignatione hinc inde admissa, & post tempus hic præstitutũ vterque moriatur in possessione, vtrumq. beneficium per mortem vacabit; per hanc rã, quæ generaliter loquitur, nec loqui tur plus de vno, q̃ de duobus: & quibus loqueretur, tamen lex loquens in vno, habet etiam locum in pluribus, l. singularia, in fi. ff. si cer. petat. l. 1. quod falso tutore.

Sextus casus, si vterque compermutantium, vel alter tantum moriatur ante tempus hic præstitutum, vel post publicationem, non erit locus huic regulæ: & sic vere vacabit per obitum illius, qui in eo ius habebat. Et in hoc non attenditur possessio, nec detentio per hanc regulam a contrario, quod in iure firmum est c. cum apostolica, de his quæ fiunt a prælat.

*Nisi de illis facta resignationes si in eadem curia intra sex menses.*

## GLOSSA IIII.

INtellige resignationes infirmari, nisi fuerint publicatæ intra sex meses, quãdo in curia facta est resignatio; & ob id statuitur lõgius tempus extra curiam, quandoquidem ex omnibus partibus ad eam confluũ homines, etiam ex remotissimis regionibus, qui nõ possunt publicare, nec bullas habere intra breue tempus. farit l. quinquaginta, ff. de excusa. tuto. § qui autem, illo tit. in instit. c. 2. prluleg. in 6.

Quæro quid si aliquis constituit procuratores ad resignandum in fauorem Titij retenta villa, iustitia, & tali molendino, non aliter nec alias papa confert non retenta iustitia, vel sub restrictione, si non excedat mediam partẽ, an valeat talis resignatio? Breui respon. valere: nam hoc relinquitur beneplacito papę, cui non placet hoc reseruare, ergo pars nõ potest conqueri: quia contractus do, vt facias, non ligat superiorem in beneficialibus. glos. & doct. in c. cum inter, primo, de elect. Nam superior his conuentionibus nõ ligatur, sed potest admittere prout ei placet, teste Archidiaco in capitu. 2. colum. 2 de præbend in 6. *Papa resignationem conditionalem recipit, etiam caputa quadã vsij ciendo.*

Nam in omni actu semper censetur excepta superioris auctoritas c. veniẽtes, de iureiurã hoc expresse decidit Franciscus Marc. in 2. parte, decis. Delphi. q. 131 vbi in Parlamento Delphinali sic fuisset iudicatum asserit & supra in tract. de resignatio. conditio. dixi etiam sic fuisse in senatu Burdegalen. iudicatum, & ibi respon. obstan.

Fallit si intra sex menses, hoc tempus ad tres alios menses prorogatum fuerit: quod fieri solet in patria obedientiæ ex causa, vel ad longius tempus, argumen. capitu. quia diuersitatem, de concessione præbend. l. prima, ff. de iure deliberan. in patria vero consuetudinaria vix obseruaretur, si resignans moreretur in possessione post sex menses, & intra tempus prorogatum, nisi ex magna causa prorogatum esset tempus: nam cum ista regula recepta sit, vt lex Regni, & sic publicata & registrata, & non eius derogatio vlla, seu prorogatio: quia per istas prorogationes nunquam fieret publicatio. Et sic fraudarentur nominati, graduati, & mandatarii: & daretur via delinquendi: ideoque vix reciperetur in Francia: Sed hi sex mẽses, a quo tempore computentur audi. *Sex mẽses prorogari possunt ad publicationẽ faciendam.*

*A data supplicationis, & non a die præstiti consensus computandos.*

## GLOSSA V.

DEcidit hic text. a quo tempore computentur hi sex menses, nempe a die supplicationis non a die consensus sicut in regul. de infirmis resignantibus dictũ fuit: & hoc additum fuit per Paul. 3. ann. 154. die 14. Augusti nunc quoque per Iu- *Sex mẽses publicationis a quo tempore curant.*

lium papam 3. approbatum, ad resecandum dubia super hoc contingentia. Nam per Datarium soler apponi data in supplicatione, a quo tempore currit tempus istud, facit l. tali. ff. de iure dotium. quãuis Gomes. asserat a tempore contensus computandum. q. 7. vide Petr. Pari. disputantem in cons. 143. quod terminus, in 4. uolu. & ista opinio iãdudum a senatu recepta est, & secundum eam iudicatum.

*Si vero extra curiam facta sint.*

## GLOSSA VI.

*Collatio a quocunq. facta extra curiam debet intra mensem publicari.*

AQuocunque, siue a legato, Archiepiscopo, uel alio quocunq; quia indefinita æquipollet uniuersali. l. si plurbus, de leg. 2. ff. etiam si ab Abbate, uel alio inferiore, Abbatissa uel quocunque alio, etiã si à laico, qui ex speciali priuilegio conferat: de quo tradunt docto. in c. dilectus 3 de præbend. facit c. regenda, & c. nouerint, 10. q. 1. & ideo collatio facta a legato extra curiam debet intra mensẽ publicari, vt hic: quia cum sit in partibus, hoc fieri facile poterit.

*Intra mensem.*

## GLOSSA. VII.

SEd quomodo computatur hic mensis? Respon. prout est in Calendario: vt si calendis Ianuarii collatio facta fuerit extra curiam, & vsque ad calendas Februarij non fuerit publicata, & resignans decasserit, non valebit prouisio per resignationem facta, per istum textum. glo. in c. quam sit, de electio in 6. scripsi abuude in forma mãda. Apostol. in glo. post mẽsem: & hoc si mortuus fuerit resignans in possessione, secus si viuat: vt inferius dicetur.

*Ex tunc.*

## GLOSSA VIII.

ID est intra sex menses si in curia, vel infra mẽsem: si extra curiam, hæc clausula in gratiæ rescripto posita gratiã magis efficacem reddit, teste Decio consil. 405. videbitur, in princip. gl. in clem. vna, de conces. præben. vbi scripsi.

*Vbi dicta beneficia consistunt.*

## GLOSSA IX.

*Publicatio ĩ quo loco fieri debeat.*

EX hoc tex. soluitur quæstio, in quo loco publicatio fieri debeat? ex respondet, in loco beneficij faciendam esse, per hæc verba, vt videlicet prouisio nota fiat ordinario collatori, qui alias posset (vt ignarus resignationis, & prouisionis) alteri cor ferre. vnde materia litigandi, quæ plus satis pullulat, excresceret: cũ vt prouisio atq; acceptatio notę, manifestent alterũ ius in ipso accepto beneficio habere. Roma. cons. 433. quo ad primũ. Et ut sciat populus, atq; cognoscat suũ pastorẽ: quod maxime decet. vt habemus in Euangelio, *Oues meæ cognoscunt me.*

Limitatur quando non posset fieri eo loci, vtpote ob periculum belli, pestis, ob insidias inimicorum, vel aliud iustum periculum, per c. vbi. §. porrò, de elect. in 6. & c. statuimus, de offic. deleg. ibidem, cle. vna, de foro competen. clem. vna, de concess. præb. sic Rom. d. cons. 433. quo ad primum: quia sufficit aliquid fieri per æquipollẽs, quãdo sic non potuit impleri pro forma: vt plene Albert. Brunus in tracta. de forma, & solemnita. actus, rub. de potẽtia & effectu formæ, limita 33. scribit post Feli. in c. cum dilecta, col. 18. nu. 13. limit. 7. de reseri. Idem fit mat Cassado. in decis. 1. de dolo, tamen debet publicare in alio loco, in quo scit parrochianos illius beneficij resignati degere, vel vbi forte exercetur iurisdictio. de Ripa in trac. de peste, in 5 speciali pestis, in contractibus. Male ret. in tract. de elect. fol. 80. col. 3. Gomes. hic, q. 13. quomodo vero fiat hodie publicatio, dico infra in glo. seq. nu. 26.

*Publicatio an intra ecclesiam fieri debeat.*

Et nota tex. istum non dicere, publicationem esse faciẽdam intra ecclesiam, sed vbi beneficia cõsistunt: & ita sufficit q̃ fiat extra ecclesiam, in Cimiterio, vel in alio loco beneficii vt concludit Domi. d. consil. 75. in causa, in fi. plenius Panor. in cõs. 99. illud, col. 2. in 2. vol. vbi dicit, q̃ si parrochiani clauserint ecclesiã, põt capi possessio extra: & in ecclesia fieri dicitur, q̃ ante eã fit. cle. causam, in verb. in domo, de elec. debet tamen ibi fieri, quando populus adest, vel tempore mercatus, aut Missæ, vel prædicationis: vt inferius dicetur.

Pu-

*Publicata.*

## GLOSSA. X.

*Publicari debet collatio per reſignationē facta*

COnſtat † quod paria ſunt, non eſſe, vel nō apparere, l. in lege, ff. de contrah. empt. l. duo ſunt, deteſt. tutē. procedere videmus etiam in libertatibus. l. ſi pluribus, ff. de manumiſſis teſtam. vnde cum interdum collationes fiant ſecrete in cameris, dicit Hoſt. in ſumma, de conceſſ. pb. ob id debēt publicari: imo electiones clā factas annullat ſummus Pōtifex. in c. quia pp, in fi. de elect. & clandeſtinas collationes ſuſpectas hēt. c. vno, vt eccleſiaſt. bēfi.

2 Ideo vult iſta regula collationes huiuſmodi publicandas eſſe, ſcilicet, vt expectantes, nominati & graduati ſint certi, & ne deludantur, putātes affectum ſibi eſſe beneficium, quod tamē erat reſignatum: tum vt ſubditi ſciant verum eorum prælatum, ac epiſcopi, quibus curā animarū committere, & rationem exigere, necnon iura epiſcopalia perci pere debeant, c. conquerente, de offic. ordinar. videantque an ſint idonei, cap. ordinarij, oe offic. ordina. in 6 etiam ſi notorium eſſet poſſeſſorem reſignaſſe, adhuc publicatio iſta requiritur, vt docet Gomeſ.

*Publicata qn̄ dicatur collatio.*

3 Publicatæ quando dicantur? Reſpon. quādo palam factæ ſunt. l. ſed ſi pupillus, §. proſcribere, ff. de tributor. actio. palam autem fieri diuerſimode intelligitur ſecūdum qualitatem beneficiorum. vt ſi beneficia conſiſtant in eccleſijs cathedralibus, conuentualibus, ſeu collegiatis, is qui vult capere taliū poſſeſſionē, & publicare, debet habere notarium, ſeu ſcribam illarum eccleſiarum, & ille inſtrumentū poſſeſſionis cōſcribere debet, qui ſi recuſet, alter notarius Regius, vel Apoſtolicus adhibitis duobus teſtibus poterit inſtrumentum huius miſſionis in poſſeſſionem conſcribere: vt lege Regia cauetur in titu. de reformatio. prouiſ. art. 13.

*Publicatio qūo fieri in eccleſijs cathedralib⁹ debeat.*

4 Et ſi vnus diceret ſe notarium eccleſiæ, cum plures eſſent, valebit quidē receptio, & inſtrumentū, q̄uis nō eſſet ſcriba: ſed is, qui ſic aſſerit ſe eſſe, cū re vera non eſſet, pœna falſi tenetur. l. eos. ff. de falſis.

*Poſſeſſio beneficij curati qūo poſſit appēhendi.*

5 Si vero agatur de adipiſcenda poſſeſſione beneficij curati, tunc coram notario & teſtibus capere poſſeſſionem quis debet, & ſufficit. ſiue ſit notarius Regius, ſiue Apoſtolicus, poſtquam ibidem nil dicitur. art. 14. l. in Regia.

6 Quod adhuc diuerſim ode fieri poſſe dicamus. Primo fieri poteſt actus huiuſmodi poſſeſſionis in Miſſa ſolemni, die dominico, aut feſto, populoque denunciatur, qui diebus illis adeſſe debet c. vt dominicis, de parrochijs. glo. in clem. prima, in verb. eas, de ſepulturis, & in cle. cauſſam, in verb. ſolemnitati, de elect. in clem. vna in verb. ad diuina. de foro compet. & in clem. cauſſam. §. verom, in verb. ſolemniter. de electio.

*Dicendo miſſam parrochialē ſatis dicitur publicatio fieri.*

7 Secundo poſſeſſionem hanc ſolemnē agit reſignatarius, ſacra faciendo, & dicēdo Miſſam in illa eccleſia parrochiali ſibi collata, vel ibi prædicando tanquam curatus; vt docet Paul. Pariſ. conſ. 39. an regula in fine. in 4. vol. poſt Domi. Gemi. conſ. 75. in cauſſa. col 2.

*Diemercatus publicatio reſignationis & collationis fit.*

8 Tertio ſi die mercatus, aut nundinarum is reſignatarius acceperit poſſeſſionem interdiu, non noctu, & quando multitudo conuenerat: nec alias ſufficeret coram quatuor teſtibus accepiſſe poſſeſſionem, ad hoc vt inteliigatur publicatio facta; nec dicitur publice factū ob fraudes, quæ poſſent in huiuſmodi teſtibus contingere, prohibendo illis ne quicquā dicant: in l. in fraudem ff. de his quib. vt indig. gl. in c. 1 de clandeſti. deſponſa. Dec. in l. quo tutela. § clam. ff. de regulis iuris.

*Vbi iura roddit, publicatio fieri potſt.*

9 Quarto ſi fuerit publicata eo loci, quo ius redditur, & hoc aut in platea cōmuni, aut in auditorio cauſſarū proprio, in quo ſita eſt eccleſia: vel ſi publicata fuit corā præſide prouinciæ, & illo auditorio, in cuius territorio ſita eſt illa eccleſia: vt d. art. 14. de reforma. prouiſ. quia latere non poteſt, quod fit in loco vicino. cap. quoſdā, & c. ſequen. de præſumpt.

*Excutor bullę publicationē qūo facere debeat.*

10 Quinto poterit executor bullæ conuocare multos, coram quibus publicatio fiet, veluti ædituos (quos marguilliers, ſiue operarios eccleſiarum vocāt) & parrochianos in bullæ fulminatione: nam iudicis intimato legitima cēſetur. l. fi. C. cōia de legatis. quem allegat Romanus conſ. 6. quod dicta fulminatio: tamen in Francia fieri non ſolet, ſed poſſeſſio capi per presbyterū, vel clericum, ſeu notarium, qui mittit in poſſeſſionem.

11 Sed ſi fuerit facta fulminatio ad cautelam valebit, nec nocere poterit: & hoc eſt tutius in reſignatione, licet in alijs non fiat.

12 Sexto publicatio fit, quando inſinuatur,

*Publicatio fit si nō datur collatio & missio nō possessionem collatoribus.*

tur, & notificatur collatio, & missio in possessione patronis, seu collatoribus, vel eorū vicarijs, & dato ex illis exemplo signato manu notarij, vel secretarij eorum, si uelint: & de ista notificatione instrumentum fieri debet, quod non tenetur ostendere, nec eius exemplū tradere prouisus collatoribus: quia hoc cautum nō est: notarius tamē requisitus hoc denegare non debet, dum soluatur eidem.

*papa mortuo publicatio ēt fieri debet.*

13 Et hæc publicatio fieri debet siue tempore illius pontificis qui contulit, siue tempore successoris, si non fuerit antea factum: unde consului contra aliquem, qui prouisionem obtinuerat per resignationem à Paulo tertio quo tamen mortuo intra sex menses posteà bullam obtinuit à Iulio 3. immediato successore, sed non accepit possessionem, nec publicauit illam intra sex menses: unde resignans mortuus est in possessione: dixi vacare per obitum: quia uerba conueniūt regulæ, nempè resignatum est beneficiū, publicata non fuit resignatio, resignans in possessione mortuus est, igitur & dispō locū habebit l. 4. §. toties. ff. de dam. infe.

*Roma an publicatio fieri possit.*

14 Nec mors papæ tollit quin prouisus capere debeat possessionem, publicare, quiquidem hic non prohibetur: nec dubium est in hoc Regno Franciæ dictante lege Regia, quam supra adduxi. Sed poterit istam publicare prouisionem etiā post sex menses, ante tamen mortem resignantis: vt inferius dico: quicquid dicat hic Gomes. q. 6.

15 Sed instar adhuc Gomes. quærens vbi nam facienda sit huiusmodi pubicatio, dicens quosdam dixisse, sufficere dū fiat coram notario & testibus, si in curia fuerit resignans: alij dicunt in Cancellaria, vel in camera Apostolica, uel in audientia cō tradictarū quī frequens adest populus: vt Cassad. decis. 22. super hac reg. Ipse uerò dicit in dignitatibus, & ecclesijs parrochialibus faciendā esse publicationem in loco beneficij, in simplicibus vero posse fieri in audientia Contradictarum Romę.

16 Ego vero putarem simpliciter publicationem esse faciēdam in loco beneficij, ut dictum statim fuit, siue sit diguitas, seu curatum, siue simplex beneficium, intelligendo velut supra dixi in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, ac cōuentualibus. si hoc sit in ecclesia præsente scriba, seu notario ecclesiæ & interdiu: verum in parrochiali, q̄ publicetur in ecclesia in præ dicatione, in mercatu, vel aliàs: ut suprà dixi & idem in beneficio simplici, ut teneatur quis publicare quemadmodum dixi, uel intimare uicario, seu episcopo, tradendo eidem exemplum: nam valde laboriosum & difficile esset ire Romam ad publicandum collationem factam.

17 Nec sati factum esse rationibus regulæ, q̄ sunt, ordinarij collatores sciāt, quinam teneat beneficia, & possideant in suo episcopatu, & an sint idonei necne, quippe eorum interesse veritur. c. ordinarij, de offic. ordinar. in 6. & §. inquirant, de colla. in Concor. & pragma.

18 Nam ex istā publicatione Romæ factā non tollentur intrusiones: nec per hāc ordinarij poterunt scire vacationem aut collationem: expectantes quoque nō certiorabuntur, nec nominati, aut graduati, nec mandatarij Apostolici. Ad hæc quia text. dicit publicaronem faciendam in loco beneficij quando fieret Romæ non esset in loco beneficij: igitur non putarem valere Romæ factā, nisi in beneficijs vrbis, non alijs.

*Possessio corā testibus capienda.*

19 Aliter parum seruiet hæc regula, volens resignationem publicari; nam de iure testes debēt interesse in adeptione possessionis, sicut in alijs actibus, alias actus non posset probari cap. 2. & c. licet. de testibus. Ergo hæc regula requirens pnblicationem, aliquid additiuri cōi: Et q̄ nō dicatur publicatio corā duobus aut tribus testibus consuluit Panor. cons. 99. Saluatoris & c. illud. in 1. vol. & Dom. d. consil. 75. in causa. col. 2. hoc approbat Dom. Arnold. Ferron. in commentarijs ad consue. Burdegal. §. si de subhasta.

20 Si verò beneficium consistat in ecclesia cathedrali, collegiata, vel conuentuali, possessio capi solet in principio Missæ maioris uel in fine, aut in vesperis. & ut supra dictum fuit: & bonum esset istam possessionem sic captam registrari, & inscribi in libro ecclesiæ, apud quam possessio capitur, & per curatum in suo libro; imo satis dicitur publicata resignatio, siquis adeptus si possessionem, qua vtatur, & se notorie gerat pro curato, uel beneficiato; nā per æquipollens adimpletur mens regulæ: ut tenet Gomes. q. 11.

21 Quod tamen sufficere non putarem in Francia: quia nos legem habemus, de qua supra scripsi, quam nostrates Galli seruare tenentur, alias possessionem amitterent, non autem plenum ius, quod fortè

possunt

poſſunt habere in beneficio: ſiquidem lex ciuilis priuare nō poteſt eo iure, quod da re nuſquam ei licuit. l. 3. ff. de re iudic. do &o. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.

*Bullæ p mortem papa ſi non poſſint obtineri, non vacabit bñficiū per obitum.*

22 Notandum eſt etiam, quod papa moreretur ante quam bullæ potuiſſent expediri; & poſtea per longum tempus vacaret ſedes, & reſignans moritur in poſſeſſione; quia ſine bullis reſignatarius non audet recipere fructus, tunc non vacaret per obitum reſignantis; quippe non ſtat ipſum reſignatarium, ergo illi non eſt imputandum. reg. in iure ciuili. ff. de reg. iuris. Auriol. in additio. ad montem Lauduno in c. penul. de elect. in 6.

23 Imo dicit Petr. de Vbal. in tractat. de ſucceſſ. ab inteſta. in 2 parte colū. 17. quod ſi papa moriatur ante ſex menſes, expirat regula: ergo non tenebitur quis eam ſeruare; ſed ego puto cum iſta ſit de regiſtratis in curiis parlamentorū Regni, non extingui per mortē papæ, cum vt dixi, facta ſit lex regni. Fuit autem regiſtrata in hoc Senatu anno 1492 die 27. Auguſti, & ſecundum eam multoties iudicatum; vt patet in præfa. ad rub. de colla in Concord. vt ſcripſi; vnde ſi poſtea obtinere poſſit bullas, tenebitur hanc ſeruare regulam.

*Vel poſſeſſio illorum ab eis, quos id contingit, petita extiterit.*

## GLOSSA XI.

*Publicatio & poſſeſſio poſt ſex menſes ante mortem reſignantis fieri poteſt.*

HIc ſecundum regiſtrum curiæ Romanæ eſt alternatiua, ad veritatem cuius ſufficit alteram partem eſſe veram. l. ſi hæredi plures. ff. de condi inſtit. l. ſi is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. c. inter cætera, de reſcrip.

Sed in regiſtris curiæ Pariſien. eſt hic coniunctiua, ideoq; requiritur publicationem eſſe factam, & poſſeſſionem captam, alias vacat per obitum: veruntamen in forenſi iudicio ſeruatur, quod quandocunque reſignatio fuerit publicata, & poſſeſsio accepta per reſignatarium, ſufficit; quamus tempus hic præſtituatur; quia in hoc non ſeruatur in praxi, dummodo quis capiat poſſeſſionem, & publicationem, vt ſupra dictum eſt, faciat ante reſignātis mortem per tres aut quatuor dies; vt in l. filiæ, ff. ſoluto matrimo. vt inferius dicetur.

*Si reſignantes iſtu poſtmodum in eorundem reſignatorum.*

## GLOSSA XII.

ISta dictio poſtmodum, interpretatur vſque ad mortem, videlicet ſi reſignātes poſt ſex menſes deceſſerint in poſſeſſione beneficiorum quę reſignauerūt in curia, beneficia vacabunt per obitum & nō per reſignationem, etiā ſi papa mortuus fuerit poſt ſex menſes; vel collator alius poſt menſem; imputandum enim eſt reſignatario; cur intra ſex menſes nō obtinuit bullas, & non publicauit ſuam prouiſionem, vnde cum per eum ſtet, ſibi venit imputādum reg. in iure. ff. de reg. iur vnde caute la eſſet in hoc caſu, quando mortuo papa quis non poteſt obtiner e literas vt iterū reſignetur coram ordinario, qui confert iſti reſignatario non valenti obtinere bullas, & ex collatione ordinarii accipiet poſſeſſionem, & ſic reſignans non morietur in poſſeſſione; & iſta ſecunda reſignatio in hoc valebit, vt reſignans cedat ſuæ poſſeſſioni.

*Cautela p eo qui non pōt bullas d papa obtinere.*

Et per iſtum tex. pater, a contrario ſumendo argumentū, quod ſi reſignans moriatur intra menſem, vel ante ſex mēſes, in poſſeſſione beneficium nō vacabit per obitum, ſed per reſignationem; quia hic dicit poſtmodum, quamuis Auriolus tenuerit contrarium in c. eam te, num. 267. de reſcript. nam quod in uno prohibetur, in alio permittitur. c. fi. de filiis presby. l. cum prætor. ff. de iudi. nec iſte tex. ſtatuiſſet tempus, ſi antea voluerit regulam locum habere; quod tanquam omnibus notum, non diutius inſiſtam comprobare.

*Poſſeſſione.*

## GLOSSA XIII.

*Poſſidere aliud eſt, q̄ in poſſeſſione eſſe.*

ALiud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſeſſ. nam colonus dicitur eſſe in poſſeſſione, licet non poſſideat: & qui mittūtur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, dicūtur quoque eſſe in poſſeſſione, licet non poſſideant. per l. 3. §. creditores. ff vti poſſideris, & l. cum legati, quibus ex cauſſ. in poſſeatur. Dec. in c. conſultionibus, colum. 2. de offic. delog. vnde per hoc verbū ſi reſignans poſt reſignationem ſemper recepe-

ceperit fructus & alios actus sicut verus curatus fecerit, & sic moriatur, dicetur in possessione mori: & beneficiū uacabit per obitum, etiam secundum quosdam, si resignans tanquam conductor diceret se fructus recipere (nisi de locatione constaret) adhuc enim in possessione esse dicitur.

2 Alias fieret huic regulæ fraus, nec publicaretur resignatio. nam resignatarius permitteret resignantem vti fructibus beneficii, locādo sic verbo fructus beneficij: quamobrem obuiat hæc regula fraudibus iustis, disponēs hoc casu vacare per obitū sic consuluit Corneus cōs. 137. licet multas. in 3. vol. alioqui verus rector ignoraretur, vel sic duo essent vno instāti curati, & rectores beneficii, contra tex. in c. cum non ignores, de præb.

3 Et quia non est petita possessio, nec publicata, cum ipse resignans semper fuerit in possessionē; ob id si in ea moriatur, erit locus huic regulæ. per text. in l. sicut, §. superuacuum, ff. quib. mod. pignus vel hypot. soluitur.

4 Quod verum esse putarem, si sciente & consentiente resignatario resignans iste fecerit aliquos actus tanquam curatus, quos non potuisset resignans, vt cōductor, aut vicarius facere, & hoc debet maxime considerari.

*Resignās nō pr iuste post resignatiōnē fructus capere.*

5 Imo resignans, qui post resignationē, quam scit exneditam, remanet in detentione beneficij, & capit. fructus, non est in conscientia tutus: nec ille in cuius fauorē resignauit, si permittat, teste prouincial. fol. 33. vers. consultus, &c. quia resignans per resignationem amisit ius percipiendi fructus, cum amiserit beneficium & possessionē illius c. post trāslationē. §. rursus. de renuncia. c. inter de præb. & sic est malæ fidei possessor, qui fructus nō facit suos l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. domi. glo. in c. grauis. de restit. spol.

6 Is etiam cui fuit resignatum peccat, permittendo resignantem vti beneficio, cum non sit pastor: & verus pastor dimittit oues mercenario, qui non seruit, vt verus pastor, vel prout tenetur, publiceq; interest eum, qui ius habet in beneficio, possidere illud: eum vero qui non habet ius, eiici, arg. c. cum nobis, de elect. c. constitutus, & c. oblatæ, de appel. Tum propter hospitalitatem, quam exerceret verus curatus, vt tenetur, non vero mercenarius. ca. de monachis, de præbend. Tum vt oues pastorem suum agnoscant, velut est in Euangel.

7 Quod verum existimarem, quādo resignans clam fructus acciperet, vel tāquā curarus, tunc enim peccaret, secus si tanquam conductor; quia tunc resignatarius donare videtur, & potest: & dūmodo hoc fiat sine conuentione, alias esset simonia, nisi papæ autoritas interueniisset, ca. cum pridem, de pactis c. quam pio, prima q. 2. nec inuenio prohibitam donationem inter eos: sed hoc casu vacabit beneficiū per obitum, vt dixi, & fuit prolatum Arestum contra eum, pro quo resignatio fuerat admissa: sed ipse nō receperat possessionem in vita resignantis, qui uocabatur Martinus Haubard, pro Gilberto de Columbe, die tertiadecima Augusti, anno 1540. idē quoque Arestum fuit latum & pronunciatum 7 Septemb. 1526. inter magistros Nicolaum Pondene, & Falconem de Cussi, ratione præbendæ ecclesiæ Annicien. *Arestū.*

8 Item quando resignatarius possessionem recepit, & eam publicauit: sed tamē resignans est semper in possessione, dico uacare per obitum; quia non dicitur accepisse possessionem, nisi duret: nam uersum non dicitur, quod non durat; versum. l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem uerso. plene Hippol. in l. qui falsam. nu. 51. cum seq. ff. ad leg. Cornel. de fals. tex. & ibi gl. in c. 3. de uerb. sig. *Per obitum vacat bñficiū post publicationem si resignās in possessione moriatur.*

9 Vbi non uidetur fuisse, quod postea non durauit; sic nec possessio capta, quæ non durauit. l. 2. §. si quib. ex caus. in poss. eatur facit quod dicunt doct. in clem. fin. in prin. de uita & honesta. cleri. de eo qui momento fert uestes bipartitas, uel puniri non debeat pœna illius text. alias fieret fraus huic regulæ: nam resignatarius caperet possessionem, & postea eam relinqueret suo resignanti, qui semper re maneret, in possessione, quod damnat iste text.

10 Quid si resignatarius ipso die mortis resignantis beneficii possessionem accepit, an ualeat? Resp. non, nisi resignatarius probet se quoque ante mortem accepisse possessionem. l. filiæ. ff. sol. mat. no. p Bart. in l. non solum. §. sed ut probari, ff. de operis noui nunc. Fel. & Dec. in c. in præsentia. not. 12. de proba. & c. auditis. de præscrip. Soc. cons. 67. nu. 7. in 3 uol. quia pro mortuo habetur, qui de proximo ex moriturus. d. l. filiæ. & l. huic scripturę, ad leg. Aquil. & pro cincto, qui de proximo cingen- *Possessio accepta die mortis resignantis non valet.*

gendus eſt.l.pen.ff.de teſta. mil. & plene Hippol. in repe.l.vnic.nu.70.cum ſeq. C. de rapt. Anch.conſ.430. fuiſſet, in fi.Barb. in c.in præſentia, nu.18.de probat.

11 Vidi reprobatam reſignationem, & publicationem factam die mortis quamuis probatum fuiſſet ante mortem factam, in magno regis conſilio.

*Limitationes ad hanc regulam.*

12 Primo fallit hæc regula in beneficijs conſiſtorialibus, quæ cum in conſiſtorio reſignentur, & ipſorum reſignatio ibidem recipiatur, ſatis dicitur publicari. arg.l.omnium.C.de teſtam. Gomeſ. q. 5. ſed cum non ſufficiat publicatio ſola, ſed poſſeſſionem quoq. adeptam eſſe requiratur, dicendum videtur, quod in his ét locum hẽat: nec. n. ſufficit iſta publicatio facta Romæ: cum hæc regula dicat publicationem eſſe faciendam, vbi beneficia conſiſtunt, & ſic non Romæ vt ſuperius dixi.

13 Secundo non procedit in beneficijs temporalibus, vtpote in feudis: vt dictum fuit in gloſ.1.ſupra.

14 Tertio limitatur quando vacaret alio modo, quam per reſignationẽ: vt ſcripſi ſupra in gloſſ.3.

15 Quarto derogatur huic regulæ, quando tempus ſex menſium fuerat a papa prorogatum: vt in gloſ. 4. abunde traditum fuit.

16 Quinto ſi papa mortuus fuiſſet, ante quam bullæ potuiſſent expediri intra ſex menſes: vt ſupra dictum fuit, in gloſ. 10. publicatæ.

17 Sexto non procedit, qñ cauſſa poſſeſſionis eſſet mutata, vtpote ſi hic reſignans tanquam curatus eſſet in poſſeſſione, demum reſignatarius poſt adeptam poſſeſſionem. & publicationem iſti locaret, & is reſignens in poſſeſſione tanquam conductor moreretur: non vacaret beneficium per obitum, quia publicata fuit reſignatio, & poſſeſſio apprehenſa: vnde non procedit hæc regula, ſicut videmus in eo qui retinet vſum fructum: l quiſquis. C. de do nat. l. ſi is qui pro emptore, in princ. & ibi doct. ff. de vſucapio. Boer. in §. 1. tit. de donatio. in conſuet Bitur.

*Derogatio adregulam an recipiatur.*

18 Septimo, ſi derogatũ ſit expreſſe huic regulæ a papa, quia tunc habetur ac ſi nuſquam fuiſſe edita: tamen in hoc regno foret hoc periculoſum, quandoquidem recepta eſt, & regiſtrata in parlamentis, & ſic effecta ius Gallorum, ob id vix iſta derogatio reciperetur.

19 Nam ſi ius ciuile receptum ſit, & canonizatum, aut in iure canonico deſcriptum, licet tollatur ius ciuile, non tamen tolletur illud, quod eſt canonizatum, per glo. in l. vna. C. de colla. dona. lib. 10. Petrus Gerard. ſing. 28. ſcripſi in tract. nomina. q. 5. nu. 17. maxime cum hodie extet lex Regia, de reforma. prouiſio. in conſt. reg. & quia poſſet præbere materiam delinquendi: quod reprobatur in l. conueni re. ff. de pact. dotal.

*Noua prouiſio poſt ſex menſes an valeat.*

20 Octauo non procedit, quando reſignatarius de nouo impetraſſet etiã nulliter, quia non vacabat ante obitum: tamen iſta noua prouiſio ſupplet omnes diligentias, & æquipollet publicationi: tum quod noua prouiſio fit coram Papa, ergo coram omnibus. l. omnium. vbi Iaſ. & alij. C. de teſtam. Gomeſ. q. 11.

21 Contrarium teneo ratione fraudis vitandæ, nam reſignatarij ſemper ita poſſẽt impetrare de nouo: & illa impetratio nulla eſt, quia beneficium non vacat ante obitum, & eſt ſubreptitia: niſi fiat mentio primæ reſignationis, & prouiſionis, nec obſtat quod fiat coram Papa ergo publicata: hoc eſt falſum, quia iſta regula, in reſignatione facta corã Papa requirit publicationem, vbi beneficia conſiſtunt, multo fortius in noua prouiſione poſtea facta: alioqui ſemper fieret fraus regulæ, & nunquam eſſet illi locus, vt ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſſor.

21 Niſi poſt obitum impetraretur, tunc enim iſti valeret ſicut alteri facta prouiſio, quia non eſt contraria iſti regulæ.

23 Item vult dicere Gomeſ. hic, quod ſufficit ſi publicatio fiat intra ſex menſes, & poſſeſſio petita ſit ante mortem, q. 8. ego uero puto per iſtum textum, requiri publicationem, & poſſeſſionem fieri intra ſex menſes, ſi reſignans eo tempore moriatur.

*Publicatio & poſſeſſio ante mortẽ ſufficit q fiat.*

Si vero reſignans non moriatur intra ſex menſes, nec intra annũ, ſufficiet reſignatario capere poſſeſſionem, & eam publicare ante reſignantis mortem; nec iſta duo diuerſo iure cenſeri debent: & ita ſeruatur in Francia. [Sed hoc debet facere intra triennium, vt docet Boer. in deciſ. Burdegal. q. 312. ſed intra Quod eſt verũ, ſi tertius poſſideret beneficium ex colorato titulo: ſecus in reſignante, qui licet per decem annos poſſiderit, quia ſine titulo eſt, non iuuabitur decreto de pacific. poſſeſſor. vt ſcripſi in meo tractatu. Ideo reſignatarius viuente reſignante, & poſſidente

te beneficium, poterit possessionem ante eius mortem accipere: quia ius eius non est immutatum, nec alii acquisitum. l. nec vtilitatem ff. ex quib. caus. maior.]

24 Sed hic statuit sex menses, quando vacauit in curia, eo quod si postea resignans moriatur, resignatarius est in culpa, cur non accepit possessionem, & non publicauit resignationem, ideo vacabit per obitum: & hoc probat tex requirens resignãtẽ in possessione decedere, & sic ista tria, vt declarat tex. ibi, postmodum, &c. & superios in principio huius regulæ dictum fuit.

25 Nono limitant alij, qñ quis resignasset ius, quod habet. Nam hic tex. loquitur de resignante beneficium. Contrarium tamen supra tenui in glos. 4.

26 Decimo non procedit, quando obstãte impedimento non fuit adepta possessio, nec facta publicatio: vt supra dictum fuit in glo. 9. Aduerte tamen, si possit dici impedimentum circa locum excusare: vt si in vno loco fieri publicatio non possit, quod in alio valeat: sed impedimentũ circa rem non, id est si non fuerit facta publicatio, vtpote quia erat minor, vel ignorabat hanc prouisionem, & collationem: certe adhuc vacabit per obitũ, ætate vel ignorantia non obstante, nec impedimento, si illud aliquo modo vitiare potuit, per istum tex. qui loquitur in rem, videlicet collationes quæque, & quæuis aliæ dispositiones, de illis tanquã per resignationem vacantibus factæ, nullius sunt roboris vel momẽti: alioqui posset quilibet allegare ignorantiam, vel impedimentũ, & sic vitiare regulam, & fraudem adhibere, adeo quod nunquam resignatio publicaretur: ideo his fraudibus iura obuiant, tam ciuilia quam canonica, l. in fundo. ff. de rei vendica. c. sedes de rescrip. & imputandum est huic, quare non paruit legi, in quantum potuit, vt docet Imperator. ff de appel. sic consuluit Petr. Paris. cons. 143. quod terminus, col. 1. & sequent. in 4. vol. & sic iudicauit magnum Regis consilium anno 1543. die 2. Ianuarij, pro Francisco Matthæo, contra Nicolaum de Berri. putarem tamen, quod si pars aduersa impediret publicationẽ, quod nõ vacaret per obitum, quia dolus non debet alicui prodesse cap sedes. & seq. de rescript. sed pro facta haberetur. l. in omnibus causis, & l. in iure ciuili. ff de regu. iuris.

27 Vndecimo fallit, quando resignatarius morerctur ante resignantem, etiam non accepta possessione, tunc beneficium vacabit per mortẽ cessionarij vere, poteritque per illius mortẽ impetrari: quia hæc regula non vult veram vacationem tollere, sed nouam fingere. & vbicumq; veritas adest, fictio cessat. l. si filius familias. ff. si cert. pet. l. filio. de liberis & posthu.

28 Item in isto casu, quid opus est fictione? cum veritas patens sit. & in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. oblig. nec tunc expectabitur obitus resignantis: sed ipse poterit illud beneficium sic vacans per resignatarij obitum impetrare. [Aduertendum tamẽ est q; si resignans constituerit procuratores ad resignandum in fauorem N. & non aliter, &c. si isti collatum fuit beneficium, & is resignatarius moriatur ante sex mẽses, & ante possessionem adeptam, & ante acceptationem, non vacabit per eius mortem, sed resignans semper remanet in possessione sui beneficij, eo quod resignauit illud in fauorem N. qui non habuit illud beneficium cũ effectu, nec acceptauit. Ergo iste resignans habet adhuc ius. argu. l. pen. ff. quod quisque iuris. c. relatum. de cleric. non resident. nec intelligitur amissum quod alteri non est oblatum. l. nec vtilem. ff. ex quib. causis maio, si non appareat resignatariũ acceptasse, ius remanet apud resignantem. cap. si tibi absenti. de præb. in 6. vt si forte declarauerit, vel intra sex menses mortuus est, & non appareat de aliqua acceptatione. Si vero post sex menses decesserit resignatarius: viuo adhuc resignante, siue acceperit possessionem, siue non, vacat per resignatarij mortem: & quantumcunq; remaneat resignãs in possessione, postea non acquirit ius aliquod, nisi resignatarius declarauerit se nõ acceptasse: quia in dubio præsumitur acceptare id quod in vtilitatẽ suam factum est. c. constitutis. 1 de testibus.]

29 Duodecimo quando resignans retinet bullas, & resignatarius nescit sibi factam esse collationem, tunc non vacabit per mortem, etiam si per decennium retineret bullas: tunc quod ignoranti nõ curit tempus: tum etiam quod ratio huius text. cessat. Dom. & Perus. in c. commissa. per illum tex. in versannus. de elect. in 6. nec potest ingnoranti fraus adscribi.

30 Veruntamen quia fieret fraus regulæ: nam sic resignantes consanguinei sẽ per retinerent bullas, ob id dicerẽ adhuc istam

*Impedimentũ an excusetur a publicatione.*

*Morte resignatarij vacat vere beneficium.*

*Si resignans retineat bullas, an vacet per obitum.*

*Aresti.*

iſtam regulam habere locũ in odiũ reſignantis, qui non publicauit reſignationẽ, & legem nõ eſt ſecutus: & vt omnis fraus conſanguineorum ceſſet.

*Retentio poſſeſſionis rei a Papa facit derogat huic regulę.*

31 Decimotertio non procedit, ſi quis reſignaſſet retento ibi ſtallo in choro, & loco in capitulo, & ſic moriatur in illa poſſeſſione. nam cum reſignatarius ſit in poſſeſſione illius dignitatis, non cenſetur reſignans mori in poſſeſſione, niſi in poſſeſſione loci & ſtalli in choro, quæ non extinguitur cum perſona, ſicut canonicatus ad effectum. cap. dilecto. de præb. & ſuperius ſcripſi, quod Papa in hoc videtur derogare iſti text. retinendo, quod ipſe ſit in poſſeſſione talis rei.

32 Item ſi Abbas vel alius reſignauerit ſuam abbatiã, & retinuerit vbi regimen & adminiſtrationem ipſius monaſterij, ſi reſignans ſic in vita ut atur, & nouus Abbas poſt eius mortem veniat, valebit prima prouiſio; nec dicitur mortuus in poſſeſſione, poſt quam ſibi illud retinuit: verum quo adhoc iſti regulæ derogatum, & diſpenſatum eſſe cenſetur.

*Cõſtitutio procurij an ſit quo ad iſtã reg.*

33 Decimo quarto non habet locum ſi reſignans conſtituat ſe poſſidere beneficiũ nomine reſignatarij, glo. in iſta regula. vi de Do. de Rota. deciſ. 150. licet amicus ſi no & Boer. in §. primo in additio. de donat. in conſuetud. Bitur. facit cap. cũ veniſſent. de reſtitu. ſpoliator. ſcripſi in præfa. ad tractat. de mater. poſſeſſor. i tertio tomo ordinatio. regiarum: requiritur tamen etiam hoc caſu publicatio, alias regula locum haberet. Limitationes alias, beneuole lector, hic addere poteris, ſi quas ex tuo poteris inuenire ingenio, maxime illam, quod non habeat locum in

*In vnione an habeat locum.*

vnione, quæ etiam inuita parte fit, & ipſe poſſeſſor erit, & ius habebit quamdiu viuet clem. finali. de rebus eccleſiæ nõ alienandis. & quia etiam hoc ſolet reſignanti retineri, & quamuis non retineretur cũ iuſtam habeat cauſſam, dicerem non habere locum hanc regulam.

*Deceſſerit.*

## GLOSSA XIIII.

*Obitus nõ conſtituit maritũ*

ET ſic non habet locũ, ſi reſignãs poſt ſex menſes ducat vxorem, quia licet habens malam vxorem ſepultus eſſe videatur, tamen beneficium non cenſebitur vacare per matrimonium quo ad reſignatarium, etiam filis, qui contraxit illud, fuerit in poſſeſſione beneficii quouſque vxorem habuerit, quia non dicitur vere decedere, per hoc verbum. & obitum, quod ſeparationem animæ a corpore denotat. l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſda. cogantur. nec dicitur obiiſſe mortem: licet beneficia, quæ non reſignauit, dicantur per contractum matrimonium vacare: vt plene ſcripſi in §. monaſteriis, de nominat. Reg. in gl. vacare, in concord. nec habebit locum in morte ciuili, cum hoc verbum obitus, in ea non verificetur. vt doct. ſcribunt in ca. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de liberis, & poſthumis. ſcripſi in regula de infirmis reſignantibus ſuperius.

*nij contractum nec mortem ciuilem.*

*Non per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſeantur.*

## GLOSSA XV.

*Fingitur vacare per obitum, licet vere vacet per reſignationem*

PEr fictionem intelligas quæ non recipieret probationem in contrarium, per gloſ. in l. conficiuntur ff. de iure codicill. quam ſequitur Barb. in repet. l cum acutiſſimi, col. 3. C. de fideicom. & Fel. in c. quãto, col. 2. de præſump. vel per præſumptionem iuris & de iure, quæ etiam non recipit probationem in contrarium, cap. penulti. de ſponſal. & ſic non admitteretur volens probare, quod vacauit per reſignationem: quia iſta fictio vel præſumptio pro veritate habetur, & quo ad iuris effectũ. Et tm̃ in caſu fictio operatur, quãtum veritas in caſu vero. Bar. in l. 1. §. hoc aũt Senatuſconſulto. ff. ad Senatuſconſul. Sillania. firmat Caſſad. in deciſ. ſuper reg. Cancell. rub. de vnionibus, deciſ. 2. Ratio huius regulæ eſt, quia poſſeſſor cãſetur dominus, per l. ſi. C. de rei vẽdica. l. 2. de proba. & ſupra dixi in glo. 1. alias rationes. & verbum cenſeantur, denotat regulariter fictionem: vt ſcripſi in l. ſi is qui pro emptore, poſt Bart. & alios. ff. de vſucapio.

*Collationes quoque, & quauis alia diſpoſitiones de illis tanquam per reſignationem vacantibus facta.*

## GLOSSA XVI.

*Collatio coninet hic commenda.*

INtellige quod collationes, inſtitutiones, & aliæ prouiſiones ſic factæ per reſigna-

signationem annullantur per hoc verbũ, & quæuis aliædispositiones, quæ verba cõprehẽdunt omnem prouisionem, siue Papæ, siue alterius: vt scripsi in §. prętatique ordinarij. in verb. dispositiones, de colla. in Concord. Et sic comprehenditur hic commenda: vt si forte datum fuerit in cõmendam resignationem alicuius: vt supra dictum fuit: & collatio capitur etiam pro commenda: vt scripsi in §. statuimus, 2. de colla in concord. Et sic collationes factæ per resignationem illius, qui mortuus est in possessione, nullæ sunt, & quæcunque inde sequuta fuerunt.

Et secundum istam regulam fuit sæpius indicatũ, videlicet pro magistro Hugone Rogier, cõtra Guilielmum Carton, qui per resignationem obtinuerat beneficium a papa, sed non acceperat possessionem viuente resignãte, ob id reiectus fuit anno 1505. die 23. Decembris. idem censuit Senatus inter Martinum de Rogis, & epm Ebroicen. anno 1526 die 27. Septẽbris, inter Nicolaũ Prudhome, & Falconem de Cussi: & superius alia adduxi Senatusconsulta ad hoc, vt appareat istã regulam esse viridi obseruantia in hoc regno.

*Arestũ.*

*Coloratũ titulum non hẽt resignatarius.*

Et sic constat per hanc regulam, ꝙ collatio per resignationem facta est nulla, & sic non est colorata: vnde si is cum ista collatione nulla possederit per trienniũ, non iuuabitur decreto, de pacif. pos. quod tenetur habentem coloratum titulũ, quẽ iste non habet, vtpote quia est resolutus resignante mortuo in possessione: ob id ista collatio facta resignatario nullius est momẽti: vt scripsi in tract. de pacifi. poss. limita prima, nu. 159. etiam probatur per verbum sequens, & inde sequuta. & quamuis primo dum fuit facta collatio, fuisset coloratus titulus, postea tamen per mortem nullus factus fuit.

*Et inde sequuta.*

## GLOSSA XVII.

*Possessio sine publicatione non valet.*

ETsic possessio accepta per resignatariũ sine publicatione nõ valet nec potest manuteneri in possessione, inqua resignãs mortuus fuerit ante publicatam resignationem: cum hic annulletur & titulus, & alia inde sequuta: vtpote si resignatarius iterum alii resignauerit, & postea primus resignans in possessione moriatur; tunc resoluetur ius tam primi resignatarij quam secundi, per l. lex vectigali. ff. de pignor. & inferius dicam. Notãdum est tamẽ: quod si resignatarius moriatur in mense deputato graduatis, debetur beneficium graduato, per Concordata quia vere vacauit beneficium per obitum resignatarij; ideo ampl.us non resoluetur per mortem resignantis, qui iam exutus est omni iure & possessione: & sumus extra casum regulæ quia graduatus ex suo iure venit, resignatarius primus vel secũdus ex iure resignãtis, ideo ius illorum resoluitur, sed non hoc casu: & quia fraus potest fieri cum resignante & resignatario; sed cum resignante & nominato minime: quia nominatus non recognoscit resignantem: ideo sumus extra regulam, quæ non habebit locum in hoc casu: nec tenebitur hic graduatus habens collationem per mortem resignatarij publicare, nec obest verbum & inde secuta sunt nulla: qa si resignatarius fiant a resignatario, ille sequitur: sed mors resignatarii non sequitur resignationem, sed facto venit, nec est ex facto resignationis, sed est extranea a resignatione, ideo tanꝙ extraneo non consideratur. argu. l. continuus. ff. de verb. obliga. nec iste resignans amplius testabitur de illo beneficio, de quo est iam prouisus.

Tamen nec ex clausul. quouismdo, posset dicere collatum sibi esse beneficium per obitum: si quidem ista regula comprehendit tantum vacationem tempore datæ contingentem, & non futuram: nisi sit in rescripto si neutri, vel si nulli. c. susceptum, de rescript. in 6. Gomes. q. 16. superius scripsi in regula, de infirmis resignantibus, & in hoc rescripto si neutri, quomodo intell gatur.

*Nullius sint roboris vel momenti.*

## GLOSSA XVIII.

*Notificatio in actu faciẽda est de forma.*

PAtet, ꝙ quando iura requirunt pnblicationem & notificationem alicuius actus fieri, tunc data est a iure forma, quæ si non seruetur, actus non ualet, cle. causam, in fine, de elect. ob id annullatur collationes non ita publicatæ.

*Impetratio beneficij resignantis manẽtis in*

Item non valeret impetratio interim facta de illo beneficio, licet postea resignans moreretur in possessione, tum quia non adhuc vacat: tũ etiam quia beneficiũ, quod poterit vacare non ipotest interim con-

*in possessione nō pōt ante obitū fieri.*

conferri.c. commissa,de elect.in 6.c. si tibi,de præb.eodem libr. Aegid.Bellamera decis.752.Supposito: si tamen hic resignatarius adeptus fuerit aliud beneficium incompatibile,vacabit hoc primum per ca. de multa,quia collatio interim valet, sed resoluitur postea per obitum: ideo dicere teneri promoueri, per c.licet tamen, de elect vt alibi dicam.

*Secundo resignatario an dētur vel per mortē.*

3 Quæro, aliquis constituit procuratores ad resignandum coram Papa suum beneficium, quod procurator resignauit, & is,cui facta est prouisio,non accepit possessionem intra sex menses,nec alio tempore demum resignans iterum resignat, in vim cuius secundæ resignationis, collatū est beneficium secundo: & is adeptus est possessionē, postea moritur resignans beneficium intra sex menses,vel vltra,confertur per mortem. Quæritur cui debeatur? Et videtur,quòd illi cui est collatum post mortem,per istam regu. Cancell.34. quæ vult beneficium censeri vacare per mortem.

4 Item per primam resignationem beneficium amiserat resignans.c.in præsentia. de renuncia. etiam quo ad possessionē glo.assignari,in c. inter,de præb.nam renunciatio beneficij inducit quoque resignationem possessionis,quæ animo perditur.Innocen. in c. super hoc,de renuncia. Panormit & Imol.in c. solicite, de restit. spoliator.Calder. cons.4.rub. de renūcia. ergo non poterat iterum resignare: alioqui daretur materia calumniandi,& sic faciendi plures resignationes: quod non est permittendum.

*Resignās iterum crimine stellionatus tenetur.*

5 Item ille, qui secundo resignat, nihil agit, quinimo stellionatus crimine venit puniendus per gl.fi.in c.nulli,de rebus eccles. non alien. vt dicit Berber. in viator. iuris, rub. de crimine stellionatus, in fin.

6 Alias dolus resignantis prodesset illi secundo resignatario: & quando secunda resignatio valeret,posset resignans semper fraudare primum,quod nequaquam est dicendum: imo illa simulatio,& variatio est in clericis maxime prohibita,cle. vna,de renuncia.

*Resignās factus recipiens post intimatā*

7 Vnde si is qui resignauit, remaneat in possessione de facto post resignationem, tenebitur ad restituendum fructus, quos pcepit a die sibi intimatæ bullæ resignationis, seu collationis: quia prius bonam fidem habere poterat, si superior noluisset admittere,de Rot.dec.158. licet reus in nouis.

*sibi qui sionē tenet ad restitutionem fructuū Primus quius pfertur secūdo, etiamsi secūdus possidaret.*

8 Item si beneficiū conferatur vni,& postea alij,& isti secundo tradatur possessio, nihilominus pfertur primus, p c. capitulum,de reser.c. tibi,& c.duobus, illo titu. in 6.nec habet locū in beneficialibus, lex quoties.C. de rei vendi.vt asserit Ias.ibi. col. 4. quia in beneficialibus non requiritur traditio,vel quasi,vt acquiratur ius in beneficio,sed acceptatio. c. si tibi absenti, de præben. in 6. Din.in regul. qui prior, de regul. iuris,in 6.igitur postquam valebat prima resignatio vsque ad mortem, ergo secunda valere non potuit.

9 Nec refragatur, quòd secunda collatio,primæ debet præferri.c.illud,& c. sugestum,de iure patro.Respon.horū text. rationem esse separatam, videlicet, quia illic prima nō fuit iure facta, sed in isto casu secus, & nō minus censetur iure facta, licet primus resignans nō adipiscatur possessionem in vita resignantis,quia hoc potuit facere semper:quod si non fecerit,vacauit per obitum.

10 Et in dubio præsumitur renunciatio iure facta.c.Consaldus,17.q.2.& is qui dicit eam non legitimam,hoc debet probare. c. cum dilectus,de succes. ab intesta.

11 Nec etiam obest, quòd non sit mortuus in possess. Respon contrariū esse verum : quia secundus resignatarius nomine primi resignantis erat in possessione, & sic videtur resignans primus in possessione decessisse,& erat in possessione respectu primi, qui nunquam habuit possessionem, alioqui semper fieret fraus huic regulæ: & huic sententiæ subscribo.

*Resignās moriens in possessione resoluit ius secundi resignatarij.*

12 Item si primus resignatarius ante sex menses resignauerit alteri, & postea primus moriatur non facta publicatione, & post sex menses,putarem secundi resignatarij ius resolui, & extingui sicut ius primi extinguitur per hanc regulam, si resignans fuerit mortuus in possessione: quia quod in vno statuitur, & in duobus habet locum.l singularia ff.si cert.pet. Et resoluto iure primi resignantis,resoluitur ius secundi.l.lex vectigali.ff.de pignor.

13 Ad hæc quia prouisio vltimi est subreptitia: quia si primus resignans expressisset Papæ possessionem non captam a se, nec resignationem publicatam,forte non contulisset,vel non ita de leui. c. postulastis,de rescri. quamuis Dominus Gomes. hic in 1.q. tenuerit contrarium,dicens se

iudicasse, tamen iudicauit contra hanc regulam ibi, & inde sequuta.

14 Nec refragatur, quod de prima resignatione debeat intelligi secundum eum, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. quod salua eius reuerentia verũ esse non putarem: quia ille §. boues, non habet locum in dispositione legis, quæ semper loquitur, & sic non solum in primo actu, sed & in omni, alias omnes leges iã essent sublatæ, quarum semel casus euenit: quod est contra l. Arriani, C. de hæret. vbi lex semper est in viridi obseruantia: & ita limitaui in dicto §. boues.

15 Item non obstat, quod superior consentit huic secundæ resignationi, & quando dominus consentit, tunc non habet locum l. lex vectigali. teste Guido. Papæ in decis. Delphi. q. 575. Emphyteuta, Respon. verũ hoc esse, quando dominus sciens consentit, secus si ignorans: nec ignorãs iuri suo renunciat, aut sibi præiudicat. l. mater. ff. de inoffic. testa. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius voc. vnde si in secũda resignatione fuissent omnia narrata, & Papa huic de rogando regulæ conferret secundo, tunc crederem opinionem Gomes. procedere, alias non. Papa enim non videtur velle plus iuris conferre, quàm resignans haberet, nec huic regulæ derogare, nisi hoc expresse dicat: & cum hæc regula annullet collationem, & resignationem, ergo & primam, & alias.

16 Item poterat primus accipere possessionem, quandiu viuebat resignans, ergo poterat excludere secundum: nec facit secunda resignatio, quin vacet per mortem & sic nec recredẽtia, nec possessorium debet huic habenti secundam resignationẽ adiudicari: quia per hoc verbum, & inde sequuta, omnia hic annullantur.

17 Item nõ valet secunda collatio ratione subreptionis, & fraudulentæ resignationis. Oldrad. consil. 324. factum, col. 3. scripsi in gl. vacãtia. §. volumus, de colla. in Concord. quia Papa ius tertij non intẽdit tollere: Et si Papa sciuisset primam resignationem & prouisionem iam factam, isti secundo non contulisset: ob id secunda collatio nulla est, & subrepticia.

18 Imo pulchre scribit Gomes. in commentar. ad regulam de infirmis resignantibus, q. 40. quod si infirmus per procuratorem resignauerit in curia, & postea rursus in fauorem alterius cũ derogatione illius regulæ secundo confertur beneficium, & infirmus moriatur intra viginti dies, adhuc vacabit per obitum: & secunda renunciatio (quæ nulla est) non impedit quominus vacet per obitum: sic & his nos dicemus.

19 Præterea collatio facta per vicarium etiam reuocatum antequam reuocationẽ sciuerit, valet. l. si forte. ff. de offic. præsid. quem text. singularem dicit Roma. singu. 57. & Ias. in l. more, col. 3. num. 8. ff. de iurisdic. omnium iud. & Dec. consil. 295. sic valebit prima prouisio per resignationem anteq̃ fuerit reuocatus procurator resign. *Collatio facta p vicariũ reuocatũ quãdo valeat.*

20 Nec me mouet glo. & ibi doc. in c. ex tenore, & c. in nostra, de resc. & quod no. Oldra. consi. 299. quidam Hugo, vbi concluditur, q̃ prima electio seu prouisio, quæ est in vtilis, non præstat impedimentum, nec hæ literæ primæ nullæ præstant impedimentum secundis validis. Respon. verum esse: sed in hoc casu prima prouisio facta erat valida, & ita secunda valere nõ poterat, pendebatque effectus, nempe si publicatio fieret, & possessio peteretur in vita resignantis.

21 Ideo pendente hoc tempore non poterat remoueri beneficium ab hoc primo resignatario, & alteri prouideri: & ita tamen est, quicquid in contrarium dicatur, vt beneficium per mortem vacare censeatur, non obstan. duabus resignationibus factis & prouisionibus.

22 Insuper quæro, valeat ne collatio facta a Cancellaria post reuocationem procuratoris intimatam Cameræ? Et breui respon. valere, per text. in clement. vna de renuncia. vbi renunciatio facta post reuocationem nõ intimatam procuratori, vel illi, in cuius manibus cessio facienda est, valet, & dicit ibi glos. in verb. facienda, in hæc verba. *Post reuocationem intimatã camerã an valeat collatio facta a cãcellaria.*

23 Quod quando mandatum est generale ad cedendum in manibus eius qui recipere possit, non potest iuuare notificatio, nisi facta sit ei, qui recipit hmõi mandatũ & imputet sibi, quod debuit oĩbus intimare, vel saltem procuratori. Idem tenet Bonifac. & alij in d. clem. vna. Et sic cõsului, obtinuitq; in magno Regis Consilio Do. Guilielmus Fabri contra de Cumbis.

24 Item eo loco reuocatio fieri debet, vbi negotium agitatur, alioqui nõ valet: l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de institor. actio. Sed camera est diuersum tribunal a Cãcellaria, & separatũ: & loca distincta, officialesq; separatos habẽt, & diuersos;

uerſos: ergo notitia facta in vno loco, non ligat in alio, ſicut facta vni, non ligat aliũ. d.cle. vna: quia paria ſunt minus plene intimare, vel nihil intimare: l. veluti, ibi, vel minus plene edictũ ff. de eden. l. quoties, qui ſatisda. cog. & ibi multa doct. citant: & ſic intimatio illa omni carebit iuris effectu, clem. cauſſam, in fin. de elect.

*Collatio facta eodẽ die quo reuocatio an valeat.*

25 Præterea dubitatur, an valeat collatio facta a Cancellaria, ſi appareat eo die collationem, & reuocationem eſſe factas in eadem cancellaria, vel cõſenſum a procuratore præſtitum? Reſpond. valere per tex. in d. clem. vna, de renuncia. vbi valet prouiſio facta ad reſignationẽ procuratoris, antequam peruenerit ad notitiam illius, vel eius in cuius manibus facienda erat ceſſio: ſed non apparet hic quod facta fuerit notificatio reuocationis ante prouiſionem, nam potuit eſſe poſtea: ideo is, qui dicit reuocationem antea factam, oportet quod probet: allegans enim tempus illud, probare debet. l. cum actum. ff. de negoc. geſtis. plene ſcripſi in tract. nomina q. 14. nu. 11. & ſeq.

26 Si autem reſignante poſt admiſſionẽ reſignationis factam a Papa poſſent ab ea diſcedere, frequenter illuderetur Papæ, cuius iudicium ab eorum arbitrio pendere videretur. c. bonæ 2. circa fi. de poſtula. præla. & qui dicit aliquid reuocatum, hoc probare debet l. cum tacitũ. ff de proba. l. ſancimus C. de teſtam. & probare debet ante reuocatum, vt ſupra dictum extitit: quia non eſt veriſimile procuratorem reſignaſſe, aut etiam Papam prouidiſſe, ſi antea fuiſſet intimata reuocatio: ideoque prouiſio prius facta præſumitur, quàm reuocatio: ideo parti alleganti reuocationem prius factam incumbit probatio. l. ei qui. ff. de probat.

*A die conſenſus computatur tempus.*

27 Si tamen fuerit facta ceſſio in Cãcellaria die prima Martij, & intimatio eodẽ die in eadem Cancellaria: ſi die ſecunda procurator conſenſerit, non valebit prouiſio: cum a die conſenſus præſtiti computetur tempus, quod non retrotrahetur: cum extrema non ſint habilia: de quibus Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. Quamuis conſenſum retrotrahi dicat Roma. conſi. 340. nu. 7. per l. fi. C. ad Macedo. l. licet. ff. de iudic. quia paria ſunt ab initio conſenſum interuenire, vel ratihabitionem ſubſequi, reg. Ratihabitionem, de regul. iur. in 6. Sed non hoc caſu, quia reuocatio iam erat intimata.

28 Verum cum hodie iſti ſex menſes computentur a die ſupplicationis, vt patet in hac regula, ſi procurator conſenſerit, valebit.

*Reſignãs nõ admiſſa reſignatione põ ſemper ſuũ retinere beneficiũ.*

29 Inſuper notandum eſt, quod ſiquis reſignauerit coram Papa beneficium in fauorem certæ perſonæ, & non aliter, nec alias, ſi Papa ſic contulerit, & is noluerit acceptare: poterit reſignãs ſuam ſemper continuare poſſeſſionem, & ſine noua collatione illi beneficio inſeruire, tum ratione huius clauſulæ non aliter, quia non intendit aliter reſignare, niſi iſte habeat: iſte non vult habere, nec acceptat, ob id reſignatio non valet.

30 Tum etiam quia aliter facta reſignatio pro non facta habetur, vtpote contra formam mandati. Sicque iudicauit Senatus Pariſ. pro Domino Bochetel, canonico ſancti Stephani Bituricen. qui valetudinarius reſignauerat in fauorem nepotis, qui noluit acceptare, poſtquã Bochetel conualuerit: vnde cum idem auunculus vellet rehabere ſtallum in choro, & locum in capitulo (vt moris erat) Capitulum denegauit eũ recipere ſine noua collatione: & poſt nouam collationem volebant eundem cogere ad ſoluendum pro ingreſſu Capam, vel triginta ſcuta ſolui olita a ſingulis canonicis: tandem fuit cõdemnatum Capitulum ad expenſas, damna, & intereſſe, anno 1549. die vigeſima tertia Ianuarij in magna camera. vide quæ ſcripſi in tract. nomina. quæſt. 21.

*Reſignãs an ſine noua collatione ad ſuũ poſſit redire beneficiũ.*

31 Duæ reſultant inde quæſtiones: prima, an ſine noua collatione liceat ad beneficium reſignatum redire: & in hoc facerem ſeq. caſus. Primus eſt: ſi reſignatio facta fuerit ſecundum mandati formã, non poterit reſignans redire ad ſuum beneficium abſq; noua collatione. Doct. in c. cũ venerabili, de except. cap. ſi beneficia, de præben. in 6. quod eſt verum, ſi reſignatarius acceperit poſſeſſionem.

32 Secundus caſus, quando beneficium fuit reſignatum contra mandati formam, tunc redire poteſt reſignans ad ſuum beneficium abſq; noua collatione. d. c. ſi beneficia, vt nec quidem perdat ſuã primæuam poſſeſſionem: nã quod fit contra formam eſt nullum. c. cum dilecta, de reſcri. ideo ſemper retinet ius & poſſeſſionem, quia non cenſetur reſignaſſe.

33 Tertius caſus quãdo quis reſignat in fauorem alicuius, & non aliter, ipſo non acceptante reſignans manet in poſſeſſio-

ne, donec ipse acceptauerit: nec alias renunciatio valeret. d. cap. si beneficia, & in clem vna, de renunciatio.

*Prouis° ī possessiõ mitti debet.*

34 Quamobrem oportet resignatarium mitti in possessionem, alioqui predo est, l. si ex stipulatione. ff de acqui. possess doc. in c. in literis de resti. spolia. tamen non est priuatus iure in beneficiis minoribus, adeptus fuit beneficii possessionem, si alias bonũ haberet titulum. Domi. & Franc. in c. eum qui, de præb. in 6. & Nicol. Milius in verb. beneficiũ q. 58. scripsi in tract. de pacifi. possesso. pu. 237. cũ seq. & vide quæ scripsi supra de missio. in possession.

*Administrãs ante confirmationẽ iure est priuatus.*

35 In Episcopatibus autem, & Abbatiis iure priuatus est qui administrat ante cõfirmationem, vel prouisionem a papa receptam, etiam si auctoritate Regia. c. auaritiæ, de elect. in 6. alibi scripsi.

*Arestũ, Ante cõfirmationem electus non agit possessorio.*

36 Illa tamen dignitas non potest iterũ conferri ante declarationem: vt censuit Senatus anno 1508 in mense Ianuario.

37 Immo electus ante confirmationem non potest se opponere, ne incidat in pœnam illius. c. auaritiæ, nec impetrare literas saisinæ, aut manutenentiæ, quia nõ habet solidum ius ante confirmationem. d. c. auaritiæ, & c. fi. de elect. lib. 6. Alia multa scribit Gomes. quæ videre poteris, si tibi ista non sufficiant.

*Amittitur beneficiũ per coniugium,*

38 Ad hæc nostra voluntate beneficium amittitur per matrimonium: ut si beneficiarius ducat vxorem, cogitur relinquere beneficium. cap. 1. de cleric. coniuga. quia non bene cõuenit psalterium cum cithara: & coniugatus cogitans quomodo placere valeat vxori, minus ea, quæ Dei sunt, cõplere potest, cum quasi diuisus in duo plenam sui non habeat potestatem, ut ei a quo stipendium recipit, plenius famuletur. c. diuersis fallaciis, de cleric. coniug. vbi quoque dicitur, quia per tales coniugatos substantia rerum ecclesiasticarum solet deperire.

39 Insuper quia voluptatibus simul & carnalibus desideriis, ac diuinis & ecclesiasticis vacare non valeant. cap. 3. de cleric. coniuga.

40 Siue contraxerit matrimonium, siue sponsalia. c. vno, de cleri cõiuga. l. b 6. vbi glo. intellige sponsalia de præsenti, secus si cõtraxerit sponsalia de futuro. d. c. vno, & Aufrer in decis. Tholos. q. 239. Panor. & alii in c. 1. de cleric. coniuga.

41 A fortiori quoq; si contraxerit matrimonium cum uidua, tunc enim vt bigamus omni quoq; priuilegio clericali priuatur. c. vno de Bigamis, lib. 6.

42 Declara in coniugato, eum non posse obtinere beneficium quamdiu vxorẽ habet: nam si matrimonium priuet iam adeptum, multo fortius prohibet habendum: quia turpius eiicitur, &c. c. quemadmodũ, de iureiur. & multa facta tenent, quæ fieri prohibẽtur. l. parte. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

*Cõiugatus quãdo vxorẽ & beneficiũ hãre possit*

43 Nisi uterq; uouerit castitatem perpetuam, & ingressus fuerit religionem, tunc coniugatus cum unica virgine beneficium habebit: Nam hoc casu uidetur quo ad effectum solutum matrimonium: vt est singu. casus positus in cap. 2. de cleric. coniuga.

44 Quinimo hoc modo poterit ordines recipere c. coniugatus, de conuers coniugat c. Episcopus 77. dist. & sic est casus mirabilis, in quo habens uxorem potest ordines sacros sumere, & effici presbyter, ac beneficium obtinere.

45 Amittit etiam coniugatus beneficiũ, quamuis matrimonium sit nullum, utpote initum cum consanguinea, uel alia, cũ qua prohibitum erat, clem una de spõsal. Imol. in c. Ioannes, de cleri. coniugat. Ias. in l. vbi, col. penul. C. de transactio.

46 Verũ quia super his matrimoniis quã doque dispensatur, & quidem frequentissime: ideo adiungam hic Regu. cancell super qua dicam impedimenta matrimonii, & super quibus dispensetur, & a quo, & in quibus non possit dispensari. [ Præterea licet non ualeat collatio uel prouisio non publicata, tamen ualebunt gesta interim facta per eũ qui iam resignauerit propter publicam utilitatem. l. Barbarius. nbi scripsi. ff. de offi. prẽto. l. qui tibi. C. de his qui a non do. ma.

## *Regula 46. Innocen. 8. de dispensationibus in gradibus prohibitis.*

Item voluit quod in literis dispensationum super aliquo gradu cõsanguinitatis, vel affinitatis aut alias prohibito, ponatur clausula, si mulier rapta non fuerit, & si scienter, ponatur clausula addita in quinterno.

GLOSSA

## GLOSSA PRIMA.

*Dispensatio super matrimonio quãdo a Rege petẽda sit.*

ADuertẽdum † est, quod interdum super matrimonio requiritur dispensatio, aliquando non, si fiat secundum formam a iure præstitutam, non requiritur, si vero contra iuris prohibitionem, tunc requiritur dispensatio, quæ postulari debet interdum a Papa, aliquando ab Imperatore, seu a Rege.

2 Tunc a Papa impetratur, quando prohibitio ab eo emanauit, & imminet peccatum, vt in gradibus consanguinitatis, affinitatis, publicæ honestatis, & alijs prohibitis à iure canonico, vt in c. non debet, & per tot. de consangui. & affin. & infra dicetur.

*Tutori prohibẽt nubere cum pupilla.*

3 Aliquando facta est a iure ciuili prohibitio propter aliquam causſam honestã: vtpote ius ciuile tutori prohibet, ne nubat cum sua pupilla, vel adulta, nec filius eius, aut nepos, l. senatusc̃o sulto, & sequẽt. ff. de ritu nuptiarum. & quæ personæ sub ista prohibitione comprehendantur, probatur in l. si quis tutor, & l. non solum, ibidem.

4 Et hoc ius ciuile ex causſa prohibuit, videlicet ne pupilla vel adulta circunscribatur in re familiari ab his, qui rationes eius gestæ tutelæ, reddere compelluntur, l. libertus. §. senatusconsulto. ff. de ritu nuptiar. & ne matrimonia sic coacta fiant.

5 Et tunc solet Imperator, vel Rex in hoc Regno, vel alius in suo superiore non recognoscens dispensare super hoc matrimonio contrahendo: vt l. si tutor. C. de interd. matrimo. vbi sunt hæc verba, si tutor, vel curator pupillam, vel adultã quãdam suam sibi, vel filio suo, nullo diuino impetrato beneficio, in matrimonio collocauerit, manet infamia contra eum, veluti in confessum de tutela: quia huiusmodi coniunctione fraudẽ administrationis tegere laborauit: vides ergo quomodo Imperator super hoc dispensat.

6 Et interdum audiui factam huiusmodi dispensationem a Rege cum nobilibus & diuitibus in Francia, quæ pauperes super hoc dispensari non petunt.

7 Idem si magistratus tẽpore sui officij velit nubere cum aliqua sibi subiecta, quia ius hoc prohibet timore impressionis: ideoque solet hoc princeps permittere. l. vna. C. si quacunq; præditus potesta. quod hodie non seruatur.

8 Idem si velit mulier nubere ante annũ luctus rõne infamiæ vitãdæ, solet hoc ipetrare ab Imperatore, vel Rege l. si qua mulier. C. ad Tertul. l. 1. ubi Bal. de secun. nupt. hoc tamen non solet impetrari in Francia, licet matrimonium cõtrahatur.

*Mulier sic̃o nubens dignitatẽ prioris matrimonij impetrare põt.*

9 Idem si mulier velit impetrare nuptias ad retentionẽ prioris dignitatis, vtpote quia fuit nupta senatori, nunc vult inferiori nubere cum retentione dignitatis: hoc a principe impetrabit: quod rarũ est, amẽ, nuptię. ff. de senator. prohibetur tamẽ ne matrimonium contrahatur per rescriptum subreptitium principis: nec licet alicui impetrare nuptias a principe sub deportationis pœna, & alijs positis in rubr. C. si nuptiæ ex rescripto petantur.

*Rapere puellam quasi dicitur qui Regis bñficio illam petit.*

10 Imo tm̃ est rapere puellam, quantum Regis beneficio illam postulare. c. nullus. 36. q. 2. contra quosdam nobiles qui mulieres inuenire nesciunt, nisi eas principis literis, & præceptis impellant: hæ tamen leges matrimonium prohibentes de iure canonico sunt corectę. c. pen. & vlt. de secundis nuptiis: quia matrimonia reguntur hodie iure poli, non iure fori. ca. Euphemium. 2. q. 3. Federic. conf. 36 casus talis. Lucas de Penna in l. fi. col. 4. C. de incol. lib. 10.

11 Potest tamen princeps in iuramento & aliis, quæ ius diuinum non destruant, sed iuuent, constitutionem super hoc edere, non ad annnullandum matrimonium, sed vt honestius contrahatur, & sine coactione, & scandalo: qua constitutione trãsgressa, & sic honestate violata poterit iudex hũc transgressorem mulctare, vel bonis priuare, quæ mere temporalia sũt, & non subiecta ecclesię: quod si principis interuenerit dispensatio, non erit locus impositioni mulctæ.

*Leges disponẽtes super matrimonijs q̃ seruenẽ.*

12 Et sic videmus hodie ẽt quo ad matrimonia seruari leges inponentes mulctã, aut bonorum priuationem, sed non illas quæ infamiam irrogant. c. fi. de secund. nupt. c. cum secundum leges, de hæreti. li. 6. & per totum tit. C. de incest. nupt. nec seruantur leges ille quæ matrimoniũ annullant, cũ illud sit iuris diuini, quæ sunt notanda, quidquid dicant canonistæ: quia principis est continere ciues suos in honestate: cum præcepta iuris prẽcipua sint honeste viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuiq; tribuere. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. Paris. conf. 51. considerata, in 4. vol.

*Super aliquo gradu.*

## GLOSSA SECVNDA

*Gradus quid ſit.*

GRadus in conſanguinitate vel affinitate dicitur ad ſimilitudinem ſcalarum, graduum, vel aliorum locorum, vt ſicut de vno gradu in gradū aſcendimus, vel deſcendimus, ita per gradus conſanguinitatis de vna perſona in aliam, l. Iuriſconſul. §. gradus ff. de gradib. & eſt habitudo perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ inter ſe perſonæ differant. Ioan. An. in declara arbor. conſanguinita.

*Cōputatio ſecundum ius ciuile vel canonicū quę attē datur.*

Aduertendum eſt, quod cum in ſtatutis vel conſuetudinibus fit mentio de gradu, vt tertio, vel quarto gradu, ſeu alio: tunc fiet computatio ſecundum ius ciuile, tum quia recta eſt computatio: tum ꝙ ſtatuta magis accedunt ad ius ciuile, ꝓm quod perſona quælibet faciet gradum. §. fi. inſtit. de gradib. affinita. l. fi. vbi doct. C. de ſucceſſor. edicto. Bart. conſ. 224. an fratres. Albert. Brunus in tract. de ſtatu. excluden fæmin. artic. 12. q. 21. Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorē, nu. 86. de teſta. Præpoſ. in declara. arbor. cōſang. niſi conſuetudo vel ſtatutum aliter diſponeret. Bal. in l. vlt. in fi. C. de ſucceſſor. edicto. Deci. conſ. 444. concurrit, col. 2. & cōſ. 565. dño, in fi. vel eſſet in terris eccleſiæ: quia veriſimile eſt, ꝙ ad ius ſuum ſtatutum referatur, id eſt ad ius canonicum.

Item fallit qñ primum habita fuiſſet mentio iuris canonici, uel ageretur de cōputatione gradus quo ad matrimonium. Iaſ. conſ. 69. ſtatutum, in 3. vol. quia præcedentia declarant ſequentia. l. ſi ſeruus plurium, in §. ff. de leg. 1. alia tradunt doc. in decla. arbor. conſanguinita.

*Conſanguinitatis.*

## GLOSSA TERTIA.

*Conſanguinitas quid.*

CONſanguinitas eſt attinentia diuerſarum perſonarum ex eo proueniens quod vna deſcendit ab altera, vel ambę ab eadem. teſte Ioan. And. in declara. arbor. conſanguin. vbi plus addit, ꝙ conſanguinitas dicitur a cum & ſanguine, quia a communi ſanguine deſcendunt: vt Præpoſ. & alii declarant ibidem. Notandum eſt, quod licet olim prohibitio uſq. ad ſeptimum gradum eſſet, qñquidem hīes antiquitus viuebant diutius, vt ſeptimum eis gradum videre contingeret: hodie augeſcente malitia populi & diminuta deuotione, diminuta quoq; eſt ætas: & quia difficile eſt peruenire, & videre quartum gradum: quamobrem hodie vſq; ad eum quartum gradū incluſiue prohibetur matrimoniū quis contrahere cū conſanguineo, vel conſanguinea. c. non dēt. de conſanguini. affinit. vbi aliæ aſſignantur rōnes: ſed ſi vnus ſit in quinto gradu, & alius in ſecundo vel tertio, pōt inter illos contrahi matrimonium ſine diſpenſatione, ꝓ reg. Collateraliū in linea inæquali, quoto gradu diſtat remotior a ſtipite, tāto diſtēt inter ſe. d. c. non dēt. de cōſangui ni. & in arb. cōſanguinita. declaratur. Petr. Pariſ. cōſ. 52. dixi, i 4. vol. & cōſ. ſeq ibidē.

*In quinto gradu exiſtens pōt contrahere cū exiſtente in ſecundo uel tertio.*

*Vel affinitatis.*

## GLOSSA IIII.

*Affinitas quid*

AFfinitas eſt perſonarū proximitas ex coitu proueniens inter copulatum, & cōſanguineos copulatæ & inter copulatam, & conſanguineos copulati, teſte Io. Andr. & Præpoſ. in declara. arbor. affinitat. vbi dantur deſcriptiones: vt ibi ipſe ſcripſi. Et ſicut in quarto conſanguinitatis gradu prohibitum eſt matrimoniū, ita in quarto affinitatis gradu: vt eſt nota tum in arbor. cōſanguinitatis, & alia quæ dicuntur in conſanguinitate, & in taxa, & in expeditione illius, ſeruari ſolent in affinitate: niſi procedat affinitas ex actu fornicario præcedente, quia tunc nulla eſt cōpoſitio: quia datur litera clauſa, & tm taxatur quo ad expeditionē, ac ſi aperta: & in primo gradu affinitatis datur diſpenſatio, quod remaneat matrimonium ob ſcandalum vitandum, fauore. ſ. matrimonij: & ne ſuper coitu credatur partibus ad ſeparandum matrimonium: & quia hoc impedimentum eſt a iure canonico inuentum; vt docto. ſcribunt in declara. arbor. affinita. & Prouincial. fol. 65. in no. ſuper diſpenſa. matrimo. verſ. item pōt.

*Tantū eaxatur diſpenſatio affinitatis ſicut cōſanguinitatis. In primo gradu affinitatis diſpenſatur.*

*Aut alias prohibitio.*

## GLOSSA V.

*Matrimonij impedimenta.*

MVltis modis prohibetur a iure matrimoniū, qui his uerſibus continētur,

Er-

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,*
*Cultꝰ, diſparitas, vis, ordo, ligamẽ, honeſtas,*
*Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis,*
*Hęc ſociãda vetant cõnubia, iũcta retractãt.*

Ioannes Andreas in tracta. de ſponſal. & matrimo. glo. in ſumma 27. q. 1.

2 Hic duo exprimuntur gradus prohibiti, videlicet conſanguinitatis & affinitatis: addit gloſ. tertium, videlicet publicæ honeſtatis, de qua infra.

*Error quando vitiet matrimoniũ.*

3 Quartus eſt ratione erroris videlicet perſonæ: vt ſi qui putet contrahere cum Catharina, & contrahat cum Berta, qui error perſonæ vitiat matrimonium: quia non eſt conſenſus, vbi eſt error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omn. iudicum. & errantis nulla eſt voluntas. l. cum teſtamentum, & l. non idcirco. C. de iuris & facti ignorantia.

4 Idem in errore conditionis, vt ſi contrahat cum ſerua, putans contrahere cum libera, & hi impediunt matrimonium. Error vero qualitatis, vtpote quia putabat eam eſſe virginẽ, vel error fortunæ, ſi putabat diuitem puellam: iſti errores non impediunt matrimonium, quia non reſpiciunt ſubſtantiam matrimonij: alioqui omnia fere irritarentur, cap. 1. in 29. q. 1.

5 Et ſuper hoc impedimento non quæritur diſpẽſatio, & habita non prodeſt, altera parte inuita: ſed partis errantis poſtea conſenſus interueniens matrimoniũ ratũ facere poteſt: ſicut dicitur de Iacob, qui volebat contrahere cum Rachel, & fuit ei data Lia, quæ lippis erat oculis, tamen cum ea poſtea conſenſit: vt patet Geneſ. 29. & ſequent.

*Conditio impedit matrimonium.*

6 Quinto conditio appoſita in matrimonio: vt ſi puella contraxerit ea lege, ſi pater voluerit: ſi pater nolit conſentire, non valet matrimonium. c. ſuper eo, de cõditio. appoſitis. Si tamen a conditione receſſum, ſi erit valebit matrimonium, vtpote ſi pater permiſerit, vt alius illam filiam ducat. cap. per tuas, de conditionibus appoſitis.

7 Item ſi non valeant ſponſalia, non teneor ſponſam accipere. c. de illis, de cõditio. appoſitis, & melius eſſet non contrahere, quàm contrahere, & in hoc contractu rapere mulierem, & proceſſus infinitos ad illam promiſſam pecuniam habendam excitare.

8 Si vero conditio fuerit contra ſubſtãtiam matrimonij, vitiat contractũ: ſecus ſi alias fuerit illicita, quia tunc habetur pro non appoſita. c. 1. & c. vlt. de condit. appoſ. Hippolytus conſil. 286. & in hoc caſu non video diſpenſationem exigi, vel raro.

9 Sexto votum ſolenne impedit ac dirimit matrimonium, vt votũ in profeſſione religionis emiſſum, aut votum ſuſcipiẽdis ordinibus ſacris c. vno, de voto, in 6. ſi vero fuerit ſimplex votum, vt regulariter eſt quodlibet aliud, tunc impedit quidem matrimonium, ſed non dirimit contractum. c. meminimus, & ſeq. ac per totum, qui cleric. vel vouent. *Votum ſolenne impedit matrimoniũ.*

10 Et ſuper hoc voto etiam ſolenni poteſt Papa ex cauſſa diſpenſare. c. veniens, qui cleric. vel vouent. glo. in c. propoſuit. de conceſſ. præb. & in c. cum ad monaſterium. vbi Panor. & alij, de ſtatu monach. Aret. conſil. 59. in facto, ideoque poteſt ex magna cauſſa diſpenſare cum monacho, vel ſacerdote, vt contrahat matrimonium: vt docet Ioan. And. in regul. ſemel Deo, de reg. iuris in 6. & in Mercurial. refert multos huius ſententiæ Deci. conſil. 112. in præſenti. col. 2 *Super voto Papa diſpenſat, & debetur compoſitio.*

11 Aut ſi de facto quis iam poſt votum contraxerit, abſolutionem petere debet a tranſgreſſione voti, & quòd in matrimonio remanere poſſit: verum ſuper hoc, & cum votorum commutatione non ſolet Papa diſpenſare ſine compoſitione, quæ fit ſecundum perſonæ qualitatem, & illius ſubſtantiam, quandoque plus, quandoque vero minus.

12 Septimo cognatio impedit matrimonium, & intellige cognatio carnalis, id eſt conſanguinitas: vt ſupra dictum fuit in gloſſ. 3. vel de cognatione ſpirituali: vt inferius dicetur. ſcribit Burchar. in ſuo decreto libr. 7. c. 22. ſi quis neptem ſuam in coniugium duxerit, anathema ſit: & ſi quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuerit in coniugium duxerit, anathema ſit. *Cognatio carnis matrimoniũ impedit.*

13 Sed miratur Staphil. in tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ, quomodo Papa recipiat pro iſta diſpenſatione compoſitionẽ: nam aut eſt iuſta cauſſa diſpẽſandi, & tũc diſpenſare dẽt, iuxta no. in c. bonæ. 2. de poſtula. præla. & in l. 1. §. permittitur. de aqua quotid. & æſtiua, & iuſta cauſſa eſt diſpenſandi in gradibus prohibitis etiam a iure diuino, videlicet ob bonum pacis, & quietis inter principes, & homines ſibi ſubditos. cap. 2. de deſponſatione impub. ſi vero non eſt cauſſa, diſpenſationem abijcere debet. *Cõpoſitionem cur Papa ſuper his recipiat.*

14 Sed desinet mirari, si consideret quã multi dispensationes huiusmodi impetrarent, si gratis concederentur, qui saltem impensarum timore deterriti non audent, & semper infestarent aures Pontificis, petendo secum dispensari: dareturque materia delinquendi. contra l. conuenire. ff. de pactis dotal.

15 Sicut dicimus de statuto, & si imponit pœnam pro homicidio pecuniariam paruam, non ualet, quia daret materiam delinquendi, secus si magnam: allegatur tex. no. in §. pœna. de iniur. in insti. quem not. Albert. in tract. statutorum. in 2. parte, qõ. 122. & Ludouic. Roma. singul. 706. & Rochus Curtius in c. fi. col. 21. de consuetud. & Hippolyt. in l. 1. nu. 19. ff. de sica. ideo necesse est, vt malitia hominum comprimatur, & vt compositio soluatur.

*Clausula in his dispensationibus ponẽda.*

16 Et quando Papa dispensat, sic in narratione dicere solet, Iulius, &c. & si iter illos, qui consanguinitatis, aut affinitatis nexu iunguntur, instituta sacrorum canonum matrimonialem copulam interdicant: summus tñ Pontifex ex potestatis plenitudine, quam non ab hoíe obtinet, sed à Deo personarum & temporum qualitate pensata vtiliora inspiciens, nonnun quam iuris rigorem, maxime circa sublimes personas, ex regali prosapia descendentes, mansuetudine comparat.

17 Et quòd negat iuris seueritas, benignitas dispensationis indulget. Sane, &c. postea narrat factum, & demum dispẽsat, ac non obstantia tollit: hæc est huius dispensationis summa: ut superius scripsi in tract. de dispensat.

*Cognatio spiritualis impedit matrimonium. Deponi debet presbyter q cognouit eam quã in confessione audiuit. Persona uiginti in spirituali cognatione prohibita.*

18 Secundò cognatio spiritualis impedit matrimonium, ac dirimit contractũ. c. 1. & per. totum, 30. q. 1. & in tit. de cognat. spirituali, nisi necessitatis causa baptizauerit. c ad limina. 30. q. 1. & ista contrahitur per baptismum, & confirmationem. cap. 1. & fi. de cognatio. spirituali in 6.

19 Omnes etiam quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt baptismate susceptí, c. omnes. 30. q. 1. & ideo deponatur presbyter, & duodecim annis pœniteat, qui cognouit illam, quam in confessione audiuit, c. fin. ibidem. Cognationis huius spiritualis viginti sunt personæ prohibitæ, quas scribit Panor. in c. Marrinus, de cognat. spiritual. tã in baptismo, quam in cofirmatione:

20 Prohibetur ergo primo matrimoniũ inter baptizatum & baptizantem, inter baptizatum, & filios baptizantis, inter baptizatum & vxorem baptizantis prius cognitam, inter baptizantem & parentes baptizati, inter parentes bapaizati, & vxorem baptizatis prius cognitam, inter leuatum & leuantem, inter leuatum & filios leuantis, inter leuatum & vxorẽ leuantis prius cognitam, inter parentes leuati, & vxorem leuantis prius cognitam, inter leuatum & parentes leuantis.

21 Et totidem sunt personæ in confirmatione, super quibus difficilius papa dispẽsat: & solet esse taxatio sicut in consanguinitate: non uero solet fieri compositio in hac cognatione, secundum quosdam.

*Super cognitione spirituali quando Papa dispenset*

22 Tamen super cognatione spirituali ad contrahendum non facile dispẽsat Papa, sed super contracto sic, licet possit in his omnibus dispensare, veluti quia sunt iuris positiui. Ad matrimonium igitur ẽt contrahendum dispensare poterit, siue sit paternitas, siue fraternitas, aut compaternitas: vt tradit Panorm. in rubric. de cognatione spirituali.

23 Verum inter leuantes nulla contrahitur cognatio. c fi. de cogna. spirituali, lib. 6. ideo non opus est aliqua dispensatione: aut declaratione.

*Cognatio non contrahitur qñ puer fuit baptizatus domi.*

24 Idem si puer in domo fuerit baptizatus sine solennitate, & postea ad ecclesiã delatus, vbi solẽnitas baptismi fuit obseruata. & ibi aliqui tenuerunt puerum, vt nulla contracta sit compaternitas, quia non est ibi baptismus, sed solẽnitas baptismi, ex qua non contrahitur cognatio spiritualis, & data fuit declaratio in plũbo, vt testatur Prouincial. fol. 28. ergo ipse etiam aliam uidi declarationem, quam obtinuit quidam ex cons. Do. Philip. Probi doct. egregij.

*Cognatio legalis an impediat matrimonium*

25 In cognatione vero legali, vt si per adoptionem soror mihi esse cœperit, quãdiu durat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere non possunt. c. vno. de cogna. legali Et super hac non vidi impetrari dispensationes: quia pater potest illam dissoluere emancipando, ideo non est opus dispensatione:

*Incestus prohibet matrimonium & quis super eo dispẽset.*

26 Octauo incestus impedit matrimonium sine dispensatione, sed non dirimit iam contractum. c. transmissæ, de eo qui cognouit cosang. vxor. suæ. Et an Episcopus possit dispensare scribit Panor. in c. 1. ibidem, non posse, quando vere commissum est crimen incestus, id est cum proprijs consanguineis, vel affinibus, nisi ratione

*Machinatus in mortem viri non poteſt accipere illius coniugem.*

tione iuuentutis. c. ſi duo. in fi. 35 q. 6. Secus ſi crimen eſſet commiſſum cum conſanguinea ſponſæ: & ſic non eſſet vere crimen inceſtus. c. 2. illo tit.

27 Notandum eſt etiam alia duo eſſe impedimenta, quibus impeditur matrimonium, & dirimitur iam contractum: primum eſt, ſi alter coniugum vir aut vxor machinatus fuerit in mortem alterius cũ effectu, adeo quod mors ſecuta fuerit, & tunc iſte nunquam poterit cum adultera contrahere, nec in contracto matrimonio remanere c. 1. & per totũ. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. ca. 1. de diuor. c. ſi quis viuente. 31. q. 1.

*Diſpenſatur in conſcientia cũ eo qui machinat⁹ fuit mortem.*

28 Idem dicendum eſt & multo fortius, ſi vterque in mortem machinatus eſt cum effectu. doct. in c. ſuper hoc. de eo qui duxit in matrimon.

*Promittens vi-uo coniuge contrahere cum Titio non poterit cum eo contrahere mortuo coniuge.*

29 Limitatur in conſcientia, quando matrimonium eſt contractum, & negotium penitus eſt occultum: tunc Papa diſpenſabit vt remanere poſſit cum adultera ad vitandum ſcandalum ob diſſolutionem matrimonij, cap. quia circa, de conſanguinitate, & taxa ſigilli diminuitur in foro conſcientiæ, & bulla clauſa mitti ſolet: quod ſecus eſt in aliis bullis, quæ non cõceduntur in foro conſcientiæ.

30 Secundum impedimentum eſt, ſi viuente primo coniuge alter dederit fidẽ de matrimonio cum altero contrahendo mortuo ſuo coniuge, & eã poſt promiſſionem cognouerit: tunc illa fides data cum coitu ſequente impedit matrimonium cõtrahendum, ac dirimit iam contractum. c. relatum, & c. ſeq. 31. q. 1. cap. 1. & fi. de eo qui duxit in matrimon.

31 Solet tamen Papa cum his diſpenſare, dummodo neuter eorum in mortem alterius mortui machinatus fuerit: & dabitur legitimatio prolis ſuſceptæ poſt obitum alterius, & exinde ſuſcipiendæ.

*Diſpenſatur cũ illo qui cognouit aliquã viuente coniuge.*

32 Tertium eſt, quod impedit, ſed nõ dirimit: vt ſi quis de facto duxit, quam polluit per adulterium, & ex qua ſuſcepit liberos, vxore ſua prima viuente diſpenſabitur (ea prima mortua) cum eis: vt ſcripſi prius ad tempus ſeparati (dum neuter iſtorum in eius mortem machinatus fuerit) poſſint matrimonium inter ſe contrahere de nouo: & de expreſſo venit, quando legitimatur proles concepta, & ſuſcepta poſt obitum primæ vxoris. d. cap. 1. vbi docto.

33 Idem ſi quis interfecerit uxorem, ſine ſpe enim coniugij abſque diſpenſatione remanebit. c. interfectores. 33. q. 2. & in caſibus poſitis in c. hoc ipſum. S de pœnitentibus. 33. q. 2. vbi glo. no.

*Interfectis vxore ſine ſpe coniugij remanebit.*

34 Nono, cultus diſparitas. Chriſtianus enim cum Iudæa, vel Sarracena contrahere prohibetur. c. caue. 28. q. 1. & in hoc caſu non ſolet Papa diſpenſare, niſi infidelis ad Chriſtianiſmum peruenerit; vt not. doct. in cle. 1. de conuerſ. infidel.

*Iudeus cũ Chriſtiana non contrahit matrimonium.*

35 Decimo, vis compulſiua impedit matrimonium, quia vbi eſt vis, non eſt cõſenſus, c. cum locũ. de ſponſal. & matrimonia debent eſſe libera, c. gemma, eod. ob id ẽt metus qui poteſt cadere in conſtantẽ virũ impedit matrimonium, c. veniẽs. 2. de ſpõſal. gl. in c. Abbas, de his quæ vi metuſve cauſ. fiunt. Iaſ. in l. Titia. ff. de verb. obl. ca. de illis, 2. & c. ex literis. de deſpõſ impub.

*Vis & metus impediunt matrimonium.*

36 Nec ſuper hoc matrimonio ſolet Papa diſpenſare, quippe ſubſtãtia deeſt, videlicet conſenſus. cap ſufficiat. 27. q. 2. ſuper qua ſubſtantia Papa non diſpenſat. docto. in c. cum ad monaſterium, de ſtatu monach. Angel. de Clauaſ. in ſumma, Angel. in verb. matrimonium, 3. in vltimo impedimento: vbi dici Papam non poſſe diſpenſare in his impedimentis, quæ remouent conſenſum, vt conditionis, erroris perſonæ impedimentum metus, & priuationis ſenſus, vt in furioſo.

*Super vi & metu Papa non diſpenſat. & alijs hic deſcriptis.*

37 Sed ſi hic coactus poſtea conſenſerit carnali copulæ, matrimonium ratihabitione conualeſcit. cap. inſuper, qui matrimo. accuſ. poſſunt, nec hoc caſu egemus diſpenſatione, ſed conſenſus poſtea ſuperueniens conualidat matrimonium: vt prædixi. & docto. in l. interpoſitas. C. de tranſact. Petrus Pariſienſ. conſ. 53. quamuis, in 4. volum.

38 Vndecimo, ordo ſacer impedit & dirimit matrimonium, per cap. ſecundũ. qui cleric. vel uouent. minor vero ordo non, ut ibi, & cap. qui uero, & cap. ſeruatum. 32. diſtin. ſed ſi bresbyter de facto cõtraxerit, diſpenſat interdum Papa cum Regibus, & illuſtribus, vt vxorem retineant, & in matrimonio de facto contracto remaneant: vel ſi ageretur de pace publica Regni, vel ex ſeparatione graue ſcandalum immineret, cap. quia circa. in fi. de conſanguinita. vel quando longo tempore in eo matrimonio perſeueratum fuerit, & inde ſuſcepta proles, cap. de gradibus. 35. q. 8. c. non debet de conſang. Roma. conſi. 307. in caſu.

*Ordo ſacer impedit matrimonium.*

Diſpen-

*Papa quando diſpẽſet cũ promotis vt matrimoniũ contrahãt.*

39 Diſpenſat etiam in foro conſcientiæ, quando receptio ordinis fuerit occulta, cum limitatione tamen, quod ſi ille presbyter vxori ſuæ ſuperuixerit, perpetuo ſine ſpe coniugij ſe contineat, & quod officium beatæ virginis Mariæ ſaltem diebus dominicis, & feſtis per modum ſatisfactionis, quo ad vixerit, recitare teneatur. & ita de facto vidi cum quodam fuiſſe diſpenſatum.

*Infamis eſt habẽs duas vxores, vel concubinã cũ vxore.*

40 Duodecimo ligamen, nam ligatus cũ prima non poteſt cum ſecunda contrahere: quia non poteſt quis duas vxores, vel ſponſas habere, nec quidem prætextu cuiuſquam diſpenſationis. §. affinitatis. inſt. de nupt. imo duas habens ſponſas, aut vxores, vel vxorem cum concubina, efficitur infamis, l. eum qui. C. ad legem Iuliam. de adulter. l. 1. in fi. ff. de his qui no. infam. §. ſi vero effuſa, in authent. quib. mod. natural. efficiant ſui. Rauen. in Alpha. in verb. concubina.

41 Et aliquando vidi oppoſitum contra quendam mercatorem habentem vxorem cum concubina, & hoc factum admiſſum ad reprobationem illius adducti in teſtimonium, c. nuper de biga.

42 Imo ſi quis contraxerit ſponſalia per verba de præſenti: vt eſt ſolitum fieri in iuriſdictione Senatus Tholoſani, & in prouincia, & poſtea contrahat matrimonium etiam in facie ſanctæ matris eccleſiæ cum altera, quam cognoſcat, tamen primę adhærere tenetur, c. ſi inter. de ſponſal. c. 1. & per totum. de ſponſa. duorum.

*Diſpenſari quãdo poſſit cum eo, q̃ accepit ſecũdã vxorẽ, poſtquã audiſſet primã mortuam. Audita morte cõiugis q̃n alter cõtrahere poſſit. Publica honeſtas an adulterij: vide tex. in authen. hodie. C. de repud. vbi Bald. & alij tractant.*

43 Item ſi quis in longinquis partibus exiſtens audiuerit vxorem ſuam mortuã, & ſic probabiliter credens alteri nupſerit, dabitur eidẽ diſpenſatio, & cum ſecunda remanere poſſit cũ abſolutione ab adulterij & inceſtus reatibus: & quod credulitate huiuſmodi durante exactus debitum coniugale reddat, non autem exigat, prouiſo tamen, quòd ſi primam ad eũ redire contigerit, amplexibus eidem reiectis primæ adhærere teneatur, c. in præſentia de ſponſ. c. dominus. de ſecun. nuptijs.

44 Si vero maritus vel vxor fuerit certior factus per nuncium ſpecialem ad hoc miſſum de morte alterius, tunc non ſolum dabitur, quòd in matrimonio contracto remanere valeat, verumetiam ſi nondum contractum ſit, quòd contrahere poſſit: & ſit per viam declarationis, ſeu diſpenſationis ad cautelam, vel per modum licentiæ, vel permiſſionis, & cum abſolutione

*an diſpẽſationẽ patiãt.*

45 Decimotertio honeſtas, quæ vocatur iuſtitia publicæ honeſtatis: quia in conuentionibus, non ſolum quid liceat conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum ſit. l. ſemper. ff. de ritu nup. vnde dicit tex. in c. ſi quis vxorem deſpõſauerit, vel eam ſub arrauerit, quamquam poſtmodum, præueniente die mortis eius, nequiuerit eã ducere in vxorem: tamen nulli de conſanguinitate eius licet accipere eam in coniugio: quod ſi inuentum fuerit factum, ſeparetur oĩno 27. q. 2. & c. ſpõſam, de ſpõſ. c acceſſit, & c. duo, de deſponſa. impube.

46 Etiam ſi ſponſalia ſint nulla, vtpote contracta inter conſanguineos, d. c. ad audientiam, de ſponſal. ſecus ſi eſſent nulla ex defectu conſenſus, c. vno. de deſponſa. impube. in 6. Et ſuper hoc diſpenſat Papa ẽt in ſecundo gradu: & bonum eſſet Epiſcopos ſuper hoc tam leui impedimẽto poſſe diſpenſare: imò, vt dicunt doct. in c. non debet. de conſanguinit. bonum eſſet ſi tolleretur hoc impedimentum.

47 Ego tamen putarem non eſſe tollendum: quia honeſta ſeruanda ſunt & non tollenda. Maximum. n. eſt iuris præceptũ, honeſte viuere. §. iuris aũt præcepta, de iuſtit. & iure. in inſtit. & l. iuſtitia. ff. illo tit. & maius eſt honeſtatem ſeruare.

48 Decimoquarto affinitas impedit matrimonium: vt declaraui ſuperius in verbo, Affinitatis.

*Frigiditas impediat matrimoniũ, & qua.*

49 Decimoquinto ſi vir non poſſit coire ratione frigiditatis naturalis, vel accidentalis, quia caſtratus, aut ex debilitate, vel ſiccitate membri, vel quia non poteſt emittere ſemen: tunc illa frigiditas perpetua, vel in muliere ſi ſit arcta (quod rarũ eſt) impedit matrimonium, & dirimitur iam contractum c. 3. c. laudabile. & c. fraternitatis. & per totũ, de frigid & maleficiat. & Hoſt. in 5. fi. in ſumma illius titu.

50 Et in his nulla poſtulatur aut datur diſpenſatio: poteſt tamẽ remanere mulier tanquam ſocia, ſi velit, vt vidi apud Cathurcos. c. conſultationi, de frigidis, vbi qui ſcit impedimentum, & contrahit, non poteſt deinde conqueri.

51 Si tamen frigiditas ſuperuenerit poſt conſummatum matrimonium, non dirimet ipſum: vt not. in c. fraternitatis, & ibidẽ, & in c. 1. & per totum 33. q. 1. quia nihil tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem

rem viri participem esse: l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solu. matr.

52 Et casus in quibus sponsalia de futuro soluuntur, tradit glos. in c. sit quippe. 27. q 2. scribens hos versus. & in c. quemadmodum, de iureiur.

53 *Lepra superueniens, furor, orde, sanguis, & absens.*

*Lasaq; virginitas, membri damnum, minor atas,*

*Hæresis ac lapsus, fideiq; remissio prorsus,*

*Spōsos dissociāt, & vota futura retractāt.*

54 Sunt & alia impedimenta, videlicet vnum generale, quo prohibetur alicui, ne clam matrimonium contrahat: & clandestinum dicitur matrimonium tribus modis: Primo quando testes non adsunt, c. quod nobis, de clandest. desponsa. Secundo quando non fit cum solemnitate requisita. c. aliter. 30. q. 5. Tertio quādo prætermissis publicationibus (quas banna vocāt) celebratur. c. cum inhibitio. de clandest. desponsa. & super duobus vltimis eps dispensat. doctor. in d. c. cum inhibitio.

*Clandestinum matrimoniū prohibitū, & quando dicatur clandestinū.*

55 Aliud speciale dicitur impedimentū, quod est vel a iure, vel ab homine: a iure, vtpote prohibetur tempore quadragesimæ, & alio tempore prohibito contrahi matrimonium, c. capellanus. de fer. c. non oportet. 23. q. 4. quod est intelligendum, vt conuiuia & solemnitates nuptiarū fieri prohibeantur, sed non sponsalia etiam de præsenti. gl. & doct. in d. c. capellanus.

*Tēpore prohibito non dēt matrimoniū contrahi.*

56 Ab homine interdum fertur impedimentum: vt si iudex prohibeat ob aliquam causam, ne pars contrahat, antequam de matrimonio fuerit cognitum: si iudex iste habebat causæ cognitionē matrimonij, & tunc si causa sit perpetua, propter quam interdicitur, & eo casu peccat, qui contra talem prohibitionem contrahit: & separatur matrimonium data sententia diuortij, & probato impedimento coram iudice ecclesiastico, c. vlt. de matrimo. contra interd. eccles. contract.

*Posit iudicis prohibitionē matrimoniū non est contrahendum.*

57 Si vero impedimentum erat temporarium, tenebit matrimonium: sed in pœnam dēt iste contrahens ad tempus separari, c. 1. & 2. de matrimo. contra interd. eccles. Angel. Clauas. in sua summa, in verb matrimonium, 3. versic. impedimentum primum, & seq.

*Episcopus an possit super matrimonio dispēsare.*

58 Vbi dicit quod regulariter non potest episcopus dispensare in impedimentis matrimonij, ne contrahatur, nec contra concilia, sed in criminibus impedientibus matrimonium solum contrahendum poterit episcopus dispensare: vide eundem Angel. in verb. dispēsatio. §. 5. & per doc. in c. at si clerici. §. de adulterijs, de iudic.

*Ponatur clausula, si mulier rapta nō fuerit.*

## GLOSSA SEXTA.

ET sic Papa quoties dispensat super cō sanguinitate, vel affinitate, solet adijcere hanc clausulam, dummodo rapta nō fuerit: quia super hoc non intendit dispēsare, etiam si expressim peteretur dispensatio: nam de iure ciuili raptor nō potest contrahere matrimonium cum rapta, qui nimo furca suspendendus est, l vna, C. de raptor. virg. tex. in auth. de raptis mulieribus colla. 9. Secus est de iure canonico, cui statur per tex. in c. pen. & fi. de raptor. tex. in c. tua, & c. denique, 36. q. 2. requiritur tamen hoc casu voluntas parentum, secundum Barba. consil. vltim. in fin. in 2. volum. quod impræsentarium non discutio, sed dum operæpretium fuerit: & scripsi in l. Marcellus, ff. de verbor. significat. potest tamen Papa, si velit, non obstante hac regula dispensare, sed non solet, quia res mali est exempli.

*Non dispensatur cum muliere rapta.*

*Et si scienter ponatur clausula addita in quinterno.*

## GLOSSA SEPTIMA.

VLt † dicere, quòd si raptor scienter contraxerit cum rapta: & petatur dispensatio a Papa, tunc apponetur clausula in quinterno appositā, vt separentur ratione delicti pro tempore, quousque ad arbitrium commissarij congruam egerint pœnitētiam, c. ex literis, de eo qui cogno. consang. vxoris. & postea dispēsetur cum illis: & facta dispensatione omnes pœnæ legales cessabunt: vt videtur innuere glo. in c. de puellis 36. quæst. 2.

2 Vltimo figendum est menti, quod in his matrimonijs contrahendis erant olim Romæ diuersæ taxæ: nam si agebatur de contrahendo in quarto consanguinitatis, vel quarto affinitatis gradibus, taxa erat ad 14. Iul. & 28. carl. & pro bullæ expeditione dabantur regulariter. 34. carl.

*Taxæ curia Romanę super matrimonijs & illorū dispensation.*

3 Si vero ignoranter cōtractum fuerat, & scienter consummatū in quarto gradu, taxa est ad 9. carl. & 22. Iul. & cōpositio so

leba

lebat eſſe ad ducatos 10. vel 12. Sed inter tio gradu conpoſitio ad 25. porrigebatur ⁊ Idem quando erat ſcienter contractũ, & conſummatum : eo enim caſu eum Datario componi ſolitum erat ad 10. dutatos, & hoc ſemper in 4 gradu. De matrimonio etiam ſcienter contracto, ſed non conſummato non eſt compoſitio, ſed adduntur quatuor carleni pro abſolutione.

5 Sed ſi agebatur de tertio gradu, ſiue ſcienter matrimonium contractum eſſet, vel aliàs: aut ſi agebatur de illo cõtrahendo, ſemper taxa augebatur de carl. 2. ſaltẽ pluſquam in quarto. Et plus taxatur quando ſcienter contractum eſt, quam ſi ignoranter: plus quoque ſi agebatur de impedimẽto conſanguinitatis & affinitatis ſimul, q̃ ſi de altero tm̃ : quia duo uincula ſunt fortiora, c. 1. de treuga, & pace.

*Compoſitio nõ datur ꝑ diſpenſatione in foro conſcientia*

6 Si autem petatur diſpenſatio ſuper matrimonio ignoranter contracto, & conſummato in foro conſcientiæ: tunc non datur cõpoſitio, cum occultum eſt impedimentum. At ſolet impedimẽtum limitari, quatenus cõſanguinitas, vel affinitas penitus occulta exiſtat, & cum clauſ. in foro conſcientiæ tantum, ut nullis ſuper his teſtibus adhibitis, aut literis datis, ſiue proceſſibus factis, ſeu præſentibus.

7 Et in his duob⁹ gradib⁹ videlicet quarto, & tertio ſolet facillimè papa diſpenſare cum prædictis compoſitionibus: uerum quoad ſequentes gradus eſt aduertendũ.

*In ſecũdo gradu an Papa diſpenſet.*

8 In ſecundo autem gradu papa non ſolet diſpenſare inter aſcendentes & deſcẽdentes, ſed in collateriatibus diſpenſat in linea æquali, non autem in linea inæquali, uidelicet quod patruus poſſet ducere neptem in uxorem: ſunt enim iſti in 2. gradu in linea inæquali.

9 Sed cum filijs duorum fratrũ poterit diſpẽſare, licet ſint in 2. gradu, & in linea æquali. g. l & Panor. in c. propoſuit, de conceſſ præb. & in c. literas, in verb diuina, de reſti. ſpolia. & Anch. conſ. 373. reuocatur. c. de infidelibus. de conſanguinita. Et quia patruus & neptis ſunt de iure diuino prohibiti, non filij duorũ fratrum, ſed de iure canonico tm̃: & quia non reperitur hactenus cum patruo & nepte diſpenſatum, ideoq; prohibitum cẽſetur. c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſco. hoc expreſſe tractat Anto. de Roſellis in ſuo tract. de poteſta. Impera. verſ. Sed in hoc eſt notandũ fol. 83. col. 4. tamẽ in Regno Franciæ inuenit diſpenſatum Io. Brunel. in tract. de ſponſ. in 24. conclu. vt aſſerit.

10 Etiam inter aſcendentes & deſcedentes papa non diſpenſat: nam aſcendentes ſunt deſcendentibus loco parentum §. ergo, de nup. in inſtit. & quandiu eſt notitia parentelæ coniungi non debent. c. progeniem, cum ſeq. 36. q. 3. Præpoſ. in c. nõ debet, de conſanguinita. & pluribus hoc probat idem Ioannes Brunel. in tract. de ſponſalibus. in vigeſimatertia conclu.

11 Limita niſi in foro conſcietiæ, quia ſolet abſoluere eos, qui ſic occulte peccauerunt, uidelicet in actu fornicario, & in matrimonijs ad euitandum ſcandalum, ſi ſepararentur.

12 At in primo gradu nunquam diſpenſatur, niſi in foro conſcientiæ, & in matrimonijs iam contractis: prohibetur enim hoc & lege naturali, & diuina: nã dicitur, *propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ*, & ſic relinquendus eſt pater, & mater, ut non cum illo contrahatur.

*In primo gradu non diſpenſat niſi ĩ foro cõſciẽtia.*

13 Sunt etiam duodecim perſonæ diuina lege numeratæ, cum quibus non diſpenſat papa, quæ conſcibuntur Deuteron. c. 27. & Leuiti. 20. perſonæ uerò ſunt hæ: pater, & mater, filius, ſoror, neptis, amita, matertera, uxor patrui, & uxor fratris, nurus, ſocres, uxor patris. gloſ. in capitu. literas, de reſtitutio. ſpoliato. & in capitu. gaudemus, de diuort.

*papa nõ diſpẽſat cũ 12. ꝑſonis diuina lege prohibitis*

14 Tamen de uxore fratris mortui reperitur diſpenſatum cũ Rege Anglo. Conſuluit Aegid. Bellam. conſ. 28. & Pariſ. cõſ. 68. in. 4. vol & Mantua. cõſ. 121. q̃ ſunt cõtraria conſilia: veruntamen ego crederem papã diſpenſare poſſe ex cauſſa ſuper hoc, & diſpenſationem ad hoc factam ualere. Et in Euãgelio prohibebatur adulterium & inceſtus vxoris fratris uiuentis.

15 Sed cum apud Bituriges fuiſſem uocatus in conſilium harum rerum, & quidam Theologus me prætentaſſet, quid mihi videretur, cum ſentẽtiã deprompſiſſem, nõ fui poſtea vocatus: quia non obſeruaram doctrinam ſpecula. in titu. de aduocato quando interrogaberis tace, & eris in cõſilio: ſed qui quærebant conſilia, non ueritatis quærebant ſententiam, ſed adulationis: ex quibus multa fuerunt exorta ne plura.

## De reſcriptis miſſis.

INſuper alia ſunt quædam ſcripta, quæ miſta uocari ſolent a quibuſdam:

*Monacho a Papa facultas testãdi conceditur.*

dam: sed ego cõmunia dicerem, quia communiter impetrantur & a Papa, & a principibus secularibus, & quædam habent cõmunia: vt docet imperator in titu. communia vtriusque iudicii, de legatis, de succes. & alia: nempe religiosus testari non potest, capitu. 2. de testamen. quia ingressus monasterium dedicat se & sua omnia Deo: igitur nil habet, de quo testetur. authen. ingressi, C. de sacrosanct. eccles. & quia bona quæsita ex ecclesiis, dicuntur esse de patrimonio Christi, c. commissa, de election in 6.

2 Ideo vicarius eius videlicet Papa poterit ex causa concedere, ut religiosus testetur de his bonis, quæ ex fructibus bene ficii, aut alias ex industria quæsierit: vt docet Bald. in l. fin. col. 6. C. vnde legiti. & in authen. nisi, ad Trebel. doct. in cap. in præsentia, de probat.

*Exteri seculares de Regis cõcessione testantur.*

3 Exteri autem seculares quicquid acquirunt in hoc regno, ex bonis regni præsumuntur acquisisse, sicut vxor de bonis mariti. l. Quintus, ff. de dona. inter vir. & vxo. ob id de his testari, vel disponere non possunt: sed Rex in hoc regno bona illa iure (quod vocãt) albinagii occupat: vt scribit Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem. num. 1042. de testam. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. *Des confiscations.* § 1. & quia solius in hoc Regis interesse vertitur: ideo ipse cõcedit, vt exterus etiam clericus testari de illis acquisitis, & acquirendis possit, l. si quando, C. de inofficios. testamen. iuncta l. vacantia, de bonis vacantib. lib. 10. & Fel. in c. 1. nu. 9 versi. declara, de rescri. & Albert. Brun. in tract. de forma & solẽnita. actus, fol. 65

*Dispensare quis possit.*

4 Et qui non potest iudicare aliquem, non potest dispensare cum illo, teste Specula. eo. titul. §. postremo, vers. Sed illud quæritur: & ita secundum vniuscuiusque iurisdictionem tam Papa, quam princeps secularis concedunt rescripta. Et hæ cõcessiones quædam tẽdunt ad acquirendum, aliæ ad cõseruandum, aliæ ad vtrumque: vt inferius demõstrabimus: ideo ea rescripta tractare hic volui, vt hanc materiam, & hos tres modos compleam.

*Papa oõ cedit exteris, vt i regno bñficia habeãt.*

5 Item literæ solent dari extraneis clericis a Papa, vt liceat eis beneficia habere in Regno, quamuis non loquantur idiomate patrio, cõtra capitulũ neminem, 70. distinct. vt in regula Cancellariæ patet.

6 Tamen propter Regis Franciæ priuilegium adhuc opponeretur exteris inhabilitas: ob id etiã Rex istas naturalitatis literas illis concedere solet, quibus indulget, vt beneficia possint in regno habere vsque ad talem summam, & bona possint in regno acquirere perinde ac si nati in regno, & regni originarii essent: veluti Romanos etiam quibusdam prouinciis olim concessisse reperimus, in l. fi. ff. de censib.

*Quare exteri episcopatus & beneficia i regno habere non possunt.*

7 Præfatum autem Regis Franciæ priuilegium, ne quis alienigena beneficium in regno suo acqrat, aut teneat sine eius permissione, secundum glo pragma. sanct. in proœm. in verb. exterorum, firmatum fuit lege regia a Carolo septimo edita: qua ꝓ hoitum fuit exteris, ne in regno beneficia ecclesiastica, nec dignitates, maxime pontificales habeant, & teneant, tum ne regni secreta reuelẽt, teste Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem, n. 1044 de testamen. vbi dicit illam fuisse publicam die 8. Aprilis in Parlamento Paris. Pictauis tunc sedente.

8 Tum etiam quia non valent propter idioma diuersum, docere populum sibi cõmissum, quod maxime interest, c. inter cætera, offic. ordinan. etiam quia in fundandis ecclesiis isti extranei nil dederunt, neque illorum parentes: iõ dicitur Deutero. 18. c. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit ibi dominus Deus tuus, ipsum audies.* facit l. in ecclesiis ibi. in vico natus, C. de Episcopo. & cleric. & in l. vna, C. nõ licere habita. metro. lib. 11. facit ca. bonæ, 2. de postula. prælator. in fi. c. nullus inuitus, 61 distinct. c. neminem, 70. dist.

*Præceptoriæ S. Antonij & Hierosolymitanę ab exteris obtineri possunt.*

9 Quod tamen minime procedit in præceptorijs sancti Antonii, & Hierosolymitanis: nam cum homines & exteri, & Galli, & omnes nationes in illis deseruiant: & ex antiquitate temporis istæ commendę, sine præceptoriæ passim antiquioribus cõferantur, & si extraneo collatæ sint, valet collatio: nec super hoc vidi dispensationem obtineri, quia sic in fundatione cõtinetur: bonum esset tamen vt Hispani eas, quæ in Hispania sitæ sunt, & Galli eas, quæ in Francia, haberent.

10 Quia uidelicet exteri exhauriunt regnum pecuniis, quas ex regno extrahunt: eorum cõscientiæ relinquo, ad quos vsus consumant. Item nascitur scandalum regnicolis, vt ignotus bona filiorum deuoret, vt nũc fit: quia filii regni foras eiiciuntur, & extranei panem filiorum deglutiũt.

11 Et hac de causa male ac pessime in quibusdam ecclesiis regni videmus offi-

cium

cium celebrari: quia extranei multi non quærunt nisi lac,& lanam,& non commodum subditorum: vt dicit glo. in clem. dudum,in §. huiusmodi,de sepultur. & quia super hoc extat regula cancella. eam hic subijciendam duxi,cum aliquot elucidationibus.

## *Regul. 20. quòd quis intelligat idioma.*

Item voluit, q̃ si contingat ipsum alicui personæ de parrochiali ecclesia prouidere, seu mandare prouideri,vel gratiam expectatiuam concedere.

### GLOSSA PRIMA.

*Collatio beneficij extraneo facta non valet.*

STatuit hæc regula prouisionem non valere,vel gratiam deparrochiali ecclesia factã ei, qui non loquitur,aut nõ intelligit idioma patriæ,etiam si in ea Papa diceret pro expressis habentes.de qua clauſ.scrip si in glo.Concorda.in verb.pro expressis, in forma manda. & superius in signatura gratiæ & in bulla. Fundaturq. Ezechiel. 3.c.in prin ibi: *Nõ enim ad populum profundi sermonis,et ignotę linguę tu mitteris ad domum Israel,quorum nõ possis audire sermones, &c.* quia papa intendit vnicuique in sua patria prouidere;vt dicit tex.in c. bonæ,circa fi.de elect.quod nec vellemus ei præficere alienum. facit c.nullus 61.dist. l.in ecclesiis.C.de episco.& cleric.c.fi. de cler.peregrinan.c.sanctorum 70.distin.& sic expressio nationis requiritur in literis gratiæ,alias sũt subreptitiæ p̃ supradicta.

*Ratio est non extranei bñficijs regniprę fici non valeãt.*

Ratio est, quia curatus prefectus ecclesiæ parrochiali,tenetur audire cofessionem suorum parochianorum, & illis pœnitentiam iniungere pro qualitate peccati.c.omnis,de pœnitent.& remissio.& tenetur eos docere,ac prædicare.c inter,de offi.ordi.&c.ecce,95.distin.quæ præstare non posset ignorans illorum idioma: qua propter id prohibet iste text. alioqui alium habere,qui intelligeretur cap. quonam. de offi.ordin.

Ideo non solet in hoc Regno exteris prouideri,nec quidem per Papam, aut aliũ cui mandaretur de prouidendo; imo si extero mandaretur prouideri, nõ poterit ei conferri in vim mandati ecclesia parrochialis,per hunc tex. Et sic non recipitur Papæ dispensatio in Francia contra istã regulam,quæ est iuris diuini,adhæc ratione priuilegii dati Regi Frãciæ, vt nullus alienigena sine literis nãturalitatis possit in Regno beneficia obtinere:quamuis in patria obedientiæ, soleat huic regulæ Papa derogare; imo inter Dei maledictiones reputatur habere hominem ex aliena gente,qui non intelligatur, Deuterono. 28. capitu.vbi dicitur, *Adducet dominus super te gentem de longinquo,& de extremis terræ finibus in similitudinem Aquilæ volãtis cum impetitu,cuius linguã intelligere nõ possis,etc.* Et Hierem.5.capitu.idem dicitur:ideo requiritur & a papa, & a Rege concessionem habere.

*Dispensatio pro extero a solo Papa an recipiatur.*

Et nec ordinarius,nec legatus in Francia posset alienigenæ conferre,qui si conferant illud beneficium,a regnicola potetit impetrari:quod est notandum. Quod priuilegium regni nedum prohibet extero habere ecclesiam parrochialẽ; de qua hæc regula loquitur,sed etiam alia quæcunq.beneficia,ac alia bona, etiam si illi fuissent Cardinales,sine Regis tamen beneplacito:quamuis dictus Gomes. hic q. 2.volens Cardinalibus fauere, multa pro ipsis adduxerit:tamen in Francia seruatur quod dixi:si tamen post adeptionem beneficij exterus Regis literas obtinuerit,valebit adeptio, & beneficium retinere poterit,vt fuit in senatu iudicatum:prout scripsi in tract.de pacifi.possess.n.217.

*Cardinalis exterus ept sopatiẽ regno sine Regis cõsensu obtinere nõ potest.*

Nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci, vbi huiusmodi ecclesia consistit,prouisio seu mãdatum,& gratia desuper quo ad parrochialem ecclesiam, nullius sint roboris,vel momenti.

### GLOSSA SECVNDA.

*Prouisio comprehendit etiã commendã.*

ET † sio requiruntur sequentia, primo quod papa conferet, ibi ipsum: nam hic per excellẽriam intelligitur,§.sed ius quidem ciuile, inst.de iure natural idem tamen in alio,cum sit eadem ratio, vt supra dixi:videlicet,quod non valet præsentatio, institutio,collatio, electio, vel alia dispositio:cum verbum prouisionis sit generale.glos.in clem. fi.de elect. scripsi in verb.

verb prouisionem, §. præfatique ordinarii, de colla. in Concor. & ratio quæ est in Papa habet etiam locum in aliis, cum a iure exprimatur, quod statuitur in hac regula: vt supra dixi.

2 Et idem puto si Papa commendet, cũ eadem sit ratio in ista regula: & prouisio potest ét cõprehendere cõmendam, quia prouisũ dicitur alicui de bñficio cõmẽdato. Dom. & Peru. in c. nemo, de elect. in 6.

3 Nam commenda est verus titulus: vt scripsi in tract. de pacific. possessor. & superius tract. de cõmenda. & quia alias fraus legi fieri posset dãdo in commendã: quod fieri non posset in titulum concedendo: nec magis est regulariter priuilegiata cõmenda, quam alius titulus, sed minus: vt superius dixi titul. de commenda.

*Loqui & intelligere idioma patriæ exteras debet.*

4 Secundo requiritur beneficium conferri personæ scienti loqui idiomate patriæ, ibi, loqui sciat: & intelligitur loqui, si loquendo intelligatur a populo, vt p̃dicare possit. c. quoniam, de offic. ordinar. scilicet hic dicitur intelligibiliter loquatur. Et sic quamuis talis loquatur quędam verba, quæ intelligantur, sed non omnia: tamen non habet locum hæc regula.

5 Tertio quod intelligat, ibi, intelligat scilicet perfecte; nam si tãtum quædã verba patriæ intelligeret, nihilominus haberet locũ hæc rla, cum nõ dicatur intellige re, argu. l. discretis. C. qui testa. facere pñt.

*Vniri potest ecclesia parrochialis monasterio monialium*

6 Tamen posset Papa non obstante hac regula vnire capitulo ecclesiæ parrochialẽ ecclesiã, licet illi de capitulo nõ loquerẽtur idiomate patriæ illius beneficii: qa sufficeret hoc casu præficere vicarium perpetuum, qui intelligeret. & ita posset iste tex. limitari, nam sufficit quod immediata persona intelligat.

7 Et ideo consului vnionem factam de parrochiali ecclesia cõuentui monialium non annullari, per hãc regulam: licet istę non loquerentur, nec intelligerent idioma patriæ: sufficiet enim (vt dixi) præficere vicariũ perpetuũ, qui intelligat; quamuis d. Gomes. hic, q. 2. dicat hoc tex. non comprehendi, bene tamẽ q. 11. fatetur vicarium perpetuũ debere intelligere, & loqui idiomate patriæ, quod verissimum arbitror; imo etiam requiritur quod intelligat, & loquatur Latine sufficienter, alias quomodo posset Euangelium prædicare ignaru? ideo Episcopus ignorans Donatum deponitur in c. fi. de ætate & qualita.

8 Et parum curamus in Gallia dummodo sciat legere, & cãtare; ut dicit Domi. & Perus in c. si pauper clericus, de præb. in 6. ob id multæ ex ignorantia curatorum ortæ sunt in populo hæreses.

*Vnio de beneficio regni extra regnũ non valet.*

9 Verum non valebit vnio ecclesiæ Regni facta alteri extra regnũ: quia Regis interest, & nominatorum ac aliorum incolarum Regni, ne pecunię extra Regnum trãsferãtur; nec vlla p̃scriptione iuuabit talis vnio; ut superius dixi in tract. vnio.

10 Quarto requiritur illam ecclesiam esse parrochialem, ergo nõ haberet locum in præbenda, & beneficio simplici, nec in dignitate non curata; quia in his non habent locum rationes huius regulæ, & quãdo imperrantur per alienigenam, non requiritur derogatio huius regulę. Sed in Francia idem in omni beneficio rõne privilegii, cum alienigena in Francia beneficia, sine Regis consensu non possit habere, quæcunque sint in illa beneficia.

*Gallus vbiq. in regno beneficia obtinere potest.*

11 Quinto q̃ loquatur idiomate loci in quo est ecclesia, & illud itelligat, nec sufficeret itelligere idioma vicinũ loco beneficii, vel loq, sed oportet q̃ loquatur & intelligat ꝓpriũ idioma loci beneficii; & per hoc ñdi, quod aliquis de Montepessulanõ põt habere bñficium in Vasconia, quia intelligit idioma, & loqui põt intelligibiliter idioma; & idẽ diceré in Petragoric. Prouincia, Aruernia, Lemouic & Ruten. quia idioma cõuenit in multis, & qui vnũ intelligit, vel loquitur, alia potest loqui.

12 Et sic Gallus poterit etiã habere beneficium in Normania, Picardia, Burgũdia, & Cenomania, ac in patria Borbonij quia multum conuenit idioma: vnde qui loquitur, & intelligit vnum, aliud paruo negotio loqui poterit: quãuis D Gomes. q. 10. videatur tenere contrarium: sed nesciebat horum idiomatum cõuenientiã.

13 Vnde cũ Gallicus hodie sermo vbique intelligatur in regno, is qui loquitur Gallice, dummodo alias sit doneus, bene ficia in toto regno obtinere non prohibetur: vt scripsi in tracta. vt constact. & alii actus Gallicis concipiantur uerbis, in 2. tomo constitu. reg.

14 Limitantur prædicta qñ Papa dispẽsaret expresse contra istam regulam: nam is potest dissoluere, qui & ligare. l. si puellæ. ff. de spon. dicite tñ vt sperius scripsi.

*Dispẽsatio pro exteris.*

15 Item fallit hæc regula, si dispensasset per rescriptum perinde valere, dummodo in eo sint expressa illa, quę debent exprimi: de quo plenè Cassador. indecis. super regul.

regul. Cancell. decis. 33. lata fuit sententia, quem sequitur Gomes. q. 7. super hac regula: & dispensatio sic dicere solet, Quòd (vt asseris) idioma illius patriæ, quod gentes illarum partium communiter loquuntur, non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis: nos enim tecum vt ecclesiam prædictam habeas, &c. dispensamus, præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & alijs contrarijs nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica per præsentes concedimus prouiso, &c. Gomes. q. 14 sed vt dixi supra in hac patria non reciperetur sine Regis assensu.

16 Adhæc solet dici in his literis a Rege cõcessis, Quòd si moueatur processus istis super beneficijs sibi collatis, teneantur litigare coram iudicibus Regijs, ad quos spectabit cognitio, per totum titul. de causis, in Concorda.

17 Prouiso quòd in regno degant apponi solet. Ergo si extra regnum, non solet concedi, vel raro, vt non deferãt pecunias extra regnum.

*Dispensari debet cum extero dum degat in regno.*

18 Quæ literæ ad beneficia solet comprobari in magna camera Parlamenti, vel computorum, quemadmodum sæpius ipse vidi.

*Litera exterorum vbi comprobari debeant.*

19 Veruntamen si exterus habeat potestatẽ acquirendi beneficia in regno, intelligitur iuste, & secundum regulas regni: vnde per nominationes non poterit obtinere vltra ducẽtos florenos, nec regularia beneficia, si sit secularis: nec enim decet eum magis esse priuilegiatum, quàm esset filius regni, cui ista sunt prohibita, in §. volumus, de colla. in Concorda.

## De *oblatis, quando regio nomine in monasterijs recipiendi sunt.*

HOdie extat lex regia, qua cautum fuit, vt exteri, qui habent episcopatus seu alia beneficia in regno, non possint habere vicarios, nisi regnicolas, & originarios, alioqui si dominus Episcopus exterus populum docere non potest, docebit eius vicarius, & poterit audire confessiones, & alia facere quæ faceret episcopus regni, vel curatus, & ista constitutio est iusta, & iuri diuino ac canonico conformis, quę fuit publicata hoc anno 1554 in mense Octob. facit c. inter cætera. de offic. ordi ]

20 Item quemadmodum Papa grauat'in terdum Episcopum, vel Abbarem per mãdatum, vt recipiat aliquem. & illi prouideat: ita & Rex militi impotenti, aut alteri pauperi interdum indulget intuitu pietatis, vt alatur in monasterio iure Regali fundato: & hoc solet Rex mandare Abbati, & conuentui.

*Rex prouidet vt pauper alatur ĩ monasterio a se fundato*

21 Nam si vergat patronus ad inopiã, est alendus. c. quicunque 16. q. 7. c. nobis, in fi. de iurepat. ob id si esset alius patronus pauper, teneretur monasterium ipsum alere, sic & istum a Rege præsentatum: quia licet Rex, aut fiscus, sit semper diues, idoneus, & soluendo. l. 2. ff. de fundo dota. tamen iure patronatus considerato, & monasterio à se fundato, vel à prædecessoribus Regibus, æquum fuit huiusmodi præsentatis subuenire.

22 Ad hæc quicquid habent clerici pauperũ est: & domus illorũ omnibus debent esse cões, susceptioniq; peregrinorum, & hospitum inuigilare debent. ca. fi. 16. q. 1.

*Monasterium an sit de regali fundatione qs probare debeat.*

23 Verum si dubitetur an Abbatia sit ex fundatione Regali necne, præsumunt Reges esse ex fundatione: ideo mandante Rege, si appareat vobis q̃ sit de fundatione, interim dum litigatur super hoc, prouidebitur isti pauperi, & aletur, vt censuit Senatus anno 1550. die 17. Febr contra D. Fumee Abbatẽ *De la coulture*: licet is qui impetrat, hoc demum habeat probare, vel procurator Regius, qui hoc asserit. l. actor. ff. de probat.

*Arestũ.*

24 Vnde in stylo Parlamẽ. Arresto 279. sequuntur iudicia. &c. sic dicitur, Quòd Rex in principio sui Regni post suam coronationem in Abbatia Regni sui de gardia sua existente possit ponere in monasterijs monachorum vnum monachum, & in monasterijs monialium quandam monialem.

*Rex in principio regni: monachum seu monialem præficit. Transigere nõ põt prouisus.*

25 Secundo mandatur in his literis, vt alatur iste tanquam alter religiosus, nolens vt lautius tractetur: & super hoc non potest transigere prouisus, remittendo, aut alias, sine iudicis auctoritate: quia prouisio hæc succedit in locum alimentorum. l. cum hi. ff. de transact.

26 Tertio non solet Rex iterum prouidere, si iã pro vno scripserit, imo dicit *Pourueu toutesfoyes, qu'autre n'aye este receu en vostre dicte abbaye despuys nostre aduenement à la Couronne, par vertu de noz dons, & lettres patentes*. Sicut dicit Papa si pro alio nõ scripserimus: vt in c. mandatũ, & seq.

*Pro duobus non scribit Rex.*

seq. de rescrip. scripsi in forma manda. in Concord. nec. n. solet Rex vnum monasteriũ vel ecclesiam duobus grauare, vt hic: quod si scripserit, non recipietur secũdus, tanquam contra intentionem Regis.

27 Quarto requiritur, q̃ Rex vel eius præcedessores fundauerint illud monasterium, vel sit de Gardia, vt quidam volunt: ergo si ipse vel antecessores Reges non fundauerint, non debet Rex illud monasterium grauare: nam quem non honorauit, grauare non possum. l. ab eo. C. de fidei com. nec hoc vidimus factum, nec concessum. vide quando dicatur de gardia in c. generali, de elect. in. 6.

*Pauperi nil habenti p̃uideri in monasterio debet.*

28 Quinto de hoc prouideri debet pauperi non habenti vnde se alat, & impoteti, qui sibi non valet subministrare: alioqui dicit Hiero. ad Damasum Papam, clericos illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona. c. clericos. 1. q. 2 c. fin. 16. q. 1. alias non esset eleemosyna. de qua velle Regem intelligere cõstat per hæc verba in suis literis apponi solita, *Parpitie, & aumosne, & en faueur des seruices, que nous a fait.*

*Seruitia probãda nõ sunt.*

29 Nec debet in q̃ iride seruitijs, aut opponi quod nõ seruierit, quia duæ rationes sunt. & vna cessante non cessat cõcessio §. affinitatis. de nupt. in instit. & quod non debeant probari seruitia, probant iurium interpretes, in l. fi. donatione. C. de collat.

30 Sexto debet ali in monasterio, ibi, *Auons dõne, & octroye, donnons & octroyons ledict lieu & viure d'vn religieux en vostre dicte obbaye,* & ibi, *deliurez par chacun iour, pitance, viures & autres ses necessitez.* Et si non possit ibi viuere propter malos suos mores, vel monachorum, extra monasterium debebitur ei victus, per l. Caio. §. fi. ff. de alimen. & cibar. leg.

*Operari an debeat hic in monasterio receptus.*

31 Nec tenebitur iste operari sicut asinus monesterij, cum ista alimenta debeãtur eidem ex Regis constitutione. Bar. in d. l. Caio. in fi. Bal. Salic. & Iaſ. in l. 1. C. de lega. quod secus forsan esset, si ex legis dispositione alimenta ei deberentur, sicut vxori a viro. gl. in l. sicut. ff. de ope. libert. Si tamen ad aliquas leues operas requiretur, tunc ne iuste quidem eas recusare deberet, vt non inertem vitam ducat: imo quicquid potest in vtilitatem monasterij facere debet. saltem orare debet pro Abbate, & fratribus, qui eum alunt, & pro Rege qui hoc indulsit.

*Victus nomine quid ueniat.*

32 Septimo victus appellatione veniũt omnia necessaria ad vitam: vt in l. verbo victus. & seq. ff. de verbor. signif. & ibi plene scripsi: tamen in literis exprimi solet sic, *Deliorez par chacun iour pitance, viure & autres ses necessitez.* Et sicut mãna singulis distribuebatur diebus a Deo Opti. Max. filijs Israel, ita hic vult isti suam portionem dari, vt tanquam panis quotidianus huic erogari debeat, ne fame deficiat: quia nemo uiuit uento. l fi. C. de alimen. pupil. præstand.

*Pro qualitate p̃sonę quis alendus & uestiẽdus.*

33 Octauo in literis inseri solet, *Telles que de raison,* & sic debet intelligi pro qualitate personæ. l. sed & si quid. §. sufficienter autem alere. & vestire debet, secundũ ordinem & dignitatem. ff. de vsufructu, & postea in literis declaratur, *Comme a l'vn de vosdictz religieux, auec vestemẽt suffisãt:* exprimitur vestibus, quanuis satis vi uerborum comprehenderetur: ut dixi supra & in. d. l. verbo victus, ff. de verbor. signif.

34 Nono ex eo mortuo alius in uita Regis non potest ibi præfici quia non potest Rex grauare nisi semel, vt superius scripsi, etiam si fuerit nouus Abbas: quia ad vitam Regis tantum vnus præfici debet. Ergo si moruus fuerit Rex, & adhuc viuat Abbas, is rursus poterit per alium Regem grauari, quamuis in mandatis dixerim contrarium esse. in §. 1 de mand. Apostolic in concord.

*Abbas an his grauari possit.*

35 Si tamen ille cui est prouisum, adhuc viueret, debet Rex nouus expectare mortem illius antequàm prouideat, ne sit molestus monasterio: & ne vno & eodẽ tempore sit grauamen duorum, contra c. mãdatum. & seq. de rescrip. in 6.

36 Decimo ex conuentione poterit isti dari pecunia singulis annis extra monasteriũ, ne ipse veteranus, qui solitus erat deuorare gallinas, nunc velit deuorare monachos, & solet regulariter extra conuentũ ali: quia quæ cõuentio lucis ad Beliad? quãdo tamen partes sunt cõcordes, q. d ad iudicem? l. 1. §. inde. ff. de noui ope. nunc.

*Extra conuentum ali an dẽat quisus in monasterio.*

37 Vndecimo ad hoc vt hanc portionem habeat iste, pro quo mandatur, non tenetur habitum sumere, sed in habitu suo, qualiscunque sit, victum habebit: tum q̃ in literis non mandetur, tum etiam professio ex voluntate fieri debet, non ex coactione. c. 1. & per totum, de regula transeunt ad religio. ideo ipse profiteri non tenetur. [ Tamen quando mulier præsentatur in monasterio monialium, solet indui

*Oblatus hic non tenetur habitũ sumere.*

habitu monialium, & cum illis morari, alioqui ſeparata tamquam leproſa vix in monaſterio viuere poſſet.]

*Portio monachalis extinguitur qñ pauper obtinet pingue patrimonium.*

38 Duodecimo dicerẽ, quod ſi huic pauperi deferretur pingue patrimonium ex ſucceſſione, vel alias, extingueretur hæc monachalis portio, quæ eſt ad formã pauperum: & ceſſat cauſſa mandati. c. ſi pauper. de præb. in 6. cle. gratiæ, de reſcript. Alia dubia poterunt ex his decidi, breuitatis gratia tantum ea inſerens, quæ nulli bi à doctoribus ſcripta eſſe reperi. [licet in forenſi iudicio frequentia ſint.]

*De reſcripto rehabilitationis miſto.*

*Homicida qñe a Papa & rege ſit rehabilitandus.*

ITem alia ſunt reſcripta gratiæ miſta, quæ & a papa, & a principibus ſeculari bus conceduntur. Primo literæ rehabilitationis, & a Papa, & à principibus dantur ſecularibus, a Papa autem clericis: vt in rub. de elect. de roga in Concord. ſcripſi vbi, ſi quis commiſerit ſimoniam, effectus eſt inhabilis ad officia & beneficia: ideo opus eſt vt a Papa fiat habilis, & ſic dicitur rehabilitari, id eſt iterum habilis fieri, ſicut antea erat. c. de regularibus. & c. quoniam. de ſimo. gl. in §. ſimoniace. in verb. perpetuo. de elect. in prag. Et ſic ad beneficia fier habilis a Papa, ſed quo ad officia tparia & Regia Rex eum habilẽ reddet, qui prius erat inhabilis ad illa. [De hac diſpenſatione regia ſcribit Ariſt. in lib. 2. œcono. c. 1. & ego in interp. l. fi. ff. qs pro eo. i fi. ff. de fideiuſſ. & in l. fi. ſi q ſatisfa. cogãt.]

2 Item ſi quis homicidium committat, inhabilis eſt ad beneficia, quia eſt irregularis. c. ad audientiam, de homic. & ibi Soci. clem. vna, illo tit. oportet ergo quod a Papa rehabilitetur, alioqui nunquam beneficium obtinere poterit, & à rege quo ad Regis officia. ſic dixi in periurio in interpreta. l. ſi quis pro eo, in ſi. ff. de fideiuſſor.

3 Addendum eſt, q̃ ſi quis vtroq; iure fiat inhabilis, ab vtroq; principe debet habilis reddi: vt ſuperius dictum fuit: quo ad ius canonicum a Papa tm̃: quo ad ius ciuile ab Imperatore, Rege, vel alio principe nõ recognoſcẽte ſuperiorẽ. Si vero tm̃ vno iure quis ſit inhabilis reddatur, tũc vnius erit rehabilitatio: vt ſi quis ab ſq; diſpẽſatione obtinuerit duo beneficia, efficitur inhabilis a iure põtificũ. Extrau. execrabilis de præb. tũc indiget rehabilitatione ab ipſis põtificibus: & ſolus Papa i his rehabilitat,

4 Item Papæ eſt rehabilitare illum clericum, qui condemnauit quẽpiam ad mortem, vel dictauit ſententiã ſanguinis, aut ſcripſit, c. ſẽtentiã, ne cleric. vel monach.

*Rehabilitare clericũ qui informationes cõ ſcripſit, vel condẽnauit ad mortẽ ſolus Papa poteſt.*

5 Idem ſi informationes conſcripſit, ex quibus poſtea ille delinquẽs condẽnatus, ſi mortuus fuit. Panor. & alii in d. c. ſenté tiam. vnde vidi quendam commiſſarium eo ſolo inhabilem dici, quod in materia criminali informationes confeciſſet, ex quibus ſecuta erat mors, ſeu membri mutilatio alicuius, ſeu abſciſſio: oportetque duo probare, quod ille ſcripſerit in criminibus, & ex illa ſcriptura ſequutam fuiſſe mortem, aut mutilationem.

6 Vnde ſi quis tantum fuerit condemnatus ad Galeas, quia non ſequitur immediate mors, ille q ſcripſit informationes, non eſt irregularis, vide Fede. conſ. 168. & Hippo. in l. vna. nu. 182. C. de raptor. virg.

*Rehabilitatio qñ a ſolo principe detur.*

7 A principe temporali ſolo datur rehabilitatio, ſi tantum agatur de ſuo officio, vel ſi is inhabilis factus ſit per ſuas conſtitutiones; vtpote ſi quis fuerit a iudicibus Regiis priuatus tabellionatu, & inhabilis ad officia, effectus. per c. 2. & c. ſicut. ne clerici vel monachi. & Iaſ. in l. 1. ff. ds iuſtitia & iure. princeps tantum in ſuo officio rehabilitare poteſt, & ſolet quandoque, ne poſtea ipſe ſine officio fame pereat.

8 Idem dicendum de apparitoribus nemorum, qui laici eſſe debent ex conſtitutionibus Regiis, alias priuati ſunt, niſi rehabilitentur a principe in rub. *Des eaux & Foreſt.* ordina. 7. art. 19. & ſequent.

*De reſcripto nobilitatis miſto.*

*Nobilitat papa & Rex Frãcia.*

ITem† nobilitare poteſt Papa, & ſecula res principes; vnde cum in fundatione caueatur, quod nullus niſi nobilis recipiatur, poterit Papa creare impetrantem nobilem ad effectum obtinendi beneficium, ſicut videmus de canonico ad effectum habendi dignitates. in §. fi de reſeruatio. in Concord. vel non obſtante fundatione illi concedere: & ita frequentius fit: quod vix ſuſtinerent Canonici ſancti Io. Lugdunen. aut Briodi in Aruernia.

2 Ad hæc ſecularis princeps nobilem facit, & natalibus reſtituit, licet dixerim in l. reſtituere. 1. ff. de verbor. ſignific. aliud eſſe reſtituere natalibus, quam nobilitare, contra Budæum, vt in rubr. ff. de natal. reſtituend. Et in hoc reſcripto ſolet ita princeps poſt ſalutationem dicere.

Pro-

*Clauſula nobilitatis ſi tuarũ.*

PRobitatis merita, nobiles actus, geſtuſque laudabiles, & virtutum inſignia, quibus perſonæ decorantur, & ornantur, merito nos inducunt, ut eis iſtar opera creationis propria exempla tribuamus: vt eos, eorumque poſteritatem fauoribus congruis attollamus, quatenus huiuſmodi prærogatiua ipſi lætentur, cæterique ad agenda quæ bona ſunt, ardentius aſpirent, & ad honores ſuffragantibus virtutum, bonorumque operum meritis adipiſcendos alliciantur, & aduolent, &c.

*Nobilitari quis qua de cã poſſit*

3 Proœmium igitur harum iiterarum duo continet. Primo propter virtutes, & merita, ac nobiles actus principem eum decorari velle iure nobilitatis, nam virtus nobiles facit, & ſcientia: vnde dicitur nobilis. Bart. in l. iudices. C. de dignit. facit gloſſ. in l. ſocietas. ff. pro ſocio. vnde cum quidã rogaret Sigiſmundum Imperatorem, vt eum nobilitate decoratet, audiuit illum plebeiorum numero eximi poſſe, ſed nobilem eum fieri non poſſe: ſenſit enim prudentiſſimus princeps eum demum merito cæteris anteferri, qui ob eximias animi dotes omnium in ſe conuerterent oculos, quoſue homines ſuſpicerent ob virtutis admirationem. quam in illis cernerent.

4 Ex quibus patet principem non recognoſcentem ſuperiorem nobilitare poſſe, quia cum ipſe ſit nobilitatis fons, omnes riuulos nobilitatis ab eo decet oriri: vt Barto. Rebuff. & alii ſcribunt in l. 1. C. de dignita. lib 12. Ioann. Raynald. in tractat. nobilita. in 4. q. & nouiſſime Do. Tiraquel. in ſuo amplo tracta. nobilita. cap. 6.

*Bonimores nobilitant & pecunia*

5 Secundo vt aliiincendantur ad virtutes, & bona opera, princeps nobilitat: vnde Iuuenal. ait ſatyr. 8.

*Et tamẽ vt lõge repetas, longæq; reuoluas*
*Nomẽ, ab infami gentem deducis Aſylo*
*Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum,* (nolo.
*Aut paſtor fuit, aut aliud quod dicere*

6 Ideo non debet quis nobilitari, niſi ſit bonis moribus præditus; alioqui dicere tur nobilis quaſi nocibilis, licet pleroſque nobilitet hodie pecunia, iuxta l. nobiliores. vbi Bald. C. de commerc. & mercator, & ipſi dicuntur nobiles in pecunia. non forte in virtutibus.

*Nobilitari qui poſſint.*

7 Tertio requiritur, quod ſit ingenuus, & non ſeruus, nec homo manus mortuæ: in literis enim habetur, homo liberæ conditionis. manſit autem Romæ diu conſtitutum, vt ſerui ingenuorum veſte nõ vterẽtur, quippe qui nec colobia, nec calceos habeant, quæ liberis dabantur, crepidis quoque aut mulleis vti ſeruos, aut plebeios erat lege vetitum; ſicut ſeruis erat vſus annulorum prohibitus, in rub. de iure aureo annulo ff. hodie apud Pariſ. & liberi & ſerui mulleis vtuntur.

*Cũ filij nobilitãtur, intelligitur de legitimis.*

8 Quarto. cum poſteritas legitimatur intelligitur de natis ex matrimonio legitimo: nam baſtardos iſta nõ decoratur nobilitare, quemadmodum ſolet in literis dici. Eciudem liberæ conditionis cum tota eius poſteritate, & prole vtriuſq; ſexus in legitimo matrimonio procreata, & procreanda, ac eorum quemlibet de noſtræ Regiæ plenitudine poteſtatis, & gratia ſpeciali nobilitauimus, & nobilitamus præſentes, nobiſeſque facimus, & qui poſteriorum nomine cõtineantur, declarat text. in l. 1. in ſi. ff. de iure immunita.

*Inſignia nobiliũ.*

9 Quinto reddit eos habiles ad omnia priuilegia, quibus cæteri nobiles vtuntur in regno Franciæ, ac vti poſſunt ac conſueuerunt, veluti ſtemmata ſcuto geſtare, enſem deferre: ſed virtus congruentius eſt nobili inſigne, quippe nobilis ſine virtute eſt tanquam ſex olei.

*Artifices non debent nobilitari, ſed militia dedit.*

10 Sexto vult Rex, vt maſculina poſteritas in legitimo procreata matrimonio, ac procreanda valeat cingulo militiæ decorari: quandoquidem Aegyptij, Græci, Scythæ, Perſæ, & Lydi, omnes qui artificio iucumberent, pro ignobilibus ducebant, qui vero militiæ, generoſos: vt ſcribit Alex in lib. Genial. 5. c. 18. ob id Rex vult, vt deinceps tanquam veri nobiles militiæ accingantur.

*Nobiles illi, dñr. qui fieri putatur*

11 Septimo ſtatuitur in dictis literis, vt de cætero nobiles habeantur ab omnibus, teneanturq; ac in perpetuũ cenſeantur: & hoc eſt quod vult Bart. in l. 1. C. de dignita. lib. 10. vbi illi dicuntur nobiles, qui tales reputantur: & dignitas dicitur, quæ reputatur pro dignitate c. cum acceſſiſſent, de conſti. & in c. de multa, de præb. c. 1 de conſuetud. in 6. ſcripſi in 5. cum vero, de

colla. in concor. quomodo probanda ſit hæc nobilitas.

*Priuilegia nobilium.*

12 Octauo Rex vult in literis nobilitatis iſtum denuo factum nobilē omnibus priuilegiis, prærogatiuis, iuribus vniuerſis & ſingulis, quibus cæteri nobiles regni vtuntur, gaudere, etiam vt plenarie deinceps pacifice, libere, & quiete, ac in perpetuum vtantur, & potiantur.

13 Quæ ſint illa priuilegia, Bart. & alii declarāt in d. l. 1. aliqua ſcripſi in d. § cum vero. & alia docet Bonus de Curtil. in tract. nobili. in 6 part.

14 Et ſic iſti noui nobiles ſeu filii eorum potuerunt nominari poſt triennium ſicut alii veri nobiles.

15 Nono quod ipſi nobilitati, feuda, ac retrofeuda nobilia ac poſſeſſiones alias q̄cunq; ſint, & quacunque præfulgeant auctoritate ſeu nobilitate tenere, & poſſidere in perpetuū valeant, ac acquirere, tanq̄ ſi nobiles ab antiquo eſſent: p̄ p̄ feuda antiqua dicit, vt declarauī in arbor. feudor.

*Feuda pōt poſſidere nobilis nouus.*

16 Decimo non tenentur ea bona & feuda extra manus ſuas ponere, nec vēdere: ſicut dī in l. fi. C. de iure emphy. & de religioſis in c vno, de religioſ. domib. in 6.

*Finācia debetur camerę computorum.*

17 Vndecimo hic nouus nobilis financiā debet Cameræ compntorum, & cæteris officialibus Regis, vt eum moleſtari ſuper hoc nō permittant, nec ipſum inquietēt, quomodo, &c & hæc finācia eſt quædā pecunia, quæ taxatur a magiſtris cōputorū.

*Sigillū a quo taxetur.*

18 Vltimo non obſtantia apponuntur in literis, ibi, non obſtant. &c. de quibus non obſtan. vide per Fel. in c. nonnulli. de reſcrip. ſuperius ſcripſi in forma no. prouiſ.

19 Sigillum vero taxatur arbitrio audiētiarij, & cōtributoris, quem *cōtreroleur*, vocant: & ſolet audientiarius poſt ſigillū appoſitū literas deferre ad cameram computorum, & non dare partibus: at partes a camera computorum accipient ſoluta financia, niſi princeps financiam remittat ex aliqua cauſſa. iſta ſunt præcipua, quæ ex his literis elicere potui, non recepta aliqua mercede a nouis nobilitatis.

*De reſcripto legitimationis miſto.*

*Papa ad ſpiritualia legitimat, princeps ad temporalia.*

SEquitur † reſcriptum legitimationis, quod eſt gratiæ, & miſtū: nam papa ad ſpiritualia legitimare ſolet, videlicet ad ordines, & beneficia. c. 1. & 2. de filiis presbyt. lib. 6. de his dixi ſuperius in diſpenſa. ſuper defectu natal.

2 Et princeps temporalis legitimat in tpalibus. c. p venerabilē. q filii ſint legit. glo. in c. 2. diſt. 10. plene Lucas in l. fin. col. penulti. C. de his qui ſponte munera ſubeunt, lib. 10.

3 Extra terras eccleſiæ, vbi papa & in tēporalibus & ſpiritualibus legitimat. d. c. p venerabilē. & de iure etiam temporalia & ſpiritualia etiam dicunt doct. poſſe legitimare, ſed ipſe tot cōceſſit priuilegia quæ deſtruunt eum, & eius prātem: nam princ pes poſtea vſurparunt, & temporalia, & ſpiritualia, dicentes temporalem temporalia decent. igitur ad honores ſeculares, & dignitates, alioſque actus princeps legitimare ſolet. c. 1. in 10. diſt. c. per venerabilem, qui filii ſint legit. & maxime Rex Franciæ, de quo ibi.

4 Et in hoc reſcripto ſic orditur Rex poſt ſalutationem.

ILlegitime genitos quos vitæ decorat honeſtas, naturæ vitiū minime deeolorat: nā decor virtutis abſcondit in prole maculam genituræ: & pudicitia morum macula originis aboletur; notum igitur &c.

HOc principiū extrahitur ex c. Nunquam de uitiis erubeſcamus parentum, ſed ſemper amplectamur virtutem: quia non eſt omnino nec de virtute, aut vitio parentum, aut laudādus aliquis, aut vituperandus 56. diſtinctio. facit l. generalites, §. ſpurios. ff de decurio. ibi ſpurij ad decurionatum, & re & vita honeſta recipientur, quod vtiq; nō ſordi erit ordini.

5 Sed ibi dicitur competitorem legitime quæſitum præferendum, ob id vt paſſim recipiatur, oportet q̄ legitimetur, & a principe ſeculari, & ad habendum & retinendū bona: vt plene ſcripſi in ſcholaſtic. priuileg. 98. & ſuperius. nam qui ad temporalia legitimat, non facit habilem ad ſpiritualia, nec econtra. gl. 1. in c. lege. 10. diſt. c. auctoritatem. 15 q. 6. & Io. Feral. in trac. de iur. reg. Franc. in 15. priuilegio.

*Comes palatinus condēnatus quod ad tem-*

6 Et fuit Comes Palatinus condemnatus, quod ſeruaſſet contrarium: vt docet Aufrer. in ſtylo Parla. Areſto, 251. Item in eodem Parlamento. Alias eſſet vſurpare iuriſdictionem alienam, cōtra. nouit, de iudic. quamuis. in d. cāpitu. per venerabilem

*porãlia legitimasset ẽ regno. Arestũ.*

bilem. glo. & doct. ibi disputent, an papa quo ad temporalia legitimare possit. Et non est dubium in locis, in quibus temporalia administrat, sed ubi præfect⁹ est princeps in temporalibus, non solet legitimare. c. lator; & c. causam, qui filij sint legit. nisi super matrimonio dispensaret: ut docet Bened. in d. c. Raynutius. num. 202. in verb. & uxorem. de testam.

*Causa quibus cõceditur legitimatio*

6 Secundo princeps in hac legitimatione solet inserere causas, quibus mouetur ad legitimandũ, ut propter seruitia facta in bello, seu alibi: & sic ex causa moueri solet, sicut dixi supra de dispensatione. licet sine causa legitimare possit. per l. 1. C. de sentent. passis. & ita decidit Spec. in tit. de lega. §. nunc breuiter, vers. & no. quem refert Ludou. a Sardis, in trac. de legitim. c. requisita, in legiti. uers. nono quæritur.

*De plenitudine potestatis solet quis legitimari nõ inuitus.*

7 Tertio solet princeps in dictis literis talem legitimare de nostræ Regiæ potestatis plenitudine, per quam potest derogare legibus in contrarium facientibus, per glo. in §. fi. in authen. quib. mod. natu. effic. sui, colla. 7, & l. 1. C. de natural. lib. Tamen non solet Rex legitimare inuitum sicut nec emancipare. l. iubemus. C. de emancip. liber. sufficit tamen legitima rati habitio. §. generaliter. in auth quib. mod. natur. efficiant sui. colla. 7. Boer. in decis. Burdeg. q. 16. sed circa.

*Petere quis possit legitimationem.*

8 Licet quoq; patri legitimationẽ filij sui petere. §. liceat. quib mod. nat. effi. legiti. coll. 6. & eo mortuo filiis petet. §. si vero is solummodo, ibi & auth. itẽ sine. C. de natu. lib.

9 Et generaliter solet in Francia impetrari hæc legitimatio, seu dispensatio per quemlibet procuratorem, uel consanguineum, aut amicum, argument. l. 1. C. de precib. impera. offerend. ubi non refert a quo rescriptum impetretur, sed cui concedatur glos. in uerb precum. §. fuit igitur. quib. mod. natur. effician. legit. Bart in l. Gallus §. forlitan. ff. de lib. & posthu.

*Legitimatus non est proprie legitimus.*

10 Quarto vult, ut in iudicio & extra, p legitimo habeatur, & sic poterit sistere in iudicio. habita tamen patri reuerẽtia. l. parentes, ff. de in ius uoc. & sic dicetur legitimus ciuiliter, non vere: nec refragatur. text in §. si quis ergo, & §. & qm̃, in authẽ. qb. mod. natu. effic. sui vbi naturales nihil differunt à legitimis: quia hoc verum est in effectu, sed proprie quo ad veritatẽ secus: quia vnus est legitimus: alter legitimatus, nisi fiat legitimatio per subsequẽs matrimonium: quicquid dicat Ant. Rosel. in suo tract. legiti. & pro prima opinione facit text. in §. sit igitur. in authen. quib. mod. natural. efficiant legit. calla. 6.

*Legitimatus feuda ẽt acquirere posit.*

11 Quinto indulgetur per hãc legitimationẽ, vt hic legitimatus bona immobilia possit acquirere, & acquisita retinere, ideo poterit ẽt feuda habere: quis de iure naturales legitimati non succedant in feudo. §. naturales. si de feud. fuerit cont. inter Do. & agnat. vass. quia in hoc regno feuda redacta sunt instar patrimonialium. ergo legitimati succedẽt, sicut in patrimonialibus de consensu patris: vt docet Guido Papæ in decis. Delphi. q. 59. secundũ vsus, & rõs. 18. super casu. col. 3. & Boer. q. 123. ex prædicta. & Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nu. 182. de testam.

*Legitimatus de suis bonis disponit.*

12 Septimo indulgetur, vt de bonis illis disponere inter viuos, & testamẽto possit ad suæ voluntatis libitum: alioqui naturalibus nõ legitimatis succedit fiscus: vt scripsi in procem. constit. Regia. & in tract. de literis naturalita. in 2. tomo. ordina.

*Legitimatus potest etiã legitimis existentib⁹ succedere.*

13 Octauo vt possit succedere patri, matri, & aliis consanguineis cõceditur, dummodo ex eorum processerit voluntate: qa non contra eorum voluntatem rumperet testamentum per querelã, aut per contra tabulas: sed possunt ei bona donari, vel ip se legitimatus hæres instituj potest.

14 Ideoq; si pater non prouiderit, non succedent hi legitimati consanguineis ẽt existentibus, quia non sunt ad hoc legitimi facti, nisi vt succedant ex volũtate legitimatis; de qua voluntate non apparet, quando disposuit, ergo illi non succedent. argu. l. cum præter. ff. de iudic. c. nonne. de præsumptio. nam legitimari potest filius ea lege, vt non succedat teste Francis. Crem. sing. 16 parte, & c. sed si instituti fuerint, vel donata eis bona, excludũt in hoc consanguineos: quandoquidem nituntur eius voluntate, cuius sunt bona, qui potest etiam exteris ralinquere multo fortius & huic legitimato, dummodo legitima relicta fuerit legitimis.

*Princeps in præiudiciũ consanguineorum legitimare nõ debet*

15 Nono excipit dummodo non fuerit ius alijs acquisitum, quæ clausula ex cessitate est apponenda: vt dicit glos. in reg. Cancel. 18. quam refert Bened. in repe. d. c. Raynutius. in verbo, & vxorem, no. 186 quia non intendit princeps legitimare in præiudicium filiorum, vel consanguineorum, quibus est ius quæsitum. §. si quis. ergo filius legitimus non habet, in authen.

quibus modis nat.effic.ſui.colla.7.

16 Vnde ſi qs habens filiũ legitimũ, velit legitimare naturalẽ, niſi faciat mẽtionem de filio legitimo, nõ valebit legitimatio, per d. ſi quis ergo. & §. ſi qs vero. quib. mod. natu.effi. legit. colla. 6. & hoc tenet Ant.Roſel.in tract.legitima.in 2.req.ſito.

17 Nec poterit hic legitimatus ſuccedere cum legitimo: vt decidit Guido Papæ q.482. vtrum ſed in regno cum ex voluntate tantum petentium legitimationem, ſeu parentum ſuccedant, etiam ſi non eſſet facta mentio filiorum, valere poterit: non tamen præiudicabitur filio, nec conſanguineis niſi parentes diſponant.

*Citari conſanguinei in comprobatione legitimationis debent.*

18 Ideo dicũt quidã faciendã eſſe citationẽ in impetratione reſcripti: ſed hoc nõ ſeruat vſus forenſis in Francia: tñ in comprobatione reſcripti citari debent cõſanguinei, quorũ niſi facta ſit mẽtio, nõ valebit: vt ibi Roſel.cõcludit.Bart.& alij in l. Gallus.§. & quid ſi tm̃. ff. de lib. & poſth. vide Boer. in deciſ. Burdeg. q. 122. an in cõceſſione, imo dicit Bal. in §. filij nati, ſi de feud.fuc. controuer. q̃ Imperator legitimans naturales extantibus legitimis eſt vnũ pecus nõ habens præ oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis: refert Fel. in c. 1.col. 9.nu 31.verſ. q̃nta declaratio, de cõſti. & Ferra.caut.1.qa D. Paul.ait, *Nõ erit hæres. filius ancilla, cũ filio libera.* c.dicat.32.q.4.

19 Quinimo & ſi pater nõ habens filios legitimos legitimauerit ſuos naturales, & poſtea procreet naturales & legitimos, legitimati non ſuccedent. vt tenet Dinus. quem refert Barto.in l.ex facto. col. 2. ff. de vulgar p̃ l. ſi vnquã C. de reuoc.dona.

20 In qua l.ſi vnquam.Do. Tiraquel.nu. 223. in verb donatione largitus, abunde tractat hanc quæſtionem, & demum ſuum interponit iudicium, quod ſi pater & princeps legitimantes cogitauerint de filijs, non reuocatur legitimatio: ſi non cogitauerint id quod veriſimilius eſt, tunc nõ ſuccedunt legitimati cum legitimis.

*Poſt legitimationem procreati filij legitimi an ſuccedãt rupta legitimatione per legem ſi unquã*

21 Sed ad certiorem huius dubij deciſionem videretur faciendi caſus ſequẽtes: primus eſt, quod legitimatio p̃ ſuſceptionem legitimorum non reuocatur, quomodo ſit ſemper legitimus, & valebit legitimatio quo ad filium legitimatum, vt poſſit ſuccedere de voluntate patris, ſicut extraneus ſuccederet, ſi inſtitueretur: & ſic poteſt intelligi opinio Rayne. & Bart. ac aliorum in d. l. ex facto.

22 Maxime quia non ſolet in Francia legitimari ad ſucceſſionem, niſi voluntate eius, cui ſuccedere debet, interueniat: ut in ſeruis explicatur, ideo põt hęres inſtitui a patre hic legitimatus, ſicut extraneus.

23 Secundus caſus eſt, quod filius legitimatus ab inteſtato non ſuccedet cũ legitimo: quia ſi vere omnium bonorum donatio fuiſſet facta, rumperetur per ſuperuenientiam liberorum. d. l.ſi vnquam. C. de reuocan. dona. fortius impedietur ius ſuccedendi, ſi naſcatur legitimus, ſecundum dictum Pauli. *Non erit hæres filius ancilla cum filio libera*, etiã quia ad hoc non eſt legitimatus, & ſic intelliguntur opiniones Dini, & aliorum, erit tamen quo ad alia legitimatus.

24 Tertius caſus eſt, quod ſi legitimatio fiat per ſubſequens matrimonium, ſuccedet ille legitimus factus cum alijs poſtea in matrimonio natis: & in omnibus eadẽ iura cum his conſequetur, per c. tanta, vbi plene docto. ſcribunt. qui filij ſint legit. l. cum quis. C. de natural. libe. vbi Bald. & l. Diui, ibidem. & per iſta ſublatæ ſunt omnes rationes dubitandi, & conciliatæ: ſicque in Francia ſeruamus, vt in omnibus ſufficiat hæc breuis diſtinctio ſelecta ex multis ſcriptis quodãmodo inter ſe multum confuſis, vt quilibet videre poterit.

*Legitimati an ad honores admittantur.*

25 Decimo vult hæc legitimatio, quod ad omnes honores, officia, & alios actus legitimos iſti legitimati admittantur, ac ſi eſſent ex legitimo matrimonio p̃creati: quippe legitimis exiſtentibus ſpurii non recipiũtur ad honores, l. generaliter. §. ſpurius, ff. de decur. Nam in honoribus, & muneribus gerendis imprimis conſideranda eſt perſona eius, cui defertur honor. l. honor. §. de honoribus. ff. de muner. & honor.

26 Sed cum ſint legitimati, etiam exiſtentibus legitimis recipi poterũt, nec poſſet quis appellare, vel opponere, quominus reciperentur: quia reſcriptum vult, vt perinde recipiantur, ac ſi legitimi eſſent: & quia non eſt impedienda dignitas eius qui nihil admiſit, l. ſpurij. ff. de muneribus & honoribus.

27 Vnde cimo cauetur his literis legitimationis, quòd filij orti ex eorum legitimo matrimonio poſſint ſuccedere in bonis ſuis quibuſcunq; iure hæreditario: & hæc cla. magni eſt momenti ad tollẽdum diuerſas opiniones: quia tã de iure quam de conſuetudine filij Spuriorum etiam in regno nati ſucceſſionis ſunt incapaces, ſi-

cut

cut & patres eorum, gl. & docto. in l.fi.C. de natu.liber.Bart.cons.118.adiutus Bal. & alij in l.Gallus.§. quidā recte.ff.de lib. & posthu.& ista uidetur cōmunis opinio, teste Alexan.cons.74.circa primum,in 3. volum.Guido Papa consil.18. super casu, in fin.Chassa. multa refert in consuetud. Burgund in rub.*des fiefz.§.5.* num.70. sed hoc tollitur hic.

28 Et ibi dubitatur, an filius spurij possit auo succedere? Respon.quod non:sed non est dubium quin possit succedere suo patri,quia cessant rationes positæ per docto. ergo & dispositio, maxime per hanc legitimationem, per quā & auo succedere poterit, de voluntate tamen illius, & alijs consanguineis.

29 Duodecimo limita nisi ultra defectū huiusmodi natalium aliud quippiam reperiatur prędicto bastardo, ut si quoq; esset hæreticus vel regni inimicus, non posset succedere per l.1.C.de hæred.instit.

*Legitimatus regni inimicus nō succedit.*

30 Decimotertio finantia soluitur sicut dixi in rescripto nobilitatis,& sic in legitimatione requiritur scriptura, qua probetur gratia,per l.unic.C.de mandat.princi. & quia legitimatio fit p rescriptū.§. illud, in fi. quib.mod.natural.efficiāt.sui.coll.7. quod rescriptum non potest esse sine scriptura: ut superius scripsi: & hoc expresse scribit Ludouic.de Sardis in tract.de legi. c. requisita, in legitima.impetran.in q.12. uide quæ plene scripsi in Concor. in §.1. in uerb.literas,de mand. Apostolic.

*Scriptura in legitimationē necessaria.*

31 Decimoquarto si hoc rescriptum sit subreptitium, nō valebit: vt consuluit Signo. consil. 219. ideo oportet exprimere qualitatem spurietatis,teste Feli.in c.postulastis col.4.eodem.Quamobrem expri mi deber,si natus sit ex consenguineo, vel cōsanguinea,vel ex adultero.seu moniali aut monacho:alioqui legitimatio nullius erit momenti ut Ant. Panor.& alij dicūt in d.c.per venerabilem,qui filij sint legit. debet quoq; fieri mentio de nobilitate parentum,teste Ioan.And. in c.fi de filijs presbyrer. ac.Felin in d.c.postulasti, col. 4.cum seq.de rescrip.

*Legitimatio subreptitia non valet.*

32 Decimoquinto requiritur etiam clausula,non obstan. quæ etiam ex consuetudine inferi solet.l fi. C.si contra ius.gl. in §.fin.quibus modis natural. effician.sui, colla.7.l.1.C.de natural libe.Ludrde Sardis in tract.legitima.c.requisita, in legitima.impetran.q.11.& seq.

33 Decimosexto quid operetur hæc clausula, non obstan. quæ etiam ex consuetudine inferi solet.l fi. C.si contra ius.gl. in §.fin.quibus modis natural. effician.sui, colla.7.l.1.C.de natural libe.Ludrde Sardis in tract.legitima.c.requisita, in legitima.impetran.q.11.& seq.

34 Vltimo quamuis legitimatio fieret olim per oblationem Curiæ,nempe si quis offerebat suum filiū curiæ,vt in §.generaliter,quibus modis natural. efficiant.sui, colla.7.item cum quis eum nominabat filium quem ex ea susceperat,cum qua matrimonium consistere poterat, etiam legitimabatur,& per §.ad hoc autem,in auth. vt liceat matri & auiæ.colla.8.plenè Lud. à Sardis ī tract.de legit.c.de legitima per patris nomina.

*Legitimatio p oblatiō nē curię est sublata.*

35 Hos tamen modos non vidi in curijs Franciæ seruari,sed si matrimonium probetur, fit legitimatio,nō alias, per c. tāta est vis, qui filij sint legit.vel per principis rescriptum: vt hic: quos duos modos frequentissime vidi contingere.

36 Et per rescriptum princeps noster legitimat tam naturales,quàm spurios.& ī cestuosos, quacunque alia macula irretitos,sicut Imperator p tex.ī.l.qui ī pro uinciæ.§.diuus ff.de ritu nupt.quicquid dicant nonnulli iuris interpretes.facit gl. in §. fi.in auth. quibus modis natural. effic.sui, collatio.7.Io.Ferald.in priuil.15.

*Rex Frāciæ legitimat quoscūque spurios.*

37 Et hæc legitimatio similis est Alchimiæ,quę facit apparere illud,quod nō est, transmutare tameu vnam speciem ī alteram non potest: Sicut legitimatus figurā legitimi gerit,sed non habet eam substantiam, quæ proficiscitur à rerum natura, quæ diuina & immutabilis est: vt docet Bald.in c.1.col.5.nu.23.de consti.

38 Alia multa sunt rescripta & concessiones,quæ cōcedūtur & à Papa,& à principibus secularibus tam mistim, quam ēt ab uno solo: verum quia nonnulla parui sunt momenti,alia in curijs perraro exercentur,aut beneficia non cōcernunt, quæ hic totis prosequor neruis, ideo ea missa nunc faciam:ista interim, lector amantissime,benigno (vt soles) animo susciptes.

39 Verum ne quicquam ex his, quæ necessaria sunt ad hanc materiā omittamus beneficiariam,afferam quædam de cōcessione, quæ fit per breue, quod interdum ad gratiā respicit; ut inferius videbitur.

## *De breui Apostolico, & alijs.*

BReue † seu breuis dicit scriptura parua,summam rerū continēs, siue Cōmentariolus, *Breue qd dicatur.*

mentariolus, vt placuit Budæo in annot. prior. ad Pandecta. probat tex. in l. fi. C. de conuenient. fisci. debitor. l. 10. iuncta, l. 11. de apochis public. ibidem huius significationis secundum eum exempla. ponuntur in l. actuarij, & l. iubemus, ac l. excellentia. C. de eroga. militat. anno. li. 12. l. fi. de Castr. ibidem l. una in fi. de colleg. in. 11.

2 Idē quælibet breuis scriptura potest etiam breue uocari. c. humanæ, in fi. 22. q. 5. vnde scripturam continentem numerū modiorum salis, & quantitatē breui conscriptam, breuet, vocat ordina. regia. in tit. *du scel.* ordina. 2. artic. 19. & seq. & art. 39. & quid debeant continere, ibidem describitur, & ordin. 3. articu. 22. & seq. & in d. l. excellentia. C. de eroga. militar. anno. lib. 12.

*Breue testatum.*

3 Breue testatum vocatur, quod summā rei, aliquando testiū nondum tabellionis scriptione confirmatum, quod rectius cliē telare instrumentū dicitur: vt placet Olden. & Spiegel. in hoc verbo, probatur, in §. 1. quid sit inuestitura vbi breue testatū accipitur pro instrumento publico breui concepto, fidem vassalli & domini continens, secundum Bald. & alios ibidem, & Zazi. in tract. de feudis, tit. qualiter feudū constitua. idem in §. item si vasallus, si de inuestitura feudi contro. fuerit.

*Breuet Gallipri mā scriptura notarij uocant.*

4 Galli ēt schedam notariorum, seu primam scripturam a notariis Regijs factā, breuet vocare solent, quia breui concipi solet, & conscribi, & cum clauſ. &c. de qua scripsi in l. cæterorum. ff. de verbo. signifi. vulgus etiam Pergamēsium vocat breue, teste Alber. in dictionar. in verb. breue. & postea ad effectum executionis, & alio rum extendi debet in instrumentum publicum: & hæc scriptura apud notarium remanebit: vt in c. quoniā contra, de proba. l. contractus, vbi doct. C. de fide instru. & in titul. de tabellion. colla. 4. doct. in c. 1. de fide instrum.

*Requisita in breui notariorum.*

5 Et in hoc breui tenenrur notarij con scribere sequentia. primo noia & cognomina contrahentium: nam ad recognoscendos singulos nomina cōparata sunt, l. ad recognoscendos, C. de inge.

*Status & qualitas partium in breui notarius conscribere dēt*

6 Secundo dēnt notarij qualitatē partiū, & statum earū describere: vnde si cōtrahens sit procurator, mercator vel ad uocatus, dēt illā qualitatē notarius expri mere: vt postea iudex pro qualitate perso næ facilius iudicare possit, l. 2. ff. de re iud.

7 Nam si æger promiserit Medico, non valebit promissio, l. Medicus, ff. de variis & extraordinar. cognitio. vel si litigās aduocato, vel procuratori quotam litis promiserit, l. item, C. de procurat. ideo ista notarius exprimere tenetur.

8 Tertio dēnt notarij scribere contractum planè, vt facile possit intelligi, vt p totum tit. de tabellion. in auhten. colla. 4.

9 Quarto a quo sit promissum, & quis, vel a quo, & contra quem, dicit tex. in simili. in l. 1. in fi ff. de appel.

*Promissio sine causſa non valet.*

10 Quinto causſa dēt exprimi, alioqui promissio sine causſa non valet, l. 2. §. circa, ff. de doli excep. quia idiscrete dē quis sine causſa promittere, l. cum de indebito, §. pen ff. de proba. plene scripsi in trac. de literis obligator. artic. 1.

11 Sexto debet in breui dies solutionis & complemēti contractus conscribi, arg. l. ex emp. §. offerri, ff. de act. emp. alias in omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præsenti die debebitur, l. in omnibus, ff. de iudic.

12 Septimo solent notarii obligare bona vtriusq; contrahentium, si contractus hoc exigat, l. Labeo 2. §. 1. ff. de verbor. signific. & aliquando corpus. vt scripsi i tract. de liter. obliga artic. 1. & seq. in prin mo tomo constit. Regiar.

13 Octauo dies contractus solet etiam in hoc breui apponi. gloss. in l. generali, C. de Tabular lib. 10. De hac data scripsi in forma Mandat. in fi. in Concord.

14 Nono subscribere solent notarij, per l hac consultissima. C. de testa. & hoc breue sic confectā non habet executionē, nisi in instrumētū publicū redigatur, & sigillo muniatur Regio, vel alio authentico: vt scripsi d. artic. 1. de liter. oblig. Alia quæ in instrumentis publicis poni solent, con scribit gl. in d. l. generali, & doct. in c. 1. de fide instru & Barba. in illius repet. rub.

*Breue Apostolicū qd sit.*

15 Aliud est breue Apostolicum, quod dicitur Diploma, seu rescriptum, a Papa, seu pænitentiario magno emanatū, quod sic describi potest. Breue Apostolicum est scriptura modica, in paruis concessa negotiis, in papyro frequenter scribi solita, cera rubea, annuloque piscatoris sigillata, ac signo secretarii subscripta.

16 Primo dico Apostolicū ad differētiā alterius breuis, de quo supra dixi: & hoc solet cōcedi & a Papa, & a Cācellaria, ac a summo Pænitentiario: & horū quodlibet dicitur Apostolicum, & sic breuia debent literæ Apostolicæ. [Quæ ēt in articulo

mortis

mortis à Papa conceſſæ valebũt, vt conſuluit Dec. conſ. 175. in cauſa. col. 6. nu 7.]

*Scriptura inbreui requiritur.*

17 Secundo dicitur in definitione, ſcriptura, quippe ſine ea breue non poteſt cõſiſtere, ſicut de bulla ſuperius tradidi in materia nouæ prouiſionis, & in forma manda. Apoſtoli c. §. 1. in verb. literas, in concorda.

*In paruis materijsbreue concedi ſolet.*

18 Tertio modica dicitur, quia breuibus verbis, fit teſte Bal. in c. 1. de controuer. inueſt. vel q in breuibus materiis concedi ſoleat, & ſummatim negotium contineat, vtpote ſine præfationibus, & ſic dicitur in modicis conceſſa negotiis, quia in arduis bulla vtimur: & in ſigbatura ſolet dixi, quod in forma breui expediri poſſit: ſi materia hoc exigat.

*Breue in papyro conſcribi ſolet.*

19 In papyro deſcripta ad differentiam bullæ, & confeſſionalis, quæ in membrana deſcribi ſolent: vt experientia nos docet, & nterdum tamen vidi breue in mẽbrana conſcriptum, nec ob hoc vitiarj, ſed frequentius in papyro, vt ſic alius caſus minus frequens non excludatur, per auten. cauſſa. C. de ſacroſanct. eccleſi.

20 Poſtea dicitur cera rubea, ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi ſigillatur: Demum tolluntur non obſtantia, ſicut in bulla, ibi, non obſtantibus.

*Sigillum quarevocetur annulus Piſcatoris.*

21 Item ſignatur annulo Piſcatoris, ad differentiam aliorum ſigillorum & vocatur hoc ſigillum annulus Piſcatoris, quia diuus Petrus, quia piſcator erat, hoc ſigillo primus, vt veriſimile eſt, vſus fuit: & ſicut abſq; præfationibus & ampullis verborum vtebatur. ita & nunc Pontifices ſummi poſt eum, in hoc breui vtuntur.

*Signatura nomine nõuenit annullus Piſcatoris.*

22 Quam breuium materiam Alexander ſextus Põtifex id tẽporibus maximus ampliauit multum: & primus ſecretariorũ collegium inſtituit: vt patet ſuis regulis, & ad differentiam ſignaturæ, quæ ſigillari non ſolet: & ſic appellatione ſignaturæ non continetur breuis, niſi materia & ratio iſta contineant: quia hæc ſunt diuerſa glo. in regul. Cancell. 25. & regul. 29.

*Breuia & gratiam & iuſtitiã reſpiciũt*

23 Et quamuis olim non concederent breuia, niſi in materia iuſtitiam concernẽtes: tamẽ hodie per breue non ſol ũ expediuntur negotia circa iuſtitiam, ſed ẽt circa gratiã; vt idẽ ſcribit Gomeſ. vbi ſupra, vnde uidi ſæpius concedi priuilegium a Papa bibliopolis per breue, vt liceret typis mandare librum, nulliq; alteri per certum tempus; interdum priuatiue aliis omnibus prohibebatur a papa, ne per decem annos imprimerent ſub pęna excommunicationis; vt licet videre in Iaſonis conſiliis, vbi eſt tale priuilegium, & alibi in multis libris.

*Cauſſa qua per breue expediri poſſint.*

24 Quæro, quæ cauſſæ per breue expediantur? Reſpon. ſupplicationes, ſiue commiſſiones de ſimplici iuſtitia. poteſt Cancellaria ſiue ſpeciali papæ commiſſione cõcedere & literas, ſecus in breuibus; quia per breuia cauſſa pendẽs in partibus committitur, quam non põt Cancellaria committere; ut ẽt firmat Aegid. concluſ. 46, Gomeſ. in tract. breuium, nu. 2. & ſeq. ubi breuia æquiparat bullæ expeditæ per cameram, per ea quæ no. Cardina. Alex. in c. in memoriam, col. penul. 19. diſt.

25 Et ideo ſicut falſa latinitas non vitiat bullam, quæ tranſit per camerã, quia non examinatur per diuerſos officiales, ita nõ uitiat breuia, ſicut alias uitiat bullã, quæ conceditur per cancellariam. c. ad audientiã 1. de reſcrip ſuperius ſcripſi, & intrac. de reſcrip. & liter regiis, in 2. tomo conſt. regiar.

*Diſpẽſatio & rehabilitatio p ſignaturã concediturr.*

26 Item diſpenſatio fieri põt per ſignaturam, & habilitatio, & valet abſq; literarũ expeditione: cum gratia ſit perfecta per fiat, vel conceſſum; vt conſuluit plene de Ripa in lib. 2. reſpon. c. 11. de iure ſufficit, nec dicitur intruſus, qui duo beneficia habet cum ſimplici ſignatura, ſi in illa ſit diſpenſatus. nec incidit in extrauag. Execrabilis, gl. in reg. cãcella. 53. ſcripſi in interpreta. c. poſtulaſtis, in gloſ. retinere, de cleri. excommunica miniſtran. vbi in cõ ſcientiæ foro dixi tantum prodeſſe ſignaturam, quantum bullam: ibi uide.

*Rehabilitatio p breuenõ ſolet cõcedi.*

27 Imo Alexand. papa 6. ſtatuit, quod non daretur priuatio illius, qui cum ſola ſignatura ſe intruſit, quod in regno recipitur, in quo poſſeſſionem ex ſimplici ſignatura recipiunt; hodie habilitatio non fit ex ſtylo curiæ Roma. per breue; & hoc prohibuit Alex. 6. ut in ſuis regu. quilibet uidere poteſt.

28 Aliquando tamen ad duos menſes, ad duas dignitates in eadem eccleſia, & ad quatuor mẽſes; ad duos canonicatus, & pbendas per breue diſpenſatur: ut no. Staphile in ſuo tract. uerſic. inſuper concedi tur. Per breue quoq; diſpenſatur ſecundum eum cum homicida, & habilitatur: q prohibuit Alex. ut dixi; ſed ſi impetrãs ſit pauper, concedi poterit per breue.

*Breuis imperfe*

29 Et cum quædam inuenitur imperfectio in hoc breui, poſſum impetrare literas

*ctio per inde ualere con firmatur.*

ras perinde ualere, uel confirmationem gestorum per aliud breue: licet quidam teneant contra: nam & si gesta ab alio so leant-quàm à papa confirmari, tamen ab ipso papa gesta per breue non confirmabuntur. Ego putarem papam hoc posse: sed melius esset impetrare confirmationē perinde ualere.

*Dispensatio de non promouendo & p breue & signaturā conceditur.*

30 Item dispensatio de nō promouendo per annū cōiter ex sola signatura dabitur per breue ad biennium: ut in regul. Papæ Alex. 6. continetur, & prorogatur ad annum etiam per breue, per bullam vero vltra, quantum Papa vult. concedere.

31 Et in Francia solemus uti signatura, in qua & annus, & biennium concedi solet. pro ut Papæ placuerit: potestque Papa hoc postea tempus prorogare: sed in prorogatione non debet dari maius tempus, quam primitus concessum fuerit: vt docet cons. 121. nobiles, col. vltima, in 3. volum. per tex. in authen. qui semel. C. quo modo & quando iudex: & l. sancimus, de fideiussor. accessorium enim non debet esse maius suo principali: vt not. in l. cū principalis. ff. de reg. iur. Hippolytus sing. 52.

*Prorogatio de nō promouendo non dēt esse maior quā prima concessio & ab ipso concedē te dari.*

prorogatio.

32 Et debet fieri ab eo, qui concessit, vel à superiore, vnde si dispensatio, a papa de non promouendo fuerit concessa, non poterit prorogari a summo pœnitentiario: vt docet Fel. in c. cum olim, in 10. q. Panor. de maior. & plene Gomes. in 2. par. nu. 11.

33 Vbi dicit tunc summum pœnitentiarium posse concedere per viam nouæ concessionis, sed non prorogationis, gl. in c. hi qui, de præb. lib. 6. nec valeret prorogatio nisi prima gratia referatur, esletque subreptitia: quia si papa memor fuisset se iā semel cum aliquo dispensasse, non est verisimile, quod tā facile iterum dispensasset, arg. l. 3. C. de Episcop audien. Oldrad. cōsil. 215. puncta.

*Prorogatio prima concessione durante fit.*

34 Debet quoq; fieri hæc pr[illegible]ri ma durante concessione [illegible] te. ff. de preca. & debet [illegible] rogatione, quod tempus p[illegible]rogatum computetur a fine primi tēporis cōcessi, alias curret a die cōcessionis prorogationis. gl. in c. cum ex eo, in verb septennuium, de elect in 6. & in clem. vt hi qui, in verb. constitutus, de ætate & qualit. glo. & doct. in c. veniens, de præscrip.

*Absenti licentia visitadi S. Sepul*

35 Item ad visitandum sanctum sepulchrum, quando orator est præsens, conceditur per solā sienaturā: sit vero sit absens, per breue; & hoc statuit papa Alex in suis regulis. & quando conceditur religiosis, dicitur de licentia superioris eorum, ne vagentur, cap. si cupis, 16. q. 1.

*crū per breue cō ceditur.*

*Appellationes extraur bem non cōmittūtur per breue.*

36 Item per breue non cōmittuntur appellationes extra vrbem, nisi pro pauperibus, & miserabilibus. Aegid. conclu. 44. al legatio paupertatis, per l. si procuratorē. §. si ignorantes. ff. manda. vel nisi altera pars habuerit commissionem per breue in partibus: tunc vt æqualitas seruetur inter partes, altera quoq; dabitur. argu. cap. non debet licere, & in c. in iudiciis, de regul. iur. in 6. cap. 1. de iudic. ibidem. & hoc statuit Alexan. VI. tit. de referenda gratiæ, & iustit.

*Facultas testādi qñ p breue cō cedatur*

37 Item cōceditur per breue facultas testandi de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ usque ad certam summam, modicam tamen, nec est componenda si de modico; quia de modicis maxime Romani & mulieres non curant. l. scio. ff. de testi. in inte. secus si de magno.

38 Et religiosis quando hæc facultas datur, statuitur certa summa arbitrio papæ taxanda & quod de licentia sui superioris testetur: arg. c. cum ad monasteriū, de statu monach. cle. religiosus. de procu. Aegid. conclu. 247. frater. & quādo possit cōcedere, declarat Panor. in c. cum esses, de testam. in repet.

*Alienari res ecclesiæ an p breue conceda tur.*

39 Item licentia vendendi res ecclesiæ, & pecuniam exponendi in euidentem ipsius ecclesiæ utilitatem solet per breue cōcedi: quando valor rei alienandæ non excedit centum ducatos, aut in annuo censu quinque ducatos supplicationi introclusæ, teste Staphil. in d. tract. versic. datur per breue.

*Altare portabile p breue ande tur.*

40 Altare portatile non solet dari in forma confessionis per breue, nisi ex singula ri gratia nobilibus, aut graduatis, aut alias dignis personis, ut celebrare valeāt in oratoriis, uel domibus. arg. tex. in auth. vt priuat. domib. sacra mysteria no fiāt, colla 6.

41 Et prædicatores ac minores habent priuilegium, vt cum alteri viatico possint celebrare sine episcopi licentia, ca. n his, de priuileg. etiam illud priuilegium cum aliis obtinuit mihi egregius, & doctissimus Dom. Ioan. Suauis Romanus, auditor Romæ excellentissimus, & mihi amicissimus.

*Vescendi carni bus & lacticiniis*

42 Item licentia vescendi lacticiniis, ouis & carnibus per breue datur, de consilio tamen vtriusq; Medici, animæ videli

tce

*per breue indulgetur.*

cet &corporis.gl & doct.in c fi 82.distin. Corset.in sing incip. Caro.doct. in c. cum infirmitas,de pœnit.& remiss.

*Doctor vt quis fiat per breue quo concedatur.*

43 Licentia Doctorandi non datur, extra terras ecclesię per breue, i vrbe aut sic,adhibitis ad hoc duobus, vel tr bus doctoribus eiusdē facultatis, teste Staphil. in d.tract.de literis gratiæ,rubr. de rescr. in forma breuium,fol. 190. vers. licentia, vbi tenet licentiatos haberi quo ad hoc pro doctoribus:quod videlicet de proximo cingendi pro cinctis habeantur.l.pen. ff.de testa.militar.&bonus tex.in l.qui pœnæ,ff.de manu.quod non credo verū,per tex.quem allegat in l. nemini.C.de aduocat diuers.indi.vbi doct.& Bal.in l. Athletæ,in princ.ff.de excusat.tutor. scripsi gl.licentiato,§. 1.de collation.in Concorda.

44 Ratio est, quia is qui non est doctor, non potest facere doctorem,nec sibi dissimilem:l.ædiles,§.qui mancipia ff.de ædili.edicto. Panorm in cap.cura pastoralis, in fi. de iurepat.sic nec doctorum priuilegiis gaudere.

*Fructus vt in absentia quis percipiat per breue andetur.*

45 Indultum de fructibus percipiēdis nō datur per breue.sed per bullam, si stet in curia Rom.vel in altero beneficiorum residear,seu in studio generali: non tamen comprehendit hoc indultum, vt quis distributiones quotidianas recipere possit.c. vno,de cleric.non residen.in 6 glo.in c. 2. de priuil.ibidem. plene scripsi in scholast. priuileg. & superius in materia de non residendo.

*Licentia promouēdi a quocunque antistite per breue īpartitur.*

46 Item per breue datur licentia promouendi ad quoscunque ordines extra Roma.curiam a quocumque catholico Antistite,& gratiam sedis Apostolicæ habente; de quo operentur hæc verba, declarāt gl.& doct.in c.veniens, de præscrip.supra dixi,tit.de liter.dimissor. solet tamen addi clausula,de licentia sui ordinarii.c. nullus,de parroch. & hoc est introductum cō tra infames & pessimos, qui communiter consueuerunt fugere loca propriæ nationis,c.cum deputati,de iud.&ad alios ordinarios confugere:ob id scribitur clausi. in cap. 1.& per totum,de tempor.ordin.in 6.

47 Sed episcopis & superioribus in vrbe degentibus,solet concedi licentia promouendi sub sola signatura, & quod vno die promoueri possint dominico,vel festo:nā istis episcopis solet deferri:cap.2.de offic. delegat.in cap.6.c.quia,de sentent.excom. ibidem scripsi supra in dispensat. de non promouen.

48 Per breue datur facultas & dispensatio alicui promoto ad locum regularem, vt non teneatur suscipere habitum intra sex menses, per alios eiusdem ordinis gestari solitum, nec professionem emittere regularē:ēt solet prorogari ad sex alios menses,intra tamen tempus primum sex mensium.arg.l. sed si manente. ff.de precar.& sex vltimi computantur a fine primi semestris.argu.cap.cum ex eo, de electio.in 6.

*Habitū ne p sex menses suscipiat vel professionē faciat, conceditur.*

49 Imo solet etiam ijsdem literis concedi,vt extra monasterium possit habitare deseruiendo ecclesiæ cum cura, vel sine, habita tamen licentia sui superioris. cap. secundo, de statu monachor. Rota decis. 483.in no.

*Morādi in alio monasterio breue facultas impartitur.*

50 Per breue quoq; irregulari certum ordinem professo,datur licentia morandi in alio monasterio,ad quod absq;licētia sui superioris conuolauerat:& conceditur absolutio ab apostasia,& ab aliis ecclesiasticis censuris,& pœnis quas præmissorum occasione quomodolibet incurrerat, & super ea irregularitate, quam forte contraxit celebrado, dum talibus censuris esset innodatus,nō tamen incurrit pœnas, c.2. ne cleri.vel monach.in 6.Rom.cons.341 circa primum.

*Monialī professa ad aliud monasteriū trāseūdi conceditur gratia, uel vt in patris domo moretur.*

51 Moniali etiam professæ datur per breue cum causla licētia transeundi ad aliud monasterium monialium alterius ordinis cum consensu superiorum, & cum mutatione habitus:no,in ca.Deus qui,de uita & honesta.cler.quia non conuenit rationi vt homines disparis professionis & habitus simul in ijsdem monasterijs sociētur. cle.1.de elect.

52 Ex iusta quoq;causla,per breue concederetur,vt monialis in domo patris, seu fratris,seu matris extra monasteriū quod vixerit religiose viuere possit, de licentia tamen sui superioris,& ea durante.c.periculose.de statu Reg.lib.9.& si iusta causla adesset,vel si alię alium suscepisset habitū aut monasterium esset destructum; aut si pater uel mater essent valetudine longa detenti,& indigerent sua filia.

53 Vt uidi concedi Virduni cuidam moniali genere nobili,quæ post obitum patris nubere uoluit: sed ego consului ibi hoc fieri non posse,quia in monasterio per uiginti annos habitauerat, & professionē emisaret, licet diceret se hoc coacte fecisse,sed quia prolixitas tēporis quemcunq; metum purgauerat,ideo non potuit.

Exem-

*Exẽptio ab ordinario p breue cõcedi solet*

54 Exemptio ab ordinario ex causa per breue dari solet,teste Staphil. in uersi. datur,in d.tract. breuium.

*Dispensatio super defectu oculi per breue in dulgetur*

55 Dispensatio etiam super defectu oculi per breue cõcedi solet,ad omnes etiam sacros,& presbyteratus ordines; & quod in illis,etiam in altaris monasterio deseruire libere,& licite valeat: dummodo in oculo non tanta appareat deformitas, q̃ ex hac possit scandalum generari:ca.2.de corpor.vitia. Et quando est absens, committi solet illius ordinario, qui diligẽter aspiciat oculum,& defectum: si est in curia,ostẽdit referẽdario,qui postea refert: vt superius dictum fuit in dispensa. cum corpo. vitiatis.

*Commutationes legatorũ vt in aliam piã cãm fiãt concedũtur per breue.*

56 Commutationes quoque legatorum ꝓ aliam causam,vt in aliam fiant,per breue concedi solent,alias sine sedis Apostolicæ auctoritate non fiat,Cle. quia contingit,de religiosis domibus. Aufrer. decisio. Tholos.26.Doct.in capit. nos quidem de testamen.

57 Intellige quando erat ad opus certũ, quia tunc non solet commutari, vt voluntas defuncti seruetur: alias secus.l.in conditionibus.ff.de cond.&demon.vltima.n. voluntas debet exequi. l. vel negare. ff. quemadmo.testa.aper.cap.vltima voluntas,13.q.2.ex causa tamen solet immutari etiam in certis: vt quandoque vidi, & hoc de papæ auctoritate.

*Prorogatio de cõsecrãdis episcopis concedi per breue solet.*

58 Prorogatio temporis de consecrandis episcopis solet dari per breue, ad biennũ computandum a fine trium mensium datorum de iure.cap.cum in cunctis.S.1. de elect. Et hęc prorogatio in Francia dari non solet,nisi episcopis prouisis & confirmatis a papa,sicut nec de non promouendo ad sacros ordines,teste Staphil. in tracta.de literis gratię,in fin.

*Dispẽsatio ab eo qui olim contraxerunt matrimonium cũ virgine & vnica iam defuncta:*

59 Datur etiam per breue dispensatio ad omnes ordines,& ad beneficia, illis tamẽ qui olim contraxerunt matrimonium cũ virgine & vnica iam defuncta:sed cum bigamis non solet papa dispensare; c. acutius, & c.vno,26.dist.potest tamen papa de plenitudine potestatis dispensare cum illis,quia est maior Apostolo in potestate. c.sacrosancta.22.dist. Rota decisio. 447. quoddam factum,in no.

*qui cum virgine cõtraxit peti non solet.*

*Clausula vt per breue ex pediri possit.*

60 Hodie nulla petitur dispensatio ab eo,qui contraxit cum virgine vnica:quia hoc iure permittente potest, ergo frustra impetraretur per l.1.C.de Thesaur li.10.

61 Postremo quo plures modos habeas, lector amantissime,per breue concedi potest,vbicunq;in signatura est expressum, vt in forma breuis expediri possit. Et hoc cautis pragmaticis curiæ Roma. in signatura poni, quod hoc expediatur p breue, vel quod sola signatura sufficiat, & maxime in modicis vt expensæ uitentur.

*Breue qñ cognoscatur.*

62 Superest videre quomodo cognoscatur hoc breue? Respond ex sequentibus. Primo ex breuitate,quia sine præfationibus & apparatu fit: at bulla præfationem habet,& aliæ fere literæ,non minus tamẽ dicetur breue,quamuis multa fuerint verba pro negotii qualitate: sicut Imperator dicit pauciſſima verba per vnam,aut duas columnas,in l.cum antiquitas. C. de vsufructu.

63 Secundo quod in paruis materiis concedatur,& vbi non est multa pecunia exponenda:& sic in casibus consciẽtiæ,& in absolutionibus dari potest,& pauperibus ac viduis.

64 Tertio non solet papa huic breui subscribere, sicut signaturæ, sed secretarius tantum.

65 Quarto in hoc fieri solet mentio annuli Piscatoris,& non in aliis rescripris: vt superius scripsi. Et vt melius inposterũ dignoscatur breue, formam & temorem eius subijcio.

FORMA

# FORMA BREVIS APOSTOLICI

## IVLIVS PAPA III.

*Ilecte † Fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes commodis tuis, quantum cum Deo poßumus, paterna benignitate conſulere, tuiſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi vt ratione decanatus eccleſiæ Pariſ. quem, ſicut aſſeris, in dicta eccleſia obtines, aut cuiuſcunque alterius beneficij eccleſiaſtici curati, vel alias ſacros ordines requirentis, per te pro tempore obtenti, ad aliquem ex ſacris, etiam ſubdiaconatus ordinibus per biennium à data præſentium computandum, vt interim te in diuinis officijs melius inſtruere poſſis, te promoueri facere minime tenearis: nec ad id inuitus a quoquam compelli valeas, præſentium auctoritate ſpeciali gratia indulgemus, prouiſo &c. Non obſtantibus, &c. datum ſub anulo Piſcatoris, tertio idus. &c.*

*Effectus breuiũ qui.*

67 Effectus horum breuium eſt, vt tantã vim habeant iure confecta, & in illis materiis, in quibus conficiuntur, ſicut reſcripta, & aliæ literæ Apoſtolicæ. Felinus in rubr. de reſcript. col. vlt. & incidit in falſum, qui hoc breue corrumpit, quia literæ Apoſtolicæ dicuntur, & in pænã, c. ad falſa riorum, de crim. falſ. c. in memoriam, 19. diſt vt iudicauit Alex. 6. in conſiſtorio pro ut refert Gomeſ. in trac. breuium, nu. 5.

68 Vbi dicit quemdam Archiepiſcopũ combuſtum fuiſſe ob hoc, q; falſum in breui Papæ commiſiſſet, & hoc probatur ratione ſigilli: nam ſigillum ſcripturam reddit authenticam: c. tertio loco, vbi doct. de proba & c. 2. de fide inſtru. & dixi in tract. de liter. obligat. art. 1. in conſtit. reg. commenta [Et vbi eſt ſigillum appoſitum ab eo, qui poteſtatem generalem ſigillandi habeat, præſumitur, de voluntate Papæ appoſitum, licet Papa in illo caſu non expreſſe cõceſſerit vt not. docto. in c. 3. loco. de probat. & ſic conſuluit Dec. conſi. 157. in cauſa. nu. 7.]

69 Poteſtque hoc breue derogare bullæ, ſi vltimo conceſſum fuerit, per c. 1. de cõſti. in q. c. cærerum, de reſcr. & probat ſicut aliud reſcriptum, effectuſque, aliorum fere reſcriptorũ habet, quos congeſſi in tracta. de reſcript. q. 11. in 2. tomo conſtit. regiar. Alia de his breuibus tractant Staph. & Gomeſ. in ſuis tractatibus, quos vnuſquiſque videre poterit.

70 Interim cum his finem huic Praxi imponens, rogabo Lectorem beneuolum, vt imitemur Dauid 1. Paralipo. c. 16. qui *Cũ compleſſet, & diuiſiſſet inter ſingulos panẽ, conſtituit, vt recordarentur operum eius, & glorificarẽt, atq; laudarent dominum* Deũ, qui nobis iſta donauit. Benedictus ſit in ſecula ſeculorum. Amen.

*Spes mea Chriſtus.*

# BVLLA
# COENAE DOMINI S.D.N.
# PAPAE PAVLI III.

## PRAELATIS, ALIISQVE VIRIS

Ecclesiasticis, magnopere necessaria, ac denique omnibus Christicolis casus frequenter in Indulgẽtijs reseruatos scire cupientibus. Cum elucidationibus D. Petri Rebuffi.

## *PONTIFICI MAXIMO, ORNAmento vita non minus quam Pontificio titulo illustrissimo, Paulo III. Petrus Rebuffus Jurium Doctor S.P.D.*

*BULLA fuit apud Romanos vetustate iam corroborata, in Pontificibus, dignitabusque creandis consuetudo, Sanctissime pater, ne quem collegio inimicum, infestumque, ad dignitatis, honorisque gradum, aut ambitione, aut fauore, aut precibus promouerẽt. Sed supplicandi genus velut sordidũ, & parum libero homine dignum rati, suis meritis non maiorum imaginibus prælucere studentes, ac nihil magis esse a virtute honoreque alienum, quã suffragijs, & largitionibus, munus vel magistratum aliquem obtinere. Id in antiquorum monumentis si quis perlegere non grauetur, facile videre est. Lucium enim Crassum presente Q. Scæuola nunquam adduci potuisse more candidatorum populo supplicare legimus. Etiam Lucullus, cum ante adultam fratris etatem magistratum petere nollet, tantum et honore, & gratia valuit, vt absens vna cum fratre ædilis crearetur. Quid Phocionem referam? cui, cum nunquam populo supplicare sustinuisset, nec comitijs interesse, absenti tamen, & inuito honores delati fuere. Id nostra memoria tibi Dei opti. maximi Vicario, principiq. generis humani fato quodam contigisse, omnibus in confesso est. hęc quidem beatissime pater, tua est propria laus, atque singularis. Verebaris enim si precibus fratrum principumque omnium, qui te instanter flagitabant protinus annuisses, ambitioni datum esse iudicaretur, quod summopere vitandum curasti. Eum, qui te ad hoc munus prouexit, & cuius vices, videlicet Iesu Christi, in terris geris, bellissime imitatus, vt qui in ipso tuæ promotionis initio thesauros ecclesiæ in singules bonę volũtatis homines distribuisti, omne studium*

dium more boni pastoris, omnem denique curam, atque operam in seruandis domini ouibus ab hæresibus, atq; scismatibus, aliisque flagitijs adhibuisti, proteruos admonendo, & in peius euntes censuris ecclesiæ coercendo, & vt semel dicam, nihil a veri patris amore, vel studijs, quominus partes veri Christi Vicarij adimpleres, dimisisti, adeo, vt tua vigilantia firmetur Ecclesia, & quę ægerrime laborare cœperat, iã nunc membratim conualescat. Quæ cum ita sint, non potui tuis sanctissimis scriptis, quibus scelestos homines profligas, elucidationes quasdam non inserere, quas S. tuæ nunquã dicare, perterritus sententia ad Phormionem Hannibalis, ausus fuissem, nisi me & tua (quam clara frõte & reiecto supercilio passim omnibus exhibes) humanitas, & propensa in viros literatos benuolentia, reuocasset. Quamobrem confido, quod tua saltem licet meis comitata nõ aspernaberis, quę tuo prudentissimo iudicio repurgãda statuo. Nunc Deum optimũ maximum precor, vt te diu tuo perfrui beneficio gaudeamus, & prospera incœpta pares sequantur euentus. Vale Põtifex Mæxime, cui me totum (quãtus sum) dico dedicoque, & huic meo operi protrito, si non graueris, dabis splendorem. Iterum bene vale. Parisiis, anno a Christo nato M. D. XXX VII. XII. kalendas Martij.

## CONTINENTVR HAC IN BVLLA COENAE Domini casus in quibus reseruatur absolutio Papæ, & nullus potest absoluere extra eum nisi in mortis articulo.


Primus casus est in hæreticis, fautoribus, receptatoribus, defensoribus, & credentibus, & qui dicantur, articulo primo, infra fusius declaratur folio. 401.

Secundus casus est in piratis & cursarijs vel latronibus maritimis seu receptatoribus eorundem, & auxilium, consilium vel fauorem præstantibus, vt articulo secundo, vbi de consilio & fauore plene licet uidere fol. 410.

Tertius est contra imponentes noua pedagia uel prohibita exigentes, ar. 2. & ibi uectigalium materia traditur. 412.

Quartus casus est de falsarijs Bullarum Papæ & aliarum literarum Apostolicarum, artic. 4 ubi multa de falsarijs intueri possunt fol. 414.

Quintus casus reseruatus est Papæ contra illos qui equos, arma, ferrum, uel alia metallorum genera, uel instrumenta, uel lignamina ad Turcas uel Saracenos deferunt, ar. 5. ubi decem pœnæ describuntur contra illos fo. 415.

Sextus est contra impedientes seu inuadentes victualia, uel alia Roma. curiæ necessaria ad curiam Roma. deferri. arti. 6. fol. 417.

Septimus in eos qui uenientes Romam, uel ibidem commorantes offendunt. art. 7. f. 418.

Octauus contra carcerantes, detinentes, mutilantes, uel uerberantes patriarchas, archiepiscopos, ue episcopos, eorumque mandatores. art. 8. ubi tradũtur octo pœnæ contra sic delinquentes. fol. 418.

Nonus in eos qui causarum in curia pendentium cursum, & literarum Apostolicarum executionem impediunt. ar. 9. fol. 419. vbi super hoc Leonis decimi bulla infertur fol. 419.


Decimus

*Decimus contra eos qui libertatem eccleſiaſticam tollunt, ſeu impediunt, deprimunt, ſeu reſtringunt, ibid.*

*Vndecimus qui fructus, redditus & prouentus, beneficiorum eccleſiaſticorum vſurpant, ſine cauſa. art. 9. fol. 424. vbi etiam bulla ſuper hoc ad verbum inſertur. fol. 425.*

*Duodecimus, qui collectas, ſeu tallias virts eccleſiaſticis imponunt, ac decimas. art. eodem. & ibi etiam deſcribitur bulla huic rei commoda. 425.*

*Decimustertius, contra officiales qui ſpirituales cauſas à iudicibus Apoſtolicis auocant, & executiouem literarum, & mandatorum Apoſtolicorum impediunt, ibidem. art. 10. 426.*

*Decimus quartus, in eos qui Romipetas & alios peregrinos ad vrbem cauſa deuotionis accedentes offendunt, vel impediunt, ſeu ſpoliant, art. 11. 426.*

*Decimus quintus, qui vrbem, aut alias terras eccleſię inuadunt, ſeu occupant. art. 12. 427.*

*Decimusſextus qui cruces, thuribula, reliquias, & alia ornamenta vrbis eccleſiaſtica abſtulerunt, ſeu detinent. art. 13. 427.*

*Alij multi caſus in quolibet articulo continentur, ſed hi ſunt principales, qui in hac bulla traduntur, & ſacerdotes in his caſibus abſoluere non poſſunt, niſi in mortis articulo, alias ſunt excommunicati, & non poſſunt abſolui ab alio quam a Papa, & alijs 12. pœnis afficiuntur presbyteri abſoluentes in caſibus hic prohibitis, quas licet infra videre in fine huius bullę, in glo. penult. & iſta in locum indicis ſuffecimus.*

---

# BVLLA
# COENAE DOMINI S. D. N.
## PAPAE PAVLI III.

REquiſitus fui a bene multis, caſus qui in cœnę domini reſeruã tur, cum in omnibus ferme indulgentiis ſo leant excipi, patefacerem, quibus operã meam ſine aliquo Reipu. detrimento inficiari non potui. Qua amobrẽ bullam a S. D. N. Papa Paulo III. ſummis cum laboribus & precibus obtinui, ſuper qua elucidationes quaſdã, ut omnibus nota ſit propter facilem interpretationem, inſerui. Igitur Chriſticolæ, hanc bullam a S. Chriſti vicario editam accipite, eamque per legite, vt ſceleſtos homines in eadem comprehenſos monere, & Chriſti præceptis ita inſtruere poſſitis, quod demum pœnitentiæ fructu gaudere poſſint, quod vt fiat Deus faxit. [Vide Mathæum Zometthæum in practica bene conſtendi.]

*Paulus* [a] *Epiſcopus* [b] *ſeruus ſeruorum Dei.*

a *Paulus.* Hic eſt Paulus tertius, in quo perfectio conſiſtit, ſicut omnium creaturarum peefectio in ternario numero poſita eſt. Nam in omni re conſideratur principium, medium, & finis, & omnia creata a Deo in numero, menſura & pondere, Sapien. c. 11. in fi. ipſe Deus eſt trinus, pater, filius, & ſpirituſſanctus. Mundus ſub hoc numero eſt, videlicet cælum, & terra, & mare, tres ſunt vires animæ, concupiſcibilis, iraſcibilis, & rationalis. Et ſicut tres diſcipulos aſſumpſit dominus Ieſus in mõtem Thabos, videlicet, Petrum, Iacobũ, & Ioannẽ, Matth. 17. & Luc. 9. Ita hos tres Paulos elegit dñs, hic in ipſo ſuę creationis

nis initio thesauros ecclesiæ disperfit, videlicet indulgentias nobis concedendo, & sui nominis allusionē sequēs, quia Græca lingua Paulus dicitur quietus, teste. Floren. in 1. par. Chronicæ ti. 6. in c. 5. in principio. Totis (vt aiūt neruis) pacē inter Christianos principes procurauit, ergo de hoc Paulo dicere debemus, Deus opt. max. nobis hūc seruet incolumē, ut dies Petri videre possit, & demū paradisi gaudiis p frui.

b *Episcopus.* Hęc verba declaraui in glosis concordatorum in forma mādati Apostolici, & etiam plene licet uidere in prooemio sexti & Clem. Ideo hic non insistā.

*Ad futuram* a *rei memoriam, consueuerunt* b *romani* c *pontifices prædecessores nostri.*

a *Ad futuram.* Ad rei memoriam sempiternam dicitur in suprascriptione. c. Apostolicæ. de re iud. in 6. & quæ ad perpetuā memoriam fiunt, diligenter prospicienda sunt, cap. 1. dist. 23. c. conuenientibus. 1. q. 7. Nec ulla temporum commutatione uarianda. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. maxime ubi sunt posteris profutura ca. uno. ut eccl. si. benefi. Spec. in 1. par. titu. de offic. omn. iudi. in princ. testes aliquando lite non contestata ad perpetuam rei memoriam audiuntur, quando sunt senes, valetudinarij, uel abfuturi. l. in lege Aquilia. si delectum. ff. ad l. Aquil. cap. quoniam, ut lit. non contest. sic ad futuram rei memoriam hic positi excommunicantur. [ Ista tamen bulla ad futuram dicitur fieri memoriam, sed nō ad perpetuā, adeo quod expirat statutum in ea cum suo auctore, sed excommunicati sunt perpetuo, nisi absoluantur, ut inferius in fine patet.

b *Consueuerunt.* Diuturna. n. consuetudo pro iure in his, quæ non exscriptu descēdunt obseruari solet. l. diuturna. ff. de legib. Et id custodire oportet, quod morib⁹, & consuetudine iudicatum. est. l. de quibus. eod. tit. ideo consuetudinem laudamus, quæ contra fidem catholicā nil usurpare dignoscitur. c. consuetudinē. 11. dist. quapropter hic uoluit consuetudinem seruare, Nam generalis consuetudo ita obligat, sicut præceptum. c. in his. & c. ecclesiasticarum. 11. dist. Panor. in repe c. cū esses. col. 3. nu. 9. de testam. per illum text. Hic possiam glossam longiorem de consuetudine præscribere. sed materiam nostræ rei conuenientem prosequar.

c *Romani.* Sic cōmunius uocantur, ut in cap. 1. de consti. in 6. ubi ponuntur, alia nomina dixi in rub. de mād. Aposto. in uerb. Romanus Pontifex in concordatis.

*Ad retinendam puritatem* d *religionis Christianæ* e *& ipsius vnitatem* f *quæ in coniunctione membrorum ad vnum caput Christum vide licet eiusq; vicarium principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam arma iustitie per ministerium Apostolatus in præsenti celebritate exercere. Nos igitur vetustum, & solennē hunc morem sequentes.*

Articulus primus.

d *Puritatem.* Id est ut religio Christiana sit immaculata, & sine sorde peccatorum, sed sit sincera, & integra, sine prauitate. Sic exponit Bal. in cons. sciſmatis. nu. 16. facit text. in c. statutum. in §. insuper ibi, cum omni puritate, de rescript. in 6. l. si quemquam. C. de episc. & cleric. Nā coinquinatum non potest dici purum. Dicitur enim pura lex sine dolo & malitia. c. pura 3. quæstio. 9. clemen. Romani §. porro. in uer. puta fide. de iureiurand. pura electio Roma. Pont. esse debet. cap. 1. uersi. quod si prauorum. 23. distinct. Et alibi multa. de puritate dixi.

e *Christiana.* A Christo Christiani dicti, sunt. Primo Antiochiæ discipuli Christi, nuncupati sunt Christiani, quod nomen postea omnes fideles retinuerūt, teste Floren. in 1. part. chroni. tit. 6. c. 2. §. 7. in fin. Nec quærat quis melius nomen quam autoris domini nostri Iesu Christi; sed effectum etiam nominis habere procuret, si uelit priuilegiis domini gaudere. Hæreticitamen, christiani non possunt dici uere nec proprie, text. in c. quo iure. & ibi Cardi. col. 2. dist. 8.

*Christiani vbi prius fuerunt nuncupati.*

f *Vnitatem.* [Ecclesia in suis membris sit matādebet hīe unitatem. c. maioribus. de præb.] Ecclesia ergo est unum corpus p quod est una, & unica. Cant. 6. Vna est columba mea, perfecta mea: quæ unum corpus repræsentat mysticum, cuius caput est Christus, Christi uero Deus, extra. unam sanctam, de maior. & obed. in cōbus. cle. Romani. in princ. de iureiur. Item in ea est unus spiritus, Eph. 4. ca. Vnum corpus, & unus spiritus per quem est sancta. Item

in ea eſt vnus dominus, per quem eſt vniuerſalis, & Catholica. Vna em̃ arca Noe vnum gubernatorem & rectorem habuit, extra quam omnia ſuper terram exiſtentia legimus fuiſſe deleta. Geneſ. 7. & ſeq. ſic qui extra eccleſiã ſunt. Eſtq; in ea vna fides, per quam eſt apoſtolica, quia tenet illam fidem quam prædicauerũt apoſtoli: in ea eſt etiã vnum baptiſma, per qđ eſt peccatorum remiſſio: vt in ſymbolo patet. Et Epheſ. c. 4, dicitur, vnus Dñs, vna fides, & vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes & per omnia, & in oibus, &c. Item in ea vnus Deus, & pater omnium, per quẽ eſt ſalutis adeptio, igitur eccleſiæ vnius & vnicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti vicarius, Petr⁹, Petriq; ſucceſſor, & ſubeſſe Ro. Pon. eſt de neceſſitate ſalutis D. extraua. vnam ſanctam & extra eccleſiã nemo ſaluatur. ca. quoniam. 24. q. 1. cle. 1. §. pen. de exceſ. præla. [& cle. 1. de ſent. exc. Præpoſ. in c quãuis. 21. diſt.] quod facit contra hæreticos contrarium aſſerentes.

*Excõmunicamus* a *& anathematizamus ex parte* b *Dei omnipotentis patris & filij & ſpiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra, omnes* c *hæreticos* d.

a *Excommunicamus & anathematizam⁹.* Anathema natura non differt ab excommunicatione ſed forma. Quia forma anathematis eſt, vt proferatur ab epo coram duodecim ſacerdotibus epiſcopũ circunſtãtibus, & lucernas ardentes in manibus tenentibus, quas in cõcluſione anathematis proijcere in terrã debent, & conculcare pedibus. c. debet. & ſeq. 11. q. 3. & illę candelæ humi proiectæ ad nullum ſunt vſum, ſicut ſal infatuatum. c. non omnes. 2. q. 7. Et dicitur anathema quaſi ſuperna maledictio, vnde anathematizare eſt dãnare, excõicare, maledicere, & ſeparare. Et nõ imponitur niſi p crimine mortali, & illis, q aliter nõ poſſunt corrigi. c. nemo epiſcoporum. 11. q. 3. c. ſi. 3. q. 4. Nec competit inferiori epiſcopo. Panor. in repetit. c. ſi quis contra. col. pen de foro cõpe. niſi haberet epiſcopalem iure ſpeciali iuriſdictionem. c. ſicut tuis. de ſymo. Felyn. in c. 2. col. 3. verſ. eſt. n. anathema, de excep. vnde dicit text. in c. nullus. 3. q. 4. Nullus anathematizatorũ ſuſcipiatur, nec à quoquam credantur quæ ab eis dicuntur, vel conſcribuntur, & hi alios accuſare minimè poſſunt. ca. oẽs, 3. q. 4. & talis excõicatus, cum ſit extra eccleſiam, & membrum diaboli. c. oĩs Chriſtianus, & ſeq. 11 q. 3. ſn giens ad eccleſiam non gaudet illius immunitate, gloſ. in verb. Iudæ, in tit. de interdi. indifferenter non ponend. in pragma. iõ ab hac excõicatione & anathemate ſummopere cauere debemus. [Sexaginta pœnas excommunicatorum cumulaui in tit. de excom. vitand. in concord.] *Excõicatus non gaudet eccleſia immunitate.*

b *Ex parte Dei.* Ergo ab iſta excommunicatione non licet appellare, quia non hẽt ſuperiorem, nec ab excommunicatione appellari poteſt, quin trahat ſecum executionem. c. paſtoralis, de appel. quod fit vt magis eccleſiæ claues timeãtur. c. quid ergo. 11. q. 3. & quia excommunicatus quis pro contumacia. c. 1. de iudi. cap ex parte, & c. cum olim, de verb. ſign. glo. in c. duo ſunt. 96. diſt. ideo dicit Chryſo. in c. nemo. 11. q. 3. nemo contemnat eccleſiaſtica vincula, non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus qui hãc poteſtatem dedit, & dominos fecit tanti laboris.

c *Omnes.* Propriè dictos, vt in glo. proxima dicetur, ideo ſimoniacus licet dicatur hæreticus large. c. quiſquis, 1. q. 1 gloſ. in c. ſi quis pecunia. 79. diſt. tñ hic non cõprehẽditur, nec alij, qui large dicuntur hæretici, quia in odioſis non fiet extẽſio. Regula Odia, de reg. iur. in 6. l. cũ quidam. ff. de lib. & poſth. vide gl. in c. 3. de hæreti.

d *Hæreticus.* Hæreticus eſt, qui alicuius temporal s cõmodi, & maxime vanæ gloriæ principatuſq; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. cap. hæreticus, 24. q. 3. & hæreticorum vocabulo continentur, qui vel leui argõ à iudicio catholicæ reiigionis & tramite detecti fuerint deuiare. l. 2. C. de hæreti. Et hæreſis propriè dicitur, prout eſt error in fide. c. hæreſis, 24. q. 3. & glo. in c. 3. de hæretic. Et hæreticus antequã dicatur, oportet quia erret in mente, vel intentione circa fidem, & ſic primo hæreſis ſumit initiũ in corde, poſtea deſcendit in os, exprimendo mentẽ & intentionẽ per linguã, quæ nuntius mentis appellatur. Barbat. in cle. 2. in fi. de elec. Quia verba ſunt ſigna earum quæ in anima ſunt paſſionum. vt Philo. in lib. 1. periher. inquit. Sicut fides principaliter conſiſtit in corde: ſecundario in ore, vt teſtatur Paulus ad Rom. 10. corde. n. creditur ad iuſtitiam: *Hæreticus quis ſit.*

tiam: ore aũt confessio fit ad salutẽ. c. uno. §. quia vero. de sacra vnctione: sic in hæresi, quæ est opposita fidei, vt ipsam fidem lædat, oportet, quod a corde incipiat, quando quis errat in mente, & postea ad ulteriora procedat, si proferendo errata. Nam factum sine errore non facit aliquem hæreticum, vt si quis fornicetur, licet agat cõtra legẽ, & veritatẽ, quæ dicit, Non mœchaberis, non est tamen hæreticus, nisi credat, vel opinetur, quod fornicari sit licitum, & sic quod iure suo possit hoc facere.

Secundo requiritur pertinacia seu obstinatio in voluntate, ergo non omnis error hęresis est, sed illesol⁹ qui est fidei orthodoxæ contrarius adiuncta pertinacia, c. hæresis. 24. q. 3. vbi dicitur, Hæresis ab electione dicitur, quia unusquisq; eam eligit disciplinam, q̃ putat esse meliorem, & postea oportet, q̃ ipsi electioni adiũgatur pertinacia, taliter adhærẽdo errori, quod nullo modo velit ab eodem discedere, hinc Augustinus scribens contra Manich. ait in c. qui in ecclesia. 24. q. 3. Qui in ecclesia Christi morbiduum aliquid paruumq; sapiunt, si correcti, vt sanum rectumq; sapiant, resistunt contumaciter, suaq; pestifera & mortifera dogmata emendare nolũt, sed defensare persistunt, hęretici sunt. Tho. 2. 2. q. 11. art. 2. Ideo si statim se corrigat, hæreticus non est. c. Nunc aũt. 21. dist. Vnde dicit Apostolus ad Titum 3. cap. & transsumptiue in cap. dicit Apost. 24. q. 3. hæreticum hominẽ post primam & secũdam correctionem vitandum. in quibus verbis declaratur pertinacia eius, qui monitus corrigere se noluit, probatur in cle. vna. §. porro. de sum. trini. cle. vna. §. fi. de vsur. Item legitur. j. Reg. c. 12. & seq. quod cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, vt peccata sua exprobraret, acq; vltionem suam futuram prædiceret, panẽ apud illum edere, & aquam bibere est prohibitus, quod cum non custodisset, diuina sẽia inde rediens morsu leonis in itinere interiit. c. si quis inquit. 1. 1. [Lucas de Pen. l. 1. col. 6. C. de priuileg. scholar. lib. 12. & Paul. Grillan. in tract. suo de hæretic. lib. 1. q. 1. & 2. text. in cap. Anastasius. Sic ergo causa dispositionis aliquid diceret, non censeri debet hæreticus: quia hoc nõ dicit pertinaciter. et hoc dicit Bal. in l. si possessor. §. quamquam. ff. de petit. hæredit. & hodie omnes hæretici volunt sic excusari: quod fieri non debet. vt dixi in ca. 1. de sum. trinit. 19. dist.]

Quæret quis, quando dicatur pertinax? Respondeo, quando se nõ corrigit ad mandatũ superioris, argum. text. sing. iũcta gl. in l. tutor. §. tutores. ff. de suspe. tuto. vbi si tutor ad præceptũ superioris pecuniã pupilli ad emptionem prædiorum non deponit, iudicatur pertinax, & tanquam suspectus condemnatur, & ibi dicit Bar. hoc facere contra hæreticum, vt possit tanquã pertinax condẽnari, quãdo inquisitori aliquid asserenti non credit, ideo qui episcopo, inquisitori, uel theologo per eos destinato non credit, dum eum corrigunt, is pertinax est censendus. Feli. in rub. de hæret. & est pro hoc pulcher tex. in cap. hæc est fides. 24. q. 1. ubi Hierony. ad Dama. Papam sic ait, *Hæc est fides*, Papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, quãque semper tenuimus, in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positũ est, emendari cupimus a te, qui Petri sedẽ & fidẽ tenes, quod facit pro baccalaureus & doctoribus theologiæ qui in initio suarum dispositionum solent protestari, q̃ si aliquid contra fidem & sanctæ matris ecclesiæ determinationem protulerint, pro irrito uolunt haberi: sic & ego ipse hic ea protestatione inuari intẽdo, quã not. Cardi. in cle. una, in princ. q. 2. de summa trinit. igitur si aliquis extra superiorem moneret hæreticum, & is se non corrigeret, non diceretur pertinax, ẽt si illum errorẽ non deponeret, quia forte alius ẽt errat, nã posset esse, quod idiota moneret theogum, ut resiliret a sua noua opinione, & acciperet nequiorem, quod non est faciendum, ideo pertinax dicitur imprudẽter sustinẽs errorem, durus, irreuocabilis, indocilis & obstinatus. gl. in dicto §. porro. de sum. trini. glo. plena in extrauag. cũ inter, in uerb. pertinaciter. de uerb. signif. in extrauag. Ioan. 22. & per Ioannem Gerson in 1. parte alpha 14. Et iõ pertinacia nunquam præsumitur, nisi cõstet de illa. Ioan. Andr. in c. cum contumacia, de hæret. in 7. ubi dicit extra illum casum non præsumi pertinaciã. Idem tenet Ancha. & Ioã. de Ana. in c. excõicamus. §. qui aũt. col. 2. in fi. illo tit. Nam pertinacia est qualitas facti, quæ debet probari. l. eum actum. ff. de negotiis gestis. Ioan. And. in c. 1. de homi. in 6. sunt quidam qui instar Laurentii Vallæ triduo dicunt se Theologos factos, sacrosq; doctores nihili habentes, quibus repugnat Christi actio, qui inter doctores uoluit esse, ab eisque audiri, doctor uult

*pertinax quis dicatus.*

dici? qd aũt iniquius eſt, q̃ impia ſape, & ſapientioribus doctoribus nõ credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, quicunq; ad cognoſcẽdam veritatem aliquo impediuntur obſcuro, non ad propheticas voces nõ ad apoſtolicas literas, non ad euangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerũt. verba ſunt tex. in c. quid autem. 24 quæſt. 3. [Et duodecim ſigna pertinacię ſcribit Io. Gerſon. in rub. ſequuntur 12. conſiderationes. &c.] Inuitantur iſti hæretici ad veritatem. Alii ſtimulis, ſicut lethargi, vt quando publice canunt Palinodiam 23. q. 4. quid faciet, alii funibus, cum ſuſpenduntur, vel ligaminibus, ſicut phrenetici. c. ipſa pietas ibi: Alii diſciplinis & verberibus cum fuſtigãtur, ſicut peccatores duplici, 5. c. diſplicet. ibi. & Guglielmus de monte Lauduno in c. 2. hæret. in 6. Et multi potius timore ignis quã amore Dei abiurant hæreſim, & veritatẽ agnoſcunt. Imo coguntur ad eccleſiam redire, ſicut dicitur Luc. 14. quod paterfamilias dixit ſeruo ſuo, exi in viis & ſepibus, id eſt in hæreſibus, & ſcilmatibus. vt exponit text. in c. ſciſmatici. 23 q. 6. & compelle eos intrare. cap. nimirum. 23. q. 4. Nam & Paulus fuit tractus ad veritatẽ, vt ibidem legitur, & Actuum ca. 9. & Angelus cogit Agar vt ad dominam ſuam redeat. cap. quando vult. in principio. 24. q. 3. Item multi tenentur inuiti, & includuntur, vt bonum opus, id eſt, Epiſcopatum ſuſcipiant: capitulo diſplicet. ibidem Hodie non oportet cogere ad epiſcopatum, quia bene multi ambiunt. multo fortius hæretici tradendi ſunt ad veritatem. Nam paſtores puniuntur, quibus dicitur, errantem non reuocaſtis, perditum non requiſiſtis. c. quod errauerat. & c. ſeq. 23. q. 6. Et quia illi hæretici compellunt catholicos ad malum, iõ & ipſi ad bonum compelendi ſunt. c. ſciſmatici. ibidem. alibi dicitur hæreticus moreſimiarum, quæ cũ homines non ſint, formam humanam imitãtur, vultum eccleſiæ catholicæ & auctoritatem ſibi & veritatem vendicat, cum ipſe in eccleſia non ſit, benedicit, cum a Deo ſit maledictus, vitã pollicetur, cũ ſit mortuus, Deum inuocat, cum ſit blaſphemus, ſacerdotium adminiſtrat, prophanus, munus ponit ante altare, ſacrilegus, ad hæc oĩa accedit, vt antiſtes diaboli: audeat eu chariſtiã facere. Cypr. in c. ſi quis, inquit. 1. q. 1. Cauſæ ex quibus hæreſes oriri ſolent, deſcribũtur 2. ad Timot. 3. c. hoc aũt ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tpa periculoſa, & erunt hoĩes ſeipſos amãtes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incõtinẽtes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluntatum amatores, magis q̃ Dei: hñres ſpeciem quidẽ pietatis, virtutem autẽ eius abnegantes.

*Quotmodis hæretici inuitẽtur ad fidem.*

*Vnde oriatur hęreſis.*

Prima radix eſt immodicus ſui amor, ex quo oritur, vt ſua ſemper ſibi placeant, proprijs inuentis delectentur, inde naſcitur obſtinatio, & pertinacia.

Secunda eſt gloriæ cupiditas, vt gloriã popularem caprent, videanturque ab hominibus doctiſſimi, ac rabi uocentur.

*Ex negligentia p̃latorũ.*

*Ex defectu prædicationis.*

Tertia eſt cupiditas & auaritia, quæ eſt radix omnium malorum, hæc late proſequitur frater Alfonſus lib. 1. aduerſus omnes hæreſes cap. 21. & ſeq. vbi addit alias tres cauſas, videlicet negligentiam prælatorum, nam dicitur Luc. 2. quod paſtores erant vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. ideo dicit tex. in c. excommunicamus. §. fi. de hæret. volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, epiſcopi per diæceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicam velint effugere vltionem. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando di ſua diæceſi hæreticæ prauitatis fermento negligẽs fuerit, uel remiſſus, cum id certis indigijs apparuerit, & ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit & poſſit hæreticam cõfundere prauitatem. Hæc ſunt verba illius tex. quæ quidam prælati oculo toruo forte conſpiciunt. Item defectus prædicationis verbi Dei, vnde dicit Dauid, lucerna pedibus meis verbum tuum. Et iterũ, declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis. [Et notandum eſt quod populus de reprobatus fuit cognitus ex mutatione linguæ. Gen. 11. c. Nã populus Deo gratus fuit, primam & antiquam linguam retinens: alius ex mutatione linguæ tanquam reprobus punitus fuit, vt Simon de Caſſia ſcripſit in trac. de iuſto iure domi. Sic eſt dicendum hodie, quum ſi dẽ eccleſiæ eſt ſequutus, à dño probatus fuit; qui uero nouitates linguæ Lutheri & aliorum amplexi ſunt, hi reprobi & hæretici inuenti ſunt.] Tertio ſacrarum literarum in linguam vulgarem trãſlatio, nam

*Ex extrã ſtatione ſacræ ſcripturæ in linguã vulgarẽ hereſes oriuntur.*

fit

ſit vt vulgus legens non intelligat, in quo doctores lõgo tpe laborarũt, iõ dr Matt. 7. c. Nolite ſanctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi diſrumpant vos. Dignoſcitur aũt hæreticus à fructibus eius Matth. 7. Tum primo qa eſt nouarum rerum amicus, & eas quærit, vt prædicet aut doceat, & ſic prędicare vult ſeipſum, non Ieſum. Tũ nimia libertas in pronunciando, vnde Iaco. 1. dr, Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuũ, huius vana eſt religio. [ Vnde dicit Beroſus lib. 3. q̃ Noe docuit Theologiã Armenos, quam Scythæ ſolis ſacerdotibus cõmendant: neq; n. fas eſt illam vlli inſpicere aut legere vel docere, q̃ ſolis ſacerdotibus & inter ſacerdotes duntaxat. ] Tertio quod ſi corrigatur oſtendit impatientiam: de his 2. ad Tim. 3. mali hoies & ſeductores proficient in peius, in errorem mittentes, & ipſi errantes, & iõ dicit gl. Eſa. 56. c. oẽs qui eccleſiam deſerunt, tradentes ſe ſpiritibus erroris, & doctrinis dęmoniorũ, nihil ad Deũ pertinere credentes. Sed ſtellarũ curſu vel varietati fortunæ oĩa gubernari. Hi tradẽtur æternis ſupplicijs, vt nullus eorũ poſſit euadere hæc ille. [ Et quicunq; aliter ſacrã ſcripturã intelligit quã sẽſus ſpiritusſãcti flagitet, a quo conſcripta eſt, licet de eccleſia non receſſerit, tñ hæreticus appellari põt. c. quidã, in fin. 24. q. 3. ] Alia multa dicerẽ cõtra hæreticos, ſed qa multi ſcripſerũt in eos, iõ alia miſſa facio. Et qũo opinio hæretica p ſacrã ſcripturã cõuincatur & probeť hæretica, tradit Guido de Perpi. in ſum. de hære. C. 4. & ſequen.

*Qũo cognaſcat hæreticus.*

## *Gazaros*[a], *Paterenos* b, *pauperes de Lugduno* c.

a *Gazaros.* De his in authẽ. Gazaros. C. de hære. & in c. excõicamus. 2. illo titu. & hęc ſecta in partibus Tholoſanis inualuit. c. ſicut. 1. de hære. & forte à quodam Gaza huius hæreſis inuentore dicti, nil aliud de his inueni, ſed Hieron. ſuper 47. c. Eſa. dicit Gazarenos aruſpices, vt in cata. hære. citatur, & alia ibi de his non dicuntur, iõ pertranſeo, quia pauci ſunt emolumenti.

b *De Paterenis.* in d. c ſicut ſit mẽtio. Alij vocant eos Paternianos, à Paterno dicti, qui inferiores corpori partes à diabolo factas opinabantur, contra ea quæ ſcripta ſunt c. 1. Gene. & c. nam ſic 56. diſt. Hoc ait Bernar. Luxemburg. in Cata hæreti.]

c *Pauperes de Lugduno.* Ideo ſic dicuntur. Quia Vualdo ſiue Valdeſius Lugd. ciuis hũ auctor hæreſum fuit. Is. n. cũ diues ad modum eſſet, opibus relictis pauperibuſque erogatis, euãgelicam paupertatem ſe ſeruaturum cõſtituit, ſub cuius velamine multos impios errores regere credidit. Nã cũ idiota eſſet, quoſdam lib. vulgari ac materna lingua ſibi conſcribi fecit, cũ aliquibus ſanctorũ teſtimonijs, quos libros cũ non ſane (ut decebat) intellegeret, ſuo tñ inflatus ſpiritu apoſtolorum officium prædicando vſurpauit, multis ſe, atq. diſcipulos erroribus implicuit. Fuit. n. in prę latos præcipuo odio infeſtus, & quia diſcipuli eius hanc imitabantur paupertatem, iõ pauperes vocati ſunt, & de Lugduno, quia Vualdo Lugdunẽſis erat. Et qa Vualdo vocatus fuit auctor, etiam vocati ſunt credentes & ſequentes eius ſectam Vualdenſes (ſi Guaguino credantur lib. 6. Cõtra quos plene ſcripſit Claudi. de Seicello epiſcopus Maxilien. hi viginti tres errores maxime proſequebantur, quos etiã reprobat Guido de Parpiniano in ſum. de hæreſib. fol. 79. vbi dicit incepiſſe circa annum 1170. & eorum ſectam Romæ in cõcilio generali reprobatam fuiſſe.

## *Arnaldiſtas*[a], *Speroniſtas*[b], *Paſſagerios* c, *Vuicleniſtas*[d], *ſeu Huſſitas* e, *Fratricellos* f, *de opinione nuncupatos, necnon per fœl. recorda. Leonem Papam decimum.*

a *Arnaldiſtas.* Ab Arnaldo Italo Brixiẽ. dictos. hic errorem Petri a Baillardi ſuſcitauit, qui ſuo confiſus ingenio, omniũ ſanctorum doct. ſententias (ut quidam nunc hęretici faciunt) conténere cepit, & velut alter Iſmael manus ſuas contra omnes leuauit. Quapropter iuſtum fuit vt lingua & manus omnium in eum leuarentur. Nõ cito eorum errores, cum plene Alphonſus in lib. aduerſus hæreſes, 3. de beatitudine ſcribat. Hic eſt, de quo dicitur, quod Arnaldum Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania maledixit, Italia cane peius & angue odio habuit, diabolus magno furore puniendum accepit.

b *Speroniſtes.* Hi etiam excommunicantur in ca. ex cõicamus. 2. de hæreti. & dict. ſunt forte à quodã Speronio, qui ſine aliquibus meritis ſaluari ſperabat. Eorũ tñ

hæreſes non vidit frater Bernard. de Luxemburgo: vt in catalogo hæretic. atteſtatur in eodem verbo, ſed de his ſcribit Florẽ. in 4. parte ſũmæ ti. 11. c. 7. in fine, quod cum beatus Dñicus primus fundator ordinis prædicatorum diu cõtra eos prædicaſſet & diſputaſſet, poſt lõguam verborum concertationem cum dictis hæreticis cõuenit, vt accenſo igne in conſpectu populi, hæretici iactarent libellum ſuã doctrinam cõtinentem in ignem, & beatus Dominicus libellum etiam veræ doctrinæ fidei noſtræ illuc proijceret, & cuius libellus incombuſtus remaneret, illa vt vera fides acceptaretur, quod & factum fuit. mira profecto fuit res. nam ſubito hæreticorum liber exuſtus fuit, libellus diui Dñici in flammas traditus ter receptus fuit penitus illæſus, & nunquam combuſtus. Et notandum eſt quod maior eſt auctoritas eccleſiæ in determinationibus eorum quæ ſunt fidei omni rõne & auctoritate doctorum. nam dicit beatus Auguſtinus, Euangelio non crederem, niſi eccleſia illud approbaſſet, teſte. Floren. vbi ſupra.

c *Paſſagerios.* Hic vel Paſſagini, Patareni vel paterini omnes a nominibus inuenientium iſtas ſectas ſic dicti ſunt, ẽm Io. And. in d. c. excommunicamus. 2. de hære. Et in catalogo hære. idẽ dicitur. Et iſti dixerũt hominem in ſtatu coniugali nõ poſſe ſaluari, ſicut & Taciani, & Martiani, cõtra quos dicitur 2. ad Timot. 5. c. Quidam in nouiſſimis temporibus deſcendent a fide, attendentes doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendaciũ, pro hibentium nubere, & alibi, qui nõ poteſt abſtinere nubat in domino. Melius eſt. n. nubere quam vri. Plene proſequitur Io. Neuiſa. in ſua ſilua nuptiali. & Do. Andr. Tiraquel in tract. de legibus connubi.

d *Vuicleuiſtas.* Dictos a Ioanne Vuiclef Anglo hęretico, iſtius hæreſis inuentore, qui in concilio Cõſtantien. dãnatus fuit, & multo aſtante populo combuſtus, eo quod diceret, & prædicaret, mulieres etiã quo ad rem venereã cõmunes ẽẽ debere, eratq; eccleſiæ catholicæ detractor, & Roma. pontificis oppugnator, Cardinaliũ hoſtis, & perſequutor prælatorum, ac cleri, Chriſtianæque religionis inimiciſſimus. hic ẽt crucem dñicam nullo pacto adorãdam cenſuit, contra quem extat Dauidis auctoritas, pſal. 98. Adorate ſcabellũ pedum eius, qm̃ ſanctũ eſt. quod aũt verius ſcabellum Chriſti quam crux? cui pedes illius affixi ſunt? & ita exponit diuus Hieronymus ibidem, tam de anima & corpore Chriſti, quam de cruce. Item. pſal 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius, & in hoc conueniunt Theulogi, & vſus communis, aliiſque 45. eius articuli in dict. cõcilio damnati fuerervt patet in dicto concilio Couſtan.

e *Huſſitas.* Dictos a Ioãne Hus hæretico diſcipulo Ioannis Vuiclef, qui dicebat comites & eccleſiaſticos ad Chriſti iitatiõ nẽ omnio pauperes eſſe debere, quia ex tanta diuitiarum copia populos ſcandaliſatur, & fuit in concilio Conſtantien. dãnatus, atq; viuus exuſtus vnà cum Hieronymo eius diſcipulo, anno 1413. ut in ſupplemento chronicarum patet.

f *Fratricellos.* Hi nouam inuenerunt religionẽ, cõtra iura prohibentia ne q̃s nouã inueniat religionẽ. in c. ne noua, de religio. domi. & in c. vno. illo tit li. 6. & extra. vna. eo. ti. extrauag. Io. 22. ió eorũ ſecta reprobata fuit, hi pulcariores, virgines & viduas decipiebãt, ac poſtea in antris nectu clauſæ cum clericis diuinas laudes ꝓ ritu eorũ canebãt, quibus nocte media finitis, ſacerdotes alta admonebãt voce, binos dſe maſculũ & fœminã ſancto ſpiritu inuocato in copulã carnalẽ cõmiſceri, quibus dictis lumina extinguebantur, quilibet proximã mulierẽ ꝓſternebat, & ſi ex tali coitu mulier cõcepiſſet, infans genitus in ſpeluncã deferebatur, & ꝓ ſingulas mãus tractebatur tãdiu totieſq; baiulãdus, quãdiu aiam exehalaret, iſq; i cuius manibus expirabat, maximus põtifex creatus habebatur. teſte fratre Bernardo de Luxẽburgo in ſuo catalogo hæretico, eodẽ verbo, & puto dictos fratricellos eo ꝙ fratres dici nõ merebãtur, qa oẽs Chriſtiani ſũus i Chriſto fratres. c. ad. menſã. 11. q. 3. ſed hæretici nõ: ideo fratricelli vocati fuere.

*Prædeceſſorem noſtrum ſuperioribus annis damnatam[a], impiam- & abominabilẽ Martini Lut heri[b] hæreſim ſequentes, ipſique Martino quominus puniri poſſit, quomodolibet fauentes, & quoslibet alios hæreticos quocunque nomine cenſeantur, ac omnes fautores.*

a *Damnatam.* Bene dicit damnatã, quia oĩa per Lutherũ ſuffarcinata fuerunt iã in ſacris concilijs damnata, qui tãquã ea

nis vo-

nis vomitum reassumpsit, vt pulchre docet frater Alphõsus de Castro in suo lib. aduersus hæreses. Et Echius doctor iuris.

b *Lutheri.* Inde puto dictũ Lutherũ, qua si lurũ ructantem, q̃ lutum iam iam dam natum id est hæreses adhuc ructauerit: vel Lutherus dicit quasi lutheus rudẽs, vel luto alios inficiẽs. Nã luto, inficio est. O bone Deus quot sua lutosa & abominabili doctrina infecit, & ad inferos traxit, hic indulgentias primo ingressu subuertere nisus fuit, ac demũ in sanctissimũ Christi vicariũ recalcitrare, ac prãtem suã à Deo sibi datam tollere: eo Leo decimus eũ pluries monitum a Christi ouili tanquã oue putridam abegit, eumq; & sequaces excõmunicatos esse voluit, vt hic patet. Alias hæreses suscitauit, tam contra ecclesiam q̃ ordines ecclesiasticos, quas prope diẽ spero comburi cum suo auctore & sequacibus, iuxta id quod dicitur Esaiæ primo c. ĩ fi. Erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrunq; simul, & nõ erit qui extinguat, sic forma Lutheri fuit combusta Romæ anno 1526. Iunij. 12. teste Luxemburgio in suo hæreti. catalogo lib. 4. art. 3.

c *Fautores.* Hæc verba traduntur in c. ex communicamus. 1. §. credentes, de hæret. & Cle. Romani. §. porro de iureiur. Et in duplici sunt differentia. Quidam habent iurisdictionẽ. Alij non. Illi, qui habent iurisdictionẽ, dicuntur fautores, si negligant capere, vel punire hæreticos. c. negligere. 2. q. 7. vbi sũt hæc verba, Negligere (cum possis.) perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Idem dicitur in c. qui potest, 23. q. 3. Vnde dicit Augu. ad Lotharium, Qui vitijs nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem, nõ tã est misericors q̃ qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & nõ timet ne vulneratum doleat, vel extinctũ. c. qui vitijs. 23. q. 5. & 1. Reg. 15 dicitur, q̃ rex Saul damnatus fuit & regno priuatus quia contra præceptum domini pepercit Achab regi Amalech. facit authent. si vero. C. de hæret. Scriptum alibi quippe est qui crimina, quæ põt emendare, nõ corrigit, ipse cõmittit. c. præterea. 23. q. 8. & error cui non resistitur, approbatur, & veritas, cũ minime defensatur, opprimitur. c. error. 83. dist. Ideo potestas, consules, uel alij, qui ciuitatibus præesse uolũt, debeot iurare ad requisitionem eorum, vel vicariorum suorum, seu inquisitorum hæreticæ prauitatis, quod præcise attendere, & ĩ violabiliter obseruare, ac facere a suis subditis obseruari toto tempore sui regiminis ĩ terris suæ iurisdictioni subiectis, constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorumque filios, & nepotes à sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas, quas qui iurare noluerit, & seruare, vt infamis & tãquam hæreticorũ fautor, ac de fide suspectus officio & honore sui regiminis spoliet. Hæc sunt verba tex. in c. vt officium §. fi. de hæreti. in 6. hodie diœcesani & inquisitores non petũt hoc iuramentum ĩ Frãcia, & male, hoc. n. non deberet omitti, maxime isto tempore. Considerent ergo habentes iurisdictionem, ne hunc fauorem præstent, non habentes vero iurisdictonem si dictos hæreticos nõ capiãt, vel puniãt, nõ dicũtur fauentes, quia ad eos non pertinet, sed ad illos, qui iurisdictionem habent. l. non est singulis. ff. de re. iur. c. si de area. 26. q. 2. ni si isti essẽt sacramẽto adstricti, vt qa iurarunt indicare, & celant: tunc fautores dicerentur, c. si quis vero, & c. quisquis. 11. q. 3. facit l. solent. ff. de præscrip. verb. Possunt etiam isti priuati fautores dici, quando excusant hæreticos ferio, dicẽdo istos nõ esse tales quales reputantur vulgo, vel dicitur, quod dicti hæretici reputati non negant istas propositiones. Archid. in c. 2. de hæret. in 6. col. 3 vel si dicat sciens esse hæreticum eum esse iustum & sanctum. c. si quis dixerit, & seq. 11. quæst. 3.

*Fautores qui dicãtur*

*Consules, scabini & alij potestates & magistratus quid iurare debeant.*

Item aduocati excusantes excessus illorum dici possunt fautores, & aliàs etiã fautores dici possunt consideratione habita personarum, temporis, & locorũ, nõ enim hæc omnia possunt ad vnguem perstringi, plerumque. n. hæc verba homines simplices ad amorem hæreticorum prouocant, & deuotionem quam habent ad ecclesiã minuunt & eneruant. huius falsi excusatores fauere, etiã dicuntur 11. q. 3. c. non solum. [Bar. in l. post legatũ. §. sunt qui putant. ff. de his quibus ut indig.]

Item fautores sunt, qui sub quadam iustitiæ specie fucatis quibusdam exquisitis adinuentionibus æquitatem obruere studuerunt, & prænaricationem eorum tegere argumentis suis. c. ita. 11. q. 3.

Facto etiam quis dicitur fauere hæreticis, vtpote, qui alimoniam procurat, qui

eos liberat, & qui ea per quæ liberantur administrat. c. est iusta. 23. q. 4. l. fi. pigno re. ff de furt. c. accusatus, in fin. de hæreticis, in. 6. nam dicitur Deuter. 13. cap. Ne parcat ei occultus tuus, vt miserearis, aut occultes eum, sed statim interficies, quod facit contra iudices hæreticos liberantes.

Idem in eo qui precibus hæreticum liberat. §. 1. verf. illud. 24. q. 6. caueat sacerdos istis absolutionem dare, nisi damnationem incurrere non metuat. vide Alber. in l. si testa ff. de cond. & dem. [Et hodie istorum hæreticorum infinitus est numerus, sicut stultorum. Ecclesia. c. 1. in fi. & apud Theognidem scribitur, Non superest vnus numina rite colens.]

*& recepratores,* a *libros q. ipsius Martini, aut querumuis aliorũ eiusdem sectæ sine auctoritate nostra & sedis Apostolicæ quomodolibet legentes,* b

a *Et receptatores* Hi debẽtur, qui hæreticos recipiũt sciẽtes eos esse, tales, & eos occultant & celant, forte vt manus iustitiæ euadãt. l. 1. ff. de receptat. l. 2. C. de his qui latro. vel aliis crimi. reos occultant. maxime si aliquid receperint, vt illũ hæreticũ seruarent, & reciperent. l. marito. §. q̃stũ. ff. de adult. c. felicis. in prin. de hæret. in 6. ibi, aut postea receptauerit, vel defensauerit scienter, ẽt si semel tm̃ receperit. Nã frequentatiuũ receptare, pro recipere frequenter ponitur. l. fi. ff. de receptato. & est proprie recipere, refugiũ abscondendi cã p̃stare, vel in agro suo, vel in alieno loco, ædificio ve. l. 1. §. q̃d aũt. ff. de seruo corru. Et hi perinde puniuntur atq; hęretici. l. 1. ff. de receptat. c. 1. de homic. in 6. multa de his receptatorib⁹ dixi in practica mea. rubr. de contumacia. art. 77. in glo. 2. q. 7. vbi posui regulam cũ limitationibus, declarando consue. Tholos. rub. de immunita. ciuium arti. 1. Et nota q⁹ hodie nullus extra Papam põt excõicare aliquem cum oibus receptatoribus & participantibus, sed opus est, q⁹ participes prius moneãtur c. statuimus. de sent. excom. in 6. Panor. in c. quod indubiis. illo titu.

b *Legentes.* Et sic legentes libros Lutheri Oecolampadij, vel aliorũ hæreticorũ sũt excõicati, vt hic, nec debent absolui ab alio q̃ a Papa, si tamen legerint ignoranter librũ alicuius hęretici, i quo authoris nomẽ nũ erat descriptũ, non hẽt locũ q̃d hic dicitur, quia ignorãtes nolumus ligari, dicit text. in l. gnãli. C. de tabula. li. 10. vel ille qui conposuerat, non erat habitus pro hæretico. no. in l. Barbarius. ff. de offi. prẽt. vel si legerit auctoritate Papæ, vt in hoc text. dicitur.

*aut in suis domibus* a *tenentes*, b *imprimentes c aut quomodolibet d defendentes, ex quauis causa publice vel occulte* e *quouis ingenio vel colore.*

a *Aut in suis domibus.* Id est proprijs, idẽ si teneant libros in domibus conductis, vel in ea in qua gratis inhabitant. insti. de iniur. §. lex Cornelia. & l. lex Cornelia. §. domum. ff. illo ti. Appellatione. n. domus habitationem significari palam est. l. qui domum. ff. ad l Iul. de adult. Idẽ si in apotheca teneant. Alex. consil. 223. in 2. vol. Barba. cons. 20. col. 4. in 2. volu. Vide quæ addidi ad diction. Alber. in verbo domus. & in c. sine exceptione. 12. q. 2.

b *Tenentes.* Retinens libros hæreticorũ est excõicatus, vt hic, nec põt absolui ab alio q̃ a Papa, imo eo ipso q⁹ libri hæreticorum reperiuntur penes aliquẽ, ille præsumitur hæreticos, & põt de hæresi condemnari. text. in c. si forte. & c. sane. & ibi Archi. 22. q. 4. facit l. maiorem. C. de falsis. Hippoly. cons. 52. misericordia, n. 34. Vnde dicit Imperator, Nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare. l. quicunq;. §. nemo. C. de hæret. quod facit contra multos nostra memoria i his pertinaces. [Sed hi libri comburendi sunt: noluerunt. n. Prisci viri quicquam in ciuitate seruari, quo animi hoium à Deorum cultu auocarentur. Valer. lib. 1 de neglec. relig. c. 13.]

c *Imprimentes.* Et sic imprimẽtes libros hæreticorum sunt excõicati. Quid si imprimant bonos libros cum additionibus hæreticorum? Idem dicerẽ, quia additiones sunt pars librorũ, ideo qui imprimit partem, est etiam excommunicatus. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. c. pastoralis. §. item, cum totum. de offi. deleg. [Et idem censetur statutum in additionibus quæ in libris. Felin. c. 2. nu. 34. de sponsal.]

d *Quomodolibet.* Siue verbo, siue facto, siue per se, siue per alios, gl. in extrauag. ad conditorem, col. 3. de ver. sig. in extrauag. Io. 22. Quare qui hęreticis & schismaticis patrocinantur, censura diuina in eorũ probatur facinore, & pœnis non solum duces

& acto-

& actores, sed etiam participes destinari, nisi se a communione malorum separauerint, præcipiente domino per Moysen, Separamini a tabernaculis hominum istorũ durissimorum, & nolite tangere de omnibus, quæ sunt in eis, ne simul pereatis in peccatis eorum. Sunt verba beati Cypriani in c. si quis inquit, in fi. 1. q. 1.

e *Publice vel occulte.* Referri ad oës prædictos põt, videlicet quod fautores publice, vel occulte sũt excõicati vt hic, de hoc verbo publice est glo. in clem. 1. de sepul.

Item receptatores eorum publice vel occulte sunt excommunicati hic.

Item legentes libros, etiã occulte, hic excommunicantur. Præterea tenentes libros ẽt occulte in suis domibus ligantur hic, & quiuis sit ille, nisi hoc de auctoritate sedis apost. faciat, vt sunt quidã theologi, qui ad confutandas hæreses necesse habent videre libros hæreticorum, maxime doctores huius almæ vniuersitatis qui super vere fidei tutores & hæreticorum oppugnatores fuere, ideo vt his næniis per hæreticos adductis respondere valeãt, libros hæreticorum ex auctoritate papæ habere poterunt. Nam errores, qui ignorãtur, reprobari non possunt, c. legimus. 37. dist. c. fi. 24. q. 3. Imprimentes palam vel occulte hac pœna astringuntur, & nisi essent hi, non palam facti essent tot libri istius sufarcinati Lutheri, nec aliorum, sed potest dici, væ illis, nesciunt quid faciunt.

Item quilibet defendentes tam publice q̃ occulte vt infra dicetur, hic excõicãtur. Illos etenim publicos & manifestos dicas qui contra fidem catholicam publice prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem, vel qui coram prælatis suis coniuncti sunt, vel confessi, vel ab eis snialiter condemnati. c. super quibusdam. in prin. de ver. sig. Verum dicitur psal. 18. Ab occultis meis munda me domine. Nam licet ecclesia non iudicet de omnino occultis, tamẽ qũ proceditur ad aliquem actum exteriorem, iudicare põt, vt hic, quia factum occultum dãnat, videlicet electionẽ clandestinã. c. quia propter §. fin. de elect. & collationem occultam suspectam habet. c. vno vt Ecclesiast. benefac. &c. & ibi gl. in ver. occulta, & c. cum ex iniuncto, de hær. & ibi Fel. Sic & lex factũ occultũ reprobat. l. nõ existimo ff. de adminis. tuto. l ita fidei. de iure fisci. l. cõuenticulam. C. de epis. & cler. & l 1. C. de delato. non tamen excõicatur hic, qui hæresim solum in corde habet, per gl. in c. si quis. de sent. excom. in 6. vbi si quis haberet ratam verberationem clerici in animo tm̃, non est excõicatus. Ang. de Clauas. in sua summa in verbo hæreticus. q. 2. licet glo. teneat contra in summa. 24. q 1. & in cle. 1. §. verum. de hæret. quæ possunt intelligi, quando peruenisset ad aliquẽ actũ exteriorem, vtpote scribẽdo, vel aliud occulte faciendo, sicut de Ioseph ab Arimathia, qui actu exteriori ostendit se esse discipulum Iesu. videlicet sepeliendo eum, alias ecclesia nihil de eo dixisset, si ad aliquem actum non peruenisset, & in aliis iuribus dicitur occultus respectu publici. Vide in sum. Sylvest. in ver. excommunicatio, 7.

## *Et generaliter quoslibet defensores a eorundem.*

a *Defensores.* Dicuntur duobus modis. Primo quando personam errantem quis defendit, ne ad manus iudicis perueniat examinandus, vel puniendus aut ne forte aliqua reuelet. ca. si custos. 27. q. 1. & q. 5. per totum. & contra hos defensores potest ad excommunicationem procedi, vt hic, & tales sunt suspecti, & potest eis iudici purgatio. c. hi qui. 14. q. 6. vide tex. in c. dixit 24. q. 3: c vno. de homicid. in 6.

Alii defendunt errorem, & is damnabilior est eo, qui errat, quia non solũ errat, sed ẽt aliis offendicula erroris præparat, & confirmat. vnde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicẽdus est, c. qui aliorũ. 24. q. 3

Itẽ si defendat errorẽ & errãtẽ, quia dicitur, qui consentit peccãtibus, & defendit aliũ delinquentem, maledictus erit apud Deũ & hies, & corripietur increpatione seueriss̃ima, hinc ẽt quidã sanctiss̃imus pater ait, si quis peccantem defendit acrius q̃ ille, qui peccauit, coerceatur. Et si quis alterius errori consẽtit, sciat se cũ illo sibi mõ culpabilẽ iudicãdũ, sũt uerba tex. in c. qui consentit. 11. q. 3. c. cum hõ. 23. q. 5.

Et aliqñ plus punitur consulens, q̃ is qui facit. l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parrici. & ideo medicus dãs uenenũ filio, vt id præbeat suo patri, plus punitur, q̃ si ipse medicus patrẽ veneno necasset, vt ibidẽ dicuntur, & in c. tanta. 86. dist. ibi gl. Itẽ in extrauag. Io. 22 quorundã. in fi. de ver. sign. dicitur: si quis aũt damnatas hæreses vel ipsarum alterã sciẽter, verbo uel scripto defendere, vel approbare præsumpserit,

de

de fratrum noſtrorum conſilio decernimus, vt tanquã hæreticus ab oĩbus euidenter habeatur. & ibi gl. hoc diffuſius declarant, quæ poſſunt videri. Et hi & quicunq; hæretici ſi ad eccleſiã reuertantur, debent recipi per eũm, & abiurare hæreſim [ſcripto c. conuenientibus. 1. q. 7.] & promictere eũo, q; tenebunt deinceps fidem catholicam, & hoc facient publice, ſi publicum erat crimen, priuatim, ſi priuatim erat cõmiſſum. c. quotiens. 1. q. 7. vbi ponitur forma abiurationis. & in c. ego, de conſe. diſtin. 2. quod ſi poſt abiurationem repertus fuerit recidiſſe, ſine vlla audientia ſæculari iudicio eſt relinquendus. c. ad abolendam, de hæret. quantum tamen ad fidem & ad abſolutionem, in extremis nõ debet ei denegari, ſi pniæ ſina in eis apparuerint manifeſta, quia eccleſia nemini claudit gremium. c. adhuc inſtant. de pæni. diſtinc. 3. c. ſuper eo. de hæret. in 6. Non tñ dicetur relapſus, qui vnum abiurauit articulum, ſi in aliis delinquat, niſi errans in vno ſimpliciter vel generaliter oẽm hæreſim abiurauerit, c. accuſatus, §. 1. de hæret. in 6. Ille vero qui poſt abiurationem hæreticos acceptat, deducit, viſitat, ſiue aſſociat, aut dona vel munera eis donat, vel mittit, ſeu fauorẽ eis impẽdit, qui excuſari non poſſit, merito debet iudicari relapſus. §. ille, & c. accuſatus. Hodie vero per Bullam Clementis VII. conceſſam anno 1533. 3. Kalen. Septem. mandatur oĩbus hæreticis, maxime in regno Franciæ degẽtibus, vt intra duos menſes hæreſes aſſiurent. Si aũt id non fecerint, ſeu facere noluerint, lapſis duobus menſibus tanquã in hæreſim relapſi, eo ipſo hẽantur, arbitrio ſæcularis prãtis aĩaduerſione debitæ puniẽdos, ẽt ſi publice hæreſim abiurare paratos, vel ad fidẽ reuerti velle dicãt, relinquẽdi. Hæc ſunt verba Bullæ, per q̃ patet iudices ſæculares non errare, ſi hodie aliquem hæreticum (licet volentem abiurare hæreſim) igni mandent, ſi iuxta tenorẽ Bullæ hæc faciant declarat Guido de Perpinia, in c. 10. ſummæ, de hæreſibus. Credentes illi dicantur, qui ore proprio confitentur ſe credere erroribus illorum. cap. põt fieri, verſ. quid ergo, & ca. actione, de pænit. diſt. 1. & c. Deus qñ. 24. q. 3. Nam vniuſcuiuſq; voluntas ex confeſſione demõſtratur. c. cum pro paruulis. & c. ſi qua mulier. de conſec. diſt. 4. vbi dicitur, quod vnicuiq; ꝓpria volũtas in confeſſione demonſtratur. doct. in c. excõicamus. §. 1. & §. credẽtes. de hæreti. Imo ẽt illi qui adorauerunt, ſeu reuerentiam ſuo more exhibuerunt, vel cõionem ſeu conſolationẽ ab hæreticis receperunt, vel ſimilia perpetrauerunt, quæ ad ritum eorum pertinẽt, hæretici dicuntur, vt expreſſe tradit Gutiel. de monte Lauduno in c. 2. de hæret. in 6. Nam ex factis de affectu præſumitur. c. qui viderit & c. ſicut. 32. q. 5. Nec. n. refert facto vel verbo talia facere. cap. extimant. 11. q. 3. l. de quibus. ff. de legib. dum modo tale factũ ſit, quod aliquid erroris in ſe miſtũ habeat, vt ſupradictũ eſt. d. §. credentes. vbi dicitur, credentes eorũ erroribus. Secus ſi de ſe bonum eſſet: vt facere eleemoſinã talibus, vel hoſpitium præbere, vel viſitare eos, in quibus nil de eorũ ritu expreſſum oſtenditur: tunc ſi interuentu pecuniæ hæc fiant, nõ iudicãtur credẽtes, ſed potius fautores. de quibus ſupra. Secus ſi prius lapſi, & ſemel moniti hoc facerent, credẽtes ẽt dicerẽtur. c. accuſat° §. ille quoq; de hæret. in 6. Item credentes dicuntur q̃ p̃dicationes illorũ audierunt pluries, & frequẽtauerũt. Secus ſi ſemel, quia nõ videtur approbaſſe, quod poſtmodũ vitauerunt. arg. c. cõſtat. & c. ſi quis inquit. 1. q. 1. facit l. quæ contra, in fin. C. de inceſt. nup. & c. ex ſtudiis de præſumpt. & illis poteſt indici purgatio.

Item ſi libros eorũ legant. per d. c. excõmunicamus, ibi. Qui aũt inuẽti fuerint ſola ſuſpitione notabiles, &c. Idem ſi libros hæreticorum ſuſpectos ſuſcipiant, niſi eos exhibuerint, vel alio modo deſtruxerint. argu. c. primi. & c. ſi quis. 5. q. 2. & d. c. ſi qs inquit, 1. q. 1. Guliel. & Archi. id d. c. 2. de hæret. in 6. ita tradũt. Nota tamẽ, quod ille qui iuit ad hæreticũ cauſa diſcendi, nõdũ tamẽ a fide catholica diſceſſit, cuadit mortẽ, & punitur pæna decem librarum auri fiſco applicanda: per text. in l. quicunq; §. eos vero. C. de hære. & mortale peccatum incurrit ratione curioſitatis, & periculi. Tho. 2. 2. q. 167. refert eum Purpura. in l. 1. nu 96. verſ. 2. infertur. C. de ſacroſ. eccl.

Articul° ſecũdus.

*Item excommunicamus & cnathematizamus omnes, piratas a, curſarios, latrunculos maritimos.*

Pirata quis dicatur.

a *Piratas.* Pirata Græce, prædo Latine dicitur, a nomine primi latronis, qui prius mare infeſtauit, a quo oẽs maritimi p̃dones, & ſpoliatores piratæ dicti fuere, vt hic Poſtea declarat hic, dicendo curſarios latrunculos maritimos, piratæ cuſarii maritimi

timi lingua vulgari Italicorum, & Occitanorũ vocantur, & sũt qui prædantur, & spoliant Christianos nauigio vectos, & tales excõicat hic Papa, & ẽt a iure excõicãtur in c. excõicationi, de rapto. ubi dicit Hostien quod isti ter in anno proprio ore Papæ excõieãtur, & maxime in cœna dñi, vnde nullus ꝓsbyter ꝓsumere debet istos absoluere. c. si quis. 24. q. 3. & ratio tradit, qa nauigãtes & iter agẽtes sũt quasi miserabiles personæ. Panor. in d. c. excõicationi. ideo ecclesia eos defendit, & excõicat tales infestantes eosdẽ. Notãdũ est, quod tria faciunt piratam. Primũ quando indifferenter oẽs spoliat, nec se restringit ad aliquam nationẽ, sicut meretrix quæ passim omnes admittit, non habendo rationem ad homines suæ ciuitatis, vel pulchros, vel ad nigros, seu albos. Sed vulgo sicut os inferni neminem recusat, vt dicitur Prouer. 30. c. Tria sunt insatiabilia, infernus, os vuluæ, terra quę non satiatur aqua, ignis vero nunquam dicit, sufficit.

Secundũ. Intentio principalis huius piratici furoris exercendi, q̃ intẽtio indicat oẽs. c. cum ab omni. & ibi Io. Andr. de vita & hone. cleri. vnde si tanuensis intẽdat spoliare oẽs Venetos, sed non principaliter, sed suis vacare negotiis, nõ est pirata. Nã id quod principaliter agitur inspicitur. l. si quis nec causam ff. si cert. pet. & ibi plene doctor Tertiũ, sic spoliare non indicto bello facit eũ piratam, secus si bellum etiã indictum esset. Summa Syluestrina, in verbo excõmunicat o, 7. quæst. 20. Et quid si mercator miserit famulum cũ mercibus in Alexandriam, & is fuerit per piratas spoliatus, & captus, an dominus tenea tur dare pecuniam pro redemptione? Respon. quod non, regulariter, quia non tenetur de casu fortuito, concludit Aegid. Bellamera, oonsi. 22. quidam mercator. vbi etiam dicit quid de icapitaneo capto in bello, an Rex teneatur pecuniam pro redemptione illius soluere, ibi vide tu qui indiges.

*Rex an tenetur soluere pecuniã pro capitaneo capto ab inimicis.*

*Et illos* a *præcipue qui mare nostrum a monte Argentario vsque ad Terracinam discurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare* b, *interficere, ac rebus & bonis suis spolia re præsumpserunt hactenus & præsumunt, ac omnes receptatores eorumdem, & eis auxilium* c *dantes, consilium* d, *vel fauorem.*

a *Et illos.* Excommunicat hic Papa illos qui Romę vicinum mare discurrunt, & discurrendo illud, deprædantur, si ergo tãtum discurrerent, & non deprędarentur, ẽt si animo deprędandi discurrillent, non sunt hic excommunicati, quia cogitationis pœnam nemo meretur. dicit tex. in ca. cogitationis, de pœnit. dist. 1. & hic requirit factum, sed apud Deum puniretur ille, cum omnia sint eidem aperta tanquam dies hesternus, glos. in §. conditiones. per illum tex. insti. de uerbo. obligat.

b *Mutilare.* Dicuntur membrum abscindendo, vel debilitando. c. 1. & 2. de cleric. pugnan. in duel. Ioan. de Imo. in gl. mutilet. in cle. vna de homicid. Felin. in c. cum illorum, col. vlt. de sent. excom licet Panor. voluerit contrarium tenere ibidem, & hic pirata excommunicatus non potest ab alio quam a papa absolui, ut infra dicetur.

Solet tamen pœnitentiarius maior (qui communiter est Cardinalis) in casibus arduis, & Roma. pontifici reseruatis, absoluere, glos. & ibi Card in clem. ne Romani. §. eo tamen. de elect. Minor vero pœnitentiarius absoluit a casibus reseruatis episcopis.

c *Auxilium.* Hic late sumitur pro quolibet adiutorio seu fauore, siue quis mutuet pecuniam piratæ, siue alimenta tradat, siue patrocinium prętet, uel simile, quod ad eius vtilitatem pertineat. l. 4. ff. ad leg. Iuliam maiesta. ibi armis, telis, equis, pecunia, aliave aliqua re adiuti erunt. c. excommunicamus. de hęretic. ideo dicit Iurisconsultus, auxilium dari armis, manu, clamoribus, obtectu corpotis, ac plorando. l. 1. §. potuisse. & seq & l. cum dominus. ff. de Senatuscon. Sylla.

*Auxiliũ quando quis dicatur dare.*

Item præbendo domum, in qua se occulten piratæ. l. q domũ. ff. ad legem Iul. de adul. vel sarcinas, aut furta, seu alia paramenta recipiendo. c. sicut. §. hi quoque. de homici Soc. in reper. c. ad audientiam, q. 63. vers. visis, de homicid.

Item eundo cum aliquo datur auxilium. Bal. in c. vno. col. 5, de alaudijs per illum tex. Albert. in 4. parte, statuto. q. 32. Corset. in sing. incip auxilium. & dicitur auxilium ab augendo, quia per ipsum aliquid augetur.

augetur, nam sicut terra auxiliatur frugibus, sic qui opem præbet auxiliatur ei, cui præbet. Salyc. in l. una. col. 4. nu. 22. C. de rapto & sic quãdo auxiliũ prohibetur, uel punitur simpliciter, non rõne certi actus, tunc generaliter sumitur, & late, secus si respectu certi actus. vt ad homicidiũ, vel aliud maleficium committendum. Barto. in l. furti. §. opc. ff. de furtis. Angel. in tracta. de malefi. in glo. Andream auxiliatorem, vide Feli. in c. sicut dignum. de homicid. plene Hippoly. in practica sua. §. constante. nu 65. vbi dicit nũquam puniri auxiliatorem non sequuto delicto, per text. in l. sæpe. in fi. ibi nec consilium habuisse nocendi, nisi & factum sequutum fuerit. ff. de verb. signif. vbi scripsi. glo. in l. sed & diuortii. & ibi Dy rerum amot. Bal. in l. j. col. 3 in quarta oppo. C. de fer. fugiti.

d *Consilium.* Dicitur quædam probabilis persuasio debito tpe, alii insinuata, teste Bal. in l. 1. col. 2. C. de uindic. liber. & requirit quandam maturã deliberationem. Oldrad. consi. 44. quæritur, & põt se habere dupliciter, uno modo prout quis in se deliberat, & deliberando eligit. alio modo prout quis alteri cõsulit, vt aliquid faciat, & ita capitur hic. vt sentit Bart. in l. sæpe. & ibi dixi. ff. de uerb. sign. Soc. in repet. ca. ad audientiã. §. sequitur. q. 77. de homici.

Notandũ est tamen, quod in quibus casibus dẽt puniri dans consiliũ, auxilium, & fauorem, debet intelligi, vt mitius puniri debeat, quam is qui fecit delictum. Salyc. in l. 1. col. 7. C. de rapto. Cæpol. cõsi. 27. re quisitus. col. vlti. & etiam debet intelligi vt teneatur tunc eadem pæna in casibus, in quibus a iure communi teneretur eadẽ pęna, videlicet si dedisset causam morti, & quando non esset nudum. Hippol. consilium vel auxilium, secus sunt nudum sing. 15. statuta. & in l. fi. nu. 52. cum seq. ff. ad legem Corn. de sica. & in l. eiusdem. col. 1. ibidem fallit in c. Felicis, & ibi Ioãnes Monach. de pœnis in 6.

Articulus. 3. *Item excommunicamus & anathematizamus oẽs qui in terris suis noua pedagia* a *imponunt vel prohibita exigunt.*

a *Pedagia.* Dicuntur quæ dantur a transeuntibus per loca, in quibus sunt constituta, a pede dicta.

Guidagium datur pro conductu securo per terram alterius habendo. glo. & doct. in cap. super quibusdã. §. præterea, de verbo. signif. & hæc duo vocabula sunt ex cõmuni vsu hominũ introducta potius quã Latina, hoc a vulgari idiomate dicitur a guide inde guidagium. Vectigal vero dicitur id, quod præstatur pro rebus, quæ vehuntur. gl. in l. 1. ff. de publica. & vectigal. Hodie ex communi vsu loquendi vectigal pedagium vocamus, etiã nulla potest colligi differentia inter hæc, teste Anchar. in cap. quanquam de cẽsib. in 6. sequitur doan. Sanson. in consuetud. Turo. in rubr. *des droictz de peage.* art. 1. ad hæc quod est eadem rõ prohibitionis in gabella, sicut in pedagio, prout consuluit Cornel. consi. 199. circa col. 2. vol. j. Et ab initio fuere in uẽta pedagia, eo q; solet uegligi, quod cõmune est. §. 1. insti. de satisda. tutor. l. 3. §. pen ff. de excusa. tut. Ideo viæ & alia loca publica negligebantur, quare fuit concessum vni, videlicet principi, vt quicquam reciperet, idq; exponeret, tã ad instructiones pontiũ, quã reparationes viarũ, & pro defensione fidei, ac patriæ, vel alia simili iusta causa, ideo is qui pedagium recipit, supradicta facere tenetur ac seruare soluentem intra iurisdictionem suam, & distinctum in persona & rebus, alioqui tenetur ad satisfactionem plenariam, si ea causa datum fuerit. Hostien. s. in summa de cẽsibus. §. ex quibus causis. ver. sed nunquid sine causa, quẽ sequitur Guido Papæ, consi. 65. viso themate, col 1.

*Pedagia quæ reperta fuere*

Notandũ est quod ius ciuile nouã vectigalium & pedagiorum impositionem exosã habuit adeo, vt nulli vectigalia noua inducere permiserit. C. vectigalia noua instituí non posse. l. 1. & per totum. imo si quis vectigalia noua imposuerit, iure ipso in centum aureis cum infamia punitur. l. vna. ff. ad legem Iul. de ambitu.

De iure vero canonico donec satisfecerit cõmunione caret Christiana. c. si quis Romipetas. 24. q. 3. c. innouamus. de censibus. c. quamquam, illo tit. in 6. & hic excõmunicatur a Papa pp criminis atrocitatẽ et subditis consentientibus. Ratio est ne dñi exhauriant pecuniam subditorum, & oppressiones subditis faciant, quæ ẽt fieri potest, si augeantur pedagia imposita, & noua tunc dicuntur per l. vectigalia. ff. de publica. & vectiga. quia quod iuris est in toto, & in parte. ca pastorales. §. item cum totum, de offic. deleg. vulgata. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Salice. in d. l. vectigalia.

facit

facit l.hactenus in fi.ibi,neque autem am pliare posse.ff.de vsufruct.

Fallit quando pedagia imposita exigerentur,quia hi exigentes non comprehenduntur per hoc verbum noua pedagia imponunt Nam postquam non conueniunt verba,nec dispositio.l 4.§.toties,ff.de dã. infect:c.indemnitatibus. § supradicta. de elect.in 6.dic tñ.quo si exigatur sine causa vera vel putatiua hic comprehenditur in verbis vel prohibita exigunt, & tunc est atrox crimen:& sic cũ armis exigatur,punitur lege Iulia, de vi publica l.fin.ff.ad l. Iul. de vi publica.si sine armis,pœna l.Iuliæ de vi priuata,nota in l pen.& fi. ff. ad leg. Iul.de vi priuata.si verò ex iusta cã sit indictum,vel est iustus error,tunc crimen non contrahitur,si secundũ legẽ vel priuilegiũ exigatur Bal.cons.289.Quia cõsuetudo,col.2.in 4.vol. veruntamen si publicanus male exigat,quia de illis de quibus non erat consuetum, tunc pœna capitali de iure ciuili punitur. l.vniuersi.C.de vectig.& cõmissis:si verò plus (vt frequenter fit) exigat, q̃ licitum erat,tunc publicanus exilio puuitur,l fi.C.noua vectigalia.vel alias,vt in l.1.§.dixerit,ff. de publ.non tamen excõmunicatur hic vt dixi.

Secundò fallit in Imperatore,& Rege, c.super.§ prætera de verb. signif.ca.innouamus,de censib.de Rege Franciæ, quod noua vectigalia imponere i suo regno possit, firmat Salycet in l.vectigalia.C.noua vectigalia Bertach.in tract de gabel.in 1. parte,q.1.Ioan.Feral.in tract de iurib.regis Franciæ,in 17. priuilegio. Iacob.Bonaud. in suo panegerico sito post tract.cõtra rebelles regum. Ioan de Terra rubea, & Chassa. in consuet.Burgund in rub.*des iustices*.§.4.Nu.23 vnde Philippus Valesius,cum pecunia ad paranda bella eidem nõ sufficeret,vectigal salis imposuit,vide licet, vt nemo vnus sal vendere sine eius mandato posset, quod ét hodie penditur, vt videre est per Gaguinum,in vita Valesij,lib.8.vers.inter tot quæ,&c.Simile salis vectigal. Ancus Martius Romanorum rex apud Romanos induxit, vt in eius vita continetur, vino quoq; impositum nouum vectigal per Carolum quintum legimus,apud eundem Gaguinum lib.9.vers. est prætereà. Potest ét Delphinus, vbi supremus est,& iura Imperij hẽt in Delphinatu, noua vectigalia imponere. teste de Ripa in lib.1.respon.c.28 Allobrogũ idè in alio principe non recognoscente superiorem,vt plene consuluit Dec. cons.534. procedendo. non poterunt tamen isti indicere, nisi ob necessitatem, vel vtilitatẽ publicã, alioquin peccant teste Ioã.Fabro in d.l.1.in fi Sed cũ ijs poterit etiam rex in suo regno concedere iura vectigalium. Bart.in l.si publicanus. §. fi. ff. de public. Berth. in tract.de gabel.in 1.parte,q.2. & Specul.in tit.de causa possessionis.§.2.ver si quid de colligentibus.vbi Ioan. And.dicit in addi.incipien.super quibusdã,quòd concessio facta per principem de nouo pedagio in loco grauato pedagijs hoc tacito per impetrantem est subreptitia,& non valet,quia si princeps sciuisset locum iã esse oneratum,non concessisset, vel non ita de leui.c.postulasti, de rescr.Et ét rex põt ꝓhibere,prout facit Ludo.12.in sua ordinatione qs in suo regno indebitas exactiones faciat, alioquin ad duplũ exigentẽ puniri voluit, & ibi dixi rationẽ propter timorẽ conspirationis,metus & compulsionis.Nã talis impositio posset inducere perturbationem vel diminutionem collectarum (quas tallas vocant) & etiã quia interest regis subiectos habere locupletes.§.si insti.quibus ma. nõ licet,ét eius interest dictos subditos liberos esse & frãcos, iuxta nominis allusionẽ, sic consuluit Iason cõsi 81. cõitas.col.4.nu.5. in 3.vol.quia ista impositio est de iure regaliorũ,vt in vsib. feud. quæ sint regalia,etiã si baro vel alius dñs indigeat,tñ ob hoc plus solito grauare subditos non poterit. Floria.in l.si filia. in princ.ff.famil.hercis.ideo cõsuetudo vel præscriptio non iuuat comites : vel alios dños,quia quãdo Baro vel alius potẽs vl' est aliquo iure prætenso super non potentem, & maxime quando arrestat,vel arrestari & ignorari facit, sine causæ cognitione, præsumitur extorsio, & violentia, vel clandestinitas. l.fi.§.pen.ff. qd metus causa, hoc expresse tenet Guido Papę in cõsi.65.viso themate,coll 1.allegãdo Inno. in c.bonæ.2.de postul.prelat.& Ioan.Fab. in l.si certis annis,C.de pact.& § æque.q. 3.circa finem,vers.illud aũt nota institut. de actio. & tunc non sufficit præscriptio, vel consuetudo longissima,ét 50.anno.tũ quia est violenta,vt dixi, & sic non debet manuteneri in illa possessione,quæ est irrationabilis,& inductiua esset peccati, qa abesset bona fides,c.vigilanti. & cap.fi.de præscript. in authen. vt nulli iudicum, in princ.colla.9. & iõ requiritur præscriptio centum annorum,Guido Papæ cons.150.

viso

viſo ad plenum, col. 2. & ſeq. quod eſt notandum contra dominos locorum multa iura ſuper ſubditos ſibi vſurpantes, vt in his vſurpatis per iudices manutenere nō debeant. [Vide Lucam in l. viros. col. vlt. C. de diuerſis offic. lib. 12.

*Item excommunicamus & anathematizamus omnes falſarios* a,

*Articulus. 4.*

a *Omnes falſarios.* Tria in falſo iura requiruntur, primo dolum. l. 1 in princ. ff. ad legē Cornel. de fal. §. item lex Cornel. inſti. de publi. iudi. gl. in c. ad falſariorū. de cri. fal. c. hīes. & ſeq. 22. q. 2. Secundo mutationē veritatis. tex. in auth. de inſtru. cautela. & fide. in prin & l. quid ſi falſum ff. de fal. Tertio requiruntur, vt falſum alteri noceat. gl. ſing. in l. damus. & ibi addidi. C. ad leg. Cornel. de fal. deciſ. Neapolit. q. vlti. Lanfranc. in rep c. quoniā. in verb. teſtium depoſitiones, col. 6. in magno vol. de prob. & ſic patet, quid ſit falſum, nam eſt immutatio veritatis dolo facta, & ſic falſarij illi dicūtur quo ad hunc tex. qui dolo immutauerunt veritatem in literis apoſtolicis, & illi ſunt excōicati, nec poſſunt ab alio q̄ a papa (niſi in mortis articulo) abſolui, ſiue ſint laici, ſiue clerici. c. ad falſariorum, de cri. fal. vbi vult p̄p hoc falsū clericos eſſe degradādos, & curiæ ſeculari tradēdos. Hodie p̄ legē regni pœna falſi, ēt extra literas apoſtolicas, eſt moris, quādo falſum commiſsū eſt in iudicio, ſiue per notarios, ſiue per teſtes, & ſic ordinatum extitit per chriſtianiſ. d. no. regē Franciſcū ad tollendas oēs falſitates, & ad induendū terrorem deponere falſum volentibus, vt dixi in dicta ordinat.

*Bullarum*, a *ſeu literarum Apoſtolicarum* b *& ſupplicationum* c,

*Bulla quæ dicatur.*

a *Bullarum.* Bulla aurea erat olim inſigne triumphantium, quam in triumpho Romani per ſe gerebant, incluſis intra eā remedijs, quæ crederent aduerſus inuidiā valētiſſima, hinc deductus mos apud Romanos fuit, vt prætexta (quæ magiſtratuū erat) & bulla in vſum nobilium puerorū vſurparetur ad omen, & vota conciliandæ virtutis, ei ſimilis cui primis in annis munera iſta ceſſerunt, & hæc bulla teſte Macrob. in Saturnal. erat rotunda in cordis figuram formata, quā ante pectus annectebant a collo, vt bullam inſpicientes ita demum ſe homines eſſe cogitarent, ſi corde præſtarent. Romani depoſita adoleſcentia eam exuebant, a cuius rei ſpecie quidā tumor aquæ, quæ cito naſcitur, repenteq; decidit, vocatur. homo etiam bulla eſt, qa vita hominis ſimilis bullæ fluxa videlicet & caduca.

Bullæ ēt dicuntur ornamenta, quibus ſingula decorantur. Calphur. in Buc. Alternat vitreas lateralis cingula bullas. Hodie vero, quia literæ Roma. Pontif. ornantur plumbo, lō illæ literæ ſic plumbo decoratæ dicuntur bullæ. Nam plumbum in literis pendens vocatur etiam bulla. c. licet, ibi vt falſa bulla falſis literis apponatur, de crimi falſ. gloſ. in reg. cancel. 14. & Papa eo vtitur bulla plumbea, non aurea, vel argentea, ne propter petitoſum metallum detur occaſio furandi. in verb. aurea bulla. in cle. vna. in fi. de iureiur. vbi dicit Imperatorem vti bulla aurea poſſe.

b *Apoſtolicarum.* Et ſic committens falsū in bullis papæ eſt excōmunicatus: ſic is qui in aliis literis appſtolicis. Nā multæ ſunt, non tamen procedit in literis legati, vel delegati Papæ. Panor. in c. olim. de reſcr. licet debeat puniri, non tamen excommunicatur hic, quia dicitur hic falſarius literarum apoſtoticarum. ergo ſi falſum aliquis fecerit, in literis regijs, vel aliis punitur, non tamen eſt excommunicatus. c. ad audientiam. de crimi falſ. & quādo agitur de falſo facto ſuper magno ſigillo regis, ſolus cancellarius in Francia cognoſcit, teſte d. Ruſeo in 17. priuilegio iuris regalio. In magno tamē cōſilio fuit hoc anno 1536. in mēſe Februario. prolatum arreſtum, pro quodam clerico, qui in regis ſigillum falſum commiſerat, & in ſecretarij ſignum, vt gaudere poſſet adhuc priuilegio clericali, quamuis eſſet coniugatus. Et falſum dicitur et quis cōmittere, qū qc plumbum vnius bullæ mutat, & alteri applicat, vel quando filū, & aliis modis, de quibus in c. licet, de crimi. falſ. Imo ſi aliquis hodie addat vnā literam literis Apoſtolicis, aut unū punctum, vel corrigat extra officiales curiæ Roma. eſt excommunicatus, nec poteſt abſolui ab alio q̄ a Papa. Hoſtien. in ſum. de crimi. alſ. §. qualiter committantur uer ſiſed hodie. & falſare lo Fiat, eſt falſare literas apoſtolicas, & propriiſſime, ſicut illud in quo tota conſiſtit virtus, & ſubſtantia. Verba ſunt colle cta in c. ad falſariorum col 1. de crimi falſ. vide Panor. in c ex parte. de fid. inſtr. vbi concludit quod in bulla uel aliis literis apoſtolicis defectus unius literæ, nō vitiat, ut ſi quis impetret eccleſiam ſancti Pancratii,

cratii,& in bulla dicatur ſancti Pancratii non minus dicitur valere,quod eſt notandum,quia ſæpius de hoc vidi dubitari.

c *Et ſupplicationum.* Quas vocamus ſignaturas,per quas papæ ſupplicamus, vt conferat bñficium, diſpenſet,vel aliud faciat, & aõicus incipiunt Beatiſſime pater, &c. vel Pater sãcte,vel Dignetur S.V.& expediũtur in papyro.[Dixi in mea praxi beneficiaria.]Bulla in pergamẽo, & in hac ſupplicatione nou apponitur plumbũ. In bulla ſic non procedit quod hic dicitur, qũ quis impetraret literas ẽt ét a Papa ſuggeſta falſitate, vel tacita veritate, quia talis non eſt excommunicatus, per hæc verba bullæ huius,ſed commodo literarum care re debet. c. ſedes. c. ex tenore, & c. ſuper literis,de reſcrip quia ueras literas impetrat,licet falſum dicat, nec talis proprie dicitur falſarius,ideo hac pæna non coercebitur, nec timeat ſacerdos iſtum abſoluere.

*Gratiam vel iuſtitiam a concernẽtium per Romanum Pontificem vel vicecancellarium ſeu gerentes vices eorum, aut officium Vicecancellarij S.R.E. de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatarum aut ſub nomine b eiuſdem Romani Pontificis ſeu Vicecancellarij, aut gerentium vicẽ prædictorum, ſignantes ſupplicationes, eaſdem extendentes c capitulum ad falſariorum cum omnibus pœnis in eo contentis ad falſificantes, ſeu mutantes ſupplicationes per nos, ſeu de mandato noſtro ſignatas, & datatas ſine noſtra aut datarij noſtri licentia.*

a *Gratiam vel iuſtitiam.* Illa reſcripta dicuntur continere gratiam, quando Papa confert beneficium,ſeu mandat conferri, vel concedit illud ad quod de iure non tenebatur,no.in c.gratia.de reſcr.in 6. dixi in glo.gratiã.in forma mandati. in cõcor. in additio.nouis,quæ ſint literæ gratiæ.

Iuſtitiam vero continere dicuntur,quãdo conceſſa continent iuſtum & honeſtũ. Nam illa verba ſonant petita & conceſſa continere ius commune Cald. conſ. ult. rubr.de reſcrip.Idem ſi dicatur in ſupplicatione,aduerſarios indebite contradicere,quia denotat,quod ſupplicans petit iuſtitiam,vt ex forma cõmiſſionis apparet. Barb.in rubr.de reſcr.col.2.& aliæ regula riter literæ q̃ ad lites ſupetrantur. Doct. in c.ſuper literis,& c.poſtulaſti. de reſcri. Reſcripta etiam gratioſa poſſunt continere iuſtitiam, vt ſi promoto ſine beneficio dentur literæ cum ſecundum apoſtolum, vel in forma communi vocatæ, & hæ iuſtitię vocantur, quia iuſtum eſt prouideri ordinato ſine beneficio,ne in opprobriũ cleri mendicet. c.diaconi.in 5.diſt. 93 & c.cum ſecundum.de præbend.

b *Aut ſub nomine.* Et ſic ſignantes ſuppli cationes nomine Papæ uel Vicecancellarii, aut gerentis vicem ſunt excommunicati ut hic,quia cum debeant ſignari a Papa, uel mandato eius ab alio, ſi non fiat, falſum dicitur,ideo punitur ſic faciens vt falſarius,& excommunicãtur hic,& tales nõ poſſunt ab alio abſolui,quam a Papa.

c *Extendentes.* Mutans ſupplicationem, quam dicimus ſignaturam, uel falſificans eam a papa ſeu eius mandato ſignatam, ſine licentia eiuſdem pontificis eſt excõmunicatus,& debet puniri omnibus pœnis contentis in d.c.ad falſariorum.de crimi. falſ. Nam hodie propter dulcedinem beneficiorum ſæpius fabricatur in beneficialibus falſum,ut quot die uideo agitari in palatio,& plus in illa materia quam in alia. Deberent ergo iudices, maxime Do. Senatores, tollere acriter tales puniendo vt cederet cæteris in exemplũ, ideo prohibetur hic. Olim excommunicabantur, qui literas ab aliis quam a Papę officialibus recipiebat.c.dura de crimi.fal ſed gl. & doct.dicunt ltud c.nõ ſeruari in curia. *Falſum in beneficijs ſę piuscommittitur*

Item in eis qui falſam Regis Hꝛãciæ cudunt vel fabricant monetam,& qui extra regnum prædictum eam emunt, & in regno exponũt, nam excommunicati ſunt, & abſolutio papæ reſeruatur, in extraua. una de cri.fal.in extrauag.Io.22.ſed non eſt de caſibus reſeruatis in cæna domini, vt uides hic.

*Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos,* a Artic.4.

a *Omnes illos.* Alia hia excõicatio profertur contra ferentes arma ad Sarracenos, vel alia quibus poſſunt oppugnare Chriſtianos,ita prohibuit concilium Lateran. vt patet in c.ita quorundam, de Iudæis. & ratio eſt propter fidem tuendam, cuius Papa tanquam Chriſti vicarius eſt caput.

c.1.de transla.epiſ.alia ratio ponitur in extraua.prima,de Iudęis in cõibus: quia Chriſtiani opprobrium Chriſto illarum in terra hæreditatis ſuæ, totis uiribus uindicare debent,& tamen potius iniuriatoribus fauent,& degenerantes miſerabiliter a ſtatu fidelium famæ propriæ immemores,& ſalutis obliti, inimicis crucis Chriſti contra ipſius negotium hæc faciunt.d.extrauag.

*Qui equos,*a *arma, ferrum,* c *filum ferri,ſtannum, calybem,* d *omniaque alia metallorum genera* e *atque bellica inſtrumenta.* f *lignamina,* g *canabum,*

a *Equos.*Siue ſit in curſu velociſſimi, ſiue veredi,ideſt uehentes redam.l 1.C.de curſu public.lib.12.Siue alii, cum hic generaliter loquatur, & de natura equorum qui præſagiunt pugnam,& amiſſos lugent dominos,lachrymaſq; interdum deſiderio fundunt Licet uidere per Plinium lib. 8.cap.42.ubi narrat de equo Bucephalo Alexãdri,qui regio inſtructus ornatu neminem alium quam Alexandrum recepit in ſedem,alios paſſim reiiciens,cui defuncto rex duxit exequias urbemq; tumulo circundedit nomine eius. Aliaq; ibi mira de equis citantur, quæ videri poſſunt, & quod hinnitum illius,qui contra eũ uult pugnare,cognoſcit,teſte Ariſt.in lib.de natur anima.8.c.24.& quomodo boni equi dignoſcuntur tradit Virgil.in Georg. Argutumq;caput,breuis aluus,obeſaq; terga.& Pet.de Creſcentis in lib. de cõmodis ruralium.9.vbi etiam tradit infirmitates equorum, & curam illorum. Quatuor in equo eſſe inſpicienda tradit Iſidorus, in lib.Etymolog.12.c.1.quæ proſequere, vt ibidem per eum.

b *Arma.*Quorum appellatione hic comprehenduntur nedum arma offenſibilia cuiuſcũq;generis, ſed etiam defenſionis, vtpote ſcuta,caſſis,galeæ,loricę,platę,diploides,& ſimilia, glo.in extrauag. Quorundam de Iudæ.in extrauag.Io.22. facit l.3.§ armis.ff.de vi & vi armata.etiam fuſtes & lapides machinarum non ædificiorum hic prohibentur, cum etiam armorũ appellatione ueniant. l.armorum. & ibi dixi ff.de verb.ſign & etiam quia per ea oppugnantur Chriſtiani, igitur venient armorum appellatione, licet alias contra, vt dixi in d.l.armorum.

Notandũ eſt quod nobiles & alii qui poſſunt portare arma non poſſunt ea portare in palatio.Bal in § ſiquis ruſticus, de pace tenen.eius viola.hodie in locis vbi litigatur,& ſic coram iudicibus non poſſunt portari arma text.in l qui dolo. §.itẽ qui cum telo.ff.ad legem Iul.de vi publ.Bart. in l.1.illo titu.& ſeruatur in hoc ſenatu & aliis,vt nullus intrare audeat cum armis locum quem Parquetum uocant.

c *Ferrum.*Factum,ſiue infectum.l.1.C. quæres exporta.non deb.quod eſt intelligendum quando ad offenſionem uel defenſionem conferre poſſet,ſecus ſi de alio, ut gladii ad incidendum pennas,uel panem, niſi tot portarentur quod poſſent in aliud genus armorum conuerti. Silueſt. in ſua ſum.in uer.excõicatio.7 q.21. & quia eſt eadem ratio & conditio omnium particularium,ideo inde finita æquipollet uniuerſali.teſte Dy.in proœ.reg.6.in 2.q.

d *Calybem.*Calybes populi ſunt in ponto iuxta Termodontem fluuium,ut Plinius & Strabo teſtantur: hi nudi ferrum effodiunt. Vergil. India mittit ebur, molles ſua thura ſabæi, at Calybes nudi ferrum. aliquando vero ponitur pro ipſa ferri materia, vt hic,uel pro iſtrumento ex Calybe facto. Vergil. vlnificuſque calybs,& Luca.calybem frenoſque momordit.

e *Metallorum genera.* Quæ ſunt ſeptem, uidelicet aurum,argentum,electrum, æs, ſtãnum,plumbum. & quod domat omnia ferrum teſte Iſid.lib.16. etymolog.c.16.& ſeq & Luc.de Penna in rub. C. de meral. libr 11. & dicitur a metello,quod eſt ſcrutor,ſiue inquiro, quos ſpes ſit, vna uena inuenta,alterius inquirendæ & inueniendę.Plinius author eſt lib.33.

f *Bellica inſtrumenta.* Ergo quæcunque bellica inſtrumẽta hic prohibet, ſiue ſint bombardæ, ſiue colubrinæ,baliſtæ,arcubaliſtæ, ſpingardæ, ſiue alia tormentorũ genera,quorum meminit Crapal. libr. 2. de partibus ædium.

g *Lignamina.* Exponit gl.in d. extrauag. una de Iudæis,eſſe ligna galearum, uel de quibus galeæ uel alia nauigia fieri poſſunt d. c. ita quorundam. & comprehenduntur omnia ligna, quibus fieri poſſunt naues, galeæ, & machinæ offenſiuæ, uel defenſiuę, ſecus ſi ad comburendum, gl.ibi.

*Funes,& alia prohibita deferunt* a *Saracenis,Turcis,& alijs Chriſtiani*

*ne minis*

*nomiuis inimicis quibus Christia nos impugnant*, b *non obstan. qui busuis priuilegijs* c *& concessionibus quibuscunque principibus aut dominis seu priuatis personis, per nos & sedem prædictam hactenus forsan cō cessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari* d.

a *Deferunt.* Siue patronus nauis fuerit, & scienter deferat siue mercator, qui ad Turcas conducit illa arma, sunt hic ambo excōicati, etiam si mercator non iret, sed mitteret. tex. in c. significauit, de Iudę. qa est eadem ratio prohibitionis, & qui per alium facit, ipse facere vr, per regulam iuris. Secus, si patronus fuerit ignorans. Itē etiam non procedit, qñ casu necessitatis Christianus uenderet ensem suū Turcis propter famem, aut aliam necessitatem, tunc non est excōicatus. Nam prohibetur deferri causa uēditionis, uel alienationis, sed hic non deferebatur ea causa, sed tuitionis corporis. Ideo postea necessitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum. ca. si quis propter. de furtis.

b *Impugnant.* seu impugnare possunt, idē iudicatur hic de potētia, sicut de actu, dr in simili in procem. insti. de Augusto, q dicitur, eo ꝙ auget, uel augere debet. Et idem in matrimonio dicit, ibi glo. in verbo Augustus. Multa similia adducere posset, nisi breuitatem quærerem.

c *Non obstan. priuilegijs.* Non derogatur hic priuilegijs Venetorū, qui à papa Martino habent priuilegium deferendi merces, & uictum ad Saracenos, sed arma, vel alia supra prohibita deferendi nō uidi eisdem concessum priuilegiū, & si esset, hic tollitur, de hac clausula vide tex. in c. clericis, in fi. de immunita ecclesiarum. in 6.

d *Suffragari,* Et sic non obstan. priuilegio excōicantur hic deferentes res prohibitas ad Saracenos, sed lex ciuilis capitis pœnam eisdem cū bonorū proscriptione imponit. l. 2. C. quæres exporta. non debeant vbi dicitur: Pernicioſum namque Rom. Imperio & proditioni proximū est, barbaros (quos indigere conuenit telis) eos vt validiores reddant instruere. Eadē pœna statuitur aduersus eos, qui docent barbaros & Turcas facere naues. l. fi. C. de pœ. Et notandum est ꝙ supra expressa ad eosdē prohibentur deferi omni tpe, siue pacis, siue belli. tex. & ibi pōderat Panor. in c. significauit. de Iuæ. victualia vero & merces prohibētur ad Saracenos deferri tm̄ tempore belli, ac omne consilium impendi, & aliud subsidium. cap. quod olim, de Iudæ. [nisi pro captiuis redimendis: nā merces & victualia, etiam tempore belli non prohibentur: secus in armis. Doct. in c. significauit, de Iud. Sum. angel. in verbo excōmunicatio, 5. in 21. causa. Et, Capyt. in decis. Neapo. q. 150.] Fallit in soldano ad quem omni tempore prohibeatur etiā victualia deferri, quia ille solus occupat terram sanctam, ideo ecclesia contra eum bellū videt habere perpetuū, si tū Turca possederit, idem dicam. De iure canonico ijs qui ista ꝓhibita deferūt, aliæ pœnæ imponuntur. prima est excōicatio vt hic. Secunda ꝙ ab alio, q̄ à papa absolui non possunt, vel de eius speciali mādato quod de facili non præbet teste Panor. in d. c. quod olim. in fi. Tertia, quod serui efficiūtur capientiū, ēt si Christiani fuerint, contra ea q̄ dicit Bar. ī l. hostes ff. de captiuis & d Boeri. in §. 1. de consuetu. iuris statu perso. in consue. biturig. vbi dicit iura seruitutis & captiuitatis inter Christianos locū nō habere, sed speciale est in hoc casu. Quarta sunt infames, & sic omnibus pœnis, quibus infames affligūtur, hi puniri debent. Quinta sunt inteſtabiles, tam actiue q̄ ꝓssiue, qa nec ipsi de bonis suis disponere pñt, nec aliquis eis relinquere, uel aliqua legata facere, vel donationes. Sexta ad succedendum sunt inhabiles, ab inteſtato quā ex testō. Septima ad publica non possunt admitti officia vt ibidē habet. Octaua, Omnes actus legitimi lūt eisdē interdicti, de quibus in regula actus legitimi, de regu. iur. in sexto. Nona, Omnia bona eorum sunt confiscata, Vltimo quia diebus dominicis publice excommunicati nunciari debent Hæ pęnæ describūtur in extrauagan. prima, de Iudæ, in communibus. Alias qlibet videre poterit per discursum iuris & hic addere.

*Pœna deferentium arma ad Saracenos.*

*Item excōmunicamus & anathematizamus oēs impedientes seu inuadentes victualia* a *seu alia ad vsum Ro. curiæ necessaria, adducentes, vlā qui ne ad Romanam curiam adducetur, vel deferantur impediūt seu perturbant, vel qui talia faciunt vel defendunt. cuiuscūque fuerint ordinis,* b

*præeminentiæ, c conditionis d & ſtatus e etiam ſi pontificali, regali, reginali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate.*

a *Victualia.* Victus & victualiũ appellatione cõtinetur, quæ eſui, & potui, cultui quoque corporis, quæq; ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtem quoq; victus habere vicem Labeo ait, cętera quoq; quibus viuendi curandive gratia corporis noſtri vtimur, ea appellatione ſignificãtur. l. verbo victus. & ſeq. & ibi dixi. ff. de verb. ſig. & iõ poſtea declaraſ i tex. ſeu alia &c.

b *Ordinis.* Siue ſint proceres, ſiue decuriones, ſenatores, ſcabini, vel alij ſi'es l. 1. §. ſed & ſi ſeruus in glo. ordinũ ff. de ven. inſpicien. vel ordinis intellige ſiue maioris, ſiue minoris, ſiue fuerit clericus primæ tonſuræ, ſiue acolytus, ſiue ſubdiaconus, diaconus, vel presbyter, vel alterius ordinis, quos tradit Hoſti. in ſum. de ordina. ab epiſcopo qui renunc. epiſcop. §. 1. ubi picit nouem eſſe ordines clericorum, ſicut ſunt nouem ordines angelorũ, Præpoſ. in cap. cleros. 21. diſt.

c *Præeminentie.* Eccleſiaſticæ vel mundanæ, etiam ſi Imperiali pfulgeat dignitate, glo. quibuſcunq; in clemẽ. 1. de Iudi. & hoc declarat infra, & forte hic imperator non eſt expreſſus, ne arbitret papã iſtud facere in odium ſuum, ſed dignitatem regalem expreſſit, quia plures ſunt reges, & unus Imperator, ideo noluit eũ nominare per no. in c. cum omnes. de conſti.

d *Conditionis.* Siue ſit laicis, vel clericus, ex vi verborum hoc declaratur, per glo. in verbo, conditionis, in extrauag. ad reprimẽdum qũo in læſæ maieſt. crimine procedat, ſiue fuerit maſculus, vel fœmina, maior. uel minor, dũmodo doli capax. c. 1. de deli. puero. §. pupillus, inſti. de inutil. ſtipula. Idem dicitur. in cap. fundamẽta, in ſi de. elec. in 6. ſiue fuerit miles ſiue non: ſiue diues, ſiue pauper: ſiue magnus, ſiue non, glo. in uerb. conditionis. l. pũti, in prin. C. de his qui ad eccleſ. confug.

e *Status.* Nobilis, ſiue uilis: ſeruus uel ingenuus. gl. in ver. ſtatus, in extrau. ad reprimendas. tres ſunt mũdi ſtatus. Eccleſiaſt corũ, nobiliũ, & plebeiorũ. Et qñ rex vult habere collectas, mãdat gẽtibus triũ ſtatutum, ut imponant eas, & qũo conuocentur tradit, d. Chaſſa. in proœm. conſuetud. Burgun. in glo. *Les gensdes trois eſtats.* de literis ſtatus ſcribit Benedictus in repeti. c. Raynu. in verbo teſtm. 1. nu. 22. de teſta. Ego ipſe ſcripſi in illa ordinatione regia prohibente literas ſtatus dari.

*Item a excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad ſedem Apoſtolicam venientes & recedentes b ab eadem, necnon omnes illos qui inriſdictionem ordinariã vel delegatam aliquam non habentes, in eadẽ curia morantes tẽmeritate propria rapiunt, ſpoliant, & detinent aut propoſito deliberato verberare, mutilare vel interficere preſumunt, & quia talia fieri faciũt. ſeu mandãt*

a *Item excommunicamus.* Probatur in. c. ſi quis Romipetas. 24. q. 3.

b *Recedentes.* Priuilegiũ datum ad eundum, cenſetur datum ad recedendum, & ad morandum. c. quia diuerſitatẽ. de conceſſione præb. c. ſtatutum. §. præferendo, de reſcript. in ſexto, dixi plene in princi. ſcho. in auth. habita. C. ne ſi. pro patre. Idẽ dico in ſaluo conductu. in prac. mea rubr. de ſecuritate & ſic excõicantur primo hi qui rapiunt venientes ad ſedem Apoſtol. propria temeritate ſecus ergo ſi iuſtę, vtpote, ſi ueniens ad ſedem apoſt. aliquẽ occideret, & iudex cum caperet, non incideret in hanc excõicationem, quia non facit temere. l. eum quem. ff. de iud. c. eum qui de præb. in ſexto. Secũdo qui rapiunt, propria temeritate à curia Rom. diſcedẽtes Tertio illi, qui iuriſdictionẽ nõ habent tñ capiunt morantes in curia Ro. Quarto qui prædictos ſpoliant. Quinto qui eos detinent. 6. qui eos verberant. 7. qui eos mutilant. 8. qui eos interficiũt. 9. qui hæc vel alterum iſtorum fieri faciunt, vel mandant. Nona tu presbyter, & horum abſoluas neminem.

*Item excommunicamus a & anathematizamus omnes temere mutilãtes, verberantes, vulnerantes, interficientes, capientes, incarcarãtes & detinentes, patriarchas, archiepiſchopos, & epiſcopos, eorumque mãdatores.*

a *Item excommunicamus.* Probat in clementi. 1. de pœnis q. ſi quis verberauerit epiſcopũ.

epiſcopū, vel occiderit, tenetur ut hic dicitur, quod eſt intelligendum, quando temere, ut hic, & in d. clem. dicitur, ſuadente diabolo, ut in cap. ſi quis ſuadēte. 17 q. 4. ſecus ſi ignoranter, quia inuenit eū laruatū, vel de nocte ſine lumine, tunc ſi præfectus vigilum, vel ſeruientes eum capiāt, non ſunt excommunicati, vt hic, quia epiſcoporum eſt, Deo ſeruire, & Dei perſonā induere, & non diaboli, qui in multas ſe transfert figuras. no. in cap. cum ad decorem, de vita & honeſt. cleric.

Secundo etiam non procedit, quando aliquis ſe defendendo percuſſit epiſcopū, quia tunc nō dicitur facere iniurioſe, vel temere: ut dr̄ in cap. eum qui. de præben. in 6. ſicut dixi de ſcholaribus in auth. habita. C. ne filius pro patre, vbi prohibet fieri aliquam iniuriam ſcholaribus ſine cauſa, ex cauſa nō, videlicet ſi ſcholares aggrediantur aliquem, ille poterit ſe defendere, etiā cōtra ſcholarē & epiſcopū & quēuis aliū, & no. in l. vt uim. ff. de iuſſit. & iure.

Mandatores intellige ſi effectus fuerit ſequutus, id eſt ex illo mandato fuerit verberatus eps, vel occiſus, alioqui non: quia verba debent intelligi cum effectu. l. j. ff. quod quiſq; iuris. glo. & doct. plenius declarant in d. cle. 1. Et ſic excommunicantur hic mutilantes patriarchas, archiepiſcopos, vel epiſcopos. iſti ordines declarantur in c. clericos 21. diſt. Secūdo vulnerantes eoſdem, vel illorum alterū. Terito interficiētes. Quarto capientes. Quinto, incarcerantes eoſdem. Sexto, detinētes prædictos. Septimò, mandatores. Octauū addit d. cle. 1. de pēnis qui bannierit epm, vt eo ipſo ſit excommunicatus, & non poſſit abſolui ab alio q̄ à papa, niſi in mortis articulo. Nonū ēt addit in eo qui facta contra has perſonas rata habet. Nam etiam eſt excommunicatus, qui ratam habet p̄cuſſionem clerici ſuo nomine factā, tex. in c. cum quis de ſenten. excom. in 6. Decimum, ille qui facienti fuerit ſocius. Vndecimum, qui dederit conſilium vel fauorem. Duodecimum, qui ſcienter defendit illos ſceleſtos. Et ſeptem pēnæ hos circumdēt, quarum prima eſt, quia offendēs patriarchas, archiepiſcopos, vel epōs eſt ipſo facto excommunicatus. d. clem. 1. Secūda eſt, quia abſolutio reſeruatur ſoli Roma. Pontifici. Tertia, quia priuatur omnibus beneficijs ſpiritualibus & temporalibus, ac feudis, emphiteoſi, & locationibus quæ tenebat ab illa eccleſia cuius pontificē offendit, ſiue locatio ei fuerit facta ad longum tempus vel ad modicum, cum d. clem. indiſtincte loquatur, vt no. ibi doct. Et ſi duo epiſcopatus eſſent vniti vt Valē. & Dien. priuatur beneficijs & officijs, quę tenet ab vtraq; eccleſia. Quarta, q̄ ad hāc priuationem non eſt neceſſaria hominis ſententia priuatoria ſed declaratoria tantum ſuper huiuſmodi crimine ſacrilegij, cum ipſo iure ſit priuatus. cap cum ſecundum leges, de hæret. in 6. Quinta quòd filij delinquentis per lineam maſculinam deſcendētes vſq; ad ſecundam generationem inhabilitantur ad obtinendum beneficia eccleſiaſtica ī illa diœceſi cui præerat pontifex offenſus. Sexta pœna quia terra offendentis epiſcopum eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico, & etiam locus in quo epiſcopus detinet captiuus, ut in d. cle. 1. dicitur. Septima q̄ publicandus eſt excōmunicatus per omnes eccleſias, ciuitates & diœceſes. Vltima quod non debet abſolui niſi ſatisfecerit, vel donec cauerit de ſoluendo pœnam infligendam, & de ſupplendo pœnitentiam iniunctam, has pœnas tradunt doct. in d. cle. maxime Bonifa. de Vital. nu. 70. Quid in verberāte vel occidente cardinalem? hic non exprimitur ſed ēt eſt excommunicatus hoc faciens & abſolutio papæ reſeruatur ac alię pœnæ imponuntur in c. fęlicis, de pœnis, libr. 6. Imo idem in verberante vel inijciente aliàs manus violentas in quemcunq; clericum, ēt primæ tonſuræ, c. ſi quis ſuadente. 17 q. 4. non tamē excōmunicatur hic, ſed à iure, nec poteſt abſolui niſi à papa, vel à legato, vel in mortis articulo. ca. q̄uis, de ſenten. excom. dixi hoc anno interpretando d. c. ſi quis ſuadente.

Art. 9.

*Itē excōicamus a & anathematizamus omnes illo qui per ſe vel aliū ſeu alias quaſcūq; perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares ad Rom. curiā ſuper eorū cauſis & negocijs recurrētes b illaq; in eadē curia proſequētes, aut procurātes, negociorumque geſtores, aduocatos, procuratores ipſorum, vel etiā auditores, ſeu iudices ſuper dictis cauſis ſeu negocijs deputatos, occaſione cauſarum vel negociorum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu bonis ſpoliant, ac illos qui ne aliquas literas apoſtolicas etiam*

*in forma breuis tam gratiam quàm iuſtitiam concernentes, etiam citationes, monitoria & exequutoriales quę à ſede apoſtolica emanarunt, & pro tempore emanabunt, ſine eorum beneplacito & examine, executioni demandēt, inhibent, ac notarios, executores vel ſubexecutores littararū monitorialium & citationum ac executorialium huiuſmodi expiunt, incarcerant, & detinent, vel capi incarcerari. detineri faciunt.*

a *Item excommunicamus.* In cle. multorum. de pęnis, excommunicatur perſona eccleſiaſtica, quæ procurat vt eccleſiaſticus capiatur, & detineatur à ſeculari potestate, ſi ad ſedem apoſtolicam vadat, citatus ab hoſte vel à iure, aut vt ſuo renūciet bñficio, vt ſi procuret detineri, ne ad d. ſedem apoſtolicā vadat. hic tñ excōicatur quicunq; tam laicus q̄ clericus impediēs aliquem clericum, vel laicum hſe recurſum ad cur. Ro nec eſt illa conſtitutio ſuperflua, quia hic excōicatur tantum in d. cle. aliæ pœnæ infliguntur, ratio tū ponitur, in d. clem. quia hic exceſſus tendit ad denigrationem honoris Roma. eccl. & ad inquietationem & perturbationē ſtatus, & ordiuis clericalis, qui debet eſſe ꝓſper & quietus, & ēt indecorū eſt filijs pereuntibus vel multum opreſſis oprata matris vbera denegari, videlicet ſedis apoſtolicę. c. fundamenta, de elect. in 6. & cū papę tribunal ſit maius quocunq; alio temporali, ideo debet ei credere. l. contra. §. 1. ff. de re iud. Imò impediētes ſubditos regis Franciæ ne ad regem eant, punirentur crimine læſæ maieſtatis reſte Luca de penna, in l. vna, col. 10. cū ſeq. C. ut nemo ad ſuū patro ſuſcipiat dixi in materia euocationis in repet. l. quod iuſſit. no. 2. ff. de re iudi. facit c. quia plerique, de offi. ordi. in 6.

b *Recurrentes* Fūdatur in ca. qm̄, de immuni. eccleſiarum. in 6. vbi impedientes aliquem coram iudice eccleſiaſtico litigare, aut literas apoſtolicas impetrare í cauſis ad forum eccleſiæ ſpectātibus, de iure, vel de antiqua conſuetudiue, ſunt ipſo iure excōicati. Idem ſi procurant, vt deſiſtat litigare coram eccleſiaſtico. Et nota caſus ſequentes. Primus eſt in his qui mutilāt recurrentes per ſe vel alium ad R. omanā curiam ſuper eorum cauſis & negocijs. Nā iniura dicitur inferri, quando iuriſdictio alicuius turbatur, vel impeditur. d. ca. quoniam, & ibi Peruſ. no & ſic comprehendū tur hic quicunque impedientes, ſiue clerici, religioſi, ſeculares, ſiue laici ſiue habē tes iuriſdictionem, ſiue non, cum hoc generaliter loquatur. & religioſi ad hoc ſolent habere ſtatuta, & tamen aliquādo vt aufugiant ſuorum ſuperiorum pœnas, ad iudices vel magiſtratus laicos confugiūt. Secundo qui impedit procuratores, negotiorū geſtores, aduocatos ipſorū, vel etiā auditores, ſeu iudices ſup dictis cauſis ſeu negocijs deputatos &c. probatur hic cum dicit aut procuratores &c. Tertio qui prædictos recurrentes, aut procuratores ipſorum & alios hic deſcriptos occaſione cauſarum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt ſeu bonis ſpoliant, ibi occaſione cauſarum &c. quarto qui impedit proſequētes litē, vel negociū in curia Roma. vt hic dicitur. in eadē curia proſequentes. intellige qñ iure proſequitur. glo. in verbo, proſequentes. §. 1. de manda. apoſto in cōcor. Nam ſi Italus cōueniret Gallū Romæ, non haberet locum quod hic dicitur per rub de cauſis, in concorda. vbi omnes & ſingulæ cauſæ exceptis maioribus in iure expreſſis apud illos iudices í partibus, qui de iure vel de conſuetudine præſcripta vel priuilegio illarum cognitionē habent terminari; & finiri debent. & ſic Galli poſſunt dicere, nos legem habemus cōtrariam cui non derogatur, nec. derogari per vnum poſſet. Quinto qui inhibent literas Apoſtolicas gratiam vel iuſtitiā concernentes, ſine eorum beneplacito & examine executioni demandari, ibi ac illos qui &c. & hoc probatur in c. qm̄, de immunita eccle. lib. 6. & ſuper hoc extat bulla Leonis decimi cuius tenor talis eſt.

*Bulla Leonis 10.*

Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei ad perpetuam rei memoriā in ſupremo Apoſtolicæ ſedis folio meritis licet īparibus conſtituti, ad ea libenter intendimus, per quæ debitus honor & reuerentia dictæ ſedi à ſubditis & inferioribus, præſertim Pōtificali dignitate pręditis impendantur, & & ſi quid perperſæ aut minus recte p eoſdem inferiores factum aut geſtum reperiatur, quod in dictæ ſedis depreſſionem ac malum exemplum & ſcandalū plurimorum cedat; id per noſtræ prouidentiæ miniſterium reuocetur, & ad debitā normā reducatur, ne mēbra a capite (cui obedientiam debitam & deuotam præſtare tenen-

tur)

tur) discordare videantur. Sane licet fœlicis recordationis Bonifacius Papa Nonus prædecessor noster, ad quem fide dignorũ relatione peruenerat, q̃ certi Prælati quibus piæ memoriæ Vrbanus Papa Sextus ẽt prædecessor noster cõcesserat, vt in eorum Ciuitatibus & Diœcesibus executio literarum Apostolicarum fieri nõ posset, nisi literæ ipsæ Prælatis ipsis aut eorũ officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatę forent, & eorundem Prælatorum officiales in consuetudinem eednxerant, ali qui verò prætextu statutorum Prouincialium seu Synodalium ẽt seruabant, q̃ nullus literas Apostolicas hmõi exequi auderet, nisi postquã Prælati seu officiales. ipsi per suas literas (quas vidim⁹ nũcupabãt) mandarent, & concederent, vt iudices in ipsis literis Apostolicis deputati & sine licentia vel consensu quorumcunq; Prælatorum, vel superiorum, aut officialiũ eorũdem literas Apostolicas exequi posset, & deberent. Tñ nuper in publica signatura coram nobis nõnullæ supplicationes pro positę fuerunt, continentes q̃ in Toletan. & Carthaginen. ecclesiis sub colore falsitatis obuiandi editæ fuerant constitutiones Synodales, qbus caueri dicebatur, vt Tabelliones & notarij, ẽt à partibus requisiti, literas Apostolicas nullatenus recipere possent, uisi illæ prius per Archiepiscopum Toletan. & epm Carthaginẽ. pro tẽpore existentes, aut eorum officiales examinatæ forent, à nobisq; earumdẽ Constitutionum confirmatio peteretur. Nos petitionem huiusmodi vti ratione carentem, cum Romani Pontificis gesta per inferiores & sibi subditos sine eius speciali licentia examinari non debeant, indecẽs & absurdum, quinimo temerariũ esse censentes, quòd aliquis quauis occasione literas Apostolicas sine Romani Pontificis speciali cõmissione, examinare velle p̃sumat. Propterea supplicationes ipsas prout merito reijciendæ erant, reiecimus: & corã nobis lacrerari fecimus, ac constitutiones edentium temeritatẽ tali castigatione reprimere, ac super his tale remedium adhibere volẽtes, vt alijs in posterum cõmittendi similia aditus præcludatur. Motu ꝓprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine literas Bonifacij prædecessoris nostri, hmõi tenore præsentiũ approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illasq; inuiolabiter obseruari dꝛe decernimus, necnon quascunq; Cõstitutiones Synodales, tam in dictis Toletan. Carthaginen. q̃ quibusuis alijs ecclesijs per vniuersum orbem cõstitutis superijs factas, motu, scientia, auctoritate, & potestate prædictis, calsamus, & annullam⁹, ac statuimus & ordinamus, quod iudices & executores in literis Apostolicis pro tẽpore deputati, ac notarij & tabelliones super his requisiti, literas ipsas Apostolicas, sine alicuius psonæ cuiuscunq; ecclesiasticæ, vel mũdanę dignitatis fuerint, licẽtia vel cõsensu exeq; possint & debeãt. Et iu sup vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Epis, & alijs prælatis, & personis ecclesiasticis, necnon dilectis filijs Cõitatibus ciuitatum, & vniuersitatibus, Castrorũ, oppidorum, terrarum, & locorum sub interdicti, singularibus verò personis eorum secularibus, sub excõicationis, & anathematis pœnis, quas eo ipso si contrafecerint absq; alia declaratione incurrant, & à quibus, non nisi à nobis vel superioeibus nostris Rom. Pont. canonicè intrãtibus, præter q̃ in mortis articulo constituti & debita satisfactione præmissa, absolui, & interdicti huiusmodi relaxationẽ obtinere possint, in virtute sanctæ obediẽtiæ, districtè præcipiendo mãdamus, ne iudices, & executores literartm apostplicarum, ac notarios & tabelliones sup his requisitos, quominus literas apostolicas huiusmodi exequi possint, quoquomodo impedire præsumant, ac eos qui executionem literarũ huiusmodi impedientibus auxilium, consilium, vel fauorem quouismodo, directè vel indirectè, publicè uel occultè, præstare præsumpserint, ẽt si Patriarchali, Primitiali, Epali, & quauis alia ecclesiastica vel mundana, ẽt Imperiali, Regali, Reginali, aut Ducali, vel alia præfulgeãt dignitate eidem excõicationis & anathematis sententiæ, a qua non nisi vt præfertur absolui possint, fubiacere, ac Ciuitates, Terras, Castra, oppida, & loca p̃dicta, adq; inobediẽtes & cõtrafacientes declinare, & in quibus moram trahere cõtigerit, ecclesiastico suppolita interdicto, tam diu firmiter obseruando, donec cõpuncti corde, huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione præmissa meruerint obtinere, ac ibidem permanserint, & per triduum post eorum inde decessum. Motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine similib⁹ decernimus, ac sub dictis pœnis ẽt mandamus illis in quorũ libris

Constitutiones Synodales, & Prouinciales huiusmodi descriptæ reperiuntur, ita deleri & cassari faciant, vt amplius legi non possint, non obstantibus præmissis ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnõ omnibus illis quę idẽ Bonifacius prædecessor in suis literis voluit nõ obstare, cõtrarijs quibuscumque, aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & alijs personis præfatis vel quibusuis aliis cõiter vel diuisim, ab eadem sit sede indultum, vt interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiosmodi mẽtionẽ, & quibus libet alijs priuilegijs, indulgẽtiis & literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunq; tenorum existant, per quæ præsentibus non insertis effectus eorũ impediri valeãt, quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcunq; totis tenoribus de verbo ad verbum sit in nostris literis specialis mentio habenda, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus aliquatenus suffragari. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus & mandamus illas in Cancellaria Apostolica & valuis Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe nostra affigi, vt ij, quos huiusmodi literæ concernunt, quod ad ipsos nõ peruenerint, aut illas ignorauerint, nullã possint excusationẽ prætendere, vel ignorantiam allegare: cum non sit verisimile quo ad ipsos remanere incognitũ, quod tam patenter fuerit publicatum. Verum qa difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca in quibus expediens fuerit illas deferre, Volumus & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumpto manu publici notarij inde rogati sub scripto & sigillo alicuius prælati seu alterius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ munito, ea persus fides indubita in iudicio & extra aut aliàs vbilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si illæ essent adhibitę uel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, cassationis, annullationis, statuti, ordinatiõis, mandati, uoluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qs autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo, decimooctauo Kalendas Martij, pontificatus nostri, anno sexto.

Albergatus.

Lecta & publicata fuit retroscripta Bulla, siue constitutio Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dñicę, millesimo quingentesimo, Decimonono mensis Iunij, pontificatus Sanctissimi in Christo Patris dñi nostri Leonis, diuina prouidẽtia papę Decimi, anno septimo.

Sexto, q notarios executores vel subexecutores literarum monitorialiũ & citationum ac executorialium huiusmodi capiunt, incarcerant, & detinent, vel capi, incarcerari, seu detineri faciunt. Septimo, qui impediunt ne literis sedis Apostolicæ sine beneplacito vel assensu, vel certo pretio non soluto, pareatur per literas, vel aliàs, ibi necnon qui &c. Vidi in Senescha lia Nemausen. impetrari literas ne clericus laicum, cõtra quas clamat Maleret. in tract. de ele. fol. 33. vers. sed aduert. Octauò, qui tabelliones impediunt, vel notarios super huiusmodi literarum & processuum executione, instẽa, vel acta cõficere, aut facta parti cuius interest, tradere, ibi neve tabelliones, &c. Nonò, qui sub quibusuis pœnis prohibent, ne pro negocijs in curia prosequendis, seu gratijs impetrãdis ad Rom. curiã eatur, seu recursus ad eam habeatur, vel gratia ab eadem impetretur, seu impetratis vtatur, ibi, qui ne sub quibusuis pœnis. Decimò, qui à Rom. Pontificis obedientia se subtrahere, seu quõlibet recedere præsumunt, ibi, qui ve animarum, &c. Vndecimo, qui trahũt, aut trahi faciunt, seu procurãt personas ecclesiasticas, capitula, conuentus, vel collegia Ecclesiarum coram se ad eorum tribunal præter iuris dispõnem, vel cõcordatorũ, directe vel indirectè, ibi, qui ne ex eorum officio, &c. Duodecimo, qui statuta, cõstitutiones vel ordinationes fecerunt, per quas libertas ecclesiastica tollitur seu in aliquo lædit, vel deprimitur, uel alias quouismodo restringitur. De hoc dixi in gl. concord. rub. de firma & irreuoc. concor. stabilit. §. & cum omniũ. alibi plenius scripsi. Decimotertiò, qui faciunt statuta, seu fecerunt iuribus sedis Apostolicę quo modolibet præiudicãtia. Decimoquarto, sunt excõicati qui iurisdictiones vsurpãt, vsusfructus, reditus, & prouẽtus ad ecclesiasticas personas rõne ecclesiarum, monasterio-

steriorum & aliorum beneficiorum eccle siasticorum pertinentes, vel surripiũt, seu sine expressa licẽtia papæ sequestrant, ibi, qui ve iurisdictiones. Decimoquinto, qui collectas, decimas, & alia onera clericis, ꝓlatis & alijs personis ecclesiasti cis, ac bo nis ecclesiarum vel monasteriorum, & a liorum beneficiorum ecclesiasticorum im ponunt, & exigunt, aut à sponte etiam dã tibus recipiunt. Ista probantur in c. non minus, in c. aduersus de immunit. eccle. & expressius in c. 1 & in c. 3. illo tit. in 6. [Quia sacerdotes pro omnibus solent ora re, quorum eleemosynas & oblationes ac cipiunt, qua fronte præsumunt laici ob lationes quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel ipsi concredere, vel alijs concedere. c. quia. 10. quæst. 1. nisi episco pus & clerus tanram necessitatem, vel u tilitatem aspexerint, vt absque exactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates, vbi la corum non suppetunt subsidia, per ecclesias æstiment conferenda. d. cap. ne minus. ]Decimosexto, qui prædicta facere, vel exequi non verentur per se, vel alium. ibi, necnon qui per se, &c. Decimoseptimo, qui auxilium, consilium, vel fauorem, seu votum, vel suffragium, palam vel occulte, præstare non verentur, etiam hic excommunicantur, cuiuscunque dignitatis, ordinis, præ eminentiæ ve sint. & sic summatim est elu cidatus hic articulus.

*Necnon qui ne literis & mandatis sedis prædictæ & legatorum, ac nunciorum & iudicum delegatorum eiusdem similiter gratiam vel iustitiam concernentibus decretisque super illis & rebus iudicatis, processibus, & executorialibus, non nisi habito primum eorum beneplacito & assensu pareatur per eorum litteras executoriales, vel alias nuncupatas, & certo pretio soluto, ne ve tabelliones & notarij sup huiusmodi literarũ & processuum executione instrumenta vel acta conficere, aut facta parti cuius interest, tradere debeant, qui ne sub quibusuis pœnis quibuscũque personis in genere vel in specie, ne pro quibusuis eorum negocijs prosequendis seu gratijs impetrãdis, ad Rom. curiã accedant, aut recursũ habeãt, seu gratias ipsas à sede apostol. impetrẽt aut impetratis utantur directe vel indirecte etiam sub grauissimis pœnis prohibere, statuere, seu mãdare, qui ve in animarum earundem periculũ se à nostra & Rom. Pontifi. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere seu quomodolibet recedere præsumunt, qui ve ex eorũof ficio, vel ad instantiam qnorumcun que personas ecclesiasticas, capitula, conuentus, & collegia ecclesiarum quarumcunque coram se ac eorum tribunal, audientiam, cancellarium, consilium, vel parlamentum, præter iuris communis dispositionem trahnnt, ac trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte quouis quæsito colore, necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere vel in specie ex quauis causa & quouis quæsito colore etiam sub prętextu literarum apostolicarũ in vsu non receptatum, seu reuocatarum hactenus fecerunt, ordinarunt, seu publicarunt, aut facient, ordinabunt, vel publicabũt in futurum, per quas & quę libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo lędítur, vel deprimitur, aut aliàs quouismodo restringitur, seu nostris & dictæ sedis iuribus quo modolibet tacite vel expresse ꝑiudicatur. Qui ve iurisdictiones seu fructus reditus, & prouẽtus ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eas obtentorum pertinentes vsurpant, vel surripiunt, seu quauis occasione vel causa sine Ro. Pontificis expressa licentia sequestrant, aut collectas, decimas, talias, præstantias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs personis eccle*

*siasticis ac eorum & ecclesiarum, monasteriorum & aliorum beneficiorũ ecclesiasticorum bonis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Ro. Pontifi. speciali & expressa licentia imponunt, & diuersis ẽt exquisitis modis exigunt, aut à sponte etiam dantibus & consẽtientibus recipiunt. Necnon qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, suffragium, palam vel occulte præstare non uerentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali aut regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus, quicunque etiam regnis, prouincijs, ciuitatibus, & terris quoquomodo præsidentes fuerint, aut quauis etiam pontificali dignitate præfulgeant, innouamusque decreta super his, tam per sacros canones & concilia generalia, quàm etiam in Lateranensi cõcilio a nouissime celebrato, edita, etiam cum interdicti ecclesiastici ac alijs censuris & pœnis in eis cõtentis.*

a *In Lateranẽsi concilio* Tenor Lateranẽ. concilij contra surripientes vel sequestrãtes fructus beneficiorum ecclesiasticorũ, aut super illis vel personis seu bonis ecclesiasticis, decimas, collectas, præstãtias, & alia huiusmodi onera imponentes, qui continetur in bulla reformationis, lecta in nona sessione concilij Lateranen. de quo fit mentio hic.

Leo Episcopus, seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam, Sacro approbante concilio supernę dispositionis arbitrio, &c. Et cũ fructuum ecclesiarũ cathedralium & metropolitanarũ, monasteriorumque & aliorum quorumcunque beneficiorũ ecclesiasticorũ plenaria dispositio & administratio ad nos & Rom. Pontif. pro tẽpore existentẽ, & illos ẽt qui eiusmodi ecclesias, monasteria & beneficia, iure, & canonicè obtinent, sulum pertineãt, seculares q; principes omni etiã diuino iure id prohibente de dictis ecclesijs, monasterijs ac beneficijs intromittere se nullatenus debeant: Statuimus & ordinamus vt fructus, redditus, & prouentus ecclesiarum, monasteriorum ac beneficiorũ per seculares vllos principes, ẽt si Imperator, Reges, Reginæve seu Respub. vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales seu iudices ẽt ecclesiasticos, vel quascunque alias personas publicas vel priuatas de eorundem Imperatoris, Regum, Reginarũve, ac principum rerumq; publicarũ, vel potentatuum mandato sequestrari occupative aut aliquo modo detineri, ipsique huiusmodi ecclesias, monasteria ac beneficia obtinentes, sub prætextu fabricæ instaurationisque, siue Romani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia, aut eleemosynarum, seu quouis alio colore, aut fuco impediri non debeant, quominus de illis, vt antea, libere ac sine impedimento disponere ualeant.

Et si sequestrati fuerint, occupative, aut detenti, integrè, liberèq; ac sine exceptione vel mora prælatis, ad quos de iure legitimeq; spectant, restituantur: de quibus si dissipati nusquam reperiri possint, eorum iusta æstimatione facta, dictis prælatis satisfieri volumus per eos qui dictas sequestrationes, applicationes, dissipationesq; fecerint, aut fieri mandauerint, sub pœna excõicationis, aut interdicti ecclesiastici talium principum, terris, & dñio eo ipso incurrendis. Et vt eorum ac eiidẽ subiectorũ bona vbicunq; reperta, si moniti parere noluerint, capi & retineri possint. Ipsi verò contrafacientes tã supradictis pœnis q̃ priuationis feudorum & priuilegiorũ, quæ à nobis & Roma. vel alijs ecclesijs nunc & pro tpe obtinuerint, & alijs contra violatores & oppressores libertatis ecclesiasticæ ẽt per extrauagãtes & alias cõstitutiones ẽt incognitas, & forsan in vsu non existentes impositi subiaceant. Quarum omnium tenores pro expressis & insertis hñtes innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur habere decernimus & declaramus, ac secundum eas per quoscũq; iudices etiã S. R. E. Cardina. sublata & adẽpta eis aliter iudicãdi declarãdiq; prãte sniari iudicari & interpretari debere volumus atq; mandamus. Et cum à iure tam diuino q̃ humano laicis potestas nul-

stas nulla in ecclesiasticas personas attributa sit, innouamus omnes & singulas cõstitutiones felicis record. Bonifacij papæ VIII. et prædecessoris nostri, quæ incipit, Felicicis & Clemen. 5. quæ incipit, Si quis suadente, necnon quascunque alias apostolicas sanctiones in fauorem libertatis ecclesiasticæ, & contra eius violatores quomodolibet editas, & pœnis etiam contra talia præsumen. in bulla quæ legitur in cœna Domini contentis in suo robore permansuris.

Et cum in Lateranen. pariter ac cõcilijs generalibus sub excommunicationis pœna prohibitũ fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicę, & alij potentatus quicunq; regnis, prouincijs, ciuitatibus ac terris quoquomodo præsidentes collectas, decimas, & alia huiusmodi onera clericis, platis, & alijs quibuscunq; personis ecclesiasticis, imponãt exigantque, neue à sponte et dantibus & consentientibus, et recipiant, atq; in præmissis, auxiliũ, fauorẽ, consiliũ vẽ, palam vel occulte præstantes, in excõicationis latæ sniæ pœnam eo ipso incidant, & ipsę quoq; respublicæ, cõitates & vniuersitates, circa hoc quõlibet delinquentes ecclesiastico eo ipso subijciãtur interdicto, prælati etiam præmissi absque Roman. Pont expressa licentia, vltro consentien. excommunicationis & depositionis pœnam ipso facto incurrant, statuimus & ordinamus ut de cætero talia præsumentes, etiam si (vt præfertur) qualificati fuerint, vltra supradictas pœnas, quas contrauenientes eo ipso incurrere volumus, innouamus ad omnes actus legitimos inhabiles & intestabiles habeantur.

Et cum secũdum leges ciuiles & sacrorum canonum censuras, &c.

Datũ Romæ in publica sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solẽniter celebrata anno incarnationis dnicæ 1514. 3. Non Maij, Pontificatus nostri anno 2.

Art. 10. *Item excommunicamus* a *& anathematizamus omnes & singulos cancellarios, vicecancellarios, & consiliarios ordinarios, & extraordinarios quorumcunque regum & principum ac præsidentes cancellariarum & consiliorum, ac parlamentorum, nec non procuratores generales eorũdem, vel aliorum principium secularium, etiam si imperiali, regali, ducali vel alia quacunque præfulgeant dignitate, necnon archiepiscopos, episcopos, abbates, commendatarios, eorumque vicarios, & officiales, qui per se vel per alium seu alios quarũcunque exemptionum vel aliarum gratiarum & literarum apostolicarum, necnon decimarum ac beneficiales ac alias spirituales & spiritualibus annexas causas ab auditoribus & commissarijs nostris (vt eorum verbis vtamur) auocant, ac executiones monitoriorum, citationum inhibitionum, sequestrorum, executorialium, & aliarum litterarum apostolicarum, tam gratiam quam iustitiam, concernentium à nobis, necnon camerario & præsidentibus cameræ apostolicę, ac auditoribus & commissarijs apostolicis in eisdem causis pro tempore emanatarum, illarumque cursum & audientiam ac personas, capitula, conuentus, & collegia, causas ipsas prosequi volentes, auctoritate laicali impediunt, & se de illarũ cognitione tanquam iudices intromittere, ac partes actrices, quę illas cõmitti fecerunt, & faciunt, ad reuocandum seu reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris & pœnis in illis contentis absolui, ordinant vel compellunt, vel alias executionem literarum apostolicarum, vel executorialium etiam sub prætextu violentiæ prohibẽdæ impediunt declaratces b nihilominus.*

*Excommunicamus.* Quinque casus hic traduntur. Primus, excommunicãtur Reges, Archiepiscopi, Senatores vel alij officiales, qui ab auditoribus & alijs commissarijs papæ, causas decimarum beneficiales, vel alias spirituales euocant, quia superioris

perioris est euocare, & non inferioris. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. c. vt nostrũ, de appel. plene dixi in repet. l. quod iussit, in 2 not. ff. de re iud. Secũdus casus est, ꝙ impedientes citationes, monitiones, vel literas Apostolicas exequi, tam gratiam q̃ iustitiã cõcernentes, sunt excõicati: de hoc supra dictum extitit art. pręceden. Potest n. iudex suam iurisdictionem ẽt pœnali iudicio defendere. l. vna ff. si quis ius dicẽ non obtemp. Tertius casus, qui impediũt personas volentes prosequi causas in curia Ro. ut etiam supra dictum fuit. Quartus casus, q partes actrices, q̃ illas cõmitti fecerũt causas, à sede apostolica reuocare faciunt citationes, vel inhibitiones, seu alias literas apostolicas, vt solẽt quidã iudices seculares facere, vt expert⁹ sũ aliqñ.

Quintus, qui compellunt iudicem seu partem à censuris, absoluere, & pęnis in illis contentis liberare: superiores enim volunt dici iudicibus ecclesiasticis, ideo pecant, vt hic habetur, & excommunicãtur hic ore proprio papę.

b *Declarantes*. Hic versiculus, declarantes, vult absolutionẽ prędictis personis faciendã, ẽt per papam, non valere, nisi illi q statuta cõtra libertates ecclesię fecerint illa reuocauerint. Secundo requiritur ꝙ publice reuocauerint quod declaraui supra quãdo dicaꝫ. Tertio, quod illa statuta seu ordinationes deleat & cassẽt. Quartò, quod de illa cassatione & reuocatione certioré faciant papã, alioqui paria sunt eã esse & non apparere. l. duo sunt ff. de testa. tutel. Quinto, quod ab illis cũ verò ꝓposito similia non committendi non desiterint, alias potest absolui. & de istis debet iniquere presbyter, & si ista non concurrant, non absoluat.

*Ac protestantes prout tenore præsentium declaramus, ac expresse protestamur, absolutionem hodie uel alias ẽt solenniter per nos faciendam præfatos supra nominatos, & qualificatos, ac cancellarios, vicecancellarios, consiliarios, & procuratores, ac alios excommunicatos prædictos, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta, huiusmodi publice reuocauerint, & ex archiuis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac nos de reuocatione & cassatione huiusmodi certiores fecerint, & alias à præmissis, cum vero proposito vlterius similia non committendi desiterint, comprehendere, nec illis aliter suffragaturam fore, ac in præmissis omnibus & singulis ac alijs quibuscũque iuribus sedis Apostolicæ ac S. R. E. vnde cunque & quomodolibet quæsitis, seu quærendis per quoscunque actus contrarios, aut quomodolibet iudicãtes tacitos, vel expressos a nobis vel a sede Apostolica, quomodolibet factos aut faciendos, aut quemcunque temporis vel tolerantiam, fluxũ, seu patientiam nostram nostram vllatenus præiudicari debere, aut quomodolibet posse.*

*Item excommunicatus & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes, seu capiẽtes & detinentes, seu deprędantes, Romipetas* a *& peregrinos, ad vrbem, causa deuotionis seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.* Art. 11

a *Romipetas*. Quia quibus licet oppressis, ecclesia tenetur contra improborũ violentias protectionis, & defensionis auxilium impartiri. 87. dist. quasi per totum. ideo statuitur hic aduersus mutilantes illos, qui Romã accedunt, cã peregrinationis excõicatio, & non pñt absolui ab alio q̃ a papa. ita excõicantur vulnerantes dictos peregrinantes, & interficiẽtes, capiẽtes, detinentes, deprædantes, & consiliũ auxilium vel fauorem his malignis præstantes contra peregrinos. probatur in c. si quis Romipetas. 24. q. 1. vbi dicit Ioã. de Turre crema. merito excõicantur hi, tum quia Deum offendunt, qui in sanctis suis gloriatur, vt dicit Dauid, Gloriosus Deꝰ in sanctis suis. tum quia hi impedientes, & alij charitatis vinculum rumpunt, & deuotionem ad sanctos minuunt, ideo dicit pul-

cit pulcher text. in c. illi ibidem, illi qui peregrinos, vel oratores, cuiuſcunq; ſancti, ſiue clericos ſiue monachos, vel fœminas, aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, niſi digne emendauerint. deinde ſubijcit text. ibi, Pax vera illa, quam treugã Dei dicimus, fideliter obſeruetur: qui autem eam infregerit. excõicationi ſubdatur. & ibi dicit Io. de Turre Crema. Nota q̃ q̃dam ſunt perſonæ, quibus perpetuò, treugæ cãonicæ obſeruandæ ſunt. ſicut ſunt presbyteri, monachi, conuerſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes & redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arãt, & ſemina portãt ad agrum. habẽt. n. ruſtici priuilegiũ, quãdiu ſteterint in agricultura, ſicut milites, donec militant: ſic clerici, & monachi, ac cõuerſi, donec in eccleſijs canonicè &. regulariter viuunt. Item legati, quamdiu ſunt in legatione. Item Romipetæ, & oratoria viſitãtes Hæc ille. Itẽ accedẽtes ad ſepulchrum domini, licet ſint excõicati, ſi ſine lnĩa Papæ, iuerint, & eius abſolo reſeruat papæ, vel eius pnĩario maiori, teſte Florẽt. in 3. par. sũmæ, tit. 24. c. 30. in fi. vbi dicit ſe repiſſe hũc casũ in libro sũmi pnĩarij.

Art. 12. *Item excõicamus & anathematizamus omnes illos qui per ſe, vel alium, ſeu alios directe vel indirecte, ſub quocunque titulo vel colore occupant, detinent, vel hoſtiliter deſtruunt, ſeu inuadunt, aut occupare, detinere, vel deſtruere, aut inuadere hoſtiliter præſumunt, in totum vel in partem Almam vrbem, regna Siciliæ, ſeu Trinacriæ, inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, terras citra Pharum patrimonium beati Petri, in Tuſcia ducatum Spoletanum, Comitatum Venayſinum, Sabinen. Marchiæ Anconitanæ, Macæ, Trebatiæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimæ prouincias, illarumque terras, & loca ac terras ſpecialis commiſſionis, arnulphorum, ciuitatesque a noſtras Bononiam, Ferrariam, Regium, Mutinam, Fauentiam, Imolam, Forliuium, Rauennam, Ceruiam, Cæſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſiam, Auenionem, Ciuitatem caſtelli, Tudertum, Camerinum, & alias ciuitates, terras, & loca vel iura ad ipſam Roman. Eccleſiam ſpectantia, & pertinentia, & adhærẽtes ac fautores, & defenſores, eorũ, ſeu in his dantes auxilium conſilium, vel fauorem.*

*Ciuitateſq;*. Iſtæ ciuitates hic nomina. tę, dicuntur eccleſiæ, tã quo ad tpalẽ iuriſdictionem, q̃ ſpiritualem, ideo excõicantur illi, qui eas occupant Et an ſit neceſſe eccleſiam hſe tpalia. Quod ſic concludit Benedict. in repet. c. Raynutius. ĩ verb. & uxorem. nu. 268. & ſeq. de teſta. dicens ſpirituſſanctí ordinatione actũ eſſe, q̃ eccleſia abundaret. cum pauci tantæ perfectionis inuenirentur, qui ſine adminiculo tẽporalium onera eccleſiaſtica ſuſciperent, ex quo peribat magna pars fidelium, non ſtãtibus miniſtris, qui ſacra ſpũalia adminiſtrarent, facit gl. in c. clericus. 12. q. 1. & ẽt tpalem iuriſdõnem poteſt hſe, ut ibi plene licet videre per eum, qui alios allegat, ideo eos miſſos facio. ſed vide text. in c. valide. 94. diſt. & c. relatum. 10. q. 3. hæc vaſa non debent alienari, ẽt cum conſenſu eccleſiaſticorum niſi pro famis & captiuorum redemptione. l. ſancimus. 1. C. de ſacroſ. e ccl. dixi in compendio ſuper alienatione rerum eccleſiaſticarum, in quo etiam elucidaui. c. ſine exceptione. 12 q. 2. vbi hãc materiam tractaui ſummatim.

Art. 13 *Item excommunicamus & anathematizamus omnes ſanctarum reliquiarum, & ornamentorum eccleſiaſticorum quorumcũque calicum, crucum, candelabrorum, thuribulorum, vaſorum argenteorum, & aureorum veſtium ſacrarum ad diuinum cultũ, & vſum deputatarum, ex baſilicis & eccleſiis tam vrbis, quam extra illius mœnia conſiſtentibus, & Aliarum quarumcunque rerum in ipſa vrbe tempore illius directionis, vſque in preſentem diem, nequiter ablatarũ, ablatores & illorum occupatores, ac*

*quoſcun-*

*quoſcunque alios ad quorum manus res ipſæ quocunque titulo & ex quauis cā ſcienier peruenerint, & exiſtant, cuiuſcūque fuerint ordinis vel prę eminentię, conditionis, ac ſtatus, ēt ſi pontificali, regali, reginali, aut alia quauis eccleſiaſtica, vel munda na prefulgeant dignitate, niſi reſtituerint res ablatas huiuſmodi eorum veris dominis, ſi eorū notitiam habuerint, vel cum ipſis dominis deſuper amicabiliter concordauerint, ſeu ſi eoſdem dominos ignorauerint, niſi res ipſas ad manus perſonarum, ad hoc per nos deputatarum, conſignauerint, realiter, & cum effectu.*

*Non obſtantibus* a *quibuſcunque priuilegijs, & indulgentijs, ac literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, eis, vel eorum alicui, vel aliquibus cuiuſcunque ordinis, ſtatus, vel condōnis, dignitatis, vel prę eminentiæ fuerint. etiam ſi (vt præmittitur) Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, ſeu quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, à prædicta ſede, ſub quauis forma vel tenore conceſſis, quod excommunicari vel anathematizari, nō poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus, eorum mentionem, necnon conſuetudinibus & obſeruantijs ſcriptis & non ſcriptis & alijs contrarijs quibuſcunque, per quæ contra noſtros proceſſus huiuſmodi ac ſentētias quominus includantur in eis ſe iuuare valeant, vel tueri: & quæ quo ad hoc penitus tollimus, & omnino reuocamus.* b *Et à quibus* c *quidem ſententijs nullus per aliū quam per Romanum Pontificem. Niſi in* d.

a *Non obſtantibus*. De his non obſtan. di xi in gl. concor. in verb. non obſtantibus. & in extrauag. ad reprimendum, in verb. non obſtantibus, qūo in crimi. læſæ maie.

b *Reuocamus* Hic tolluntur priuilegia, per quæ impediretur hæc excōicatio; nam Roman. Pontif. non poteſt aliquē ita priuilegiis ditare, vt nō ſit ſibi ſubiectus, vel ne poſsit eum excōicare. ſo. Andr. in c. cū inſtantia, in fi. de cenſib. quod eſt intelligē dum quo ad ſpiritualia, vnde non poſſet facere papa, quod prælatus vel alius clericus nō ſit ſibi ſubiectus, nec eccleſiā vnam eximere à ſubiectione ſedis apoſtolicę, qa eſſet acephalus, quod non permittitur. ca. nulla. 93. diſt. Sed poſſet indulgere ſubiecto in tēporalibus, vt non poſſit conueniri coram ſe ratione temporalitatis, ſed coram alio iudice ſeculari. Fel. in c. cum nō liceat. in fi. de prę ſcrip.

c *Et à quibus*. Noto, quod nullus præter Rom. Pontif. pōt in his caſibus abſoluere, nec etiam legatus, niſi ſuper his ſpecialē haberet poteſtatem. Quęro quid faciet presbyter, ſi aliquis cōfeſſus fuerit multa peccata eidē, de quibus poteſt abſoluere, & vnum de quo non poteſt abſoluere? Reſpond. quidem quod de illis, de quibus poteſt abſoluere, abſoluat, de aliis remittat ad ſperiorē tamē quia Deus nō nouit opus impfectū. c. ſunt plures de pæn. diſt. 3. nō debet abſoluere, niſi prius fuerit abſolutus a reſeruatis per ſuperiorē, vel eidem fuerit cōmiſſum, vt etiam à reſeruatis abſoluat, & iſtud eſt tutius. Adrian. de Traiecto in 4. ſententia. diſt 17. de cōfeſ. 4. q. verſ. ſed dubium. nam non valet cofeſſio, quādo quis partē peccatorū cōfitetur, vni partem alteri. tex. in c. cōfideret. de pœnitent. diſt. 5. circa fin. quod facit cōtra hypocritas vt iuſti videātur qui ſic faciunt. Nā poſtquam prima non valuit, quia non facta in charitate, nec in ſtatu gratię, ergo de integro tenebit omnia peccata confiteri. cap. omnis vtriuſq; ſexus, ibi omnia, & ibi ſacerdoti, & ibi dixi de pęnit. & remiſ.

d *Niſi in*. Hic eſt vnus caſus ī quo poteſt abſoluere presbyter hos ſcelestos, videlicet in mortis articulo, & tūc p ſuum curatum vel vicarium poterit abſolui, ſi copiā illius habeat, alias a quocunque presbytero. text. & ibi gloſ. in c. paſtoralis. §. fin. de offi. ordin. tex. in c. nuper, de ſent. excom. Card. in cle. 1. §. pen. de hæret. & in Summa Silueſtrina, in verbo, confeſſor, primo in 6. & in eod. verbo in 3. nu. 6. Etiam ab

ſoluit

ſoluit in mortis articulo presbyter in ca. non dubium, in c. quod de his. c. quamuis, de ſenten. excommu. & c. eos eo. tit. in 6. extrauag. 1. de ſepult. in communibus & clemen. 1. §. verum, de hæret. & extraua. vna, ne ſede vacan. in eiſdē cōmunibus & clem. 1. §. fi. de pœnit. & cap. fundamenta. in fi. de electio, in 6. cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. extra ſuſcepti, in fine, de maio. & obedien. & regulariter in omnibus, etiam enormibus, in cauſa mortis abſoluere poteſt, etiam ſimplex ſacerdos, teſte Thom. in 4. ſenten. diſt. 18. & 20.

*Mortis* a *articulo* b *conſtitutus ab ſolui poſſit. Nec etiam* c *tunc, niſi de ſtando ſanctæ Rom. eccleſiæ mandato, ſatisfactione, & ſufficienti cautione preſtitis, etiam prętextu confeſſionalium, ſeu quarumuis facultatum* d, *verbo, literis, aut quauis alia ſcriptura etiam in qua quod ſola ſignatura ſufficeret conceſſum, & quauis derogatoriarum derogatorie fortiores & efficaciores, ac inſolitæ clauſulæ apparerent quibuſuis perſonis.*

a *Mortis.* Scilicet naturalis, cum mortis appellatione ueniat mors naturalis l. ex ea §. inſulā. ff. de verb. oblig. l. cum pater. §. hæreditatem, de lega. 2. Et ſic conſtitutio volens, vt quis puniatur morte, debet intelligi de naturali, videlicet vt aīa ſeparetur à corpore, cū mors dicat aīæ & corporis diſſolutio gl. & ibi Bal. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxo & in l. vna C. de his qui ante apertas tabul. Barta in repe. c. Rainaldus. col. 6 & ſeq. de teſtam. vbi appellatione mortis dicit uenire tam mortem naturalem, q̄ uiolentam, & aliā quocunq; modo prouenientē. ſecus ſi lex dicat capite puniatur, vel pœna capitali, quia tunc intelligetur de pœna exilij, niſi aliter declaratū fuerit. gl. in l. tranſigere. C. de tranſa. tex. in l. edicto. §. Rei aūt capitalis. ff. de bono poſſeſ. Ang. in tract. de malefi. in glo. & ibi, caput. verſ. quid ſi ſtatutum dicat, non ergo hic intelligemus de morte æterna, vel ſpirituali, ciuili, ſeculari, vel effectuali, de quibus per Archidia. in c. placuit. 2. q. 7. & Lucam de Pēna l. 1. col. 8. C. de deſerto. lib. 12.

*Articulo*. Non tm̄ infirmæ ualetudinis cauſa, ſed periculi etiam propinquæ mortis, ab hoſte, vel à prædonibus, vel ab hominis potētis crudelitate, aut odio. aut nauigationis ineundæ, aut per inſidioſa loca iturus, aut ętate confectus. hęc. n. omnia inſtans periculum demonſtrant. text. in l. 3. cum ſeq. ff. de dona. cau. mor. Idē ſi mulier pręgnans ſi prope partum, quia ſolent multę in partu mori. Ideo in articulo mortis dicitur, & eo caſu abſolui pōt. Hoſtien. & Panor. in c. paſtoralis. col. 2. de offi. ordi. vbi dicit Panor. longum eſſe omnes caſus percurrere, ſed tm̄ debet cōſiderari, an mortis articulus veriſimile immineat, & tunc presbyter abſoluat in his caſibus. alioqui nō. Io. An. Anch. & alij in c. de his. de ſenten. excom. Idem ſi ad mortem fuerit per iudicem, vel alium habentem podeſtatem damnatus, cle. 1. de pęni. & remiſſio. Idem de alio periculo probabili. quod iudicio boni viri relinquitur, vt in ſumma ſilueſtrina. in verbo, abſolutio. j nu. 7. patet. [Et hic articulus mortis ſem per excipitur. ca non dubium. de ſent. excm. glo. expreſſa in c. 1. §. ſi vero. in veb. articulo. de elect. in prag.]

c *Nec etiam.* Nota q̄ ſacerdos in mortis articulo non debet abſoluere, niſi pœnitens ſatisfecerit, vel cautionem præſtiterit de ſtando mandato eccleſię, ſi non ſit facultas ſatisfaciendi, glo. in cle. 1. §. pen. de hęretic. & iuribus ſupra allegatis, & ſi alias abſoluat, non valet abſolutio facta per eum, imò presbyter erit excōicatus, vt infra patet. gl. in extraua. ſuſcepti Ioh. 22. Rub. de maior. Et tunc ceſſante periculo, debet viſitare papā, ſuſcepturus mandatum ab eo, non tm̄ petet iterum abſolui ab eodem, ſed narrabit papę, qualiter ꝓpter impedimētū obtinuit abſolutionē ab inferiore, & quod pro ſatisfactione eſt peratus ſubire mandatum apoſtolicum, vt probatur, in c. ea noſcitur. in fi. de ſent. excom. Panor. in d. c. de his. Si tm̄ ceſſante impedimento non accedat ad papam, dū commode poteſt, incontinenti recidit in eandem excommunicationem ca. eos. de ſenten. excom in 6. Et iō dicunt doctores, q̄ non ſufficeret ire Romam, niſi ſe preſentaret papę, quia ibi dicitur eccleſia Romana vbi eſt papa. c. ſcire. 7. q. 1 vel mortuo papa pœnitentiario maiori, qui abſoluere pōt. cle. ne Romani. de elec. §. 1.

d *Quarumuis facultatum*. De hoc patet in literi: Sixti, infra deſcriptis Sixtus epiſcopus &c. ad futurā rei memoriā, & infra

Et prę-

Et præmiſſis & alijs rationalibus cauſis animum noſtrum mouentibus motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam, ſed de noſtra mera voluntate & deliberatione auctoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ de cętero prætextu facultatum hmõi conceſſarum à nobis, vel auctoritate noſtra. Et quas concedi qũlibet continget in poſterum, verbo literis, aut quauis alia ſcriptura, etiam cum clauſula ꝙ ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauoré fidei, & cruciatę, nullus confeſſorum eorũ dem quępiam cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtat, & quacunq; eccleſiaſtica ét epiſcopali, vel maiori, aut mundana, etiam regali, & maiori dignitate præfulgeat, qui offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, ſeu hæreſis, poſtq̃ fuerint de ea ſententialiter condemnati, delati, ſeu publicè diffamati, conſpirationis in perſonam aut ſtatum Rom Pon. ſeu cuiuſuis offenſæ inobedientiæ, aut rebellionis eiuſdé pont. vel dictę ſedis. mutilationis mẽbrorũ vel occiſionis cuiuſcunq; in ſacris ordinibus cõſtituti, offenſæ perſonalis in eẽm, ſeu alium prælatũ, inuaſionis, depræ dationis, occupationis, aut deuaſtationis terrarum Rom eccle. mediate, vel immediate, ſubiectarũ, ac etiam inuaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunq; ad Romanam curiam venientium prohibitionẽ, de uolutionem cauſarum ad dictam curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidẽlium, impoſitionis nouorum onerum, realium vel perſonalium, eccleſijs vel eccleſiaſticis perſonis, ſimoniæ ſuper ordinibus, vel beneficijs cõ ſequendis in dicta curia, vel extra eam cõ tractæ, criminum qũlibet reus foret. Et generaliter in caſibus contẽtis in literis, quæ conſueuerunt in die cœnæ dñi publicari, prętextu hmõi facultatũ abſoluere, & p eos amiſſa peregrinationis vltra marinæ, & viſitationis liminum Apoſtolorũ Petri & Pauli Iacobi in compoſtella, & caſtitatis. ac religionis vota, niſi ſpeciali licẽtia, & certa ſcientia noſtra, de qua demum conſtare cenſeatur, cũ ſignatura noſtra deſuper manu noſtra ſcriptum. aut in literis noſtris expreſſum fuerit, nos ex certa ſcięntia & de ſpeciali gratia id concedere, cum derogatione præſentis conſtitutionis illius de verbo ad uerbũ inſerto tenore, non aũt per clauſulas id importãtes vel in articulo mortis conſtitutum, & tũc in caſibus, in quibus ſatisfactio fuerit impendẽda, facta ſatisfactione, vel idonea p̃ſtita cautione, cõmutare pręſumant. Et ſi aliqui confeſſorum prędictorũ contra pręſentem conſtitutionem, quemquã abſoluere, aut excepta vota prędicta commutare attentauerint, abſolutio & commutatio hmõi nullius ſit roboris, vel momẽti. Et contra facientes eo ipſo excommunicationis ſnìam incurrant, à qua (niſi in mortis articulo conſtituti) ab aliquo q̃ à Roma. Pontifice abſolui non poſſint. Nõ obſtantibus literis & cõſtitutionibus hmõi. & ordinationib⁹ &c. Et ne aliquis de præſentibus ignorantiam ualeat allegare, mãdamus eas in cancellaria apoſtolica & audientia literarum contradictarum legi, publicari, ac inter extrauagãtes alias apoſtolicas conſtitutiones in quaterno dictæ cãcellariæ deſcribi &c Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrũ, anno incarnationis Dominicæ 1479. 3. Kal. Ian. Pontificatus noſtri anno 2.

*Cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut ſtatus fuerint, etiam ſi vt præmittitur, pontificali imperiali, regali, reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate, religioſis & ſæcularibus vtriuſq; ſextus, capitulis collegijs, conuentibus, ordinibus etiam mendicantium & militiarum hoſpitalibus, confratrijs, vniuerſitatibus cõceſſarum à nobis, vel à prædicta ſede & quas concedi contingeret quolibet in futurum. Illos autem a qui contra tenorem præſentium tali bus, vel eorum alicui, ſeu*

a *Illos autem.* Nota pœnas presbytero rum abſoluentium in his caſibus delinquentes.

*Pœnę cõtra Presbyteros abſoluẽtes in caſibus prohibitis.*

Prima eſt, quia presbyter eſt excommunicatus & anathematizatus proprio ore papæ. ut hic dicitur, nec poteſt ab alio abſolui, quàm à papa, quia eius eſt ſoluere cuius eſt ligare. l. ſi puellæ. ff. de ſpon. *aliquibus abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, excommunicationis & anathematis sẽtentia innodamus, eiſque prędicationis, electionis, adminiſtrationis ſacramen-*

*cramentorũ, & audiendi cõfessiones officia interdicimus, predicentes & declarantes aperte transgressoribus & contemptoribus prędictis nos grauius contra eos spiritualiter & temporaliter prout expedire congnouerimus processuros. Et nihilominus quicquid egerint absoluendo vel alias nullius sit roboris vel momenti. Vt autem huiusmodi nostri prcoessus ad communẽ omnium noticiam deducantur, certas seu membanas processus continentes eosdem in valuis basilicarum principis apostolorum, & S. Ioannis Lateranẽsis de vrbe affigi sue appendi faciemus, quæ processus ipsos quasi sonoro preconio & patulo iudicio publicabunt, vt ij quos processus huiusmodi contingunt, & ad ipsos nõ peruenerint, aut ipsos ignora uenrint, nullã prossint excusationem prætẽdere seu ignoratiã ellegare, cũ nõ sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, quod tã patenter omnibus publicatur.*

Secũda est, quia interdicitur ei officiũ prædicationis, licet sit valde priuilegiatũ, vt dicitur in cap. iter cætera de offi. ordi. & dixi in glo. prædicationis. §. 1. de colla. in concord. vbi dixi quòd in peccato mortali existens non debet prædicare.

Tertia prohibetur eidem officium lectionis. Ideo si esse theologus, qui legere haberet virtute suæ præbendæ theologalis, aut aliàs prohibetur eidem lectio: excõiti. n. non debent cõ icare cũ alijs, ne alios inficiant. c excommunicatos. 11. q. 3. & si lectores boni esse debent, vt alios ad bonum ĩstruant.

Quarta administratio sacramẽtorum, nam sacramenta non debet ministrare excõmunicatus. c. à nobis, & ibi doct. de sententia excommu. cap. si celebrat. de cle. excommu. ministran.

Quinta facultas audiendi confessiones interdicitur, quia per quęquis peccat, per hæc debet perqueri. c. postulastis. de cleric. excom. minstra. vbi dixi.

Sexta comminatur hic eis Papa pœnam spiritualem & temporalem.

Septima pœna est, quia absolutio non valet, iõ dicit Dauid psal. 113. manus habent, & non palpabunt confitẽtes in his casibus. & Ecclesiasti. 1. c. væ manibus malefacientibus. & Esaię 1. c cũ extẽderitis manus vestras, dicit dominus auertam oculos meos à vobis, cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.

Octaua vltra hic posita est, quia hic excõicatus bresbyter est excluſus à regno cęlorum, nisi absoluatur à Papa. c. nemo. 11. q. 3. c. quodcunque. 24. q. 1.

Nona, si iste sacerdos sic excommunicatus se iugerat diuinis, efficitur irregularis c. 1. & per totum. de cleri. excõ. ministran.

Decima, non potest cum alij, participare. vel communionẽ habere, nã toties peccat mortaliter, quoties alios vtare contemnit, vel cum alijs in ecclesia orat, c. illud. de cleric. excom. m inist. ca. quoniam. 10. q. 3. [Imò communicans cum hoc excommunicato diuinis incurrit minorẽ excomunicationem. tex. singulatis. ca. significauit. desenten. excom. secundũ Fel. in c. excommuicamus 1. col. 3. de hęret.] panorm. in c. nulli, & c. à nobis de senten. excommu.

Vndecima, non potest esse iudex c. ad probandum. de re iudi. nec aduocatus ca. decernimus, de senten. excom. in 6. nec testis, vt ibi, nec actor. cap. intelleximus. de iud nisi fuerit prius absolutus.

Vltima quia hęc excommunicatio priuat excommunicatum suffragijs ecclesię, quæ saltem ad quatuor prosunt. teste beato Thoma in 4. senten. dist. 22. quẽ refert Io. de Selua. in tract. benefi. in 3. par. q. 4. vbi alia excõmunicatis ꝓhibta tradit. Notent sacerdotes has pœnas, & in his casibus delinquentes non absoluat, alioqui damnationem incurrunt.

*Verum ut præsentes.* Mandat Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum ordinarijs, vt has literas semel saltẽ in anno publicent, in ecclesijs suis, dum multitudo populi ad diuina conuenerit audienda, & declarẽt. Verum enimuerò, quia hæc per Episcopos, vel alios ordinarios declarata non uidi, imò pluries super his interrogatus fui: ideo quantum ad me attiner, hanc bullam palã facere, & elucidationes breues, quatenus concernunt materiam inferrere volui, super quibus bone Lector, æqui boni; consulas, & errata corrigas gratanter enim accipimus, quando ab alio quicquã adiscere valemus, instar Au-

guſtini

guſtini, qui etiam ab anniculo erat paratus doceri. cap. ſic uiue. 16. q. 1. Super his autem omnibus Deo gratias ago, qui in Trinitate perfecta uiuit & regnat per ſecula. Amen.

*Verùm vt præſentes literæ ac omnia & ſingula in eis contenta eo fiãt notiora, quo in pleriſque ciuitatibus & locis fuerint publicata venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac locorũ ordinarijs vbilibet conſtitutis, per hęc ſcripta, committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtricte præcipiendo mãdamus, quatenus per ſe vel alium ſeu alios præſentes literas poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam, ſaltem ſemel in anno, aut pluries, prout expedire uiderint in eccleſiis ſuis, dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenerint, ſolenniter publicent, ad Chriſti fidelium mẽtes deducant, nuucient, & declarẽt. Decernentes earundem præſentium, trãſumptis etiam impreſſis manu notarij publici ſubſcriptis & ſigillo alicuius iudicis ordinarij Rom. cur. munitis, eandem prorſus fidem in iudicio & extra vbilibet adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſe. Nulli ergo omnio hominum liceat hanc paginam noſtræ excõmunicationis, extenſionis, reuocationis, innodationis, interdicti, innouationis, proteſtationis, declarationis, commiſſionis, mãdati, voluntatis & decretorũ infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ, 1536. 1-dus April. Pontificatus noſtri, anno ſecundo.*

*Anno à Natiuitate Domini 1536. Inditione 8. die verò 13. menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli, diuina prouidentia papæ III. Anno ſecundo, retroſcriptę literę Apoſtolicę affixę & publicatę fuerunt in S. Ioannis Lateranenſ. ac principis Apoſtolorum de vrbe Baſilicarum, valuis ſeu portis, dimiſſis ibidem per aliquod temporis interuallum affixis per nos Thomam Roger & Franciſcum de Croſa prælibati S. D. N. papę Curſores. Petrus Cornuti magiſter curſor.*

# BVLLA IEIVNIORVM ET SVPPLICATIONVM PRO PACE

## ET GRATIARVM PROVIDEA S. D. N. pleniſſime conceſſarum.

*Cum interpretationibus Domini Petri Rebuffi, Iurium Doctoris & Comitis in Vniuerſitate Pariſienſi publici profeſſoris, in Senatuque ſupremo ibidem Patroni.*

### Paulus Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

QVO in ſtatu reſpublica Chriſtiana conſtituta ſit, & quæ pericula extremæ calamitatis immineant, ſatis ab omnibus cognoſci arbitramur. Non enim ſolũ uno malo premimur, ſed multis externis & internis, mixtis. Hinc.n. perpetuus Chriſtiani nominis hoſtis noſtris imperijs ac regnis ditatus, & potentior ac vicinior iam factus, reliquijs afflictæ Chriſtianitatis inhiãs, diſſenſiones noſtrorum principum lætus aſpicit. neque aſpicit ſolum, ſed fouet, & ad ſuum lucrum vertit. Habet namque domeſticum exemplum occupati hoc aſtu & via per maiores ſuos, Orientalis Imperij, quod tunc Græci eodem quo nunc nos laboramus morbo, hæreſibus & inteſtinis bellis laborabant. Illinc vero nos, quamuis ex tanto Chriſtianorum populorum numero pauci admodum relicti, tamen hoc non ualente, tenues uirium noſtrarum reliquias aſſidue inter nos conſumimus, & paratiores ad prædam reddimus, miſcendoque omnia, ac Deum magis ac magis in dies offendendo, omnem operã damus, vt pericula ipſa ſatis per ſe ceruicibus noſtris imminentia maturentur & augeantur. Quorum malorum omnium radix & principium quoniam eſt diſcordia, ideo nos vſque ab initio noſtri Pontificatus hoc per Dei gratiam præuidentes, rectum iter tenere & æquum patrem nos omnibus præbere ſtuduimus.

*Nota ſpecialia quæ in hac Bulla conceduntur.*

PRimũ eſt quod quãuis quilibet tenea tur ſuo confiteri Sacerdoti ca. omnis vtriuſq; ſexus, de pœnitentia & remiſſione, hic tamen datur facultas cuilibet eligendi confeſſorẽ. Debet tñ eligi idoneus, ſcilicet qui Catholicus ſit non hæreticus, & qui gratiam ſedis Apoſtolicæ habeat. c. Veniens. de præſcriptio. vbi glo. dicit per hos excludi excommunicatos, ſuſpenſos & interdictos, vt non poſſint eos

 eligere,

eilgere. Is presbyter electus diligenter pec cata confitentis audire debet. dicto c.oĩs.

Secundum ſpeciale eſt, q̃ licet is qui li gandi poteſtatem non habeat nec ſoluendi c.verbum.de pœniten. diſt. 1.tñ is preſbyter electus ratione huius Bullæ abſoluendi poteſtatem habet, vt hic.

Tertium quamuis quædam crimina reſeruata ſint abſolutioni Papæ, ut qñ quis verberat clericum atrociter c.ſi quis ſuadente. 17.q.4.Hic tñ ſimplex ſacerdos poterit abſoluere etiam de Papę reſeruatis, multo fortius de reſeruatis epiſcopis.

Quartum q̃ de caſibus in Bulla cœnæ Domini reſeruatis nullus præter Papam abſoluere poſſit, vtpote hæreticos, defenſores, fautores, receptatores, & eis credẽtes, nec piratas ſeu receptatores, auxiliũ conſilium vel fauorem eis præſtantes, imponentes noua vectigalia, falſarios Bullarum. nec eos qui equos, arma, ferrum, vel alia metallorum genera ad Turcas deferunt, nec impedientes victualia Romã deferri, nec qui veniẽtes peregrinos Romã, vel ibi commorantes offendunt, detinentes Cardinales, veleos verberantes, Archiepiſcopos vel Epiſcopos eorumq; mandatores, qui impediunt curſum literarum Apoſtolicarum & executionem, qui libertatem eccleſiaſticam tollunt ſeu deprimunt, qui fructus & prouentus beneficiorum eccleſiaſticorũ vſurpãt ſine cã, qui collectas viris eccleſiaſticis imponunt ac decimas, qui ſpũales cãs à iudicibus eccleſiaſticis euocant, & executionem literarũ impediunt, qui terras eccleſiæ inuadunt ſeu retinent: & presbyter qui abſoluit in his caſibus niſi in articulo mortis, nec tũc niſi de ſtando Romanæ eccleſiæ mãdato ſatisfactione & ſufficiẽti cautione præſtitis & prætextu quarumcunq; literarũ, eſt excõicatus, nec poteſt ab alio abſolui q̃ a papa: & alijs duodecim pœnis affligitur quas in fine Bullæ cœnę Domini ſcripſi. Tamen hoc datur ſacerdotibus plena facultas, etiam in his caſibus abſoluendi. Vide textum in extrauagante & ſi dominici, de pœniten. & remiſſ. in extrauag. communibus.

Quintum q̃ iſte electus presbyter poterit abſoluere à cenſuris incurſos ꝓpter hoc delictum, nempẽ ſymoniacus excommunicatus eſt c. inſinuatum.de Simonia, & hęreticus c. cum ex iniuncto.de hæret. & hæreticus quia cui conceditur antecedens, & conſequens.l.ad rem legatam.ff. de procurat. Requiritur tñ q̃ emẽdet: qa non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, per regulam iuris, Peccatum. & hoc vult dicere Bulla, ibi, præuita tñ emendatione cum pœnitentia. Et ſic oportet q̃ ſacerdos imponat pœnitentiam pro qualitate delicti cap. Deus qui.de pœnitẽtia. & remiſſione & ibi.

Sextum q̃ vota reguraliter implenda ſint, vt infra de voto & voti redemptione & illud, Vouete & reddite Deo. Tñ hic datur facultas commutandi vota omnia, duobus exceptis, in alia pietatis opera.

Septimum, quod gratis & ſine quæſtu aliquo iſta cõceduntur, & ſic quilibet eas obtinere poteſt.

Et quia in concedendis indulgentijs quinque requiruntur, ea præfabor.

Primo requiritur poteſtas ligãdi & ſoluendi, ſiue authoritas concedendi, quæ ante promotionem non datur. Lucæ 12. c.Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Ergo ſuper qua familia eſt conſtitutus, poteſt concedere Indulgẽtias, & ſic ſubditis tñ profunc. c.quod ante. de pœnit. & remiſſ. In eo qui poteſtatem habet requirũtur ſequentia. Primum uoluntas ſyncera & ſancta, vt ad bonum finem, vt hic nõ per pecuniam. Secundum iuſta cã, ibi fidelis & prudens, quia diſpenſatio eſt. ca & ſi illa. q.7. Tertium promotio. Quartum, ut iuriſdictionem in illos habeat. Quintum cõio ſanctæ matris Eccleſiæ. Vnde hæreticus non poſſet iſta concedere, nec excõmunicatus. Vltimum quod non excedat metas ſuæ poteſtatis. d.cap.cum ex eo.de pœniten. & remiſſ.

Secundo idoneitas requiritur in recipiente: nam actus actiuorũ ſunt in patiẽte bene diſpoſito. Theſaurus eccleſiæ membris illius cobceditur c.nihil. 11.q 3. Sanctum canibus nõ datur, c.in mandatis. 43. diſt. & ſic idoneitas requiritur. Primo ratione ſubiectionis. d.cauitu. quod autem. Secnndo ut credat concedentem habere talem poteſtatem. Tertio ratione contritionis, quia contritus eſſe debet. Quarto ratione implementi actus: & hoc dicit in ſextus, ibi, qui præmiſſa adimpleuerint.

Tertiò requiritur pietas, & honor Dei, debent omnes indulgentię ad honorem Dei, & fidei exaltationem & augmentum cõcedi, d.c. quod autem. & Gerſon in ſuo tractatu de indulgẽtijs.

Quarto vtilitas in opere cui datur, & ad ho-

ad honorem Dei: vt qui viſitauerit tẽplũ, lucretur centum dies Indulgentiarũ. Nẽpe, quicunque honorificauerit me, honorificabit eum pater meus. de gl. in extrau. 1. de pœniten. in communibus.

Quintum congruitas in tpe per gloſſam in dicta extrauagã. prima. Sexagenarius & vltra iuit Maſſiliam ad conciliandos Imperatorem, & Franciæ Regem, & fœdus tẽporale decẽ annorũ iniuit inter prædictos, licet ante tps expiratum, fœdus ruptum fuerit. Ecce quo ſummis conatibus ſtuduit ſe patrem præbere.

*Neque aliquid, inquam, omiſimus quantum in nobis fuit: quod ad pacẽ inter Principes Chriſtianos conciliandam attineret, à qua re etſi labores noſtri toties ante hac incaßum ſuſcepti deterrere nos poterant, volentes tamen cum Apoſtolo Paulo perſeuerare, dum licet, in omni patientia & doctrina, nouiſſime intelligentes Chriſtianos exercitus in hyberna deductos eſſe, ſtatim noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere, ad chariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum quintum Romanorum Imperatorẽ, ſemper Auguſtũ, & Frãciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum iterum pro pace miſimus. Verũ quum omne datum optimum, deſurſum proficiſcatur à patre luminum, & pax ſpeciale donum ſit Dei:*

Pacem non habemus propter ſex cauſas: prima quia non puniuntur maleficia. Eccleſ. 8. Secunda abundantia temporalium, Geneſ. 3. & Hier 9. Tertia, quia non occupamur in pugna contra dæmones ad Epheſ. 6. non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ. Quarta, quia damna belli nõ cõſideramus, in quo aĩa & corpus perditur, Hiere. 40. Fortis incidit in fortem, & ambo pariter cediderunt. Quinta non conſideramus dubium belli euentum. 2. Reg. 11. Varius euentus belli. Sexta quia præcepta Dei non ſeruamus, nec decimas ſoluimus. Hiere. 3. & Eſaiæ. 48. Vtinam attẽdiſſes ad mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. glo. in c. ad apoſtolicæ. in verb. pacem. de re iudic.

*Eam deſuper petendam & orandam cenſentes, ac conſiderãtes quod ad vnius preces diuina prouidentia non concedit, id eam aliquando multiplicatis interceſſoribus largiri, & quod per prophetã conqueritur, quod nemo eius iræ precibus & orationibus ſe opponeret, necnon edocti in ſacris literis patres noſtros ieiunio & fletu ac orationibus diu pura fide & ſyncera charitate factis, Dei irã ſæpius placaſſe, & pro diſſidio concordiã, pro bello pacem, & victoriã impetraſſe. Idcirco cum multum valeat oratio eccleſiæ aſsidua, omnes vtriuſque ſexus fideles tam in alma vrbe noſtra, quàm in quibuscunque regnis, dominijs, prouincijs, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis per vniuerſum orbem conſtitutos requirimus & hortamur in domino, vt ad eundẽ dominum noſtrum ſe conuertendo.*

Ad obtinendas has indulgentias ſeptẽ requiruntur. Primum, publicatio. Secundum præparatio orationibus & erogationibus eleemoſinarum. Tertium ieiunent ſaltem die ſabbati, niſi ſint impediti iuſto impedimento. Quartũ q̃ procuret à quarta feria vſq; ad ſabbatũ exonerare cõſciẽtiam. Si tñ non confeſſus fuerit, quia dicit procurantes non perficientes, ob id poterit etiam confiteri die dominico. Quintum quòd ſi die ſabbati ieiunium ſit, arctiori victu fiat. Sextũ quod die dñico ſuſcipiat ſacrũ corporis Chriſti ſacramentũ; ſi tñ vomitum haberet, poterit lucrari. Se primum orare pro calamitatibus, vt eas Deus auferat, & pacem inter Chriſtianos componat. Hæc probantur in tex. ſeq.

*Poſtquam ex publicatione per ordinarios locorum facienda præſentium notitiam habuerint, quarta ac ſexta ferijs immediate ſequentibus, orationibus & eleemoſynarum erogationibus vacent, & qui ætatis legitimæ fuerint, niſi iuſto impedimento teneantur, ſaltem die ſabbati ſe-*

*quenti etiam ieiunent, interim cordis contritione & oris confessione suam conscientiam exonerare omni studio procurantes. Etsi ipsa die sabbati aliàs ieiunium ab ecclesia indictũ fuerit, illud aliqnando arctiore victus ratione, & cibi potusque abstinentia, quam ecclesiæ ritus communiter consueuit, pro cuiusque tamen viribus obseruent. Vtque Deum sibi magis propitium reddãt, die dominica, dictum diẽ sabbati immediate sequenti sacratissimum corporis Christi sacramentum deuote percipiãt, Deum ex intimo cordis exorantes, vt calamitates populi sui pretioso filij sui sãguine redempti, tandem miseratus, toti orbi Christiano pacem, vnitatem, & concordiam largiri dignetur, vt sic eius fideles ab omnibus aduersitatibus liberari, & in tranquillitate cõstituti diuinæ maiestati eius deuotum exhibeant famulatum. Vt autem dictum sacramentum tranquilliori conscientia recipere valeant, nec ab hoc absolutionis difficultate retrahantur, atque ẽt ut eorum oratio quãto puriori animo, tanto ad impetrandam misericordiam & gratiam diuinæ bonitatis sit acceptior, omnibus & singulis Christi fidelibus supradictis, vt cõfessores sibi eligere valeant, presbyteros seculares, vel cuiusuis ordinis regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis.*

Si consideremus legẽ naturæ dicemus, ab eã ẽt confessionem emanasse, proinde & nunc quoq; necessariam fuisse (naturæ n. dictat rõ, & vrget conscientia, vt quisque confiteatur se peccatorem esse,) quã Deus voluit exigere de Adam, qñ clamauit, vbi esset. Sciebat namque Deus vbi esset, sed extorquere cõfessionem ab eo cupiebat, Genes. 3.

Idem voluit dñs à Caiu qui fratrem interfecerat suum, sed is cõfiteri particidiũ noluit: qua mobrem maledictus fuit, Gen. 4. sed interna hic tantum requirebatur.

Postea io lege Mosaica triplex reperitur confessio. Quædam generalis, quam sacerdos faciebat pro peccatis totius populi, eamque præcipit Deus Leui. 16. ibi, confiteãtur omnes iniquitates filiorum Israel, & ista solet fieri etiam nunc in quatuor festis solennibus in aliquibus Franciæ locis. Altera non erat vocalis, sed facto exhibebatur, quia pro peccati qualitate sacrificia offerebantur. Leui. 4. & Zac. 6. c. Vnde cum sacrificium offerebatur, deprehendebat sacerdos, quo genere esset offerens maculatus, & sic facto confitebatur peccatum Nu. 5. Leuit. 13. & seq. Vbi ponitur hostia quæ fiebat in leprosis, qui quatuor signa habebãt leprę, in capillis, in cute, vestitu, & in domo, quæ figuræ erant huius leprę quam contrahit anima ex peccatis, & Iosuæ 3. c. da gloriam Deo & cõfitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Postquam ergo in veteri testamento confessio facto sacerdotibus fiebat pro munerum qualitate, ita & vocalis confessio nunc fieri debet ad peccatorum remissionem.

Cũ igit ex lege naturæ cõfessio in corde erat, ex lege Mosaica i corde & opere, ob id i lege euãgelica q̃ perfectior est, qa lex per Moysen data est, gra & veritas per Iesum Christũ facta est Ioã. 1. & Matth. 6. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarũ & Phariseorũ. Vnde antequam Christus veniret mediator Dei & hoium, non est mirum si non fiebat perfecta confessio, quia nulla erat perfecta reconciliatio. Sed nunc cum simus in lege perfecta, cõfessio perfecta fieri Deo & homini eius vices in hac parte gerenti, dẽt. Quod probatur lege noua, Matth. 3. c. vbi homes euntes ad Ioannem, ab eo baptizabantur, cõfitẽtes peccata sua, & sic illi confitebantur, alioqui ad baptismum eos nõ admisisset. Marci primo cap. Idem dicit Iacobus c 5. Confitemini alterutrũ peccata vestra, & Iob 19 cap. Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Sic Salomon Eccle siast. 4. c. in fi. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato. Ergo peccator dẽt se subijcere alicui homini, & sic cõfessori, cũ prohibeat omni, ergo alicui ignaro, vel Dei inimico vel laico, non, sed alteri idoneo. Sic & quamuis in veteri testamento non esset vocalis instituta, tamen hodie est necessaria. c. fi. de pœnit dist. 1. Sed cũ in veteri testamento claues cœli nondũ essent

Postea

homini-

hominibus fuisset. Sed cum Christus tradiderit claues hominibus, Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, voluit ut vocalis confessio hominibus fieret, alias frustra datæ eis essent, sed Deus nihil facit frustra, nec sacerdotes remittũt non confitentibus eis. Ergo illis est confessio facienda. c. quis aliqñ. &. c. agite. de pœni. dist. 1. Vbi ét nec pœnitentia imponi posset sine confessione, sicut nec medicus pharmacum sine inquisitione morbi. Nã si postquam soluisset Lazarum, dixit Apostolis ut illum soluerent, & leprosis iussit, ostendite vos sacerdotibus, multo fortius voluit vt per confessionem hoies se ostenderent sacerdotibus, & illis confiterentur peccata sua. Nẽpè D. Petrus Matth. c. 18. ait, quoties remittam fratri meo, septies? Christus ait, non solum septies, sed & septuagies septies, ergo petas, remittere debet, ac alij sacerdotes.

Aduertendũ est tñ, quod antequã quis ad confessionem accedat, debet accuratè euoluere librum suæ conscientiæ atq; in eo peccata sua recolere, vt possit illa demum corã sacerdote commemorare. Dauid Psal. 37. Qm̃ iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. & Esaiæ 38. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine aĩæ meæ. & Hierem. 2. Vide vias tuas in cõualle, scito quid feceris. quidnam est vallis nisi conscientia? Et talis debet esse meditatio & diligentia, qua lẽ quis adhiberet in re maximè seria. Vnde cogitet tps, videlicet singulos menses, hebdomadas, dies, deinde postea loca pingat, in quibus est conuersatus, quid vbiq; fecerit, & personas insuper cũ quibus versatus est, recẽsere dẽt. & cogitare quidnã cum illis egerit. Recenseat qũo offendit in quinq; sensibus, postea aduolet ad peccata mortalia, & sup singulis cogitet qualiter offenderit, ac demum super præceptis decalogi, ac super fidei articulis, si fuerit in eis constans, nam dubius in fide, infidelis. est. c. 4 de hæreticis. Et deinde septẽ opera misericordię euoluat, an compleuerit, an reus illorum sit, vel septem sacramentorum ecclesiasticorum, quibus euolutis videbit quantum offenderit. Non tñ debet immorari cogitando multum super peccatis iræ aut odij & carnis, quia facile super his noua posset oriri tentatio, teste Eckio in lib. de sacramẽ. Homil. 44. Et ita concludimus vocalem confessionem, quã quidam auricularem vocãt, necessariam esse, Et ita tenet vniuersalis ecclesia ca. fi. de pœnit. dist. 1. Et contrarium tenere est hæreticum. Quæ ecclesia errare non põt, quia Christus orauit pro ea: nec hoc iugũ imposuisset nobis, si hoc Christus nõ præcepisset Apostolis, qui postea per manus nobis tradiderunt. Et multa alia Deus fecit & præcepit, quæ non sunt in Euãgelio scripta, sed sufficit ab Apostolis esse tradita, quibus claues datæ erant.

*Eos & eorum quemlibet à quibuscunque eorum peccatis, criminibus, & delictis quantumcunque grauibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, etiam in bulla quæ in die cœnæ Domini legi consueuit, contentis, & à censuris propterea incursis.*

Nota differentias inter excommunicationem maiorem & minorẽ. Prima quia maior à communione hominum reijcit, minor à receptione sacramentorũ. c. 2. de except. Secunda à maiori absoluit is qui excommunicauit c. nuper. &. c. si concubinæ. de sentent. excom. à minori ét alius & simplex sacerdos cui alter confiteri põt. quia eius est soluere, cuius est ligare l. si voluntate. ff. de sponsa. Tertia cebebrans excõicatus maiori excommunicatione, est irregularis. c. latores. &. ca postulastis. de cleric. excom. Secus in excõicato minori, licet peccet. c. fi. de cleric. excommuni. Quarta non repellit minor excommunicatio ab agendo. Secus in maiori. c. intelleximus. de iudicijs. Et sic potest esse testis excommunicatus minori. ca decernimus. de sent. excom. in 6. Quinta excõicati maiori eligere non possunt Secus in minori detenti c fi de clericis excom. c. cum dilectus. de consue c. cum inter, de electi Sexta cõicans cum excommunicatio maiori est excommunicatus, & peccat. c. 2. de exceptionib. Secus in minori. Nam communicans cum excommunicato minori excommunicatione non contrahit labem etiam minoris excommunicationis.

Aliæ differentiæ colligi possunt ex his quæ scripsi in rubr. de excommunicat. vistandis. Ibi sexaginta pœnas excommunicatis congessi.

*Præuita tamen emendatione cum pœnitẽtia & debita satisfactiane hac uice duntaxat absoluere, ac pro commissis sibi pœnitentiam salutarem iniungere, ac vota quæcunque per eos emissa, castitatis & religionis uotis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare ualeant, facultatem dicta authoritate apostolica imparti mur. Et insuper ut eosdem Christi fideles etiã prẽmijs cœlestibus ad hoc inuitemus, omnibus & singulis Christi fidelibus supradictis qui prẽmissa adimpleuerint, ac processionem desuper indicendam & ordinandam in oratione & absque strepitu ac contẽtione secuti, aut qui aduersa ualetudine, seu alio legitimo impedimento detenti, huiusmodi processioni interesse nequeuntes, elecmosynam iuxta eorum deuotionẽ alicui pauperi Christi eis bene uiso pie elargiti fuerint, vel si indigentes existent, quinquies orationem dominicam & toties salutationem angelicam pro pace & felici statu militaniis ecclesiæ, orantes deuote recitauerint, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi pleniſſimam peccatorum suorum remissionem in domino concedimus & elargimur.*

Casus Episcopis reseruati his versibus conprehendi possunt

*Virginis intactæ, pueri & stuprator adibis*
*Pontificem, occisor, cleri percussor, adulter,*
*Virgineum soluens votum, blasphemus, & omnis*
*Sacrilegus, propriæ prolis fœdator iniquus,*
*Sortilegus, secta falsi sectator & ignis.*
*Qui clandestine vxori se fœdere iungit*
*Hæc sunt Pontificis, vel quæ seruauerit ipse.*

Primus est casus in deflorante uirginẽ. c.2.de adulte. Secundus in concubitore pueri. Tertius in homicida, vt in rubr. de homicid. Quartus in clerici percussore. c.si quis suadente. 17. quæstio. 4. & in rub. de cler. percussore. Quintus in adultero, vt in rubr. de adulte. Sextus in soluente uotum uirgineum & corrumpente monia les. Idem in soluente aliud votum. ca. 1. de uoto. Septimus in blasphemo. in c. 2. de maledicis. Octauus omnis sacrlegus, siue de sacro siue de non sacro. Nonus cognoscens consanguineam Decimus sortilegus. in rubr. de sortileg. Vndecimus in sectatore sectæ, id est in hæretico. c. ad abolendam. de hærel Duodecimus falsarius. vt in rub. de falsis. Decimustertius ignis sectator, id est incẽdiarius. in rub. de rapto & incend. & c. si quis pessimam. 24. q. 5. Quartus decimus clandestinum matrimonium contrahens in rub. de cland. desp. Vltimus casus est quando episcopus sibi reseruauerit.

Quia remittũtur pœnæ iniunctæ tam pro mortalibus quam venialibus, & iniungendæ, seu quæ potuerunt iniungi, teste Adriano in 4. sent. rub. de clauibus. §. sed ex hoc petas. vers. pro intellectu Et intelligit à Deo plena remissio. prout clauium potestas se extendit. glo. in extrauag. 7 in uerb. plen ssim. m. de pœnitent. in communibus.

Indulgentiæ concessæ sunt vsque ad quinquennium, à quo tempore oompute tur, an à data, an à publicatione. Certum est quòd indulgentiæ concessæ valent à tempore datæ. c. capitulum. de rescri. & ab illo tempore ius est quæsitũ illi loco cui concessæ sunt, & ab illo tempore paratur facultas capacibus ad lucrãdum illas. Sed quantum ad eos quã lucrari volunt, inciplunu in eis efficaciam habere, quamprimum eis præsentatur & notificatur Ideo istud quinquẽnium computatur à die quo exhibitæ sunt literæ, quæ debent exhiberi episcopo. c. cum ex eo. de pœn. & remis. Nam antequam publicentur, non possunt lucrari. clem. 2. de pœnit, & remis. quia populus eas ignorat, & in concernentibus animam requiritur sciẽtia & acceptio. arg c. gratia. de rescr. in 6. & receptio literarum. c. audita. de restit. spol. Et quando privilegium datur populo, ipsum publice insinuandum & publicãdum est, arge. l. nam ita. ff. de. adopt. c. vt cssicium. §. compescẽdi. de hæreticis. Bonifacius in d. clem. 2.

nu. 16.

n.16. Ideo hoc quinquennium non computabitur nisi à die insinuationis seu exhibitionis.

*Et vt hæc omnia ad multorum utilitatem peruenire ualeant, simul & misericors dominus pluribus exoretur, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & alijs ecclesiarum prælatis, vt quamprimum præsentes literæ ad eorum manus peruenerint, eas siue earum transumptum manu alicuius prælati seu personę in dignitate ecclesiastica constitutę subscriptum, vbique per eorum prouincias, diœceses, vel ecclesias, absque vlla fraude, vel questu, cum gratijs, concessionibus, facultatibus & indulgentijs, suis, gratis publicari faciant, in virtute sanctę obedientię præcipiẽdo mandamus, constitutionibus & ordinationibus apostolicis & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque. Præsẽtibus postquam in vrbe ac ciuitatibus & diœcesibus prędictis publicatę fuerint, aut ad supradictorum Christi fidelium aures peruenerint, & quartę ac sextę ferię ac dominia dies, prędicti elapsi fuerint, minime valituris. Datum Romę, apud S. Petrũ anno incarnationis dominj 1543. 5. Id. Decemb. Pontificatus nostri anno x.*

Blo. El. vlginen.

B. Motta.

# ADDITIONES AD REGVLAS CANCELLARIAE A PETRO REBVFFO Inceptæ.

Anno. 1540.

## REGVLA PRIMA.

REGVLA diffinitur in l. 1. ff. de regu. iur. vbi Deci. & alii multa scribunt. De hoc tu illos, si lubet, videto. Et dicitur regula, eo quod regat, vel quod dictor tum prauumque corrigat, vel quod normam recte viuendi præbeat. Et quod sit recta, quasi recticula, Lucas de Penna, in l. Diuæ. col. 1. C. de decur. lib. 10. vbi tradit quot modis capiatur regula, post Archid. in cap. regula. 3. distinct. Et quia culpa est ignorare iuris regulas, teste Ludo. Roma. in l. quod te. ff si cert. pet. quia ab omnibus leges sciri debent. l. leges. C. de legib. ideo oportet vt hæ regulæ sciantur. Nam habent vim legis, & sunt seruandæ, viuente earum conditore, vbi non sunt contrariæ decretis sanctorũ conciliorum. c. institutionis 25. q. 2. c. 1. de cõstit. Aufrer. decis. Tholo. c. 445. In Frãcia tamen si sint contrariæ concordatis, istas regulas nõ seruamus. Quia vnus non põt concordatis derogare, cum sint inita inter papam, & sedem apostolicã ex vna, & Regem ac Regnum ex altera. & cum vim cõtractus habeant, vt patet in rub. de firma & irreuocab concorda. stabili. Scripsi in præfat. ad rub. de collatio. in cõcord. Etiã aliæ multæ sunt, quæ non sunt in hoc regno receptæ, quas infra in qualibet regula notabo. Ob id vt qlibet sciret, quæ sũt regulæ, quæ in forensi iudicio seruãtur. & quæ non, eas annotare volui. Tu bone lector, boni cõsules, & omissa supplebis. Infinita potuissem hic scribere: sed multa in concord. Francię scripsi, quæ hic repetere nolui. si frequẽtius ad illa videnda incito, ne p longas ambages te remorer ac suspẽdam. Multa ẽt tum vtilia tum necessaria ibi omisi, quæ hic scribã: quia melius hic cõueniunt. Postquã hæc glosse mata compleuissem, superuenerunt ad me commentaria doctissimi & reuerendi patris D. Gomesij super his regulis, quæ si prius vidissem, non in vanum post eum laborass em, cũ satis superq; super his descripserit. Sed multa dixi, quę ipse non attigit, in forensi iudicio valde vtilia, vt legẽti patebit: sed retraham manum, alibique ista dicam.

### Ordinationes.

*Ordinationes.* Dupliciter hoc verbũ sumi põt, generaliter & specialiter. Generaliter omne id, quod est ordinarium & factum ab aliquo, põt dici ordinatio. Vnde text. in c. 1. de schisma. dicit, ordinationes ab hæreticis factas irritas esse. & 9. q. 1. c. ordinationes. Vnde sanctiones siue statuta, vel regulæ: eo quia in ordinẽ rediguntur, dici possunt ordinationes vt hic, & in ordina. Franciæ. Et specialiter ordinatio dicitur, quãdo quis ad ordines ꝓmotus est, dicitur ordinatus. d. cap. ordinationes. ca. sanctorũ. 70. distin. & in rub. de ordinatis à non suo episcopo. & in rub. de temp. ordinando. per totum.

### Et constitutiones.

*Constitutio* est, quod tãtũ rex. vel imperator constituit. c. cõstitutio. 2. dist. scripsi in rub. de consti. in concord. post doct. in rub. de consti. in decretalib & in 6.

Aduertendũ est quod mali mores optimis ferendis legibus & constitutionibus sępe causam dederunt. Quia vbi perperã viuitur multiplicibus edundis Regibus magna datur occasio, inde apud Aeginetas cautum est, ut qui nouæ condendæ legis causã daret, inuisus oĩbus & execrabilis fieret. Sic apud Indos, si quis aliqd pernicios inueniss et, nisi ꝓtinus remedio succurreret, morte plectebat. teste Alex. lib. 6. genial. c. 14. vbi dicit leges & cõstitutiones

tutiones breues esse debere, velut monita oraculorum diuinitus missa: vt paucis iubeāt, nō pluribus disputent: suadeantque magis quā cōminentur, aut pœnam imponant, quas Plato iussit esse quam pauciſſimas. Nam si suo iure fungantur magiſtratus, nihil opus esse multiplici lege putauit. Vbi vero eorum improbitate aliò de torquentur, ex legum multitudine perniciem afferri dicebat. Licet sint quidā magis in legibus. cōdendis faciles, quā in gratijs concedendis, & nō habito consilio, cōtra Alex. Mamm. Impetratorē, qui nullā constitutionem sacrauit sine viginti iuriſperitis, & alijs quinquaginta doctiſſimis diſertiſſimisq; viris. Et id quidē ita faciebat, vt per snias singulorum iretur, ac scriberetur quidnā quisq; dixisset, daro prius spatio ad inquirendum, cogitādūq; priusquā diceret, ne de rebus arduis ex tēpore rndere cogerentur, teste Ayma. Riual. in hiſto. iur. ciuil. de Alexand. Mammea. Et hæ sic condite sunt perpetuæ: sed aliæ leuiter cōditæ, leuiter recedūt, & cū suo authore extinguunt. & in fauillas cōuertūt.

Nota sing. dictū Bal. in conſ. 464. Quædam scriptura in ſi. vol. 1. quod tm distant sacri canones à legibus mundi, quantū distat perpetuum à corruptibili: & tanto altiores sunt canones legibus, quantò cœli gubernacula distāt à mortalibus. hæc ille.

Ioan. 22. Pontifex maximus, & Caturcen. natione, primus fuit, qui regulas cancellariæ in scripta redegit, nam alij pōtifices ante eum, consuetudine quadam seu ſtylo vtebantur, vt plenius scribit d. Gomeſ. in prooem. harum reg. q. 1. sed Nicolaus 5. Pontifex maximus ad hunc ſtatum & ordinem reduxit, ut in fine patet.

Quamobrem inuentæ sunt, vt officiales cancellariæ per eas in literis expediendis inſtruātur, & quid seruare & agere in illis debeant, teste Gomeſ in q. 2. prooem. reg. cancella.

## *Cancellariæ ſanctiſſimi domini nostri domini Pauli diuina prouidentia Papæ tertij.*

*Cancellariæ*. Dnr cancellariæ: quia in cancellaria fiunt, corriguntur, & publicentur, & in cācellaria maximè seruādæ sūt nō cancellariæ, id est iuſtitiæ. quia plures sunt regulæ gratiæ, & de gratijs. & beneficijs ſtatutæ, q̄ de iuſtitia. quamuis gl. hic contra teneat. hoc tm pertinacibus relinquo, cum sit pauci emoluměti. vide tamē Fel de reg. cancel. in. c. 2. col. pen. de reſcr. Quidam referunt cancellariam fuisse in esse productam tempore Lucij Papę tertij, per tex. in c. ad hæc. de reſcr. sed quia parum refert, inquirat alius.

Sanctiſſimus.

*Sanctiſſimus*. Quis enim sāctiſſimum illum dubitet, quem apex tant ę dignitatis attollit? c. non nos. 40. diſt. Et intellige qđ est sanctiſſimus nomine & qualitate. Sed interdum persona criminibus & affectionibus multis perturbatur, maxime ergā cōsāguineos: & interdum caro & sanguis plura reuelat ei, quam spiritus sanctus. quia homo est. Dixi in prooemio concor. in verbo sanctiſſimo, quod hoc nomen cō uenit Papę tanquam prę cellenti. ad Hebr. ca. 7. talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, ſegretatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus. Primo pontifex debet esse, qui pontem faciat ad paradiſum, per bonam operationē: debet esse innocēs per perfectam intentionem. Impollutus per castam conditionem. Segregatus à peccatoribus per ſingularem conuerſationem. Excelſior cœlis factus, per ęternorum contēplationem. Ergo Papa sanctus debet esse, tum quia sanctam vitam seruare fide professus: tum quia sanctum officium exequitur. Ad hęc, quia sanctum membrum sancti capitis Chriſti efficitur. Tū quia à sancta eccleſia nutritur, & sancto ſpiritu ſugerente domino famulatur. Et prę cipitur Leuitici c. 19. Sancti, eſtote: quia ego sanctus sum. Vide quindecim cōditiones sanctorum per Berco. in verb. sanctus, & c. tenere. 31. diſt. vbi Archidiac. exponit sanctum pro mundo. In Chriſto pater.

*In chriſto pater*. Non dr ergo Papa hic ſimpliciter pater, forte ad tollendum ſiniſtram ſuſpitionem quę posset in mētibus hominum generari, vt haberet filios. quia eos in Chriſto habet. Nā omnes filij Dei estis per fidē, ad Galat. c. 3. non per geniturā. Sicut. n. mula non generat, niſi miraculoſe: ita nec papa. Et dr pater patrum glo in prooem. clem. in verb. papa. Et dixi abundantius in prooem. cōcord. in verbo patri. Et in forma mandati, in verbo dilectis filijs. & quot modis quis vocetur pater, ſcripſi inter ſcholaſticorum priuilegia, priuilegio 67.

## *Et dominus noſter, dominus, &c. diuina prouidētia Papa, &c. Suorū*

pra-

*prædeceſſorum veſtigijs inhærendo, normam & ordinem gerendis dare volens, in craſtinum aſſumptionis ſuę ad ſummi apoſtolatus apicem, videlicet die 20. menſis Nouemb. Anni domini 1523.*

*Dominus.* Scripſi de dño, in procem. Cō cor. in verb. dominus, hic non repetam.

*Normam & ordinem.* Et ſic non adhibet in his regulis formam ſubſtātialem regulariter, vt infra dicetur.

*Rebus gerendis.* Nā ad futura extenditur lex, non ad præterita, vt plurimum c. fi. vbi plene Feli de conſtit.

*In craſtinum aſſumptionis.* Hoc dicit, ſe cūdum quoſdam, vt tollat non eſſe factas in conclaui, in quo eligitur, dicit Zochus hic, quod ibi multæ fiunt promiſſiones, Deus ſcit, illis relinquo, ſed illæ promiſſiones factæ præ nimio gaudio, non valēt, quia tunc eſt extra mentem c. Vnuſquiſque 22. q. 4. facit gl. in §. ſerui. de liberti. in inſtit. Sed mundano more loquitur, quia vir prudens propter mala ſibi obuenientia non iraſcitur: nec etiam ex bonis fortunæ multū congratulatur, niſi in Deo, vt in cantico Virginis Mariæ dicitur, Et exultauit ſpiritus meus in Deo, &c.

*Reſeruationes, conſtitutiones, & regulas infraſcriptas fecit, quas etiā ex tunc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit, & quos nos Hippolytus ſancti Laurentij in Damaſo diaconus, Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Vicecancellarius, die Iouis quinta menſis Nouembris anni prædicti in Cancellaria Apoſtolica publicari fecimus.*

*Fecit.* Per ſe vel alium. Nam cum tot ſit negotijs implicitus, cōmittit alicui vt hoc faciat: tamen ipſe facere cenſetūr. regula, qui per alium. de reg. iur. in 6. etiam proprie, dicit L certe. ff. de precar.

*Extūc.* Intelligit a publicatione ſciētes ligari ſtatim: ignorātes non, niſi poſt duos menſes. ca. 1. de conceſſ. præb. glo. in ca. cū ſingula. & ibi Dom. de præb. li. 6. vide quæ dixi in verb. publicationem. in §. præfato. 1. de colla. in concord.

*Suo tēpore.* Quia ſuis ſucceſſoribus nullum potuit in hac parte prēiudicium generari, pari poſt eum, imo eadem poteſtate functuris. text. in c. nnotuit. de elect. plura dixi ī præfa ad rub. de colla. ſuper hoc vide quæ ibi ſcripſi. & ſic iuſtæ regulę cā cellarię mortuo papa expirant. vnde ordinarius poterit conferre beneficia reſerua la, ante quā papa nouiter creatus alias regulas publicet. vt conſulit Domi. cōſ. 93. quia hoc papa vult p hoc verbū, ſuo tpe.

*Diaconus, cardinalis.* Nota p Cardinaliū alij sūt epiſcopi. & ſunt ſex. Alij ſunt preſbyteri, & sūt 27. ſingulis vrbis eccleſijs aſſignati. Alij diaconi vt hic, & ſunt 19. & olim erat p̄sbyter Cardinalis, vt licet videre in prouinciali. in princ. & Barba. in c. præſentia. col. 3. nu. 5. de probationib.

*Vicecancellarius.* Olim vocabatur cācellarius, & volebat ſe inſtar Luciferi, æquare papæ. Quamobrem fuit capite minutus, vt licet videre per Cardinalē in Cle. 2. §. eo ipſo. q 4. de elect. hæc tamen non recipitur: ſed eo ipſo vocari cancellarium dicūt, quod ſolus Pontifex in eccleſia vocetur cancellarius, non potuit alius cācellarius eſſe: ne duo capita eſsēt hæc tradit Gomeſ. in. q. 1. in fin. huius procemij poſt Philip. Probū in c. is cui. de ſen, excō. in 6.

*In primis reſeruationes fecit ſimiles illis, quæ in conſtitutione Fel. Re Benedicti Papæ XII. quæ incipit, Ad regimen & c. cōtinentur. & illas locum habere voluit, etiam ſi officiales in ead. cōſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ ſedis officiales ante obitum eorum eſſe deſierint, quoad beneficia quæ tempore quo officiales erant, obtinuerant.*

*Imprimis, &c.* Ibi, ad regimen. eſt extra uagans in cōmunibus. rub. de præb. vbi reſeruantur beneficia curialiū: intellige, vbicunque decedant ſi fuerint legati papæ, vel nuncij, ſeu rectores, vel theſaurarij: ſecus ergo in alijs beneficijs curialiū, quia non ſunt reſeruata Per d. extrauag. Ad regimen. niſi vacēt in curia, vel in loco proximo per duas diætas. ita exprimitur in d extrauag. Ad regimē. Et ſic Intellexit Domi conſi. 92. in cauſa. col. 2.

*Etiam ſi dicti officiales.* In eadem conſtitutione, Ad regimen, expreſſi Apoſtolicę ſedis officiales, ſi ante obitum eorum eſſe deſierint, quo ad beneficia, quæ tpe quo officia-

officiales erant, obtinuerant. Nam ista beneficia debent venire ad officiales nouos, qui de præsenti papæ seruiunt. Et quamuis officiales papæ, si desinant esse officiales, & familiares, nõ gaudeant poiuilegij. l. 2. §. planè ff de. iudic. quia finita cã priui legij. cessat priuilegium. l hi. & l. seq. ff. ex quibus caus. maio. scripsi. in pri. 166. inter scholasti. priuilegia. tñ hic officia, seu beneficia illorũ vult esse reseruata, quia semel affectum, semper durat, nisi liberetur. c. si Apostolicæ. de præb. in 6. quod est verũ in beneficijs obtẽtis tẽpore seruitij: secus in alijs. peruſi in c. statutũ. col. 2. de præb. in 6. vbi etiam dicit non procedere in beneficijs patronatis sub patrono laico

Nota, quod decretum papæ in reseruatione appositum, nedum titulum afficit, & annullat: sed ẽt possessionem. argu. c. si eo tẽpore. de elect. in 6. c. vt nostrũ. de appellat. & possessio contra reseruationem papæ obtenta, caret omni effectu & iuris adminiculo, sine quo in bñficialibus possessio non procedit. Rota decis. 16. si contra absentem in nouis, concludit restitutionem esse negandam spoliato, cum nullam possessionem haberet. vide ibi fusius & in decis. 23. ibidẽ & in §. j. de firma & irreuoca. concorda. stabilita. in concordat quæ ibi scripsi.

*Ac reseruauit beneficia, quæ per constitutionem piæ memoriæ Ioannis Papæ XXII. quæ incipit, execrabilis, vacant, vel vacare contigerit.*

Est secũda pars huius regulæ, in qua reseruantur beneficia iam per extrauag. execrabilis. reserua, de qua extrauag. infra aliqua scribã. & nota quod sicut iura disponentia de beneficijs, trahuntur ad officia ficularia, vt sentit Bart. in l. 2. §. data. ff. de optio. leg. Lucas de Penna in l. annonas. C. de eroga. militer. anno lib. 12. Ioã. Lupus expressim in repet c. per vestras. in princ. nu. 6. de donatio. inter virum & vxorem. Ita & iura loquentia de officijs, trahuntur, si eadem ratio hoc dictet. Et nisi contrarium sit statutum, ad beneficia, vt dicam infra de annatis, in regula.

## REGVLA II.

*Item reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales.*

Prima reseruatio huius text. est, quod ecclesię Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales sedi Apostolicæ reseruantur: hodie in hoc Franciæ Regno nominatio spectat in istis ad Regem. Et illarum prouisio pertinet ad papam ad Regis nominationem: ut est in rub. de regia ad præla nomina. facien. §. 1. vbi abundantius scripsi. Patriarchæ verò, cum non sint in regno Francię. nominatio ad regẽ non pertinet: sed ad papam prouisio. & hi post Apostolicum primum tenẽt locum. c. cleros. 21. distin. Et sunt quatuor instar euangelistarum. c. antiqua. de priuileg.

*Nec non omnia monasteria vtrorum, valerem ducentorum Florenorum auri communi æstimatione excedentia. Et voluit, quod excessus huiusmodi in literis exprimatur.*

Secunda reseruat omnia monasteria vi rorum valorem ducentorum aureorum excedentia. hęc est sublata in regno Francię per concordat. generaliter loquẽtia. Et quatenus vult quòd excessus exprimatur in literis, non seruatur etiã in hoc Regno, in quo habemus consuetudinem exprimẽdi cuius fructus non excedunt summam viginti quatuor ducatorum auri de camera, secundum communem ęstimationem, quamuis multo plus valeat, & excedat mille libras. ut scribo plenius infra in regula de vero valore exprimendo.

Nota tamẽ, quod si Cardinalis impetraret vnum ex istis beneficijs. verum valorẽ etiam in Frãcia exprimere tenetur, & hoc propter cõstitutionẽ cõcilij Lateranẽ. edi tam anno 2. Leonis X. qua cauetur quod de cætero Cardinalibus non commẽdentur aut conferantur beneficia, quorũ fructus ducentorum ducatorum auri de camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum nõ constituunt vel attingunt, vt pauperibus prouideatur. & quia minoribus minora decent, & maioribꝰ maiora, teste Cassado. in decis. 2. de præben. & sic ordinarius non posset hæc minora beneficia Cardinali conferre.

*Reseruauit dignitates, post pontificales, maiores in cathedralibus etiam metropolitanis, & principales in collegiatis.*

Tertia

Tertia pars est. nam suæ dispositioni re seruat dignitates maiores, post Pontificales, in ecclesijs cathedralibus & metropolitanis, ac dignitates principales in collegiatis, quæ reseruatio etiã est sublata per concordata, cum omnes reseruationes ibi dem sint sublatę: vt ibi abundantius scripsi: excipiendo tamen aliquas, & sic hæ dignitates, cum hic reseruentur, solent in literis expectatiuis excipi de stylo: non tñ in mandatis Franciæ, nisi dignitas electiua, ut potest videri in forma manda. in cõ corda. Fráciæ. Sed quę dr dignitas maior post pontificalem? Respon. hoc cognoscitur ex fundationibus ecclesiarũ, & ex consuetudinibus earum, quia si decanus statim post episcopũ incedat, decanatus erit dignitas maior, si Archidiaconus hoc faciat, idem dicendum erit. Rota, decis. 175 de thesauraria. in nouis.

Item principales dignitates sunt in collegiatis, sicut prædixi. Is. n. qui primum locũ in collegiata habet, dicitur habere principalem dignitatem, quasi primam & prę cipuã in ecclesia. Ioan. And. & Perusinus in c. deliberatione de offic. legat. in 6. sicut in collegijs scholasticorum licet videre. Et sic patet, quod si non esset nisi vna, non censeretur reseruata: tum ꝙ maioritas, seu principalitas, non potest demonstrari, vbi est vna tantum dignitas. Clem. & si principalis, de rescript. tum quia non præsumitur voluisse priuare vna dignitate. arg. l. Illicitas. § illicita ministeria. ff. de off. prędidis. glo. in cle. 1. de pręb. scripsi in glo. pro expressis. in forma manda. & expressim consuluit Domi. consi. 36. Casus talis. col. 2.

Item per dictam clausulam non tollitur reseruatio recti beneficij. & pro certa persona reseruati, quia Papa non intẽdit illi prędiudicare. argu. c. causam. & ibi dicitur, de rescrip. & c. quamuis. eod. tit. lib. 6. sic expressim consuluit Domini. cons. 12. Vtrum ille. col. 2. vbi generales non obstãtias dicit nunquam alteri prędiudicare: nisi specialiter exprimantur per c. cũ olim, de consuetud.

Item beneficia in iure patronatus consistentia, nõ debentur per expectatiuas & reseruationes generales, quia non est verisimile quod Papa voluerit derogare, ni si hoc expresserit. glo. & doc. in c. 2. de præben. in 6. sequitur Ioan. Staphileus in tracta. de literis gratię. fol 54. vers. 3. ã sit locus, &c. post Lapum allega. 96. Beneficia.

*Ac dignitates conuentuales quorumcunque ordinum: sed non militiarum, nec non suorum.*

Quarta, dignitates conuentuales quorumcunque ordinum reseruantur. Sed in concordatis titu. de regia ad prętur. nomina. facienda. §. Monasterijs. spectat nominatio ad Regem si sit prioratus conuentualis, vt ibidem dr: alioqui collatio, vel electio, ad illos, ad quos ex fundatione spectare dẽt in hoc Francię regno, pertinebit, & conuentualis dicitur dignitas à conuentu, cui habens dignitatem præest, & ex cõi vsu loquẽdi ecclesia religiosorũ dicitur cõuentualis, teste Panor. in c. edoceri. & c. capitulũ. de reser. & c. cum ecclesia. de causa possess.

Item militię sancti Ioannis Hierosolymitani vel alię, quas commendarias vocamus, non reseruãtur hic: sed sunt in dispositione magni prioris illius ordinis, ꝑ verbum in hac regula positum: ibi, sed non militiarũ. Et sic beneficia, quę habent milites sancti Ioannis Hierosolymitani, non sunt reseruata hic, quia non possuut conferri, nisi militibus illius ordinis.

Item non comptehenduntur in his reseruationibus generalibus beneficia manualia, quia papa intelligit reseruare perpetua. arg. c. præcepta. 55. dist. Calde. in titu. de pręb. cõsi. 26. an in reseruationibus, nec alia, de quibus scripsit Ioẽ. Staphileus in tract. de lite. gratiæ. in 9. forma fol. 26.

Et Cardinalium familiarium beneficia.

Quinto papa reseruat beneficia suorũ familiarium, & beneficia familiariũ Cardinalium, & est de receptis in regno Frãciæ, ut supra scripsi in prima reseruatione. Et quidem non parum eruditi dicebant legatum habere curiã, quod vlt a Herculis columnas reieci, dum legatus vellet cõferre, quibus vellet omnia beneficia, quæ vacãbãt iuxta eũ, dicens habere curiã. quod non est verũ. nam solus papa habet curiã quoad hoc, vt nullus beneficia in curia cõferre possit. iuxta c. 2. de præb. in 6.

Intellige reseruari beneficia hic expressa, totiens quotiens vacabũt. quia per viã legis hic reseruantur: secus si papa suæ collationi reseruaret vnam dignitatem, quia tũc si semel prouideret intelligeretur extincta reseruatio. argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. c. nõ potest. de præb. in 6. secus si cõmendaret, vt consuluit Roma. con

ma.consi.350.in casu col.2.

Notandum aũt est, q̃ duæ sunt species reseruationum; quædam sunt generales beneficiorum, qñ papa reseruat omnia talia beneficia, vt hic, & in extrauagan. Execrabilis. titulo de præbendis, in extrauaganti Ioannis 22.

Quædã verò sunt speciales. & istę quædam sunt speciales quoad certum corpus beneficiorum: non tamen pro certa persona, ut quãdo reseruat tale beneficium collationi papæ. ut in c. cum olim de re iudicat. c. si eo tempore. de elect. in 6. vide Domi. cons. 30. Boni facius.

Aliæ sunt speciales super certo corpore beneficij, & specialiter pro certa persona. vt, reseruamus collationi nostræ beneficium sancti Genesij monialium pro Ioãne Limano &c. ut in c. dudum. de præb. in 6. & c. executór. de concess. præb. illo lib. Vnde per clausulam positam in impetrationibus, vel alijs literis Apostolicis, et si generaliter, vel specialiter reseruatũ esset nõ tollit reseruatio quãdo vacat in curia quia in illa requiritur specialis & expressa mentio c. 2. de præb. in 6. interdum reseruantur beneficia, quæ quis obtineat in fauorem alicuius. Et tunc hic iuste obtineat, siue iniuste, nisi fuerit intrusus, vel violentus, reseruata censentur, teste Collecta. in c. ecclesiam. col. 6. nu. 20. de sortileg. quia in dubio fit interpretatio pro se de Apostolica. Cle. 1. vt lite penden.

## REGVLA TERTIA.

*Item reseruauit generaliter omnes dignitates maiores post Pontificales in cathedralibus ac metropolitanis ac principales in collegiatis ecclesiis, valorem decẽ florenorum auri communi ęstimatione excedentes, nec non prioratus, præposituras, præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptoritas generales ordinum quorumcunque; sed non militiarum.*

Hic repetit reseruationes supra factas: & addit aliam reseruationẽ, videlicet dignitates principales in collegiatis ecclesijs, valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes,

*Ac quæcunque beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebãtur honore. ixistentes: & sanctę Romanę Ecclesię viuentium nunc, & qui erunt suo tempore, Cardinalium familiares, continui commensales.*

Et sic familiares papę dicuntur, qui cũ papa commorantur, & continui commensales sũt. Et familiares Cardinalium, qui cum Cardinalibus degunt, & continui cõmensales eorum sunt. c. licet. vbi Archid. de priuil. c. fi. de verb. signi. & Cle. vlti. de celeb. missa. & requiritur ad minimũ q̃d quatuor menses fuerint continui commẽsales, vt habetur in regula 32. in fi. Nota, q̃d papa & Cardinales, instar Christi, non vocant seruientes suos seruos: sed familiares & amicos: nã Christus in Euãgelio ait, Iam nõ dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui a patre meo nota feci uobis. Paul. Castren. cons. 340. Præmissis. col. 1. vol. 1.

Sunt tamen quidam qui familiaritatis literas habent: non tñ eis dantur priuilegia familiarium: nisi exerceant officia, pp quæ illæ literæ concedunrur. & ita declarauit Inn. V. in extrau. ad futurã rei memoriam, quam notat Fel. in c. insinuante. col. 2. in gl. familiare. de offi. deleg. & sequitur Cassado. in decis. 1. de verb. sig. Et illi soli capellani papæ gaudẽt priuilegijs capellanorum, qui sunt in prosecutione officiorum & negociorum à sede Apostolica eis commissorum. teste Cardi. in cõsi. 126. Vacarunt. col. pen. nu. 11. Imo familiares papæ per literas facti, instar familiarium descriptas in rotulo, non nocent veris familiarib. Fel. in d. c. Insinuante. nu. 5. & bonũ esset q̃d isti familiares declararẽtur in vna regula cancellariæ, vel alibi: quia infinitæ fraudes super hoc fiunt. Et episcopus non dicitur familiaris Cardinalis de stilo curiæ Romanæ.

Effectus familiaritatis', quos scripsi i §. 1. rub. des adiorn i stilo Bituric. adde hic.

Obtinent.

Sed dubitatur, si nunc obtineãt unum beneficiũ, quod postea dimiserunt, & optauerunt aliud, utrum dimissum sit reseruatum, an illud optatum. resp. quod optatũ. & hoc per verba sequentia declaratur, q̃d firmat Card. cons. 126. Vacarũt. in fi alias sequeretur, si dimissa essent reseruata, q̃d

omnia

omnia beneficia, quę obtinerent familiares, essent reseruata idiotis, vt hic subiicit.

Et in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durante.

Et sic cessante familiaritate, cessat reseruatio. Et priuilegia data familiaribus cessant, cessante causa priuilegij. l. 2. § plane. ff. de iudic. Et famuli scholasticorum non gaudent priuilegijs scholasticorum, quando non sunt in seruitio illorum, vt plene scripsi in scholastic. priuileg. 166. Intellige de iure: sed per verba sequentia beneficia semel affecta, semper permanent, vt sequitur. vide infra in regula 32. Et quando quis expressit se familiarem, qui talis non erat, an uitietur, & quando impetratio, docet Cassad. in decis. 10. pe præbend.

*Ac in quibus, seu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel alias recesserint, ac fe. re, Pauli II. & Innocētij VIII. Rom. Pont. prædecessorum suorum vestigijs inhærendo, declarauit dignitates, quæ in cathedralibus, vel metropolitanis, post pontificales non maiores existunt. Et quæ ex Apostolicæ sedis indulgentia, vel ordinaria authoritate, aut consuetudine prescripta, vel alias quouismodo in collegiatis ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.*

## REGVLA IIII.

*Item reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcūque collectorum & vnicorum in quacunque ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore eorum officia exercuerit sub collectorum fructuum & prouentuū cameræ Apostolicę debitorum. Illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio, obtinerint, ac in quibus, seu ad quæ ius tunc eis competierit.*

Hæc reseruatio per prædicta non seruatur in hoc regno Franciæ: imo corrigitur per prędicta cōcordata, & per pragm. sanctionem olim in concilio Basilien. editā.

Notandum est quod istæ reseruationes sunt stricte interpretandæ: quia iuri alterius præiudicant. c. si eo tempore. de elec. in 6. sic concludit Domi. cons. 92. in causa canonicatus. col. 3.

Tenendum est menti, quod Ioānes 22. concessit Auenione, ac expresse inhibuit omnibus iudicibus ordinarijs & delegatis, ac inquisitionibus hęreticę prauitatis, ne contra sedis Apostolicæ officiales, vel nuncios, vel ipsorum aliquem, quauis occasione, vel cā, absque dictæ sedis licentia speciali, procedere, aut in eos, vel eorum aliquem excōicationis vel suspensionis, seu quæsuis alias sententias promulgare præsumant quoquomodo. Voluit tamen ordinarios & inquisitores, super his, quæ negocium tangunt fidei, vel rem publicā, vel priuatam, si quid per officiales indebite forsan attentatum existeret, se plenius informare: idq; postea Papæ significare, vt de opportuno remedio prouideat. Quod priuilegium postea Auenione confirmauit papa Clemens Kalend. Iul. anno sui pontificatus octauo, ostenditque illud ad capellanos dictæ sedis & scriptores, ac familiares & officiales papæ, ac dictæ sedis. Et ego vidi diploma cōcessionis. vide alia priuilegia in c. fœlicis. de pœnis. in 6. & c. licet. de priuil. ibidem. c. fi. de ver. sig. ibid.

## REGVLA V.

*Item reseruauit omnia & singula beneficia ecclesiastica quorumcūque curialium, quos dum curia Romana de loco ad locum tarāsfertur, eam sequendo decedere cōtigerit, & in quouis loco quantumcunque etiam a dicta curia remoto.*

## REGVLA VI.

*Item reseruauit generaliter idem Dom. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia cubiculariorum & cursorū suorum.*

Hæc reser-

Hæc reseruatio est approbata in corpore iuris, per tex. in c. p præsenti. de præben. in 6. tamen non seruatur si non decedāt in curia, vel in loco proximo per duas dietas, vt supra dixi, & idem in regula sexta dicas, quamuis durent in seruitio. vide Bonifa. in cle. una. nu. 37. de celebra. miss.

Imo ēt solet Rex iure regali concedere beneficia, quæ vacant iure regaliorum, etiam si familiaris Papæ illud habeat, & in curia Romana decedat. Ita fuit dictum pro collatione facta à Rege contra promissū p Papā anno 1344. die 12. Martij.

## REGVLA VII.

*Item reseruauit dispositioni suæ generaliter quoscunque canonicatus & prębendas ac dignitates, personatus, & officia in principis Apostolorum S. Ioannis Lateranen. ac B. Mariæ maioris de vrbe ecclesiis: nec non ad collationem, prouisionem, & præsētationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Romana curia absentium ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, & ipsorum Cardinalium titulorum spectātia, quandiu absentia sua durauerit, canonicatus & prębendas, dignitates, personatus, administrationes, vel officia, cæteraque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura, vacantia, & antea vacatura tam in eadem vrbe, quàm in ecclesiis, ciuitatibus, & diœcesibus dictorum episcopatuum consistentia, ac decreuit irritum, &c.*

Reseruatio hæc recipitur in Francia quoad beneficia vrbis: secus si in Franciæ diœcesibus existant, quia tunc hęc regula non habet locum per concordata.

## REGVLA VIII.

*Item voluit idem Dom. noster Papa, quod concessa per Clementem prædecessorem suum, & de eius manda to expediantur in forma, rationi cōgruit, sub die coronationis suæ, vt moris est, & idem quo ad concessa per felicis recordationis Leonem Papam decimum, & Adrianum Papam sextum etiam prædecessores suos, ad sex menses duntaxat, ab ipsa die coronationis incipiendos, obseruari voluit.*

Vult ergo papa, ꝙ si prædecessor concesserit gratiam per signaturam tantum expediendo, quod ipse expediret bullas, quæ sic expediri solent: Paulus &c. Rōni congruit, & conuenit honestati, vt ea quę de Roma. Pont gratia processerunt, licet eius superueniente obitu, literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suū plenum consequantur effectū. &c. Et vult hic vt expediantur, non solum si concessę fuerint ab immediato prædecessore, vide licet à Clemente: sed ēt à mediato, videlicet à Leone, vel Adriano, dummodo intra sex menses à die coronationis suæ veniant ad eum: vidi ēt super hoc dispensari post annum: & quandocunq; papa vult hoc potest expedire, postquam est honestum, & æquum. sed ideo hic addit sex mēses, quia per regulam cancellariæ, bullæ debent expediri intra sex menses. Et hoc rescriptum vidi ēt impetrari super permutatione facta ꝙ prædecessoris, idem in Epatu: tamen addita erant ista verba, Rationi congruit & conuenit honestati & æquitati, vt ea, quæ de Rom. Pont. prouidentia etiam benignitate præsertim in prouisione ecclesiarum cathedraliū processerint, licet eius superueniente obitu, literæ Apostolicæ confectæ non sint, super illis plenum sortiantur effectum. Dudum siquidem bonæ mēmo. &c. Et regulariter in omnibus gratijs, quæ fuerint cōcessæ per prædecessorem, solet papa expedire per hanc clausulā, rōni congruit, &c. & vidi interdum addita hæc verba, Rationi congruit, vt ea, quę de Rom. Pont. gratia in prosequendo desideria iusta petentium processerunt, &c. Et sic per hæc verba Rom. Pont. nollet expedire dispensationem ad quatuor, vel aliud quod iustū non habet desiderium, quia iustum desiderium petentium expedire vult, non iniustum. Et facit l. iustum est desiderium. C. de eden. Et per hoc dicerē ꝙ si primū

bulla

bulla fuit expedita tpe prædeceſſoris: tamen non fuit plene expedita, & adhuc poterit expediri, quia eadem ratio & æquitas verſatur in vno, ſicut in alio, quia quoties vitioſe expeditæ ſunt, pro non expeditis haberi debent. l. quoties. ff. qui ſatisdare cogan. ſecus ſi ſemel fuerint expeditæ, & cum omnibus clauſulis neceſſariis.

Et per hoc infertur, cum rationi & honeſtati ſit congruum, quia ius iã erat illi quæſitum per conceſſionem gl. in cle. dudum, in gl. verb. de ſepult. papa nõ debet hoc denegare, & ſi hoc faceret, contra rationem honeſtatemq; faceret, & ſic peccaret. per l. vnam. C. ne fiſcus rem, quã vendic. euinc. lib. 10. vbi fuit iſta verba, retractare fiſcum quod ſemel vendidit, æquitatis honeſtatiſq; ratio non patitur. Vbi dicit Lucas de Penna, quod lex, ſeu legis ratio, debet ſuper æquitate & honeſtate fundari. c. erit autem lex. 4. diſtin. honeſtas. n. detrahit legum rigori. imo hic honeſtatis ſemper cenſetur exceptum. l. quod ex liberta. C. de operis liber. vbi dicit pulchre Bal. quod dominus non poteſt cogere libertam vt veniat ad ſaltandum in domo patroni, nec nobilis poteſt cogere ruſticã ſubditam ad turpia, aliàs amittit ius ſuprioritatis. plura cumulat Dec. in l. ſemper in contractibus. ff. de regul. iur. vide quæ ſcripſi ſuper his literis, & alijs in forma manda. in verb. gratiam.

## REGVLA IX.

*Item declarauit omnium & ſingularum eccleſiarum cathedralium, & monaſteriorũ prouiſiones, quas præfati prędeceſſores ſui ordinationi, & diſpoſitioni eorum: necnon omnia & ſingula benficia eccleſiaſtica, quæ dicti prædeceſſores etiam prefatæ diſpoſitioni cum interpoſitione decreti reſeruauerant, quæ quidem eccleſiæ, & monaſteria, necnon ſic reſeruata beneficia, tempore obitus eorundem prędeceſſorum vacabant: aut eccleſiæ, vel monaſteria huiuſmodi ſic cõmodata, vel eis adminiſtratores deputati non fuiſſent, etiam tunc vacaſſent remanſiſſe, & remanere per huiuſmodi reſeruationem, & decretum affecta, nulluſque de illis, præter Romanum pontificem, ea vice ſe intromittere, vel diſponere potuiſſe, ſiue poſſe quoquo modo: decernens irritũ & inane, ſi ſecus de illis attentatum forſan erat, tunc uel in poſterum cõtigerit attentari.*

Reſeruat ſuæ diſpoſitioni beneficia, qui vacabant, vel erãt reſeruata tempore obitus ſui prædeceſſoris, quas reſeruationes intelligimus in Francia, vt ſupra dixi, & vt ſcribitur in c. 2. & 3. ſi apoſtolica. de præb. in 6.

Nota tamen quod licet nullus poſſit conferre illa beneficia, quę ſemel papa cõtulit inhabili, vt hic, quia ſunt papę reſeruata. c. vt noſtrum de appell. Ioã. Andr. in c. quod ſicut de elect. tamen in Frãcia hęc reſeruatio eſt reprobata. & ſi beneficiũ vacet in curia, eſt reſeruatum papæ, vt nullus intra menſem poſſit cõferre: poſt mẽſem ſic. c. 2 de pręb. in 6. Si tamẽ papa cõtulerit alicui non curiali, ante acceptationem factã, vacat ſemper in curia. & alii in d. c. 2. Secus ſi ſemel acceptauerit. quia tunc non dicitur in curia vacare ſi acceptans extra eam ſit, etiam ſi ſit inhabilis. Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. part. q. 72. vide Panor. & Io. And. in c. inter dilectos. in fi. de exceſſib. præla. quia poſtquam ille acceptauit, amplius non vacant. ergo nõ dicuntur in curia vacare.

## REGVLA. X.

*Item prędictus dominus noſter, omnes & ſingulas ab ipſis prædeceſſoribus ſuis, infra annum, ante diem obitus eorum, conceſſas gratiæ, vel iuſtitiæ literas, temporibus debitis earum executoribus non preſentatas omnino reualidauit, & in ſtatum primitiuum, in quo nimirum ante fuerãt, & eos pro quibus erant obtentæ, quo ad hoc plenarie reſtituit, ac decreuit per executores prędictos, vel ab eis ſubdelegandos, perinde ad ipſarum executionem proceſſi poſſe, & debere, ac ſi executio huiuſmodi tẽporibus prædictis inchoata fuiſſet.*

Quan-

Quando executio gratiæ facta est, res non est integra. & sic non expirãt literæ. l. mandatũ. C. mand. sic vult hic Papa ꝙ quando quis impetrauit literas gratiæ vel iustitiæ a suo prædecessore, & nondum est elapsus annus, tunc vult ut illarum executio fieri possit ac si executio inchoata id temporis fuisset. & per hanc regulã patet, quod si per eundem Clementem concessum fuerit mandatũ de prouidendo executoribus deputatis, & ante annũ mortuus fuerit Papa Clemens, quod licet præsentatum non fuerit, tamen valebit: & eorum executores poterũt ad executionẽ procedere, recusante uel negligente collatore, per hanc regulã. vide quæ scripsi in gloss. cõcor. in §. 1. de mand. apostol. in verb. sui põtificatus. facit ꝙ ista regula. c. 1. autẽ. & c. plerunq;. de rescr. vbi rescripta iustitiæ nõ exequuta ĩtra annum, non valent post annum.

## REGVLA XI.

*Item reuocauit quascunque expectatiuas & collationes, mutationes, ac reualidationes, & extensiones, eas quomodolibet concernentes, etiam si qui per eas in canonicos sub expectatione præbendæ, vel portionum creati aut recepti fuissent. Necnon alias quam super quibus per cancellariam apostolicam literæ in forma expediri consueuerunt. Reseruationes etiam mentales, perinde ac si non emanassent, de quibusuis etiam patriarchalibus, metropolitanis, & alijs cathedralibus ecclesiis, ac monasterijs, & beneficijs vacaturis cum prouisionibus, & commendis, alijsque dispositionibus, seu de promouendo & commendando, aliasque disponendo mandatis, & extensionibus inde secutis. Nec non absq; consensu coadiutorias, seu coadiutorum deputationes, etiam cũ successione, per dictum Clementem & alios Romanos Pontifices suos prę decessores, in fauorem quorumcunq; & quibuscunque, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus: & sub quibusuis verborũ formis, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine seu consistorialiter cõcessas & factas, ac facultates nominandi, reseruandi, conferendi, commendandi, & alias disponendi, quæ ab eisdem prædecessoribus emanarũt, illarumque vigore factas nominationes, & reseruationes, quoad ea in quibus nondum vere, non autem per decretum in illis appositum, sunt sortitæ effectum, nec aliqui quascunque declarationes aut præseruationes, vel ex tunc, prout ex die reuocationis huiusmodi restitutiuas & reualidatiuas clausulas, vel adiectiones, etiam si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, & ius in re quæsitum fore, aduersus reuocationem huiusmodi, in aliquo suffragari, ac tenores & formas omniũ præmißorum pro expressis habere voluit.*

Hic annullat omnes gratias expectatiuas, etiam si qui per eas in canonicos sub expectatione prębendæ recepti fuissent. probatur in c. pen. de pręb. in 6. & ca. pen. & vlt. de concess. præb. illo lib. vide decem formas expectatiuarum per Io. Staphil. in suo tract. de literis gratiæ. in princ. Et sic licet mandatum per mortem non extinguatur, vt probaui plene in §. 1. in gl. verbo. sui pontificatus. de mand. Apost. in cõ corda. tamẽ Papa potest reuocare, vt hic. & hoc probatur in c. si gratiose. de resc. in 6. vbi gratia ad beneplacitum Sedis Apostolicę, non extinguitur per mortem: nisi fuerit reuocata per Papam: sic nec mandatum: tamen istam reuocationem tenetur quis probare: cum ea, quæ facti sunt, non præsumantur. Dicunt tamen quidam hãc reuocationem non obesse Gallis habentibus mandata, cum fiat in præiudicium Cõcordatorum, quæ fuere edita in totius Regni vtilitatem: & ne res iudiciaria Romæ exhauriatur, vt patet in procem. dictorum Cõcordatorum. ergo, &c. & Tamen nõ est præiudicium vt non prouideatur mandatarijs. & ista regula forte posset intelligi si post annum, regula proxima si ante annũ obitus Papæ concessæ fuerint literæ. No-

ta tamẽ quod papa reuocat expectatiuas, quæ non ſortitæ ſunt effectum, id eſt quãdo in vim illarum alicui non eſt prouiſũ. & plus prodeſt iſta reuocatio, quã mors mandantis. Nam per mortem concedentis non reuocantur expectatiuæ, quando præſentata erat bulla executori, & fulminatus proceſſus. quia tunc nõ dicitur res amplius integra: ſed fallit quãdo expreſſe reuocatur, vt hic tex. in c. ſi is cui. & c. pẽ. & ſi de præb. & c. vlt. de cõceſ. præb. illo li. Et hanc fulminationem proceſſus, non poteſt executor facere, ante literarum executorialium receptionem: etiam ſi bullam gratioſam recepiſſet. tex. in cap. cum teneamur, ibi, mandatum noſtrum in alicuius prouiſione receperis. de præb. c. ſuſceptum. de reſcript. in c. ſuper eo. & ca. vt debitus. de appel. dom de Rota deci. 459. circa tertium in nouis. Item reualidationes vocat hic, literas de perinde valere, quæ validant gratiam, vt not. Caſſador. deciſ. 33. ſuper reg. cancel. & do. Gomeſ. q. 7. in reg. de non iudican. iuxta formam ſupplicationis.

## REGVLA XII.

### De reuocatione vnionum.

*Item rationabilibus ſuadentibus causis ipſe dominus noſter omnes vniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, & diſmembrationes etiam perpetuas de qbibuſuis Cathedralibus, necnon alijs ecclesijs, monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs, ac locis & beneficijs eccleſiaſticis per ceſſum, vel deceſſum, aut quamuis aliam dimiſſionem, ſeu amiſſionẽ, qualiacunque fuerint inuicem, vel alijs ecclesijs monaſterijs, menſis, dignitatibus, perſonatibus, officijs, beneficijs, & pijs, ac alijs locis, vniuersitatibus etiam ſtudiorum generalium, & collegijs ẽt in fauorẽ ſanctæ Romanę eccleſię Cardinalium ſeu ecclesijs, monaſterijs, & beneficijs per eos obtentis, quomodolibet apoſtolica vel alia qua uis auctoritate factas, quæ ſuum ſortitę non ſunt effectum, ac quęcunque conceſſiones, & mandata ſuper vnionibus, annexionibus, & incorporationibus, ac alijs pręmiſſis taliter faciẽdis, reuocauit, caſſauit, & irritauit, nulliuſque decreuit exiſtere firmitatis: nec alicui quaſcunque clauſulas, vel adiectiones in quibuſuis apoſtolicis, ẽt quę motu proprio, aut ex certa ſcientia, etiam conſiſtorialiter proceſſerant, et emanauerant literis: ẽt ſi in eis decretum eſſet, illas ex tunc effectum ſortitas eſſe, aut ius quęsitũ fore qũolibet contentas, aduerſus reuocationẽ, caſſationẽ, & irritationẽ huiſmodi, voluit aliquatenus ſuffragari.*

Hic reuocat vniones, quæ non ſunt ſortitæ effectum. Intellige quando auctoritate Papæ erant faciendæ. quia Papa mãdauerat iudici in partibus, quod ſi de naratis cõſtaret, quod vniter: ſi id temporis papa moriatur, reuocat hic papa illas vniones faciendas, & factas quæ non ſunt effectũm ſortitæ; ſecus de faciendis, vel factis auctoritate ordinaria. Et quia de vnione loquimur hic, pauca de ea ſubiungam, à deñnitione incipiendo.

Aliud eſt reſcriptũ vnionis. & eſt id in quo papa vnũ beneficium alteri annectit & adiungit. Vnde ſic definirem vnionem Vnio. eſt duorum uel plurium beneficiorũ ab epiſcopo vel alio ſuperiore legitime facta annexio. Primo dico, quod eſt duorum annexio, probatur in c. 1. ibi, vt idẽ eſſet epiſcopus vtriuſque ne ſede vacante, &c.

Itã dico, vel plurium, quia interdũ plura annectuntur vni, vt in c. expoſuiſti, de præbendis.

Poſtea dicitur beneficiorũ: quia eſt terminus generalis vt comprehẽdat dignitates, perſonatus, officia tã maiora q̃ minora: & ſic omnia beneficia. vt in c. poſtulaſti. de reſcr. & c. 1. de reg. iur. in 6. ſiue ſint parrochiales eccleſiæ, ſiue præb. c. extirpãdæ. §. qui vero de præb. ſiue ſit regulare, ſiue ſeculare. c. 2. de religioſ. domi. & clem. ne in agro. §. ad hoc. de ſtatu monach.

Etiam vniri poſſunt duo epãtus in vnũ. c. decimas. & ſeq. 16. q. 1. vnde iura loquẽtia de vnione nõ diſtinguũt de qualitate:

ſed

ſed ſimpliciter dicunt vnã eccleſiam vniri alteri poſſe.c. ſicut de exceſſib. præla. cle. fi.de reb.eccle nõ alienã. & epatus Dien. & Valen.vniti sũt in Delphinatu: & vnus eſt in illis duobus epiſcopatibus præſul.

Præterea in definitione dicitur, ab epi ſcopo,quia ſicut vnire epiſcopatus, atque poteſtati ſubijcere alienę, ad ſummum pontificem pertinere dignoſcitur: ita epiſcopi eſt eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio,& ſubiecto earumdem.c. ſicut vnire. de exceſſib. prælat.cap.quod tranſlationem. de offic.lega.

Ad hæc in definitione dicitur, vel alio ſuperiore, ad declarãdum à quo poſſit fieri vnio.nam vt prædixi,papa poteſt vnire eam epiſcopat⁹,q̃ alia beneficia,& ſic omnia beneficia tam maiora, quam minora. c.decimas.ca.& temporis qualitas. & ſeq. 16.q.1.quia habet ipſe plenariam poteſtatem in beneficialibus.c.2.de præbendis in 6.& cle.1.vt lit.pen.

Item legatus de latere vnire poteſt.qa omnia poteſt quæ epiſcopus in ſua diœceſi.Spec.in tit.de leg.§.nunc oſtendendum. verſ.89.ibi,legatus igitur.& quia eſt maior epiſcopo in prouincia ſibi decreta.c. j. de offic.leg.in 6.do.de Rota deciſ.58.legatus.& deciſ.118.ſecundum maiorem. in no.&deciſ.459.nota ſecundum maiorem. in antiq.Guido Papæ in conſ. 134. Circa proceſſum.in 2.q.

Fallit in epiſcopatibus, quos nõ poteſt vnire legatus. ca.quod ad tranſlationem. de offic.lega.

Fallit etiam in præiudicium epiſcopi, videlicet in totum eximẽdo a iuriſdictione & ſubiectione epiſcopi:ſed licet collationem conferat,vniendo:tamen vnio valebit, dummodo non conferat ſubiectionem,obediẽtiam, correctionem, vel alias a iuriſdictione epiſcopi nonexiimat.c.ſi de confir.vtil.vbi Deci.dicit hanc eſſe magis communẽ opinionem, & ſecundum iſtam collegium Papienſe conſuluiſſe ſic tenent Do.de Rota deciſ.459.nota ſecundũ marem,in antiq.

Itẽ fallit, quando eccleſia eſſet ſub iure patronatus laici glo.& doct.in c.nobis.& c.cum dilectus.de iure patrona.

Poſtremo non procedit,quando vellet eccleſiam in qua eſt collegium clericorũ ſecularium, conuentum religioſum facere,quia non poteſt alterare ſtatum eccleſiæ.ca.penul.de eccleſ.ænific.Feder.de Senis conſ.195.in Chriſti,&c.factũ ita ſe. & c.plene.Petrus Peruſ.in tract. de vnio. eccleſ.cap.4.

Quamuis iſtam quæſtionem dubiã & indeciſam reliquat,Ioan.Baptiſt.Cacialup.in tract.de vnio.art.3. vbi ſolum recitat Doctorũ opiniones,& poſtea dicit iſtã quæſtionem ſatis dubiam, ſed per prædictas limitationes quæſtio videtur ſatis clara,& non dubia.& ad fundament in contrarium per Doctores adducta raeſpõdet Ioann.Brunel. in tract. de dignitate. lega. concluſ.13.

Archiepiſcopus etiã in ſua diœceſi põt vnire, cum in ea tantã poteſtatẽ habeat, ſicut epiſcopus.teſte Specul.in d.tit. de lega.§.nunc oſtendendum.verſi. legatus igitur,quem refert & ſequitur Ioan. Caccialup.in ſuo tract de vnio.art.3.q.4.

Sed beneficia pertinentia ad collationem ſui ſuffraganei vnire non poteſt. tex. in c.ſicut vnire.in fi.de exceſſib. præl.

Itẽ in definitione dicitur, ab epo. qa ab inferiore ab epiſcopo vnio fieri nõ poteſt, vnde priores,vel abbates non poſſunt vnire.gloſ.in d.cle.fi.text.iuncta glo.in verb. ordinario 5.cl.ne in agro.§. ad hæc.de ſtatu monacho.vbi dicit glo.non procedere, qñ præſcripſerunt inferiora vnire beneficia,nõ epiſcopatus: ſed requiritur titulus: vel tantum tempus, cuius memoria nõ ſit in contrarium. probat Petrus Peruſ.in d. tract.vnio eccleſ.c.4.verſi. ſed circa hoc. Roman.conſi.275.quo ad primum. Alex. conſ.70.in cauſa.col.1.vol.3.& conſ.101. circa col.1.vol.6.

Sed vna eccleſia poteſt preſcribere alteram tanquam vnitam,etiam per illud tẽpus. quia tunc non præſcribitur eccleſia vnita:niſi quo ad proprietatem, & nõ quo ad titulum: quod poteſt fieri. c.auditis. de præſcript.& c.cura.de iure patro. Peruſ.in d.tract.vnio.c.4.& Caccialup.in eodẽ tracta.art.3.in fi.Oldra.conſ.296.Feli.in ca. cauſam.col.2.de præſcrip.Rota.deci.205. Nota qꝫ vbi.in antiq.& tunc ſufficit probare tempus,etiam ſine cauſa vnionis.Rota deciſ. 375. Nota quod vbi in antiq. quia ex diuturnitate temporis omnia præſumũtur eſſe ſolenniter acta.l.quæcunque. ff de publicia.

Poterit tamen capitulum ſede vacante auctoritatem vnioni præſtare, dummodo per eam nihil iuri detrahatur epiſcopali alias ſecus. quia ea,quæ ſunt iuriſdictionis,ad capitulum ſede vacante tranſeunt. c.vno.de maior.& obed.Ioã.Franc.de Pa

ninis in tract. de offi. & poteſta. capituli, ſede vacante. in 2. par. q. 3. col. penul.

Idem in vicario epiſcopi, ſi hoc cõmiſſum fuerit ab epo, teſte Peruſ. in prædicto tract. c. 4. in fi. & qui vnionem facere poſſunt, eam ex cauſis quibus fieri poteſt diſſoluere poſſunt, per regulam l. is poteſt. ff. de acq. hæred. & l. 3. de re iud. c. 1. de regu. iur. & l. nihil tã naturale ff. illo ti. hoc expreſſe docet Caccialu. in ſuo trac. vnio. ar. 9. & Peruſ in trac. de reuocatione vnionis. vbi plene ſcribit. vide eum ſi non graueris & Deciũ cõſ. 233. viſo. col. 3. & 275. viſo. Notandũ eſt, quod vnio ſine cã fieri non dẽt: & ex cauſa falſa facta, ſeruata forma iuris valet: ſed venit reuocanda. Rota deciſ. 59. vnio. ĩ nouis. & deciſ. 168. & ſeq. & 511. in antiq. Quod eſt verũ qñ factaeſſet ab ordinario: ſecus ſi per reſcriptũ Papæ, quia tunc ſubreptio ipſo iure vitiaret reſcriptum, & vnionẽ, teſte Nicol. Milio. in verb. vnio. j. & Feli. ĩ c. poſtulaſti. col. 7. verſ. poteſt etiam inferri. de reſcript. & ſic deciſum fuit in Rota. vt refert Caſſad. in deciſ ſuper reg. cancel. rub. de vnionib. deciſ. 1. Et duæ ſunt, ad quas aliæ reducunt, cauſæ, videlicet euidens neceſſitas, & vtilitas. c. expoſuiſti. de præb. Guido Papæ cõſ. 134. circa q. 1. Et facta ſine cauſa, nõ valet. quia eſt contra ius, volens quod q̃libet eccleſia ſuum rectorem habere debeat. c. cũ non ingnores. de præben. Oldra. cõſ. 260. quod vnio. Card. cõſ. 96. Papa vniuit. Rip. lib. 2. Reſpon. in. 1. & ſi vnionis. Dec. conſ. 233. viſo. Neceſſitas eſt, vt ſi duæ eccleſiæ ſunt pauperes, quæ ad victũ duorum non ſufficiũt. c. vno. 10. q. 3. c. poſtquam. 19. q. 1. cle. ne ĩagro. § adhæc. de ſtatu monach. Et qñ dicatur pauper, declarat gl. in. c. clericus. 21 q. 1. Idem ſi ſit deſtructa per hoſtes, vel deſolata. c. 2. de religioſ. domib. vel pp populi decrementum. c. ad audientiam. & c. fin. de eccleſijs ædific & quando eccleſiæ ſunt vicinę, & populus mortuus eſt, & nũc ſunt pauci. c. & tẽporis. 16. q. 1. Vtilitas eſt quando propter tenuitatem fructuum non inueniuntur idonei ad deſeruiendum illi beneficio, vel eccleſiæ cathedrali. Panor. & alij in d. c. expoſuiſti. & c. 1. ibi, ne plus fauiſſe pſonę quam eccleſiæ videremur, & c. ne ſede vacante. Ergo cum cauſa tenetur epiſcopus hanc vnionẽ facere: & ſi recuſaret, poſſet adiri ſuperior. cap. nullus. de iure patro. Pet. de Peruſ. expreſſe ita tradit in d. tract. c 3. & 10. & Caccialup art. 5. Et quamuis ſit cauſa; tamen non poteſt fieri vnio ab epiſcopo, ſine cõ ſenſu capli eccleſię cathedralis. quia vnio alienatio eſt in qua conſenſus interuenire debet. tex. in cle. vlt de reb. eccl. non alien. & cle. ne in agro. §. ad hæc. de ſtatu monach. Bal. conſ. 1. vol. 1. Dom. cõſ. 87. Appa ret. in 1. q. & in 2. q. dicit an interueniſſe præſumat & cui incũbat onus probãdi vide Alex. cõſ. 219 ponderatis. col. 1. & ſeq. in 6. vol. & poterunt conſentire ẽt ſi aliq̃d commodum ſentirent. Rota deciſ. 859. Præpoſituræ. in antiq. & deciſ. 4. de rer. p mu. Old. conſ. 182. licet. Et ſi nollet cõſentire, cauſa exiſtente, poſſet compelli: imo ipſis inuitis a Papa fieri poſſet. per c. cum dilectus. & ibi no. de his, quæ vi metus ve cauſ. fiunt. Inno. in c. in Lateranen. de præbend. Alias, ſi cauſa non ſubeſſet, vnius cõ tradictio vitiaret, teſte Caccialup. in d. tract. vnio. ar. 6. in princ. & iſta cauſa eſt p banda. Oldra. conſ. 261. in vnione. & cõſ. ſeq. Et quo ſit probanda, cõſ. 269. de iure & Alex. conſ. 70. in cã col. 1. vol. 3. & cõſ. 101. circa. in 6. vol. Dec. conſ 233. viſo tenore. col. 2. Imo requiritur cõſenſus patroni. c. ſuggeſtum de iure patro. Card. conſ. 96. Papa in 2. q. & in deciſ. Rotæ, in ſecunda cauſa in vltimis Thomæ Faſtoli. & in octaua cauſa. 2. dubio. ibid. Socin. conſ. 1. num. 6. in 3. vol. Deci. cõſ. 148. Reuerẽde. col. 1. & illorum quorum intereſt, & qũ il lis vocatis fiat. d. cl. ne in agro. § adhæc. & tradunt Decius in d. c. licut vnire. & Petr. de Peruſ. in d. ſuo tract. c. 5. quod eſt verũ, ſi non fiat a Papa: quia ille hoc põt facere, etiã inuito epiſcopo, c. 2. de relig. do. Ripa lib. 2. reſpon. c. 18. nihil proponitur. Non requiritur tñ conſenſus rectoris. ſed ei ad ſuã vitam nõ prę iudicatur. cle. vlt. de reb. eccleſ. non alien. nec eſt eidem inſinuanda dicta vnio, poſtquam nõ præiudicat niſi vt ignorantiã non poſſit prætendere ad hoc vt permutare. vel alias reſignare iſtud beneficium non poſſit. c. ad hoc de poſtula præla. Ioan. Gallus in quæſt. per areſt. q. 134. & ſeq. Rota. deciſ. 160. Nota quod bñficium. in antiq & deciſ. 1. rub. de rerũ permu. Oldr. cõſ. 257. factum. Et per vnionem factam per Papam, vel legatum non præiudicatur epiſcopo in iuribus ſuis, videlicet in viſitatione, ſubiectione & alijs iuribus, c. cũ dilectus. vbi gl. quod metus cauſa. gl. in cle. fi. de reb. eccle. ſecus in collatione, & alijs iuribus, quæ ſalua eſſe non poſſunt, valida exiſtẽte vnione, qa illis cẽſetur derogatum, pp repugnantiam. Caccialup.

cialup. in tract. unio. art. 8. q. 16. Secus ergo si fieret vnio ab episcopo: qa tunc videretur iura tm̃ sua remittere, c. pastoralis. de don. Card in d. cle. vlt. Peru. in d. tract de vnio. c. 1. vbi dicit, quod episcopus, in cui⁹ diœcesi est ecclesia vnita, adhuc iurisdictionem in illa habebit & iura episcopalia. de quibus in c. conquerente. de offi ordi. vnde solet Papa in rescripto vniones scribere post narrationē factā, Nos igitur super hoc prouidere volentes huiusmodi supplicationibus inclinati, dictā parrochialem ecclesiā, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidē monasterio auctoritate apostolica in perpetuū incorporauimus, annexuimus, & vniuimus: ita quod cedente, uel decedēte rectore dictæ ecclesiæ, q nūc est, vel alias ecclesiam ipsam quomodolibet dimittente, liceat abbatissæ, pro tempore existenti, & dilectis in Christo filiabus, conuentuī dicti monasterii, per se vel alium, seu alios corporalem possessionem parrochialis ecclesiæ, iuriūq; & pertinentiarum prædictorum auctoritate propria apprehendere, & tenere fructisq;, reditus, & prouentus ad iura vniuersa eiusdē ecclesiæ in monasterij & ecclesiæ prædictorum vtilitatem conuertere, reseruata tamen de fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus huiusmodi pro perpetuo vicario in ea instituēdo congrua portione, ex qua idē vicarius cōmode sustētari valeat, iura epalia soluere, & alia sibi incumbētia onera supportare, dispositioni apostolicæ reseruam⁹ districti⁹ inhibētes fratri nostro episcopo N. ac illi, vel illis, ad quē, vel quos collatio, ꝓuisio ꝓtatio, seu alia quęuis dispositio pertinet communiter vel diuisim: ne de hmōi parrochiali ecclesia disponere quoquomodo præsumāt, ac decernentes ex nunc irritū & inane, si secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignorāter cōtigerit attentari, nō obstant. &c. Hic concedit Papa, q auctoritate propria possint possessionē recipere, quod non possent facere, nisi cōcederetur. per tex. in c. pastoralis. de priui. Ripa lib. 2. Respō. c. 18. nihil.

Vltimo cognoscitur an vnio sit perpetua, quādo hoc dicitur in vnione. solet. n. Papa dicere in princ. literarū, Paulus, &c. ad perpetuā rei memoriā, vel in perpetuū uniuimus: & hoc etiam solent alij dicere qñ volūt esse perpetuam d. §. qui uero c. extirpandæ de præb. uel quando ad beneplacitū sedis fit. c. si gratiose, de resc. lib.

Aut quando fuit facta contemplatione ecclesiæ. c. 1, ne sede uacante: secus si fiat contēplatione personæ. quia tunc mortua persona, cuius contemplatione fuit facta, extinguetur. c. quoniam abbas. de offi. deleg. & hodie in hoc regno Franciæ non pōt fieri vnio ī fauorē personæ. quia sapit reseruationē quæ est in Frācia prohibita, ne per indirectum fiat, quod, directe fieri non pōt: hoc expresse docet glo. in §. fi. de reseru. in pragm. alias quotidie fieret fra⁹ isti prohibitioni reseruationum: & fierent per indirectū, quod non est permittendū. Et quāuis Papa possit dispensare, vt quis duo habeat beneficia. c. de multa. de præb. tamen non potest vnire. vt dicit ibi, glo. pro hoc fuisse prolatum Arestum pro cura S. Ioannis in Grauia. in dubio facta censetur contēplatione ecclesiæ, non personæ. d. c. 1. Perus. in d. tracta. c. vlti. Et quot modis fiat vnio scribit gl &Dec. in c. & tē poris. 16. q. 1. & in c. 1. ne sede vacante. & Peru. in d. trac. c. 1. Et an dissoluta vnione per obitum, remaneat reseruatio, scribit Cassado. deci. 2. facta erat super reg. cācel. rub. de unio. quod nō. vide plene ibi. & si adesset, eam Gelli non seruarent. Itē subreptio vitiat vnionem ipso iure. Cald. cōs. vlti. de reb. eccle. nō alienan. sequitur Ripa lib. 2. responso. de rescr. c. 10. & si unionis. & statuit Alex. Papa, vt nō fieret vnio ad indignius, videlicet vt parrochialis vniatur capellę, sed capellania parrochiali vuiri potest. Insuper omnes vniones, quæ non fuerūt fortitæ effectum, reuocantur. in reg. cancel. 11. & hodie in concilio Tridentino, siue fuerint fortitæ, siue non, si à 40. annis factæ fuerint: quod statutū si seruetur, videbimus multos seculares apostatas, nunc nudos & destitutos beneficijs.

Præterea, quæ in vnionibus requirant, exprimitur in reg. cancel. Inno. 21. quam inferius describam.

## REGVLA XIII.

*Item reuocauit quascunque facultates concessas quibusuis patriarchis, Archiepiscopis, episcopis, ac alijs ꝑlatis & personis: necnon apostolicæ sedis nuncijs, ac fructuum, & prouentuum cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus de dispensando cum*

*quibuſuis perſonis, ſuper matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac ſuper natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficijs eccleſiaſticis inſimul retinendis: necnon de notarijs publicis creandis; ac de diſponendo quomodolibet de quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis, & alias a præmiſſis officia ipſorum nunciorum & collectorũ directè non concernentes. Necnon facultates & indulta quibuſuis Cardinalibus, aut alijs perſonis, de quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis certarum ciuitatũ & diœceſum, in quibus ipſi non erant, nec vnquam fuerãt veri ordinarij collatores: ſed de ipſorũ ordinariorum conſenſu, aut etiã ſine eorum conſenſu, ſeu ſede epiſcopali, vel etiam Archiepiſcopali vacante, diſponendi, aut vicarios perpetuos, ſeu temporales, qui etiam eiſdẽ Cardinalibus, aut perſonis huiuſmodi beneficia conferrent, vel commandarent, deputandi aut ipſi vicarij per quoſcunque Romanos pontifices prædeceſſores ſuos deputati fuiſſent, etiam perinde ac ſi veri, & non ficti inibi ordinarij collatores eſſent: ac etiam cum decretu, quod diſpoſitiones de eiſdem beneficijs abſque eorundẽ Cardinalium vel perſonarum conſenſu, etiam per ſedem Apoſtolicam pro tempore factæ, nullius eſſent roboris, quomodolibet conceſſa, etiam ſi in literis deſuper confect s ſint clauſulæ reſtitutoriæ, reintegratoriæ, & derogatoriarum derogatorię, & aliæ efficaciores, quas pro expreſſis haberi volu t quod omnia, in quibus facultates ip ſæ non ſunt ſortitæ, ſedi legati de latere competens ſit conceſſa poteſtas, decernens irritum, &c.*

Iſta regula tollit dubium ſcriptum per Docto. an per mortem Papæ expirẽt facultates per eum cõceſſæ, & hic tollit expreſſe ad remouendum illud dubiũ quod deciditur in c fi. de conceſſio. præbend. in 6.

*Patriarchis* Quis dicatur patriarcha declarat tex. in c. cleros. 21. diſt. ſcripſi quam quis vero. de colla. in corda.

*Archiepiſcopis, Epiſcopis ac alijs prælatis, & perſonis.* Iſta vocabula declaraui in d. §. ſi quis vero de colla. in concorda. poſt tex. & Præpoſ. in d. c. cleros. 21. diſt.

*Necnon Apoſtolicis ſedis nũcijs ac fructiuũ ac prouentuum camerę Apoſtolicę debitorũ collectoribus.* Hos duos expreſſim notar. qa his ſolet dare amplas facultates, maxime collectoribus: & quas poſtea declarat.

*De diſpenſando cum quibuſuis perſonis ſuper matrimonio contracto, vel contrahendo i gradu prohibito.* Quædã eſt prohibitio a lege diuina de cõtrahendo matrimonium. & in illis pſonis prohibitis Papa ſine magna cã non diſpenſat. vt Leuit. 18. & Deuter. 27. Et cũ rege Angliæ fuit diſpenſatũ vt vxorẽ fratris ſui defuncti ducere poſſet vt ſcribit Aegid. Bellam. conſ. 28. licet eã, ſine iudicio eccleſiæ, poſtea reliquerit. ſed trãſeãt cũ cæteris erroribus ſuis. vide pro hac diſpẽſatione Anch. in cõſ. 37. & Anto. Rozellum in trac. de poteſta. Papæ fol. 33. col 3. & Toſtatum ſuper c. 18. prin. reg. q. 15. & Doc. in c. literas. de reſt. ſpol.

Altera vero eſt prohibitio a lege canonica, & illis gradibus ſicut Papa prohibuit, ita poteſt diſpenſare & dare poteſtatem diſpẽſandi, vt hic probatur in c. quod dilectio. de conſang. & affinita.

*Ac ſuper natalium, & ætatis defectibus.* Iſtas duas facultates infra abũdantius habes deſcriptas, videlicet de diſpẽſando ſuper defectu nataliũ, vtpote cum baſtardis, vt poſſint promoueri, & beneficia obtinere. ca. 1. de filiis presbytero, in 6. & ſuper defectu ætatis, non obſtante ætatis defectu, quod beneficium curatum obtinere & retinere poſſit contra c cum in cunctis. §. inferiora, de elec. & c. ſuper inordinata. de præb. ſcripſi. infra in regula 51. & ſeq.

*Et de incõpatibilibus beneficijs eccleſiaſticis in ſimul retinendis.* Quæ ſint beneficia incompatibilia declarat glo. & Doct. in c. gratia. de reſcri. in 6. & infra abundantius ſcribo in regula 54.

*Necnon de notarijs publicis creandis.* Papa ſolet creare comites, quos Palatinos vocat, quibus ſolet dare poteſtatem creandi notarios, intellige apoſtolicos, de quibus

ali-

alibi abunde scripsi.

*Ac de disponendo quomodolibet de quibusuis beneficijs ecclesiasticis.* Vt in c. Is, cui. de præbend. in 6.

*Et alias a præmissis officia ipsorum nuncio rum & collectorum directe non concernentes.* Est limitatio a prædictis, quod papa non reuocat facultates tãgentes officia collectorum & iudiciorum, sed facultates non tangentes officia illorum.

*Necnon facultates & indulta.* Reuocat indulta concessa Cardinalibus, vt nullus possit beneficia ad suam dispositionem per tinentia conferre: quia ipsi in illis non erãt veri ordinarij collatores, nec vnquã fuerant. vnde non reuocat in his, quæ iure ordinario conferunt, tanquam episcopi, Abbates: seu alias tanquam veri collatores, quod est notandum.

*Aut vicarios perpetuos, seu temporales, qui etiã eisdẽ Cardinalibus, aut personis huiusmodi beneficia conferrẽt, vel cõmandarent.* Vide Boer. q. 347. & Pari. cõs. 80 in 4. vol.

Ecce hic quod quamuis episcopus & alius collator possit creare vicariũ, vel vicarios ad conferendum beneficia: c. fin. de offi. vicar. in 6. tamẽ iste vicarius, vel vicarii non poterunt conferre ep scopo, qui illud creauit, quia ibi ipsi per se nõ potest conferre, nec potestatem conferẽdi dare. c. fi. de institutio ob id solent aliqui ambitiosi episcopi, vel Abbates, omnia beneficia deglutire, cupientes à Rom. Pontifice hoc impetrare, vt vicarios habeant, qui illis, qui crearunt eos possint conferre, vt hic & tũc hoc poterunt vicarii auctoritate Apostolica, & non ordinaria: ne vnus conferat sibi ipsi, contra dictũ c. fi. de inst. & c. per vestras de iure patro vidi tamen istos vicariatus tanquam reipublicæ pestilentes reprobari per senatum Paris.

Notandum est, quod episcopus solet creare officialem, vt iusticiam nomine episcopi exercere possit, & tunc nõ potest in criminalibus cognoscere: nisi specialiter eidem commissum sit. c. 2. de offi. vica. in 6. Nec potest cognoscere de causa cõmissa episcopo, quamuis episcopus cõmiserit eidẽ causas præsentes & futuras, quia episcopus non habebat iurisdictionem id tẽporis quo cõmittebat. Ideo delegare non poterat. arg. c. 1. de offi. vic. in 6. Rota decis. 157. Nota quod vbi episcopus in antiqu. etiã si diceret, auctoritate ordinaria, vel delegata mihi cõpetentes, vel competentes, arg. l. non potest videri. ff. de iudic. quia iurisdictio nondum competens committi non potest. arg. c Romana, de offic. ord. in 6. sic cõcludunt Do. de Rota deci. 3. incip Episcopus. rub de offic. vicar. Sed bene poterit officialis, siue vicarius ex officio uel ad instantiam requirentis, cogere patronum ecclesiasticum ad assignandum congruam portionem vicario. Fuit decisum Tholosæ, ut refert Autre. in decis. Tholos. q. 148. & q. seq. plus dicens in Frãcia iudices regios hoc usurpasse, & in quibus consistat administratio in temporalibus, & in spiritualib⁹, pulchre scribit Bal. cons 478. præmittendum col. 1. in 4. vol.

Item vicarium, qui vires suas gerat eo absente, vel præsente, creat episcopus, vt per totum titulum de offi. vic. Et quamuis olim quãdo prælatus se absentabat ab ecclesia, tenerentur constituere procuratorem c. fi. de voto. tamen hodie tenetur constituere officialem & vicariũ, hoc probatur per d. c. fi. in arg. & per §. teneantur de colla. in concord. vbi scripsi.

Et is vicarius, sine speciali concessione beneficia conferre non poterit. c. fi. de offi. vic. in 6. quia in generali concessione non veniunt ea, quæ non esset ueri similiter quis concessurus, vt ibidem dicitur, & qa lex magis confidit de prælato, cuius oues sunt preprie, quam de uicario, qui dicitur mercenarius, cuius oues nõ sunt propriæ. Io. 10. Claud. de Seycello, in speculo feudo. qui feud. dare possunt. §. 2. principaliter. col 9. Et quia conferre, donare est. c. relatum in glo. de præben. & in generali mandato non uenit, ut quis donare possit l. filiusfa. ff. de dona.

Donare enim est perdere d. l. filiusfam. ff. de donatio. & in dubio quis nõ videtur velle iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probatio.

Non valebit tamen si committat vicario in specie collationẽ certi beneficij: secus si in genere omnium beneficiorũ, ne detur uia ad uacatura, contra c. 2. & 3. de concess. præbend. in 6. & pro hoc est text. in c. constitutus. de concess. præben.

Item hoc est decisum in legato in c. de liberatione. §. prohibemus. de offi. lega. in 6. ubi legatus nõ potest cõmittere alicui facultatem recipiendi resignationem talis beneficij. Et eadẽ ratio vt in episcopo. ergo idẽ ius. l. illud. ff ad legẽ Aquil. Sed Dom. de Rota decis. 397. Si episcopus, in no. concludunt episcopum posse cõmittere vicario generali potestatem recipiendi

reſignationem certi beneficii, & conferendi rectæ perſonæ, quia tũc ceſſat ratio captandæ mortis. de Rota deciſ. 5. rub. de cõceſſio. præbendæ, & hoc qñ ſimul & ſemel darentur ambæ poteſtates: ſecus ſi ſeparatim. c. ad qõnes. de rerum permut. & idem repetunt idem Dom. de Rota deciſ. 288. Nota quod epiſcopus, in antiq. quod epiſcopus ſuo vicario generali dare poteſt poteſtatem conferendi beneficia vacatura, & recipiendi reſignationem: non tamẽ poteſt committere ſingulari perſonæ, & de ſingulari beneficio. dicto § prohibemus & ita fuit obtentum.

Item vicarius epiſcopi habens poteſtatem recipiẽdi reſignationem beneficiorũ cauſa permutationis, nõ põt beneficia ſic reſignata conferre, cum ſpeciale mãdatũ requiratur in collatione. d. c. fi. de offi. vicar. in 6. Ideo dẽbet in vicariatu inſeri, de dit facultatẽ recipiendi reſignationes, & beneficia reſignata conferendi, c. dudũ. de præb. in 6. Rota deciſ. 43. Nota quod vicarius. in antiq. vbi dicit iſtã opinio. teneri cõiter in Rota ſequitur de Selua, in tract. de benefic. in 2. parte. q. 14. Etſi data eſſet facultas recipiẽdi reſignationes, eas recipere poſſet, ſed non conferre, teſte Calde. in conſi. 3. an renunciatio. rub. de renunc. Imo ſi aliquis poſſit conferre beneficium ſitum in diœceſi alteri⁹ epi ex priuilegio, vel conſuetudine: tamen non poterit reſignationem illius decipere per glo. & ibi Card. in clem. vna. q. 7. de rerum permut. Ideo debebit fieri in manibus eius, cuius in diœceſi beneficiũ eſt ſitum, vt expreſſe tradunt Do. de Rota, deciſ. 398. Si aliquis epiſcopus. i no. facit deciſ. 218. Nota quod, cui, in antiq. facit gloſſ. in verb. locorum. cle. vnic. de ſupplend. neglig. prælat.

Item epiſcopus poteſt vicario generali dare poteſtatem conferendi beneficia: certæ uero alteri perſonæ, quam non conſtituit vicarium, non põt, ne fiat fraus concilio Lateran. & ne detur via ad vacatura. c. 2. & c. conſtitutus. de conceſſio. præben. ſic conſuluit Oldra. conſi. 77. quod epiſcopus. per dict. cap. fi. per tex. ſing. in cap. ſtatutum. de præbend. in 6. Quod eſt verum in vacaturis: ſecus in vacante beneficio. cuius collationem cõmittere certæ perſonæ, ſine generali poteſtate & vicariatu, põt, quia ceſſat ratio prohibitionis concilii generalis, Rota in deciſ. 327. Nota quod licet, in antiq. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 2. parte. q. 21.

Poterit etiã uicarius generàlis, habens poteſtatem conferendi beneficia, cõferre dignitates, quia appellatione beneficiorũ etiam ueniunt dignitates, cum non ſit materia ambitioſa. glo. c. 1. de reg. iur. in 6. & Clem. auditor. de reſcrip. c. tua, de uerb. ſignifi. Rota deciſ. 437. Nota utrũ, in antiq. & deciſ. 2. rub. de offic. vicar. Panor. in c. fin. de cõceſſio. præbend. in 2. nota. Tutius eſt tamẽ in vicariatu exprimere dignitates, & etiam quod poſſit commẽdare, licet in maddato non ſit expreſſum, quia plus ẽ conferre, quam cõmendare. c. Nemo. de elect. in 6. & cui plus cõceditur, & minus cõcedi cẽſetur, per reg. iur. tutius eſt etiã exprimere. & ego vidi exprimi.

Item collatio facta extra diœceſim ab epiſcopo valet, licet à vicario in diœceſi eo dẽ die fiat, quia eſt facta a maiori. & ideo præualet. c. ſi a ſede, de præbẽd. & quia maior eſt poteſtas epiſcopi, quã ſui uicarij. c. dudum de præbend. in 6. & quia cenſetur teuocatus vicarius quo ad illã collationẽ. ſicut in domino non tractante cauſam, vt cenſeatur quo ad hoc reuocare procuratorẽ. c. ſi qãẽ. de procur. in 6. Et per cognitionem, q̃ facit delegatus, videtur reuocare ſubdelegatũ. c. itimaſti. de appell. Arch. in c. quamuis. de offic. deleg in 6. ſic & in ordinario conferente conſuluit Cald. conſil. 2. an collatio. ſub rubr. de offi. vicarij.

Item uicarius generalis, licet nõ poſſit conferre, niſi expreſſe fuerit ei conceſſa conferendi poteſtas. d. c. fi. poterit tamen præſentatos a patronis inſtituere. per tex. no. in c. ex frequentibus. de inſtit. ſecundũ Ro. ſing. 601. tu ſcis quod fũdatores, & Panor. in d. c. ex frequentib. ac Io. de Selu. in tract. de benef. in 3. parte q. 14. Rota deciſ. 43. Nota quod vicarius. in antiq. & de Bellamera. deciſ. 93. licet vicarius.

Sed ego dicerem contrarium, quia inſtitutio non poteſt fieri, niſi canonice fiat, & iuris vèl conſuetudinis auctoritate. c. penult. de inſtit. & c. 1. de reg. iur. in 6. ſed quando non eſt vicario data niſi certa poteſtas, non poteſt illam excedere, alioqui contra mandatum faceret, & non valeret ab eo geſtum. c cum dilecta. de reſcrip. forma enim mandati eſt diligenter obſeruãda. l. diligenter. ff. de manda. Si ergo eſt vicarius conſtitutus generaliter, & non eſt data poteſtas inſtituẽdi, ſine poteſtate nõ inſtituit. nam verbum conferre comprehendit ẽt inſtitutionẽ. rub. vt eccleſiaſtica beneficia ſiue diuina, conferantur, & ſcripſi

psi in § statuimus. 1. de coll. in concorda. &. q̃is nõ sit libert institutio: tñ alia rõ tex. habet locũ, quod in generali mãdato, &c.

Nec refragatur tex. in d. c. ex frequentibus. nam dicit posse fieri ab officialibus episcopi, qui hoc de iure possunt, vtpote ab illis, cui est data potestas & non ab alijs p illud relatiuũ qui, quod restringit, vt per Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

Non obest quod institutio est necessaria dispositio. Nam respon. esto sane: tamen non potest instituere is, qui non habet potestatem, & cum hic vicarius in hoc non habeat potestatem, sed limitatam, nõ extẽdetur. arg l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. Et quia etiam institutio sapit donationem, quam vicarius facere, sine speciali mandato, non potest, d. c. fi.

Itẽ institutio & destitutio pertinet ad episcopum, c. cum ex iniuncto. de hæretic. & sic non ad vicarium: nisi eidem cõmittatur, & sic vicarius nõ potest priuare quẽ beneficio: nisi sibi expressè fuerit commissum, vt consuluit Anchara. cons. 60. dupli ci potest tamẽ declarare possidentem beneficium, non habere iustũ titulum in beneficio, cùm per modum actionis hoc petatur, vt expressim consuluit Bal. cõs. 478. Præmittendum, in col. 2. in 4 vol. Sed an possit monere beneficiales, vt ostendant titulum, scribit Anchar. cons. 60.

Item non valet instrumentum vicariatus, in quo nõ reperiũtur testes descripti: aliàs possent episcopi cũ secretario instrumentum vicariatus facere, & sic fraudare vel nominatos, vel Apostolicos, quod non est permittendum. c. sedes, de rescrip. Ita fuit prolatum Arestũ, anno 1519. die 29. Iulij. Solent enim collatores literas desti nare ad aliquos, & dicere si vacent beneficia Paris. poteritis ea conferre: sed vellem vt conferretis talibus: & te inuenies vicarium, si conferat tali inuenietur vicariatus, si verò non contulerit illi pro quo mandauit episcopus, non tradet vicariatum isti. Igitur abusus tolli debent, & vicariatus in curijs registrari, aliàs quod non detur fides istis falsis instans sic communiter fabricatis.

Item habens potestatem conferendi, & substituendi, cum simili potestate: si substituat postea non expresso quod dat specialiter potestatem conferendi, valet: quia secunda censetur specialis, habita relatione ad primam iuxta l ait prætor, §. 1. ff. de re iud. vbi paria sunt exprimere certum, vel se ad certum referre, & pro hoc videtur tex. in c. tibi, qui. de rescri. in 6. & ibi Alex. de Antilla declarat quia substitutio facta per vicarium debet intelligi & continere quod in prima vicarij potestate cõtinebatur. l. asse toto. ff. de hæred. institu.

Item specialiter dicitur data potestas, quando expressa collationis. vel prouisionis, seu dispositionis beneficiorum facta est in vicariatu mentio: aliàs non. cùm illud dicatur specialiter cõcessum, quod est à generalitate verborum abstractum. l. ire apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. c. qui ad agendum. de procu. in 6. glo. & ibi Imol. n. 12. in Cle. 1. de iud. Alex. de Imol. cons. 134. Præuiso. n. 2. in 1. vol. & cons. 7. videtur. col. 2. in 4. vol. & cons. 122. viso, ac cons. seq. in eo. vol. & cons. 95. diligenter. col. 1. in 5. vol. quod est repetitum cõs. 63. diligenter in 6 vol. vbi facit d. fiam inter specialiter & singulariter. ac in cons. 155. videretur. col. 2. in 6. vol. & cons. 189 viso statuto, col. 2. in 7 vol. & Barba. cons. 25. scribitur. col. 9. vol. 1. & cons. 37. Illud. col. 8. ibid. & cons. 48. Illud. col. 4. ibidem. & cons. 15. Præclare. col. 7. vol. 2 plenè Andr. Tiraq. in tract. de legib. connubial. in glo. in verb. expres.

Item etiam procedit in vicarijs papæ, vt non possint cõferre, nisi eisdem data sit à papa potestas, quia limitata potestas extendi non potest. d. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. Fel. in c. cum ordinẽ, col. 4. vers. limitata, de rescrip.

Et quamuis d. c. fi. de offi. vicar in 6 loquatur in vicario episcopi: tamen quia est eadem ratio in vicario Papæ, ergo eadem erit iuris decisio. l. illud. ff. ad l. Aquil.

Etiam si esset vicarius Cardinalis, quia ad hoc non dicitur habere potestatem, nisi fit legatus. c. 1. de offi. lega. lib. 6. & hoc tenet expressim Bal. in l. aliquando. q. penult. ff. de offi. proconsul. & legat. quem sequitur Catelian. Cotta, in 2. parte memoral. in verb. vicarius.

Quamuis contrarium teneat Barba. in tract. de prestan. Card. in prælud. 2. partis. per tex. in l. vicarius. ff. de legat. vbi vicarius dr legatus. & legatus conferre beneficia potest, ergo & Cardinalis vicarius. Respon. quod ille text. probat contrarium sic dicens, qui est vicarius alieni muneris, voluntate sua datus, cogitur legationem susci pere: non tñ est legatus antequam suscipiat, & sic non omnis vicarius est legatus, per illum tex. Et diuersitas nominum

rerum

rerum diuersitatem inducit. l. si idem. C. de codicill. tanquam legatus non potest, quia non est legatus: tanquam vicarius ēt non potest, quia ei non data est potestas, tanquam Cardinalis non reperitur quòd habeat potestatem conferendi antequam sibi detur, ergo nullo modo potest conferre si non sit nisi vicarius constitutus.

Nec refragatur secundum, quod Cardinalis quando constituitur legatus, sicut gaudet prærogatiua honoris vltra alios. c. 1. de offic. leg. in 6. ita & quando Cardinalis constituitur vicarius, transeat honor in Cardinalem vicarium, ratione sui Cardinalatus: sed quod ex hoc habeat potestatem conferendi, nullo iure cauetur, vt predixi: licet sit honorandus.

Nec obest tertium, quod conferre beneficia magis sibi cōpetit gratia honoris, & prærogatiuæ, quā legationis. d. c. 1. ergo quando est vicarius, Cardinalis habet illam prærogatiuam honoris. ergo poterit conferri. Respon. quod Cardinalis, eo q̄ est Cardinalis, non habet illam potestatē beneficia conferendi: sicut quando est vicarius, nisi sibi committatur, sed statim q̄ est legatus à latere sic d. c. 1. & per hoc puto Cardinalem constitutum vicarium siue à Papa, siue ab alio, non posse conferre beneficia, nisi sibi expressè commissum fuerit, & hoc adulationis fortè gratia sustinuit Barba. in d. tracta. de præstan. Cardinalium. in prælud secundæ partis.

Idem puto in vicario generali Archiepiscopi. vel alterius prælati. cum sit eadem ratio tex. & quamuis expresserit vicarium Episcopi, noluit vicarios aliorum collatorum excludere, cum à ratione incipiat ille tex in d. c. fi. de offic. vicar. j in 6.

Idem si sit vicarius capituli, & quia etiā non potest conferre, cum in illo habeant etiam locum duæ rationes ex pressæ in d. c. fi. & quia vicarius est.

Idem in procuratore generali laici, vt non possit præsentare, nisi expressa detur eidem præsentandi potestas. Panor. in c. fi. de concessio. præb. vbi dicit quòd laicus non potest constituere vicarium: sed si necesse habeat proficisci longa absentia: poterit procuratorem omniū bonorum constituere, cui præsentandi potestatem concederet, hanc opinionem ibidem sequitur Imol. & alij, & Paul. de Citad. in tract. de jure patro. in 6. parte, q. 41. & q. seq. dicit patronum ecclesiasticum debere constituere vicarium generalem ad omnia, & etiā ad præsentationes faciendas. Phili. Probus in cap. 1. de offi. vica. in addi. ad Io. Monach.

Item vicarius alium constituere non potest, cap. clericos, de offi. vicar. nisi fuerit ei data potestas substituendi alium, tū quia personæ industria eligi solet, quæ in diuersis est diuersa, l. inter artifices. ff. solu. l. si non sortem. §. libertus, de condict. indeb. istius est sententiæ Bald. in marga. in verb. vicarius. 94. allegat. Host. in d. c. clericos, nisi ex maxima causa, & non frequenter, vt consuluit Bertran. cōs. 117. ex licets, col. 3. num 5. in 1. volum. secundum nou. impressio.

Item per constitutionem secundi vicarij videtur reuocatus primus, sicut per cōstitutionem secundi procuratoris, l. si quis cum procuratorio. 5. fi. ff de procurato. & Cardi. & Barba. in c. volentes, de offi. leg. licet Panor ibi teneat contrarium. & in c. non iniuste, not 4. de procura ac Ioan. de Selua, in tract. de benefi. in 2. parte, q. 14.

Ex quo infertur quod collatio beneficij ecclesiastici facta per primum reuocatū, non valet, si facta erat intimatio & notificatio alterius vicario creati: alias valet p l. si forte. ff. de offic. præsid. Roma. sing. 57. fuit qō Romæ, & sing. 656 quod l. si forte, Bertach. in tract. de episcopo in 7. parte, lib. 4 quæst. 21. Deci. consil. 395. In causa, col. 2.

Etiam est notandum quod vicarius episcopi excommunicati, non potest conferre: sicut nec episcopus excommunicatus, tex. in cap. 1. de offic. vica. in 6. quia episcopo suspenso, suspensa est intitidictio vicarij, per glos. & Dec. ibi scripti in reperi. cap. postulast s, in 2. no. de cleric. excom. ministrante.

Vltimo sciendum est, quod vicarius generalis episcopi vel alterius, potest conferre beneficia etiam extra diœcesim, glos. in cap. nouit. de offic. lega. Rota deci. vlt. de offic. vicar. quia conferre est iurisdictionis voluntariæ: quod etiam extra territorium fieri potest, l. 2. ff. de offic. procon. Ioan. de Selua, in tract. de benefic. in 3. parte, quæst. 40.

Pallit in beneficijs vacantibus in curia. c. statutū, de præbend. in 6. vbi si Papa nō conferat beneficia in curia vacantia intra mensem, post mēsem ordinarius, vel eius vicarius poterit. in diœcesi tamē existens, & non extra, & hoc est statutum ne collatores creent vicarios Romæ, & collationē

Papæ

Papæ auferant, & quia de iure speciali competit, vt asserit Roma. sing. 48. tu habes, dixi in d. c. statutum.

Secundo fallit, quando esset limitata potestas vicarij: quia potestas limitata nõ extenditur. l. in agris ff. de acq. rerũ dom. & licet insula acquiratur illis, qui habent prædia in ripã proxima. §. Insula. insti. de rerum diuisio, tamen nõ habet locum in agris limitatis, quia tunc occupantis fit. l. ait prætor. §. Insula, ff. de fluminib. Et potestas data domino in causis vassallorum, nõ egreditur cõtrouersias fũdatas. Panor. in c. cæterum, de iudicijs. Felin. in cap. cũ ordinem, col. 5. num. 6. de rescript. vnde si vicarius sit creatus cum potestate conferendi beneficia in sua diœcesi, non poterit extra, vt dico infra.

Item quando alicui conceditur facultas limitata, excedens limites, nõ facit etiam id quod sibi concessum est: sed aliud. l. sed si ante, ff. ad Trebel. l. si communẽ. §. 1. quemadmodũ seruit. amitta. l. si pupillorum. §. si prætor. de rebus eorũ. Albert. in tract. de augmento. conclus. 8. limita. 1.

Item fines mandati sunt diligenter obseruandi: aliàs si aliquid fiat vltra mandatum, non valet. l. diligenter, ff. manda. cap. cum dilecta. de rescript.

Item quamuis maritus pro vxore agere possit: tamẽ si sit cõstitutus procurator in aliquibus, ad alia agere pro vxore non potest. l. maritus. C. de procura. sic dicẽdũ de vicario. Vt autem materia sit omnibus nota, facio casus sequentes.

Primus est, vicarius constitutus ad conferẽdum beneficia diœcesis Paris. poterit tam in diœcesi, quàm alibi conferre, siue constitutus sit generaliter, siue indefinitè. glos. in d. cap. nouit. de offic. legat. & supra dixi.

Secundus casus, vicarius constitutus ad conferendum bñficia Aurelianen. diœcesi vacantia Paris. non poterit conferre Aureliæ. quia ibi non vacant, & ad hoc non est cõstitutus: & sua potestas est limitata. no. in c. pro illorum de præbend.

Tertius casus, vicarius constitutus vt cõferat omnia beneficia diœcesi Lemouicen. in ciuitate tamen & diœcesi: non poterit extra diœcesim cõferre, quia sua potestas est limitata vt in diœcesi, id est intra diœcesim: ergo nõ extra. tex. in l. 1. §. in publico. ff. de fluminib. & dictiones in, & intra, æquiparãtur. in l. 1. §. si intra. de succesſo. edict. ff. l. 2. de verbo. significat.

Quartus casus, vicarius constitutus vt possit conferre beneficia quamdiu episcopum abesse contigerit, non poterit conferre quãdo episcopus erit præsens, cap. si de legatis, de offic. delega. in 6. cap. antiqua, de priuileg. Ioan. de Selua, in tract. de benefi. in 2. parte, quæst. 14. col. penult. vide tamen Paul. in l. sed & si pupillus. §. cõditio. ff. de instit. actio. Quia nõ cẽsetur cõstitutus in præsentia. nam inclusio vnius est exclusio alterius l. eũ prætor. de iudic. ff. Ideo eum, qui habebit collationem à tali vicario, oportebit probare episcopũ fuisse absentem: tum quòd sit intentionis suę fundamẽtum: tum quòd præsumantur episcopus præsens, per totum titulum de cleric. non residen. vbi debent residere in episcopatu.

Quintus casus, si data sit potestas vicario conferendi bñficia affecta graduatis & nominatis, vel vacantia in mensibus illis præstitutis, non poterit alia bñficia cõferre, cùm non debeat fines mandati & vicariatus excedere. cap. cui de non sacerdotali. de præbend. in 6. Et data potestas vicario vt conferat beneficia spectantia ad collationẽ episcopi, non extendetur ad beneficia, quæ auctoritate Apostolica conferre posset episcopus: vtpote propter negligentiam regularium prælatorum Clem. vnic. de supplen. negli. præla. Ideo in vicariatus instrumento debet scribi, quod nõ solum beneficia cõferre possit, quæ nos iure ordinario conferre possemus: sed etiam omnia illa, quæ iure deuoluto auctoritate Apostolica, vel quauis alia potestate à iure communi, vel speciali, quod est bene notandum.

Vltimus casus est, quod gesta per vicarium & collationes factæ per eum non valent, si de eius non cõstet mãdato. hoc expressum tradit Bertach. in tract. de epo, in 7. parte, quarti lib. q. 8. Gesta delegati. de quo Bar. in l. 2 ff. in quis in ius voc. non ierit. & Doct. in c. pastoralis, de reserip.

Et tunc solet vicarius condemnari ad omnia damna, & expensas partis, cui cõtulit beneficium quia eam decepit. ita vidi seruari in practica.

## REGVLA XIIII.

*Item reuocauit quascunque facultates, & literas desuper cõfectas, per quas quicunque sui prædecessores*

*res Romani Pontifices quibuſuis perſonis ordinariam collationem, ſeu aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorum de iure, vel conſuetudine habentibus: & quauis etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, vel alia dignitate (non tamen Cardinalatus honore fungentibus) quauis conſideratione, vel intuitu, ſeu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cõceſſerant, vt quandiu viuerent, vel ſuis eccleſijs, ſeu monaſterijs præeſſent, aut ad aliud tempus de beneficijs eccleſiaſticis generaliter reſeruatis, ſeu affectis ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, aut quamuis aliam diſpoſitionẽ commuuiter, vel diuiſim ſpectantibus, diſponere liberè & licitè valerent: aut etiam ad id per eoſdem prædeceſſores vicarij perpetui, vel ad tẽpus conſtituti forent.*

Reuocat facultates & indulta conceſſa quibuſcunque perſonis exceptis Cardinalibus, per quæ poſſent liberè diſponere de beneficijs eccleſiaſticis generaliter reſeruatis, ſeu affectis ad eorum prouiſionem ſpectantibus. vnde oportet vt denuo concedãtur, aliàs prima conceſſio nullius eſt momenti.

## REGVLA XV.

### De dictionibus numeralibus.

*Item vt in Apoſtlicis literis committendi crimen falſi per amplius tol latur occaſio, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod in antea dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Kalen. Nonas, & Idus immediatè poni conſueuerunt per literas, & ſyllabas, extenſę ſcribantur: & illę ex prędictis literis, in quibus huiuſmodi dictiones aliter ſcriptę fuerint, ad bullarium nullateuus mittantur.*

Hic ſtatuit quod dictiones numerales extensè ſcribantur, vt in literis Apoſtolicis plenior committendi falſum tollatur occaſio: vt, tertio idus, ſexto nonas, nono Kalen. non abbreuiatè, vt 3. idus 6. Kalẽ. & quod iſtæ dictiones ponantur ante, & non poſt: vt tertio Kalen. nono Kalen. & ſi ſic vltimo inuenirentur, eſſent contra ſtylum, c. quam graui. de crim. falſi. & præſumerentur falſæ. & ideo non valerẽt: quia contra ſtylum.

Notandum eſt, quod ſi iure, vt hic vel cõſuetudine caueatur, quod ſcriptura extensè ponatur, tunc non ſufficiunt abbreuiaturæ, aliàs ſecus. vnde theſaurarij ſolẽt extensè ſcribere primũ, centum, vel aliam ſummam, & poſtea abreuiatè: vt C. vel quinquaginta, per L. & iſta eſt communis ſententia doct. in authen. quod ſine. C. de teſtam. & Imol. in l. quoties. §. 2. ff. de hæred. inſtit. & ſic bulla ſic expedita nõ valebit per prædicta, licet hic non annulletur expreſsè: ſed quia eſt facta contra hanc regulam. Et non dubium eſt, quod ea quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur. l. non dubium. C. de legib. & etiã hic vult vt non remittatur ad bullarium. ergo vult quod non expediatur, & ſic non valere. Alber. Brunus in tract. de forma & ſolemnitate actus. in rub ex quibus cõſiſtat forma, &c. fol. 26. col. 3. verſi. ſed an illud. quia non habet formam ſcripturæ, quando eſt abbreuiata: nec dici poteſt ſcriptura extenſa ſecundum eum. Et iſta regula poteſt habere locum tam in literis apoſtolicis gratiæ, quam iuſtitiæ, cum ſimpliciter loquatur de illis, & generaliter. & tamen facilius committitur falſitas in literis gratiæ, quam iuſtitiæ: poteſt tamen & in his falſum committi. ob id, iſta regula tunc habebit locum. Et quamuis hęc regula loquatur de literis apoſtolicis, & ſic non habeat locum in literis & collationibus ordinariorum: tamen vt crimen falſi vitetur, bonum eſſet quod etiam in collationibus beneficiorum ab ordinarijs factis ſeruaretur, & quòd extensè ponerentur annus & dies. Et idem in vniuerſitatibus Franciæ, vt in nominationibus hæc etiam extensè ſcriberentur An ſufficiat ſcribere primã literam nominis, vel cognominis impetrãtis, vel rei, aut iudicis deſcribit Fel. in c. cũ acceſſiſſent. in princ. de conſtitu & Ripa. in c. cum M. Feria. in 2. nota de conſtitutionib.

REGV-

## REGVLA XVI.

*Item voluit, quod de concurrentibus, ſuper vacantibus ſeu recto modo vacaturis beneficijs, illis quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris ſimili modo gratias non habentibus: alias graduati, non graduatis: & inter graduatos, magis graduati: aut inter æqualiter graduatos, prius graduati, necnon colorato titulo poſſeſſores, non poſſeſſoribus, ac inter perſonas alias in curia præſentes abſentibus ab ea, ac inter preſentes, non beneficiati beneficiatis, & ſimiliter inter abſentes, & cæteris paribus, oriundus non oriundo: & diœceſanus non diœceſano. in reliquis vero ſinguli, qui prius Apoſtolicas deſuper literas eorum executoribus præſentauerint, alijs in ipſorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum aſſecutione, præferantur.*

Hic ponunt plures qualitates ſuper cõcurrentibus in data. Prima eſt quod pluribus eiuſdem datæ exiſtentibus, is præferendus eſt, qui habet clauſulam motu proprio, cæteris nõ habentibus. & hoc iuri cõforme. quia hæc regula motus proprij auget gratiã, vt plenè ſcripſi in forma mand. in verb. motu proprio. in concord. ſiue ponatur in literis ad vacatura bñficia, vt in mãdatis: ſiue ad vacantia, vt in impetrationibus. Nam ſi plures eodẽ die impetrauerint, & in vna ſit hæc clauſula, is præferẽt, & iſte motus proprius cæteras prærogatiuas vincit, vt hic, quia præpouitur: & hoc etiam firmat Caſſador. in deciſ. 14. in fi. rub. de præbend.

Secunda qualitas eſt, vt graduati non graduatis præferãtur. c. de multa. de præb. & in concord. in §. ſtatuimus 1. de colla. Et quid ſi quis dicat ſe doctorem & non ſit, an valeat gratia? vide Caſſad. deciſ. 7. de conceſſ. præb.

Tertia, q̃ inter graduatos magis graduati, vtpote ſi vnus ſit doctor, præferetur licẽtiato. quia maior minori præferri debet, & conſtitutus in maiori dignitate alteri exiſtenti in minori: ſcripſi in §. ſtatuimus. 1. de colla. vbi dixi, doctorem in vtroque, doctori in altero præferendum.

Quarta, quòd inter æqualiter graduatos prius graduati prẽferũtur. qui n. prior eſt tempore, potior eſt in iure, regula qui prior, & ſcripſi in glo. concord. in d. §. ſtatuimus. 1. & in tract. no. quæſt. 21. nu. 43.

Quinta qualitas, vltra tex. quod ſi omnes in omnibus concurrant, legentes, non legentibus præferantur, vt dixi in d. §. ſtatuimus 1. de colla. in concor. per tex. in l. 2. C. vt dignita. ordo ſeruetur. lib. 12. & in tract. nominatio. ſcripſi. q. 21. num. 48.

Sexta qualitas etiam eſt vltra text. quod inter non graduatos, actu ſtudentes, non ſtudentibus prẽferuntur, & ſcholaſtici, non ſcholaſticis. l. 1. C. vt digni. ordo ſeruetur, lib. 12.

Septima qualitas in text. poſita, eſt q̃ poſſeſſores, non poſſeſſorihus. c. ſi. à ſede, de præb in 6. beati qui tenent, dicit glo. in §. ſi tres. de pace tenenda.

Octaua qualitas text. eſt quod præſentes in curia abſentibus præferuntur: ſicut in quotidianis diſtributionibus dicimus in c. vno. de cleric. non reſident. in 6. Vnde ſi epiſcopus contulit alicui exiſtenti in curia, & Papa alteri exiſtẽti extra: is, qui erat in curia, præferetur. & hic intelligi debet de curia Romana, non de alia curia. ſed iſta videtur contraria infra deſcriptis, videlicet quod bonus præferatur nam curiales inſtar vulpium ſunt aſtuti, & fallaces. & ob id non debent bonis & ſimplicibus præferri: ſed tranſeant cum vulpina ſimplicitate.

Nona quaiitas inter præſentes, non beneficiati, beneficiatis: ſed hodie omni habenti datur. Et quod pauperes præferri debeant beneficiatis, eſt tex. in c. cum adeo. vbi doct. de reſcrip. c. quia intantum. & c. cum ſecundum. de præben. Fallit quando eccleſia eſſet debilis onerata: tunc diues pauperi præferendus eſſet: & beneficiatus beneficiato. Panor & Peruſ. in c. conſtitutis. de appel. Felin. in c. cum adeo, col 7. & c. poſtulaſti, col. 9. de reſcrip. Roch. de Curte, in verb. honorificum. q. 49. de iure patro. Item hic plus dicit, præferendum eſſe magis beneficiatum, minus beneficiato: vt is, qui non habet niſi quinquaginta in beneficijs, præfertur illi qui centum habet. glo. in verb. numerum. in §. item quod vniuerſitates. de colla. in pragma.

Decima

Decima qualitas, inter absentes oriundus, non oriundo præfertur, & diœcesanus non diœcesano. c. neminem. 70. dist. 50. l. in ecclesiis. C. de episc. & cleric.

Vndecima & præcipua qualitas est, quod bonus malo præferri debet: vt prætulit Dauid, uidelicet bonitatem, disciplinam, & scientiam petendo.

Duodecima, doctus ignaro præferri debet. c. cum ex eo. de elect. in 6. Docto. in c. cum nostris de concess. prebend.

Decimatertia est, ut ille debeat præferri qui habet signaturã per fiat, illi qui habet eam per concessum, ut scripsi in reg. 34, infra.

Vltima, qui prius literas collatoribus præsentauerint. cap. duobus. de rescrip. in 6. ubi aliæ qualitates describuntur. Vide ibi, quia loquitur tantum de literis ad uacatura beneficia, non ad uacantia: sed extenditur per istum text. & sic incipiendę sunt qualitates prędictę ante istam, cum in fine ponatur.

## REGVLA XVII.

*Item ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis & declarationibus habendis in causis plerumq; fiunt suggestiones, iustitia postponatur. Idem dominus noster decreuit & declarauit suæ intentionis fore quod deinceps per quamcunque signaturã seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas, pro commissionibus seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, etiam si motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam ante mortam litem à Sanctitate sna emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum qudmodolibet tollatus.*

Papa in dubio non est intentionis, vt velit ius quæsitũ alicui tollere. Ratio ponitur in principio, ne per varias suggestiones, iustitia postponatur, quæ plerunque fiunt pro commissionibus seu mandatis & declarationibus hũdis in causis. & ista regula est iuri diuino conformis, & conueniens. Nam Achab Rex, qui vineam Nabot accepit, votens etiam meliorem dare pro ea, uel argenti pretium, audiuit a Domino. In loco, in quo linxerunt canes sanguinem Nabot, lambent quoq; sanguinem tuum. 3. Reg. 21. dixi in tract. cõgruæ portio. in fin. Est etiam iuri humano consantanea, ut inferius multis probabo exẽplis.

Et sic per istum textum iudices debẽt secure procedere, quod non obstante rescripto papæ, non dubitent ius partibus reddere. Quia si papa contulerit duobus, & declaret postea quod interdit & intendebat isti secundo cõferre, & nõ primo, ea declaratione non obstante, iudicabitur pro primo. & ita iudicauit magnũ cõsiliũ super prioratu sãcti Martini de cãpis Paris. Quia per importunitatẽ, & suggestionẽ impetrãtur plerũq; istæ declarationes. sic cõsuluit Frãcis. cons. 142. habita. col. 7.

Secundo hic statuitur per quamcunq; signaturam, seu aliam concessionem, siue in literis iustitiæ, siue gratiæ, non intendit papa ius tertii tollere. Tum, nè vnde iura nascuntur, iniuriæ nasci uideantur, l. sme minerint. C. vnde ui. Tum, quia omnibus subditis æqualis defensio iuris est debita. l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœnis. Et quia apud eum non debet esse acceptio personarum. c. nouit. de iudic. & illã semper solitus est reseruare cautelam, vt de illis ita proueniat commodum, quod aliis non immineat detrimentum. c. uno, de cõcessio. præbend. in extra. Ioan. 22.

Tertio non intendit papa ius quæsitum tollere per quascunque literas Apostolicas, siue gratiæ. vndesi conferat non obstante quacunque collatione, intelligitur de inualida, non de valida, ne ius quæsitũ tollat Feli. & alii in c. causam. de rescrip. & sic per hoc uerbum, literas, habet locũ hæc regula tam ante litem cœptũ, quam postea. decis. Cassiod. 39. super regu. cancella. Ita ut ẽt non uideatur uelle tollere possessionem acquisitã, sicut nec ius quæsitum. tũ quod possessio iuris sit. l. i. vbi Bart. diffinit, esse ius insistẽdi, &c. ff. de acquir. possess. Feli. in rub. de rescrip. col. 3. panor. in c. dudum. notab. 1. de priuil. tũ ẽt, quia princeps non intendit possessoribus præiudicare. l. fin. C. si per vim. & c. cũ nostris. de cõcess. præb. Oldra. cons. 268. q. & Soc. in cons. 17. in causa. nu. 4. in 3. uol. col. penul. & cons. 120. memini. col. 6. nu. 8. ibid.

Quarto vult hic papa quod per quascũque commissiones, uel mandata, aut per declarationes. non tollatur ius tertii: vnde mandatum ẽm non tollit primum, ẽt si in eo sit apposita clausula anteferri nisi

papa

papa derogauerit hùic rſæ. tex. in c. pen. de conceſſio. præb. in vj & c. quodam per literas, eod. li. 6. quod vix in Francia reciperetur. quia habemus formam præſtitu tam. facit quod conſuluit Card. conſil. 136. factum ſic ſe habet, vacantibus col. j.

Quinto etiam patet hic, quod per clauſulam, motu proprio: vel per clauſulã, ex certa ſcientia, nõ intendit papa ius tertij tollere, etiam per vtramque: nec per eas clauſulas dicitur apparere de mente principis, quod illud ius velit tollere. Clem. per literis. de præb. Card. cõſ. 96. papa. in fi. & conſ. 136. præmitto. col. vlt. nu. 24. ac conſ. 142. videtur, col. pen. nu. 9. vbi dicit verba reſcripti potius impropriãda q̃ tertio præiudicetur, Dec conſ. 468. ſuperiori anno. n. 20. & ſeq. ac cõſ. 544. ſereniſſimus col. vlt. vbi concludit feudi conceſſionem ab Imperatore factam, non valere in præiudicium agnatorum, quibus iam erat ius quæſitum. Nã ea importunitate, qua fuit conceſſio facta: fuit & illa clauſula adhibita, & ideo nõ valet, vt dicunt in ſimili Docto. de renũciante exceptioni non numeratæ pecuniæ. in l. ſi ex cautione. C. de nõ numerata pecu. Feli. in c. ſi cautio. de fide inſtr. Dec. cõſ. 520. in cauſa. quamuis hæc clauſula motus proprij, multos habeat effectus, quos abunde ſcripſi in gl. cõcord. in forma mand. in verb. motu proprio. Idem dicerem ſi apponeretur clauſula ex certa ſcienlia, vel de plenitudine poteſtatis, per rationes prædictas. etiam ſi diceret quod vult vt retrotrahatur.

Item donatio facta a principe intelligitur ſine præiudicio tertij, vnde ſi donauerit terras alicui, ille tenebitur ſoluere, & collectas ciuitati dari ſolitas. vt conſuluit Alex. cõſ. 125. viſo tit. in 2. vol. & cõſ. 35. viſo proceſſu. col. 3. in 4. vol. & conſ. 23 viſo. col. pen. in 5. vol. nec cenſetur princeps velle tollere gratias, q̃ ſortitæ ſunt effectum. c ſi. de cõceſſio. præ, in vj. Paul. Caſtr. cõſ. 340. præmiſſis. col. pẽ. in 1. vol.

Sexto in cõmiſſione quantumcunq; generali nunquã cenſetur conceſſum, quod poſſit tolli ius tertij. Et ideo vicarius imperalis, vel vice rex, ex quacunq; generali poteſtate hoc nõ põr, & ſi attentaret, cũ in hoc ſit priuata perſona. l. 3. ff. de offi. p̃ſid. poterit illi reſiſti. argu. l. defenſionis facultas. & l. prohibitũ. C de iure fiſci. li. 10. Cuma. conſ. 158. viſis. in 1. q. & hoc aliqñ allegaui contra quenquam proregem. qui me grauate poſtea reſpexit. ob id poteſt appellari ad parlamẽtum. Imo non valet declaratio papæ, vel Regis in præiudiciũ tertij. Anch conſi. 398. Præmitto. in fi.

Septimo remiſſiones delictorum, quas gratias vocamus, quæ fiunt a principe, nũ quam trahuntur ad remittendum pœnam parti applicatam, vel applicãdam. argum. c. quamuis. de reſcrip in 6. Fel. in c. ſuper eo. de offi. deleg. Iaſ. in l. venia. C. de in ius vocãdo. Deci. conſ. 520. in cã. Ob id ſolet princeps in gſa exprimere iſta verba, *Quittons, remittons, & prdonnõs, le faict & cas deſſus dict, auec toute peine, amende & offenſe corporelle, criminelle et ciuile, en quoy pour occaſion dudict cas, il pourroit eſtre en courru enuers nous, & enuers iuſtice, &c. ſatisfaction faicte a partie ciuilemẽt tant ſeulement, ſi faicte n'eſt, &c.* De hoc ſcripſi in ordin. reg. rub. de gratijs.

Octauo legitimatus a principe, quã uis poſſit ſuccedere patri, tamen ſi legitimetur poſt mortem patris, illi non ſuccedit. quia ius quæſitum princeps non intendit tollere. Bar. Iaſ. & alii in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. Franciſqui. conſ. 138. habita. & Cuman. conſ. 168. Reuerendus. col. 2.

Nono uaſſallus negans feudum, & vt dicunt, *de ſauouant ſon ſeigneur*, perdit feudum. §. vaſſallus. in 2. ſi de feudo defuncti contentio fuerit inter dõ. & agnat. vaſſalli niſi in quibuſdam caſibus deſcriptis a Boco. in §. 13. & ſeq. de conſuet. feud. in conſuet. Bitur. Et ſi impetrauerit literas regias, vt eo non obſtante non priuetur feudo, illæ literæ non comprobabuntur nec interinabuntur, quia inciuiles. Nã rex nõ videtur uelle tollere ius quæſitum per negationem, & ut uulgo dicã, *Pesaueu. c. 1. de reb. eccleſ. non alienand. in 6.* q̃ eſt no. qa uidi in cauſa ardua dubitari. & dicunt quidam interueniſſe Areſtum ad utilitatem do. Ioannis Bertou doctoris in medicina, contra Sangum præpoſitũ Syluanenſem.

Decimo iſta regula, dummodo ius alteri quæſitum, &c. præſeruat habentes ius in re: ſed derogat habentibus ius ad rem: vnde ſi mandatarius uacans beneficium in uim ſui mandati acceptauerit, & antequã ſibi prouiſum fuerit papa alteri conferat, ualebit collatio: non erit ſubreptitia impetratio, licet de acceptatione nõ fecerit mentionẽ do. de Rota deciſ. 244 licet de more. in nouis. Calder. conſ. 8. in fi. rub. de reſcript. Rom. conſ. 256. Quod non habet locum in hoc Franciæ regno, prætextu ordinatio-

dinationis regię, volentis Papæ præuentionem non habere locum, poſt mandata rij acceptionem, & per tex.in §.declarãtes. vbi ſcripſi in verb.iure præuentionis. de mand.apoſt.in concor.

Vndecimo iuri in re, quod quis habet ex electione, vel collatione, non videtur Papa derogare: ſecus in iure ad rem, quod habuit ex acceptatione: quia poſtea iterũ non præſtaretur, vel non eligeretur: ſed bene iterum poterit beneficium in vim ſuæ gratiæ acceptare, teſte dom.Gomeſ. hic in 2.q.fallit in ſubrogatione, per quam etiã non videtur tolli ius ad rem ex acceptatione proueniens, vt conſuluit Aegid.Bellam.in conſ.35.vtrum.in fi.& Io.de Selua in tract.de benef.in 3.par.q.11. in 25. qualitate.

Duodecimo, priuilegium motu proprio conceſſum, extenditur ad litem pẽdentẽ, etiam ſi de ea non fuerat facta mentio. gl. ſingul.in l.qui autem.ff.qui ſatiſd.cogãt. quod eſt verum ſi nulli afferat præiudicium, alias contra.quia iuri tertij non videtur princeps voluiſſe præiudicare, vt hic.& hoc dicit Spec. in tit. de diſpenſatio.§. qualiter. verſ.diximus ergo. Refert Ioan.Sraphil. in tracta. de literis gratiæ. rub.de effectu & vi clauſularum. fol.85. verſ.2.& c.principaliter.

Decimotertio hæc clauſula etiam intelligitur in conceſſione facta minori, vel militi.l.impuberi.ff. de adminiſt. tit. Iaſ. in l.beneficium.col.4 nu.30. ff. de conſtit. princip.etiam ſi conceſſio fuerit facta piæ cauſæ. Alex.in l.pactum quod dotali.col. 2.C.de pac.Gomeſ.in hac regul.q.1.

Fallit quando de voluntate concedentis conſtaret, quod vellet præiudicare tertio, l.2.§.merito.ff. ne quid ĩ loco public. fiat, vbi quod princeps non ſolet concedere, ſi conceſſerit valet: ſed facile hoc non concedit princeps.l.2.de nata. reſti. ergo ſi concedat, videtur valere, & hoc conſuluit Paul.Caſtr. conſ. 178. donatio col. 2.par.1.

Et tunc tertio præiudicabitur, in illis caſibus, in quibus de iure poteſt, de quib⁹ no.doctor.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.& ſcribunt maxime in beneficialibus, in quibus papa habet plenariã poteſtatẽ. c.2.de præb.in 6.& gl.ſing.in c.cum dilectus.in verb.nec iuri.de conſue.& gl.hui⁹ reg.cancel ita firmat Ego tamen putarem contra: quia licet in illis habeat plenariã poteſtatem conferendi, vniendi, diuidendi,& alias diſponendi: tamen ius parti q̃ſitum tollere non poteſt. vt plene ſcripſi in tract.nomina.q.21.nam quę iuſtitia poteſt eſſe vt alicui tollatur beneficium tot laboribus acquiſitum, ſine cauſa? c. ſuper hoc de renun.ſic decidit Card. Zaba. cõſ. 142.punctus q. col.2.nu.3.& ſeq.In leuibus forte & paruis toleratur forte talis derogatio præiudicij tertij: in magnis vero non.per gl.in d.l.2.§.ſi quis à prineipe & l.ſcio.ff.de in integ.reſt.& in l.ſed cũ ab hæred.ff.ad Trebel.quã notat additio. ad Panor.in cap.ſuggeſtum.de dec.& Iaſ. in l.beneficium.col.4. ff.de conſtit. princip.facit glo.in c.cum olim.in verbo, præiudicium de conſuetu.Card.in c.mandatũ. 7.no.de reſcrip.

Tamen quando papa, vel princeps tollit ius quæſitũ alteri de plenitudine poteſtatis, tenetur ſibi, de ſimili beneficio prouidere, vel de æquiualẽti bono. per gl. & ibi Bal.in c.vno.de alaudijs.col.5.nu. 21. infeu. gl.in l.ſi locus.§.ſi.quemadm. ſeru. amitt.

Secundo fallit quando papa contraxiſſet cũ parte, recipiendo multam pecuniã pro bulla, ſeu cõpoſitione, tũ poterit addere clauſulam in ſignatura, placet quatenus tollatur ius quæſitum. & tũc ſi fuerit ius quæſitum per ius poſitum, papa derogabit: ſecus ſi per ius gentium. gl. ſing. in l.2.C.de precib.Impera.offerend. l. iré verberatum.de rei vend. Quod intelligerem verum, de iure quæſito pontifici: ſed alteri tertio ut in Francia, ex hac cauſa in forenſi iudicio ſuſtineretur, quamuis hoc expreſſe ſcribat Ioã. Staphil.in trac.de lit. iuſti: fol.162.verſ.inſuper inter alias. rub. de lit.iuſtitiæ.

Tertio fallit, quoad ius quærendum ſpe non approbata. Angel.cõſ.264. do. papa. Vnde poteſt derogare reg. de viginti diebus, quamuis poſſit eſſe præiudiciũ illius, qui habebit collationem per obitũ. arg. l. qui autem.ff.quæ in fraud.credit.& idem de legato concluſi in gl.Concor.in §.præfatique graduati.in verb.vacare.de colla. Itaq; papa tũc a iure quærendo poteſt ẽt ſine cauſa excludere. Bal.in l.2. C. de iur. & fact.igno.vt refert Carol. Ruinus cõſ. 70. Quia id in 5.vol.vbi dicit, quod ſi ſpes eſſet approbata, vtpote quia aliquis eſt proximior alicuius, nnn poterit papa auferre ſucceſſionem illius, quominus proximior ſuccedat. vt dicam inferius in reſcripto legitimatio.

Item

Item valet concessio principis, vt quis possit molendinū construere in flumine publico, licet alteri molendino præiudicetur. Bal. cons. 71. casus talis est. in 1. vol. doc. in l. quominus. ff. de fluminib. Itē valet gratia facta delinquenti, licet bona alioqui fuissent acquirenda alicui Baroni, vel Duci: vt tenet Io. Gallus. in qō per aresta. q. 254. sed ego non inueni in libro meo. Licet hoc referat Imbertus in instit. Forensi. pag. 62. lib. 1. sed pro hac sentētia est tex. in c. cū ſm leges. de hære. in 6. doc. plene i l. seruº. vbi etiā addidi. C. de pact. Quarto limita quando alias concessio nihil operaretur. Calder. in disputa. incipiē. Dom. Papa. col. 12. Vnde si papa mandat duas ecclesias vniri, intelligitur etiā cum præiudicio tertij. sequitur. Fel. in cap. sup c. de offi. de leg. Intellige in his, quæ arbitraria sunt principi, & manualia, secº i aliis, vt not. Alcia. i trac. de pſump. reg. 3 præsump. 11 per illud, quod not. Abbas, Panor. cons. 84. illud in summa. vol. 1. vbi valet rescriptum principis, ex certa scientia confirmans donationem non insinuatā, & tenet etiam in præiudicium filiorū, quibus erat ius quæsitū spe probabili: qa ista solennitas est introducta de mero iure posito, quod est principi arbitrarium, & istud est notandum pro ordinatione nouissima Frāciæ, quæ vult non valere donationes sine insinuatione. Quinto, qñ papa facit mentionē de iure vt hic, videtur intellexisse de iure perpetuo duraturo: non aūt de duraturo ad tempus. quia isti bene intendit derogare. l. pro parte. §. versum. ff. de in rē vers. vbi gl. allegat alia iura similia. Sexto, ex causa publicæ vtilitatis. l. itē si verberatū. §. ff. de rei vend. & l. Lucius. de euict. Bar. in l. fi. C. si contra ius Paul. Castr. cons. 178. donatio. col. 1. in 1. par. facit l. si qs in graui. §. vtrum. ff. de Senatusconſ. Sylla. doct. in l. cōuentionū. ff. de pact. Septimo quando ex volūtate principis res fuit alicui q̄sita, & ipse fuit cā q̄ rendi, tunc sola voluntate pōt auferre: sicut sola volūtate illi acquirere voluit. qa oīs res per quascunq; causas nascitur. per eas & dissoluitur. regula 1. de reg. iur. in decretalib. Vnde inferunt doct. quod dominium acquisitum ex præscriptione auferre pōt. Angel. in l. Lucius. ff. de euictionib. Bald. in l. fi. col. 2. C. sentent. rescindi non posse: sic consuluit Franciſq. cōs. 138. habita. col. 2. nu. 5. alibi de hoc scribo an verū sit. Octauo, de absoluta potestate, ius tertij princeps tollere potest, etiam si agatur de graui præiudicio. gl. & doct. in l. fi. C. si contra ius, &c. & doc. in l. quoties. C. de precib. imp. offerent. Inno. & alij in ca. quæ in ecclesiarum. de constitu. refert Frāciſq. cōs. 174. in causa col. 2. nu 9. Sed ista potestas absoluta est potestas tyrannica, quæ verius diabolica dici pōt. procedit. n. à potestate iniuroſa, & quæ est contra legem diuinam, de qua superius dixi, de Nabot loquens. Estq; contra legē naturalē, ciuilem, & canonicā. Nono, ius quæsitum pure papa hic tollere non intendit: secus de iure conditionali, & in pēdenti existēte. l. si ita scripsisset ff. de leg. 2. hoc expſ. sum tradit Ludo. Roma. cons. 256. Approbo. in fi. quem sequitur Fel in c. super literis. col. 7. n. 11. in 5. reg de rescr. qa est ius quærendum, non vere quæsitum. Vltimo hic ēt ampliat papa, quod ēt si concesserit ante litem motam, siue postea: siue ab eo emanauerit, siue ab altero de mandato eius, quia postquam ipse non vult ius quæsitum tollere, ipse videlicet magister & dominus, multo minus vult vt alius tollat suo mādato: qanō dat plenioré potestatē, quā habeat, & sibi retineat. c. dudū. de prēb. i 6. multa alia hic ptractarē: sed breuis esse cupio: & p ista alia decidi poterūt.

## REGVLA XVIII.

*Ista regulâ multas doctorum opiniones tollit scriptas in c. super inordinata. de præb. & in hac quiescendum est, videlicet quod infantes nullum beneficium habere possint absq; Papæ dispensatione. Card. Alexāder in c. de his. 28. dist. Post septem annos recepta prima tonsura. beneficia simplicia, quæ in nomen rectoriæ non sonant habere possint, si maturitatem consilij non exigant. ca. 2. de æta. & qualit. c. si eo tempore. de rescript. in 6. nisi certum haberent ordinem annexum. cap. ei cui prouideri. de præbend. lib. 6.*

Ad canonicatus ecclesiarum collegiatarum post decem annos habiles sunt: qz post quatuordecim annos etiam ad præbendas ecclesiæ metropolitanæ, vel cathedralis. licet Anchar. in c. ex insinuatione,

de simo. dicat Impuberes posse esse canonicos in ecclesia cathedrali. quamuis contrarium dicat Panor. in c. præterea. de ætate & qualit. cuius opinio approbatur hic. & sic requiruntur quatuordecim anni cõpleti: nec sufficeret attingere, vt in l. qua ætate. ff. de testam. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elec. postquã hic est expressum, & hoc fuit prius ordinatum per Gregoriũ xi. vt in decis. Rotæ continetur, decis. 324. supposita in nouis. Aegid. de Bellamera decis. 227. supposita. Solet tamen dispẽsari ad canonicatus & præbendas in cathedralibus etiam metropolitanis, ac in collegiatis ecclesiis, cum cõstitutis in octauo anno. vide tex. & ibi doctores, in c. ex eo. de electionib. in 6. & Imol. in clemen. fi. de ætate & qualit. de omnibus ætatibus vide quæ scripsi in tract. de pacif. possess. nu. 174. & sequen. limita. 4.

Nota tamen ex hac regula, quod mandata impetrata per minores, non valent, si non fiat expressa mentio ætatis, per hanc regulam, etiam si in mandato de prouidẽdo fuerit clausula, pro expressis habentes, &c. quod est notandum. quia hic annullat illa mandata. intellige ad præbendas & canonicatus eccl esiæ cathedralis, vel collegiatæ: cum hic requiratur specialis & expressa mẽtio, quę non dicitur per illam clausulam, pro expressis habentes, &c. vt nott. Bar. in l. 1. ff. de vulg. dixi in glo. pro expressis. in forma manda. Nec in vim huius mandati debet isti minori prouideri de his canonicatibus & præbendis: de aliis beneficijs secus, si ad illa sit habilis. quia in mandato papa nõ habet ætatem pro expressa: sed solum beneficia & eorum valorem & dispensationes: ergo alia exprimi debent, nisi tollãtur per clausulam motu proprio, vt dixi ibidem.

Idem est si minor impetret præbendam in ecclesia nostræ dominæ Paris. vacantem: nisi suam exprimat ætatem, etiam impetratio non valebit quod est notandum.

## REGVLA XIX.

*Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, & postea infra viginti dies, a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit: ac ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factã, collatio huiusmodi nulla sit, ipsumque beneficium per obitum vacare censeatur.*

### Si quis.

Comprehendit fœminas sic resignantes, cũ hac appellatione, si quis, fœminæ comprehendantur. l. 1. ff. de verb. sign. vbi abundãtius dixi. gl. in c. generali. de elec. li. 6. E quia hæc regula est ad fraudes euitandas introducta, ne is qui nõ põt beneficium tenere, de illo testetur resignãdo. nam de iure non succeditur in beneficijs iure consanguinitatis. c. 1. de præb. & hoc etiam tenuit in præiudicium expectantiũ mandatariorum, vel nominatoriũ. igitur debet restring. Imo etiã in papa habere locum hanc regulam voluit Gomesius in commentarijs huius regulæ, quæst. 1. cui assentio si non fuit dispensatum, quia tũc papa noluit seipsum obligare. Sed non discutio, quia rarum est. In Cardinalibus resignãtibus aliquod beneficium, fateor habere locum. cum in generali dispositione concernente animę salutem & bonum publicum Cardinales comprehẽdantur. Geminia. in cap. si propter. de rescript. & Gomes. hic. quæst. 3. Et hanc regulam iseruari in episcopatibus & abbatijs ac prioratibus electiuis, quorum nominatio ad regem in hoc regno pertinet, concluſi in §. 1. in verb. dispendiose. de regia ad prælaturas nominatione facien. in concord.

### In infirmitate constitutus.

Ex hoc textu colligenda sunt requisita, antequam ista regula locum habeat. Primo enim requiritur, ꝙ aliquis sit in infirmitate cõstitutus. ibi, cõstitutus. Ergo si esset sanus, licet moriatur postea fato quodam, nõ habebit locum hæc regula. Facit c. de his, qui. de sepult. vbi si quis in infirmitate constitutus, se & sua donet monasterio, parochialis ecclesia canonicã portionẽ habere debet: secus si sanus donauerit: nisi præstiterit cõsensum resignationi post infirmitatem, vt declarauit papa Paulus in fine regularum suarũ. Quia paria sunt resignare, vel præstare resignationi consensum. Docto. in Clem. vna, de

renunc.

renũc. Vnde si quis sanus resignet. & post datam supplicationis in infirmitatem incidens consentiat, si à die istius consensus non vixerit 20 dies, beneficium per obitum vacabit, vt est videre in regula Pauli. Et est bona declaratio quam probat iste textus, & Francis. Marcus ita docet quæst. 284. in 1. parte. Ideo qui dicit infirmitatẽ, eam probare debet, sicut qui dolum allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Nisi resignans statim post resignationem mortuus fuerit, quia tunc præsumitur, quòd ante fuerit infirmus: & hoc residet in arbitrio iudicis discutere, quãdo statim, vel nõ. l. vna, C. de emenda. ser. vor. p glo. ibi.

Intellige, siue fuerit tpe resignationis leuis febricula, vel vetus quartana, seu alia grauis aut dura infirmitas. Nã sufficit per huuc textum q̃ moriatur ex illa infirmitate. Nam aliqñ i principio leuis adest infirmitas, & postea sensim, si eidẽ non occurratur, fit grauis: licet aliqñ differant in alia materia. l. quæsitum. ff. de re iud. l. 2. ff. si quis cautio. Intellige de infirmitate corporis quæ carnem & corpus agrauat, & postea dissoluit. nã de hac loquitur d. l. quæsitũ. ff. de re iud. c. nisi cũ pridẽ. de renunc. cap. cum infirmitas. de pœnitent. & remiss. vbi Panor. scribit sex causas, ex quibus infirmitates solent hominibus euenire: & in quibus prosit, tradit Benedictus in repet. c. Raynutius, i verb. mortuo. nu. 1. de testa. sen. de infirmitate animi quæ est in furioso, prodigo, auaro, & alijs descriptis in l. 1. & seq. ff. de ædil. ædicto. De hac non intelligitur hæc regula, sed de vtraque infirmitate. Vide per tex. & doct. in l. 2. de testam. quia resignatio ab his facta nõ valet, nec alij actus. Ergo beneficiũ nõ vacabit nisi per obitum. l. in negotijs. ff. de reg. iur. c. 1. & c. si quis insaniens. 15. q. 1. & qñ loquimur de infirmitate, intelligimus de infirmitate corporis c. cum infirmitas. de pœnit. & remissio. Nec ẽt intelligitur de sene, qui propriè non dr infirmus: & cui non conueniunt verba, nec dispositio. ca. indẽnitatibus. §. supradicta. de elect. in 6. Et lata est dria inter senes & infirmos: nã qñque videmus senes ita pene robustos vt iuuenes, maximè qui in castitate vixerunt. Nã hircosos (vt ita dicam) senes ferè valetudinarios cernimus. Ob id diceremq̃ si senex nulla valetudine extranea detẽtus, sed senecture tm̃ resignauit, licet postea ex superueniente infirmitate obierit intra 20 dies, nõ habebit locum hæc rla: sed resignatio ualebit: quamuis cõtrarium videatur tenere glo. in prag. sanct. in §. Item quod oia. in uerb. permutationis. quam literam scribit more suo Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. par. q. 18. Et sic dicerem nõ habere locũ in sano renunciante metu pestis instãtis: nec in eo qui uolebat inire duellum cum alio, vel in volente ingredi mare, aut bellum: quia non sunt constitui in infirmitate, vt tex. dixit.

Resignauerit.

Secundo ergo requiritur q̃ is infirmus resignauerit: nam si resignare promisserit, non procederet regula: quia aliud est promittere resignare, aliud resignare, argu. l. aliud. ff. de reg. iur. Dec. consil. 502. habet locum in cedẽte commode per decis. 32. Paschasius. per Cassador. quia dixi hodie vacare beneficia per commendatarij mortem, sicut per obitum eius, qui in titulũ habet, in tract. de pacifi. possessor. in 5. am plia. nu. 25. & seq. præpositus in c cum autem col 9. dist. 44 versi restat dubitatio, & habet locum in quacũque resignatione, siue fuerit facta reseruatis fructibus, siue non, cum semper dicatur resignare, & cui adaptantur verba, & dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto.

Item si quis resignasset coram ordinario in causa permutationis, & postea corã Papa simplr: si primo fuerit facta resignatio ab infirmo coram ordinario, & ab ordinario admissa, valebit, si viuat vltra. 20. dies. Si verò moriatur intra, non valebit collatio facta ab ordinario per istã rlam. Si vero fiat à Papa, etiam non valebit interim: quia nõ vacabat beneficium: & sic non potest Papa illud conferre & ita fuit iudicatum, vt dico in §. volumus. in glo. vlt. de colla. in Cõcordatis, vbi vide alia.

aliquod beneficium.

Tertio requiritur q̃ resignauerit beneficium. ibi, beneficiũ, quod large intelligitur, vt comprehẽdat ẽt dignitates, per gl. in rla 1. de reg. iur in. 6. & in Clem. auditor. de rescrip. & quæcunq; alia beneficia. ecclesiastica, siue regularia, siue secularia, cum tex. hic loquatur simplr: atq; officia ecclesiastica, & capellas & capellanias. gl. in clem. 2. de deci. Felin in c. postulasti. de rescrip. in tracta. nominat. q. 9. Intellige, si vnum resignauerit, siue plura. argu. l. 3. §. 1. ff. de nego. gest. & scripsi in 5 prælatique

graduati. in verb. nominationis de coll. in Concord.

Non ergo haberet locũ in officio prophano resignato coram Rege, quia tunc oportet qđ 40. dies viuat resignans ex statutis Regni Franciæ, & eius communi obseruantia. Vnde quãdo officij regij admittit resignatio, solet Rex in literis excipere, dũmodo resignans infirmus nõ sit, & viuat p 40. dies vt habetur in decisi. Francis. Marci 284. Intelligę qñ resignans ius habebat in illo beneficio alieqni cõtrà. Vnde si beneficium vnicum quis resignauerit quod possidebat: sed erat vnitum in eius vita, vt potest fieri ẽt eo nõ consentiente. Clem. vlt. de reb. eccle. nõ alien. licet moriatur ante 20. dies, non censetur vacare per obitum, per hanc regulam, nec alio modo: sed vnio sortietur effectum.

Item dicerẽ, si aliquis infirmus resignaret beneficium alterius: nam licet ipse moriatur ante 20. dies, illud beneficium non vacabit per eius mortem. Nam beneficiũ quod quis habet, sine suo facto auelli à se non potest. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iur. quia nõ potuit resignare quod non habebat. l. si vniuersæ. C. de legat. §. seruus Instit. de capit. dimin. Requiritur ergo q̃ is q̃ resignat, ius potẽtius habebat. Et sic dixi, q̃ si ex tribus collitigantibus vnus in infirmitate cõstitutus resignauerit, & moriatur, beneficiũ quoad alios collitigãtes non vacabit per obitum, nec erit noua opus impetratione. Secus si ius potentius haberet: quia tunc etiam haberet locum regula. vtpote si non leuatis bullis quis resignaret ius prætẽsum, tũc ista regula procedet. Nam qui ius ad beneficium habet, ipsum beneficium censetur habere. l. qui actionẽ. ff. de reg. iur. & quia rõnes huius textus habent locũ in isto, ergo & decisio.

## Siue simpliciter, siue ex causa permutationis.

Quarto etiam procedit in quacunque resignatione siue simpliciter facta fuerit, siue ex causa permutationis. Is tamen qui habuit ex causa permutationis, secũdum quosdam, si superuiuat, recuperabit beneficium infirmo collatum ratione permutationis, & alterum beneficium vacabit per mortem illius qui decessit: & fortè iste permutans carebit vtroque, quia non est iuris concessione vsus. Clem. vna, de rer. permuta. & in frandem fecie istam permutationem, vt pinguius beneficium haberet. Ideo dolus & fraus non debent eĩ patrocinari. c. ledes. & c. ex tenore de rescrip. & quia debebat cogitare istum mori posse ante 20. dies, & posse suum dimittere beneficium, posuit se in necessitate. Eidem ergo non est subueniendum. l. si fideiussor. §. 1. in fin. ff. qui satisdare cogantur. Et pro hoc est tex. formalis in cap. 2. in fin. de renun. in 6. ibi, & idem renuntians habita omnino careat & ambita. Intellige, quòd beneficium illius qui obijt facta permutatioene, ante 20 dies, vacabit per obitum illius: & de hoc non est dubium. Sed beneficium resignatum per sanum, etiam vacabit per resignationem, q̃ hic annullatur collatio infirmi. Et vult text. quòd per obitum censeatur vacare: & non potest valere permutatio ex vna parte. l. 1. ff. de rerum permutatione. & infrius dicetur, quod est notandum.

Secundo intellige istam regulam habere locum siue permutatio fuerit facta de ęqualibus beneficijs, siue de inęqualibus: cum tex. loquatur indistinctè de permutatione, ergo de omni pmutatione, vt not. Hostiensis in sum de rer. perm. & doct. in rub. ilius tit. per. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. Et si voluisset hic Papa de permutatione tantũ loqui, ad beneficia ęqualia, dixisset, iuxta cap. ad audientiam. de dec. Et eadem ratio procedit ad inæqualia, quia videtur testari de beneficio: & priuat ordinarium sua colatione, & nominatos atq; alios expectantes: nempe si infirmus habeat beneficium in episcopatu Aurelianensi, quod permutat cum altero beneficio sito in episcopatu Parisiensi, & postea moritur ante 20. dies. Si nõ esset hæc regula, nominati Aurelianen. essent priuati illo beneficio. Quia beneficia causa permutationis vacantia, non debentur eis. §. volumns. de colla. in concorda.

Nec refragatur quòd hæc regula extracta sit à visceribus c. 2. de renunc. in 6. & sic debet intelligi secundum illud: quia respond. illum tex. esse factum, vt obuiaretur fraudibus, quæ fiebant expectantibus per istas fraudulentas permutationes. Iste verò tex. est factus ad obuiandum fraudibus quæ fiebant ordinarijs & expectantibus, ne quis testatur de beneficiis, & ne, in illis sit successio, iuxta c. 1. de præb. à quo dicerem potius hanc regulam elicitam, & ad obuiandum malitijs eorum, qui suadẽt infirmis vt beneficia sua resignent, vt dixi in tractatu nomination. q. 17. nu. 55.

Item

Item si dicatur, cessat fraus, quãdo sunt æqualia. Respond. non est licita successio vt dixi. Et quando sunt plures rationes, vna cessante, non cessat dispositio. §. affinitatis. de nuptijs in institut. Nec obstat q hæc decisio est odiosa, vt sic restringenda. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. Respond. Imo est fauorabilis, quia iuri conformis, & facta ad vitãdas fraudes. Et miror quòd D. Gomesius teneat contrarium super hac regula, q. 19. dicens esse odiosã, & in alijs fermè quæstionibus supra dixit esse fauorabilem: quia concernit animæ vtilitatem, & bonum publicum: hoc in q. 1. 3. 5. & 6. ac plenius q. 17. & sic valde fuit sibi contrarius in hac regula.

Et postea infra 20. dies.

Quarto requiritur, quod resignans moriatur infra 20. dies, si post, non habet locum regula: & mors dicitur hic, quando anima separatur à corpore. l. si mater C. de institu. & substit. Quomodo mors probetur tradit Alex. cons. 25. in 5. volu. Et hic capitur dies pro die naturali 24 horarũ, prout more Romano sumitur & cõmuniter. l. more. ff. de fer. Scripsi in l. 2. ff. de verb. signifi.

A die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos.

Quinto computantur isti 20. dies à die consensus præstandi. Hoc addidit Paulus tertius & sic computatur. Nam si quis resignauerit Calendis Ianuarij, 21. die, censetur vixisse 20. dies, & si vixerit post resignationem per 20. dies, à die tamen consensus, per decem octo dies, non censetur superuixisse: ita quod beneficium vacabit per mortem. Et intellige siue consensus fuerit præstitus per procuratorẽ, siue per resignantem, nec sufficeret consensus præstitus per constiturionẽ procuratoris, sed requiritur quod consensus præstetur vbi fit resignatio. Et si quis bis resignauerit, sufficit quod viuat 20. dies à die consensus præstiti primæ resignationi: quia illa valet, altera non: & ob primam resignationem nullum habebat amplius ius resignans. Ideo iterum resignare nõ potcrat. cap. In præsentia cum alijs multis, de renunc. c. inter de præben. nec secunda resignatio inutilis impediet primam vtilem, iuxta not. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certũ per. c. ex tenore. de rescrip. Imo si quis primo resignauerit ante procuratorium, & postea tempore consensus procuratorium fuerit, non valet collatio, nisi denuo conferatur, quia pars non potest ratificando conferre: ideo opus esset nouo cõferentis cõsensu: quia in partis non est potestate ratificare collationem nullam: sed requiritur consensus conferentis & resignantis. Vide quæ dico infra in reg. de publican. resignationib. Et sufficit quod sit infirmus vel tempore quo cõstituit procuratorem ad resignandum, vel si id temporis erat sanus, & tempore cõsensus præstiti erat infirmus, habebit locũ hæc regula, cum hæc duo tempora hic considerentur, videlicet resignationis & præstandi consensus. Et oportet quod his duobus temporibus sanus sit, sicut de testamẽto & hæredibus dicimus in §. in extraneis, Institut. de hæred. qualitat. Bal. in c. constitutus. de rescrip. Nam qualitas iũcta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. Ista qualitas est iũcta verbo: ergo debet intelligi vel de tempore resignationis, vel de tpe consensus, vt hic patet. Hodie de stylo curiarũ Frãciæ, illi 20. dies computantur a die admissæ resignationis, & hoc in fauorem tam ordinariorum graduatorum, quam nominatorum: & sic fuit sæpius in Parlamentis Galliæ iudicatum, teste Boer. q. 348. Quæritur. Ex quo infertur, quod dies consensus non computatur in termino viginti dierum, & hoc probatur per dictionẽ à, quæ separationem & expulsionem denotat, per glo. in l. datio. ff. de actio. empti. & c. statutum. de præb. in 6. Vnde si quis resignaret Calend. Iulii, & vixerit vsq; ad vltimum diem, quod adhuc habebit locum hæc regula, vt censeatur per obitum vacare, quod est notandum.

De ipsa infirmitate decesserit.

Sexto requiritur quod resignans de ipsa infirmitate decesserit: alias si fato quodam moreretur, non habet locum hæc regula, ibi, de ipsa infirmitate decesserit. & hoc dicit glo. hic. & Fr. Marc. q. 85. in decis. Delphin par. 1. Et dicitur tamen mori ex infirmitate, etiã si febris, ratione illius superuenerit, vel aliud acciderit ex ipsa infirmitate: secus si extra prouenerit. c. 2. de cler. percuss. & c. continebatur de homicid. Adde l. alumnæ. ff. adim. legat. Facit c. de his. de sepult. Vnde si aliquis in infirmitate constitutus resignauerit, & postea aliquis eum gladio occiderit, non habebit locum ista regula, quia non decess

sit ex ipsa infirmitate, per text. in l. Item Mela §. Celsus scribit. ff. ad legem Aquil. & Soci. in repet. c. ad audientiam. in 7. q. princ. in 35. q de homicid. Et liberatio facta per abbatissam in firmam non valet, si de infirmitate decesserit, teste Matthæo de Afflictis in decis. Neapoli q. 168. utrũ quietatio. Relinquitur igitur arbitrio meo dicorũ quando ex ipsa infirmitate decesserit. Bar. in l. si in rixa. ff. ad legem Corneliã de sicar. Plenè scripsi in repet. l diuus ff. de senatusconsulto Sillania. Et quia nũ quam bene recõualuit, præsumitur ex infirmitate illa decessisse, quo ad hanc regulam: secus quo ad puniendum delinquentem pœna legis Corneliæ de sicar Feli. in cap. presbyterum. de homicid. & Hippolyt. cons 7. Quotuplex sit mors, vide per Lucã de Pen. in l. 1. col 8. C de desertor. lib. 12. & Card. in Cle. 1. ut lite pẽdente.

## Ac ipsum beneficium quauis authoritate conferatur per resignationem sic factam.

Septimo requiritur, quod ista resignatio sit admissa vel per Papam, vel legatũ ordinarium, vel alium, vt ex his verbis cõstat. Et in regestris curiæ Parisiens. habetur, quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium vbicunque etiamsi in curia Romana, & extra. & sic conuenit huic declarationi per Papam Paulum editæ, in dictis verbis.

Ex hoc patet habere locum coram ordinario, vt plenè scripsi in tract. nominatio. q. 17. nam si aliquis infirmus resignauerit coram eo beneficium, vel simpliciter, vel causa permutationis: & postea resignans moriatur ante 20 dies, illud beneficium poterit iterum conferre ordinarius. Quia de nouo vacat, per hunc regulam. & quotiescunque vacat, ordinarius potest illud conferre. Imo duo iura concurrunt in eum, videlicet vt conferat & quando vacat per resignationem, & quando per non promotionem, vel per obitum aut aliàs. & sic censetur habere vim duarum personarum. l. si consul. ff. de adopt. & sicut alter conferre illud beneficium potuisset, ita & hic. quia quando duo iura competunt vni, sublato vno, alterum remanet illæsum l. si domus. vbi Bar. ff. de seruit. vrbis remedia. l. quoties duplici. de reg. iur. ne refragatur quod variatio sit prohibita, maxime collatoribus. Cle. vna, de renũcia. respon. verum esse contra ius, & in malum: de iure permittente, licet. Imò magnæ prudentiæ est si reuocaueris id quod male egeris c. magnæ. 22. q. 4.

Nec prima collatio potest impedire secundam: quia prima nulla effecta est huius regulæ auctoritate, & sic quod est nullum non potest impedire secundam collationem. Doc. in c. ex tenore de rescrip.

Et hoc casu duobus poterit idẽ beneficium conferri: quia bis vacauit per resignationem, videlicet & per mortem: nec est diuidere beneficium conferendo duobus, quando diuerso tempore cap. tuæ de præbend. scripsi in glo. concorda. in verb. vni. §. 1. de collat.

Imò collator si non conferret istud beneficium sic nunc per mortem vacans, puniretur, vt dicitur in, c. de multa. de præbend. ergo potest & debet illud conferre, vt plenè scripsi in tract. nominatio. q. 17. num 5. ibi vide, si nõ graueris. Nec est verisimile quod Papa voluerit in uno loco per hanc regul. prouidere, videlicet Romæ: & adscribere sibi legem, & non alijs. Imò puto, quod omnem fraudem, per hãc regulam voluit excludere, quæ fit resignãdo, præcipue in fauorem. nam quodammodo videtur fieri testamentum de beneficio, quod est pernicioſum. & ita fuit in rota conclusum, vt refert Do. Cassado. in decisio. 31. sæpius in decis. super regulis cancellariæ ita iudicatum fuisse, & Do. Gomes. in hac regul. q. 26. & ego etiam dixi, sic in Francia fuisse iudicatum in dict. quæst. 17.

Et si vno die fuerit facta collatio per Papam, cum derogatione huius regulæ & eodem die per obitum ab ordinario Papę collatio præsumitur prius facta tam ratione prærogatiuæ. c. si à sede. de præbend. in 6. quàm etiam resignationis, vt fuit decisum in hoc senatu anno 1524. die 24. Decembris. & valebit, per ea quæ notat Felin. in c. in nostra, corolario 18. & in c. capitulum. de rescrip.

Etiam non habet hæc clausula locum si collatum fuerit beneficium per priuationem licet is, qui priuatus fit, esset id tẽporis in infirmitate constitutus. nam hæc uerba non conueniunt, & sic nec dispositio cap. indemnitatibus. §. supradicta. de elect. in 6 & iste tex. dicit per resignationem confera tur. Alia est uacatio per resignationem, alia per priuationem. c. susceptum. de rescrip. in 5. cap. cum in illis. §. 1. & seq. de præbend. ibidem. & cessant

rationes

rationes propter quas est inducta clausula, ergo cessabit & ipsa regula.

Collatio huiusmodi nulla sit.

Et sic collatio facta per resignationem, est nulla. Quod igitur nullum est, nullũ producet effectum. Vnde vidi dubitari an hæc collatio facta ei qui habet duo beneficia, faciat ea uacare. per tex. in Cle. si plures. de præb. respon. quod non postquã est nulla, nullum effectũ producet. vulgata regula, nõ præstat impedimentum, &c. Si tñ in uim ipsius collationis adipisceretur possessionem illius tertii pacificam, vacarent duo alia, vt ibi. Sed cum nulla sit collatio, ea non præbet. coloratum titulum. Ideo si per triennium non possederit non iuuabitur beneficio de pacific. possess. vt abunde scripsi in tracta. eod. de pacifi poss in concorda.

Ipsumq; beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

Addit præterea iste. tex. quod nõ solũ collatio per resignationẽ facta, nulla est sed etiam beneficiũ censebitur vacare per obitum, & poterit conferri tanquam per morte vacans, etiam ab eodẽ collatione, qui contulerat per resignationem, quia diuerso iure vacat, nec iste tex. distinguit à ab vno & eodẽ, vel à pluribus. Ex quo patet q actus factus per infirmum in præiudiciũ tertij. non valet. Vnde emancipatio facta à patre de filia, vt testetur: non valet in præiudiciũ illorum, ad quos hærediras deuoluebatur. Ancha. consil. 430. fuisset. quia ĩ fraudẽ cẽsetur fieri. Plura adducit Bened. in repet. cap. Raynutius. in verb. in extremis. num. 23. & seq. de testã. & plene Barba. in cap in præsentia. nu. 38. de probatio. nam cẽsetur fieri in fraudẽ, & præiudicium illius, ad quẽ beneficium, vel res debet venire post mortẽ, cui fraudi hic resistitur etiã quia is, qui est graui infirmitate detẽtus, facile resignat. Et hoc videt ab eo donari: quia postquam nõ potest illud beneficium habere, vult vt alius post mortem habeat, & sic videtur testari de beneficio vel causa mortis donare. l. 1. & seq. ff. de dona. causa mort. nã si hic nõ resignasset, vacasset beneficium p mortem ita ẽt vacabit, quia resignatio pro nõ facta habetur, per hanc reguiã docet Ioan. de Selua in tract. de benefici in 3. parte quæst. 46.

Tenetur tamen hic resignãs, si in fauorem certę personæ resignet, & ipsa sit inhabilis, & ei conferatur ad interesse illi ecclesię, & in conscientia, vt abũde docui in repet. l. c. postulasti. in glo. de clerico. excom. ministr.

Secundo ex ista regula concludit Lud. Rom. cõs. 342. quod ad primum. col. 1. qđ licet nulla sit collatio per istum text, tamen resignatio valebit, quia non annullatur hic, & sic beneficium resignatũ in curia, etiam si non sit derogatum huic regulæ, non poterit alteri conferri ratione reseruationis: quæ tamen in hoc regno non hẽt locũ, vt supra dixi: si verò effet resignatũ cotã ordinario, tũc nulla esset reseruatio. Iõ ordinarius poterit postea per mortẽ conferre, ut ẽt concludit Gomes. q 33.

Tertio patet hic collationem generaliter accepi ẽt pro institutiõe & alia prouisione. per tex. in c. unico ut ecclesiast. benef. sine dimi. nu. conferantur, scripsi in §. statuimus. 2. in gl conferantur. de colla. in concorda. & in. § 1. de mand. Apost in cõcord. gl. collationem. vbi scripsi presentationem largè dici collationem. barba. in c. abbatem. de rescrip. col. pen. sed hic expressit verbum collationis, quia solita est sæpius fieri q̃ præsentatio. & plura alia adducerem & comprobarem: nisi D. Probus plenè hæc deduxisset in addit. ad. Io. Monach in c. cum in illis. de testa. vbi respondet Dec. contrarium consulenti cõs. 224. adde hic reg. in fine posità huic cõformẽ.

Quarto patet qđ hic vacat p obitũ fictione istius regulæ, non uere: quia verbũ censeatur positũ in hac regula, denotat fictionem. per tex. in. c. 1. & c. 16. qui. de p̃cur. in 6 &c. 1. de arbi. vide quæ scripsi in regula de public. resig. in verb. non per resignationẽ. Ex quo infertur quod vbi beneficium vacans per obitum tm̃ debetur, non debebitur sic vacans, per hanc reg. ut in regula de impetrantibus per obitũ, familia Cardialiũ, ẽt si clausula, quouismõ esset inscripta, quæ veram vacationem & non ficta̅ videtur comprehendere arg. l. 3. § hæc aũt verba. ff de neg. gest. Si tñ aliquis impetraret beneficium sic vacãs per obitũ simpliciter, nõ debebitur ei nisi qualitates expresserit, & Papę narrauerit. Qđ est verum, qñ esset alius impetrans: secus si esset solus Not. Lapus alleg 89 col. 6. vers. item decreta. & Felin. in c. in nostra. corrella. 17. de reseri. Alia ponit Gomes. super hanc regulam, quem licet uidere.

## REGVLA XX.

### Quod quis intelligat idioma.

*Item voluit, quod si contingat ipsum alicui personæ de parrochiali ecclesia prouidere, seu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam cõcedere: nisi dicta persona intelligat, & intelligenter loquatur idioma loci, vbi ecclesia huiusmodi consistit, prouisio, seu mandatum, & gratia desuper quoad parrochialem ecclesiam nullius sit roboris vel momenti.*

Statuit hæc regula quòd prouisio non valeat, vel gratia de parrochiali ecclesia facta ei qui nõ loquitur vel intelligit idioma patriæ, etiam si in ea papa diceret, pro expressis habet. & c. de qua clausula scripsi in glo. concorda. in verb pro expressis. in forma mand. & fundatur Ezech. 3. cap. in princ. ibi, non enim ad populum profundi sermonis, & ignotę linguæ tu mitteris: ad domum Israel, quorum non possis audire sermones, & c. quia papa intendit vnicuique in sua patria prouidere, vt dicit text. in c. bonæ. 2. circa finẽ. de elect. quod nec vellemus ei præficere alienum, facit c. nullus. 61. dist. l. in ecclesijs. C. de episcop. & cleric. c. si de cleric. peregr c. sanctorũ. 70. distin. & sic expressio nationis requiritur in literis gratię, alias sunt subreptitiæ per supradicta.

Ratio est, quia curatus qui ecclesiæ parrochiali præficitur, tenetur audire confessionem suorum parrochianorum, & illis pœnitentiam pro qualitate peccati iniungere. c. omnis vtriusque sexus. de pœnitẽ. & remiss. extr. & tenetur eos docere, & ad bonũ incitare ac prædicare. c. inter. de offi. ord. & c. ecce dist. 9. & qui non intelligeret idioma illorum, hoc nõ posset facere: ob id prohibet iste tex. alioqui teneretur alium habere, qui intelligeretur. c. quoniam. de offi. ord. ideo non solet in hoc regno exteris prouideri: nec quidem per papam, nec si mãderur prouideri. Imo si extero mandetur prouideri, non poterit conferri in vim mandati ecclesia parrochialis per hunc tex. & sic non recipitur Papæ dispensatio in Francia contra istam regulã, quæ est iuris diuini et ratione priuilegij dati regi Frãciæ, vt nullus alienigena, sine literis naturalitatis possit in regno beneficia obtinere, quãuis in patria obediẽtiæ huic regulæ dispensare soleat papa. Imo inter Dei maledictiones reputatur habere hominem ex aliena gente, qui non intelligatur. nam Deuter. 28. c. dicitur, adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, &c. & Hierem. 5. c idem dicitur.

Nota tamen quod in Francia nec ordinarius, nec legatus posset alienigenæ conferre, qui si conferant, illud beneficium à regnicola impetrari poterit, quod est notã dũ, & hoc priuilegium regni non solũ prohibet extero habere ecclesiam parrochialem, de qua hæc regula loquitur: sed etiã alia quęcunque beneficia ac alia bona, etiam si illi fuissent Cardinales, sine regis beneplacito, obtinere non possent, quamuis Dom. Gomes hic q. 2. volens Cardinalibus fauere, multa pro ipsis adduxerit: tamen in Francia seruatur quod dixi.

*Nisi dicta persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci, vbi huiusmodi ecclesia consistit, prouisio seu mandatum, & gratia desuper, quoad parrochialem ecclesiã, nullius sint roboris vel momenti.*

Et sic requiruntur sequentia. Primo, quod Papa conferat: ibi, ipsum. nam hic p excellentiam intelligitur. §. sed ius quidẽ ciuile. Insti. de iure naturali. Idem tamen in alio, cum sit eadem ratio, vt supra dixi idem tamen dixi in quolibet alio præsentante, instituente, conferente, vel eligẽte: cum verbum prouisionis, sit generale. glo. in clem. si de elect. scripsi in verbo prouisionem. in § prędfatique ordinarij. de colla. in concord & ratio quæ est in papa, in alijs habet etiam locum, cum à iure hoc exprimatur. quod dicitur in regula vt supra dixi & idem puto si papa commẽdet, cum eadem sit ratio in ista regula, & prouisio etiam posset comprehendere commẽdam, quia prouisio dicitur de beneficio cõmendato. Do. & Peru. in c. nemo. de ele. lib. 6. nam commenda est verus titulus, vt

scripsi

scripsi in tract. de pacifi. possessorib.

Secundo requiritur beneficium conferri psonæ nescienti loqui idiomate patriæ, ibi, loqui sciat, &c. & intelligitur loqui, quando loquendo intelligitur a populo, vt prædicare possit. c. quoniam. de offi. ordina. vt hic dicitur, intelligibiliter loquatur. & sic quamuis taliter loquatur quædã verba, vt intelligat, sed non omnino: tamẽ non habet locum hæc regula.

Tertio requiritur quod intelligat: ibi, intelligat, scilicet perfecte. nam si quædã verba patriæ intelligeret, haberet locum regula, cũ non dicatur intelligere. arg. l. discere tis. C. qui testa. facere possunt. Et sic posset papa, non obstante ista regula, vnire capitulo ecclesiæ parrochialem ecclesiam. licet illi de capitulo non loquerẽtur idiomate patriæ illius beneficii, quia sufficeret præficere vicarium perpetuum, qui intelligeret: & ita posset intelligi iste tex. nam sufficit quod immediata persona intelligat. & ideo consului, vnionem factã de ecclesia parrochiali conuentui monialium, non annullari per hanc regulam: licet ipsæ non loquantur, nec intelligant idioma patriæ, quia sufficiet præficere vicarium perpetuum, qui intelligeret. quãuis do. Gomes. hic. q. 2. dicat hic non comprehendi. benetamen q. 11. confitetur vicariũ perpetuum debere intelligere, & loqui idiomate patriæ. quod verissimũ arbitror. Imo etiam requiritur quod intelligat & loquatur Latine sufficienter, alias quomodo posset Euangelium prædicare ignarus? Ideo episcopus ignorans donatum deponitur. c. fi. de ætate & qual. & parum habetur mentio in Gallia, si sciat legere & cantare vt dicit Domi. & Perus. in c. si pauper cler. de præben.

Quarto requiritur quod illa ecclesia sit parrochialis. ergo non haberet locum in prębenda & beneficio simplici: sed in Frãcia idem in omni beneficio, ratione priuilegij.

Quinto requiritur quod loquatur idiomate loci in quo est ecclesia, & illud intelligat: nec sufficeret intelligere idioma vicinum loco beneficii, vel loqui: sed oportet quod loquatur & intelligat idioma loci beneficij. Et per hoc respondi, quod aliquis de Montepessul. potest habere beneficium in Vasconia: quia intelligit idioma, & loqui potest intelligibiliter idioma. Idem dicerem in Petragoricen. prouincia, Aluernia, Lemouicen. & Rutenen. quia idioma cõuenit in multis, & qui vnum intelligit vel loquitur, alia loqui potest. quod est notandum. et sic Gallus poterit etiam habere beneficium in Normania, Picardia, Burgundia, & Senomania, ac in patria Borboniæ. quia multum conuenit idioma. ideo qui loquitur & intelligit vnum, aliud paruo negocio loqui poterit. quamuis do. Gomes. q. 10. videatur contrarium tenere: sed nesciebat conuenientiam idiomatum.

Primo fallit hæc regula, quando papa expresse dispensaret.

Secundo fallit, etiam si papa dispensasset per rescriptum perinde valere, dũmodo in eo sint expressa illa quæ exprimi debent. de quo plene Cassado. in deci. super reg. cancel. decis. 33. Lata fuit sententia. quem sequitur Gomes. q. 7. super hac regula. Ea dispensatio sic solet dicere, quod, ut asseris, idioma illius patriæ, quod gentes illarum partium communiter loquuntur non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui scis. Nos enim tecum vt ecclesiã præd ctam habeas, &c. dispensamus, præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prædictis statutis, & consuetudinibus, & aliis contrarijs nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica per præsentes cõcedimus, prouiso, &c. Gomes. q. 14.

## REGVLA XXI.

### De impetratione beneficij viuentis.

*Item si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis, vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio, & quæuis alia dispositio, dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo facienda, nullius sint roboris, vel momenti.*

De impetrante beneficiũ viuentis hæc loquitur rta. & est cõformis c. 1. de concess. præb. vbi sic dicitur, qui in vinorum sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab ecclesiastica communione pellendi: qui se

passi

paſſi ſunt ſucceſſores uiuis ſacerdotib⁹ ad hiberi. vbi Pano. dicit q̃ ſi aliquis occupauerit beneficium uiuẽtis, & poſtea illud impetrauerit à Papa cum vacaret, non habita mentione primæ occupationis nõ valet collatio, tãquã ſubreptitia. quod facit cõtra nobiles, qui per potentiã occupant beneficia, & poſtea ea impetrant, vt impetratio non ualeat. quia ſi Papa ſciuiſſet illam occupationem illi ſceleſto non contuliſſet, uel non ita de leui. capitul poſtulaſti de reſcript. vide Io. Dayma. in proœm. cõcord. fol. 92. & quę vixi in eo proœm. in uerb. facti. & quæ addidi ad Panorm. in c. 1. de cõceſſ. preb. Bertrãd conſ. 19. ex themate. in 2. uolu. ſecundum nouam impreſſionem.

Fallit, qñ peterem mihi conferri beneficiũ per reſignationẽ, & poſtea reſignãs moriatur, valebit collat. d. c. 1. de conceſſ. præb. quia tunc ceſſant rõnes huius regulæ. Si tn quis ſæpius impetrauerit beneficium in vita & poſtea poſt mortẽ, non ualebit iſta collatio poſt mortẽ ratione ambitionis. & etiam quia beneficium uiuentis impetrauit. quia antequam eſſet de morte certus impetrare non debebat, ut conſuluit Deci. conſ. 398. in cauſa domini, circa fin. & in l fi. col. 5. C. de pact.

## REGVLA XXII.

### De vnionibus.

*Item voluit, quod potentes.*

Et ſic primo requirit, quod quis petat vnionem fieri ibi, potentes. ergo nõ haberet locum ſi ex certa ſciẽtia & motu proprio fieret, ſumendo argm̃ à contrario, q̃ eſt in iure ualidiſ. l. 1. ff de offi. eius c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat.

Beneficia.

Quorum appellatione ueniunt omnia beneficia tam maiora, quàm minora. glo. in c. 1. de reg. iur. in 6. cum hic ſimpliciter loquatur, & vniones ſint odioſæ. docto. in clem. fi. de rebus eccle. non alien.

Eccleſiaſtica.

Et ſic non habet locum in tpaliibus, ut ſunt feuda. c. fęlicis de pœnis. in 6. ſcripſi in tract. nõinatio. q̃is Imperator aliqñ uniat duas dignitates, ut in §. illud. in authẽ. ut iudices ſine quoquo ſuffra. coll. 2.

Alijs vniri.

Et ſic eccleſiaſtica eccleſiaſticis vniri debẽt, & tpalia tpalibus. c. fi. de rer. permu.

Teneantur exprimere verum.

Et ſic aliud eſt requiſitum, quod verus valor exprimatur. nec in Frãcia ſufficeret ſic exprimere cuius fructus 24. ducatorũ auri, &c. quando non eſſet uerus ualor.

Annuum valorem.

Et ſic non tenetur exprimere ualorem unius diei, vel mẽſis, vel duorum: ſed annuum valore, id eſt, quantum in anno valet, & ſi pluris ſit vno anno, quàm alio debet exprimere vt ſequitur.

Secundum communem ęſtimationem.

Vult hæc regula, quod exprimatur ſecundum communem ęſtimationẽ, & non ſecundum ſterilitatem. l pretia rerum. §. fi. ff. ad leg Falci. plenè ſcripſi in repe. l. vni cę. C. de ſent. q̃ p eo, qđ intereſt p̃ferunt.

Tam beneficij vniendi, quàm illius cui uniri petitur.

Item debet exprimi ualor tam beneficij vniendi, quàm eius ad quod vnio fieri debet. nam cum unio fiat ex cauſa neceſſitatis, vt ſuprà dixi in regula 12. ſi ceſſet neceſſitas fieri non debet, vel ex alijs cauſis expreſſis. ibi, quamobrem vt hoc ſciatur, vult quod fiat hæc expreſſio.

Alio qui vnio non valet.

Ipſo iure. qa forma data eſt, q̃ ſi non ſeruatur, actus eſt nullus. c. cũ dilecta de reſcrip. & beneficiũ ſic vnitũ põt impetrari.

Imo facta ſine hac forma, non poſſet p̃ſcribi, niſi per tempus cuius memoria nõ eſt in cõtrarium. Oldr. conſ. 269. de iure. vide Maleretum in tract. de elect. fol. 25.

Et ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes.

Item requiritur, q̃ commiſſio & verificatio fiat in illis locis vbi vnio fieri dẽt. & iſta eſt practica faciẽdi vniões nã veritas melius ſcitur per vicinos, q̃ alios. l. 1. ibi, æſtimatione circũcolentiũ. ff. de flum. Ancha. in cle. vna. uol. 1. de conceſſ. præb. bonus tex. in c. quanto. extrà. de præſumpt.

Vocatis quorum intereſt.

Et ſic vnio non debet fieri ſine conſenſu patroni. vide Petrum de Peru. in tract. de vnionib. in ca. quinto. Et alijs vocatis, qui intereſſe prætendere poterunt. nam vnio nõ fit de eccleſia parrochiali ad ſimplicem, & ſic ad minus dignum poterit tamen de iure vniri eccleſia parrochialis p̃bendæ eccleſiæ cathedralis. c. extirpandę. §. quæ vero. de præb. quia canonicatus eccleſiæ cathedralis dicitur eſſe dignior parochiali.

rochiali. c. ſuper eo. de præb. in 6. magnus enim eſt honor eſſe canonicum eccleſiæ cathedralis. do. de Rota. deciſ. 136. voluerunt. in nouis.

Et idem voluit obſeruari in confirmationibus vnionum factarum.

Et ſic nō valet confirmatio vnionis, niſi iſta ſupradicta interueniāt. quod eſt no. Reliqua de vnionibus ſupplebis ex his, q̄ ſupr. in regula 12. & ibi allegaui illos, qui abundantius materiam petractant. Et intellige nullam confirmationem vnionis, quamuis gloſſ. in hac regula teneat contrarium: tum quia tex. voluit idem eſſe in confirmationibus. cum nō eſſet idem. per l. ſeruitutes. §. ſi ſublatū. ff. de ſeruit. vrba. prędio. quia dictio idem ſignificat eādem in pluribus cenſuram gl. in l. cum hi. §. ſi vni. ff. de tranſact. iuncta glo idem, ſcilicet per omnia. §. ſed ſi ex teſtam. in fi. de ſatiſda. tuto. l. ſi ante. ff. ſolu. matri. & hic verſ. ad omnia referri debet, prout plene ſcripſi in repet. l. vnicæ. in gloſ. & non ex quibuſdam. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt. idem poteſt tripliciter dici, in genere, in ſpecie, & in numero.

## REGVLA XXII. alias XXIII.

### De mendicantibus.

Eſt extrauagans inter communes ſub rub. de regula, per quam religioſi mendicantes ſub excōmunicationis pæna, quam ipſo facto incurrunt tam recepti quam recipientes, quacunq; licentia non obſtāte, prohibentur ad religionem non mendicantium conuolare: & nihilominus ſecus facta non teneant, & nullius exiſtant efficaciæ, vel momenti. Excipitur religio Catur. ad quam tranſire poſſunt. quia eſt ſtrictior, & ratio huius regulæ eſt: quia religio mendicantium eſt perfectior omni religione non mendicante. quia quanto arctior eſt paupertas, tanto eſſentialiter eſt perfectior religio: teſte Florent. in 3. parte ſummæ in tit. 16. c. 4. de tranſeuntibus de vna religione in aliam, vbi limitat, quando papa diſpenſaret, & quando eſſet religione priuatus, forte propter delictū, tunc poſſet, alias non. quod eſt notandum.

Item de clericis extra tempora à iure ſtatuta.

Nota, ꝙ quis dicitur male promotus multis modis. Primo quoniā eſt ꝓmotus extra tempora a iure ſtatuta. vtpote extra quatuor tempora. c. 3. de temp. ordinan.

Statuta tēpora à iure ſunt, vt minores ordines dominicis & alijs feſtis diebus cō ferantur. c. de eo. de temp. ord. & conſecratio virginum. c. 1. illo tit.

Epiſcopi tantum die dominico conſecrari poſſunt. qua de cauſa tradit text. in c. quod die. 75. diſt. ſed conſecrationes eccleſiarum omnibus diebus fieri poſſunt, & c. 2. de conſecra eccleſ. vel altaris.

Prima vero tonſura quolibet die conferri poteſt, cum iura certum diem de ea non exprimant. & ſic ſeruatur de generali cōſuetudine, teſtib. Hoſt. Io. And. & Card. in c. penul. de tempo. ordina. per cap. cum contingat. de æta. & qualita.

Et minores ordines quando, & vbi libi tum fuerit dantur, vſque ad ſubdiaconatū: diaconi vero nunquam, niſi in publica ordinatione. cap. quando. 75. diſt. & ordines ſacri ſolent in maiori eccleſia conferri. gl. in c. ordinationes. 75. diſt. de conſuetudine, epiſcopi conferunt vbi volunt. teſte Floren. in d. 3. par. c. 14. c. 16. §. 17. non debet tamē epiſcopus generalē ordinationem de his minoribus facere. ideo vnum aut duos ordinare poteſt, nō quin plures ordinare poſſit: ſed caueat ne generalem ordinationē faciat ſicut in quatuor tpibus. c. de eo. & ibi Doct. de temp. ord. Præpoſit. in c quod a patribus 75. diſtin.

Sed ordines ſacri, videlicet ſubdiaconatus, diaconatus, & p̄sbyteratus nō, niſi quatuor tpibus, aut ſabbato ſancto, vel ſabbato ante dñicā de paſſione cōferri nō dēnt. c. 3. de tēpo. ordi. c. qm̄. in fi. & c. fi. 75. diſt.

Sed quare his temporibus, & nō aliis, Ptæpoſit. in c. qm̄. §. cæterum. 75. diſt. reſpon. quia ſacerdotes & alii clerici locum in eccleſia obtinent, quem Leuitæ in populo Iſraelitico obtinuerunt, quos vt libro Numerorū legitur, Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Aegypto dum primogenita Aegyptiorū interficerentur, cuſtodiuit. primogenita enim quaſi primitiæ ſunt. vnde quaſi primitias Domini offerimus, cū aliquos ad ſacros ordines da m° cōueniens ergo eſt vt pro promitijs tē porum, ſcilicet quatuor temporibus primitias hominum offeramus. hæc ille.

Item in quatuor temporibus fiunt, vt quatuor temporibus ordinati exornētur, & ſub quatuor euangelijs ſeruire Chriſto & eccleſiæ moneātur: in vere, in virtutib° floreant:

floreant: in æstate, vt fructus offerant: in autumno, vt fructus operum metant: in hyeme, vt fructus collectos conseruent in horreo, vt eis in Domino fruantur, & in sabbato potius, quam in aliis diebus, eo quod illa dies spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus recipiuntur. ca. quod a patribus 75. dist. vel sabbatum notat requiem. & ordinati ad sacros, transeunt ad requiem ordinis claricalis, de labore secularium negotiorum. cap. fornicari. 88. dist. & Pau. ad Timot. nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. cap. 1. & per totum, ne clerici, vel monachi negocia. secula. se immisceant. sed in minoribus non transeunt ad requiem: quia possunt ad seculum redire. glos. & Doct. in c literas. in fi. de tempo. ordi. quod limitabat quidam in presbyteris Petrago & Zemouic qui instar rusticorum per totam vitam laborant, nec requiem habent, nisi in lecto. papa tamen quolibet tempore ordines etiam sacros conferre potest. cap. 1. de temp. ordi. & ibi Host. in summa. sicut quolibet tempore pallio vtitur. c. ad honorem. de vsu pallij. quia hoc est de iure positiuo, a quo est absolutus. c. proposuit. de concess. preb.

Item hoc concedere potest ex speciali gratia episcopo, vt ordines etiam extra quatuor tempora conferre possit. Doct. in d. c. 1. & datur dispensatio per breue, existenti in 22. vel circa, ætatis anno, etiam in diaconatus ordine constituto, vt promoueatur ad sacerdotium die dominico, vel festiuo, etiam extra tempora a iure statuta. de quibus supra dixi, dummodo aliud canonicum non existat, super quo sua & antistitis eligendi conscientia oneratur in secularibus. sed cum religiosus detestatur in 21. anno etiam ad sacros, teste Staphileo in d. tract. de literis iustitiæ fol. 194. versi. datur dispensatio. Imo dicit Angel. in l. 1. C. de sent. passis. papam solo verbo posse aliquem facere episcopum, vel prælatum.

Nec valet consuetudo, quod sacri ordines conferantur exrra quatuor tempora. c. 2. de tempo. ordin. Imo tã ordinans, quã ordinatus peccant mortaliter: quia violatores canonum a spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt, condemnantur. cano. violatores. 25. q. 1. Floren. vbi sup. in d. 3. parte titul. 14. cap. 16. §. 16.

Et quamuis de iure esset aliqua dubitatio, an ordinatus extra quatuor tẽpora, esset ipso iure suspensus. in c. cũ quidã. & c. literas. de tempo. ordin. Tamen hodie per istam extrauag. Pij. 2. ipso iure sunt suspensi, qui si huiusmodi suspensione durãte, in eisdem ordinibus sic susceptis ministrare præsumpserint, irregulares eo ipso fiũt, & a solo papa absoluendi. c. cum quidã. c. literas. de temporib. ordin. Sylvester in sua summa. in verb. irregularitas. q. 10. vide tamen distinctionem, in c. consultationi. de tempo. ordin. & quid agendum quando aliquid omittitur de forma statuta in ordinibus, scribit Floren. in 3. parte summæ titulo 14. cap. 16. § 5.

Item capiens vno die plures sacros ordines, est suspensus. c. literas. & c. dilectus. de tempo. ordin. quatuor tamen minores poterit vno die assumere, dummodo non temerario ausu. c. 2. de eo, qui furtiue ordines recepit. sed acolytatum, & alium sacrũ non canor. & Anchar. in d. c. 2. Imo nec paruã tonsuram, & quatuor minores, non licet eodem die recipere. Anchar. in c. 3. de tempor. ordi. dicit tamen ibi Cardin. quod contrarium seruatur, & puto consuetudinem valere, cum non prohibeantur, nisi sacri ordines eodem die conferri.

Siue ante ætatem legitimam.

Ista ætas legitima est, vt ante septimũ annum ad primam tonsuram non promoueatur. cap. fin. de tempor. ordin. in vi. Ad ordines vero minores, videlicet ad acolytatum. in 12. anno, vel in 14 c. in singulis. 77. dist. subdiaconus vero olim non poterat ordinari, nisi esset in 21. anno c. de his. 28. dist. & finito 20. anno. c. subdiaconus. 77 dist. nec refragatur d. c. in singulis. 77. dist. vbi in 14. anno. subdiaconus fieri poterat. quia hoc intelligitur in 14. anno post septẽnium & sic in 21. anno vt gl. & Doct. ibi docent. hodie sufficit quod attingat decimum octauum. quia minus hodie homines viuunt. clem. generalem, de ætate & qualitate.

Item olim diaconus, minor 25. annis, non ordinabatur. c. episcopus. 77. dist. & c. nemo, 78. dist. hodie ordines assumere potest si constitutus sit in 20. anno. d. clem. fi. de æta.

Presbyter vero olim nullo modo ordinabatur, nisi trigesimum ætatis suæ annũ impleuisset. c. 1. & seq. 78. dist. hodie per d. clem. fi. sufficit attigisse 26. annum, & contra nullus ordinari debet. quia dicitur ad Timoth. 1. cap. 5. nemini cito manus imposueris,

posueris, neq; communices alienis peccatis. Quid est manus cito imponere? nisi ante ætatis maturitatem, ante cēpus examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiā disciplinæ sacerdotalē honorē tribuere nō ꝓbatis. tex. in c. quis est. 78. dist.

Nota, quod si ante tempus quis ordinatur, ordinans episcopus est suspensus a collatione ordinum. gloss. & Docto. in d. clem. fin. de ætat.

Si tamen durante suspensione celebrauerit, non efficitur irregularis Dom. in c. eos de tempor. ordi in 6. Philip. Franc. in c. 1. col. vlt. de re iud. in 6. sed peccat mortaliter, teste Floren. in 3. parte summæ titu. 14. cap. 16. §. 15.

Ordinatus vero ante tempus, est suspensus ab executione ordinis vsque ad ætatē legitimam. c. non est compos. de tempor. ordin. & c. dilectus. de æta. & qualit. ordinatio tamen tenet, etiam si puer ad sacerdotium ordinaretur. Cardin. in d. clem. fi. de æta. per glo. in ca. pueri. 1. q. 1. collatio tamen beneficii isti promoto ante septē annos, non tenet. Io. Andr. & Philip. Perus. in c. fi. de tēpor. ord. in 6. & sic nō inuatur decreto de pacific. possess. cū sit inhabilis, vt scripsi i d. trac. de pacific. possessorib.

Si interim celebrent, irregulares a iure non fiunt: tum quod a iure expressum non inueniatur. c. is, qui. & ibi gloss. de sentēt. excom. in 6. tum quia est & suspensus a canone quo ad se tantum, & non quo ad alios. & suspensus a iure quo ad se celebrans, irregularis non efficitur. cap. fi. de cleric. excom. mi. Philip. Perus. in d. c. fi. in fin. de re iudic. in 6. hodie per constitutionem Pij papæ ij. efficiuntur irregulares, & beneficiis priuari possunt.

Super ætate tamen non potest episcopus dispensare. glo. & Doct. in d. clem. fi. sed cū ordinatis extra tēpora bene dispēsat episcopus. tex. & ibi Doct. in cap. consultationi. de tēpor. ordin. sed non hodie.

## Aut absque dimissorijs literis, ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore.

Dimissoriæ quo ad istum text. dicuntur, quæ alias commendatorię vocantur, quæ dantur eis, qui volunt ordines ab alieno sumere episcopo. c. 1. & c. cum nullus. de tempor. ordi. in 6. scripsi in l. dimissoriæ. ff. de verbor. significat.

Et has dimissorias poterit episcopus dare in sua diœcesi, non inferiores prælati: nisi hoc eis indultum sit: vel nisi episcopo mortuo. quia tunc capitulū, seu is, ad quē administratio spiritualium id tēporis pertinet: vel episcopo in remotis agente, vicarius generalis episcopi in spiritualibus. text. in c. cum nullus. de tempor. ordin. in 6. Io. Prāciscan. in tract. de offic. & potestat. capituli sede vacante, in 1. par. q. 3. & q. 8.

Et sic promoti sine dimissorijs literis ad sacros ordines, sunt suspensi ab executione ordinū. & si interim in eisdē ordinibus sic susceptis ministrent, eo ipso irregularitatem incurrunt, vt patet in constitutione papæ Pij. ergo non habet locum si sumeret alios non sacros: quia vnum exprimendo, alterum negare videtur. c. non ne. de præsumptio. l. cum prætor. ff. de iudic. & si voluisset intelligere de omnibus ordinibus, dixisset. cap. ad ad audientiam. deci. sed quia limitauit de sacris, ergo de alijs intelligere noluit. nec refragatur ca. 1. de tempor. ordin. in 6. quia in suo casu intelligitur, vt ibi Doct. no. quamuis in quibuscunq; ordinibus suspensionē cōtra hi scribat Syluester i sua summa. in verb. irregularitas. q. 9. per d. c. 1. sed die vt dixi.

*Etiam voluit constitutionem piæ memor. Pij Papæ ij. similiter prædecessoris sui, desuper editam, & in dicto cancellariæ Apostolicæ libro descriptum, quæ incipit, cum ad sacrorum ordinem, &c. pari modo obseruari.*

Quia vidi multos super hac cōstitutione dubitare, ideo eā ad verbum duxi hic transcribēdam. Pius episcopus seruus seruorum Dei ad futurā rei memoriā. Cum ex sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimitur, sacra mysteria dispensantur, & ipsorum cura tribuatur animarum, in eorum susceptione excessus grauius tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaq; sicut fide dignorum relatione nō nisi moleste accepimus, nonnulli clerici extra tēpora a iure statuta, quidam ante ætatē legitimam, alioqui vero sine dimissorijs literis contra sanctiones canonicas se faciūt ad sacros ordines promoueri. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt alijs in posterum committendi similia

dissimilia aditus præcludatur: auctor, apostolica. præsenti constitutione perpetuo valitura statuimus, & ordinauimus, quod omnes & singuli, qui absq; dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absq; dimissorijs literis, et citramontani à citramontanis, præterq; si in hoc vltimo casu, per cameram apostolicam, iuxta illius stilum, ordinati fuerint, ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri, ab suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint. Et si, huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant, præterq; vltra alias pœnas in tales generaliter iura inflictas, beneficiis ecclesiasticis, quæ possint iure priuari. Volumus autem quod præsens nostra constitutio in Romana curia existentes post quindecim dies, absentes vero Italicos post duos, alios vero vltramontanos post sex menses ab ipsius in audientia cõtradictarum, & cancellaria apostolica publicatione, & affectione, litigare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostrum statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & sanctorũ Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringen sexagesimoprimo, quinto decimo Kalen. Decembris, Põtificatus nostri anno quarto.

## REGVLA XXV.

### De moneta.

*Item declarauit idem dominus noster, quod libera Turonensium paruorum, & florenus aurei de camera, pro æquali valore in concernantibus literas & cameram apostolicam cõputari & æstimari debeant.*

De moneta vide in clem. fin. de deci. & hæc regula est valde vtilis mẽsularijs, siue banquerijs, vt quando taxantur bullæ viginti florenis, intelligatur viginti libris, quia florenus auri de camera & libra paruorum Turonensium idem sunt. Et hoc in concernentibus literas & camerã apostolicam Secus ergo quo ad alia. & ideo glo. prag. sanctio. in §. quod si quis ex dictis. de collatio. exponit florenum ibi, pro ducato, vt excludatur à nominationibus, qui habet ducentos ducatos in beneficijs, nam hoc est odiosum excludere aliquem ab habendo beneficium, ob id est restringendum. & prodest ista, regula, quo ad expressionem. Nam voluit Papa taxare florenum pro libra, vt maior valor exprimeretur: & vt ipse maiorem haberet annatam. sed consuetudo Franciæ resistit, & huic vt arbitror, regulæ dedit causam expressio quorundam impetrantium ex Gallia, qui in suis impetrationibus dicebant fructus non excedere viginti quatuor libras Turon. & quia ista moneta erat apud Romanos incognita, ob id voluit, vt libra pro floreno auri accipiatur, quamuis libra non valeat nisi viginti soli dos Turonen. & quilibet solidus valet duodecim denarios, secundum communem Franciæ æstimationẽ: secus de iure.

## REGVLA XXVI.

### De beneficijs vacaturis per promotionem ad ecclesias, vel monasteria.

*Item præfatos dominus noster Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quod quæcunque concessiones gratiæ, & mandata etiam motu proprio, & cum derogatione huius constitutionis, quæ ab eo pro quibusuis personis emanauerint, de prouidendo eis de quibusuis beneficijs vacaturis, per promotionem quorumcunque ad ecclesiarum & monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata diem promotionis promouendorum ipsorum præcesserint. Necnon quæcunque collationes, prouisiones, ac dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, ac quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, quæ per promouendos,*

*vel*

*vel assumendos ad quascunque prælataras, inter illarum vacationis & huiusmodi promotionis vel assumptionis tempora, vel simpliciter, vel ex causa permutationis, vbicunque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis, pro tempore sint cassæ & irritæ, nulliusque roboris, vel momenti.*

Vide quæ dixi in §. fin. de manda. Apostol. in cõcorda. & hoc vult ista regul. quod sicut nou valet collatio beneficii viuẽtis, ita nec collatio beneficii illius, qui ad episcopatum, abbatiã, vel ad regimen alicuius ecclesiæ promoueri vult, si ante diem promotionis fiat: faciebat. n. is, qui promouebatur ad regimina ecclesiarum, tacitas & secretas resignationes in fauorẽ multorum, & põstea per promotionem illius nihil vacabat: ob id noluit vt valerent.

Istæ collationes factæ ante diem promotionis, tanquam factæ per multorum importunitatem, non valent. Igitur cum tantum prohibeat hic collationem ante promotionem: ergo post promotionem valebant, & sic papa videtur quodammodo reseruare suæ dispositioni beneficia illorum, qui sic promouentur. vnde putarem in Francia, quod si iste promouendus coram ordinario resignaret beneficia ante promotionem, quod illa collatio valeret, cum omnes regulæ sapientes reseruationem sint in regno Franciæ sublatæ, per rub. de reserua. in concorda.

## REGVLA XXVII.

### Non iudicetur iuxta formam supplicationem: sed litterarum expeditarum.

*Item cum ante confectionem literarum, gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinauit, idẽ dominus noster, quod iudices in Romana curia, & extra eam pro tempore, etiam si sint sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, causarum palatij Apostolici auditores, vel quicunque alij, non iuxta supplicationum signatarum super quibusuis impetrationibus, vel concessionibus, nisi in dicta curia duntaxat sint commissiones iustitiam continentes, per placet, vel per sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatę: sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores, & formas iudicare debeant, decernens irritum &c. & si literæ ipsę per procurationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest instantiam ad Apostolicam cancellariam remitti poterunt per eius officiales quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.*

Ista rta tres habet partes, in prima ponitur dictum cum duabus limitationibus. in secunda, deccernit irritum, in tertia, aliud dictum scribit, secunda ibi, decernẽs. tertia ibi, & si literæ ipsæ. In prima parte statuit papa non debere iudicari secundũ tenorem supplicationem, vel formam: sed secundum confectionem literarum; ratio assignatur hic, quia gratia Apostolica, sine literarum concessione est informis. idem dicitur in regula 31. vbi dicam.

Primus est, quando commissiones darentur per placet, in curia Romana. Ergo extra eam non sic iudicaretur: nisi & quando illæ commissiones iustitiam continerent.

Secundus casus, quando darentur commissiones signatę per vicecancellarium, iuxta facultatem sibi super hoc concessam.

## REGVLA XXVIII.

### De procedentis regulis cancellariæ.

*Item attendens idem dominus noster Papa, quod super habendis de cancellaria Apostolica regulis, & con-*

*conſtitutionibus inibi deſcriptis, faciliter per eos qui in Romana curia indigueriat ad ipſam cancellariam recurſus dirigi poteſt: nec conſultum foret, quod ſuper earundem regularum & conſtitutionum, quas iuxta varietatem occurrentium cauſarum & negotiorum, aliquotiens immutari conuenit, probando tenore, vel effectu teſtium, plerumque tenacem deſuper memoriam non habentium, depoſitionibus ſtari deberet, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod deinceps quilibet ex auditoribus cauſarum palatij Apoſtolici, & alij, etiam ſi ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſint Cardinales, in ipſa curia pro tempore deputatis auctoritate Apoſtolica iudicibus, etiã in cauſis actu pendentibus, ſuper huiuſmodi tenore vel effectu probando, duntaxat, ſtet, fidemque adhibeat ſchedulæ, ſeu ſcripturę deſuper a duobus de maiori parte, quod danda ſit à tergo ſignatæ; & etiam duobus alijs literarum Apoſtolicarum abbreuiatoribus in ipſa cancellaria auſcultate, & domini vicecancellarij, ſeu dictam cancellariam regentis manu ſubſcriptæ, vt moris eſt. quicquid autem ſecus fieri contigerit nullius ſit roboris, vel momenti.*

Per hanc regulam cognoſcitur quando credendum ſit regulis producendis ex cã cellaria Romana, nam forma hic appoſita ſeruari debet, alias non creditur tranſcripto, vt hic.

## REGVLA XXIX.

### De ſubrogandis colligitantibus.

*Item dominus noſter litium ſuccindere cupiens anfractus.*

Hæc regula habet tres partes, prout tria dicta ponit. ſecũda ibi, & nihilomin⁹, tertia ibi, quod etiam ſtrictiſſime, &c. & duæ rationes ponuntur in initio. Prima eſt, vt litium anfractus ſuccindantur, qui anfractus ſunt maximi, & tanti ſunt, vt vix par aliquis quantumcunque diues eſſe poſſit. Crede mihi, ſi poſſis componere, nunquam litiges. Ego puto, quod Deus opt. maximus permittit lites contra aliquos magnos, vt torqueantur. nam per peſtem cum fugiant, vix torqueri poſſunt, per bellum minus, per famem nequaquã, cum ſemper non habeant frumenta: ſed lites euitare non poſſunt.

*Et ne noui collitigantibus aduerſarij dentur, prouidere voluit: ſtatuit, & ordinauit, quod quoties deinceps aliquem ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio collitigantem,*

Secunda eſt ratio huius regulæ, quæ elicitur ex c. fi. vt lite penden. in 6. vbi ſi vnus collitigans moriebatur, non poterat beneficium conferri, nec de eo per electionem, aut alias: prouideri. niſi lis finita fuiſſet. & de iure defuncti apxaruiſſet. c. 1. & 2. ibidem. vbi ſunt hæc verba, S. hi contra quos ſuper dignitatibus, perſonatibus vel alijs eccleſiaſticis beneficijs, quæ poſſident, litigatur: lite pendente cedant, vel forte decedant, ne propter nouos aduerſarios, qui malitioſe interdum petitoribus ſubrogantur, litigia in eccleſiarum diſpendium, prorogari contingat: ſtatuimus vt digniates, perſonatus, vel beneficia huiuſmodi &c. Hic non requiritur finis litium: ſed impetratio collitigantis valet, ſi intra menſem a die ceſſionis, vel obitus impetrauerit: ita quod collitigãs præfertur alteri cuicunque impetranti, dummodo impetrauerit intra menſem, & ſic omnes aliæ impetrationes factæ nõ valebunt, per prædictas rationes, & loquitur de impetratione facta a papa, & ſic habes hic vnum caſum mirabilem, in quo vltimus impetrans præfertur priori contra cap. ſi eo tempore. & cap. duabus. de reſcript. & cap. eum, cui, de præbendis. ibidem.

*In iure, vel ad ius, ſi quod forſan eius aduerſario in dicto beneficio cõpetierit, ſubrogari, conceſſerit.*

Et ſic habet locũ hæc regula, ſiue quis ſubro-

ſubrogetur ad ius, ſiue in iure dummodo is, qui obijt, acceptauerit. nam ſi nominatus, antequam beneficium acceptet, moriatur: vel mandatarius, non poterit alius ad ius iſtius ſubrogari, quod moritur per iſtius obitum. Gomeſ. q. 6.

Ego intelligerem hãc regulam, quod ſi collitigans intra menſam adit, quo liti gans ceſſit, vel deceſſit, petierit in ius defuncti, vel cedentis ſubrogari, quod omnibus præferatur, etiã ſi in data priores fuerint, ne noui aduerſarij collitigantibus dentur, & impetrationes aliorum nullius ſint momenti, dummodo intra menſem. quod ſi poſtea, non licet gloſſator aliter intelligat. & poteſt quis lite pendente cedere. c. per tuas. 1. in. fi. de ſimon ſic & appellatione pendente: tamen ſi poſtea pronunciatur bene iudicatum, reuocatur illa renunciatio tanquam attentatum glo. in verbo, interponi. rubric. de cauſis. in pragma. ſanctio.

Dummodo præfatus collitigans, in dicto beneficio intruſus non fuerit.

Fallit in duobus caſibus. Primus eſt quando collitigans fuiſſet intruſus, tunc non potuit aliud ius habere, quàm haberet. is, in cuius locum ſubrogatus fuerat. ſed intruſus nihil iuris habebat. c. cũ iamdudum. de præbend. Ergo nec iſte impetrans. in locum ſuum, ſiue in principio erat intruſus, & poſtea deſierit: ſiue non. Gomeſ. quæſt. 18.

Intruſus dicitur, qui ſine auctoritate illius ad quem ſpectat collatio beneficij, illud propria accipit auctoritate. cap. ad aures. de exceſſib prælat & qui nullum habet titulum. ca. quia diuerſitatem. de conceſſio præbend. glo. in verb. metuebant. c. bonæ. 1. de elect. & c. niſi. de renunc. Idem in officio. l. non aliter. C de pala. ſacra. largi lib. 12. vel qui ſine titulo ingerit ſe adminiſtrationi beneficij. Panorm. in. c. cùm iam dudum de præbendis.

Vel, qui ſine canonico titulo beneficij occupat, & non intrat per oſtium, nec habet canonicum ingreſſum. ca. relatum. de iure patro. Bal. in c. nihil. col. 2. de electio. & qui ſine titulo ſedem inuadit intruſus eſt, & falſi crimine tenetur. l. eos. §. qui ſe pro milite. ff. de falſis Bald. in c. paſtoralis col. 1. de excep.

Ex quo infertur, quod qui per vim occupat beneficium, dicitur intruſus. c. eum qui, de præben. in 6. gloſ. in verb. violentus. de pacific. poſſeſſ. in. prag. nec valebit collatio. etiam ſi poſtea impetrauerit nõ facta mentione illius intruſionis d. c. cum iamdudum. Panormita. & alij in ca. 1. de conceſſio. præbend.

Secundo etiam vocant intruſum, quĩ poſt electionem & ante confirmationem adminiſtrat, quia ipſo iure eſt priuatus ſic adminiſtrãdo. c. auaritiæ. de elect. in 6. Niſi eſſet alius actus à ſuperiore procedens, & hunc repreſentans. Oldra. conſ. 146. factum eſt tale in. fi. vel niſi adminiſtrauerit ob neceſſitatem eccleſiæ, vel vtilitatem. Oldra. conſ. 9. poſito. Nec valet conſuetudo in contrarium: quia eſt cõtra bonos mores. nam poſſet hæreticus excommunicatus & incapax ſic præeſſe eccleſiæ. Oldra. conſi. 191. nullo modo. col. 1. per tex. in auth. vt nulli iudicum. §. 1. col. 9. & ca. vlt. de conſuetu. quæ videtur corruptella, ac ſacris canonibus inimica. c. cùm venerabilis. de conſuetu. ſic conſuluit Petr. Ancha. conſil. 51. cõſuetudo. vbi tamen dicit adminiſtrantem ratione cõſuetudinis antiquæ, non priuatum, nec vllam pati debere pœnam per gloſ. in d. ca. cum venerabilis quia non debet puniri, qui communi iudicio non peccat. c. inter corporalia. §. ſane. ibi. & quamuis, & c. de tranſl. epiſco. Idem ſi lite pendente. c. 2. de in integ. reſtitu. Idem ſi poſt præſentationem & ante inſtitutionem adminiſtrauerit, vt firmat Rocus de Curte in tract. iur. patro. in verbo. honorificum. q. 29.

Tertiò, qui beneficiũ poſt priuationem & depoſitionem adhuc retinet, à qua non appellauit. Innoc. in. c. qualiter. 2. colu. 3. nu. 10. de accu. Maleretus in tract. de ele. in fi. q. 17. Præpoſ. in. c. fi. 19. diſtinct.

Quartò, qui beneficium iniuſte alteri ablatum, & omiſſo iuris ordine, detinet, & ſi habuerit collationem. capit. tanta. de exceſſib prælа. Dom. & Præpoſ. in c. propter. in fin. 19. diſtinct.

Quinto, qui à ſuperiore excommunicato, vel ſuſpenſo collationem habuerit, vel ab eo, qui nõ habebat poteſtatem conferendi. capitu. fina. de exceſſib. prælat. Et ideo is qui accipit per deuolutionem aut aliàs collationem ab eo, quem ſcit nõ poſſe conferre, eſt intruſus. Domin. in c. fina. in fi. diſt. 19. & ſæpius videmus iſtos deuolutarios volantes ad infinitas lites, & malignitates illiq; iniqui, ac temere litigantes odio proſequenti ſunt, & mulctis magnis afficiendi.

Sexto dicunt illum qui commisit crimẽ dignum depositione, dici large intrusum: vel qui habet vitium, quo priuari beneficio potest, Glo. in c. cum super. de causa posse dicit eos, quasi intrusos, Ioan. de Selua 1. in tract. de benefi. q. 11. num 9. in 3. parte. Felin. in c. veniens. 2. not. de accusa. extra. Quod non videtur verum, quia interim habet titulum antequam priuetur ergo intrusus non dicitur: nisi commisisset crimen per quod fuisset ipso iure priuatus, vt hæresis, & simoniæ, de quibus scribit Felin. in c. 2. de rescrip. extra.

Octauo dicunt intrusum, qui cum simplici signatura beneficij possessionem adipiscitur, allegatur extra. iniũctæ, de elect. in criminibus, quę loquitur in dignitatibus maioribus. hoc asserit Fel. in c. in nostra. correla. 2. de rescrip sed vltra eum facit l. fi. C. de offic. magistr. vers. sed sciat is. vbi, qui sine sacro rescripto peruenit admilitiam, & priuatus. sic & qui sine literis papæ, sed habendo signaturam non capit sine literis Papæ. Ergo non debet priuari. Imo ex consuetudine Franciæ, nullus priuatur ex adeptione possessionis cum simplici signatura: sed in instrumẽto solet dici, in vim certæ prouisionis Apostolicæ, sed idem si diceretur, in vim signaturæ: quia quando aliquis violentiam non commisit, licet propria auctoritate ingrediatur beneficium: tamen non priuatur iure suo, teste Nicol. de Milis in reper. in verb. beneficium, q. 58. incip. beneficij possessionem. Imo in curia Rom. non datur priuatio illius, qui cum sola supplicatione se intrusit, sunt verba Ioan. Staphil. io tract. de literis gratiæ fol. 189. versicu. consueuit: multo minus debent iudices Francię, de possessorio cognoscẽtes, priuare eum, qui adeptus est possessionem ex simplici signatura sua, si alias canonicum habet titulum, vnde in patria obedientiæ cautela est. vt non tenearis, leuare bullam, vt impetres breue, supplicatione inclusa, per quod mandetur executori vt mittat te in possessionem. & tunc omnia cessabunt.

An valeant gesta per intrusum, declarat Panorm. & alij in c. nihil. de elect. Domi. & Præpos. in d. c. fi. 19. distin. Doct. in l. Barbarius. ff. de offi præto.

Quæro, an intrusus sit inhabilis dumtaxat ad illud beneficiũ cui se intrusit: an ad omnia alia? Respon. quod ad illud tantum in quo est intrusum: Imo si impetrauerit illud, non facta mentione intrusionis, valebit impetratio, vt firmat Feli. in c. postulasti. in fi. de rescrip. quem sequitur Io. de Selua in tract de benefic. in 3. par. q. 11. in 5. qualitate. & Maleretus in tract. de electio in fi. quia non incurritur inhabilitatis pæna, nisi a iure exprimatur, arg. c. fin. vbi glo. de iure patro. fallit, quando esset a iure factus inhabilis, vt i. c. q. sq̃is. de elect. & in extrauag. execrabilis de præb. Io. 22.

Nec super eo contra dictum aduersarium, &c.

Secundus casus est, nisi mota fuerit lis illi, qui iam possederat pacifice beneficiũ per triennium, quia tunc, sicut non debet molestari quis post triennĩ, vt infra regula 36 sic iste subrogatus nõ poterit molestare possessorem triennalem. Gomes. quæstio. 16.

Et per hoc ponderatur iste text. quod nõ procedat, quãdo lis esset nomine meo mota per aliquem non habentem mandatum, etiam si esset ratificata ante obitum collitigantis per me: tamen ego non debeo præferri postea: tum quod non dicor aduersarius, quia nõ moui litẽ; tum quod iste tex. requit veram litem, nõ fictam; & ne detur super hoc locus fraudi. Gomes. q. 3. in fi. vel quando lis esset mota in vim rescripti inualidi. Gomes. q. 11.

Et nihilominus fœlicis recordationis Pauli II. &c.

Tertius casus prohibet aliquẽ litigantem subrogari ad beneficium viuentis, qđ impetrauit, de hoc multa scripsi in proœ. concorda. in verb. fati. & supra. in regu. de imp benefic viuen. quæ est 21.

*Quod etiam strictissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuerit iudicatam, processum foret.*

Item voluit non valere subrogationem illius, qui impetrauit beneficiũ vacãs per priuationem, antequam sententia transiuerit in rem iudicatam, vt postea non possit petere se subrogari, & sic erit quartus casus prohibitus, vide glo. in vero. successores.

res.in §.declarantes.de mand. Apoſtol.in concorda.& Gomeſ.q.7.

Quintus caſus eſt, quando derogatum eſt iſti regulæ,& Papa ſolet derogare petentibus quaſi indifferēter, vt uidi, quod potentiori denegari deberet, p rub.C.ne liceat potentio.& d.l.vna.C.ſi quacunq; prædi.poteſta. Hocq; fuit denegatum tpe Innoc.8.Cardin.S.Petri ad vincula,teſte Io.Staphilo in tract.de literis gratiæ fol. 165.de literis iuſtitiæ. vnde dicit,in ſupplicatione debere apponi iſta verba,attēto & orator nō eſt cedēte potentior &c.licet derogetur etiam pro potentiori, & fauorabilibus. tamen ſi non ſit expreſſum in ſupplicatione quòd eſt potentior, nō valet derogatio,per not.in c.1.de aliena.iudi.mutādi cauſa facta,& l.1.& per totum ff. illo tit. plene ſcripſi in ſcholaſticorum priuileg.177.vide Gomeſ.q.15.

Si tamen vnus collitigans habuerit ſententiam pro ſe,quæ in rem tranſuerit iudicatam,poterit etiam potentiori cedere, cum derogatione regulæ,quia tūc omnis præſumptio malitiæ ceſſat, quia non vſ quod de iure ſuo diffideret, vt Doct.notant in c.2.de alie.iud.ſed hoc caſu requiritur, quod ſnia lata fuerit contra omnes collitigantes: nec ſufficeret quod contra vnum lata eſſet.quia cū illo colluſio poſſet eſſe,teſte Gomeſ in q.1.ſuper hac regula.

Sextus caſus quādo quis petit ſubrogari in locum illius, qui habuerat tres ſententias conformes,& antequam executioni demandatæ eſſent mortuus fuerit. tūc is, qui in locum illius petitur ſubrogari, non eſt neceſſe quod petat derogari iſti regulæ,quia hic caſus in ea nō comprehenditur,cum lis iam ſit finita. per Clemen. 1.de re iudi.& idem ſi finita erat per ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam. per text.in cap.1.de litis conteſta.in 6.& ſic cum lis ſit finita,non præfertur colliti gans impetrans,etiam ſi huic non ſit derogatum regulæ.Gomeſ.q.14.

Vltimus caſus,quando lis eſſet iniuſte mota cōtra mortuum, forte triduo antequam decederet, tunc illa motio litis non inducet vitium litigioſi.l.1.§1.ff.de litigio.plenè ſcribit Caſſad.deci.vlt.de dolo.

Nota,quod non datur ſubrogatio, nec gratia ſi neutri,vel ſi nulli,vbi contra aliquem agitur de crimine,& is moritur:tūc antequam priuetur non ſubrogatur alius in locum illius,quia beneficium nō eſt litigioſum:ſed perſona accuſata, & ideo poterit cedere ante ſententiam priuationis. glo.in verb.finita.in c.vlt.vt lite penden. in 6. ſed poſt priuationis ſententiam,poterit dari ſubrogatio:quia poſt ſentētiam fuit de beneficio prouiſum. ob id beneficium poteſt dici litigioſum.

Item non datur ſubrogatio in beneficijs conſiſtorialibus,hoc eſt,i monaſteriis virorum, valorem ducētorum florenorū auri communi æſtimatione excedentium. quia talia ſunt reſeruata, & de illis ſolet Papa prouidere conſiſtorialiter. Ideo in illis non datur ſubrogatio,niſi præceſſerit alia prouiſio,vel commenda cōſiſtorialis.Et ita ſeruat ſtilus curiæ Romanæ,teſte Staphileo in tracta.de literis gratię fo lio 165.verſ.eſt & alius caſus.Plus dicens, videlicet nō admitti reſignationes talium.

In hoc regno Franciæ non vidi hāc regulam ſeruari, ob id alia hic non ſcripſi.

## REGVLA XXX.

### De veriſimili notitia

*Item voluit & ordinauit.*

Hæc regula fuit publicata & regiſtrata in parlamento Pariſi anno 1493.die 2.Nouembris, & vbiq; in regno Francia recepta,& in forenſi iudicio ad vnguem ſeruatur:eſtq; à iuris viſceribus extracta, maxime ex c.2.de conceſſio.præb.vbi beneficia antequam vacent nō debent impetrari:& niſi vacatio peruenerit ad notitiam conferētis,vel peruenire poterit.c.quia. illo tit.cap.2.& 3.illo titu.in 6.nam collatio quæ non eſt veriſimilis,non eſt credibilis,nec facta creditur.l.cū de indebito. §.1 ff.de proba.l.Mæuius.in prin.de lega. 2.& quod longe eſt à veriſimili, eſt quædā falſitatis imago Bald.in l.1.col.3.C. de ſeruis fugi.Feli.in c.quia veriſimile.de præſumptio.veriſimilitudo n.eſt cognata naturę.Bal.icōſ 180.mortuo.col.1.vol.3.

Ratio ſolebat in principio huius regulæ deſcribi iſta,videlicet,vt in habēdis beneficijs eccleſiaſticis fraudes euitētur, ſeruetur conſcientiæ puritas, & ambitionis via præcludatur ambitioſis,teſte Gomeſ. ſuper hac.reg.in princ.

Et ideo non poteſt huic regulæ papa diſpenſare,cum non poſſit contra naturā ſtatuere:ſicut nec ius. §.minorem.inſtit. de adoptionib.c.debitum.vbi panor.in.2.

not.de baptiſmo, nec poteſt facere quod quis citius veniat, quã natura poſſibile ſit.

Et quamuis ſit ſolitus Papa derogare: non tamen recipitur eius in hoc Franciæ regno derogatio, minus legati, vel alterius. niſi in caſu infra reſcripto.

Nec probatio contraria in hoc caſu recipitur, vt in cap. filij. de hæretic. in 6. etiã ſi quis vellet probare ſe per necromanticum & dæmonem allatum intra vnum diem, quia tãtummodo veriſimile admittetur, videlicet quod curſor eques Romã potuit ire tex diebus ex Lutetia. ex Lugduno quinque, hoc recipietur. ex Tholoſa, ſeptem tempore hiemis: ſicut Pariſ. ſi inueniatur collatio præmaturè facta, tanquam non veriſimilis excludetur, vt vidi in practica ſeruari, nec eſt aliqua diſpoſitio tam generalis, quæ ad non veriſimilia trahi debeat, teſte Angel. conſ. 249. ſuper primo col. 2. verſ. pro hac parte. & Ias. cõſ. 141. in iſta. co 8. verſ. 6. prædicta. in 2. vol. quamuis Panor. & alij in d. c. quia veriſimile. de præſumptio. dicant probationem regulariter contra veriſimile admittendã, licet clariores probationes requirãtur.

Quod omnes gratiæ..

Requiritur ergo in hac regula, quod ſit gratia, & habet locum in quacunq; gratia per iſtum tex. omnes gratiæ, qui enim totum dicit nihil, excludit. l. à procuratore. C. mãda. ſiue fuerit collatio, præſentatio, ſiue inſtitutio, ſiue nominatio, vel alia quæcunq; prouiſio, de quibus in c. cum in illis. de præb. in 6. cum omnes gratiæ dicantur. Cle gratiæ. de reſcrip. Idem requiritur quod ſit gratia de beneficio: alias ſi eſſet gratia delinquẽti facta, valeret. quia hæc regula non habet locum in illa: cum in ea hoc nõ inueniam ſtatutum, nec prohibitum, etiã ſi gratia eſſet motu proprio facta. quia hæc clauſula non tollit hanc ambitionem. quia præſumitur procurata: & quia facile apponeretur. Ideo vt vitetur fraus, etiam in gratia motu proprio facta procedet, teſte Gomeſ. q. 2. & ſic non haberet locũ in reſignatiõe, qa nõ eſt gratia, cum teneatur conferre, ſaltẽ permutãti. c. inter. de præb. c. vno. de rer. permuta. in 6. & in Cle. & qa hæc regula loquitur de vacatione per obitũ, vt infra dicetur.

De quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis cum curia, vel ſine cura ſecularibus & regularibus.

Et ſic non habet locum in beneficio tẽporali Regis, vel ſperatoris, ſeu alterius principis. cum hic in beneficijs eccleſiaſticis tantum ſtatuatur. Bonum eſſet tamen quod etiam ſeruaretur in officijs propter magnas ambitiones currentium ante tps. habet tamen locum hæc regula ſiue beneficia ſint ſecularia, ſiue regularia, ſiue ſint curata, ſiue non, vt hic dicitur: etiam comprehendit hic dignitates & officia ecclẽſiaſtica, licet hic non exprimantur nominatim: ſed quia tex. dicit, de quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis. & appellatione beneficij eccleſiaſtici, & dignitates & officia eccleſiaſtica continentur. c. poſtulaſti. de reſcrip. glo in c. 1. de reg. iur. in 6. & in cle. auditor. de reſcrip. ſcripſi. in concord. rub. de colla. §. volumus. in verbo, beneficia. & quia eſt eadẽ ratio in dignitatibus & officijs eccleſiaſticis, quę in alijs beneficijs. ergo eadem deciſio locum habebit. l. illud, ff. ad l. Aquil. & ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſeu maior, &c. dicit tex. in §. porrò quæ fuit prim. cauſa benefic. amittendi. & in dignitatibus maior eſt ambitionis ratio, & votum captandæ mortis. ergo in illis habebit locum.

Per obitum quarumcunque perſonarum vacantibus.

Ergo non habebit locum ſi alio modo vacet, vtpote per priuationem. nam ſi ſcirem quendam archidiaconum priuandũ die decima Iulij mitterem curſorẽ ad Papam, qui die decima priuationis mihi cõferret, non valere collationẽ videtur. Sed argumentum hoc à contrario ſumptum facit quod ſic. & idẽ in alia vocatione, de quibus ſcripſi in §. monaſterijs. in glo. vacantibus. de regia ad præla. nomina. faciẽda. quia non datur occaſio mortis captandæ hoc caſu. Ratio diuerſitatis eſt, qa poſſet quis machinari in mortem alterius, & ideo vt votum captãdæ mortis auferatur, iuxta. c. 2. & 3. de conceſ. præb. ſed non in priuationem, vel in aliam vacationem ob id in illis locum non habebit, etiam ſi iudex procuraſſet priuationem. quia priuatus poteſt appellare: adhuc etiam regu. nõ haberet loc. Gomeſ. hic. q. 3. diſtinguit. aut, inquit, impetrans per reſignationem eſſet impetraturus per obitũ, & res eſt expedita, quoad hãc regulã: ſecus ſi nõ eſſet impetraturus, & iuramento procuratoris ſtatur. Hæc cõcordia non hẽt ſaporẽ, quia oĩs impetrans eſt impetraturus per obitũ. ſicut per reſignationẽ, vt eſt veriſimile. & ſtare iuſo procuratoris, qui ignorat voluntatem

tatem domini eſt periculoſum. Ideo ego concilio ſic, qđ habeat locũ, niſi in illa impetratione fuerit regulę derogatũ a papa, & ita in Forenſi iudicio ſeruatur in Frãcia.

In antea fecerit.

Et ſic loquitur in papa; ſed quia eadem ratio verſatur in legato & ordinario, ob id etiam in illis locum habebit. Poſſet. n. quis in mortem alterius machinari, & poſtea ad ordinarium currere & petere ab eo beneficium, certe vt mortis captandæ occaſio tollatur, quod hic in papa ſtatuitur, & in aliis ordinarij ſeruabitur, per c. 2. & 3. de conceſ. præb. in 6. huius ſententiæ eſt glo. in verbo, faciendas. §. neq; de collatio. in pragm. quam ad verbum more ſolito trãſcribit Ioan. de Selua. in trac. de benefic. in 3. parte. q. 46. & idem conſulendo tenuit Decius conſ. 398. in cauſa. in fi. dicens ita fuiſſe iudicatum in Parlamento Delphinali, & idem conſuluit de Ripa conſ. ſiue reſpon. 16. regula. & in c. 2. in fi. de reſcrip. ſic etiam fuit ſæpius iudicatum in Parlamento Franciæ, vt ſcripſi in prooem. concorda. in verb. fati. idem tenet Iaſ. conſil. 104. circa vlt. q. in 1. vol. & Gomeſ. hic plene q. 1.

Et ideo præuentiones papæ non valẽt, niſi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes veriſimiliter potuerint peruenisse ad notitiam papæ, vt declaro in prooem. concord. in verb. fati. & in §. de claratites. in verb. iure præuentionis. de manda. Apoſto. etiam ſi in ea adijciatur clauſula generalis, & quouis alio modo vacet, etiam ſi per obitum, vt ſolet poni de ſtylo curiæ Romanæ, teſte Caſſador. in deciſ. 29. ſuper regu. cancellariæ. Plus dicens in ſequenti regula, procedere etiam ſi is, qui habebat beneficium in commendam moreretur, ex mente regulæ. & quia per obitum commendatarij vacat beneficium, cum ſit titulus canonicus, vt ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſ. in amplia. & Gomeſ. hic quæſt. 4.

Nullius roboris, vel momenti ſint.

Et ſic cum penitus nullæ ſint collationes iſtæ præcoces, non proderunt etiam poſt trienniũ; tũ quia nullæ vt hic. & ſic non coloratæ, vt decretum de pacific. poſſeſ. requirit; tum ẽt quia nullum momentum, nec commodum afferre poſſunt, vt hic. vide And. Tiraquel. de his verbis plene ſcribentem. in interpret. l. ſi vnquam, in verb. reuertatur. in num. 81. C. de reuocãd. dona. nec proceſſus in vim taliũ factus valebit, nec fulminatione alia opus eſt, vt not. doc. ĩ cle. 1. de præb. in verb. momẽti.

*Niſi poſt obitum, & ante datam gratiarum huiuſmodi, tantum tempus effluxerit.*

Et ſic cõputatur tempus a die obitus. vnde etiam ſi quis currat habens procuratorium ad reſignandum, computabitur tẽpus a die obitus, per hunc tex. niſi fuerit huic derogatum regulæ. quia in hoc caſu computabitur tempus a die procuratorij; tum quia ad alium modũ vacationis procurator Romam iuerat; tum quia fraus ceſſat, & non datur occaſio mortis captandę. Ad hæc, quia origo prouiſionis aſpicieda eſt. l. 3. C. ad Macedo. & ſic intelligi debet glo. in d. verb. faciendas. §. neq; de colla. in pragm. & ſolent hodie curſores, qui ante diem procuratorij currere cœperant, impetrare beneficium pluribus diebus, & poſtea habebit illam impetrationem, quã voluerit; ſed hoc eſt iniquum. ideo bonum eſſet ſtatuere, ne in vim vnius procuratorij plures valerent prouiſiones; & etiam, quia per procuratoria aliquando poſt decem annos expediuntur; bonum (vtputo) eſſet quod poſt dimidium annum non expedirentur procuratoria ad reſignandum, quia obliuio poſtea præſumitur, quæ ſi non eſſet, procurator ſic cõſtitutus reuocaretur arg. l. peregre. ff. de acquirend. poſſeſ.

Quod interim vacationes ipſæ de locis in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint.

Computabitur ergo tempus ex quo deceſſit; non in quo valetudine prius affectus fuerit, ſi poſtea ambulauerit, vel alio vectus & tranſlatus fuerit, per iſtum tex. Et ſi reperiatur impetratio & obitus eodem die, præſumetur quod mors præceſſit. & ſic valebit impetratio & collatio, quia in dubio illud præſumitur præcedere, quod ad validitatem actus eſt neceſſarium. l. cũ in teſtamento §. hæc verba. ff. de hæredib. inſtit. & ibi Bar. præſumi debet, vt actus potius valeat, quam pereat. l. quoties. ff. de reb. dubijs. hoc expreſſim decidit Caſſador. deciſ. 21. ſuper reg. cancel. Cardinalis rub. de præb. dicens hoc verum dummodo ſit huic regulæ derogatum. Ergo impetranti non incumbit onus probandi, quod mors præceſſerit, teſte Gomeſ. q. 6.

Ad notitiam eiusdem domini nostri verisimiliter potuerit peruenisse.

Certum est, quod si quispromiserit mihi dare Tholosæ centum, inest tempus quo illuc proficisci possim, & antea nō potero illum conuenire. tex. in l. continuus. §. 1. ff de verb. oblig. tex. in l. si peculium. §. idem dicendum. de statu liber. & citatus sine termino, tenetur quam citius potest comparere, reseruato sibi tempore, quo possit proficisci. c. cum parati. de appell. vbi Panor. in vlti. notab.

Et quamuis ante istum regulam collationes factæ a papa vel eius executore de beneficio vacante, licet vacatio ignoraretur, valerent, vt scribit Ioan. Monach. in c. si tibi absenti. de præb. Rota. decis. 172. Nota quod vbi executor in antiq. & idem est dicendum in ordinario, qui poterat conferre beneficium si vacat. glos. in c. 2. de elect. in 6. & Lapus alleg. 6

Tamen hodie istæ collationes sunt nullę, a quocunque factæ fuerint: tum quia hoc est prohibitum per hanc regulam: & concupiscentiam nesciebam peccatū esse, nisi lex prohibuisset. c. nam concupiscentiam. de constitu. idem in ista præcoce collatione: nisi fuisset per hanc regulam prohibita, & sic non est opus ad iura contraria respondere. quæ non habent locū per istam regulam. nam esto quod ordinarius possit conferre si vacat, & papa: tamen illa collatio nō valebit, nisi tm̄ tps effluxerit, quod collationes verisimiliter potuerint peruenisse ad notitiā collatorum: alioqui nunquā papa iure præuentionis conferret. quia singulis diebus ordinarius cōferret singula episcopatus beneficia, si vacarent. & posteaquam audiret mortē alicuius, expediret collationē ab illo die mortis, & infinitæ fraudes ac falsitates, quib⁹ obuiatur per istā regulā, cessarēt. Necesse est igitur vt seruetur ista regula in quocūque collatore. Si velis multa videre de verisimilitudine, lege Andr. Tiraq. in interp. l. si vnquam. in prin. C. de reuo. dona. vbi multa more suo congerit. non tamen loquitur de ista regula, quod miror, cum omnia pene videatur perlegisse.

Et habet locum hæc regula, siue factū fuerit per mare, siue per terram. nam si aliquis diceret se ex Aquismortuis iuisse Romā vno die, non est verisimile. & ideo posset apponi hæc regula, licet aliter fieri debeat computatio per mare, quam per terram, Docto. in l. 1. ff. si quis caut. Scripsi in l. in itinere. ff. de verb. signif.

## REGVLA XXXI.

### De commissionibus.

*Item quod omnes & singulæ causarum commissiones, quas in antea fieri contigerit, obtentę, vel occasione concessionum duntaxat apostolicarū de beneficijs ecclesiasticis gratiarum super quibus apostolicæ literæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris vel momenti.*

Commissiones causarum a papa factæ super beneficijs per supplicationem, non valent: nisi literæ sint expeditæ. i. bullæ confectæ. nec ēt valebunt processus facti in vim illarū commissionum: quia dicunt signaturam esse gratiā imperfectā, dicam infra, nisi deroget huic rīæ, vel ponatur in signatura, quæ literas tī intra terminum ad articulandum expedire paratus est, tunc poterit experiri: & si pars requirat, expedientur bullæ, teste Staphil. in tract. de literis iustitiæ. fol. 141. & seq. vers. imprimis igitur, & sic valebit ista cōmissio ēt literis non confectis, dūmodo in termino ad articulandum literas expediat secundū eum: vel sumptū bullarū producat. Rota decis. 621. ī antiq & vt papa cogat actorē ad leuandum bullā, solet apponere istam clausulam in d. commissionibus, videlicet quod interim beneficium ipsū, etiā quoad effectū regulæ de subrogādis, minime censeatur litigiosum: alias nō dabitur cōmissio in materia beneficiali, literis nō confectis. & solet apponi etiam ad tollēdas fraudes impetrantiū beneficia per alios possessa, ratione senectutis, forte vt gaudeant beneficio regulæ de subrogandis post senis mortē, cui obuiat ista regula: licet alias regulariter post cessationē executam, res dicatur litigiosa. clē. fin. vt lit. pend. Panorm. & alij in c. gratum. de offi. deleg. Tamē nō hic ratione huius clausulæ: dicitur tamen beneficiū litigiosum quoad actores impetrantes commissionem. tam quoad regulā de subrogandis, arg. eorum quæ Aegidius scribit decis. 380. Si faciens cōmitti. & de

cis.

cis. 545. Si pendente. q̃ etiam, vt actor ius ſuum cedere nõ poſſit ẽt ante dictum terminum ad articulandũ: alias diceretur lite pend. cedere. & ſic poſſet reuocari, per clem. 1. vt lit. pendẽ. deciſ. Rotæ 411. lite penden. in no. quia litis pendentia bñ inducitur in præiudiciũ impetrantis, vt ſcribit Lud. Rom. cõſ. 330. circa primũ. col. 1. cum clem. vt lite pendẽ. plene Gomeſ. in compendio vtriuſq; ſignaturæ. nu. 63. & 64. de quo ſcripſi in commen. regulæ de idiomate. vt ad notitiam citari perueniat & citatio, & ſimulatq; impetratio ad notitiam actoris peruenit. Ergo quoad eum, lis dr̃ pendere, & ẽt res dicetur litigoſa, vt actor teneatur poſtea in reſcriptis de hac litis pendentia facere mentionẽ, alias non proderunt impetranti, nec reo nocebunt. c. cauſam, quæ. 2. de teſtib. & ibi gl. in c. dilectus. vt lit. pend. Feli. in c. ſuper literis. colu. 7. verſ. ſexta regula. de reſcript. Staphil. vt ſupra. fol. 144.

Idem in commiſſario mandati ſeu alterius bullæ. nã iſtæ commiſſiones verbales periculoſæ ſunt: ob id literæ expediri debent quia interdum iudex, qui conceſſit negat ſe conceſſiſſe non ex malitia, ſed ex obliuione. quamobrem commiſſiones verbales, quas iudices faciebant, fuere reprobatæ per Senatum Pariſ. anno 1533. die vero 24. Martij.

Nota diligenter, quod is cui mandatur commiſſio, facit proceſſum fulminatum: nã primo dicit literas papæ ſibi p̃ſentatas fuiſſe integras, non raſas, nec cancellatas, ſed in forma iuris, & iuſtitiæ, quas cum honore & reuerentia, vt decet, recepimus. iuxta c. ſi qñ. de reſcr. quas ad verbum deſcribendas cũ noſtra cõmiſſione curauimus, Paulus &c. Et poſtea iſte commiſſarius concedit literas in vim ſuæ commiſſionis ſi ſit opus.

Hodie in regno Franciæ cauſa vitandi circuitum, niſi cauſæ cognitio requiratur in literis gratiæ, non ſolet fieri proceſſus fulminatus: ſed facta præſentatione literarum gratiæ executor confert, vel facit quod mandatur ei.

Aduertendum eſt quod iſtæ commiſſiones per ſimplicem ſignaturam, abſq; bullarum expeditione conceduntur, & ſecũdum ipſarũ tenores & formas iudicare debent commiſſarij. nec regiſtrãtur iſtę ſupplicationes iuſtitiæ, ſicut ſupplicationes gr̃am continentes, quia non pręſumitur falſitas in iſtis, ſicut in alijs. c. pen. de crimi. falſi. vnde ſumptũ de regiſtro ſupplicationũ, ſignatura dñi Papæ, in iudicio non facit fidẽ: ſecus ſi de regiſtro bullarũ extrahat. & ita tenet curia Rom. vt teſtant̃ do. de Rota deciſ 621. Nota ſumptũ in antiq.

Mente tenendum eſt, quod vna commiſſio non datur ad duo bñficia aduerſus poſſeſſa, ſecus cõtra vnũ, ſi expreſſa ſint in ſupplicatione; quia hoc caſu vna gratia cẽſetur eſſe, ſecus in alio. arg. l. ſcire. ff. de verb. obli. Bar. in l. Aurelius. §. idem quę-ſijt, de libera, lega. nec etiam dr̃ commiſſio, vel literæ regię ad cauſas motas & in futurum mouẽdas per c. ad hæc. de reſcr.

Item nõ datur a papa commiſſio, & data nõ prodeſſet, vt proceſſus factus abſente parte, & non citata validus ſiat, & cõfirmetur; quia defectus citationis non ſolet ſanari ẽt refectis expenſis a parte, nec cõfirmari poteſt a principe, cum dicatur de iure diuino nullus. cle. paſtoralis de re iudica. quia contra partem inauditam nihil facere poteſt papa. c. 1. de cã poſſe. Si tamen fuerit facta citatio, & non fuerit ſeruata forma, tunc poteſt confirmari per literas. clem. cauſam. in fi. de electionib. Romanus conſ. 360. circa. & conſ. 410. vt clarior. Rota. deciſ. 271. Si de mãdato. in no.

Præterea defectus mandati, non ſolet per literas confirmari: vnde ſi quis impetret literas Regias, vt defectu mandati non obſtante valeat proceſſus, non verificabuntur nec interinabuntur: quia proceſſus eſt nullus; l. licet. & ibi doct. C. de procura. & c. in noſtra. illo titu.

Item proceſſus factus a procuratore reuocato, non ſolet confirmari per literas, quia eſt nullus, cum ſit factus contra voluntatem domini. c. ex parte decani iuncta glo. de reſcrip. & iudex ex officio poteſt compellere procuratorem, vt exhibeat mandatum ne laboret in vanum. gloſſ. in verb. abſenti c. 1. de elect. in 6. Ludo. Roma. conſil 60. & conſ. 170. ſciebant.

Item per literas non ſolet infirmari cõtractus vtriuſq; partis conſenſu factus. l. 1. & 2. C. qñ liceat ab emptio. diſcendere.

Nec confirmari factus ab eo, qui conſenſum non habebat, vtpote a furioſo, vel pupillo: quia conſenſus eſt de iure naturali. Ideo papa defectum conſenſus ſupplere nõ poteſt. multo minus alius princeps, teſte Ioan. And. & Panor. in c. per venerabilem. qui filij ſint legitimi.

Præterea defectus iuriſdictionis non ſolet per literas ſanari, nec confirmari. quia

proceſſus eſt nullus, ac omnia inde ſecuta non ſolum ex defectu conſenſus: ſed etiã propter ſolennitatis defectum, quæ non potuit corã iudice alio interuenire, vt docet Panor. in c. ſignificaſti. col. pen. de for. compe. & hic defectus iuriſdictionis ſemper allegari poteſt, etiam poſt tres ſnias conformes glo. ſingul. in clement. vna. in glo. vlti. de ſequeſt. poſſeſ. & fructuum. Gomeſ. in compend. vtriuſque ſignaturæ. num. 74. & ſequent.

Ad hæc nõ ſanatur per has commiſſiones defectus ex via iniuſtitiæ. Panorm. in c. 4. in fi. de re iudic. niſi ſententia fuerit nulla ex defectu ordinis, ſeu ſolennitatis poſitæ in l. prolatam. C. de ſentẽt. & inter locu. omn. iud. & hoc refectis expẽſis. quia iſta ſolennitas eſt iuris poſitiui, quam papa ſupplere poteſt, cum ſit ſuper ius. cap. propoſuit. de conceſ. præbend. l. princeps, ff. de legibus.

Nota bonum verbum, quod in his commiſſionibus, & alijs literis iuſtitiæ, in dubio non præſumitur papa, vel princeps cõcedere aliquid in præiudicium alterius, nec facere gratiam, niſi aliud exprimat. Hoc docet Staphil. in tract. de literis iuſtitiæ. fol. 150. verſ cõſtat autem quod ſtilus Plus inferens, quod quando vnus petit monitorium dari contra debitorem defuncti cuius ipſe, qui petit eſt creditor, datur: ſed cum clauſula, abſque præiudicio petitoris creditoris, iuxta regul. cap. qui prior. de reg. iur. in 6. & ff. ac C. qui potio. in pign. habeantur.

Adde etiam, quod poſt concluſionem in cauſa non ſolet curia Romana dare cõmiſſionem, niſi concluſioni illi deroget, & hoc propter regulam cancellariæ, hoc diſponentem: niſi aliquid de nouo producat. nam tunc ſi per auditorem admittantur, tacite concluſioni derogatum videtur, quia auditori non obſtit concluſio. Rota deciſ. 5. Si poſt concluſionem. in nouis. gl. in c. cum dilectus, in verb. decennium. de electionibus. Ioannes Staphileus in tractatu de literis iuſtitiæ. fol. 168. verſic. non datur aliqua.

Item licet commiſſiones in curia vbi ſunt conceſſæ, ſint late interpretandæ. Innocen. in c. ſuper literis. de reſcrip. tamen non extenditur ad ea, quę ſunt contra, vel præter intentionem committentis. & ideo commiſſio impetrata contra vnũ eo mortuo, eſt finita: nec poterit conueniri hæres. c. ſignificauit. de reſcrip. & impetrata contra duos reos, mortuo actore, ẽt extincta erit deciſ. Rotæ. 103. Si impetret. i no.

Limita iſtam regulam non procedere in ſpoliato, vt etiam literis non confectis poſſit proſequi cauſam in odium ſpoliantis, & in fauorem ſpoliati. Caſſado. in deciſ. 1. ſuper reg. cancella.

Secundo etiam non procedit, quando fertur abſolutoria contra impetrantem. Caſſo. in 2. deciſ. incipien. Item voluit.

Tertio fallit, quando derogatum eſt huic regulæ. Caſſad. deciſione tertia, ſuper eadem. & ſolet derogari, dummodo expeditio fiat ante terminum ad articulandum. q̃ poſtea præſumitur factum ſi expeditio literarum inueniatur, vt ibidem & deciſ. 4. Innoleuit.

## REGVLA XXXII.

### De impetratione beneficiorum per obitum familiarium Cardinalium vacantium.

*Item voluit quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis.*

Iſta regula indulget Cardinalibus hoc priuilegium quod competit tam Cardinali reſidenti in curia, quam non reſidenti, cum hic loquatur generaliter: tũ reſidẽs in curia hẽt vnum ſpeciale, de quo infra.

Item, iſta regula loquitur quando beneficium vacat per obitum: ſecus ergo ſi vacet der reſignationem, etiã ſi reſignans moriatur intra viginti dies, dũmodo fuerit regulæ derogatum a papa, qui potuit facere ne vacaret per obitum, diſpenſando illi regulæ, vt plene ſcripſi in §. præfati que ordinarij. in glo. vacare de colla. in cõcord & iſtud expreſſim deciſum inuenio per Caſſad. in deciſ. 16. vnus familiaris, rub. de præb habebit tamẽ locum ſi vacet per obitum illius, cui erat ad vitam commendatum, vt idem concludit Caſſador. deciſ. 37. Si familiaris. in eiſdem deciſionib. ſuper reg. Cancella. etiam ſi ille poſt mortem papæ eſſet familiaris Cardinalis. idem Caſſad. deciſ. 23. ibidem.

Teneatur exprimere nomen.

Oportet quod impetrans beneficium per obitum familiaris alicuius Cardinalis vacans, exprimat nomen Cardinalis: ſed an cognomen? Reſpon. non: quia hic non dicitur,

dicitur, nec ſolent Cardinales nomine ꝓprio & cognomine vocari, maxime a papa. Ideo eſt ſolo contentus nomine, cum titulus Cardinalis reddat eum certū, quod ſufficit, vt in l. certum. ff. ſi cert. pet. & quādo nomen proprium ſufficiat vel non, plene ſcribit Paul. Pariſ. in c. auditis. col. 8. & ſeq. de præſcrip.

Et titulum ipſius Cardinalis.

Et ſic ſolet exprimi in literis papæ, Cappellaniam in eccleſia Senonen. quā quondam N. in ipſa perpetuus capellanus, dum viueret obtinebat, per obitum ipſius N qui curialis & dilecti filij noſtri Anthonij tituli ſanctæ Anaſtaſiæ presbyter cardinalis familiaris exiſtens, de ciuitate. &c.

*Et ſi ille in curia fuerit, eius ad id accedat aſſenſus: alias deſuper gratia ſit nulla.*

Vult hic papa collationem beneficii vacantis per obitum familiaris Cardinalis in curia exiſtentis non valere niſi conſenſus Cardinalis ad hoc accedat, magis. n, fauendum eſt his, qui plene laborant: ſicut illi, qui in curia reſiden. Vnde dicit tex. nō ſunt alieni a labore & puluere, qui ſigna noſtra comitantur. l. vna. C. de palati ſacrar. largi. lib. 12. & propter expenſas & onera quæ Cardinales ſubſtinent in eorū familia. Caſſador. deciſ. 37. ſuper reg. cancel. quæ incipit, ſi familiaris. Et quamuis aliqui Cardinales extra curiam valide laborent: tamen non ad vtilitatem publicā: ſed frequenter circa mulieres, & venationes, & ludos. Ideo hoc priuilegium eis nō conceditur.

*Et idem ſeruari voluit etiam ſi dicti familiares, eorundem cardinalium familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum cardinalium familiaritatem ſimilem tranſierint, quo ad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerit, & in quibus priori ipſa familiaritate durante ius eis cōpetierit, ita quod cardinales, quorum prius familiares fuerint, ſuum habeant adhibere conſenſum.*

Et ſic Cardinalium conſenſus requiritur non ſolum quo ad familiares qui moriuntur in eorum ſeruitio, ſed etiam ſi deſierint eſſe familiares dūmodo illa beneficia habuerint durante familiaritate. quia Cardinalis potuit ei cōferre ex ſuo epiſcopatu. Igitur ſi iſte moriatur, habet Cardinalis alteri familiari prouidere. Limita tamen vt ſequitur.

*Ac felicis re. Sixti IIII. Innocentij VIII. & Adrieni VI. Rom. Pontificum prædeceſſorum ſuorum hærendo veſtigijs, declarauit præſentē conſtitutionem locum non habere in illis beneficijs, quæ non ſolum ratione familiaritatis, continuæ commenſalitatis huiuſmodi: ſed etiam ratione officiorum, quæ familiares ipſi tempore obitus eorum in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuiſſēt, diſpoſitioni generaliter reſeruata, vel affecta fuiſſe apparerent.*

Limitatus quod ſupra ſtatutum fuit, videlicet quod conſenſus Cardinalis requiritur, quando Cardinalis eſt in curia, & eius familiaris moriatur: tunc papa non conferet ſine illius conſenſu. Fallit quando illud beneficium eſſet generaliter reſeruatum papæ, vel ratione officij, videlicet ſcriptoris: vel quia eſt maior dignitas in eccleſia Pontificali, tunc Papa ſine alicuius conſenſu conferet: vel quia eſt papæ familiaris, vt ſcribit Caſſado in deciſ. 9. de præbend.

Secundo fallit quando aliquis litigaret cum familiari alicuius Cardinalis: quia tunc petendo ſubrogationem, non tenetur conſeuſum requirere Cardinalis, nec habet locum iſta regula, quæ loquitur in alio caſu, teſte Gomez. in q. 5. ſuper reg. de ſubrogand. collitigantib.

*Necnon illos, quoad effectum dictæ conſtitutionis, familiares eorundem cardinalium cenſeri, qui ipſorū Cardinalium familiares, continui cōmenſales, ad minus per quatuor menſes fuiſſe probarentur. Decernens irritum, &c.*

Hic

Hic traditur maxima declaratio ad omnes regulas, vt illi dicantur familiares qui fuerint per quatuor menſes commen ſales continui. Et commẽſales vocat, qui ſumptibus, & expẽſis Cardinalis in eadẽ domo degunt, quaſi ſimul menſales, & in eadem menſa degentes. & dicuntur conuictores, quia ſimul viuunt, id eſt in eadem domo, licet non in eadem menſa: quia famulus non ſolet in eadem menſa cum domino comedere, ſaltem in Francia.

Et pro hac deciſione facit quod ſcripſi in ſcholaſtic. priuileg. 141. vbi dixi p legẽ regni, ſcholaſticos non poſſe conuenire ſuos debitores in hoc regno Franciæ, niſi ſtuduerint prius per ſex mẽſes. Et continui dicerentur familiares, etiã ſi eſſent in ſtudio, vt probat Calderin. conſ. 8. An ſi legatus. de offic. leg. & plene ſcripſi in 23. priuilegio ſcholaſticorum.

Requiritur tamen quod quatuor menſes ſint completi per illam dictionẽ per, l. vrbana. §. pertractare. ff. de verb. ſignif.

Et poſſunt computari menſes prout in calendario poſiti ſunt. nam Kalendis Ianuarij effectus fuit commenſalis Cardinalis in Calendis Maij, erunt lapſi quatuor menſes, & completi, per gl. in capitu. quã ſic. de elect. in 6 ſcripſi in gloſſ. Concord. in verbo, poſt menſem in forma mandat. apoſtol.

## REGVLA XXXIII.

*Item idem dominus noſter ad euitandum lites & contentiones, quæ ex præcedenti ſua conſtitutione exoriri poſſent, veſtigijs prædeceſſorum ſuorum inhærendo, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod ſi beneficia, quę per obitum familiarium continuorum commenſalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt, ceſſantibus apoſtolicis reſeruationibus, ad alterius Cardinalis collatinem, vel aliam diſpoſitionem pertinere deberent, in dicta præcedenti conſtitutione non comprehendantur, quoad hoc vt in prouiſionibus talium beneficiorum ſuper expeditione literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, conſenſus requiri debeat: ſed beneficia huiuſmodi ad collationem, & quamuis aliam diſpoſitionem Cardinalis ordinarij collatoris, vt præfertur, libere ſpectare cenſeantur, & apud Sedem Apoſtolicam beneficia huiuſmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouiſione huiuſmodi talium beneficiorum, ſuper expeditione literarum illius Cardinalis exigatur conſenſus, ſi in Rom. curia præſens fuerit, ad quem eorundem collatio, vel diſpoſitio, vt prefertur, pertinere deberet.*

Hic traditur altera limitatio ad præcedentem regulã, videlicet quod conſenſus Cardinalis in curia degentis, requiratur in collatione beneficii vacantis per obitũ ſui familiaris, fallit quãdo collatio illius beneficii ſpectaret ad aliũ Cardinalẽ: tũc collatio libere poterit fieri ab illo: nec requiritur conſenſus illius Cardinalis in cuius erat ſeruitio, & familiaritate. quia priuilegiatus Cardinalis non debet vti priuilegio aduerſus alium Cardinalem priuilegiatum. text. vbi Bartol. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſijs.

Inſuper vult hæc regula, quod ſi beneficia familis Cardinalis vacarũt in curia, quod requiratur conſenſus eius, etiamſi a papa conferendum eſſet beneficium, ſi ille Cardinalis præſens ſit in curia, alias ſecus.

## REGVLA XXXIV.

### De ſignatura per fiat.

*Item voluit idem Dominus noſter, quod concurrentibus eadem die ſuper quocunque beneficio per fiat, & conceſſum, ſignaturis: ex eis, per fiat, etiam vt petitur, habens: alteri, per conceſſum etiam motu proprio, habenti preferatur.*

Et ſic eſt caſus in quo plus valet conceſſio ad

sio ad petitionē, quàm motu proprio, qđ est notandum. Et per solam signaturā probari vult hic prælationem. An debeat hic præferri, etiam si ille, qui habet per concessū, acceperit prius possessionē, vel aliā habeat qualitatem? & putarem quod sic: quia hæc signatura per fiat vincit motum propriū, qui est fortis, vt scripsi ī glo. motu proprio, de coll. in cōcorda. fortius vincet signaturam per concessum, etiam post possessionem. ita nunc inueni decisum fuisse Romę in duabus causis. & ita interpretatum, vt refert Cassad. in decis. 14 regula rub. de præbend. Aduertendum est quod Genes. 1. cap. dicitur, fiat lux. & facta est sic fuit verbum Dei, & eius nunc vicarij. Et verba Dei alijs sunt præferenda, vt hic vult Papa, & sunt magis notanda, q̄ aliorum. nam per hoc verbum fiat, statim perficitur gratia. Calder. in c. quisquis de elect. Bal. in l cum apud. C. de communi seruo manu facit tex. in l. ait prōr. §. de in dict. ibi hæc verba fiat, statim & facto suo nocent. ff. ne quid in loco publ. ca. qui bona. 8 sicut. 17. q. 1. & hodie sæpius parlamenta Franciæ solent in supplicationibus uti hoc verbo, fiant. vt sæpius vidi si subiecta materia hoc patiatur, vt fiat præceptum &c. fiant inhibitiones &c.

Sed ista regula videtur omnibus alijs contraria loquentibus de signaturis, quæ volunt non adhibēdam fidem signaturis. ergo non facerent fidem. Respon. facit fidem quo ad bullam, non tamen vt iudicetur ex ea sola, & pro intellectu huius regulæ notanda sunt sequentia.

Primo notandum est, quod Papa maximè solet vti in beneficialibus triplici genere scripturarum. quędam vocatur signatura, altera bulla, altera breue.

Signatura est scriptura in papyro à Papa signata vel eius delegato, absque sigillo, partis supplicationem, Papæque concessionem breui continens.

Primo dico, quod est scriptura. nā omnis supplicatio scripta est, nec posset probare nisi per scripturam. cum ante scripturam non dicatur signatura. quia non est signata, nec signari id, quod non est, potest, arg. l. decem. ff. de verb. obli. Doct. in rub. de constit scripsi in §. 1. in verb. literas. de manda. Apostol. in concord. & sic est vnus casus in quo scriptura requiritur vltra de scriptas per gloss in capitu. 1. de censibus in sexto. licet alias actus tantum valeat sine scriptura, quantum cum scriptura. l. Pactum quod bona fide. C. de pact. fiunt enim scripturæ vt quod actum est per eas facilius probari possit, & sine his quidem valet quod actum est. l. contrahitur. ff de pigno. ratio est quare in gratia requiritur scriptura. Quia est ualde difficile testibus deponere de omnibus quæ cōtinentur in gratia, vt hic docet Cardi. in prœm. cle. §. sanè. q. 5. prout refert Feli. in rub. de cōstit. col. 4. vbi limitat in tribus casibus Primus est in probanda qualitate gratiæ, per tex. in c. auditis de restit in integ. glo sing. in c. duobus. de rescrip. in 6. & in c. si à sede. de præb. ibidē. vbi prioritas per testes probari potest.

Secundus casus, in foro conscīæ potest quis vti gratia etiā sine literis. Abbas in Clem dudum, in fi de sepult post glo. ibi.

Tertius casus est, quando agitur de probando tenore gratię cuius literæ sunt perditę. c. cū olim. de priuile. tex. in l sicut iniquum, vbi Bart C. de fide instr. l. testiū. in fi. C de fide instr. alios casus scripsi in concordat. rit. de mād. apost. §. 1. in verb. lras.

Secūdo dico in papyro descripta, ad differentiam bullæ: quia regulariter supplicationes & signaturæ solēt in papyro describi, non pergameno; sicut bulla, & iste est curiæ Romanæ stylus, qui seruandus est. c. ex literis. de constitu.

Tertiò & à Papa, vel eius delegato signata. qa signatura nō dr, nisi signata sit. ob id enim dicta est, q̄ signetur & subscribatur, & inferius dicetur, & scribo ī l. sub signatum. ff de verb. significa.

Quartò dicitur, absque sigillo, ad differentiam breuis, quia breue decoratur sigillo ex anulo piscatoris, vt inferius dicetur in materia breuis.

Quinto in definitione dicitur, partis supplicationem cōtinens. nam solet pars dicere, beatissime pater, vel pater sancte, cum ecclesia. &c. & solet primo supplicationem suam inferere, & postea Papa solet addere, fiat vt petitur, vel, concessum vt petitur, & postea solent summatim describi omnes clausulæ in bulla ponēdę vt inferius apparebit.

Sexto additum est, Papæq; concessionem continens. ergo necessario signatura debet continere tria, videlicet partis supplicationem, Papæ signum, & concessionem, vel sui delegati aut vicecancellarii, sed cum ipsi nomine Papæ expediant, dicitur Papæ concel. per reg. qui per alium facit, per seipsum facere videtur.

Qua-

Quare vocatur signatura; Respon. quia à Papa, vel eius commissio, signari solet. & dr signatura, quasi signata, id est subscripta, vt in l subsignatũ. ff. de verb. signif. & ibi scripsi. Si ergo recusetur, & non signetur, nõ dicitur signatura. priuatio prę supponit habitum, sicut posito. l. decem ff. de verb. obligat.

Item inferri potest, quod si Papa cõcedat motu proprio, absque partis supplicatione, non poterit dici signatura. quod est verum si nullam narrationem cõtineret, aliàs secus. nam potest esse supplicatio, & tñ papa motu proprio concedat, vt Bald. asserit in c. nisi. col 1. de offic. lega. scripsi in glo. motu proprio, in forma manda. in concorda. & inferius dicetur: sed oportet supplicationem partis præcedere.

Item cum Papa semel signet eã, nõ debet concedit supplicatio duplicata, quia ĩ vtraque requireretur signum Papæ, quod non solet poni nisi in vna, & hæc seruari tempore Papæ Pauli III. in curia Romana solebat.

Item signatura falsa, non signata ab eo qui debeat signare: sed ab alio, nõ meret dici signatura. quia denarius falsus, denarius nõ est. gloss in l. omnes. C. de hęretic. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio.

Quęro, an soli signaturæ credatur? Breui respon. quod non, vt statuitur in reg. 25. cancel.

Quia quẽadmodũ imbreuiatura notarij non redacta in formã instrumenti nõ facit fidem, quoſque fuerit de iudicis mãdato in mundum & ad longum redacta. l. cõtractus. & ibi Paul. C. de fide instru. vbi plus dicit, quod si pars primo producat protocollũ, vel imbreuiaturã, non sufficit ad faciendam fidem, quia non est scriptura munda, nec extensa, sed requiritur vltima scriptura expensa qua in actus ad longum deducitur. sic põt dici de signatura & bulla, vt primo bulla sit ꝓducenda. etsi de ea dubitetur, ad signaturã, ex qua extract. est, tanquã ad protocollum recurramus.

Primo fallit quando fuerit approbata per librum regiſtri signaturarum. qa tunc facit plenam fidem sicut notarij protocollũ. tex. in authen. de tabellio. §. finali colla. 4. & tũc habebo sumptũ, & valebit quo ad probationem. nam ex stilo. curię Rom. gratiæ Papę possunt ex regiſtro sũmi, & aliter probari, quàm ꝑ literas bullatas, vt habet in proœ sexti decret. & hoc expresſim docet autho. Butri. in consil. 46. visis literis, col. 2. & isti regiſtro ex stilo curiæ Ro. nil addi debet: & hoc etiam voluit darius Papę Pauli III. nec dies in eo scriptus mutari.

Secũdo restringe qñ alio mõ fuerit approbata & alijs adminiculis fulcita. vt pote per mẽsularios expertos. q depoſuerũt eã bonam & secundũ stilum curiæ Rom. factam. arg. l. instrumentũ. C. de probatio. vbi credit scripturæ priuatæ si iuuetur alijs adminiculis, & multo fortius signaturæ. Practica ergo est ĩ Francia, qđ si non possim obtinere bullã obstãtẽ legitimo impedimẽto, impetrem literas regias, per quas impedimentum narrẽ. & petam mihi concedi, vt liceat approbare ꝑ expertes dictã signaturam, & verificare, & concedi solent, obstante & constante impedimento.

Tertio fallit quoad conficiendũ bullã. nam tunc signaturæ creditur, ad hoc vt bulla ex hac conficiatur: sicut ex protocollo notarij instrumentum conficitur, aliàs bulla confici nõ posset. nam Romæ abbreuiator solet signaturam ad verbũ describere in vno libro, & si de ea dubitetur, ad illum librum recurremus, tanq̃. ad originale, vt firmat Anto. de Butrio. consi. 2. visis. col. 1. vbi dicit. quod qñ aliter sũpta est minuta per vicecancellarium, & magis stricta, vel largè quàm fuerat a papa cõcessa, tunc recurreddum est ad originale, per c. quoniam contra. de proba. idem repetit. consil. 49. visis literis. Et per hoc fuit iudicatum in hoc senatu pro signatura contra bullam. Nam in signatura erat concessio bñficij, prouiſo, quod nõ esset de collatione episcopi pictauien. expedita erat bulla sine illa clausula, sed ꝑducta fuit signatura continens istam clausulam, prouiſo ꝙ nõ esset &c. & probatum, beneficium esse de collatione episcopi pictauiensis. certe fuit iudicatum pro signatura, vt nõ valeat collatio, licet in bulla nihil diceretur. qa signaturæ statur quoad cõtẽpta ĩ ea: & plus quoad hoc q̃ bullæ, vt prædixi. nam signatura quoad se est gratia papæ perfecta, vt est text. in c. Institutionis. 25. q. 2. Rota decis. 872. nota quod vbi gratia. in antlq.

Quarto tempera, consentientibus partibus: nam si velint quod ex sola signatura pensio debeatur, exigi poterit, vt scripsi ĩ tract. de pacis. possess. nu. 137. quia quilibet potest renunciare priuilegio in fauorem suum introducto l. pen. C. de pact.

Quamuis prob. in ca. tibi qui. in addi. ad 10. Monach. nu. 13. de rescr. teneat cõtra-

trarium, dicens esse scripturam priuatam, ideo non facere fidem nisi in cancellaria, vt super ea sumatur p officiales curiæ forma. quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse. Absurdum enim foret si hoc esset per partes remissibile .l. nemo .ff. de leg. 1. allegat. simile de excommunicatione. sicut enim excommunicatio partium conuentione tolli non potest, nisi absolutio sequatur. ca. cum desideres. de sentent. excõ. Io. Mona. in c. quicunque. col 2. illo tit. in 6. hæc Philip. Probus in d. c. tibi.

Ego uerò dico si partes uelint stare signaturæ, quod ei stetur. nam cum partes sunt concordes, quid ad iudicem? Quid. n. aliud agit prętor, quàm vt controuersiam dirimat? l. 1. § inde. ff. de noui oper. nunc. & iudex nõ supplet in his, quæ facti sunt. l. vna. C. vt quę desunt aduoca. & istud est introductum in merum fauorem partiũ, & principaliter. ergo illi fauori renunciare possunt. l. pen. C. de pact.

Item probatio imperfecta, potest reddi de consensu partium perfecta. l. fi. C. de testibus. & uni testi. credi, licèt aliàs non. l. Theopompus. vbi plene Barto. ff. de dote præleg. Feli. & alij in c. veniens. de testib. etiam sine iuramento. gl in l 1. ff. de ferijs.

Imo possunt facere partes, vt dicto alterius partis credatur super damnis & interesse, vt Bar. firmat in l fi. ff. de pręto. stipula. & in l. iusiurandum quod ex conuentione. in princ. ff. de iureiur. sequitur Ias. in repet. l admonendi, col. 90. nu. 200. ff il lo ti. Et testi ẽt infami, auth. si quis testib. C. de testib. facit gl. sing. in auth. de testib. § & licet. in gl. & supplicijs. vbi multi addidi colla. 7. Doct. in ca. causam. de testib.

Et signatura nõ dicitur scriptura priuata, quia est facta, secundum eum, per officiales curiæ. ergo non est priuata, sed publica. Et si priuata esset, non signaret eam Papa, & signando videtur tacite mandare vt literę fiant secũdum signaturam. nam postea cancellarius scribit, per quem debeat fieri minuta postea ingrossanda, vt docet Nico. Milius in repet. in verb. gratia Apostolica q. 36. Et quamuis esset scriptura priuata: tamen ex conuentione partium faceret fidem inter partes, vt plenè probat Ias. in d. l. Admonendi. col. 40. nu. 101. cũ seq. ff. de iureiur. reprobando Inno. & alios contrarium tenentes.

Nec refragatur d. l. nemo potest. quia intelligi debet de legibus introducẽtibus solennitatem, vel ius publicum, q̃ per partes non possit renunciari, secus si ius introducat aliquid in fauorem partium, tunc partes renunciare poterunt: nec obest allegatio facta de excõicatio, qa excõicatio non est in fauorem partium introducta, cum sit medicinalis. c. 1. de sent excomm. in 6. igitur partes hoc non possunt. secu in signatura vt possunt illi credere.

Quinto fallit vt probet contra supplicationem, qui eam dedit, ad hoc vt probetur, qđ beneficium viuentis. impetrauit, & ita seruat Rota, vt docet Do. Gomes. in q. 5. in cõmenta. suis super r̃am de impetra. beneficij viuentis. & per hoc tex. in l. cum precium. C. de libera causa. vbi statur cõfessioni supplicantis in eius præiudiciũ.

Sexto etiam si mea signatura per fiat si gnata sit: & tua per cõcessum, ego prę ferri debeo. & illi signaturæ statur. regula 31. cancella. vbi abunde scribitur.

Septimo si petatur aliquem in religiosum recipi, ac sibi de quouis ecclesiastico beneficio prouideri, per simplicẽ signaturã fiet receptio, vt patet in regula cancel. 65.

Notandum est, quod concessio facta a Papa in signatura, intelligitur ꝟm partis supplicationem. c. inter dilectos. § ceterũ. de fide instrum. l. si defensor. 5. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. pulchrè Dec. consil. 33. viso puncto, col. 1. & consil. 373. viso cons. col. 3. nu. 11. verfic. secundo prę suponendũ & Socin. cons. 112. viso proces su col. pen & vlt. in 4 vol. Et qñ supplicatio est certa & limitata, & responsio ambigua, responsio & cõcessio declaratur & intelligitur secũdum supplicationem. Bar. in l. si quis intentione. in fin. ff. de iudicijs. Ex quo infertur, quod si quis petat absolui à duabus excommunicationibus, & Papa dicat, fiat vt petitur, vt ab illis duabus absoluere. secus si vna tantum fuerit expressa. arg. c. sedes. de rescrip Pãor. in c. cũ pro causa. in glo. vlt. de senten excom.

Item si in signatura petatur, quod qualitas beneficij habeatur pro expressa, vel aliud: & Papa signet, fiat vt petitur, valebit grãtia, ac si qualitas expressa esset, vel aliud exprimendum. Anto. de Butr. consil. 2. visis literis. col 1. quem refert & sequitur Felin. in c. super literis. colum. 6. regula 4. nu. 9. de rescrip.

Et si pars narret beneficium vacasse certo tempore, & petat sibi conferri, si Papa dicat, fiat præsumitur facta concessio cum eodem tempore, per tex. in argu. in l. quę ro. §. fi. de ædilit. edict. Bal. in l. 1. col. pen. nu. 13.

num. 13. C. de ædilit. actio. sic consuluit Socin. consil. 103. in casu. col. pen. in 3. vol.

Et si quis porrigat principi supplicationem multa petendo, si princeps simpliciter scribat, omnia cõcedere videtur, vt cõsuluit Rom. consil. 80. cõfirmanda. Idẽ videtur decidere in simili casu Alex. consil. 84 in causa vertente. num. 4. col. vlt. in 1. volu. & consi. 94. in causa. nu 3. in 2. vol. & plura cumulat Hippol. consil. 75. clementissimi. nu. 8. cum seq. sicut quando plures postulant aliquid & papa simpliciter concedit, nempe omnibus cõcedere videtur. quia non est ratio cur vni plus quam alij concedat. argu. l. cum vnius. in princ. ff. de bonis aucto. iud. possiden.

Fallit quando papa limitasset, vel cancellasset aliquam partem tunc enim concessioni limitatæ stabitur. Panorm. in d. c. inter. col 3. per illum text. vnde quãdo petitio fuit indeterminata, vtpote, quia petijt secum dispensari de non promouendo, & concessio fuit terminata, vtpote de non promouendo ad duos annos, tũc concessio attenditur. Panor. in c. 2. de treuga, & pace. Feli. in d. c. super literis. col. 6. nu. 10. Ias. in l. Gallus. §. Itẽ credendũ. nu. 10. cum seq. col. 3. ff. de libe. & posth. Vnde ét siqs petat dispensationem ad obtinendum præbendam, & dignitatem in eadem ecclesia, etiam electiuam, si papa cancellat illa verba, etiam electiuam, videtur alia concedere, & hoc cancellatum denegare. allegatur l. tribunus. in fi. ff. de milita. testa. hæc nominatim concludunt Do. de Rota decis. 561. Caneellaria in antiq. nã qui vnum negat aliud concedere videtur. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne. de præsumptio. Io de Selua, in tract. de benefi. in 3. par. q. 12. in qualita. 19. nu. 33.

Secundo fallit in his, quæ debent specialiter & expresse concedi. tunc si non sit in signatura expressum, cõcessum nõ censetur: sed neglectũ. quia si papa voluisset, concessisset illud. c. ad audientiam. de deci. vt si petatur qd̃ summarie procedi possit, si papa non dicat, audiat talis, & summarie procedat, non poterit summarie procedere, vt extat decisio Rotæ 379. Nota quod si in commissione, in antiq. quia speciális commissio requiritur. Clem. sæpe. de verb. signifi.

Breue Apostolicũ, est scriptura breuis in modicis cõcessa negotijs, in papyro descripta, & cera rubea, anuloque piscatoris sigillata, ac signo secretarij subscripta. De breui. vide textũ in l. fi. C. de cõueniẽd fisci debit. lib. 10. & l. 5. de apoch. publ. l. vnam. in fi de colleg lib. 11. & l. excellentiam, de erogat. milita. anno lib. 12. l. placet. C. de episc. & cleric. & in feudis. c. 5. in prin. quid sit inuestitura. & §. item si vassallus. si de inuestitura feudi controuers. fuerit. vbi dd̃, breue testatum. Vide Budæum in Annot. in Pandectas, in l. qui leuãdæ ff. ad legem Rhodiã, de iactu. vbi vocat breuiarium: vel vocari breuis, seu breue potest. c. humanæ, in fin. 2. q. 5. Dico, Apostolicũ, ad dd̃iam alterius breuis, de quo inferius. Secũdo dd̃ scriptura, sine qua non dicitur.

Tertio breuis dicitur, quia breuibus verbis fit, teste Baldo in c. 1. de controuersia inuestiturę, vel in breuibus materijs concedi solet, & breui negotium continet, vtpote sine præfationibus: & dicitur in modicis concessa negotijs: quia in arduis bulla vtimur. In papyro descripta, ad differentiam bullæ & confessionalis, quæ in membrano describuntur. Postea dico, cera rubea, ad differentiam alterius gratiæ, quæ cera viridi sigillatur.

Item dicitur anulo piscatoris, ad differentiam aliorum sigillorum. & vocat hoc sigillum anulus piscatoris, quia Diuus Petrus, q piscator erat, hoc sigillo prius vsus est, & sicut sine præfationibus & ampullis, vero vtebatur: ita & nũc põtifices summi, post eum. & Alex. 6. Pontifex id temporis maximus, multum hanc materiam breuiũ ampliauit, & primus secretariorum collegium instituit, teste Gomesio in tractat. breuium. numero 9.

Et quamuis olim non concederentur breuja, nisi in materia iustitiam concernẽte: tamen hodie per breue non solum expediũtur negotia circa iustitiam: sed etiã circa gratiam, teste Gomesio in suo tract. vnde vidi concedi quibusdam bibliopolis per breue, vt liceret typis mandare & imprimere consilia Ias. & alijs oibus a papa prohibebatur ne imprimerent, per decẽ annos, sub pœna excommunicationis, vt licet videre in illis Ias. consil.

Quæro, quæ causę per breue concedantur? Respon. supplicationes siue commissiones de simplici iustitia potest cancellaria sine speciali Papæ commissione concedere. secus in breuibus, quia per breuia cã pendens, in partibus committitur, quam cancellaria non potest committere, vt ét firmat. Aegid. conclu. 46. Dom. Gomes. in tract. breuiũ nu. 8. & seq. vbi breuia æquiparat

parat bullis expeditis per cameram, per ea quæ no. Card Alex. in c. in memoriam. col. pen. 19. dist. & ideo sicut falsa latinitas non vitiat bullam, quæ trãsit per camerã, quia non examinatur per diuersos officiales: ita non vitiat breuia: sicut vitiat bullam, quæ transit per cancellariam. ca. ad audientiam. 1. de rescrip.

Item dispensatio potest fieri per signaturam, & habilitatio: & valet sine literarũ expeditione, cum gratia sit perfecta per fiat, vel concessum. vt consuluit plene Ripa lib. 2. respon. ca. 11. de iure sufficit, nec dr intrusus, qui duo beneficia obtinet cum simplici signatura, si cum simplici signatura sit dispensatus: nec incidit in extrauag. execrabilis. glo. in regula caneell. 53. Scripsi in repe. c. postulastis. in gl. retinere. de cleric. excom. min. vbi in conscientiæ foro, dixi tm prodesse signaturam, quantum bullam, ibi vide. Imo Alex. papa 6. statuit quod non daretur priuatio illius, qui cum sola signatura se intrusit, nec in regno reciperetur. Dispensatio vero & habilitatio non fiunt ex stilo curiæ Roma per breue, & hæc prohibuit Alex. papa VI. qui breuia instituit & ampliauit, vt in suis regulis qui libet videre potest. Aliquando tn ad duos menses, ad duas dignitates in eadẽ ecclesia: & ad quatuor menses ad duos canonicatos & præbendas dispensatur, vt no. Staphil. in eod. tract. vesi. insuper conceditur. Et etiam per breue dispensatur secundum eum cum homicida, & habilitatur.

Item dispensatio de non promouendo per annum ex sola signatura dabitur per breue ad biennium, vt in reg. Papæ Alex. VI. continetur, & prorogatur ad annum etiam per breue, per bullam vero vltra, quantum papa vult & concedit.

Item ad visitandum sanctũ sepulchrũ, quando orator est præsens, cõceditur per solam signaturam: si vero absens, per breue. & hoc statuit papa Alexan. in suis regulis, & quando conceditur religiosis, dicitur. de licentia superioris eorum, ne vagentur. c. si cupis. 16. q. 1.

Item per breue non committuntur appellationes extra vrbem: nisi pro pauperibus & miserabilibus. Aegid. conclu. 44. Allegatio paupertatis. per l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff mandati. vel nisi altera pars habuerit commissionem per breue in partibus, tunc vt æqualitas seruetur inter partes, altera etiam habebit. arg. c. cum debet licere. & c. in iudicijs. de reg. iur. in 6. c. 1. de iudiciis ibidem.

Item conceditur per breue facultas testãdi de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, vsque ad certam summam, modicam tamen: nec est componenda, quia de modicis maxime Romani, & mulieres non curant. l. scio ff. de rest. in integ. Et religiosis. quando hæc facultas datur, statuitur certa summa arbitrio papæ taxanda. & quod de licentia sui superioris testentur. argu cap. cum ad monasterium. de statu monach. cle. religiosus. de procur. Aegid. cõcl. 247. frater. Et quando possit concedere declarat Panor. in c. cũ esses. de test. in reper.

Item licentia vendendi res ecclesiæ, & pecuniam exponendi in euidentem ipius ecclesiæ vtilitatem, solet per breue concedi, quando valor rei alienandæ non excedit centum ducatos, aut annuus census quinque ducatorum, supplicatione intercluſa, teste Staphileo in d. tracta. versicu. datur per breue.

Altare portatile non solet dari per breue, nisi ex singulari gratia nobilibus, aut graduatis, aut alias dignis personis, vt celebrent in oratoriis, uel domibus, arg. tex. in auth. vt in priua. dõ. sacra mysteria nõ fiant, & p̃dicatores, ac minores habẽt priuilegiũ, vt cum altari viatico possint celebrare sine episcopi licẽtia. c. in his de priu.

Item licentia vescendi lacticinijs, ouis, & carnibus, per breue datur, de cõsilio tamen vtriusque medici animæ videlicet, & corporis. gl. & Doct. in c. si. 82. dist. Cor setus in sing. incipien. Caro.

Licentia doctorandi nõ datur extra terras ecclesiæ per breue: in vrbe sic, adhibitis ad hoc duobus, vel tribus doctoribus eiusdem facultatis, teste Staphileo in d. tract. de literis gratiæ rubr. de rescriptis in forma breuium. fol. 190. versi. licentia vbi tenet licentiatos haberi quo ad hæc. pro doctoribus, eo qđ quide proximo sunt cingẽdi, pro cinctis habẽtur. l. penult. ff. de testa. militia, & bonus text. in l. qui pœnæ. ff. de manum. quod non credo verum, per tex. quem allegat in in l. nemini. C. de aduo. diuerso iudicio. ibi doctores. & Bald. in l athletæ. in princ. ff. de excusa. tuto. scripsi in gl. licentiato. §. 1. de colla. in cõcorda.

Ratio est, quia is, qui non est doctor, nõ potest facere doctorem, nec sibi dissimilẽ facere. l. ædiles. §. qui mancipia ff. de ædil. edict. Panor. in cap. cura pastoralis. in fin. de iure patro.

Indultum de fructibus recipiendis, non datur

datur per breue: sed per bullam, si stet in curia Rom vel in altero beneficiorū resideat, seu in studio generali: non tamen cō prehendit hoc indultū, vt quis distributiones quotidianas recipere possit. c. vno, de cleric. non residend. in 6. glos. d. in c. 2. priuileg. in 6. plene scripsi in scholastico priuileg.

Item per breue datur licentia promouendi ad quoscūq; ordines extra Rom. curiam, à quacunque catholico antistite, & gratiam sedis Apostolicæ habente. de quo operentur hæc verba declarant gl. & Doct. in c. veniens. de præscriptio. Solet tamen addi clausula, de licentia sui ordinarij. c. nullus. de parœcijs. & hoc est introductū contra infames, & pessimos, qui communiter consueuerunt fugere loca rationum. cap. cum deputati. de iud. & ad alios ordinarios confugere. ob id scribitur d. clausula, c. 1. & per totum tit. de tempo. ordinan. in 6. sed episcopis, & superioribus in vrbe degentibus solet concedi licentia promouendi sub sola signatura, & quod vno die promoueri possint dominico, vel festo. nam istis episcopis solent deferri. c. 2. de offic. deleg. in 6. c. quia, de senten. excom. eod lib.

Per breue datur facultas & dispensatio alicui promoto ad locū regularem, vt non teneatur suscipere habitum per alios eiusdem ordinis gestari solitum, nec professionem emittere regularē, etiam solet prorogari ad sex alios menses intra tamen tempus primum sex mensium. arg. l. sed si manente. ff. de preca. & sex vltimi cōputantur à fine primi semestris. argu. c. cum ex eo. de elect. in 6. Imo etiam solent eidem literæ concedi, vt extra monasterium possit habitare defecturo ecclesiæ cum cura, vel sine, habita tamen licentia sui superioris. c. 2. de statu mona. Rota. decis. 483. Collatio. in no.

Etiam per breue, regulari certum ordinē professo, datur licentia manēdi in alio ordine ad quem sine licētia sui superioris cōuolauerat: & committitur absolutio ab apostasia & ab alijs ecclesiasticis censuris, & pœnis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurrerit, & super irregularitate, quam forte contraxit celebrando, dum talibus censuris esset innodatus; non tamen incurrit pœnas. c. 2. ne cleri. vel monach. in 6. Roma. consil. 341. circa primum.

Moniali etiam professæ datur, cum causa, licentia trāseundi ad aliud monasteriū monialium alterius ordinis, cum consensu superiorum, & cū mutatione habitus. not. in c. Deus, qui de vita & honest. cler. quia non congruit rationi, vt homines disparis professionis & habitus, simul in eisdem monasterijs socientur. cle. 1. de elect.

Etiam ex iusta concederetur causa per breue, vt monialis in domo patris, vel fratris, seu matris, extra monasterium quoad vixerit religiōse viuere possit, de licentia tamen suo superioris, & ea durante. c. periculoso. de statu regul. lib. 6. & iusta causa esset, si aliæ alium suscepissent habitum, vel monasterium esset destructum.

Exemptio ab ordinario ex causa per breue dari solet, teste Staphileo in vers. datur id tracta. breuium.

Dispensatur super defectu oculi ad omnes et sacros & presbyteratus ordines, & quod in illis etiā in altaris ministerio ministrare libere & licite valeat, dūmodo in oculo non tāta appareat deformitas quod ex hac possit populo scandalum generari. c. 2. de corpo. vitia. & quando est absens solet committi illius ordinario, vt diligenter aspiciat oculum, & defectum, si est in curia, obstendat referendario, qui postea refert.

Commutandorum legatorum ad piam causam, vt in aliam fiant, per breue facultas datur, alias sine sedis apostolicæ auctoritate non fit. clem. quia contingit. de relig. domi. Aufrer. deci. 1 holos. 26. doct. in c. nos quidem. de testam.

Intellige tamen quando legatum illud erit ad opus certum, tunc non solet commutari, vt volūtas defuncti seruetur; alias secus. l. in conditionibus. ff. de cond. & demon. vltima enim uoluntas debet exequi. l. vel negare. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. cap. vltima voluntas. 13. q. secunda. ex causa tamen solet immutari etiam in rebus certis.

Prorogatio temporis de consecrandis episcopis solet dari per breue ad bienniū, computandum a fine trium mensium datorum de iure. c. cum in cunctis. §. 1. de elect. & hæc prorogatio in Francia dari nō solet episcopis non prouisis nec confirmatis a papa; nec de non promouendo ad sacros ordines, teste Staphil. in tract. de literis gratiæ. in fine, & hæc prorogatio fit aliquando per pœnitentiariū maiorem, quādo ipse primas literas cōcessit; alias nō, teste Gomes. in tract. breuium. nu. 11. & seq.

Vltimo

Vltimò datur per breue diſpenſatio ad omnes ordines & bebeficia, illis, qui olim contraxerunt cum vnica & virgine iam defuncta: ſed cum bigamis nõ ſolet Papa diſpenſare. c. acutius. & c. vlt. 26. diſt põt tamen Papa plenitudine poteſtatis diſpẽſare cum illis. quia eſt maior apoſtolo in poteſtate c. ſacroſancta. 22. diſtinct. Rota deciſ. 447. Quoddam factum, in no. Et ne quis in his breuibus erret, tranſcribo formã, ex qua erit facile dignoſcere breuia, poſtquam dixero quomodo dignoſcatur.

Videndum eſt quomodo cognoſcatur hoc breue ex ſequentibus. Primo ex breuitate cognoſcitur. quia ſine præfationibus, & apparatu fit: bulla verò præfationẽ habet vitæ & morum, & aliæ ferè literæ. Non minus tamẽ dicetur breue, licet multa fuerint verba pro negotij qualitate, ſicut Imperator dicit pauciſſima verba, per vnam vel duas columnas, in l. cum antiquitas. Cod. de vſufruct. Sed quod in breuibus materijs concedatur, & vbi non eſt exponẽda multa pecunia. Et ſic in caſibus cõſcientiæ, & in abſolutionibus dari põt.

Tertiò non ſolet huic breui Papa ſubſcribere, ſicut ſignaturæ, ſed ſecretarius tantum.

Quarto in his ſolet fieri mentio anuli piſcatoris, & nõ in alijs reſcriptis, vt ſuperius ſcripſi, & vt deiceps melius dignoſcatur, formam eius ſubijcio.

Forma breuis eſt talis. Paulus Papa 3 dilecto filio ſalutem & apoſtolicã benedictionem Cupientes commodis tuis quantũ cũ Deo poſſumus paterna benignitate conſentire, tuisque in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi vt ratione decanatus eccleſiæ Pariſ. quem ſicut aſſeris, in dicta eccleſia obtines, aut cuiuſcunque alterius beneficij eccleſiaſtici curati, vel alios ſacros ordines requirentis per te pro tẽpore obtenti, ad aliquem ex ſacris etiam ſubdiaconatus ordinibus ad biennium à data præſentium computandum, vt interim te in diuinis officiis melius inſtruere poſsis, te promoueri facere minime tenearis, nec ad id inuitus à quoquã cõpelli valeas, præſentiũ de ſpeciali gratia indulgemus, prouiſo, &c. Non obſtãtibus, &c. Datum ſub anulo piſcatoris, tertio idus, &c.

Effectus horum breuium apoſtolicorũ eſt, vt tantam vim habeant iure cõfecta, & in illis materijs in quibus conficiuntur reſcripta alia, & aliæ literæ Apoſtolicæ Felin. hic colum. vlti. & incidit in falſum qui hoc breue corrũpit, teneturque pœna, c. ad falſariorum, vt iudicauit Alexan. VI. in Cõſiſtorio, vt refert Gomeſ. in tract. breuium n. 5. vbi dicit, quendam archiepiſcopum ob hoc combuſtum, & falſum in breui Papæ commiſiſſet. Et hoc probatur ratione ſigilli. Nam ſigillum ſcripturam reddit authẽticam. c. tertio loco, vbi doctores, de probat. & c. 2. de fide inſtrum. Et ſic poteſt hoc breue derogare bullæ, ſi vltimò conceſſus fuerit, per c. 1. de cõſtit. in. 6. & probat ſicut aliud reſcriptum.

Aliud eſt breue à notarijs in hoc confectũ regno, & dicit matrix ſcriptura notariorũ, quia breui ſcribitur, & cum clauſula, &c. de qua in l. Gallus. §. idẽ credendum. ff. de liberis & poſthumis ſcripſi in l. cæterorum. de verbo. & rerũ ſign. & Galli vocãt *Breuet*, quæ ſcriptura poteſt poſtea extendi in inſtrumentum authenticum.

Bulla eſt ſcriptura in pergamento deſcripta, & plumbo ex chordis pendente decorata, quæ ſi fuerit gratiæ debet eſſe chorda ſericea. Si verò bulla iuſtitiæ fuerit, cum filo canapis. text. in capitu. licet. & capitul. quam graui. de crimine falſi. gloſ. in extrauagant: ſedes. in verb. iuſtitiam. eod. titu.

Felin. in capitu. poſtulaſti, colum. 3. de reſcri. & ſi filum fuerit in totum ruptum, bulla non probat. gloſ. in capitu. nobiliſſimus. in glo. magna. in ſi. 97. diſtin. quam ſequitur Card. Alex. in ca. in memoriam. col. vlt. 19. diſtinct.

Et dicitur bulla tam in literis iuſtitiæ, capitul præſentium. circa principal. ſibi, ſub bulla noſtra tranſmiſſis, de teſtibus. in ſexto, quàm in literis gratiæ. capitu. licet. & capitu. quam graui. de crimine falſi.

Fiunt etiam hodie quædam ſcripturæ, quæ paruæ datæ vocantur. nam dicam datario, quod beneficium vacat, vt mihi conferat, & ego petam à datario, quod mihi det datam illis diei quo mihi fuit collatum, & ipſe dabit: & poſtea extendetur in ſignaturam, vel bullam. nam ſi dicam aliquem cõſtituiſſe procuratorem ad reſignãdum in fauorem meum ſub ſpe procuratorij mittendi, concedetur mihi parua data, & in his infinitæ cõmittuntur fraudes, quia ſic impetrantur omnia beneficia Romæ. Ideo ſancte fuit ſtatutum per Papam Paulũ III. vt impetrationes & prouiſiones eo die conſenſus computentur, & non ab alio die. ob id Romæ

& prouiſiones eo die conſenſus computentur, & non ab alio die. ob id Romę etiam ſtatutum fuit, vt paruæ datæ poſt menſem non expediantur: etiam bonum eſſet ſtatuere vt poſt ſex menſes procurationes ad reſignandum non expedirentur: quia periculoſæ ſunt. nam interdum quis tradit procuratorium patruo ad reſignandum, quod ipſe cuſtodit in arca: demũ moriatur, & alius inuenit, & reſignat, ac ſibi conferri facit. quod eſt homine bono indignum.

## REGVLA XXXV.

## De impetrando beneficium etiã per annum pacifice poſſeſſum.

*Idem idem dominus noſter.*

Iſta regula eſt vtilis & ſeruatur in Frãcia. vnde impetratio iudicatur ſubreptitia & nulla, ſi nõ exprimantur ſequentia, quę ſunt de forma, propter clauſulam decreti, vt not. Feli. in c. cum dilecta de rescrip. & hoc eſt introductum ratione ſequenti.

*Vt improborum lites exquirentiũ motus reprimantur, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod quinque beneficium eccleſiaſticum.*

Comprehendit officium & dignitatem eccleſiaſticã. gl. in cle. auditor. de reſcri. & ſupra ſcripſi. & ex ratione regulæ comprehendit impetrantem per reſignationem, vel per alium modum vacandi, teſte Caſſado. in deciſ. 15. locum habet, &c. ſuper regul. cancella.

Tunc per annum.

Nota ſequentia requiri antequam hæc regula locum habere poſſit. Primo, quod beneficium fuerit poſſeſſum per annum integrum & completum, nec haberet locũ deciſio huius regulæ ſi poſſeſſum fuiſſet per decem, vel vndecim menſes, cum dimidio: niſi fuerit annus completus. l. 3. §. 1. ff. de minoribus.

Et computatur hic annus a die quo adeptus eſt beneficii poſſeſſionem, & poſtea per annum pacifice poſſedit.

Immediate præcedentem.

Secundo requiritur, quod poſſeſſum fuerit per annũ immediate præcedentem, videlicet impetrationem, vnde ſi nũc poſſederit per ſex menſes, & poſtea alius, demum primus per alios ſexmenſes, non habebit locum hæc regula, per hoc verbum, immediate præcedentem.

Pacifice poſſeſſum.

Tertio requiritur, quod quis pacifice poſſederit, id eſt ſine lite & controuerſia, vt plene ſcribo de hoc verbo. pacifice. in tract. de pacifi. poſſeſſ.

Et quod certo modo vacare prætenditur.

Quarto quod beneficium prætendatur certo modo vacare: alias diceretur beneficium viuentis impetrare, quod eſt prohibitum vt ſupra dixi in regula.

Deinceps impetrauerit.

Quinto requiritur quod illud beneficium impetretur, & cum effectu. l. 1. ff. quod quiſque iuris.

Nomen.

Sexto in impetratione requiritur nomen, & ſic nominis expreſſio illius, qui poſſederat pacifice beneficium per annũ. & quamuis nihil exprimat de cognomine, tamen exprimi debet, vt certus reddatur. l. certum. ff. ſi cert. pet. ſcripſi in §. teneantur. de colla. in concord.

Gradum.

Septimo debet exprimi gradus poſſeſſoris beneficij, ſi quem habeat: alias non vult vt exprimatur. Et ſi beneficium fuerit vnitum, & per annum poſſeſſum, etiam oportet iſta exprimere, & habebit locum iſta regula, vt concludit Caſſado. in deci. 13. vtrum obtinens. ſuper regulis cancel. quia impetranti ſtatuitur hæc regula, nõ poſſeſſori.

Et nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem.

Octauo nobilitas eſt exprimenda poſſeſſoris in hoc caſu, ſi fuerit nobilis: alias ſufficeret exprimere nomen & gradum.

Licet regulariter impetrans beneficiũ, nõ teneatur exprimere nobilitatem, quia nobilitas non eſt cauſa retrahendi concedentem, ſed inducendi. docto. in cap. ad aures. de reſcrip. Ioan. de Selua in tracta. de benef. in 3. parte. q. 12.

Et quot annos ipſe poſſedit.

Nono exprimi debet quot annis poſſederit beneficiũ. quia tres annos papa nollet conferre, ſi cum colorato titulo poſſediſſet, vt in reg. ſeq. non tamẽ haberet locum iſta regula, ſi beneficium hæretici impetraretur, cum ſit ipſo iure priuatus. tex. in c. quo iure. vbi Dom. & Alex. 8. diſ. hoc expreſſe deciſum fuit in Rota, vt refert Caſſad. deciſ. 14. ſuper reg. cancel.

*Ac specificam & determinatam, ex qua clare poterit constare quod nullum ipsi poßessori in beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere.*

Decimo oportet causam exprimere specifice, nó in genere, per quam pateat summo Pontifici, quod possessor nullum ius in beneficio habet, alioqui impetratio nó valet: quia non intendit derogare iuri alterius, vt supra dictum extitit.

Et infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere.

Qui sex menses computantur a die datæ literarum. Fallit tamen si propter bellum non potuisset habere literas, vel alio iusto impedimẽto, vt scripsi in §. 1. in ver. impedimento, de colla. in concord.

Item si infra annum sententiæ diffinitiuæ possessor conuentus cesserit, non habebit locũ hæc regulæ: nec si ante lapsum istorum sex mensium datorum ad faciendũ vocari possessorem, vt cõcludit Cassa. in decis. 16. Idem quod super reg. cancel.

Item istud tempus solet per papã prorogari antequam sit elapsum: quia post lapsum, prorogari non potest. l. sed si manente. ff. de preca. testis est nobis Staphileus in tract. de literis gratiæ. fol. penul.

Causamque extunc desuper, infra annum vsque ad suam diffinitiuam inclusiue, prosequi debeat, & teneatur.

Duodecimo debet prosequi causam vsque ad sententiam diffinitiuam a die citationis per vnum annum nisi steterit per iudicem, vt in l. properandum. in fine. C. de iudic. vel nisi per papam istud tempus prorogatum fuerit vt supra dixi.

Idem si mortuus fuerit impetrãs intra annum: quia subrogato non oberit, cum non steterit per impetrantem, vt concludit Cassador. in deci. super reg. cancel. 17. Quo ad dictam.

Alioqui impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta nullius existant firmitatis.

Ecce hic decretum vt non valeant impetrationes factæ non seruata forma hic posita: nec inde secuta; & hic in 2. instãtia poterit apponi ad annullandum primam sententiam, vt decidit Cassad. in decis. 12 obtinuit super reg cancel.

*Et idem impetrans de damnis & interesse poßessorem prædictum propterea contingentibus, & satisfacere & si possessorem ipsum iniuste frui ole, & indebite molestare repertus extiterit.*

Condemnari ergo debet is, qui ad iudicium vocauit temere, in hac materia beneficiali, in damnis, interesse & expensis, vt hic patet, & rub. de pacifi. possessorib. Quinquaginta florenos auri persoluere.

Et sic patet mulctã apostolicæ cameræ esse soluendam, quod est verum in terris Papæ subiectis quoad temporalem iurisdictionẽ, alias applicaretur illi, qui habet temporalem iurisdictionem in loco.

*Cameræ apostolicæ sit astrictus, nec alius quam præmissus vacationis modus, etiam per literas si neutri, aut subrogationis, vel alias, sibi quoad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur. Illudque nullatenus inantea litigiosum propterea censeatur.*

## REGVLA XXXVI.

*Item statuit & ordinauit idem dominus noster, quod si quis quæcunque ecclesiastica beneficia, qualiacunque sint, absq; simoniaco ingressu, ex quouis titulo, apostolica vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione, & institutione, illorũ ad quos beneficiorum huiusmodi collatio prouisio, electio, & præsentatione, seu quæuis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit, dũmodo in beneficijs huiusmodi (si dispositioni apostolicæ ex reseruatione generali in corpore iuris clausula, reseruata fuerint (se non intruserit, super eisdẽ beneficijs taliter poßessis molestari nequeat: necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ipsis sic poßessis*

*factas irritas & inanes cenſeri debe re decreuit, aliquas lites ſuper illis notas penitus extinguendo.*

Nihil ſcribam hic, quia edidi tracta. de pacific. poſſeſſor. vbi totam huius regulę materiam tradendo, regulam cum viginti ampliationibus, & totidem limitationibus deſcripſi, omnibuſq; palam feci. quāobrem ſi quis abūdantius hanc materiam proſequi velit, ad ibi per me ſcripta recurrat. uide Boer. quæſtio 150. in deciſio. Burdega. idem dicentem.

## REGVLA XXXVII.

### De publicatione reſignationis.

*Item idem dominus noſter ſtatuit, & ordinauit, quod quicunque beneficia eccleſiaſtica.*

Et ſic hæc regula habet locum in beneficijs eccleſiaſticis, de quibus in regula 1. de reg. iur. in 6. & non habet locum in beneficijs temporalibus, videlicet in feudis, licet a papa dentur, de quibus in lib. de feudis & in rubr. de his, qui feudum dare poſſunt. in vſib. feud & hanc differentiam tradit tex. in c. fœlicis de pœnis. in 6. vide Paul. Pariſ. conſ. 39 in 4. volu. Hæc regula fuit recepta & publicata in Senatu Pariſ. anno 1493. die 27. Auguſti.

Ratio huius regulæ eſt, ꝙd morte poſſeſſoris cēſeatur vacare beneficium; quia poſſeſſor cenſetur dominus. l. ſiue poſſidetis. vbi gl. C. de probat. Federic. conſ. 13. colum. 2. per l. fina. C. de rei vend. facit l. 2. C. dd probat Felin. in c. cum venerabilis. poſt Panormit. de exceptio. clem. 1. & ibi Imol. vt lite pendēn.

Item quia hic textus generaliter loquitur, quod quæcunque beneficia eccleſiaſtica, &c. ergo comprehendit dignitates, officia eccleſiaſtica tam regularia, quam ſecularia, & alia quæcunq; beneficia, quæ in titulum conferuntur: non tamen dignitates epiſcopales, cum ſint dignitatū culmina c. penul. de prębend. nec archiepiſcopatus, nec abbatias glo. in capitu. 2. de præben. in 6. vbi multa addidi.

Siue in Romana curia, ſiue extra.

Vnde per hæc verba conticere potes, quod hæc regula habet locum tā in beneficiis reſignatis in curia Romana ꝙ extra vt infra dicetur. Et dicitur in curia Rom. vacare quādo vacat vbi eſt Papa; quia curia Rom. ibi dicitur vbi eſt papa gloſ. & doctor. in cap. 2. de præbend. in 6. vel ſi moriatur in loco proximo non diſtante vltra duas dietas. ca. præſentium. ibid. Et cum iſta regula ſit difficilis propter intricationem textus, & ideo ſic legi debet regula, & intelligi, quod quæcunque beneficia reſignata non per reſignationem, ſed per obitum vacare cenſeantur, collationes quoque de illis tanquam per reſignationem vacantibus factę nullius ſunt roboris, vel momenti: ſi reſignantes illas poſtmodū in poſſeſſione mortui fuerint. Ergo requiruntur multa. Primū quod beneficiū ſit reſignatum in curia, vel extra. Quod reſignātes moriantur in poſſeſſione. Quod publicata non ſit reſignatio intra ſex menſes, ſi in curia ſit facta. Si autē extra curiam expedita fuerit, intra menſem publicari debet. Ergo quando eſt publicata intra tempus ſtatutum, non vacabit per obitum, ſed per reſignationē; ideo collatio per reſignationem valebit.

Quinto quod poſſeſſio petita non fuerit ab his, quos id contingit; alias dicitur collationem per reſignationē valere ſum pro argumento à contrario, quod in iure validiſſimum. l. 1. ff. de offic. eius cui mād. eſt iuriſd. & c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à prælat. Reſignata.

Requiriē ergo in iſta regula, quod beneficium vacet per reſignationē. per hoc verbum reſignationes, & verb reſignantes, infra eo, & ſic non haberet locū quando beneficium vacaret per non promotionem, vel per priuationē, quia cū tex. exprimat vnum vacandi modum, alius nō cōprehēditur. c. ſuſceptum de reſcrip. in 6. c. cum in illis. §. 2. de præb. ibidē. Adde verbum non per reſignationem, ſed per obitū huiuſmodi vacare cenſeātur. & intelligę ſiue ſint reſignata ſimpliciter, ſiue cauſa permutationis, cū ſimpliciter iſte tex. loquatur. & vtraque poteſt dici reſignatio. Sic cōſuluit Roma. conſ. 465. in re præſenti, &c. quāuis dubitet Gomeſ. q. 3. & habet ét locū in reſignatione, ſi reſignans ſibi retinuerit omnes fructus quandiu viueret qđ eſt verum, ſi per reſignatarij manus eos capiebat, vel capere debebat. ſecus ſi ꝓpria auctoritate reſignans deberet eſſe ſemper in poſſeſſione, & denominationem hſe, tunc non haberet locū iſta regula, vt concludit

Gomeſ.

Gomeſ.q.2.nam papa ſic conferendo videtur huic regulæ derogare,quæ eſt cõtraria collationi factæ per Papã, alias impetratio,& papæ prouiſio eſſet nulla, & quia reſignans nõ remaneret in poſſeſſione tituli,ſed ſui iuris tantum, quod ſibi reſeruabit.& ita conſuluit Petr.Paul.Pariſ.cõſ. 39.An regula.in 4. vol. nam poſtquam erat permiſſa perceptio fructuũ,erat permiſſum reſignanti in poſſeſſione manere. & ſic huic regulæ derogare, quo ad hoc papa intẽdebat.arg.l.2.ff.de iuriſdict. omn.iud.

Niſi de illis factæ reſignationes in eadem curia infra ſex menſes.

Intellige quod reſignationes nõ valẽt, niſi publicatæ fuerint intra ſex mẽſes, quãdo in curia facta eſt reſignatio. Ob id ſtatuitur lõgius tẽpus in curia, qua ex omnibus partibus ad eam confluunt homines, etiam ex remotiſſimis regionibus, qui nõ poſſent publicare, nec bullas habere intra tam breue tempus. & facit pro hoc l.quin quaginta.ff.de excuſ.tut.& §. qui autem. illo titul.in Inſtitutio.

Quæro, quid ſi aliquis cõſtituit procuratores ad reſignandũ in fauorẽ Titij,retẽta villæ iuſtitia & tali molẽdino,nõ aliter nec alias papa cõfert non retẽta iuſtitia, vel ſub reſtrictione ſi nõ excedat mediam partẽ,an valeat talis reſignatio? Breui rñdeo,quod ſic.quia hoc relinquitur beneplacito papę,cui nõ placet hoc reſeruare.Ergo pars non poteſt conqueri. quia contractus do vt facias, nõ ligat ſuperiorem in beneficialibus.glo.& docto.in c.cum inter. 1.de elect. qa ſuperior his cõuentionibus non ligatur,ſed poteſt admittere prout ei placet,teſte Archid. in c.2. col. 2. de præ. bend.in 6.nam in omni actu ſemper cenſeturexcepta auctoritasſuperioris.c.venientes.de iureiuran.hoc expreſſe decidit Frãciſ.Marc.in 2. parte,deciſ.Delphi. quæſt. 131.hoc tamen eſſet difficile obtinere.

Fallit ſi intra ſex menſes hoc tempus ad tres menſes prorogatũ fuerit,& hoc ſolet fieri in patria ex obedientiæ cauſa, vel ad longius tempus.argu. c. quia diuerſitatem. de concel.præbend.ll.1.ff. de iure deliberan.quod vix in patria conſuetudinaria ſeruaretur,ſi reſignans moreretur poſt ſex menſes, & intra tempus prorogatum. cum poſtquam iſta regula recepta eſt tanquam lex regni,& ſic publicata,&regiſtrata,& non eius derogatio, ſeu prorogatio, quia per iſtas prorogationes nunquam fieret publicatio:& ſic fraudarentur nominati,graduati,& mandatarij. Ideo non reciperentur.

Si vero extra dictam curiam factæ ſint.

A quocunque, ſiue à legato, archiepiſcopo, vel alio quocunque. quia indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus. ff. de legat.2. etiam ſi ab abbate vel alio inferiore.

Infra menſem.

Sed à quo tempore computabitur iſte menſis, & alij ſuperiores? Reſpondeo in gl. ſequenti. Sed quomodo? Prout eſt in Kalendario, videlicet ſi Kalen. Ianuarij fuerit facta collatio extra curiam. & vſq; ad Kalendas Februarij non fuerit publicata, non valebit prouiſio per reſignationẽ facta,per iſtum tex.glo.in cap. quam ſit. de elect. in 6. ſcripſi abunde in forma manda.apoſtol.in gl.poſt menſem.

Extunc.

Id eſt,infra ſex menſes ſi in curia,vel infra menſem ſi extra curiam.hæc clauſula in gratiæ reſcripto poſita gratiam magis efficacem reddit,teſte Decio conſ 405.videbitur.in princip.

Et computatur iſtud tempus à die datæ ſupplicationis,& non a die præſtiti cõſenſus, vt declarauit idẽ papa Paulus anno 1540.die 14.Auguſti,vt ſequitur.quis contrariũ teneat do.Gomeſ.q.7.vide tex. in l.tali facta ſtipulatione. de iure dotiũ.

## *Sanctiſsimus in Chriſto pater, & dominus Paulus diuina prouidentia Papa tertius.*

Qui in craſtinum aſſumptionis ſuę ad ſummi apoſtolatus apicem, per eius conſtitutiouem ſtatuit, & ordinauit, quod quęcunque beneficia eccleſiaſtica, ſiue in Romana curia, ſiue extra eam reſignata,niſi de illis factæ reſignationes,ſi in eadem curia infra ſex mẽſes,ſi veto extra dictam curiam factæ eſſent, intra mẽſem extunc vbi tunc dicta beneficia conſiſtebant,publicatæ forent, vel poſſeſſio illorũ ab eis,quos id contingebat,petita eſſet, ſi reſignantes, illa poſtmodum in eorũdem reſignatorum beneficiorum poſſeſſione decederent,nõ per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſerentur,collationes quoque & quæuis aliæ diſpoſitiones, nec illis tanquam per reſignationem vacantibus factæ,& inde ſequutæ quęcun

que nullius essent roboris, vel momenti. Et cui innotuit, quod huiusmodi statuto, & ordinatione non obstantibus, plures abusus & fraudes in resignationibus beneficiorum huiusmodi committebantur, volens huiusmodi abusibus & fraudi b⁹obuiare: & ne illorũ prætextu quis iure suo frustretur, prouidere: declarauit, de cętero semestre ac mensem adresignationes publicandum per constitutionem prædictam statutum à die datæ supplicationis, & non à die prętiti consensus currere, & cõputari dſe, irritum, quoq; &c. decreuit.

*Placet publicetur & describatur etc. Lecta, &c. Romę in cancellaria Apostolica, Anno &c. 1540. die verò. sabbati decimaquarta mensis Augusti. Pont. &c. Anno sexto.*

Et sic cum supplicationi data soleat apponi, dies quo papa prouidet. ideo isti mẽses computantur à die prouisionis & collationis, & sic seruatur.

Vbi dicta beneficia consistunt.

Et sic publicatio in loco beneficij fieri debet per hæc verba, tum vt prouisio ordinario collatori sit nota, alias ordinarius posset conferre, & materia litigandi in beneficijs, quę ampla per se est, extenderet.

Tum vt prouisio atque acceptatio notæ, alteri ius in ipso acceptatio beneficio habere manifestent. Rom. cons. 433. Quo ad primum. & vt populus recognoscat suum pastorem quod maxime interest.

Limitatur quando non posset fieri eo loci: vtpote ob periculũ belli, pestis, ob infidias inimicorum, vel aliud iustũ periculum per tex in c. vbi periculum. §. Porro. de elect. lib 6. & c. statuimus. de offic. delega. eod. lib. 6. Cle. causam. de elect. Cle. vna, de foro compe. Cle. vna, de concess. præben. & sic docet Roma. cons. 33. quia sufficit aliquid fieri per æquipollens, quãdo sic nõ potuit impleri pro forma, vt plene Albertus Brunus in tract. de forma & solennitat. actus. rub. de potẽtia & effect. formæ, limita. 33. scribit post Felinum in c. cum dilecta. col. 18. nu. 13. limita. 7. de rescrip. & firmat Cassador. in decis. 1. de dolo. Tenebitur tamen publicare in alio loco, in quo scit parochianos illius beneficij resignati degere, teste Ripa. in tract. de peste in quinta specie pestis in contractibus. Item bonũ esset, quod reuocationes procuratorum ad resignandum insinuarentur & intimarentur ordinario loci ad vitandum fraudes, quę in his fiunt.

Et nota quod tex. iste non dicit, quod intra ecclesiam fiat: sed vbi beneficia cõsistunt, & sic sufficit si fiat extra, in cœmiterio, vel in alio loco beneficij, vt concludit Dom. d. cons. 75 in causa. in fi. & plenius Panor. in cons 99. Illud. col. 2. vbi dicit quod si parochia incluserint ecclesiã, potest capi possessio extra. & in ecclesia dicitur fieri, quando ante eam fit. Clem. causam. in verb. in domo. de elect. debet tamen ibi fieri, quando populus ibi adest, vel in tempore mercati aut missæ, aut prędicationis, vt inferius dicetur.

Publicatæ fuerint.

Publicatæ dicuntur resignationes, quãdo publice factæ sunt, vel nuntiatæ palã & publice in loco beneficij, vtpote in missa parochiali, die dominico, vel festo, vel die mercati, aut nundinarum, & hoc quando est ecclesia parochialis glo. in verb. publice in Cle. 1. de sepul & c. 1. de postula. præla. nam publicare verbum, importat vt publicatio fiat in actibus, in quibus populus loci conuenit. Dominic. dict. cons. 75. in causa. col. 2. probat.

Nec sufficeret coram quatuor testibus accipere possessionem, quia nõ dicitur publicari, nec ob hoc publicare fieri poterit. Nã istis quatuor forte præcipietur, vt rẽ secretam teneant, & tunc diceretur clandestina possessio. not. Bar. in l. in fraudem. in princ. ff. de his, quibus vt indig. glo. in c. 1. de clandesti. despon Dec. in l. quo tutela. §. clem. ff. de regul. iur.

Nec satisfactum esset rationibus regulę, quæ sunt, vt ordinarij collatores sciãt quinam teneant beneficia, & possideant in suo episcopatu, & an sint idonei necne, quia sua interest. c. ordinarij. de offic. ordina in 6. & §. inquirant. de colla. in concorda. & prag. vnde in beneficij simplicibus putarem publicationem esse faciendam episcopo, licet Gomes. q. 9. dicat sufficere, si fiat Romę. quod non putarem satisfactum rationi huius regulæ. nam propter istam publicationem Romæ factam, non tollentur intrusiones: nec ordinarij poterunt scire vacationem, nec collationem. Itẽ expectantes etiam non poterunt scire, nec nominati. aut graduati, nec mãdatarij Apostolici. Ad hæc quia tex. dicit publicationẽ faciendã in loco beneficij: & qñ fieret Romæ, non esset in loco beneficij. Igitur non putarem valere Romæ factam,

ctam, nisi in beneficiis vrbis, nō in alijs.

Alias parū seruiret hæc regula, volēs resignationem publicari: nam de iure testes debent interesse in adeptione possessionis: sicut in alijs actibus, alias non posset probari. cap. 2. & cap. licet. de testib. ergo hæc regula requirens publicationem, aliquid ad ius commune addet. Et quod non dicatur publicatio corā duobus, aut tribus testibus, consuluit Panorm. consil. 99. saluatoris. &c. illud &c. in 1. volu. Dom. dicto consil 75. in causa. colum. 2. hoc approbat D. Arnoldus Ferro. in Comment. ad consuetu. Burdegal. §. vltimo. de subhasta.

Si vero beneficium consistat in ecclesia cathedrali, collegiata, vel cōuentuali, possessio accipi solet in principio missæ maioris, vel fine, aut in vesperis, alias nō dicit publicata, vt vult hęc regula. Et bonū esset quod ista possessio sic capta, registrare tur, & scriberetur per scribam capituli, quod est notandum. Et satis dicitur publi cata resignatio, si quis adeptus sit possessiōem, & ea vtitur, & se notariè gerit pro curato, vel beneficiato: & per equipollens ad impletur mēs regulæ, & ita tenet Gomes. q. 11.

Notandum est etiam, quod si Papa moreretur antequam bullæ potuissent expediri: & postea per longum tempus vacaret sedes, & resignans moritur in possessione, quia sine bullis resignatarius non audet recipere fructus, tunc non vacaret per obitum resignantis, quia per ipsum resignatarium non stat ergo illi non est imputandum. regula in iure ciuili. ff. de reg. iur. Auriolus in addi. ad de Monte laudino, in c. penul. de electione. in 6.

Imo dicit Petr. de Vbalt. in trac. de successio ab intesta. in 2. parte, col. 17. quod si papa moriatur ante, expirat regula. ergo non tenebitur quis eam seruare. Sed ego puto cū ista sit de regiſtratis in curijs parlamentorum regni, non extingui per mortem papæ, eum sit facta lex regni, & fuit regiſtrata in hoc senatu anno 1492. die 27. Augusti, & secundum eam multoties iudicatum, vt patet in præfa. ad rub. de colla. in concorda. folio. 17.

Vel possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita extiterit.

Hic, & in regiſtris curiæ Romanę est alternatiua, ad veritatem cuius sufficit alteram partem esse veram. l. si hæredi plures. ff. de conditio. insti. l. si is, qui. §. vtrū. ff. de reb. dub. c inter cætera s. de rescrip. & hoc firmat Do. Gomes. q. 15.

Sed in regiſtris curiæ Paris. est coniunctiua, & ideo requiritur publicatio nem esse factam, & possessionem captam, alias vacat per obitum: veruntamen in forensi iudicio seruatur quod quomodocunq; resignatio fuerit publicata, & possessio accepta per resignatarium sufficit, quamuis tempus hic præstituatur, quia hoc non seruatur in praxi, dummodo capiat possessionem ante resignantis mortem, Dom. consi. 85. Roma. consilio 337.

Si resignantes ista, postmodum in eorundem resignatorum beneficiorum &c.

Ista dictio, postmodum, denotat vsque ad mortem, videlicet si resignantes post resignationem decesserint in possessione beneficiorum, quæ resignarunt, beneficium vacabit per obitum, & non per resignationem.

Et per istum tex. patet, à contrario sumendo argumentum, quod si resignās moriatur ante mensem, vel ante sex menses in possessione, beneficium nō vacabit per obitum: sed per resignationem, quia hic dicit postmodum, quamuis Auriol. cōtrarium tenuerit in c eam te. nu. 267. de rescrip. nam quod in vno prohibetur, in alio permittitur. c. si de filijs presbytero.

Possessione.

Aliud est possidere, aliud in possessione esse. l. si quis ante. ff. de acquir. possess. nam colonus dicitur esse in possessione, licet non possideat & qui mittuntur in possessionem causa rei seruandæ, dīr esse possessione, quamuis non possideant. per l. 3. §. creditores ff. vti possid. & l. cum legatum. quibus ex causis in posse. eatur. Dec. in c. consultationibus col. 2. de offic. deleg vnde per hoc verbum, si resignās post resignationem semper receperit fructus, & alios actus, sicut verus curatus, fecerit & sic moriatur, dicetur in possessione mori: & beneficium vacabit per obitum, etiā si resignās, tāquam conductor. fructus recipiat: quia ad hoc dr in possessione mori, si sic moriatur: & quia fieret huic regulæ fraus. nam resignatarius permitteret resignantem vti fructibus beneficij sic loçando beneficij fructus: sed ista regula obuiat illis fraudibus, volens vt vacet per obitū. Sic consuluit Corneus cōs. 137. licet multas in 3. volum. alioqui verus rector igno-

raretur, vel duo essent sic vno instanti, beneficij curati & rectores, contra tex. in c. cum nõ ignoræs. de præbend. Et quia non est petita possessio ab hoc resignãte, cum ipse semper fuerit in possessione, ob id si in ea moriatur, erit huic regulæ locus, per tex. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. & maxime hæc probatur fraus, si postea iste resignans fecerit aliquos actus, tanquam curatus, quos non potuisset conductor, vel vicarius facere, & hoc debet maxime considerari.

Imo resignans, qui post resignationem, quam scit expeditam, remanet in detentione beneficij, & capit fructus, non est in conscientia tutus: nec ille in cuius fauorẽ resignauit, si permittat, teste Prouinc. fol. 33. vers. consultus &c. quia resignans per resignationem amisit ius capiẽdi fructus, cum amiserit beneficium & possessionem illius. c. post translationem. §. rursus. de renuncia. c. inter. de præbend. & sic est malæ fidei possessor, qui fructus non facit suos. l. bonæ fidei. ff de acqui. rerum dom. glos. in cap grauis. de restit. spolia.

Et is, cui resignatum fuit, etiam peccat, quando permittit resignãtẽ vti beneficio, cum non sit pastor & verus pastor dimittit oues mercenario, qui non seruit, sicut verus pastor, & hic non seruit, vt tenetur. Et publice vtile est, vt is, qui ius habet in beneficio, illud possideat, & ille qui non habet ius illud, non teneat. argu. c. cũ nobis. de elect. c constitutus. & cap. oblatæ. de appellationib. tum propter hospitalitatem, quã tenebit verus curatus, vt tenetur: non vero eam exercebit mercenarius, cap. de monachis. de præbend. tũ vt oues pastorẽ suum agnoscant, vt est in Euãgelio. quod verum existimarem, quãdo resignans clã fructus acciperet, tunc enim peccaret. Secus si tanquam conductor: quia tunc resignatarius donare videtur, vt potest, dummodo hoc fiat sine conuentione, alias esset simonia, nisi hoc papa approbasset. c. cũ pridem de pactis. c. quã pio. 1. q. 2. nec inuenio prohibitam donationem inter eos: sed hoc casu vacabit beneficiũ per obitum, vt dixi, & fuit pronunciatum arestũ contra eum, pro quo resignatio fuerat admissa: sed ipse non receperat possessionem in vita resignantis, qui vocabatur Martinus Gontard, pro Gilberto de Columbe, die 13. Augusti, anno 1504 & idem arestũ fuit latum pro Domino Hugone Rogier, contra Carton, anno 1508. die 15. Martij. & aliud arestum pronunciatum 7. Septẽbris. 1526 inter magistros Nicolaum Põdeire & Falconem de Cussi ratione præbendæ ecclesiæ Annicienſis.

Item quando resignatarius recepit possessionem, & publicauit: sed tũ resignans est semper in possessione, dico quod per obitum vacat, quia non dicitur accepisse possessionem, quando non durat: nam versum nõ dicitur, quando nõ durat versum. l si pro patre. §. versi. ff de in rẽ verso. tex. & ibi glo. in c. 3. de verb. sig. vbi non videtur fuisse posse. quæ non durauit: sic nec possessio capta, quæ nõ durauit. l. 2. §. fin. quibus ex causis in posse eatur. plene Hip pol. in l. qui falsam. nu. 5. cũ seq. ff. ad leg. Cornel. de fals. facit quod dicunt Doct. in clesi. in princ. de vita & honesta clerico. de eo, qui momento fert vestes bipartitas. vt puniri pœna illius tex non debeat.

Nisi pridie mortis possessionẽ publice acceperit, quia tunc, cum non posset accipere fructus, forte valebit.

Quid si resignatarius die mortis resignantis beneficij possessionem receperit, an valeat? respon. quod nõ, si resignatarius non probet, quod ante mortem acceperit possessionem. l. filio ff. solu. matr. per not. per Bart. l. in nõ solum §. sed vt probari. ff. de no. oper. nuncia. Feli. & Decius in c. in præsentia. no. 12. de proba. & c auditis. de præscrip. Socin. consi. 67. nu 7. in 3. volu.

Primo fallit hæc regula in beneficijs cõsistorialibus, quæ cum in consistorio resignentur, & ipsorum resignatio ibidem recipiatur, latis dicitur publicari argu. l. omnium. C. de testam. Gomes. q. 5. Sed cum non sufficiat sola publicatio, sed possessio adepta, videtur quod in his etiam locũ habeat; quia publicatio ista facta Romæ, nõ sufficit. Nam regula ista dicit publicationem faciendam vbi beneficia consistunt: & sic non Romæ, vt superius dixi.

Secundo si regulæ isti derogatum a papa fuerit, quia habetur ac si non fit: tamẽ in hoc regno hoc esset periculosum: quia recepta & registrata est in parlamentis, & facta est ius Gallorum. Ob id vix ista derogatio reciperetur. Nã si ius ciuile receptũ sit, & canonizatum in iure canonico, licet tollatur ius ciuile, non tamen tolletur in foro canonico, per gl. in l. vna. C. de colla. donatorum lib. 10. Petr. Gerard sing. 28. scripsi in tract. nominat. q. 5. nu. 17.

Tercio non procedit, qñ resignatarius de nouo impetrasset etiam nulliter, quia

non

non vacabat: tamẽ ista noua prouisio supplet omnes diligentias, & æquipollet publicationi: tum quod noua prouisio fit coram papa, ergo coram omnibus. l. omniũ. vbi Iaſ. & alij C. de teſta. Gomeſ. q. 11.

Contrarium teneo ratione fraudis vitãdæ. nam reſignatarii ſemper poſſent ſic impetrare de nouo, & illa impetratio nulla, nullum præbere poteſt effectũ, licet ali quando declaret voluntatem: tñ hoc non ſufficit, nec obſtat quod fiat coram papa, ergo publicata. Hoc eſt falſum, quia iſta regula in reſignatione facta corã papa, requirit etiam publicationem vbi beneficia conſiſtunt: multo fortius in noua prouiſione poſtea facta, alioquin ſemper fieret fraus regulæ, & nũquam eſſet illi locus, vt ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſſo.

Item vult dicere hic Gomeſ quod ſufficit ſi publicatio fiat intra ſex menſes, & poſſeſſio petita ante mortẽ. q. 8 ego vero puto per iſtum text. requiri publicationẽ, & poſſeſſionem eſſe intra ſex mẽſes, ſi reſignans moriatur, ſi vero reſignans nõ moriatur intra ſex menſes, nec intra annum, ſufficiet reſignatario capere poſſeſſionem, & eam publicare ante reſignantis mortẽ, nec iſta duo diuerſo iure cenſeri debent, & ita ſeruatur in Francia: ſed hic ſtatuit ſex menſes, qñ vacauit in curia, eo quod ſi poſtea reſignans moriatur, reſignatarius eſt in culpa, cur nõ accepit poſſeſſionem, & nõ publicauit reſignationẽ: ideo vacabit per obitum. & hoc probat textus, requirẽs regnantem in poſſeſſione decedere, & ſic iſta tria, vt declarat tex. ibi, poſtmodũ, &c.

Quarto fallit, quãdo reſignatarius moreretur ante reſignantem, & non accepta poſſeſſione, tunc beneficium vacabit per mortem ceſſionarij vere, & poterit per illius mortem impetrari: quia hæc regula non vult veram vacationem tollere: ſed nouam fingere vult, & vbicunque veritas adeſt, fictio ceſſat. l. ſi filiusfa ff. ſi certum peta. l. filio. de liber. & poſthu. Item in iſto caſu non eſt opus fictione, cum veritas patens ſit.

Quinto fallit, quando reſignans retineret bullas, & reſignatarius neſciret, ſibi factam eſſe collationẽ; tunc nõ vacabit per mortem. etiamſi per decẽ annos retineret bullas; tũ quod ignoranti nõ currit tẽpus: tum etiam quod ratio huius text. ceſſet. Dom. & Peruſ. in cap. commiſſa. per illum text. in verſ. annus de elect. in 6. Nec poteſt ignoranti fraus adſcribi; ſed quia fieret fraus regulæ. Nam ſic reſignantes retinerẽt ſemper bullas; ob id dicerem, iſtam regulam locum habere.

Sexto non procedit, ſi quis reſignaſſet dignitatem, retento ſibi ſtallo in choro, & loco in capitulo; & ſic mentiatur. Nã cum reſignatarius ſit in poſſeſſione illius dignitatis, non cenſetur reſignans mori in poſſeſſione, niſi in poſſeſſione loci & valli in choro, quæ extinguuntur cum perſona, ſicut canonicatus ad effectum. c. dilecto. de præbend. & ſuperius ſcripſi.

Idem ſi abbas vel alius reſignauerit ſuã abbatiam, & retinuerit ſibi regimen & adminiſtrationem monaſterij, ſi nouus abbas poſt eius mortem veniat, valebit prouiſio prima, nec dicitur mortuus in poſſeſſione, poſtquam ſibi retinuit quo ad hoc iſti regulæ cenſetur derogatum.

Deceſſerit.

Et ſic non habet locũ ſi reſignans poſt ſex menſes ducat vxorem, quia quamuis pene ſepultus ſit, qui habet malam vxorẽ tamen beneficium non cenſebitur vacare per matrimonium, quo ad reſignatarium, etiam ſi is, qui contraxit illud fuerit in poſſeſſione beneficij quouſque vxorem habuerit, quia non dicitur decedere. l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cogantur. nec dicitur obitus, licet beneficia quæ non reſignauit dicantur per contractum matrimonium vacare: vt plene ſcripſi in §. monaſterijs. de nominatio. regia, in gloſſ. vacare. Nec habebit locum in morte ciuili, cum hoc verbum obitus, in eã non verificetur, vt doct. ſcribunt in c. ſuſceptum. de reſcript. in 6 & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu.

Non per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſeatur.

Per fictionem, quæ nõ reciperet probationem in contrarium, per gloſ. in l. conſiciuntur. ff. de iure codicillo. quam ſequitur Barba. in repe. l. cum acutiſſimi. col 3. C. de fideicom. & Felin. in c. quanto col. 2. de præſumpt. & ſic non admitteretur volens probare, quod vacauit per reſignationem, quia iſta fictio pro veritate habetur, & quo ad iuris effectum, & tantum in caſu fictio oneratur, ſicut veritas. Bar. in l. 1. § huc autem ſenatuſconſulto. ff. de ſenatuſcon. Sill. firmat. Caſſad. in deciſ. ſuper reg. cancell. rub. de vnio. deciſ. 2. Ratio huius regulæ eſt, qui poſſeſſor cenſetur dominus

per

per l.fi.C.de rei vendica.l.2.de proba.

Collationes quoque, & quæuis aliæ dispositiones, de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ.

Intellige q̃ collationes, institutiones, & aliæ prouisiones, hic anullãtur, per hoc verbum, quæuis, aliæ dispositiones de qua non pauca scripsi in §. Præfatiq; ordinarij in verbo dispositiones de colla. in concor da & sic comprehẽditur hic commẽdb, vt si forte datum fuerit in commendam, & collatio capitur etiam pro commenda, vt scripsi in §. statutum. 2. de colla. in concor da. & per Gomes q. 4.

Et secũdum istam regulam fuit iudicatum pro Hugone Rogier contra Guillelmum Carton, qui per resignationem beneficium obtinuerat a papa: sed non acceperat prouisionem viuente resignante an no 1508. die 15. Martij: & idẽ anno 1505. die 23. Decembris, inter Martinũ de Rogis, & episcopum Ebrocen. & anno 1526. die 7. Septembris, inter Nicolaum Prudhomme, & Falconem de Cussi.

Et sequutę.

Et sic possessio recepta per resignatariũ non valet, nec potest manuteneri in possessione, cum hic annulletur, & titulus, & inde secuta. s. possessio capta, & alia, videlicet si resignatarius resignanerit alteri, & postea primus resignãs in possessione moriatur, tunc resoluetur ius tam primi resignatarij, quam secundi, per l. lex vectigali ff. de pignorib. & inferius dicam.

Imo ex clausula, quouis modo, non poterit dicere sibi collatũ per obitum: quia ista clausula comprehendit tantum vacationem tempore datæ contingentem, & non futuram, nisi sit in rescripto, si neutri vel nulli. c. susceptum. de rescrip. in 6. Gomes q. 16.

Nullius sint roboris, vel momenti.

Patet quod quando iura requirunt, vt publicatio & notificatio alicuius actꝰ fiat, tunc data est a iure forma, quæ si non seruatur, actus non valet, Clem. causam in fi. de elect. ob id annullantur collationes nõ sic publicatę.

Item non valeret impetratio interim facta de illo beneficio, licet postea resignans moreretur in possessione: tum quia non vacat adhuc: tum etiam quod beneficium quod poterit vacare, non potest interim conferri cap. commissa. de elect. c. si tibi. de præbend. eod. lib. Aegid. Bellamera. decis. 752. Gomes. q. 17.

Quęro, aliquis constituit procuratores ad resignandum coram papa suum beneficium, quod procurator resignauit, & is cum facta est prouisio non accepit possessionem per sex menses, nec alio tempore, demum resignans iterum resignat in vim cuius secundæ resignationis collatum est beneficium secũdo, & is adeptus est possessionem, postea moritur resignans, beneficium cõfertur per mortem, quæritur cui debeatur, & videtur quod illi est collatũ per mortem per istam regulam cancellar. 34. quæ vult vt beneficium censeatur vacare per mortem.

Item per primam resignationem beneficium amiserat resignans. c. in præsentia. de renunc etiam quoad possessionem. glo. assignari. in c. inter. de præbend. nam renunciatio beneficii inducit renunciationem etiam possessionis, quæ animo amittitur. Innoc. in c. super hoc. de renunc. Panor. & Imol. in c. solic tæ. de rest. spol. Calder. cons. 4. rub. de renunc. ergo non poterat iterum resignare, alioqui præberetur materia calumniãdi, & sic faciendi plures resignationes, quod non est permittendũ.

Item ille, qui secũdo resignat, nihil facit. tamen crimine stelliontatus puniri debet. per glo. fi. in c. nulli de reb. eccle. non alien. vt dicit Berberius in viato suo rub. de crimine stelliona. in fi.

Item dolus resignantis prodesset illi secundo resignando, & quando secunda resignatio valeret posset resignãs sẽper fraudare primum, quod non est dicendũ, imo illusio & variatio est in clericis maxime prohibita. Clem. vna. de renuncia. vnde si is, qui resignauit remaneat in possessione de facto post resignationem, tenebitur ad restituendum fructus, quos percepit a die sibi intimatæ bullæ resignationis, seu collationis. quia ante bonã fidem habere poterat, quod superior noluisset admittere. Rota decisio. 158 licet reus. in no.

Item si beneficium cõferatur vni, & postea alij, & isti secundo tradatur possessio: tamẽ præfertur primus per c. eapitulum de rescrip & c. tibi. & c. duobus. de rescri. in 6. nec habet locum in beneficialibus. l. quotiens. C. de rei vendic. vt asserit Iaf. in d. l. quoties. col. 4. quia in beneficialibus nõ requiritur traditio, vel quasi, vt acquiratur ius in beneficio. c. si tibi absenti. de præbend. in 6. Dy. in regula, qui prior. de regu. iur. in 6. Igitur postquam valebat 1. resi-

reſignatio Aſque ad mortem, ergo ſecũda valere non potuit. nec refragatur q̃ ſecũda collatio præferri debet primæ. c. illud. & c. ſuggeſtum. de patro. quia hoc eſt ibi, quia prima non fuit iure facta: ſed in iſto caſu ſecus, & non minus cenſetur iure facta, licet primus reſignans non adipiſcatur poſſeſsionem in vita reſignantis, quia hoc potuit facere ſemper: ſi non fecit, vacauit per obitum. & in dubio præſumitur renunciatio iure facta. ca. Gonſaldus. 17. q. 2. is autem qui dicit eam non legitimã, probare habet c. cum dilectus. de ſucceſſio. ab inteſta. nec obeſt quod non eſt mortuus in poſſeſsione. reſpon. contrarium eſſe verum: quia ſecundus reſignatarius no mine primi reſignãtis erat in poſſeſsione, & ſic videtur in reſignans primus in poſſeſſione deceſsiſſe.

Item ſi reſignatarios ante ſex menſes reſignauerit alteri, & poſtea primus moriatur non facta publicatione. & poſt ſex menſes putarem ſecundi reſignatarij ius reſolui, & extingui; ſicut ius primi extinguitur per hanc regulã. quia quod in vno ſtatuitur, & in duobus habet iocum. l. ſingularia. ff. ſi certum peta. & reſolutio iure primi reſignantis reſoluitur ius ſecundi. l. lex vectigali. ff. de pign. Ad hæc, quia prouiſio vltimi eſt ſubreptitia, quia ſi primus reſignans expreſsiſset papæ poſſeſsionem nõ captam, nec reſignationem publicatã, forte non contuliſſet, vel non ita de leui. c. poſtulaſtis. de reſcrip. quamuis Do. Gomeſ hic in 1 q. tenuerit contrarium dicẽs ſe iudicaſſe; tamen iudicauit contra hanc regulã ibi, & inde ſecuta. Nec refragatur q̃ de prima reſignatione debeat intelligi ſecundum eum, per l. boues. § hoc ſermone. ff. de verbo. ſign. quia hoc non procedit in hoc caſu. Nec obſtat q̃ ſuperior conſentit iſti ſecundæ reſignat. oni, & quando dominus conſentit, tunc non habet locum l. lex vectigali. Guido papæ in deci. Delph. q. 575. Emphiteota. Hoc. n. verum eſt, q̃ dominus ſciens cõſentit; ſecus ſi ignorãs; nec ignorans iuri ſuo præiudicat, nec renũciat. l. mater. ff. de inoffi. teſt. Vnde ſi in ſecunda reſignatione eſſent omnia narrata, & papa huic derogando regulæ conferret ſecundo, tunc crederem opinionẽ Gomeſ. procedere, alias non. papa enim non videtur velle plus iuris conferre, quam reſignaus haberet, nec huic regulę derogare, niſi hoc expreſſe dicat: vel niſi ſecũdus reſignatarius poſſeſsionẽ intra ſex menſes recepiſſet, minus valet collatio facta ad reſignationẽ illius qui reſignauit primum beneficium per alium impetratum, quod per adeptionem ſecundi vacabit.

Item regula cancellat, anullat reſignationes & collationes, ergo primam & ſecundam, & quotquot factæ ſint.

Item poterat primus accipere poſſeſsionem quandiu viuebat reſignans, ergo poterat excludere ſecundum. Nec facit ſecunda reſignatio, quod non vacauerit per mortem, & ſic nec recredentia, nec poſſeſſorium debet iſti habenti ſecundam reſignationem, adiudicari, quia omnia hic annullantur.

Item non valet ſecunda collatio ratione ſubreptionis, & fraudulentæ reſignationis. Oldra conſ. 324. factum. col. 3. ſcripſi in glo. vacãtia. de colla. in §. volumus. quia papa ius tertij non intendit tollere; & ſi papa primam reſignationem factam ſciuiſſet, iſti ſecundo non contuliſſet. ob id ſecunda collatio eſt nulla.

Imo pulchre ſcribit Gomeſ. in Commentar. ad regul. de infirmis reſignantib. q. 40. quod ſi infirmus per procuratorem reſignauerit in curia, & poſtea iterum in fauorem alterius, cum derogatione illius regulæ ſecundo confertur beneficium, & infirmus moritur intra viginti dies, adhuc vacabit per obitum, & ſecunda renunciatio, quæ eſt nulla, non facit quo minus vacet per obitum. ſic & hic dicemus.

Præterea collatio facta per vicarium etiam reuocatum antequam reuocationẽ ſciuerit, valet. l ſi forte. ff. de offi. præſid. quem ſingularem dicit Rom. ſing. 57. & Iaſon in l more. col 3. nu. 8. ff. de iuriſd. om. iudicum & Dec. conſil. 295.

Nec me mouet glo & ibi Doct. in c. ex tenore. & c. in noſtra, de reſcrip & quod no Oldra. conſil. 299. quidam Hugo. vbi cõcluditur quod prima electio, ſeu prouiſio quæ eſt inutilis, nõ præſtat impedimẽtum. Nec literæ primæ vllum dant impedimentum ſecundis validis. Reſpon. verũ eſſe, ſed hoc caſu prima prouiſio facta erat valida, & ſic ſecunda valere non poterat.

Item quęro, an valeat collatio facta à cãcellaria poſt reuocationẽ procuratoris intimatè cameræ? breui reſpon. quod ſic. per tex. in Clem. vna de renuncia. vbi reſignatio facta poſt reuocationem non intimatam procuratori, vel illi in cuius manibus ceſsio eſt faciẽda, valet & dicit ibi gl. in verb. faciẽda in hæc verba quod quando man-

do mandatum est generale ad cedendum in manibus eius, qui recipere possit, non potest iuuare notificatio; nisi sit facta illi, qui recipit; & imputet sibi, qui debuit omnibus intimare, vel saltem procuratori. Idem tenent Bonifacius & alij in d. clem. vnic. & sic consului & obtinui in magno cons. pro Guil. Fabr. contra de Comb.

Item reuocatio eo loco fieri debet vbi negocium exercetur, alioqui non valet. l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. act. sed camera est diuersum tribunal à cancellaria, & separatim, & separata loca, & officiales habent separatos & diuersos. ergo notitia facta in vno loco non ligat in alio.

Ad hæc paria sunt munus plene intimare, & non legitime intimare. l. veluti, ibi, vel minus plene editum. ff. de edendo. & l. quoties, qui satisdare cogantur. & ibi multa doct. citant. & sic intimatio illa omni carebit iuris effectu, clemen. causam. in fine, de electione.

Præterea dubitatur, an valeat collatio facta à cancellaria, si appareat eo die reuocationem esse factam in eadem cancellaria, vel consensum a procuratore præstitũ respon. sic per tex. in d. clem. vna. de renuncia. vbi prouisio valet facta ad resignationem procuratoris, antequam peruenerit ad notitiam illius, vel eius in cuius manibus facienda erat cessio; sed non apparet hic, quod fuerit facta notificatio reuocationis ante prouisionem. nam potuit esse postea. ideo is, qui dicit reuocationem antea factam, oportet quod probet; allegans enim tempus illud, probare debet. l. eum actum. ff. de nego. gest. plene scripsi in tracta. nominatio. q. 14. nu. 11. & seq. si autẽ resignates post admissionem resignationis factam a Papa, possent ab ea discedere, frequenter illuderetur papa, cuius iudicium ab eorum pendere arbitrio videretur. c. bonæ 2. circa finem. de postul. prælat. & qui dicit aliquid reuocatum, debet hoc probare. l. cum tacitum ff. de proba. l. sancimus. C. de testamẽ. & debet probare ante reuocatum, vt supradictum extitit.

Si tamen fuerit facta concessio in cancellaria die primo Martij, & intimatio eodem die in eadem cancellaria, si die secũda procurator consenserit, non valebit, cũ a die consensus præstiti computetur tempus, quod nõ retrotrahetur, cum extrema non sint habilia, de quibus Bart. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapionibus.

Quamuis consensum retrahi dicat Roma. cons. 340. num. 7. per l. fin. C. ad Macedo. l. licet. ff. de iudiciis. quia paria sunt ab initio consensum interuenire, vel rati habitionem subsequi. regu. ratihabitionẽ. de regu. iur. in 6. alia non prosequor, quia videre potes plene materiam examinatam per Gomes.

## REGVLA XXXVIII.

### De non appellando ante diffinitiuam.

*Item idem dominus noster, vt litibus finis celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus & expensis, suorum prædecessorum constitutionibus & statutis inhærendo, statuit & ordinauit, quod in causis in Romana curia pẽdentibus, & quas in posterum quouis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare: nec appellatio si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à grauamine minime concernente negotium principale, quod non possit per appellationem a diffinitiua sententia reparari: nullisque causæ appellationum huiusmodi committantur, nisi in commissione exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, uel grauamen tale quod in appellatione a diffinitiua non valeat reparari. Alioquin appellationes & commissiones in posterum, ac quicquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris vel momenti, commissionibus appellationum iam iudicibus præsentatis, & exhibitis, in suo robore permansuris: in quibus, latis super eisdem sententijs secundo, vel vlterius, ab eis non liceat appellare, appellantes vero & appellationes etiã ab interlocutorijs, & grauaminibus huiusmodi suo, vel alterius nomine prose-*

*prosequentes, si succubuerint, vltra expensas & damna ad quæ resarcienda de iure condemnatus compellitur viginti florenorum auri pœna mulctetur.*

Ista regula loquitur tantum de causis in Romana curia expediendis, vt ante diffinitiuam non liceat appellare. vide plura quæ huic materiæ elucidandæ adiunxi in concorda. Francię, rubr. de friuolis appellationibus.

## REGVLA XXXIX.

### Quod commissioni post conclusionem non stetur.

*Item statuit, & ordinauit, quod in commissionibus de iustitia, seu mandatis etiam consistorialibus per eum de eius mandato vel auctoritate, in causis in quibus conclusum existat in posterum non cedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicite vel explicite mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expresse.*

Vult ista regula commissiones non valere post conclusionem in causa, nisi fiat mentio conclusionis illi derogando. & dicitur conclusio facta, quando est renuncia tum allegationibus iuris & facti. glos. & Doct in c. cum dilectus. de fide instrum. vbi non licet postea partibus aliquid dicere, vel allegare, ob id si commissio impetretur, & partes aliquid dicere intendũt, opus est expressa mentione conclusionis, sicut compositionis. cap. ex multiplici. de deci. vide glo. in cle. sępe. in verb. conclusum de verb. sign. & in materia beneficiali non fit conclusio in causa, nec in possessoria & summaria cle. sæpe. de verb. sign. vide alia in hac materia cõclusionis per Felin. & alios in d. c. cum dilectus.

Notandum est, quod hodie ex ordin. regia, quauis nõ potest acquiescere postquã est conclusum in causa appellationis, ob id si quis impetrat literas ad acquiescendum, debet scribi hæc clausula, concedimus vt acquiescat, prouiso quod processus non fuerit visus, cõsultus, aut iudicatus. In alijs sufficiant glo. huius regulæ.

## REGVLA. XL.

### De literis expediendis.

*Item voluit & ordinauit, quod si aliqui religiosi petant aliquod beneficium ad nutum reuocabile, cum clausula, quod exinde pro solo nutu abbatis, vel superioris amoueri non possint, literæ, quoad ipsam clausulã nullatenus expediantur, nisi idem S. D. N. ponat in signatura quod non possint amoueri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.*

Vult vt bullæ non expediantur, quod religiosi ad nutũ superioris remoueri non possint: nisi in signatura hoc petitum fuerit, & cõcessum, vel quod papa ad partem hanc clausulam cõcedat. nam dicunt Do. de Rota decis. 1. in antiq. quod monacho habenti administrationem vel prioratum ad nutum abbatis remouibilem, non competit aliquod remedium in causa restitutionis. c. cum ad monasterium. §. tales. de statu monach. c. 1. in fi. de priuile. in 6.

Si tamen papa concesserit beneficium cum hac clausula, quod non possit amoueri, tunc ad præceptum abbatis renunciare non tenetur: nec ab illo amoueri beneficio. Archid. in cap. præsenti de officio ordin. in 6. quia quoad hoc censetur emãcipatus. c. si monachus. 18. q. 1. Pal. in c. illud. de maio. & obedien. ex quo infertur quod hæc clausula non est necessaria quãdo papa confert seculari regulare, nec is secularis amoueri ad nutum poterit: quia quando princeps concedit aliquod beneficium, intelligitur concedere pleno iure. Bald. in l. beneficium. ff. de constit. princip tamen beneficium non per hoc suam mutabit naturam, sed eo vacante reassumit ipsam, teste Anton. de Butrio. in cap. porrectæ col. 2. de confir. vtili. & Felin. in cap. in nostra. col. vlt. de rescrip. vide octo declarationes, quas scripsi in tracta. de pacifi. possess. in 6. limita. nu. 272.

cum

cum ſeq. vbi plura videbis in hac materia, ſi te delectat.

## REGVLA XLI.

### De clauſulis in reſignatione ponendis.

*Item ſi committatur alicui beneficij reſignationis receptio, ponatur clauſula, attente quoq. prouideas, etc. & ſi ex cauſa permutationis reſignationes fiant ponatur clauſula, quod neuter permutantium ius acquirat, niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.*

Sciendum eſt quod ex iſta regula elicitur duplex reſignatio, vna ſimplex, altera permutationis cauſa. In reſignatione ſimplici vult papa quod clauſula iſta ponatur in literis a cancellaria emanatis, attente quoq; prouideas, quod in renunciatione prædicta dolus, vis, metus, ac aliqua ſimoniaca prauitas non interueniat. quaſi velit hic papa innuere quod ſi vnum iſtorum non interuenerit, reſignatio non valebit: alioqui fruſtra apponeretur hæc cła, & papa ſuperflua non vult ſcribi in ſuis literis, vt in proœ. Decretal. proteſtatur. vide iſta in trae. de reſcrip. i reſcripto reſignationis

Primo nominatur dolus, & intellige de dolo malo, qui eſt calliditas & fallacia ad fallendum & decipiendum alterum adhibita. l. 1. §. 1. ff. de dolo. & p hanc regulã patet quod Romanus Pontifex non vult renunciationem dolo factam valere a contrario ſenſu huius regulæ. & dicit gloſ. in cap. penult. de his quę vi metusve cauſa fiunt, ſecundum canones. ſiue vi, ſiue metu, ſiue dolo aliquis renunciant rei ſuæ, ſubuenitur ei contra omnem poſſeſſorem. ca. reintegranda. 3. q. 1. & 2. c. cum eccleſia & ſeq. facit l. eum, qui ff. de inoffi. teſtam.

Et quamuis glo. vlt. in d. c. penul. dicat, quod ſi dolus in ſpiritualibus interueniat, non tamen ſubuenitur dolum paſſo, licet dolus det contractui cauſam c. conſtituit 20. q. 3. vbi tex. dicit quod ingreſſus religionem dolo abbatis, tenetur perſeuerare in religione. tamen res reddi debent hæredibus illius religioſi.

Idem in matrimonio aſſerit c. ex parte. 2. de conuerſ. coniug. quia non videntur decepti, qui meliorem vitam elegerunt. c. cum dilectus quod metus cauſa.

Ego tamen putarem dolum dantem cauſam renunciationi, annullare renunciationem beneficii; quia annullat alios actus regulariter. l. & eleganter. ff. de dolo. & iſtum nõ inuenio exceptũ a regula.

Ad hæc liber conſenſus in reſignatione beneficii eſſe debet. c. ſuper hoc de renunc. ſed vbi adeſt dolus, non eſt liber conſenſus ergo, &c.

Item dicitur Prouerb. c. 4. filio doloſo nihil erit boni. ergo renunciatio dolo facta non erit illi doloſo bona; vt non accipiat fructum ſuæ calliditatis.

Ad hæc iura canonica abhorrent maxime vitioſum ingreſsum in beneficialibus. c. 1. & per totũ. de eo qui mittitur in poſſeſſio. ſed non poſſet eſſe alius, deterior, quam ingreſsus doloſus. ergo vitiat.

Conueniens eſt quod ait Iuriſconſultus in l. 1. ff. de doli exceptio quod ideo hanc exceptionem doli prætor propoſuit, ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis, contra naturalem æquitatem, proſit; ſed prodeſſet dolus, ſi valeret reſignatio; ergo non ualebit, ſaltem per doli exceptionem.

Item in beneficiis maxime omnis dolus ceſſare debet. capit. cum dilectus. de electionibus.

Sed hodie poteſt dici, quod habetur Hiere. cap. 6. a Propheta vſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum; & ſicut decipula plena auibus, ſic domus collatorum plenæ ſunt dolo. Hierem. 5. Vnde poſſent Dauid mirari plus hodie, quam olim, dicens, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Reſpondens poſtea, qui non egit dotum in lingua ſua.

Nec refragatur, quod dolus non vitiat actum in ſpiritualibus, vtpote ingreſsus religionis quia nõ vf deceptus, qui ingreditur religionem dolo alterius, vel prouocatur ad bene viuendum; & ideo eſt dolus bonus, qui non viriat; ſecus in dolo malo in beneficialibus commiſſo, quia prouocatur ad male viuendum, cum aliquis dolo aufert ab eſt beneficium, poſtea erit forte reſignãs leno, vel armiger ad gallinas. Ob id diuerſum eſt, quãdo inducitur ad Deũ, vel quãdo deducitur, & remouetur. Bene dicerem, quod ſi dolo inducerem aliquem ad acceptandum beneficium, quod dolus non vitiaret acceptationem quia inducitur

tur ad seruiendum Deo, sed quando aliquis dolo inducitur ad renuntiandum, & se remouēdum à seruitio diuino, hoc non valet. nam inter istos casus longa est, vt cuilibet patet, differentia.

Nec obstat quod dolus non vitiat matrimonium. c. ex parte. &c. dudum. de conuers. coniug. & bonum est argu. de matrimonio carnis ad spirituale c. inter. de trās la. episcopo. nam resp. verum esse, quando est eadē ratio: sed diuersa est ratio in matrimonio, quàm in beneficijs. Nam si per dolum quis inducatur ad matrimonium cū aliqua puella indotata, certe quis dormiendo cum ea, & per annum in quo canitur, exultare, magnopere placet matrimonium: & sic ratum habetur & approbatur: quod non est in beneficij renunciatione dolo facta, imo statim agnito dolo pœnitet renunciantem: sed dulcedine matrimonij cognita placet. etiam aliud est incitare ad habendum, vt in matrimonio, vel ad carendum, vt in resignatione beneficij vt dixi. & in. d. c. ex parte. & d. c. dudum. est ibi dolus bonus: secus in beneficij resignationem dolo facta. Quāobrem non valet nec iure naturali, nec prætorio, nec canonico, teste Fortunio in tract. de vltimo fine iuris. num. 335.

Vnde per istam clausulam dixi renunciationem secundam dolo resignantis factam non valere. & ideo non priuari secūdum resignantem decreto, de pacific. possess. scripsi in tract. de pacific. possess.

Item si quis vi fuerit expulsus de beneficio: & postea illi renunciauerit. Ideo ponitur in clausula vis. non enim vult Papa ista renunciationem vi factam approbare: quia non est verisimile quòd sponte iuri suo renunciauerit, qui renunciat spoliatus. c. sollicitè. de restit. spolia. & sic iste q spoliatus renunciauit, poterit intentare remedium recuperandæ possessionis. c. in tegranda. 3. q. 1. nec iudices regni, qui in hoc regno cognoscunt de possessorio, audiunt possidentem beneficium, donec restituta fuerit possessio isti spoliato, vt in c super hoc. de renunc. siue resignatio fuerit facta coram collatore ordinario, siue coram alio superiore, cum d. c. super hoc. & d. c. sollicitè. generaliter loquantur. quāuis gl. in d c sollicitè. velit dicere non habere locum, quando fuerit facta corā suo iudice. quam videtur sequi Soci. in tract. fallent. regul. 378. sed gl & doct. reprobāt in d. c. sollicitè. cum renunciatio non possit admitti, nisi à superiore, vt Host. in sūma de renunc. docet. Quamobrem si spoliatus renunciaret coram suo superiore in iudicio, bene valeret, vt consuluit Barba. cons. 47. Præclare col. vlt. vol. 2. idem intellige. si ante spoliationem renunciaret, vt dicit Lappus allega 23. limitant etiam do. de Rota decis. 216. Nota quod existēti. in antiq. p c. accepta. de rest. spol.

Nisi petitioni restitutionis cum iuramēto renunciaret: quia tunc restitutionē petere non poterit, vt firmant do. de Rota. decis. 428. Nota, quod si spoliatus. in antiquis. Idem si per pactum. Rota decis 68. Nota, quod licet in eisdem. & Soci in tract. fallēt regula 378. Spoliato. Nicol. Milius in repet in verb. renunciatio. Tū per literas regias releuari, habita iuramēti dispensatiōe, qua ea facilitate qua fuit inductus ad renuntiādum beneficio, & ad iurandū, ob id dispensationē petat, si velit admitti: vt in simili dicit Felin. in c. si cautio. de fide iustru. de renūciante exceptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento. doct. in l. fi. C. de non numera. pecunia. Præterea in hac clausula, attente, &c. dicitur metus, quia renunciatio facta metu non tenet. c. super hoc. de renuncia. & renuncians non perdit beneficium. Rota decis. 203. Nota quod resignatio. in antiq. Henric. Boic. in c. quod in dubijs. de renūcia. per cap. Abbas. c. ad aures. &c. seq. qđ metus causa. vbi reuocatur collatio de facto, intelligit Fortun. Garsias in tract de vltimo fine iuris, nu. 275. vbi concludit tam iure naturali, quàm prætorio, & canonico nullam esse renunciationem metu factam, & quatenus de facto processerit reuocandam.

Et iudices regij in hoc regno super possessorio cognoscētes possunt isti per metum renūciāti interdicto recuperādæ agēti possessionem beneficij adiudicare, non obstāte renūciatione, si aliud canōicū nō obsistat, quia licet resignans admittat iusvorum est si sponte, secus si coacte. nā in his in quibus spontaneus consensus requiritur, ibi actus ipso iure vitiatur. glos. in c. notificasti. 33. q. 5. Panor in c. mtiores. in fi. de baptis. & in c. cū locum. de sponsalib. Alex. cons 98. Quoniam col. 2. vol. 3. & cons. seq. sed renunciatio spontanea & libera esse debet. d. cap. super hoc. ergo nō valebit quādo metu facta erit: quæ enim metu gesta sunt, rata haberi nō debēt. l. 1. & per totum titu. ff. quod metus causa. &

quod nō

quod nõ valet renũciatio beneficij metu facta, tenet glo. in verb. liberè §. ad tollẽdas. de electio. in pragma. vbi etiam cõcludit posse hoc casu agi rei vendicatione ad beneficium renunciatum: vel interdicto recuperãdæ: vel frequentissimè hodie in iudicijs remedio can. redintegranda.

Item non valet etiam constitutio procuratoris facta metu ad resignandum beneficium, vt cõcludunt Hostiens. Panor. in d. c. abbas. quod metus causa. & Decius cons. 219. viso puncto, in 3. q. plenè Philip. Probus in addi. ad Ioan. Monach. in rub de renunc. in 6.

Tamẽ a dom. de Rota. decis. 374. fuit dubitatum. in no. & communiter doct. in d. cap. Abbas. & capit. ad aures. tenent resignationem per metum factam valere: sed rescindendam esse officio iudicis. dicas hoc sic in foro conscientiæ seruari iudicio in Frãcia. vt renuncians impetret literas regias, vt non obstante renunciatione sic facta per metum, recipiatur ad petendum suum beneficium: & illi conceditur. & fiunt informationes contra eum, qui metum adhibuit, & quamuis doct. in clem. multorum. de pœn. dicant speciale esse in illo casu vt resignatione facta per captionem & detentionem secularium potestatum, ibi sit ipso iure nulla: tamen idem seruatur in practica in illo casu: quia etiam est opus literis, & ille tex. dum dicit modo supradicto factas, potest intelligi per coactionem. vt velit dicere quod omnis renunciatio metu facta & per coactionẽ ipso iure sit nulla: sed cũ pauci sit emolumẽti, quo ad practicam huius regni aliter nũc nõ discutio. quia quoad effectum nulla est, Aufrer. de cis. Tholo. q. 285. vidi tamen aliquãdo impetrari super petitorio literas à Papa de significauit. vbi papa mandabat quod si cõstaret de renunciatione sic metu facta annullaret eam, & cassaret, ac beneficium adiudicaret renũciãti iuxta clem. auditor de rescrip. Imò etiam per multa cõcludit renũciationem hæreditatis metu factam nullã, & ea nõ obstãte, filiam posse hæreditatẽ petere. Albertus Brunus in cõs. 82. sup difficultate. col. 2 inter cõsilia feudalia.

Idẽ dicemus si renunciatio sit facta metu cõsanguineorum, vt rescindi debeat c. sciã de elect. in 6. facit l. 1. col. seq. ff. de liberali causa. sic expressim conclusum fuit in Rota decis 463. Dubitabatur. in no vbi dicunt esse necesse probare, quod nisi dictus clericus renũciasset, fratres, vel parentes mortui fuissent in carceribus: tamen Alex. cõs. 99. in casu. col. 3. nu. 10. in 3. vol talem probationem nõ exigit, nec talem metũ, vide ibi. Postremo notãdum, quod dicta ecclesia sic renunciata, est restituenda renũcianti sine noua collatione, quãdo interuenit metus, qui potuit in cõstantem cadere virum. d. c. Abbas. quod metus causa. sic consuluit Calder. cons. 1. rub. de renunc. & quando dicatur cedere, &c. declarat Decius d. consil. 219. viso. Probus in rub. de renunc. in addi. ad 10. Monach.

Subijcitur aliud verbũ in illa clausula attente, videlicet quod simoniaca prauitas non interueniat. Nam renunciatio beneficij simoniacè facta, nõ valet, etiam in præiudicium resignãtis. Nec collatio. tex. in c super hoc in gl. pecuniæ. de renũcia. Innoc. in c. cum vniuersorum. de rer. permu. Archid in c. ordinationes. 1. q. 1. Rota decis. 236. in antiq Geminia. cons. 125. Dubia. in. 1. q. Nicol. Milius in reperto. in verb. renunciatio, q. 4. vbi dicit simoniace tunc renunciatum quando expressim renunciatur quod alteri conferatur per gl. in c. ex parte. 1 de offic. deleg. vbi docto. sed si non exprimatur, licet immediatè hoc agatur, non est simoniaca, teste Innocen. in c. tua. in fi. de simonia & sic ille, qui per simoniam resignat, non potest illud beneficium sit resignatum repetere. nec ille, qui illud fuit simoniacè consecutus, retinere glo. & doct. in c. constitutus. de transact. Innocẽ. in c. cum vniuersorum, de rerum permut. Cardi. in d. c. sper hoc. col. 2. oppos. 5. vide quæ scripsit Ioan. Nauclerus in tract. de simonia, & ibi in addi tio. quædam inseruì. & sic patet quod in renunciationibus beneficiorum ista quatuor videlicet dolus, vis, metus, & simonia, debent abesse, alias quilibet horum, actum reddit, saltẽ quo ad effectũ, nullũ.

*Et si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, quod neuter permutantium ius acquirat, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.*

Sicut in rebus profanis in re aliena non contrahitur propriè permutatio: sed requiritur quod dominium hinc inde transferatur. l. 1. ff. de rerum permu. vbi Pædius sic ait, nullam contrahi permutationem

nem ſi res aliena detur. & ibi Iaſ. plura huic rei accommoda ſcribit. & in §. actio num. nu. 102. Inſtitu. de actio. & non videtur datum quod retineri non poteſt. l. non quocunque modo. de legat. 1.

Sic eſt dicendum in beneficiis, vt neutri permutantium ius quæri debeat niſi vterque ipſorum ius in ſuo beneficio habuerit, & non poteſt quis ius quod nõ habet in alterum transferre. c. quod autem. de iure patro. l. traditio. ff. de acquiren. rerum dom. Caldrin. conſ 9. de rerum permu. alioqui poſſet aliquis vafer & aſtutus bonum decipere, beneficium quod occupauit permutando cum alio, qui canonice eſt ſuum aſſequutus beneficium. quod non eſt permittendum, vt vides hic.

Fallit quando quis permutaret beneficium cum iure prætenſo in alio beneficio, tunc valeret permutatio, etiam ſi alter nullum ius in illo beneficio haberet: quia iſte qui ius ad beneficium recipiebat, debebat prouidere, an ille ius haberet. per l. qui tabernas. ff de cõtrahẽd. empt. ſcripſi in tract. de pacific. poſſeſ. nu. 290. & ſeq.

Nota quod quando is, qui ius habebat ad ſuum beneficium, euicto dato, vult redire ad ſuum, hoc ſine noua collatione non poterit. cap. ſi beneficia. de præbend. in 6. plene ſcripſi in tracta. de pacific. poſſeſ. in 22. amplia. num. 143. cum ſequent. vbi abundantius videbis, ſi non graueris. & intellectum ad cap. ſi beneficia. de prębendis in 6.

Si tamen is, qui reſignauit permutationis cauſa ius habebat in beneficio reſignato moriatur, & antequam ei conferretur beneficium alterius permutantis, tunc permutans habebit vtriunq;, & gaudebit bona fortuna, & hoc modo ſolent cauti auũculi ſuos nepotes promouere, primum quod habebat nõ auferetur, & illud quod permutationis cauſa collatum etiam ad ipſum ſpectabat, cum non ſit qui conqueri poſſit, & iuſto titulo & canonice eſt adeptus, iuxta text. in c. 1. de reg. iur. in 6. & ſic limitatur iſta regula, quia non ſtat per iſtum permutantem, alias non procederet, vt l. in iure ciuili. ff. de regulis iuris.

Solent in reſignationibus a papa approbatis aliæ inſeri clauſulæ, primo regulæ de viginti diebus derogare papa ſolet ſi [illegible] qua ſcripſi ſupra in ſecund[illegible]

Tertio clauſula ſolet adiici in qua derogatur iuri patronatus etiam laicorum, niſi in Francia conſuetudinaria, in qua non recipitur vt infra dicam.

Quarto derogatur indulcis Cardinaliũ, quibus cautum extitit, quod in collationibus beneficiorum ſuorum, vel familiarium requiratur conſenſus eorum, de quibus dixi ſupra, in regula.

Item non poteſt minor 14. annis beneficium multis laboribus a parentibus acquiſitum renunciare, quin ſi læſus fuerit illud reperere poſſit. c. ſi. § ſi vero de iudic. in 6. cap ex parte M. vbi glo. & docto. de reſtit. ſpol. hoc expreſſum tradit Nicol. Milius. in reperto in verbo minor. q. 4. dicens renunciationem minoris duobus concurrentibus valere. Primo, ſi fiat in manibus ſuperioris: ſecundo, ſi fiat cum cauſæ cognitione, cum conſtabit ſuperiori quod minor velit renunciare, oportet quod inquirat an pupillo expediat, & eccleſiæ: & ſi de his conſtiterit, reſtitutio dabitur, alias ſecus, vt ſcribit Panor. in d. c. ex parte M & Bened. in repet. cap. Raynutius in verb. adiectæ. nu. 61. de teſtam & Phil. Probus in rub. de renunc. in 6. Angel de Clauaſio in ſumma Angel. in verb. renunciatio, dicit renunciationem ex tribus iudicandam illegitimam. Primo ratione perſonæ renunciantis, vtpote quia minor, d. c. ſi. aut alius, qui non poteſt renunciare, vt demens & furioſus. Secundo ratione perſonæ, in cuius manibus fit renunciatio: vt ſi in manu laici. cap. quod admonet. & cap. quod in dubiis. de renunc. vel in manu illius qui eam recipere non poteſt, vt in manu abbatis, quia inferior epiſcopo permutationem approbare non poteſt, c. quæſitum. de rerum permut. Tertio ratione rei dicitur renunciatio illegitima, quod illa res renunciari non poteſt, vt iuri ſanguinis. l. ius ſanguinis. ff. de regulis iuris. l. ius agnationis. de pact. ſed ſi deceptus fuerit minor ſuper valore beneficij permutati, an reſtitutionem impetrare poſſit, quod non, ſcribit plene Probus in additionibus ad Ioannem Monachum in c ſi. de renunc. in 6.

Et clauſula, cura animarum non negligatur, in quibus reſcriptis ſoleat apponi, declarat glo. in verb. diſpenſantes. in cle. 1. de [illegible]

## REGVLA XLII.

### De ſupplendis defectibus.

*Voluit quod ſi petantur ſuppleri defectus in genere, nullatenus literæ deſuper concedantur, niſi in petitione deſuper huiuſmodi defectus exprimãtur, vel per fiat vt petitur ſupplicatio ſignata fuerit.*

Vult papa quod in literis in cancellariæ concedẽdis de cætero non apponatur clauſul. ſupplentes omnes defectus in genere, niſi ſpeciatim omnes defectus exprimantur: vtpote ſi in alienatione rei eccleſiæ non interuenerit tractatus, vel alia ſolẽnitas requiſita in c. fine exceptione. 12. q. 2. tunc poterit peti ſuppleri ille defectus. Alex. cõſ. 79. circa primum. q. 6. vol. 1. & hoc eſt introductum ad vitandum calumniam partium, qui non exprimebant papæ eorum defectus: ſed petebant apponi hanc clauſulam ſupplẽtes omnes & ſingulos tam iuris, quam facti, & quarumcũque ſolennitatũ & ſubſtantialitatum omiſſarum defectus, ſi quis forſitan iuris interuenerit in eiſdẽ &c. Iſta clauſula ſupplet defectus poſitiui non naturalis, teſte Specula. in tit de legato. §. nunc oſtendendum. verſi. 18. Anton. de Butrio in cap. illa. de elect. Panor. & alii in c. 1. de tranſact. Panor. in c. 1. de confirma. vtil. Decius conſ. 341. viſo puncto. col. 2 & conſ. 516. quoniam. col. 3. & conſ. 502. viſo puncto. col. 5. nu. 20. nec tollit defectũ perſonæ ſupplicantis, c. Cenomanenſem 57. diſt. Barba. in rub. de reſcrip. in Cle. col. 8.

Et ſic iſta clauſ. non poteſt ſupplere defectum citationis, cum ſit de iure naturali, vt concludit Socin. conſ. 120. Memini. col. 3 nu. 4. in 3. vol. per cle. ſæpe de verb. ſigni. & Alex. d. conſ. 79. nu. 19. volu. 1.

Secundus caſus eſt, quando in ſupplicatione apponitur, fiat vt petitur: non ſi apponatur per conceſſum, vel per fiat, ſeu alio modo, quam hic expreſſo.

Ex hac ergo regula habes, quod in ſpecie multa valent, quæ non in genere. adde quæ ſcribo in ordina. reg 58. rub. de reſciſionib. contractuum.

## REGVLA XLIII.

### De derogatione iuris patronatus.

*Itẽ voluit quod ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico de iure patronatus laicorum non expediantur literæ, niſi ponatur expreſſe, quod tale beneficiũ tanto tempore vacauit, quod eius collatio ad ſedem Apoſtolicam legitime eſt deuoluta: vel quia tempus patronis laicis ad præſentandum a iure præfixum lapſum exiſtat: aut ad id patronorum ipſorum accedat aſſenſus. Et ſi per ipſum iuri patronatus huiuſmodi derogari contigerit, ſi ius huiuſmodi ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem vel alium principem pertineat, & de hoc in literis prouiſioni, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio mentio facta non fuerit, non cenſeatur iuri huiuſmodi quomodolibet fore derogatum.*

An valeat collatio facta per ordinariũ de beneficio patronato, antequam fuerit facta præſentatio, ſi intra illud tempus nõ fiat, vide Domin. & Peruſ. in c. 2. de præb. lib. 6. & Doct in c. auditiſ. de præſcrip. itẽ Felin. in c. cum Bertoldus de re iudic. dixi in tract. nominatio. q 17. num. 12. vbi dixi valere, ſi patronus non conqueratur.

Notandum eſt, quod papa poteſt iuri patronatus etiam laicorum derogare: ſed nõ vult ob id in tribus caſibus, in quibus ſolet beneficium ſub patronatu laicorum exiſtẽs conferre. Primo qũ tãto tempore vacauit beneficium patronatũ quod eius collatio ad ſedem Apoſtolicam eſt legitime deuoluta: namtũc non eſt neceſſe derogare iuri patronatus, cum patronus non poſſit poſtea præſentare: ſed debet in collatione papæ de iure patronatus fieri mentio, alioquin nõ valeret collatio, teſtib. Domi. conſil. 50. Quæritur. & Staphil. in tracta. de literis gratię. rubr. de forma impetran. vbi refert Dom. nempe cum tempus patronis datum ad præſentandum, vt ſi fuerit patronus laicus habet quatuor menſes: patronus vero eccleſiaſticus ſex. cap. 1.

de iure

de iure patro. in 6. postea est deuolutum ius ad superiorem, & id temporis papa conferre etiam poterit.

Secundo solet papa conferre, quando consensus patroni seu patronorum accesserit: tunc ne fundatores à fundandis ecclesiis retrahãtur, cõsensum eorum sequitur. c. decernimus. 16. q. vnde si cõtulerit præsentato à maiori parte, valebit, quia secundum consensum patronorum, vt videtur tenere Rota in decis. 528. Nota infra tempus in antiquis.

Tertio, quãdo papa expresse derogat: quia nisi exprimat non videtur velle derogare iuripatronatus laicorum. gl. & Doct. in c. 2. de præben. in 6. ne laici retrahantur ab ecclesiis fundandis. d. cap. decernimus. 16. q. 7.

Fallit in iure patronatus siue in iure præsentandi quod quis acquisiuit ex præscriptione, vel cõsuetudine, quia in hoc cessat ratio prædicta, & sic valet gratia non facta mentione de tali iure præsentandi. Card. cons. 69. vacante q. 2. idem dicens si non erant veri patroni: sed tamen erant in possessione præsentandi: imo plus, concludit quod etiam legatus potest conferre talia beneficia, allegando Federi. cons. 65. infra scripta. quæm sequitur Staphi. in tract. de literis gratiæ. fol. 55. vers. vnde redeundo, &c. Ego tñ tenerem etiam in his casibus expressam mẽtionem fieri debere iurispatronatus, postquã acquisitũ est laico iuspatronatus laicum, de quo lex vult vt fiat mẽtio: nec inspici debet acquisitio seu mod⁹ acquisitionis: sed an sit iuspatronatus ecclesiasticũ, vel laicum c. dilectus. de offi. leg. c. cũ dilectus. de iure patrona.

Item per derogationẽ iurispatronatus factam nõ censetur derogatum iuripatronatus, Regum, Ducum, Marchionum, vel aliorũ principũ, nisi hoc expresse dicatur in derogatione, quia ob reuerentiã, quam homines in eos habent plurimum eis deferri conuenit, & eos plus alijs honorari decet: arg. c. 2. de offi. deleg. in 6. ea n. quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notẽtur, vidẽtur quasi neglecta l Item apud. §. Ait prætor. ff. de iniuriis. Nec vero indulto dictorum regum derogari solet, teste Do. Gomes. in tract. manda. in forma. 3.

Nota tamen perpetuo quod si aliquis condemnetur in pœnam delicti, vtpote quia interfecit hominem, vt illi fundet capellam: eam fundando & dotando, non acquirit ius patronat⁹, nec ei aliquis honor debetur, probatur argu. l. sed si hac. §. 1. 28 si venditor. ff. de in ius vocand. vbi dicitur quod non debetur iurispatronatus si libertas seruo detur ob domini delictũ, & facit l. 1. C si mãcipium ita veneat ne prostituatur. l. si leones de episcop. audien. quia ex delicto præmium quis consequi non debet. l. fine. ff. de negoc. gest. l. relegatore. in fi. de interdict. & releg. sic consuluit Signo. consil. 83. iussu domini. vide etiam derogari fundationi beneficiorum, etiam si in illa caueatur expresse quod obtinens tale beneficium teneatur personaliter residere, & esse sacerdos, vel quod teneatur intra annum promoueri: sed non datur de stilo derogatio quo ad omnes articulos fundationis, & in totum. nam potest esse quidam articulus, cui papa non derogaret, & hoc de stilo curiæ Roma.

## REGVLA XLIIII.

### De commendis.

*Item voluit, quod nulli seculari de regulari, nec religioso de seculari beneficio commenda detur: nisi in signatura, vel per clausulam: ad partẽ super petitione commendę huiusmodi, de commenda ipsa fiat mentio.*

Multa dico in. tract. de pacific. possesso. amplia. 5. nu. 35 cũ seq. quæ hic repetita superflua forent. ibi materiam commendæ vtilem videbis.

## REGVLA XLV.

### De reformationibus.

*Item voluit, statuit, & ordinauit, quod super quibuscunque reformationibus signatis super impetrationibus quorũcunq; beneficiorũ vacantiũ, vel certo modo vacaturorũ, in quibus petitur, quod literæ super prima data expediri possint: si ex hmõi expeditione sub tali data videatur posse fieri p̃iudicium, literę huiusmodi sub ipsa prima data nullatenus expediãtur, ni*

*ſi reformationes huiuſmodi perfiat, & ſua prima data ſignatæ fuerint.*

Hæc regula vult, quod ſi pars petat, primas literas reformari, & de nouo conſtitui, ſeu corrigi: & quod correctio fiat ſub prima data, hoc cõcedetur. dummodo nõ tendat in alicuius noui forte impetrantis præiudicium, vnde ſi quis impetrauerit beneficium ſimplex S. Iuliani de Balhani eis vbi natus ſum, & nunc vult reformare impetrationem, & ponere eccleſiam parrochialem, hoc poterit fieri ſub prima data, ſi alicui non præiudicetur, quia ſi alius impetrauerit, vel fuit collatum per ordinariũ, tunc papa non intendit tertio præiudicare. c. quamuis. de reſcrip. in 6.

Et quando notarius vel datarius poſſit corrigere datam vel impetrationem, & in quibus, vide per Bart. & Decium in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. Panor. Imol. & Feli. in c. ex literis. de fide inſtrum.

Hic ſiquis vellet tractare materiam pacti reformati, informatiui & trãsformatiui, extra oleas eſſet. ſi illorum elucidationem quæris, lege Barto. & alios in l. iuriſgentium. §. Quinimo ff. de pact. & in l. lecta ſi certum peta. ac in l. petens. C de pact. & alias ſcripſi, diffinitionem pacti proſequens, de reformatione religioſorũ ſcripſi in §. 1. in glo. reformatis. de nominatio. regia, in concorda.

## REGVLA. XLVI.

### De beneficijs in curia reſignatis.

*Itẽ voluit & ordinauit, quod ſuper reſignatione cuiuſcunque beneficij eccleſiaſtici, ſeu ceſſione iuris in eo, quam in manibus ſuis, vel in cancellaria Apoſtolica fieri contigerit, Apoſtolicæ literæ nullatenus expediantur: niſi reſignans, vel cedens (niſi præſens in Romana curia fuerit,) perſonaliter, alioquin per procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni huiuſmodi in eadem cancellaria expreſſe conſenſerit, & iurauerit, vt moris eſt: & ſi ipſum reſignantem, vel cedentem pluries ſuper vno & eodem beneficio, in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſſiue conſentire contigerit, voluit ſanctitas ſua, quod primus conſenſus tenere debeat, & alij in poſteriores conſenſus, ac literæ illorũ prętextu etiam ſub priori data expeditæ pro tempore nullius ſint roboris, vel momenti, nec literæ reſeruationis vel aſſignationis, etiam motu proprio, cuiuſuis penſionis annuæ ſuper alicuius beneficij fructibus expediri poſſint niſi de conſenſu illius, qui penſionem prædictam perſoluere tunc habebit.*

Tres hẽt partes. in prima dicitur, quod literæ ſuper beneficii reſignatione nullatenus expediantur, niſi reſignans conſenſerit, ſi in curia præſens fuerit.

Si vero fuerit abſens, tunc per procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatum, & ſic non valeret generale procuratorium.

Item quod conſentiret extra cancellariam, vt hic, in eadem cancellaria. nam dictio id, denotat intrinſicitatem gloſ. in Clem. cauſa. de elect.

Item requiritur quod dominus, ſeu procurator iurer, quod non interuenit dolus, vis, metus, nec ſimoniæ labes, de quibus ſupra ſcripſi in regul. 41.

Secunda pars eſt ibi, & ſi ipſum reſignãtem. vbi dicit quod quando reſignans conſenſerit bis, vel pluries, quod primus conſenſus valet, niſi primus fuerit reuocatus, & notitia peruenerit ad eum in cuius manibus ceſſio facienda erat: vel in manibus procuratoris antequam cõſentiret, vt ſcripſi ſupra in regula, per tex. in Clem. vna, de renuncia.

Item ex iſta regula habemus quod literæ expeditæ ſub ſecundo conſenſu & reſignatione non valẽt, etiam ſi fuerint expeditæ ſub priori data ſecundi conſenſus: quia id quod meũ nõ eſt, reſignare nõ poſſum, & plus iuris in alterum transferre, ꝙ habeam. l. traditio. ff. de acqui. rer. dom.

Et ideo poſt triennium non iuuatur decreto de pacifi. poſſeſſor. vt ſcripſi in tract. de pacifi poſſeſſoribus.

Tertia pars eſt ibi, nec literæ. vbi vult quod literæ ſuper penſione non poſſunt expediri, nec debẽt, niſi is, cuius intereſt, conſenſerit. ſi tamẽ interim moriatur reſignans, cum ſit finita penſio, non tenetur conſentire: nec ſi illam penſionem remiſerit.

ſerit. ergo ſedi eſt facienda fides vel de morte vel de reſignatione, alioqui bullæ non debent expediri.

An reſignatarius poſſit conferre ſimul atque ſua prouiſio facta eſt, licet neſciuerit; pro hac quæſtione facio caſus ſequentes. Primus eſt in renunciatione ſimplici, facta collatione & prouiſione à Papa ſiue reſignatarius ſciuerit, ſiue neſciuerit, putet tamē ita eſſe. & verum ſit, poterit conferre. c. tranſmiſſam. de elect. nec requiritur poſſeſſio, vt concludit Roch. Curtius in tract. iuris patr. in verb. ipſe, vel is. q. 11.

Secundus caſus in renunciat one facta cauſa permutationis, non poteſt reſignatarius ex vna parte conferre: niſi adimpleuerit reſignationem & permutationem ex parte ſua per illam clauſulam, non aliter nec aliàs nec alio mō, quę ſuſpendit actū, donec ita factum ſit, & ideo ſolent bullæ ſignificare parti reſignanti: & reſignans ſi quam cauſam habet illam allegat, quā ſi tunc non alleget poſtea reſignatarius conferre poterit, facit gl. in verb. permutationis. in tit. de annatis, in prag.

## REGVLA XLVII.

### De ingreſſu religionis.

*Item non dentur literæ ſuper beneficijs vacaturis p ingreſſum religionis: niſi ille præceſſerit datam deſuper petitionis.*

Papa enim non vult beneficium illius, qui religionem ingreditur infra annum probationis, alicui eſſe conferendum, niſi ad ipſius accedat aſſenſus, aut cōſtet quod uitam voluerit abſolutè mutare, vel profeſſionem expreſſam fecerit, ſeu ſcienter habitum receperit profeſſorum. tex. in c. beneficium. de regul. in 6. Sed iſta regula videtur innuere, quod dari poſſint literæ poſt ingreſſum. Intellige in patria obediē tiæ, ſi ſciam aliquem ingreſſum eſſe religionem, ego potero impetrare per illius ingreſſum & profeſſionem: qua facta, mihi debebitur: & ipſe poterit interim reſignare, niſi in impetratione ponatur hæc cla, quod reſignatio cedat in cōmodū impetrantis &c. ſed cum hæc cla ſapiat reſeruationem, non valeret in regno Frācię vbi ſublatæ ſunt omnes reſeruationes. vide in tract. de literis gratiæ. fol. 75. & ſeq.

## REGVLA XLVIII.

### Nō valet impetratio per modum in cancellaria exprimendum.

*Item voluit quòd ſi petatur aliquod beneficium vacans per modum in cancellaria Apoſtolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literę deſuper expediantur.*

Notandum eſt. quod ante iſtam regulā & de iure impetrans non tenetur exprimere modū vacationis, vt not. Dominic. & Peruſ. in c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. & Lapus allega. 6. in hac ſexta. Imo non eſt neceſſe exprimere modum per quem prouidetur beneficio. nam ſi fiat ſimpliciter mētio de uacatione beneficij, includitur modus prouidendi, ita debet includi oīs vacandi modus. glo. in Clemen. 1. in verb. quamuis. de pręb. & glo. in c. ſi propter. de reſcrip. in 6. tamen per iſtam regulam debet exprimi vacationis modus, nec valeret ſi dicar, quod certo modo vacat in literis exprimendo, vt hic, quia multæ ſuper hoc fiebant fraudes, & cauti practicantes nunquam exprimebant certum modum.

In ſignatura tamen poteſt dici, quod maior & vberior expreſſio fieri poſſit, & etiam ſolet Papa vno modo vacandi expreſſo dicere, & alio quouis modo, ut tradunt Doct. in c ſuſceptum. de reſcri. in 6. vnde vult hic, vt in ſupplicatiōe vnus vacandi modus exprimatur, cum plures ſint quos ſcripſi, ſaltem triginta, in. §. monaſterijs. in verb. vacantibus. de nominatio regia in cōcord. & de iſta clauſula, & qnouis alio modo vacet, vide quę plenè ſcripſi in glo. aliam. in forma manda. in concorda.

Aduertendum eſt tamen quod per regulam cancellariæ publica tā anno 1540. cautum eſt vt de cætero impetrantes beneficia eccleſiaſtica cuiuſcunque qualitatis per priuationē & amotionē, vel aliàs propter cōmiſſa crimina & expreſſus vacātia, vel vacatura, in ſupplicatione deſuper porrecta exceſſus & crimia ipſa, ac eorum qualitates, nec non modos & cauſas tales, ex quib⁹ de iure priuatio ipſa incurſa, aut facienda cenſeatur, & ſimiliter impetrantes etiam per modum deuolutionis beneficia tanquam certo modo vacantia, & ab alijs etiam non ſenio confectis, nec infirmitate aut impedimento derentis tan-

tis tanquam nullo, seu minus canonico titulo possessa, modus vacationis illorum in supplicatione desuper porrecta specificè, & determiatè, ac dispositiuè exprimere teneantur, vt in regula seq patet.

Vltimo non est omittendum, quod si quis impetret beneficium per priuationē debet inserere istā clausulam, ne interim forte resigner, & cùm decreto, quod resignatio cedat in fauorem impetrantis, qđ solet concedi post primam priuationis sententiam, perraro, ante, teste Staphileo in tract. de literis gratiæ. fol 64. in 1. vacationis modo, quod in hoc regno non seruaretur, quia illa clausula, qđ resignatio cedat, &c. inducit resignationem, quæ est in regno sublata, etiam licet quis lite pendente possit resignare. glo. finita in c. 2. vt lite pendente. lib. 6 & c. nisi. de renuncia. non tamen poterit resignare causa permutationis, alias impetranti prouideri poterit. Dominic. in consilio 105. q. 2.

Notandum est quod quando impetrās commissionem à Papa narrat in supplicatione multa delicta per priuandum commissa. & postea in cōclusione petit cōmitti quibusdam probis viris, vt si eis de præmissis, vel altero prēmissorū cōstiterit, dictū N. priuent. certe Papa consueuit delere illa verba, vel altero prēmissorū, quia postquam dictus impetrans diffamat aliquē de pluribus criminibus, debet arctari ad probandū omnia, quibus illū diffamat alias pœna talionis tenet, vel ad diffamationis pœnā. text. in c. sup his. vbi Docto. de accusa. c. licet Heli. de simo. Staphile. in d. tracta. fol. 166. versicu. secundo notandum est.

## REGVLA XLIX.

*Item voluit, statuit, & ordinauit quod quotiescunque per signaturam suam, vel de eius mandato facta super exequendis aliquibus cum adiectione proprij nominis, vel dignitatis cuiusuis iudex det, literæ desuper expediantur cum expressione, quod idem iudex executionem faciat per seipsum.*

Hic derogatur cap. quoniam abbas. de offic. delegat. vide ibi istam materiam per tractatam, & in l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iudic. & per Ioan. de Pla. in l. fi. C. de verba. lib. 12. in alijs sufficiant. glo. super hac regula descriptæ.

## REGVLA L.

### De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

*Item voluit, quod in literis dispensationum, &c.*

Aduertendum est, quod interdū super matrimonio requiritur dispensatio: aliquando non. Si fiat secūdum statura iuris non requiritur: si vero contra iuris prohibitionem, tunc requiritur dispensatio. Et interdū dispensatio postulasti debet à papa, interdum ab Imperatore, seu à Rege. Tunc à papa impetrari debet, quādo prohibitio ab eo facta est, & quādo imminet peccatum, vt in gradibus consanguinitatis, affinitatis, publicæ honestatis, & alijs prohibitis à iure canonico vt in c. nō debet. & per totum, de consanguinita. & affinita. & infra dicetur.

Interdum facta est à iure ciuili prohibitio, propter aliquam causam honestā, vtpote tutori prohibet ne nubat cum pupilla, vel adulta, ne ipsa circūscribatur iure familiari ab his, qui ratiōes eius gestæ tutelæ reddere cōpelluntur l libertus in §. senatusconsulto. ff. de ritu nuptia. & tunc solet Imperator, vel Rex dispēsare sup hoc matrimonio, vt C. de interdicto matr. l. si tutor. vbi sūt hæc verba, si tutor, vel curator pupillam, vel adultam quondam suā sibi, vel filio suo, nullo diu no impetrato beneficio, in matrimonio collocauerit, manet infamia contra eū, veluti in cōfessum de tutela, quia hmōi coniunctione fraudē administrationis tegere laborauit. Ecce igitur quod Imperator super hoc dispensat & interdum audiui dispēsatū cum magnis nobilibus in Francia, cum alijs sine Regis dispensatione hodie contrahi solet, vt infra dico ius canonicum secutus.

Idem si magistratus tēpore sui officij velit nubere cū aliqua sibi subiecta, quia ob timorem impressionis non potest. ob id solet princeps permittere. l. vna. l. si quacunque præditus potestate.

Idem si velit mulier nubere ante annum luctus, ratione infamię vitandæ solet

let hoc impetrare ab Imperatore, vel Rege. l. Si quæ mulier. C. ad Tertul. l. 1. vbi Bald. de secundis nuptijs.

Idem si mulier velit impetrare nuptias ad retentionem prioris dignitatis, vtpote quia fuit nupta senatori: nũc vult nubere inferiori. l. fin. ff. de sena. probibetur: tamen ne matrimonium contrahatur per rescriptum subreptitium principis non debet aliqs impetrare nuptias à principe sub deportationis pœna, & alijs positis in rub. C. si nuptiæ ex rescripto petantur. imò tantum est rapere puellam, quantum regis beneficio postulare. c. nullus. 36. q. 2. contra quosdam nobiles, qui mulieres inuenire nesciunt, nisi principis literis, & præceptis habeant. hoc tamen leges matrimonium prohibentes de iure canonico, sunt correctæ cap. penult. & cap. vlt. de secund. nupt. quia matrimonia hodie reguntur iure poli, non iure fori. cap Euphemium. 2. q. 3. Feder. cõsil. 36. casus talis. Lucas de Penna in l. fin. colum. 4. C. de incol. lib. 10 & abunde Felin. post alios in cap. 1. de sponsalib.

Super aliquo gradu.

Gradus in consanguinitate vel affinitate dicitur ad similitudinem scalarum, graduum, vel aliorum locorum, quia sicut de vno gradu in gradum ascendimus, vel descendimus: ita & per gradus consanguinitatis de vna persona in aliam. l. Iurisconsultus. §. gradus. ff. de gradib. & est habitudo personarum, quia cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distantia duæ inter se personæ differant. Ioan. Andr. in declara. arbo. consangui.

Aduertendum est, quod quando in statutis, vel cõsuetudinibus fit mẽtito de gradu, vt in tertio, vel in quarto gradu, seu alio, tunc fiet computatio secundum ius ciuile: tum quia recta est computatio: tum quòd in matrimonijs tantum computatio canonica discrepat à iure ciuili. l. fina. vbi Docto. C. de successio. edict. Bart. consil. 224. An fratres. Albertus Brunus in tract. de statutis exclu. artic. 12 quæst. 21. Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 86 de testam.

Fallit quando consuetudo vel statutum aliter disponeret. Bal. l. vlt. in fin. C. de successo. edict. Dec. consil. 444. concurrit. col. 2. conf 563. Dominio. in fi.

Secundo fallit, quando primo fuisset mentio iuris canonici, vel ageretur de cõputatione gradus quoad matrimonium. Iason consil. 69. statutum. in 3. volu.

Consanguinitatis

Consanguinitas est attinentia diuersarũ personarũ ex eo prouenies, quod descendit ab altera, vel ambæ ab eadẽ, teste Ioan. Andr. in decla. arbo. consanguinita. vbi plus addit. quod consanguinitas dicitur à con, & sanguine, quia à communi sanguine descẽdunte vbi Prępos. & alij declarant.

Notandum est, quod licet olim prohibitio esset vsq; ad septimũ gradũ quia homines id temporis viuebant, & septimum gradum videre poterant, hodie augescente malitia populi, diminuta est & ætas, & deuotio: vt quia difficile est peruenire & videre quartum gradum: ideo vsque ad quartum hodie gradum inclusiue prohibetur quis tõtrahere matrimonium cum consanguineo, vel consangninea, vt cap. non debet. de consangui. vbi aliæ describuntur rationes.

Vel affinitatis.

Affinitas est, personarum proximitas. ex coitu prouenies inter copulatum & consanguineos copultatæ: & inter copulatam & consanguineos copulati. teste Io. Andr. & Præpos. in declara. arbo. affinita.

Aut aliàs prohibito.

Multis modis prohibetur à iure matrimonium, qui his versibus continentur:

*Error, conditio, votum. cognatio. crimẽ,*
*Cultus disparitas: vir, ordo, ligamẽ. hõestas.*
*Si sis affinis. vel si coire. ne quibis.*

Hic duo exprimuntur gradus prohibiti, videlicet cõsanguinitatis & affinitatis addit glo. tertium, videlicet publicæ honestatis, de quo infra.

Quartus est ratione errroris, vt si quis putet contrahere cum Katarina, & cõtrahat cum Bertaj, & sic error personæ vitiat. Idem in errore conditionis: si contrahat cum serua, & putabat contrahere cum libera. hi errores impediũt matrimonium. Error vero qualitatis, vel fortunæ non impedit matrimonium. capitu. 1. 29. q. 1. & super hoc impedimento non quæritur dispensatio, & habita ea non prodest, altera parte inuita: sed partis postea errantis consensus interueniens matrimonium facere potest.

Quinto conditio apposita in matrimonio: vt pote, si pater filiæ consenserit: si pater nolit consentire, non valet matrimonium. c. super eo. de conditionibus appositis fallit quãdo à cõditione recessum fuerit. vt

rit: vt ſi permittat alium acipere. cap. per tuas. de conditionibus appoſitis.

Item ſi non valeant ſponſalia, non teneor ſponſam accipere. cap. de illis. eodē titulo. de conditio. appoſitis, & melius eſt non contrahere, quàm contrahere, & ſex hoc contractu capere mulierem, & proceſſus infinitos ad promiſſam pecuniā habendam habere. Si verò conditio fuerit contra ſubſtantiam matrimonij, vitiat contractū: ſecus ſi aliàs fuerit illicita, quia tunc habetur pro non appoſita. c. 1. & cap. vlt. de conditio. appoſitis. Hippol. conſil. 286. & in hoc caſu non uidi diſpenſationem poſtulari.

Sextò uotum ſolenne impedit ac dirimit matrimonium ut uotum profeſſionis religionis uel uotum emiſſum in ſuſcipiē dis ordinibus ſacris & cap. uno, de uoto. in 6. Si uerò fuerit ſimplex votum, vt regula riter quodlibet aliud uotum, tunc impedit matrimonium ſed non dirimit. c. meminimus & ſeq. qui clerici, uel uouent. & ſuper hoc uoto continentur, ſolet papa ex cauſa diſpenſare cap. uenientes. d. titu. qui cler. vel uouentes, & ſine cauſa diſpenſatus, non eſt tutus quoad dictam glo. in ca. non eſt de uoto.

Septimò cognatio impedit matrimonium. & intellige de carnali cognatione id eſt conſanguinitas impedit matrimonium, niſi ſuper ea diſpenſetur, vt hic nō ſolet papa in ſecundo gradu diſpenſare, niſi cum Regibus & Principibus, ac cum magnis nobilibus: in aliis gradibus ſic, ſed habita compoſitione, ſiue contractum fuerit, ſiue contrahendum, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſed hoc caſu non petitur tā tum compoſitio.

Et miratur Staphileus in d. tract. de lite ris iuſtitię, quod papa recipiat pro diſpen ſatione compoſitionem: quia aut eſt iuſta cauſa diſpenſandi, & tunc diſpenſare debet iuxta not. in ca. bonæ. in 2. de poſtula. prælato. & in l. 1. §. permittitur, de aqua quotidiana & æſtiua. Et iuſta cauſa eſt diſpenſandi in gradibus prohibitis etiam à iure diuino, ob bonum pacis & quietis inter principes & homines ſibi ſubditus ca. 2. de deſpon. impuber. ſi verò non eſt cauſa, diſpenſationem reiicere debet. ſed bene multi impetrarent diſpenſationē, qui timore pecuniarum deterriti non audet: alioqui ſi gratis, daretur materia delinquē di contra l. conuenire ff. de pact. dotal.

Secundò cognatio ſpiritualis impedit matrimonium ac dirimit, ut in titulo de cognatione ſpirituali, & iſta contrahitur per baptiſmum & confirmationem c. 1. & fi. de cogna. ſpirituali. in 6. Nota tamen. quod ad prohibitiouem fornicationis ſacerdotis cum muliere, cuius confeſſionē audiuit, omnes quos in pœnitentia accipi mus, ita filii noſtri ſunt, ut baptiſmate ſuſcepti. c. omnes. 30. q. 1. & in hac cognatione ſpirituali viginti ſunt perſonæ prohibitæ, quas ſcribit Panorm. in c. Martinus. de cogna. ſpirituali tam in baptiſmo quā in confirmatione.

Prohibetur primo matrimonium inter baptizatum & baptizantem: inter baptizatum & filios baptizantis: inter paptizatum & uxorem baptizantis prius cognitam: inter parentes baptizati & uxorē baptizantis prius cognitam: inter baptizantem & parentes baptizantis: inter leuatum & leuantem: inter leuatum & filios leuantis: inter leuatum & uxorem leuātis prius cognitam: inter parentes leuati & uxorem leuantis prius cognitam: inter leuatum, & parētes leuati. & totidem ſunt perſonæ in confiamatione. & ſuper his dificilius papa diſpenſat, & maior eſt compoſitio, q̄ ſuper conſanguinitate carnali ut ſæpius uidi, in cognatione uerò legali, vt in adoptione, mihi ſoror eſſe cœperit, quandiu durat adoptio inter me & ipſum, nuptiæ conſiſtere non poſſunt. cap. uno. de cognatione legali. & ſuper hac non uidi impetrari diſpenſationes.

Octauò crimen inceſtus impedit matrimonium, ſiue diſpenſationem: ſed non dirimit iam contractum. c. tranſmiſſe, de eo, qui cogno. conſang. vxoris ſuę. Et an epiſcopus poſſit diſpenſare ſcibit Panormit. in cap. 1. de eo qui cognoſ. conſang. uxoris ſuæ.

Item ſi quis machinatus fuerit in mortem mariti, poſtea, etiam non ſecuto effectu, non poteſt ullo modo contrahere cū vxore illius, cap. 1. de diuort. & per totum, de eo, qui duxit in uxor. quam polluit per adulter. ubi quando adulter dat fidem adulteræ, uiuente marito eius: uel fidem facto contractus; aut machinatus eſt mortem in maritum, his caſibus non dicūt valere matrimonium poſtea contractum. c. 2. & per totum, 31. quæſt. 1. ideo opus eſt diſpenſatione, quæ difficulter datur, niſi ignorantibus.

Idem in aliis criminibus. no. 33. q. 2. c. hoc ipſum. §. de pœnitentibus. Idem ſi

quis

quis interfecerit vxorem, ſine ſpe enim coniugij, ſine diſpenſatione remanebit. c. interfectores. 33. q. 2.

Nonò cultus diſparitas, vt ſi Chriſtianus cum Iudæa, vel Sarracena contrahat, cap. 1. &c. caue. vigeſimaoctaua q. 1. & in hoc caſu non ſolet Papa diſpenſare niſi infidelis ad Chriſtianiſmum peruenerit, vt notant doctores in capit. 1. de conuerſio. infidel.

Decimò vis compulſiua impedit matrimonium. quia vbi eſt vis, non eſt conſenſus. cap. cum locum de ſponſal. Et matrimonia libera eſſe debent. c. Gemma. de ſponſalib. ob id metus qui poteſt cedere in conſtantem virum impedit matrimonium. cap. veniens. 2. de ſponſal. gloſſa in cap. Abbas. de his quæ vi metuſue cauſa fiunt. Iaſ. in l. Titia. ff. de verborum obligationibus. cap de illis. ſecundo, & cap. ex literis. de deſpon. impuberum. niſi poſtea conſenſerit carnali copula. c. inſuper. qui matr. accuſare poſſunt. Et in hoc caſu non diſpenſat Papa: ſed conſenſus poſtea ſuperueniens conualidat matrimonium, vt prædixi.

Vndecimò ordo ſacer impedit & dirimit matrimonium. per capit. 2. qui. clerici vel vouentes. minor verò non, vt ibi. &c. qui verò. & cap. ſeriatim. 32 diſtinct. Si de facto contraxerit, diſpenſat Papa vt vxorem retineat, & in matrimonio de facto contracto ſolet Papa diſpenſare, quando ex ſeparatione graue ſcandalum oriretur capit. quia circa de conſanguinitate. Vel quando longo tempore in eo matrimonio perſeueratum fuerit, & inde ſuſcepta eſt proles. capit. de gradibus. 35. quæſtione 8. capitu. non debet. de conſanguinitate & affinitate, Romanus conſilio 307. in caſu.

Duodecimò ligamen nam ligatus cum prima, non poteſt cum ſecunda contrahere. quia non poteſt quis duas vxores habere, etiam cum diſpenſatione §. affinitatis. inſtitut. de nupt. Imò efficitur quis infamis duas habens vxores. l. eum qui. C. ad leg. Iuliam. de addult.

Imò ſi aliquis contraxerit ſpõſalia per verba de præſenti, vt eſt ſolitum fieri in reſſortu ſenatus Tholoſani, & in prouincia & poſtea cõtrahat matrimoniũ, etiam in facie ſanctæ matris eccleſiæ cum altera, & eam cognoſcat: tamen primæ adhærere tenetur. c. ſi inter. de ſponſalibus c. 1. & per totum. de ſponſalibus duorum.

Decimotertiò, honeſtas quę vocatur iuſtitia publicæ honeſtatis: nam ſi frater meus contraxerit ſpõſalia etiam de futuro, cum aliqua, eo mortuo nõ potero, nec alius conſanguineus vſq; ad quartum gradum, cum ea contrahere. tum quia nõ eſt publice honeſtum: tum quia prohibitum. Matthæi cap. duodecimo. & c. ad audientiam. c. ſponſam. de ſponſalibus. cap. acceſſit. & c. duo. de ſponſa impuber. ſemper in coniunctionibus non ſolum quid liceat conſiderãdum eſt ſed & quod honeſtum ſit. l. ſemper. ff. de ritu nuptiarum.

Etiam ſi ſponſalia ſint nulla, vtpote cõtracta inter conſanguineos. d. c. ad audiẽtiam. de ſponſalibus. Secus ſi eſſent nulla ratione conſenſus. c. vno, de ſponſal. impuber. in 6. & ſuper hoc diſpenſat papa: & bonum eſſet quod epiſcopi poſſent ſuper hoc impedimento diſpenſare, imò quod tolleretur, vt dicunt Doctores in c. non debet. de conſanguinita.

Decimoquartò, affinitas impedit matrimonium, vt declaraui ſuprà, in verbo, affinitas.

Dec moquintò, ſi non poſſit coire ratione frigiditatis naturalis, vel accidentalis: quia eſt caſtratus; aut ex defectu lanceæ, aut ſiccitatis membri, tunc illa frigiditas perpetua, vel in muliere, ſi ſit arcta impeditur matrimonium, & dirimitur iã contractum. cap. 3 cap. laudabilem. & cap. fraternitatis & per totum, de frigid. & maleficia. & Hoſtienſis in §. fi. in ſumma huius tituli. & in his nulla poſtulatur, nec datur diſpenſatio.

Et caſus in quibus ſponſalia ſoluuntur tradit glo. in. c. ſi quippe. 27. qnęſt. 2. ſcribens hoc verſus:

*Lepra ſuperueniens, furor, ordo, ſanguis, et abſens.*
*Ab honeſtis lapſus, fideiq; remiſſio, prorſus.*
*Sponſos diſſociant, & uota futura retractant.*

Ponatur clauſula ſi mulier repta non fuerit.

Et ſic papa quotiens diſpenſat ſuper cõſanguinitate, vel affinitate, ſolet adijcere hanc clauſulam, dummodo mulier rapta non fuerit: quia ſuper hoc nõ intendit diſpenſare, niſi expreſſim peratur diſpenſatio. nam de iure ciuili raptor non poteſt con-

contrahere matrimonium cum rapta. l. vna. C. de raptu virg. tex. in authent. de raptis mulieribus colla. 9.

Secus est de iure canonico, cui statur per tex. in cap. penul. & fin. de raptoribus. tex. in c. tria. & cap. denique. 36 quæst. 2. requiritur tamen hoc casu voluntas parentum. de sententia Barbat. consilio vltimo. quæst. fi. in 2. volumine. quod in præsentia non discutio: sed dum operæpretium fuerit.

Et si scienter ponatur clausula addita in quinterno.

Vult dicere, quod si raptor scienter cõ traxit cum rapta, & petatur dispensatio à Papa, tunc apponetur clausula in quinterno posita, vt separentur ratione delicti pro tempore, quousque ad arbitrium commissarii congruam egerint pœnitentiam, c. ex literis de eo, qui cogn. consan. vxori & postea dispensetur cum illis, & facta dispensatione, omnes pœnę legales cessabunt, ut videtur innuere gloss. in cap. de puellis. 36. q. 2.

## REGVLA. LI.

### Super defectu natalium.

*Item uoluit, quod in dispensationibus super defectu natalium.*

Notandum est quod Papa multipliciter cùm illegitimè natis dispensat vbique existentibus, primo ad ordines c. 1. de filiis presbyt. in 6.

Aliquando ad beneficia, ut in cap. 2. illo tit. in 6. de fil. presbyt siue maiora, siue minora sint beneficia, & ad officia ecclesiastica, & administrationes, & si dispensauerit, ut possit retinere beneficia, persona tus & dignitates cum cura, uel sine cura, etiam si ad ea quis per electionem assumatur, si non faciat de cathedrali ecclesia mẽtionem, non veniet ecclesia cathedralis; nec ad beneficia illius censebitur dispensatus: sed ad beneficia ecclesiæ collegiatę sic, propter honorem ecclesiæ cathedralis. c. Quamuis de præb. in 6. Rota decis. 45. Nota, quod secundum aliquos in antiq. & decis. 133. Nota, quod illi, & c. ibidem. De stilo tamen curiæ Romanæ est ad uitandum opinionem Archid. contrariam positam in c. cui de non sacerdotali. de præb. in 6. quando gratia datur ad largam, ut terminis practicantium Roma. utar, ut dicatur expressim in ea, quod possit acceptare canonicatum & prębendam in cathedrali, uel collegiata ecclesia, quod est notandum, & superius scripsi.

Quod possint succedere bonis temporalibus.

Et per hoc patet, quod Papa etiam dispensat cum illegitimo, ut possit succedere in bonis temporalibus, & hoc in terris ecclesiæ, ut habet temporalem iurisdictionem. In terris uerò Imperii non solet legitimare quo ad temporalia c per uenerabilem, qui filii sunt legitimi. quamuis ibi multæ sunt opiniones; ista tamen seruatur in forensi iudicio quam tenuit Bart. in l qui in prouincia. ff. de ritu nuptiarum. & l. 1. C. de summa trinitate. quia dispensatio est iurisdictionis. cap. 2. de constitut. in 6. & c. per uenerabilem. qui filii sint legitimi. quam quis non exercet extra territorium. l. fi. ff. de iurisdictione omnium iudicum. c. fi. de constitu. in 6. & diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Et quia Papa non exercet iarisdictionẽ in subditos Imperatoris. nisi in casibus exceptis, & iste non est exceptus. in c. licet. de foro competenti. nec vult mittere falcem in messem alienam. & c. ut testatur in c. nouit de iudiciis.

Item in regno Franciæ non legitimat, nec dispensat papa quo ad temporalia. sed solus Rex Franciæ teste Io. Feral. in præroga. Reg. 15. & in stilo Parlamen. in 4. parte. Arresto 251. & Ioan. Gal. in quæstionib. per Aresta. q 156.

Nec sunt adulatores qui tenent regem Franciæ in temporalibus in suo regno legitimare; sed qui dicunt Imperatorẽ hoc posse, ut Albericus in suo dictionario, in verb. legitimari.

Intellige tamen quod Papa non poterit dispensare directe super bonis temporalibus si tamen super matrimonio dispoueret, quod tales nati essent legitimi, tunc etiam extenderetur ad temporalia. capit. cum inhibitio. de clandest. despon. cap. ex tenore. & cap. quod nobis. qui filii sint legiti. plene Autho. de Rosellis, in tracta. legitimatio. in lib. 2. nnm. 16.

Ponatur clausula, quod non præiudicetur illis ad quos succesio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Et sic Papa per hanc clausulam non intendit præiudicare illis ad quos succesio bono-

bonorũ peruenire debet, tam de iure, quã de consuetudine. Ex hoc patet, quod non sunt citandi in concessione istius dispensationis vel legitimationis consanguinei: cum illis non fiat præiudicium per istam regulam, quamuis Bar. & alij in l. Gallus. § & quid si tantum ff. de liberis & posthumis. dicat, quod si petatur legitimatio post mortem patris, cum fiat illis præiudicium, citari debent: secus si ante mortem illius de cuius successione agitur. l. fi. ff. de natalib. restituend. l. nam ita diuus. de adop. l. de vnoquoque. de re iudic. ff.

Ho die in hoc regno Franciæ ex communi vsu & consuetudine nunquam in concessione rescripti solet citari aduersarius contra quem rescripti petitur impetratur: sed in comprobatione, seu vt practici dicunt, in interinatione fit citatio, & solet Rex in legitimatione ista describere verba, Nos dictum talem, &c. de copula prædictã gentium, ad honores seculares, actus que legitimos quoslibet, quo ad temporalia, tenore præsentiũ legitimationis titulo decoramus: & huiusmodi genituræ maculam, quo ad præmissa penitus abolemus, concedentes eidem, & tenore præsentium cum eo dispensantes, vt ipse tanquam hæres legitimus succedere valeat, & succedat personis quibuscunq; si de ipsarum personarum processerit voluntate, in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, in quibus succederet de consuetudine, de iure, aut alias quouis modo, si esset de legitimo matrimonio procreatus, in quibus tamen ius non est alteri vel alijs iam quæsitum, & ea tanquã legitimus valeat iure hæreditario, vel aliàs quouis mõ vendicare, vel ipsi retinere seu possidere, ac de ipsis disponere tanquam successor fieri hæres legitimus, nisi alius quàm defectus huiusmodi natalium repugnet prædicto defectui, quem per præsentes abolemus, &c. soluendo tamen nobis hac vice pensionem moderatam, quocirca, &c.

Sunt igitur quatuor notandæ clausulæ in hac legitimatione potissimæ, quarum prima est, quod rex legitimat ad honores seculares: quia spurij ad honores admitti, nisi in defectum, non debent. l. vt gradatim. §. 1. ff. de munerib. & honorib.

Et sic ad temporalia tantum legitimatio ista fit. cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi.

Secunda clausula est, quod succedat illis personis, quæ consentiunt legitimationi, & quæ instituunt eum: secus contra illarum voluntatem.

Tertia clausula est, quod non poterit succedere si aliud repugnet, quam defectus natalium, forte ingratitudo, seu alia causa; quia non est melioris conditionis, quàm fil.° naturalis, & legitimus. §. aliud quoque. in authent. vt cum de appellat. cogno collatione. 8.

Quarta est, quod financia solui solet Regi semel tantũ. nisi princeps remiserit.

## REGVLA LII.

### Super defectu ætatis.

*Item quòd per quamcunque signaturam, in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat: nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensationis concernat: vel alias nihil conferat, aut operetur, & si super defectu ætatis fit dispensatio huiusmodi, de duobus duntaxat annis dari ualeat, habita prius per testes idoneos, vel alia informatione, quo ad idoneitatem personæ, cui dicta dispensatio conceditur.*

Aduertat summus pontifex ne dispenset cũ istis pueris ad prælaturas, vel ecclesias parrochiales. quia dispensatio est contra ius naturale, vt quis regat & præsit, qui se regere nescit.

Item dispensatio tendere debet ad vtilitatem ecclesiæ, & illius ædificationem: sed cũ istis tendit ad detractionẽ ecclesiæ & fidelium. cap. eam ae. de æta. & qualita. & istis nõ potest assignari aliqua iusta causa dispensandi. Ideo dispẽsans est domino infidelis, & est stultus & amans: & tamen prudẽs esse debet, vt est in Euãgelio, fidelis seruus & prudens quẽ constituit dominus &c. Ego mallẽ, istos pueros perpetuo damnare carceri, quàm cum illis ad ista dispensare. & ego mallem fodere vineam quam dare dispensationem minimam.

Item ad Timoh. cap. 3. dicitur, oportet esse doctorem, ergo tempore quo accipit prælaturam: nec debet haberi consideratio, quod in futurum possit esse, sed quod si tempore, quo eidem prouidetur.

REGV-

## REGVLA LIII.

### Super defectu natalium ex nobilibus & graduatis.

*Item voluit, quod super defectu natalium dentur graduatis, seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quatuor, etiam si canonicatus & prębendę cathedralium, seu collegiatarum ecclesiarũ, & per fiat vt petitur, quatuor si petantur, dummodo canonicatus & prę bendę cathedralium ecclesiarum, vel dignitates non existant.*

Quæcumque duo beneficia in eadem ecclesia sunt incompatibilia. c. literis. de concessio. præbend. & ideo per adeptionẽ præpositurę vacat præbẽda, quam quis in eadem ecclesia obtinebat, vt consuluit Signo consil. 112. Thema sic se habet. vbi cõcludit impetrari posse: quia accipiendo secundum videtur ipso iure renunciare Primo l. si filius. ff. de minoribus. l. illud. de acquirend hæreditate. l secnnda, Cod. de iure dom. impet. vide in literis gratiæ fol. 44.49. & 70. & tex. & docto. in clem. fin. de præbend. glo. in clem. gratiæ. de rescript. &c. gratia. illo tit. lib. 6.

## REGVLA LIIII.

### De incompatibilibus.

*Item voluit, quod super obtinendis incompatibilibus beneficijs in theologia magistris, & in iure canonico, vel ciuili doctoribus, & in alijs cum rigore examinis, ac in eadem theologia licentiatis, aut bacchalarijs formatis, ac magnis nobilibus, per fiat, quinquennium, & addito vt petitur, quoad vixerint, ad duo incompatibilia; alijs vero per fiat, biẽniũ: & addito, vt petitur triennium, ad duo: dummodo non sint duæ dignitates maiores post pontificales seu principales, aut duæ parrochiales ecclesiæ, vel tales mixtim, cum potestate permutandi, si petatur.*

Regula est negatiua, quod nulli dispensatio concedatur, vt duas ecclesias parochiales retineat simul: nec duas dignitates maiores post pontificales in cathedralibus, seu principales in collegiatis.

Fallit quando ecclesiæ parochiales essent contiguæ & propinquæ.

Sed quæ propinquitas requiritur; Respon. tanta, vt per vnum deseruiri possit ipsis duabus commode.

Secundo requiritur, quod illarum fructus non ascendant simul vltra viginti quatuor florenos auri de camera, secundum communem æstimationem.

Fallit secundo, quando dispensare pro nobilibus, vel magistris in theologia, vide in tracta. de literis gratiæ. fol. 47.

## REGVLA LV.

### De obtinendis parochialibus ecclesijs, vel dignitatibus principalibus.

*Item voluit & ordinauit, quod per quamcunque signaturam deinceps faciendam, nulli cuiusuis dignitatis, status, gradus, & cõditionis fuerit, detur dispensatio quod duas parochiales ecclesias, vel dignitates maiores post pontificales in cathedralibus, seu principales in collegiatis ecclesiis, vel vnã cũ reliqua earũ insimul retinere valeat: nisi ipsæ ecclesiæ parochiales adeo contiguæ & inuicem propinquę sint, quod ipsis per vnum commodè deseruiri possit, illarumque fructus, & c. insimul vltra vigintiquatuor florenos auri de camera, secundum communem æstimationem, non valeant annuatim: & de hoc in literis dispensationis huiusmodi expressa mentio fiat: vel nisi super obtinendis duabus*

*bus ex huiusmodi dignitatibus, vel parochialibus ecclesiis in simul, pro magnis nobilibus, magistris, vel bachalarijs in theologia formatis, vel doctoribus, seu licentiatis in altero iurium per verb. dispẽsamus. & de speciali signatura sufficiens habeatur, & super illis parochialibus ecclesiijs huiusmodi signatura de parochialibus mentio fiat, & similiter in dispẽsationum ad incompatibilia prorogationibus obseruetur.*

Non seruatur in Francia, quia est burfalis.

Item non procedit hæc regula in casu mixto, videlicet, quando prouisio à Papa facta esset, & in ea dispẽsatio, quia hæc regula loquens in simplici, non trahetur ad mixtum, per text. in l 2. ff. de verb. obliga. & ita expresse fuit decisum in Rota, vt refert Cassado. in decisionib. super regul. cancellariæ, decis. 35. vtrum prouisio.

Secundo dispensatus per solam signaturam non efficitur inhabilis, iuxta extra uag. execrabilis. de præbend in extrauag. Ioan. 22. & hoc etiam tenuit Cassado. in decis. 36. Dispensatus. ibidem.

## REGVLA LVI.

### Vt nulli suffragetur dispensatio, nisi literis confectis.

*Item cùm cõcessiones super gratijs dispensationum quarumcũque quibuscunque per ipsum dominum uostrum cõcessarum, vel concedendarum per regulas cãcellariæ Apostolicę, sint prouide limitatę, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessioni bus oblatis multa sint petita: ne quis talium concessionum prętextu id dispensatiue tenere, aut facere pręsumat, ad quod cõcessiões huiusmadi se non extenduut, voluit idem dominus noster, quod nulla talis dispẽsatio cuiquam suffragetur, antequam super ea literę Apostolicę sint confectę.*

De iure quicunque habens ecclesiam parochialẽ tenetur promoueri intra annum, alias vacat ipso iure ecclesia illa, & potest per non promotionem impetrarii cap. licet canõ. de elect in 6. ideo petitur dispensatio, vt hic in tractade literis gratiæ. folio 47. & folio 71.

Poterit tamen ea permutari in fine anni, cum non vacet nisi toto anno elapso. c. cõmissa. de elect. in 6. Rota decis. 187. in antiq. Oldra. consil. 203. factum tale est collata. q. 1. Roch. Curtius in tract. iurispa. in. verb. honorificum. q. 30.

Et is, cum quo permutatur, tenetur etiam intra annũ promoueri. Rota decis. 108. Nota, quod vbi. in antiq. Non habet locum in præpositis ecclesiæ regularis canonicorum. Feder. consil. 25. Item non procedit in ecclesijs curatis, quę sunt dignitates. Fede. cõsil. 86. Casus. &c. Prior Et sic non habet locum in decanatibus, vel archidiaconatibus. Dom. consil. 131. Quoniam. & consil seq.

Item non procedit, quãdo ecclesia parochialis esset præbendæ vnita, vel alteri beneficio simplici. c. super eo. de præbend. in 6. Nicol. Mil. in verb. curatũ in vlti. q.

Idem si non habeat curam fori pœnitẽtialis, sed solum fori contentiosi. Card in Clem. vna, q 2. de offi. vicar. Idem si dno, vel plures in parochiali ecclesia deputẽtur. Oldr. cons. 67 vide c. sicut vna. ibi, sed vnum tantum, dummodo habeat sacerdotem. 21. q 2.

Idem quando nulli sunt parochiani. Glo. & doct. in d. c. licet canon. & Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. par. q. 42. Io. Staphil. in tract de literis gratiæ, in 2. par. fol. 46. quia si non habeat curã actu, cessat ratio. d. c licet canon. vt scribũt Anchar. & alij per illum textum, in clem. vnica, de offic. vicar. col. 1.

Item potest eam permutare in fine anni c. cõmissa. de elec. in 6 Rota decis. 187. in antiq. Oldrad. cõs. 203. factum tale est, collata. q. 1. Rochus in tract. iurispatronatus, in verbo, honorificum. q. 30. Et is, cũ quo permutatur, tenetur intra alium annum etiam promoueri. Rota. decis. 108. Nota quòd vbi, in antiquis.

Item annus computatur à die adeptæ pacificæ possessionis, & non currit quandiu est litigiosa parochialis ecclesia. c. cõmissa. de electio. in 6.

Idem si iuxto impedimento detentus, nõ potuit promoueri. d. c. commissa. Idem

si pate

ſi pater, vel patruus, ſeu auũculus retinuerit bullas ſui filij, vel nepotis: quia cũ igno ret, non priuatur, niſi à die quo ſciuit. Do. in d.c. commiſſa. Io. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 52. in fi. Intelligo, ſiue is, qui reſignat, remanſerit in poſſeſſio ne per annum, ſeruiente reſignatario, cui commiſſa eſt & credita cura, & rector dici tur. nam quia per eum ſtat quo minus poſ ſeſſionẽ adipiſcatur, dicerem vacare, quod eſt notandum.

Item diſpenſatus ad obtinendum parrochialẽ, tenebitur promoueri in 18. anno ad ſubdiaconatũ: in 20. ad diaconatũ. aliàs vacat ben eficium per non promotionem. Anchar. conſ. 293. vltra alia. contrarium fuit iudicatum Burdegalæ, vt refert Boer. in deciſ. Burdeg q. 119. An poſſit renunciare poſt annum, vide glo. in ca. niſi. de renunc. Ancha. conſ. 162.

Item nõ habet locum in epiſcoparibus, abbatijs: quia in his non inuenio hoc ſtatutum fuiſſe, cum in iſtis expreſſa requiri tur mentio. glo. ſingul. in c. 2. de præben. in 6. quod factum non eſt: ſed tantum de parrochialibus eccleſijs. Et licet in Cle. ne in agro. §. cęterũ. & ſeq. loquatur de prioratu conuentuali, tamen non loquitur de abbatia. Ideo in ea nõ habebit locum iſte text. tum quod odioſum eſt c. licet ca non. ideo reſtringendum. c. ſtatutum. de elect. in 6. reg. odia. de reg. iur. in 6. Ad hæc per adeptionem beneficij non vacat epiſcopa tus. c. cum noſtris. de conceſſ. præb. ſic nec abbatia, ob id etiam non vacabit per non promotionem. Imò in epiſcopatu eſt deci ſum non poſſe uacare ſine authoritate ſuperioris. c. quanto. de trãſlatione epiſcop. c. niſi cum pridem. de renunciat. Ideo iura antiqua remanebũt incorrecta in his, nẽpè c. cum in cunctis §. inferiora. de elect. vbi abbatiæ comprehenduntur, teſte Panor. Et ideo ibi poteſt priuari, ſi monitus non promoueretur, & ſic in epiſcopatibus & abbatijs requiritur monitio antequam uacent per non promotionem.

Item non habet locum in eccleſia, quã ſuccurſum vocant, quæ fundata eſt propter vtilitatem parrochianorum longè diſtantium ab eccleſia matrice. c. ad audientiam, 1. de eccl. ædific. quia hoc eccleſia de beneficium ſimplex, vt docet Decius in c. ex parte S. no. 1. de reſcrip. qui allegat Panor. in. c. recolentes. in fi. de ſtatu monach.

## REGVLA LX.

### De Indulgentijs.

Dauid Pſal. 72. ait, Exiſtimabant ut cognoſcerem, videlicet iſtam materiam per humanam inueſtigationem, & per legem: ſed hoc eſt labor ante me, donec intrẽ in ſanctuarium Dei, id eſt, in ſacram ſcripturam, quæ dicitur ſacrariũ, & Dei ſanctuarium, in quo recondita ſunt omnia ſacra geſta. Et ſi hęc materia non poteſt intelligi donec intremus ſanctuariũ. & per ſacrã ſcripturam intelligetur. Dicit Floren. in 1. par. tit. 10. c. 3. De indulgentijs nihil habemus expreſſe in ſacra ſcriptura, quis in ducat illud Apoſt. 2. ad Corin. 2. Sed ſi qd donaui vobis pp vos in pſona Chriſti &c.

Quas non poſſunt cõcedere inferiores epiſcopis, etiam ſi ſint abbates. cap. accedẽtibus. de exceſſib. prælat. poſſunt tamen concedere participatione bonorum operum, quæ fiunt per ſubditos ſuos quibuſcunque in gratia conſtitutis: dum tn ratio aliqua moueat eos, & cauſa, aliàs nõ. Epiſcopi non poſſunt dare vltra 40. dies. cap. cum ex eo. de pœniten. & remiſſ. niſi in dedicat one eccleſiæ, annum. ibidem & cap. noſtro illo titulo.

Quot requiruntur ad indulgentiam conſequendam? Reſpõ. Primò ex parte cõcedentis requirit auctoritas, & poteſtas, quæ principaliter reſidet in ſummo põtifice. gl. in extrauagãt. 1. de pœnitẽ. & remiſ. in cõmunibus. & hæc poteſtas pẽdet a clauie iuriſdictionis & dignitatis, nõ oridinis.

Secundo requiritur quod cõcedat ſubditis, alit qui non lucrabuntur, niſi epiſcopus cõcedat eis facultatem, quod poſſint vti indulgentia aliorum prælatorũ. Innoc. in c. quod ante. de pœnit. & remiſſ. poteſt etiã epiſcopus ex iuſta cauſa concedere vt indulgentia proſit etiam venientibus ex aliena dioceſi. Angel. de Clauaſ. in ſumma Angel. in verbo indulgentia. §. 11.

Tertio requiritur vt cõcedens habeat iuriſdictionem epiſcopalem, ſeu dignitatis epiſcopalis. vt ſupra dictũ eſt: quia ſententia lata à non ſuo iudice non tenet. c. at ſi clerici. de iudic. l. extra territorium. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.

Quinto requiritur quòd concedens ſit in communione ſaltẽ præſumpta, ſanctæ matris eccleſiæ, videlicet, quòd nõ ſit hæreti-

reticus vel excõmunicatus. c. audiuimus. 24. q. 1. c. verbum. de pœnit. dist. 1. quia qui non potest ligare vel absoluere, nõ potest indulgentias concedere. Not. in cap. quod autem. de pœnit & remiss. Calde. in cap. nostro de pœnit. & remiss.

Sexto quod concedens non excedat metas potestatis capit. cum ex eo. & cap. seq. de pœnit. & remiss.

In recipiente requiritur idoneitas. Nam actus agentium (secundum Philosophum) sunt in patiente bene disposito Primo requiritur quòd sit fidelis: quia thesaurus ecclesiæ non applicatur nisi ei qui est membrum ecclesiæ. c. nihil. 11. q. 3. c. si quis à catholica. 23. q. 4. remanente culpa, non remittitur pœna.

Secundo requiritur quod sit subditus. d. c. nostro. Cald. summ. Angelic. in verbo indulgentia. §. 19 Item requiritur impletum actus, propter quem indulgẽtiæ cõceduntur, alias non volent. Thom. in 4. sent. dist. 20. Nec obstat q̃ Deus respiciat bonam voluntatem: quia verum est quantum ad augmentum gloriæ, sed nõ quoad accidentia, sicut est remissio pœnæ: valet tamẽ per accidẽs talis bona voluntas, q̃a inquantum auget gratias, per consequẽs & contritionem: & ita operatur ad remissionem pœnæ. summ. Angel. in verb. indulgentia. q. 20.

Tertio requiritur quòd sit contritus. c. legatur 24. q. 2. & confessus ex proposito: quia non oportet quod de facto confiteatur, & in Pascha postea, vt ait Petr. de Pal. in 4. sent. dist. 20. quem refert Floren. rub. de indulg. Communis opinio repugnat, quia ex verbis apparet, quod quis debet cõfiteri. Panor. in c. Omnis. & Io. And. in c. quod autem. de pœnit. & remiss. Card. in Cle. vna. de reliq & vener. sanctorum

Quarto requiritur idoneitas fidei, videlicet, vt is qui vult lucrari indulgẽtias credat tantã ptãtem esse apud ecclesiã: & licet non habeamus manifesta testimonia, tñ non est credendũ ecclesiam errare. Hẽ rit. Boic. in c. q̃d autẽ. de pœnit. & remiss.

At quibus ex causis indulgentiæ concedendæ sunt? Respon. principaliter ratione honoris Dei. Dẽt enim Deus ex hoc honorari. quod potest fieri multis modis. Primo dũ dantur pro opere construendo vbi missæ nunc fusius celebrantur, & maiores orationes fiunt, & ideo magnificabitur Deus & recte datur visitãtibus ecclesias, existentibus in prædicationibus. Ange. in verbo, indulgentia §. 13. Item ad exaltationem fidei. glo. in d. extrauag. & not. in c. ad liberandum de Iudeis. Item quod concedens intendat animas fidelium prouocare ad regnum cœlorum.

Quando debent cõcedi? Respon. quando est vtile vel necessarium. Primo, quando est vtile ad augendã fidem, vt ex causis supradictis: vel necessariũ, vtpote quia Turca alias inuaderet nos, vt nũc erat, tũc indulgentiæ concedendæ sunt. gl. in d. extrauagan. Item vtilitas in opere: videlicet vt opus quod imponitur pro indulgentia obtinenda, sit vtile & ordinabile ad honorem Dei, & fidei exaltationem. Nec attẽditur in indulgentiis meritum: alias non diceretur indulgentia, sed genus operis. dict cap quod autem. de pœnit. & remiss. Item requiritur congruitas tẽporis, vt in anno Iubileo. Nam dicit Paul. Ecce nunc tempus acceptabile.

Item cã rõnabilis. Nã dicitur fidelis & prudens, &c. & ideo dispensatio talis thesauri non debet fieri nisi in illis casibus, in quibus verisimiliter apparet quod Dominus, cuius sunt huiusmodi bona, consentiret, vt potestas ratione restringatur. ca. illa. 11. q. 3. nec debet esse austerus, postquam dominus est liberalis. cap. alligant. 26. q. 7.

Vtrum indulgentiæ pro temporalibus dari possint? Respond. non nisi pro temporalibus ad spiritualia ordinatis, secundum Bonauenturam, quem refert Angelus de Clauas. in summa Ange. in verb. indulgentia. §. 14. Pro spiritualibus potest dari, vt dedit Innocentius 4. Pro orantibus pro Rege Franciæ, in proœmio. prag. & prædicantibus. Angel. & Syluester in verbo indulgentia.

Pœnitentia generaliter accipitur pro displicentia rei, vel actus gesti: vt si pœniteat fecisse procuratorem, reuocare quis eum poterit ante litem contestatam. l. ante litem. ff de procurat. c. 1. & 2. de procurat. in 6. Fel. in c. ex parte decani. de rescr. Et ista pœnitentia interdum accidit in cõtractibus innominatis, l. si pecuniam. ff. de condit. caus. data. aliqñ in contractibus nominatis, in quibus regulariter non admittitur pœnitentia. l. sicut C. de act & oblig. Bal. cons. 482. magnifici. in 1. vol. & §. porro. col. 3 Quæ fuit prima causa benefic. amitti. quando gratia vtriusq; inita sunt: secus si gratia vnius tantum. glo. in l. qui ea mente. ff. de furt. Fallit in societate. Bal.

cons.

consi 169. in primis. in 3. vol. p l. actione. §. diximus. ff. pro socio. In transactione an habeat locum, vide tex. & not. in l. penul. ff de transact. & l quamuis. C. illo tit. In vltimis voluntatibus dic esse licitam, cum voluntas ie ante ambulatoria vsq; ad mortem. l. 4. ff. de adimen. legat. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. glo. in verb. non valer. in c. cum Marthæ. de celebrat. missarum.

Quid in delictis, scribitur in d. l. qui ea mente. ff de furt. gl. in §. Sciat. n. & in verbo, non emendantes. in authentica, vt iudices sine quoquo suffra. In iudiciis an recipiatur, legitur in l. si cõuenerit ff. de iurisdict. om. iudic. in c. 1. de iudic. Sed cum hęc non sit præsentis speculationis, ad alteram me transfero.

Alia est pœnitentia, quæ dicitur sacramentalis, de qua hic scribitur: & hęc diffinitur per D. Augustinum in lib. de pœnitentia, sic Pœnitentia est quædam dolentis vindicta. Id est, quædam assignatio pœnitẽtiæ, puniens in se quod dolet cõmisisse. c. pœnitentia. de pœnit. dist. 3. Vnde est secũdum Gregorium & Ambrosium, mala præterita plangere, & plangenda iterũ non committere. c. 1. de pœnit. dist. 3. & c. pœnitentiam. ibidem.

Multiplex autem est pœnitentia. Quædam. n. est solennis, altera publica, alia priuata. Præpos. in c. quamuis. 50. dist & colligitur ex rub. de Pœniten. & remiss. quæ rubrica loquitur in plurali numero.

Solennis est illa, quę solenniter imponitur ab epo cũ presbyteris, qui culpæ modum nouerunt, pro crimine grauissimo, quod totam commouit vrbem, secundum formam c. in capite 50. dist. ca. vlt. 16. q. 6. vbi Archid. dicit hanc pœnitentiam cogi quem subire per excommunicationem, rõne scandali quod intulit, tamen non esse facile imponẽdam iuenibus vel decrepitis. c. pœnitentes. 50. dist. Et hæc pœnitentia non est interanda ob reuerentiã sacramenti: & ne facientes hanc pœnitentiã cõmittant similia delicta, arbitrantes hãc esse pœnitentiam. c. confirmandum, & seq. 50. dist. & c. reperiuntur. de pœnit. dist. 3. Vbi probatur, quod si iterum idem committeretur delictum, vel simile per istum pęnitentem, posset alio genere pœnitentiæ recipi; nec posset dici Deo, Cur iterũ illi parcis? Nã ecclesia nemini claudit gremium, qui ad eam redeat. Ibi pœnitentia

si aliquis egerit hanc pœnitentiam solennem, non potest amplius promoueri, tum ratione scandali vitandi, tum ratione dignitatis ordinum, & ob timorem reincidentiæ, Præpositi. in c. placuit. per illũ tex. 50. dist in. capit. hoc ipsum §. de pœnitentibus. & cap. de his 33 q. 2. glo. & doct. in cap si quis præpostera. ead. dist. 50.

Publica pœnitentia est, quam quis publice facere debet, vt cum iniũgitur peregrinatio ad limina Apostolorũ, ad sanctũ Iacobum, vel ad nostrã dominam de Laureto. Et hæc imponitur quãdo peccatum est publicum, sed non scandalosum. c. 1. c. quæsitum. vbi Panor. & c. fin. infra eod. Et publice peccantem publice arguere debemus. c. sed illud. 45. dist. Pro occulto tamẽ peccato potest imponi pœnitentia publica, & solennis, si pœnitens velit, alias secus. Archid. in c. fi. 26. q. 6.

Et istam potest quilibet sacerdos imponere, & sine solennitate: solennis nõ, nisi per episcopum, vel à suo pœnitentiario. Præpos. in c. pœnitentes. 50. dist. Imò prædicatores vel minores, quibus commissa est ab episcopo audiendi confessionẽ auctoritas, non possunt has pœnitentias solẽnes sine speciali mãdato imponere: sed ad episcopum remittere debent, nisi esset cõsuetudo in contrarium, Archid. in c. fin. 26. q. 6. Tamen hodie non imponuntur, nisi pro pueris oppressis. Collect. in c. quę situm in fin. infra eodem.

Priuata pœnitentia est illa, quæ priuatim à sacerdote imponitur confitenti. Et ista quandoque est imperfecta: vt quando quis confitetur & dolet cõmisisse peccata: tamen non habet propositum abstinendi: & huic non debet dari corpus Christi, cũ non debeat offerri nisi vere pœnitentibus. c. quod quidam. infra eodem, de pœniten. & remissionib.

Perfecta est illa, quæ fit cum illis in cõfessione requisitis, & cum proposito abstinendi se à peccato. Nam licet sequatur cõtrarium, tamen illa pœnitentia erit perfecta, teste magistro sententiarum, in 4. dist. 14. & requiritur cordis cõtritio, oris confessio, & operis satisfactio. c. perfecta. de pœn. dist. 1. sicut Deũ tripliciter offendimus, nempę delectatione cogitationis, impudẽtia locutionis, & superba operationis: ita & tripliciter satisfacere opus est: nempe

1.c.tempora.16.q.7.Eckius in lib. de sacramentis homilia 41.de confessione.

Aduertendum est,quod de indulgentijs nihil expresse habemus in sacra scriptura, quamuis inducantur, & certum sit Gregorium imposuisse indulgentias septennes in stationibus Romæ: quia tamen ecclesia hoc facit, & seruat, non est credendum quod erret.Flor.in 1.parte summæ, tit. de decimis.c.3.de indulgentijs. Tamen dicit S.Ambrosius in c.Ille rex,circa fin. de pœnit.dist.3.quod peccatum aut donatur,aut deletur,aut tegitur. Donatur per gratiam baptismi, quia sine omni pœna sunt dona baptismi.c.sine pœnitentia. de consec. dist. 4.Donari.n.dicitur, quod nullo congente conceditur. Regula, donari. ff. de reg. iur. Deletur per sanguinem,id est per passionē Christi,& per has indulgentias,quæ habēt effectum ex passione Christi. Tegitur per charitatem,hoc est,per satisfactionem pœnitentialem,& alia bona opera.c.ius potestatis. in fin.de pœnit.dist.1. Qui agit pœnitentiam,non solum diluere peccatum lachrymis debet,sed etiam emendationibus operire & tegere delicta superiora, vt non imputetur ei peccatum.

Prœmittendum est quod ecclesia militans est vnum corpus mysticum: & dicitur vna sponsa vni sponso Iesu Christo despōsata.c.debitum.de biga. Et sicut in vno corpore multa sunt membra,ita & in hac ecclesia.c.cum singula.de præbendis, in 6.Et D. Paulus dicit, vnum sumus in Christo, & est vnum caput mēbra. Caput papa est, membranos omnes sumus. Ideo non licet membris a capite discedere.c. cum non liceat de præscrip.

Item quāuis omnes Apostoli æqualiter ligandi & soluendi potestatem acceperint à Christo dicente,Accipite Spiritum sanctum,& quorum remiseritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis retēta sunt.Ioan.20.Petrus tamen maiorē potestatem in iurisdictione recepit. Matthæi 16.cap.vbi iurisdictionem dat remittendi in cęlis; aliis vero in cælo.in cap.18.

Item ei dixit,Tu vocaberis Cephas, id est caput.Et alibi ait,confirma fratres tuos & post etiam dixit,Pasce oues meas.Et sic patet,omnes Apostolos claues habuisse ordinis.Præposit.in c.Ita dominus.col.penu. 19.dist.vt cōfitentibus peccata eis remitterent,sed non per modum iurisdictionis,vt de thesauro ecclesiæ impartiri possent, sicut papa,qui claues huius thesauri habet, & indulgentibus impartiri potest.Apostolo 1.ad Corin.c.4.Sic nos existimet homo vt ministros Christi,& dispensatores ministeriorum Dei.& c. 9.Dispensatio mihi credita est &c. Alioqui nihil prodesset, si his relinqueretur.Et papa dedit aliis prælatis limitatiue distribuendi facultatem vt homo.c.cum ex eo.infra eodem.

Præterea præmittendum est, quod peccatum meretur mortem æternam; & ex peccato duo oriuntur,pœna. s.& culpa. Pœna est externa,si aliquis in peccato moriatur.Si tamen confiteatur,illa pœna commutatur in temporalem. cap. Porro,& c.si peccatum.de pœnit.dist.1.& istam oportet facere hic,vel in purgatoro. c.qualis.25.dist. c.si.de pœnit.dist.7.nisi papa per suas indulgentias cōmutet,quod potest facere interdum plenarie remittēdo,vt crucē signatis. c.ad liberandum. de Iudæis. vbi Cardin. col.pen.vult tex.Iubilei.& in extraua.1.de pœnit.& remiss.in communibus.Interdum ad tēpus,quando dat centū vel mille dies indulgentiarū;vt in stationibus Romanis.

Secundo ex peccato oritur culpa, quæ in anima,peccatoris generatur peccādo mortaliter, & diuertendo a creatore propter creaturā;& ista culpa nō potest remitti nisi à solo Deo.c.verbum.de pœni. dist.1. & Esaiæ c. 43. Ego solus deleo iniquitates. Indistincte ergo dñr indulgētiæ, q̄ à pœna & culpa dantur.Cle.2.de pœnit.& remiss.

Tertio aduertendum est,quod quamuis hæretici voluerint sustinere q̄ ex sola cōtritione peccatū deletur,per illā authoritē,Quacūq;hora ingemuerit peccator &c. tamē ecclesia tenet & nos tenebim⁹ adhuc pœnā remanere;quod sic probatur:Adam, quamuis sui peccati pœnituisset, tñ adhuc pœna remanet,&pœnitentia opus est.vt habetur lib.Num.c.12.Maria soror Moysi, q̄ murmurauit cōtra fratrē,& sic peccauerat, tamē adhuc leprosa remansit septē dies. Et fratres Ioseph, quamuis pœniterent dicentes, Merito patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.Gen.42.tamen adhuc pœna illis remansit.Leuii.c.5. Anima quæ iurauerit & protulerit labiis suis,vt vel male quod faceret,vel bene,& nō fecerint,& idipsum sermone firmauerit oblita, postea intellexerit delictū suum,agat pœnitentiā pro peccato.& offerat de gregibus agnum siue capram,orabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius,& dimittetur ei. Ecce, q̄ non sufficit ingemiscere, sed oportet offerre.agnum, quod est pro peccatis satisfece-

de. Et Zacharias, quamuis in credulitatis pœnituisset, quia angelo credere noluit, adhuc tamen mutus remansit vsq; ad filij natiuitatem Lucæ 1. Et D. Paulus pœnam tulit post conuersionem, quia datus erat ei angelus Satanæ qui eum colaphisabat. Rosensis art. 21. de indulgentijs. Dauid ēt licet peccatum ei esset remissum, lauabat per singulas noctes lectum suum lachrymis. Alioqui sequeretur quòd melioris conditionis esset ille qui perseueraſſet in magnis peccatis per totam vitam, quàm religiosus, sanctus, vel alius, qui semper pœnitentiam in vita egisset, contra ea quæ dicit Augu. in c. si quis. de pœni. dist. 7.

Quarto hæ indulgentiæ extrahuntur ex merito passionis, quod fuit largius ac abundātius quā peccatum primi parentis. Nam vna gutta sanguinis sufficiebat ad mundum, immo plures mundos redimendum. Et sic hoc reponitur in thesauro, vt papa, qui est dispensator, egentibus distribuat. & 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non nostris autē tantum, sed totius mundi: & sic cum pro toto mundo satisfecerit, & tamen pro paucis exequitur tm̄ posit, nempe Christianis, ob id infinitus thesaurus super est illarum satisfactionum Christi. Eliciuntur & ex merito beatæ virginis, quæ nō peccauit: tamē multas ærumnas, & mala perpessa est, quæ nō erant ad saluationē necessaria: ob id merita superabūdantia in thesauro ecclesiæ remanent. Item Iob ait, pœnam suam excedere culpam. Iob. 6. c. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. In superabūdantia passionum consistit superabundantia satisfactionum. Idem de meritis Apostolorū, quibus ad saluationem sufficiebat seruare mandata Dei. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata: & tm̄ seruauerunt nedū mandata, sed etiam consilia, quæ nō erāt ad uitam æternam necessaria; & plura passi sunt quàm peccata eorū meruerint, ac martyres & alij sancti. Vnde ex illorum meritis ecclesia capit, & indulget aliquibus indigentibus, & ipsi lætantur, cū sint causa tantorum bonorum. Nam gaudium est in cælis super vno peccatore pœnitentiam agente. Et sic isti sancti plus satisfecerunt, quàm meruerunt; non tamē plus meruerunt quàm acceperunt; & sic animo merendi tam ipsis quam alijs sustinuerunt plus quàm debuerint, vt ait Paulus Colos. 1. Nunc enim gaudeo in passionibus meis pro vobis. & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, teste Florent. de indulgentijs. §. 1. Vnde meritum passionis Christi, virginis Mariæ, Apostolorum, Martyrum iunguntur, & ex his indulgentiæ aliquando plenariæ indigentibus dantur, aliquando temporales, teste Rosensi in rub. de indulg. art. 17. & sic indulgentiæ remittunt obligationem dum taxat; quia peccator ad satisfactionem & ad iniunctam pœnitentiam tenebatur, ita vt amplius ad eam pœnam non teneatur, nec sit obligatus; potest tamen complere pœnitentiam si velit.

Indulgentia multis modis sumitur, sed quantum attinet ad hāc materiam, est remissio pœnæ temporalis, quæ pro peccatis debetur, à papa, vel alio potestatem habente concessa, teste Bol. g. in suo tractatu de indulg. in princ. Pœnæ, dicit, ob id, quia sicut per baptismum omnis pœna quæ pro peccatis debetur, relaxatur merito passionis Christi, c. paruulo. de consecra. dist. 4. Glos. super Exod. 14. super illo vers. Vnus ex eis non remansit, dicit omnia peccata esse ablata in baptismo, diabolica potestate submera. Paul. ad Titum 4. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti, quē effudit in nobis abunde. Ista pœna temporalis peccatorū commissorū post baptismū per indulgētias, vt voluit Bona. dist. 19. 3.

Postea dicit, à papa, quia claues Petro & his, qui in locum eius successerunt, datæ à Domino nostro Iesu Christo, dicendo Matth. 16. c. & c. manet. &c. quodcunque. 24. q. 1. potestas relaxandi data est eis sine vlla exceptione. c. Deus qui. de pœnit. dist. 1. Ergo istas claues papa accipit, & aperit, quando hoc videt faciendum. In his enim plenitudinem habet potestatis, vt in hoc cap. dicitur.

Dicit, vel ab alio, quia quilibet Cardinalis, archiepiscopus, vel episcopus potest in die dedicationis ecclesiæ annum indulgentiarum concedere in eorum episcopatibus, & legati in suis prouincijs. Alijs vero diebus non possunt vltra 40. dies concedere, vt in hoc in; quo rationes describuntur, ne videlicet claues ecclesiæ ob immensas indulgentias contemnātur. & ne penitentialis satisfactio eneruetur, & vt plenitudo papæ potestatis recognoscatur, & in honore summo remaneat.

Alij

Alij verò inferiores nullas indulgentias poſſunt concedere, niſi hoc habeant ex ſpeciali priuilegio. c. accedentibus. ubi glo. de excеſſ. prælat. quia ſacerdotes ſimplices non habent claues cum iuriſdictione, nec authoritatem impartiendi theſaurum. Oldrad. conſ. 73. Quæritur. Poterit tñ Capitulum, ſede vacante, indulgentias concedere, cum ſucedat in omnibus quę ſunt iuriſdictionis. c. his, qui. de maiorit. qđ eſt verum, creando vicarium, qui nomine Capituli hoc faciat, teſte Io Frācis. in tract. de offic. & poteſtate Capi. ſede vacante, in 1. part. q. 4. licet Ludo. Bolog. in ſuo trac. de indulg. nu. 14. teneat ſimpliciter Capitulū indulgētias cōcedere poſſe.

Dictum cap. cum ex eo, alij habent, c. cum ex ore extra de pænit. & remiſſ. diuiditur autem in 4. partes. In prima prohibet quæſtoribus aliqua dicere, niſi id qđ eſt in literis eorum expreſſum. In ſecūda parte eſt forma ſecundum quam ſolēt cō cedi indulgentiæ. In tertia ponit quales debeant eſſe quæſtores. In quarta præſtituit archiepiſcopis & epiſcopis numerum certum concedendi indulgētias, vt in dedicationibus eccleſiæ vnum annum concedere poſſint pijs actibus quadraginta dies. Quæſtores autem decipientes per indulgentias puniri debent Cle. 2. eod. tit. Sed an valeant indulgentiæ, ſi quæſtor falſo aſſerat indulgētias datas, licet nō ſint, Reſpond. quòd non, per Clem. abuſionibus. nec ſatisfaciendo iſti falſo. quæſtori, non cōſequitur quis liberationē. arg. l. 1. §. fi. ff. de ſuſpect. tuto. & C. de fur. l. falſus.

Item in ſpiritualibus nō eſt opinio, ſed veritas, q̄ eſt maiorꝭ potētiæ & virtutis. c. loci. §. his ita 35. q. 9. Plene Oldradus cōſ. 76. quęrit. & Ancharanus in c. quod aūt. in fi. ſup. eod. Et ſi in indulgētijs ſimpliciter dicatur vere pænitentibus & cōfeſſis, ſufficit q̄ ſit contritus, & cū ſpe. confitēdi tempore à iure pręſtituto, vt tenēt docto. in c. omnis. de pænit. & remiſſ. & Gerſon in ſuo opuſculo de indulgentijs. in 3. cōſideratione. Nam fauorabilior eſt interpretatio, quia fieri debet in indulgentijs. glo. in clem vna, de reliq. & vener. ſanct.

Præterea quatuor requiruntur in his indulgētijs, ad hoc vt valent. Primò potestas ligandi & ſoluendi, ſiue auctoritas cōcedendi. Lucæ 12. Fidelis ſeruus & prudens, quē conſtituit dominus ſuper, &c. Vñ non profunt indulgentiæ, niſi proprij iudices eas conceſſerint, & ſic tātum proſunt. c. quod autē. de pænit. & remiſſ. Et requiritur in cōcedente etiam volūtas ſyncera & ſancta, vt concedat nō per pecuniā vel lucrum tēporale, ſed ad bonum finē. & hoc probat hic tex. ibi, indiſcretus, &c. Et iō papa licet tantas quantas velit, concedere poſſit tñ hoc intelligi debet ex iuſta cauſa, quia eſt diſpenſator fidelis & prudens, qui cibum dare debet in tēpore. Et iſta conceſſio eſt diſpenſat. o. c. etſi illa. 1. q. 7. quæ ſine cauſa non datur. Et ſic in cōcedente requiritur q̄ ſit promotus in papam vel epiſcopum. Secundò q̄ ſit ſuperior illorum, quibus cōcedit indulgētias. Tertiò quòd habeat iuriſdictionem epiſcopalem. Quartò requiritur diſcretio cōcedendi. Quintò q̄ ſit in cōmunione ſanctæ matris eccleſiæ. Vnde hæreticus, vel excommunicatus notorius non poſſet eas concedere. Vltimò requiritur q̄ concedens nō excedat metas ſuæ poteſtatis, vt hic: alioqui non eſſet, fidelis ſeruus & prudens, vt eſt in Euangelio Luc. c. 12.

Secūdò requiritur idoneitas in recipiēte Nam actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito, teſte Philoſopho: & ſic theſaurus eccleſiæ nō applicatur niſi illi qui eſt mēbrum eccleſiæ. c. nihil ſic debet. 11. q. 3. & c. ſi quis à catholica 23. q. 4 c. nemi nē, & c. omnis depœn. diſt. 2. & ſic primo requiritur idoneitas rōne ſubiectionis. c. quod autem: Secundò ratione fidei, vt credat concedentem habere talem poteſtatē in eccleſia. Tertiò reſpectu contritionis, quia debet eſſe cōtritus tempore quo lucratur eas, licet in itinere videndo puellas, vel alias peccauerit. teſte Florent. in d. tract. de indulgētijs §. 5. in fin. Quartò reſpectu impleméti actus per quem indulgentiæ conceduntur vt debeat ex plere. Quinto vt ſit fidelis. Sextò vt ſit pænitēs & confeſſus iuxta tenorem indulgentiarum. Igitur oportet quòd antequam aliquis lucretur indulgentias, quòd ſit à culpa liberatus per contritionem, vnde ſolēt dari pænitentibus & confeſſis. gl. in extrau. 1. de pænitent. & remiſſ. Et quod ſi fidelis. cap. omnis ſuper eod. & ſic omnes fideles, licet non fuiſſent nati tempore datæ indulgentiarum, ſunt capaces, niſi fuerit facta reſtrictio in conceſſione. Etiam is qui conceſſit, poterit eas lucrari, ſicut is qui cōficit corpus Chriſti, & dat fidelibus ita conficit ſibi Et ſic tanquā miniſter dat indulgentias, & poſteà tanquam vnus fidelis lucratur. Thom. in 4. ſent. 20. q. art. 5.

Calder. in c. seq. & in d. c. fi. eod. tit. in 6. Et sicut is qui tulit legē, secūdū eā viuere debet. l. digna vox. C. de legib. ita & hic. Ioā. de Ana, in c. fi. de raptor. Facit l. si consul. ff. de sena. & c. à collatione. de appel. in 6. Saltem oportet credat in genere, ecclesiā indulgentiam dare posse, teste Adriano in 4. sent. de claubus, vers. sed probabile dubium. ibi, sed resecando superflua.

Tertio requiritur pietas, hoc est honor Dei, & exaltatio fidei in omnibus indulgentijs. Ista debent considerari vt tendant ad honorem Dei, & fidei exercitationē & augmentū, teste Io. Gerson. in opusc. de indulgentijs, cōsideratione 9. per d. c. qđ aūt.

Quarto requiritur vtilitas in opere, & sic causa vt opus, quod imponit pro indulgentia imponenda sit vtile, & ad honorē Dei tendat: vtpote quicunque visitauerit templū nostræ Dominæ, lucretur centum dies indulgentiarū, hoc tendit in honorem Dei postquam tendit in honorem sanctorum. Nam Deus laudatur in sanctis teste Dauide dicente, Laudate Dominum in sanctis eius. Et dicitur alibi, quicunq; honorificauit illos, honorificabit eum pater meus qui in cœlis est. Et alibi Dauid, Nimis honorati sunt amici tui Deus.

Item si cōcedantur indulgētiæ dātibus pecuniam ad ædificationem templi. Nam populus Israeliticus pecuniā pro ædificatione templi, potumq; ac cibum lotomis dabat, vt scribitur 1. Esdræ, c. 3. Ex his patet, causam dādi indulgentias consistere in pietate, seu in materia piorū operum, vel religionis, seu cultus diuini, vel in alimoniam pauperū, vel in constructionē ecclesiæ aut hospitalis, vel refectione pontium. De visitatione terræ sanctæ, nostræ Dominæ, vel alterius loci pij, & sic ex prædictis iudicātur indulgentiæ validæ & discretæ aliàs sine causa vel minus sufficienti, indiscretæ. Quia sine causa nō dispēsatur, & dispēsator fidelis est & prudēs. vt est Luc. 12.

Causa etiam finalis est iusta causa & rationabilis, tendens in aliquem bonum finem, vt iam est dictū supra, c. nō omnis & seq. 5. q. 5. vt in laudem Dei. cle. vna de reliq. & vener. sancto. In restauratione loco rum piorum. & p animalibus fideliū Nam data est potestas in ædificationē nō in destructionē. 2. ad Corinth. 10. c. glo. in cap. non est. de voto, & sic causa requiritur sufficiens non æquiualens. Quia finiti ad infinitum nulla est proportio, nec spiritualis ad temporale. c. fin. de rerum permut.

Ibi, abusiones. Nota q̄ quæstores multas abusiones promittunt in suis prædicationibus, contra quas hodie est prouisum in clem. vlt. eod. tit.

Ibi, nisi apostolicam, vel nisi dæcesani episcopi literas, &c. Nota q̄ quæstores non debent recipi ad prædicationem indulgentiarum, nisi habeāt literas apostolicas, vel diœcesanorum. Ergo sufficit alteras habere, per istam alternatiuā: vel, ita probatur: ad cuius veritatē sufficit alteram partē esse veram. Regula, in alternatiuis, de regul. iuris. in 6. c. inter cæteras. de rescrip. l. si hæredi plures. ff. de cōditionib. institutionū.

Intelligo autē, si sine suspitione sint literæ apostolicæ prædictæ habere locum, & quando persona est notabilis, tunc non requiritur alia licentia episcopi, vt in prædicatoribus, & minoribus, dicunt Hostiē. & Ancha. hic per istum tex. sic eum intelligendo. Nisi episcopus ex causa interdixisset quæstori, vtpote, quia iura parochialia impediebat vel vsurpabat. vt in ca. nimis praua. de excessib prælat. c. his. & c. tuarū. de priuil. Hodie non possent quæstores indulgentias prædicare, nisi episcopus literas apostolicas examinasset, ne quid fraudis committi valeat. clem. abusionibus. in princ. eod. tit. de pœnit. & remiss.

Ibi, præter id quod in ipsis continebitur literis. collige, q̄ p̄dicator nō debet aliud proponere, quam in suis literis habetur, vel citra earum declarationem circa factum. Nam si dati sint centum dies, nihil aliud debet promittere. Facit c. porro, de priuil. vbi merę priuilegiorum transgredi non debent. Poterit tū inducere populū ad deuotionem vt lucretur illas indulgentias, & effectus ac vtilitates indulgentiarum declarare: quia ista connexa sunt, & cui iurisdictio est mādata, omnia censentur commissa siue quibus, &c. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. præterea. de offi. deleg. & illa quæ iuxta mandatum sunt vñr cōmissa. arg. l. magis puto § ei° officio. ff. de reb. eor. Anch. hic ibi formam, &c. Nota quā formam soleat sedes apostolica seruare in indulgentijs concedendis, illam necessario tenentur seruare episcopi, & alii concedentes indulgentias. Sedes tamen apostolica, aliquando hāc formā immutat, vt ego vidi.

Sed oēs stabimus ante tribunal Christi, ait D. Paulus ad Rom. 14. & hoc intelligitur in extremo iudicio. & 2. ad Corin. 5. dicitur Omnes. n. nos manifestari oportet ante tribunal Christi quando audietur illa vox

la vox, Surgite mortui, venite ad iudiciũ, recepturi ſcilicet, prout in corpore geſsimus. Dauid. in Pſal. tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua. Et in Symbolo Athanaſij dicit, Qui bona egerunt, ibũt in vitã æternam, qui vero mala, &c. Et Deut. 25. pro menſura peccati erit & plagarum modus.

Ibi, ſeminare in terris, &c. & ibi, quoniã qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam æternam. D. Paulus. 2. ad Cor. & ad Gal. c. vlt. Quæ. n. ſeminauerit homo, hæc & metet: qm̃ qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionẽ: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. Quantum debet dare volens lucrari indulgentias? Reſpond. Si eſt taxatum, ſm taxationem dari debet: ſi non ſit taxatum, pro qualitate loci & perſonæ. Nam plus diues, quàm pauper dabit, & alias boniviri arbitrio relinqui debet. Cald. in c. ſeq. tit. de pœnit. & remiſ.

Ibidem, §. adhæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias & cætera, dicuntur indiſcretę, quando ſunt conceſſæ per non habentem poteſtatem: vtpote concilium generale, ne ſint duo capita, indulgentias cõcedere nõ poteſt. Card. Floren. in clem. vnic. q. 5. & ſeq. de reliq. & vener. ſanct. facit c. ſignificaſti. de electio. Idem in cœtu Cardinalium, vacante ſede. clem. ne Romani. §. ſane. de elec. Idem in c. ſede vacante, quia non põt etiã omnia quæ ſunt iuriſdictionis. c. verũ. de fo. compe. Io. Franc. de Paninis. in trac. de offi. & poteſt. c. ſede va c. 4. q. 1. part. Arch. in c. 1. eo. ti. in 6.

Itẽ epiſcopus electus & confirmatus, nõ conſecratus, nec ſacerdos, poteſt indulgentias concedere. Panor. in ca. ſuffraganeis. de elec. cum ratione dignitatis concedantur. Cardi. in c. accedentibus. de exceſſib. præla. & d. cle. vna de reliq. & venera. ſanct. q. 7. Nam cũ papa concedendi poteſtatem epiſcopis, & non inferioribus conceſſerit, d. ca. cum ex eo ergo capitulum & alii non expreſſi non poſſent hoc concedere, nec abbates vel alii. gl. in c. noſtro eo. tit. de pœn. & remiſ. in antiq. decretalib. Et cũ in indulgentiis dicitur, vere pœnitentibus & confeſſis, an requiratur quod tempore indulgentiarũ ſit confeſſus? Et videtur, quia hoc videntur verba indulgẽtiæ dicere, quæ maxime ſunt conſideranda. Nam papa voluiſſe videtur ſtimulare homines ad confeſſionem. Contrariũ videtur dicendũ, q̃ ſufficit eſſe cõfeſſum illo anno, & q̃ ille habeat cõtritionem, & propoſitum confitendi tempore a iure determinato: & tunc talis dicitur vere pœnitens & confeſſus ſi propoſuerit ſe amplius nolle peccare. Argu. c. manifeſta. de pœnit. & remiſ. Inno. & Panor. in c. omnis. eod. & cum animi deſtinatione velit confiteri, pro confeſſo habetur, per gl. in c. 2. in fi. de inſtit. Multa tradit Fel in c. cum adeo. de reſcr. huius ſententiæ eſt. Gerſon in ſuo opuſc. de indulgentiis in tertia conſideratione: quia iſta eſt fauorabilior interpretatio ſecundum eum.

Item indiſcretæ ſunt, quando non ſunt veræ, licet putentur veræ tunc: nec lucratur quis indulgentias, ſed opus meritoriũ facit. Item quando ab inferiore epiſcopo: vtpote, quãdo ab abbate ſũt cõceſſæ. c. accedẽtibus. de exceſſib. præla. c. 1. eo tit. in 6.

Itẽ poteſt dici indulgẽtia indiſcreta, qm̃ conceditur vltra quam ſit permiſſum. vt in c. fi. eo tit. in 6 valebit tamẽ vſq; ad poteſtatẽ taxatã, ſecundũ gl. ibi. Et Archi. & gl. in d. verbo indiſcretæ. quamuis Ioã. Monach. in d. c. fi. teneat contrarium per d. ca. ibi indulgentiæ non obtinent, ſi exceſſerint ſtatutum concilij generalis. & ſic in totum non valent. Imo videtur factum ab eo, qui non habet poteſtatem. Idem tenent ibi Dom. & Calde. in cap. ſeq. Ego dico non obſtare illum text. quia debet exponi, ſi exceſſerint, id eſt, quatenus exceſſerint: nec debent ſtrictẽ ſeu amare interpretari iſtæ indulgentiæ, dicit gl. in verb. confeſſis. in clem. vna. de reliq & vener. ſanctor.

Aduertendum eſt q̃ eccleſia videns qđ fructuoſius toleratur hic pœna, q̃ in futuro, cum hic ſponte toleretur, ob id voluit pœnitentibus magnã iniungere pœnam, vt modicum agendum pro futuro relinquatur: minorem tamen imponere voluit, quã crederet poſt vitam eſſe futuram: quia maiorem ponere, ſuperuacuum erat: & ideo impoſuit pro quolibet peccato mortali ſeptem annorum pœnitentiam. c. hoc ipſum 33. q. 2. & c. hoc quanquam. 22. q. 1. c. prædicandum. & c. accuſaſti. de accuſationib. & aliquando maiorem pro grauitate criminis. Nã presbytero decennis pœna imponitur. c. presbyter. 28. diſt. Si fuerit epiſcopus, quindecim annis pœnitere debet cap. ſi quis. 30. q. 1. Si quis cognouerit monialem, decem annorum ſpatio pœnitere dẽt: & monialis totidem. c. deuotam. & c. de filia. 27. q. 1. & qui matrẽ verberat, vel occidit, decem annis aſpere pœnitentiam agere debet, c. latorum 33. q. 2. Qui vxorẽ, gra-

uius. ca. admonere, 32.q.2. Et qui occidit presbyterum, 12.annis c.2. super eo. c. nõ afferamus. 34. q. 1. interdũ minas. c. si per negligentiam, de consecr. dist. 2. & c. si quis per ebrietatem, ibidem. Et hæc septennis pnia est eo imposita, quia nos inuenimus Mariam Moysi, vel Aaron sororem lepra percussam septem dies. Et dicitur Ezech. 3. c. Diem pro anno dabo tibi. d. c. hoc ipsum. 33. q. 2. Et quia peccata per spm̃ sanctum remittuntur, vt dicitur, Quorum remiseritis peccata, &c. & septem sunt dona Spiritus sancti, ergo pro quolibet peccato mortali septem annis quis pœnitere debet.

An indulgentiæ prosint animabus quæ fuit in purgatorio? Videtur quòd sic: quia quis pro mortuo satisfacere potest, & purgare animam defuncti. c. fin. de sepult. ita per indulgentias Papa de communi thesauro ecclesiæ soluit pro mortuo.

Item in Euangelio dicitur, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & sic potestas ecclesiæ vincit infernum, non inferiorem, vbi nulla est redemptio, sed purgatorium.

Item dictum est, quodcunque solueris super terram, & is qui est in purgatorio dicitur adhuc esse super terram, quia est in via eundi ad cœlum, non est in meta, ergo indulgentiæ extenduntur ad eos, qui sunt in purgatorio. Imò inuenimus potestatem datam in terra ecclesiæ, in c. à nobis. 2. de sent. excom

Præterea clauis ordinis prodest animabus existentibus in purgatorio, videlicet missæ & suffragia. c. animæ defunctorum, 13. quæstio. 3. ergo & clauis iurisdictionis proderit illis, quæ est in indulgentijs, propter communionem in charitate. Et huius sententiæ est Ioan. Gerson, in d. tract. de indulgen. considera. 11.

Contrariam sententiam multi tenent, maximè August. in ca. tempori. dist. 3. quia indulgentiæ dantur ratione auctoritatis, quam auctoritatem non videtur habere papa in defunctos: sed suffragia fiunt per preces ad Deum, qui habet auctoritatem istos absoluendi, non Papa, cum non sint de foro ecclesiæ.

Secundò videtur, quòd Christus commiserit Papæ viuos tantum, dum dicit pasce oues meas.

Tertiò Christus dicit apostolis, Faciam vos piscatores hominum, ergo non mortuorum, nec mortui homines dicuntur. c. in quadam. de celebrat. missar.

Quartò dicitur, Quorum remiseritis peccata: sed peccata nõ confidentibus nõ possunt remitti, ergo nec etiam indulgentiæ concedi.

Distingunt quidam, quòd si pœnitentia sit iniuncta per hominem, & is decesserit, & nõ potuerit complere, tunc papa poterit de illis pœnitentijs iniunctis per hominem remittere: & si quis lucretur indulgentias pro tali, proderunt etiam ei in purgatorio. Si verò fuerit pœnitentia iniuncta per Deum, vtpotè quod remanebit in purgatorio septem annos, tunc papa nõ habet auctoritatem absoluendi talem; sed deprecatiuè fieri potest per suffragia, quatenus Deus voluerit. Si autẽ quis in agone existens, dicat velle lucrari indulgentias, quæ Romam visitantibus conceduntur, & disponit quòd aliquis eat pro illo, & ipse tunc illam indulgentiam acceptat, certè proderit eidem post mortem, argum. cap. licet. de voto. & c. quamquam, de vsur. lib. 6. Et si papa concederet, tam viuus quàm defunctis, tunc prodessent per modum suffragij, non auctoritatis, nisi Deus approbaret. nec esset tunc Papæ ex certa scientia facienti resistendum.

Ex fine d. cap. Cum eo tempore, colligitur, quòd episcopi vltra annum indulgentiarum in dedicatione basilicarum, & templorum, dare nõ possunt, etiamsi fuerint plures episcopi. & si fuerit archiepiscopus, cum episcopis, cum sit episcopus. Idem si fuerit legatus, cum hic omnino prohibeatur, & regulariter sit episcopus, etiam quia rationes huius text. hoc habent in eo, cum etiam dicatur ordinariã habere, c. 2. de offic. legat. lib. 6. Poterit tamen, episcopo mortuo, is qui succedit aliquis quadraginta dies dare: tùm quòd episcopus sit, & cuilibet episcopo hoc permittatur. Not. doct. in d. cap. fi. eod. titu. in sexto. licet Ioan. Andr. in additio. ad Spec. eod. titu. in rubri. contra teneat. Nec expirant indulgentiæ per obitum concedentis, postquam inceperunt habere vires, vt tenet Dom. in cap. fin. de rescrip. in 6. per illum textum.

Interdum autem quis absoluitur ad cautelam, de qua absolutione vide quæ sequuntur.

Ad euidentiam materiæ absolutionis ad cautelam, nota quod beneficium absolutionis ad cautelam fit ad sex fines, seu effectus.

Primò

Primò præſtatur ad eius cautelam, qui dicitur excommunicatus, vtputa quando ſententia in eum lata teneat: firmus tamẽ & probabilius credit, quòd non teneat, quàm quod teneat. Nec enim dicendum eſt huic, Dimitte ius tuum, & fac te abſolui, ff. de petit. hæred. l. illud.

Quandoq; præſtatur ad cautelam aliorum, ſcilicet, vt eis cõmunicetur in ſacris, & alijs, quòd alias fieri non debet; vt quod metus cauſa.

Quandoque præſtatur ad cautelam annexam, nempè ne lædatur propter infamiam excommunicationis prælat. argu. infra, de ſenc. excom. l. cum deſideres, §. ſedem.

Qñque ſit ad cautelam futurorum, ne. ſ. eius facta irritentur, vt in c. ſolet, de ſent. excom. qñque etiam fit ad cautelam, ſiue ad ſubuentionem veritatis probandæ, cap. veniens, 2. in fi. de teſtib.

Vult ergo dicere abſolutio cautelam, quo primo caſu de prædictis ſex, ille abſoluatur, vt iuſtitiam ſuam proſequi poſſit, & ne forte in excõicatione decedat. Et ita in vtroq; caſu prouidetur, ſeu cauetur. Iſti in ſecundo caſu volentibus cauetur communicare illi, qui erat excommunicatus, & ſic de alijs.

An aũt per tales abſolutiones fiat præiudicium abſoluto, vt per hoc videatur fateri ſe excommunicatum & irregularem, ſi fortè ante abſolutionem iſtam celebrat? dic ꝙ non, vt not. Abbas, de appel. c. ad præſentiam & per Ioan. And. & Abbat. de electio. venerabilem.

Secundo quæritur, qñ & in quibus caſibus abſolutio ad cautel. locum habeat? Et eſt dicendum, ꝙ vbi quis dicit ſe excommunicatum poſt appellationẽ legitimam: aliàs ſecundum eum, nullus abſolueretur ad cautelam, vt not de teſtib. veniens. 2. in fi. & eſt additio.

Item ſi dicatur, intolerabilem errorem ſententiam continere, vt not. B. in d. decret. ſolet. lib. 6.

Item vbi aliàs de iure excommunicatio non tenet, vt not. B. d. c. ad præſentiã. Hodie autẽ vſ dfe dari cuilibet petenti abſolutionem ad cautelam, vt not. B. de ſenten. excom. ſolet. Innoc. verò not. eo titu. in c. per tuas hanc abſolutionem ad cautelam fieri diciture non ſolum qñ dicitur lata poſt appellationẽ, vel erroré intolerabilem continere: ſed ét qñ opponitur contra aliquẽ, qui agit, vt tanquam excõicatus, ab agendo repellatur. Nam & in hoc caſu ſi petat abſolutionem ad cautelam, præmiſſa proteſtatione ꝙ non fiat ei præiudiciũ, ſi celebrauit, ſ. ꝙ ex celebratione non ſit irregularis: vel etiam ſi petat ſine proteſtatione, nõ debet ſibi denegari. Secundum hoc dummodo ab ipſo quo petitur abſolutio, vel eius auctore, vel eius ſubdito. dicatur excommunicatio lata. argu. de cler. excom. miniſt. c. apoſtolicę, de ſenten. excom. venerabilibus.

Item ſi petatur à delegato papæ ſecundum. Hoſt. arg. de offic. deleg. prudentiã. §. ſexta. Item quæritur, quid ſi iudex vel aduerſarius petunt, ꝙ iſte confiteatur ſententiam tenere antequam abſoluatur: nun quid confiteri tenetur? Dicit Mo. in c. per tuas, quòd non. Nam ex confeſſione iſtius non debet aduerſario creſcere, vel decreſcere ius. ff. ſi ſeruit. vendic. ſeruitutes. §. ſi qua, & hoc ſiue proteſtetur petens abſolutionem, ſiue non. Inno. tamen & Hoſt. dicunt in c. cum deſideres, quod vbicunque dubitatur probabiliter, an aliquis ſit excõmunicatus, poteſt habere locum abſolutio ad cautelam. Sed in c. ſolet, dicitur tũc ſolui, quando excommunicationis ſententia dicitur nulla eſſe. Quot modis autem dicatur ſententia nulla excommunicationis, not. Ioan. And. in c. præſenti, de ſent. excom. lib. 6. vbi aſſignantur 12. mod. Mo. tamen in d. c. ſolet. videtur tenere illã opinionem, quod non abſoluatur quis à cautelam, niſi cõfiteatur excommunicatorem ſuum iudicem eſſe. In hoc tamen c. contrarium tenet, & ſuam Glo. d. c. ſolent. videtur corrigere quantum ad hoc. Vbi autem certum eſt ſententiam excommunic. eſſe nullam, non habet locum abſolutio à cautelam: ſed quòd talis denuntierur non eſſe ligatus. Sed in dubium tantum habet locum de offi. deleg. c. cum contingat. de ſenten. excom. ſolet lib. 6. & ita not. Io. Mon. & Hoſtien. Item locum habet in illo. qui dicit ſe eſſentum, & excommunicatum ab ordinario. Cum enim in hoc caſu ſententia eſt nulla, benè poſſet talis abſolutio habere locum, etiam ſi non ad ſuam cautelã: quia de ea non erat tanquam à non ſuo Iudice prolata in d. c ſolet. Quamuis Mõ. contra. vt in hoc caſu locum non habeat abſolutio à cautelam, ſed quòd exẽptus ꝓſequatur ius ſuum.

Sed nunquid eo ipſo, quòd quis dicit ſententiam latam poſt appellationem, vel aliàs dicit, ſententiam nullam eſſe, & petit

absolui, statim est ei credendum? Dic quod non secundum Mo. Sed Hostiens. cap. per tuas dicit, quod iudex, à quo ista absolutio petitur, præmittere debet summariam cau sæ cognitionem de nullitate sententiæ, præsente aduersario, vel contumaciter absente, vt lite non contestata. c. quoniam §. in aliis, & seq. Et si per confessionem aduersarii, vel alio modo appellationem probabilem nouerit præcepisse, quando aduersarius asserit frustratoriam appellationem, vel iniustam, præstabitur absolutio ad cautelam · nisi eum dicat excommunicatum pro manifesta offensa, vt in c. solet. & in not. per Mon. & Host. Quæ autem dicatur manifesta offensa, & manifesta contumacia, not. per eos. de sent. excom. in c. venerabilibus. lib. 6.

Ego Berengarius Tusculanus episcopus Viteren. consideratis omnibus quæ circa materiam istam notantur, breuiter hanc doctrinam trado. Quod vbicunque probabiliter dubitatur an quis sit excommunicatus vel non: vt quia dicitur sentētia nulla, & de hoc præsumptiones apparent, non tamen constat. Vel quia fama est talem esse excommunicatum, non tamen aliter constat: & tamen vult animæ suæ, vel famæ consulere, vel aliquem actum exercere à quo repelletur excommunicatus. talis potest & debet ad cautelam suam absolui. Et hoc probant prædictæ decretales, de testa. veniens. in fi. de appel. ad præsentiam. de sent. excom. venerabilibus. & c. solet. lib. 6. cum similib.

Item locum habet absolutio ad cautelam non solum in iudicio, vt dictum est, sed etiam extra iudicium. de sent. exc. venerabilibus, secundum quod not. Mon. in d. c. solet non tamen habet locum absolutio ad cautelam quoad interdicti sententias in ciuitate, castro, vel alio loco qualitercunque generaliter promulgatas, vt de sen. exc. præsenti. lib. 6. Idē in suspensione.

Demum quæro, à quo hæc absolutio potest præstari. Et certe secundum B. à quolibet iudice, vt ipse notat in d. c. solet. Sed mō. & Host. ab eius superiore, qui sententiam tulit. Ille enim qui est proximus, & immediatus superior, siue sit episcopus, siue archiepiscopus, siue Patriarcha, potest absoluere ad cautelam. Delegatus vero a superiore, siue sit delegatus a papa, siue ab alio cui est commissum negotium principale, vel appellationis sub illa forma, si inuenis sententiam ratam post appellationem, pronuncies esse nullam, non potest absoluere ad cautelam. Et ad hoc duplex ratio potest assignari, quia rescripta sunt stricti iuris, nec eorum forma est transgrediēda. de rescrip. cum dilecta. & c. nonnulli.

Secundo, quod absolutio ad cautelam secundum doct. non est de iure, sed de gratia, & præter ius, siue supra ius. De iure .n. primo debet constare de veritate causæ appellationis, quam absolutio fiat. de offic. deleg. c. cum contingat. & contra rationem iuris huius, & de gratia est inducta decretal. solet & decret. per tuas. Et ideo talis non est extendenda. ff. de legibus. l. quod vero. Et ratione etiam ab illo qui pōt dispensare, talis extensio fiat. arg. eorū quæ not. de præn. licet. Cum ergo delegari non possint dispensare, siue sit delegatus papę, siue aliorum, ergo non poterunt absoluere ad cautelam, nisi specialiter eis fuerit commissum & expresse si obiiciatur ex aduerso d. glo. posita in c. solet. Respōdetur, q̄ illa glo. debet intelligi secundum determinationem dict. doctorum, secūdum Mō. & Host. in papa & in alio iudice ordinario & immediato, qui possit gratiam facere, & & in talibus dispensare. Vide oīa, quæ not. Io. Andr. in decret. per tuas. Et de hoc vide de accusat. olim. Sed videtur contra expresse, de offic. deleg. prudentiā. §. 6. & contrarium tenet Innoc. de excep. in cap. apostolicæ. & hoc idem tenet in d. cap. olim. de accusat.

Forma vero dictæ absolutionis est, secūdum Mon. & Host. d. c. per tuas & ca. solet. quia citabitur aduersarius, vel iudex qui tulit sententiam. arg. de appel. cum speciali ter: & præmittet summariam causæ cognitionem. Et proposito quod habeat locū absolutio ad cautelam, iurabit excommunicatus quod stabit mandatis ecclesiæ. Secus in alia absolutione, vel præstabit idoneā cautionem de satisfaciendo, si inuentus fuerit iuste excommunicatus. secundū Mon. & Host c. venerabili. & c. per tuas. & c. solet. & hoc facto absoluitur. Tamen iudex, qui potest talem absolutionē dare non debet nimis se festinare, sed summarie debet de ea cognoscere. arg. c. quoniam frequenter. §. in aliis. vt lite non cōtestata: an. s. fuerit excommunicatus appellātus ante sentētiam, necne. Et si causa fuit legitime assignata in appellatione. de appell. cordi. lib. 6 Ruminare etiā quæ reddant appellationē inualidam. de appel. c. Romana. §. cum autem.

tem.& §.sequent.Et tunc dabit vel non dabit,si contra inueniet. Debet etiam iudex diligenter aduertere, an excommunicatus petat hanc absolutionem malitiose. s. vt ea obtenta aduersarius quodammodo frustretur sua intentione super negotio principali:vt si negotium principale diutius prorogetur. Et omnibus consideratis, iudex poterit concedere vel denegare.Caueat tamen iudex ne talem absolutionem cõcedat,vel deneget odio, vel amore: prece vel pretio,ne incidat in pœnas decret. cũ æterni de re iud.lib.6. Nec obstat quod dicitur in decret.solet.ibi, sine cõtradictionis obstaculo.Nam ibi loquitur de contradictione partis,vt ibi patet expresse, cum dicit,quamuis in hoc aduersarius vel excommunicator se apponant ad idem de appel.qua fronte.

Vltimo quæro,an talis absolutio possit impediri? Dic quod sic sex modis.Primo, si petatur per procuratorem,secundum opin. Host.de sent.excom.cum desideres. Tu dic vt infra per Io. And. qui dicit quod licet non possit obtinere per procuratorem: tamen potest per eum impetrari. arg. eorum quæ nor.doct.de elect.venerabilem.cum simil.maxime si haberet,ad hoc speciale mãdatum.

Secundo impeditur ratione iudicis a quo petitur :quod prosequere vt dictum est supra .

Tertio impeditur ratione ineptæ petitionis , nempe quando petitur in casibus in quibus peti non debet. De quo dic vt supra dictum est.

Quarto ratione formę non seruatæ , de quo etiam dictum est supra. Ratione obiecti manifestæ offensæ:quia tunc nõ præcedẽte satisfactione, nõ absoluetur. de verb. signific. ex parte. &c. cum olim. Tu tamen dic,secundum quod dictum est supra secũdum Mona.& Host.in §.forma.Si verò si cõtentio inter partes, an satisfieri debeat,stãdum est arbitrio boni iudicis. de verb. sig. c.cum olim. Si verò iudex super hoc dubitet, an debeat differi absolutio quousq; sit certus; Et dic quod non,secundum Mũ. & Host.in cap. solet. Imò statim satisfacientem vsque ad.quantitatem,de qua certum est. De alio verò de quo dubium est, recepta tamen cautione competenti , non tamen idonea fiet absolutio. arg. c. sacro de sent.excomm.

Quinto impeditur ratione temporis,vt si petatur tempore feriato.argu. c.fi.de fer. Ratio est, quia aduersarius in sua absolutione debet vocari , vt diximus supra : tñ hoc non credo. Cessant enim feriæ . vbicũque vertitur periculum animæ , quæ est omnibus præponẽda. 12. q. 1. præcipimus. C. de sacrosanct. eccle. l. sancimus . Hoc not.Inno. & Host.de fer.c.fi.Vtrum aũt possit peti absolutio ad cautelam in executione a iure lata?Et dicendũ q; sic , vt not.Io. And.in c.solet.lib. 6.& ibi,vide per eum.

## REGVLA LXV.

### *De valore exprimendo in impetrationibus*

Valor est exprimendus , & hoc statuit Vrbanus V. vt Clem. 1. de præbend. Ratio est,quia secundum qualitatem personarum beneficia sunt conferenda:& maiores personæ maioribus beneficijs sunt dotandæ.c.de multa.in fi.de præb. extra. execrabilis. illo titu. etiam in militibus hoc procedit , vt stipendia pro qualitate personæ sunt danda.l. vt virtutum. C. de statuis & imaginib.cap.ius militare . 1. dist. Ancha. in Cle. vnica. 2. nota. de concess. præb. Fallit quando motu proprio concederetur: quia tunc ampliari deberet propte illam clausulam motus proprij. Et quia hæc regula est odiosa , & sic restringenda . vt egregie probat Anchar. consil. 245. Pro clariori refert Ioan.Staphil. in tract.de literis gratiæ.fol.89.

## REGVLA LXVI.

### *De clausulis in beneficijs vacantibus ponendis.*

Notandum est quod in literis quædam clausulæ ponuntur ad necessitatem iuris , aliæ ad cautelam , teste Spec.in tit.de iudice deleg.§. sequitur videre. vers. Sed nunquid potest : & in rescripto transposita nõ vitiat , sed intelligi debet vbi esse debet,teste Specula.in tit.de lit. contesta. §.1. vers. pone peto . & de instrumen. editione. §. nunc autem. vers. Item excipe , quod talis clausula.Panor.in c.cum M.col.1. de constitu. Intellige , nisi data fuerit forma. c. causam.de rescrip. Scripsi in forma mãda.

Et quælibet clausula debet aliquid ope-

rari. c. si papa, de priuil. in 6. l. si quando, ff. de legat. 1. & l. in ff. de contrah. empt. nec debet esse aliquod (maximè in rescriptis Apostolicis) verbum sine ministerio operandi. Bald. in rubr. C. de contrahend. empt. q. 9. Et clausula in fine posita, ad omnia refertur. l. 1. C. de liber. præter. Planè scripsi in repet l. vnicæ. C. de senten. quæ pro eo, quod interest.

Clausula, vt præferatur impetrans alijs, non tollit ius quæsitum alteri. Compostel la & Butrius in c. causam, de rescrip.

Clausula, amoto quolibet illicito detentore, confert iurisdictionem contra omnes resistentes, teste Bal. in addit. ad Specul. in tit. de exec. sent. ex eomm. vers. clausula, amoto. Francis. Curtius cons. 3. Tamen per eam non censetur facta mentio de colorata possessione, teste Card. in clem. 1. §. 1. de præb. & Fel. in c. in nostra, correla 36. de rescrip. & in c. de cætero, col. 2. de re iud. & Iason. in l. ex pupillari, ff. de vulgar.

Dari poterunt &c.

His verbis non se adstringit summus pontifex ad dandum: sed si velit poterit: quia Sedes Apostolica petentibus solet se offerre liberalem, dando plumbum pro auro. tex. & ibi Ioan. Andr. in cap. sedes. de rescrip.

Etiam si illud quouis modo &c.

In literis impetrationis beneficij solent hæc verba describi, siue præmisso modo vacet, siue alio quouis modo, etiamsi ex eo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultaret.

Seu per constitutionem, Execrabilis, vacet. Est extrauagans de præb. inter extrauag. Ioann. 22.

*Ac specialiter reseruatum inter alios litigiosum sit.* Solet addi, cuius litis statũ haberi volumus pro expresso, propter textũ, in cap. inter monasterium, de re iudicata. vbi status litis est exprimendus. Imò solet addi, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per similem D. N. vel cuiusuis alterius cessionem in Romana curia, vel extra, etiã coram notario publico, & testibus sponte factam, vacaret.

*Et eius collatio deuoluta fuerit, &c.* Solet addi, etiamsi tanto tempore vacauisset, q̃ eius prouisio, iuxta Lateranensis statuta concilij, aut alias canonicas sanctiones, ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta existere. Ista clausula est necessaria, qa interdum vacauit beneficium per annũ, & vltra, & episcopo cõperebat collatio, qui habuit sex menses ad conferendum. ca. 2. de concess. præb. Archiepiscopus alios sex menses, a die tamen scientiæ computandos, cap. quia diuersitatem. de concess. præb. postea deuoluitur ad Papam: & hoc casu nunquam redit ad ordinarium, quando negligentia illius vacauit. Secus quando in curia vacauit: quia tunc si papa intra mensem non conferat, poterit postea episcopus conferre. cap. statutum, de præben. in 6. Item additur hæc clausula, & ad sedem eandem ex quauis causa speciali ter vel generaliter pertineret, ac consistorialiter fieri debere.

## REGVLA LXVII.

### *Qualitates beneficiorum exprimantur.*

Qualitates sunt, Si beneficium sit dignitas, personatus, vel officium. Si cura immineat animarum, semper ista qualitas exprimenda est. c. cum in illis. de præb. in 6. Si per electionem consueuit assumi. per tex. in Clem. 1. de præb.

## REGVLA LXVIII.

### *De beneficio per contractum matrimonij vel aliàs vacante.*

Duas habet partes hæc regula. Prior est, quòd si reseruetur beneficium alicuius per contractum marrimonij, tunc in bulla reseruationis non debet dari alius vacationis modus de futuro, nec illud beneficium censetur reseruatum, nisi sequatur matrimonium. Quid si sequantur sponsalia per verba de præsenti, per quæ vacat beneficium, vt per glos. in cap. vno, de cleric. coniugat. idem videtur dicendũ, quia largè matrimonium est.

Secunda pars est, quod si beneficium præseruetur per promotionem, vel assecutionem alterius beneficij incompatibilis, aut alias, vt infra, potest addi clausula, vel aliàs quouis modo vacauerit, papa vult esse reseruatum. Idem si reseruetur, si vacauerit per ingressum religionis: quin etiã potest addi, aliàs quouis modo vacet, præterquam per obitum obtinentis: ne is qui habet reseruationem, inducat mortem: quod si faceret, etiamsi esset reseruatum

per

per mortem, non haberet. argu. l. si ab hostibus. ff. solu. matr.

## REGVLA LXIX.

### *De religiosis recipiendis cum clausula.*

Sic vidi concedi, Paulus &c. Cupientibus vitam ducere regularem, apostolicum debet adesse præsidium, vt eorum præsens propositum possint ad laudem diuini nominis adimplere. Cum itaque dilectus filius N. cupiat, sicut accepimus, in ecclesia S. Victoris, ordinis S. Augustini parisiens. diœcesis, vna cum dilectis filijs, Capitulo ipsius ecclesiæ, sub regulari habitu, meritum domino famulari. Nos volentes ipsius N. in huiusmodi suo laudabili proposito confouere, &c. mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per nos, vel alium, seu alios, eundem N. si sit idoneus, & aliud canonicum non obsistat, in eadem ecclesia S. Victoris, si in ea non est certus canonicorum numerus, dummodo ipsa ecclesia ex hoc nimium non grauetur. Vidi et addi, Vel etiam si certus canonicorum numerus ibidem forsan existat, & aliquis de ipso numero deest ad præsens ex nunc: alioqui quamprimum aliquem de dicto numero deesse contigerit, auctoritate nostra recipi faciatis in dicta ecclesia in canonicum, & fratrem, sibiq; regularem habitum iuxta ipsius ecclesiæ consuetudinem exhiberi, ac ei de cõibus eiusdem ecclesiæ prouentibus, sicut vni ex alijs ipsius ecclesiæ canonicis integrè prouideri: ipsumque ibidem syncera in Domino charitate tractari, contradictores, &c. Si verò scribatur pro moniali, Solet dici prudentum virginum votis, quæ spreto mortalis viri, thoro, ei qui speciosus est præ filiis hominum, desponsari desiderant, debemus & volumus fauorabiles inuenire. Cum itaque dilecta in Christo filia, &c.

## REGVLA LXX.

### *De translatione religiosorum.*

Vide textum in c. cum singula. de præbend. in 6. Aliæ reg. supra sunt declaratæ. Regu. 76. supra fuit elucidata in Reg. 65.

## REGVLA LXXI.

### *Clausula absolutionis non suffragatur falsantibus bullas.*

Ista regula exprimit personas quibus non prodest generalis absolutio, posita in literis papæ, teq; absoluentes, &c. Ratio hic ponitur, ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & in illis insordescendi. Vide in tract. de literis iustitiæ. fo. 176

Primus casus non prodest, quando quis est excommunicatus propter rem iudicatam, ibi, non parentibus rei iudicatæ. Alia priuilegia rei iudicatæ, scripsi in tractatu de excep. in illa exceptione rei iudicatæ. Secundus est, non prodest incendiarijs ex malitia: secus si ex ignorantia. Tertius est, violatoribus Ecclesiarum non prodest. Quartus est, non prodesse falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas & supplicationes Apostolicas. Quintus, non prodest deferentibus res veritas ad infideles. Sextus est, violatoribus ecclesiæ libertatis non prodest. Septimus, non prodest non obtemperantibns ausu temerario mandatis Apostolicis. Octauus, qui impediũt nuntios & exequutores Apostolicos, non absoluuntur in literis generalibus, etiam quoad effectum. Intellige tamen si per quatuor menses ex his causis excommunicationem sustinuerint. Nonus, quando per annum sustinent excommunicationem quacumque: quia hæc pertinacia non caret scrupulo hæreticæ prauitatis. c. fin. de pœnis.

PRA-

# PRACTICA CANCELLARIAE APOSTOLICAE CVM STYLO ET FORMIS IN ROM. CVRIA VSITATIS.

*Excepta nuper ex Memorabilibus D. Hier. Pauli Barchin. literarum Apostolicarum Vicecorrectoris, omnibus in Romana Curia versantibus cum vtilis, tum necessaria.*

CONTRA litteras Apostolicas apponitur multipliciter de falsitate, de quo, præsertim circa literas iustitiam concernentes, vide Spec. tit. de rescrip. præsent. §. 1. igitur. titu. de ap. quem non liquido poteris intelligere, nec eum, nec quædam ex his, quæ infra dicentur, nisi videris libros appellatos quinterni Cancellariæ, de iustitia & de reuocatorijs, & confirmatoriarum, quos composuit Martinus de Ebul. S. R. E. Vicecancellarius, de quo stylo hic aliqua summariè dicemus, maximè omissa per eundem Specu. vel post eum immutata, & ea præcipuè, quæ nunc sunt in frequenti vsu Cancell. Apost. additis quibusdam allegationibus iuris ad corroborationem styli perstrictim.

Et nota in primis, q̃ stylus Cancellarię omissus vel immutatus, reddit literas suspectas de falsitate, vt in c. ad hæc de sent. excom. & c. q̃ graui. de crimin. fal. & c. causa. de testi. & prædictus stylus apertè, vel interpretatiuè innititur iure cõi. vide ad hoc Spec. de appe. §. de offic. & in titu. de statu mona. & in c. eos qui. de tempo. ordi. li. 6. & Ioan. And. in c. 1. de offi. leg. li. 6. & c. si apost. de præb. & c. ei qui in glos. Et iudex per se ipsum potest se informare à practicis & exercitatis in stylo Rom. Cur. & aliarum per tex. & ibi Bart. in l. 3. §. fi. ff. de testi. & ita sæpe faciunt domini de Rota, informantes se de stylo à dominis Abbreuiatoribus, vel correctore, & in alijs in dicto stylo exercitatis, & interdum etiam pœnitẽtiaria. & sic olim factũ fuit, vt appa ret in decis. Rot. tit. qui fil. sunt legit. & alijs decisi licet expeditiones pñarum non habeant tantam auctoritatem, neque tam exactè discutiantur. Esset tamen æquum, vt hæc informatio fieret vocata parte, & continuata receptione information. in actis, sicut fit ibi in relation. & remission. & qñ formatur dubium, ad quod faciunt no. per Spec. tit. de remis. & de rela. & in alijs locis. & nota c. sæpe. de app. & l. 2. C de legi. & c. intimasti. de app. & not. per Bar. in l. Theopompus. de dot. præle. & in l. susceptorem. de susce. & Anch C. libr. 10. quia posset lædi aliqua partiũ, & quia vidi interdum inaduertenter, vel fraudulenter rñderi ab informatoribus, vel à iudice non bene concipi informationem, quod fortè posset euitari, si pars cuius interest, esset præsens quando petitur informatio a iudice.

Prima litera nominis papæ, debet esse plenè & extra ordinem aliarum literarũ. Vene. in salutatione debet scribi extensè, & cum magno V. & dilecto ẽt t, & s, in prima linea debent trahi sursum, & reflecti parum superius, & hoc in qualicunque parte dictionis, nisi in prima litera nois proprij.

prii. Et l.b.r.h. similiter trahuntur sursum, & in capite earum protrahitur per obliquum quædam virgula tenuis, quæ vocatur lancea. Et quando ſ, iungitur in prima linea, cum vtraque trahitur sursum, & iungitur simul.

Dictiones, quæ recipiunt certam formã scribendi abbreuiate, sunt sequentes, Episcopus, seruus seruorum, dæc. salut. & Apo sto. benedicto. ec. Presbyter per oẽs obliquos. Item nomina ciuitatum vel diæce. vt Bononien Argentin. Tolasen. Rauennat. Vrbinat. Cesenat. Venet. Metropolit. magister Apost. a. um. Septem. October. Nouem. Decemb. per obliquos, vt nostra nostrum, ipse per omnes casus Ierlimitan. & dereuatinarius Apostol orum papæ &c.

Et in data, datæ Id. Non. Calend. reliqua autem nomina datæ, scribuntur per extensum, quædam data habet quatuor partes, & sunt, Dat. Rom. apud S. Petrum, Ann Incarnat dominicæ M.V.III. & hæc pars etiam in alio loco literarũ, quam in data, debet scribi coniũctim, ac si esset vna dictio. Idus Octobris, Pontific. nostri anno 11. Et tota data potest diuidi in duas lineas, dummodo singulæ ex quatuor partibus sint integræ, in vna linea.

In literis Aposto. hodie non scribuntur diphthongi, licet olim in aliquibus antiquissimis literis inueniantur scriptæ, quod voluit Pius 2. suscitare, & stylum abbreuiare & reformare, quæ in multis scripturis, & locutionibus, præcipue in literis gratiæ, non videtur multis satis latinus, cum fuerit compositus temporibus quibus candor linguæ latinæ maxime deperierat.

Hodie non dicitur secundum, vt olim tempore Specu. sed pridie Non. numerus non debet scribi per literas significantes numerum, sed extense, nisi in nomine Põtificum, vt tertio quarto Idus Inn. papæ 4. Eugenii papæ V. sic de reliquis. & vide ad hoc regulam Cancellariæ.

*Quod litera de iustitia. concedãtur sine supplicatione, fallit, nisi impetrentur contra Re-*

Item nota ℔ literæ de iustitia, cum concedi soleant absque supplicatione, vt etiam not. in c. porrecta de confir. vtil. vel inutil. & c. ad hoc. de rescrip. nec nunc, nec olim fuerunt registratæ, cum non sint tam grauis præiudicii vt gratiosæ, & vt facilius expediantur, & clerius. arg. c. accendens. de crim. fal. & quod forma earum est pene eadem, cum innitatur iuri & non voluntati gratiosæ papæ. Item vt parcatur expensis, cum conceditur nisi mera iustitia. cap. vt litigantes. cum si. & quod olim non registraretur, vide in concl. Bel.

*ges, vel princi-- per aut magnos duces vt de infra. fol. 8. ver. contra reges.*

Anno bisextili scribitur primo. 6. Calend Febr. & 2.6. Item hodie in literis Aposto non ponitur iudictio.

Et in iudicibus, etiam in corpore rescripti, vbi nomen proprium imponitur dẽnt scribi duo puncta. In conquestibus, & ea quæ de bonis, & literis religiosorum, quibus denegantur alimenta, litera post salutem debet esse maiuscula & vacua, & in significauit vero, & sua nobis, post iter arreptum, & aliis rescriptis, debent esse plena & magna.

Literæ A post. non debuut lineari cum atramento, seu incausto, vel plumbo, aliàs sunt falsæ. Quod relatiuum, nunquã scribitur abbreuiate: nec titulus vnquam ponitur per n, sed per m. vt commissio sancte, non sanctis. Et nota, quod papa appellat venerab. fratres Archiepiscopũ. Patriarchã, & Episcopum. Cæteros autem dilect. fil. Et in conclusione dicit Archiepiscopis, Patriarchis, & Episcopis fraternitati tuæ, aliis vero, discretioni. Et quando scribit Episcopo & alteri, dicit discretioni vestræ, etiam si sunt duo Episcopi cum tertio non Episcopo Clausula vero tu frater, Episcope non est in vsu hodie. Cardin. autem dicit, circunspectioni tuæ, vide cap. olim. de priuileg. & cap. ad Aposto. de reiudic. Electum autem ad Episcopatũ, vel cui est prouisum per sedem Apostol ic. ante consecrationem appellat papa, Dilect. fil. Et ipsi electo non committuntur causæ, nisi sit confirmatus, vel sit ei prouisum per sedem Aposto. cum talis prouisio habeat vim electionis & confirmationis, vt not. in c. 1. de elect. lib. 6. & ponit Archidiaco. in cap. cum illis, de præb. eod. lib. & Anton. de But. in c. in literis. de resti. spo. & Bellamera in decision & Oldr. cõs. 194.

Verbum, Ecclesiæ, solet poni in salutem tatione in omnibus habentibus dignitatem secularem, præterquam Archidicono Bononien.

Canonico solo scribitur sic, Dilecto filio H de Caponibus, canonico Parm. In Canonico regulari ponitur Eccl. Inuocatio vero, seu nomen Eccl. cathedralis. nunquam ponitur; non n. dicit Eccl. S. Laurentii Perusien. vel S. Petri Bononien ſ. vel sanctorum Crucis, & Eulaliæ Barchinonen. vide ad hoc glos. in cap. quamuis. de præben. lib. 6.

In conquestibus, & ea quæ de bonis, & similibus

ſimilibus, litera poſt ſalutem debet eſſe aliquantulum magna & vacua, hoc modo. C. fallit in ſua nobis, quia litera S. debet eſſe magna, & plena etiam in ſignificauit, & querelam, &c.

In poſt iter arreptum, debet eſſe plena.

In ſalutatione non ponitur ordo, niſi in canonicis regularibus Eccl. Cathedralium ordinis S. Auguſtini, quibus cõmittuntur cauſæ cum præfata expreſſione. vide Ioan. Canſ in c. quoniam deoffi. delega Vicarius & officialis ſemper ponitur inter iudices ultimo loco, & ſcribitur eis ſic, Dil. fil. vicario vener. fratris noſtri Epiſcopi Bononi. in ſpiritualibus generali. Et officiali, ſic. Dile. fil. official. Lugdun. Et hodie de ſtylo in Italia, Vngaria, Dalmatia, Epyro, ſiue Albania, Sclauonia, & Cypro, & Creta, & partibus Orientalibus. Itẽ in Sicilia, & Sardinia, & Corſica, dicitur vicarius. Sed vltra montes Alpinos, hoc eſt. in Galliis, Polonia, Germania, Anglia, Hiſpania, Hybernia, & trans mare in Aphrica, dicitur officialis, & ſi aliter inuenirentur literæ Apoſtolicæ eſſet error, vel falſitas, facit ad hũc ſtylum, quod not. per Ioan. Andr. in addi. Spec. in rub. de offic. vica. & Lapus in quadam alleg. & Ioan. de Ligna. in alia.

Prioribus ſcribitur ſic, ſi ſunt monaſterij. Dil. fil. Priori, per priorem ſoliti gubernari S. Annæ Barchinonen. Priori vero prioratus S. Pauli Barchinen.

Priori ſecularis & collegiatæ eccle. ſic Dil. fil. Priori ſecularis & collegiatæ eccl. S. Io. de Perpiniano Eluen. diœceſis.

Et nota, quod quando ſcribitur Priori monaſterij, Decano, vel præpoſito, ſemper dicitur per priorem, per decanũ, per præpoſitum ſoliti gubernari. vide ad hoc nota. in cle & ſi principalis.

Et hæc omnia exemplis apparebũt, ex quibus cuilibet ingenioſo facile erit colligere regulas ſtyli, quare ſubiungemus nonnulla.

Card. epiſcopo. Venera. fratri Rodorico epiſcopo Portuen.

Presbytero Cardl. dilecto filio noſtro Iuliano. tt. ſancti Petri ad vincula presbytero Cardinali.

Diacono Cardinali. Dilecto filio noſtro Raphaelis ſancti Georgii ad velum aureum diacono Cardinali.

Quando ſcribitur Cardinali 12. Apoſtolorum, non ponitur tt.

Legato Card. Dilect. fil. Angelo. tt. S. Crucis Ieruſalem præsbytero card. in ciuitate noſtra Bononien. Apoſto. ſedis legato. Patriar. archiepiſcopo, epiſcopo, Venera fratri Patriarch. Alexandrino. Venera. fratri archiepiſcopo Neapolita. Venera. fratri epiſcopo Bononien.

Duobus vel tribus archiepiſcopis, vel epiſcopis. Venera. fratri Rauennat. & Mediola. ac Piſan. archiepiſcopis. Venerab. fratri Illerden. & Valẽtinen. ac Barchion. epis.

Duobus archiepicopis, & vno epiſcopo. Venera. Narbonen. & Arelaten. archiepiſcopis, ac epiſco. Marſilen.

Vni archiepiſcopo & duobus epiſcopis. Venerab. fratris arhiepiſcopo. Capuan. & Puteolan. ac Sueſſan. epiſcopis.

Duobus epiſcopis in aliena ciuitate vel diœc. exiſtentibus, Vene. fratribus P. Vrgellen & Gerunden. in ciuitate Barchinon. reſident.

Epiſcopo & duobus eiuſdem eccl. Canonicis. Venera fratri. epiſcopo Illerden. & dil. fil. Franc. And. Ac. P. an. Canonicis eccleſiæ Illerden.

Electo in epiſcopum. dilec. fil. Thomæ electo Baſilen.

Archipresbytero & Canonico maioris, & Prępoſito collegiatæ. dil. fil. archipreſbytero maioris, & Prępoſito B. Mariæ de Caſtello Ianuen. ac Anto. de Nat. Canonico eiuſdem maioris eccleſiarum.

Priori monaſterii collegiatæ in eodem oppido & cathedralis. dile. fil. monaſterii villæ aleb. per priorem ſol. gu. Ceſaraguſten. diœc. & Ceſaraguſten. ac ſeculari & collegiatæ eiuſdem villæ eccleſiarum prioribus.

Abbati intra ciuitatem, & priori prioratus in diœc. & Archidia. in illis commorantibus. dil. fil. Abbati S. Iſidori legionem. & priori prioratus S. Michaelis de Scalda legionen. diæc. at in ciuitate legionen. reſidenti Ioan. de Arenalo archidiacono de Beneuento in eccleſia Oueten.

Epiſcopo & canonico alibi reſidenti. Vene. fratri epiſcopo Tingen. in ciuitate Tingen commuranti. dil. fil. Al. Ioan. canonico Siluen. Et poteſt etiam dici Florentiæ commoranti, vel Neapoli vel Tingæ commoranti. facit ad hoc gloſſ. in c. ſi is cui. de præben. lib. 6.

Abbati & præpoſito præpoſituræ eiuſdẽ diæce. dil. fil. Abbati monaſt. de Klebotillo. & præpoſito præpoſituræ S. Trinitatis, S. Andreæ diæceſſ.

Duobus abbatibus & priori eiuſdem diæc. monaſterior. dile. fil. de iureuallis & riualis

rualis Abbatibus, & priori de ponte fracto per priorem &c. Eboracen. diœc. monasteriorum abbatibus,

Priori monaster. & priori prioratus extra muros eiusdē diœc. dil. fil. monast. beatæ Marię de Passu per priorem &c. & prioratus sancti martini extra muros oppidi de Marid. Toletan diœc. prioribus,

Abbati in diœc. & canonico in ciuitate. dile. fi. Abbati monast. de Lumdo Aquilan. diœc. ac Antonio de Roca canonico Aquilan.

Abbati monast & præcentori maiori ac Sacristæ collegiatæ. dil. fil. abbati monast. insulæ brudaræ Lugdunen. diœc. & præcentori maiori, ac sacristæ secularium & collegiatæ S. Henrici Lugdunen. eccles.

Archidiacono & duobus canonicis in eadem ecclesia. Dilect. fil. Archidiacono. & Ioan. bene. & Franc. de Lachero Canonicis eccle. Redonen.

Cantori & offic. eiusdem eccl. Dile. fil. cantori eccl ciui. & offic. ciuitaten.

Vicario & officiali eiusdem ecclesię, nō solent dirigi literæ, etiam si in ecclesia essent illa duo officia distincta.

Vicario episcopi, Dilect. fil. vicario venerabilis fratris nostri episcopi Viterbiē. in spiritualibus generali.

Decanis extra, & Scholastico intra muros ecclesiarum, Dilect. fil. S. Victoris & S. Petri extra decanis, & scholastico S. Stephani intra muros Maguntin. ecclesiarum.

Tribus abbatibus in diœc. Dilect. fil. à S. Pet dec. ac de pa. Cornetanen. dięc. monaster. Abbatibus.

Abbatibus i diœc. extra muros. Dilect. fil. Vallis dignis Valentin. diœce. & S Bernardi extra muros Valentin. monasteriorum abbatibus.

Priori ecclesiæ prioratus & collegiatæ, Dilect. fil. Prioratus S. P. & maioris, ac secularium & collegi. S. Ruffi. ecclesiarum patrore priori.

Archidiaconis maioris, & alijs in eadē eclcle. Dilect. fil. maior. & Xatiuensi, ac de alzezira eccle. Valent. arch.

Præposito & cano· maiori, ac decano collegiatæ Dilect. fil. pręposito maioris & eiusdem ac S. Ascanij Bremen. ecclesiarū.

Duobus canonic. vni S. Petri de Vrbe, & archipresbytero. Dilect. fil. archipresbytero & Anti. de dan. ecclesię Florentin. ac Celso de melinis basilicæ principis Apostolorum de vrbe Canonicis.

Archidiacono & decano eiusdem ecclesiæ, & canonico alterius. Dilect. fil. archidiacono & decano ecclesiæ Valentin. ac Anto. Ca. Canonico ecclesię Carthaginē.

Archidiacono & decano eiusdem ecclesię, & archidiacono alterius. Dilect. fil. Barchinonen. & Valentin. archidiacenis, & decano eiusdem Valentin. ecclesiarum.

Archidiacono & canonico eiusdem ecclesiæ & decano alterius. Dilect. fil. archidiacono Valen. & decano Illerden. ac Io. abba. Canonico eiusdē Valētin. eccliarū.

Duobus canonicis diuersarum. Dilect. fil Aut. P. Ferrarien. & Frac. Mutinen. ecclesiarum canonicis.

Prioribus duarum collegiatarum in eadem ciuitate. Dilect. fil. secularium & col leg. S. Desiderij, S. An Auinionen. ecclesiarum prioribus.

Abbati nullius diœcesis. Dilect. fil. Abbati monasterij Farsensis, quod nullius existit diœcesis.

Præcentori & canonico in eadem, & canonico in alia. Dilect. fil. pręcentori & Io. Lupe. Illerden. ac Enuero. Cornelio oscē canonico ecclesiæ.

Canonico regulari. Dilect. fil. Fabritio de mansis canonico ecclesiæ Pèrusien. ordinis sancti Augustini.

Abbatibus collegiatarū diuersarū diœce. Dilect. fil. secularium & collegiatarum Vali soleti & Sarcenium. Palētin. & subrogen. diœc. eccle. Abbatis.

Episcopo & Archidiacono eiusdem ecclesiæ. Venerabili fratri episcopo Vrbeuetan. & dilect fil. archidia. Ecclesiæ Vrbeuetan.

Vni Canonico non solet poni ecclesię. Die. fil. Ant. de Marct. Canonico Pisan.

Duobus, tunc ponitur ecclesiæ. Dilect. fil. Troillo de maluitijs & Ant. de pij. Canoni eccles. Bonon.

Tribus prioribus in eadē ciuitate, vno extra muros. Dilect. fil. Iacob. de Spata & S Isidori, & S. Hieron. extra muros. Ispalen per priores gubernari solitorum monasteriorum prioribus.

Decano & canonico eiusdem ecclesiæ. Dilect. fil. decano & Mar. Cor. Canonico ecclesiæ Maioricen.

Canonico & officiali eiusdem ecclesię, Dilect. fil Dionysio sa. Canonico ecclesiæ Gerunden. & officiali Gerunden.

Præpositis in cathedrali & collegiata, & decano in eadem. Dilect fil. maioris & sancti Germani prępositis, ac eiusdem sancti Germani decano Spiren. ecclesiarum.

Priori-

Prioribus monaſterij eiuſdem diœceſis. Dilect.fil. de Morena & Bandonia per priores &c. portugalen. diœce. monaſteriorum prioribus.

Cantori & officiali in eadem, & officiali in alia. Dilect.fil. cantori eccleſiæ Andegauen. & Turonen. ac Andegauen. officialibus.

Duobus canonicis diuerſarum Eccleſiarum in eadem commorantibus. Dile. fil. Anto. F. Illerden. & in ciuitate Illurden. commoran. Fran. lu. vicen. eccleſiarum canonicis.

Abbati & priori in eadē eccleſia eiuſdē diœceſ. Dilect.fil. abbati & prioris ſecularis. & colleg. eccleſiæ valiſeleti Palentin.

Canonico regulari & ſeculari. dilect. fil. Anto. de Brutis Peruſin. ordinis S. Auguſt. & Marco. deſtraſenē. eccleſiarum canonicis.

Priori præpoſito monaſteriorū. Dilect. fil. Priori de villano per priorem præpoſito ſancti Martini de Coſta. per præpoſitum gubernari ſolitorum. Gerunden. diœceſ. monaſteriorum præpoſitis.

Abbati & priori monaſteriorū eiuſdem diœc. & canonico eccleſię. Dile. fil. Abbati S. Andr. & per priorē &c. beatæ Mariæ de clumero. Aſtoricen. diœc. monaſteriorū, ac Fernando Nerio cononico Aſtoricen.

Priori eccleſię & prioratus in eadem ciuitate. Dilect.fil. eccleſiæ & prioratus ſancti Ioannis Cæſarauguſtan. prioribus.

Vicario vrbis. Venera. fratri. R. epiſco. Peruſi. noſtro in vrbe in ſpiritualibus vicario.

Tribus vicarijs. Dil. fil. Taurinen. & Aſten. ac montis Regalis epiſcoporum venerabilium fratrum noſtrorum vicarijs in ſpiritualibus generalibus.

Vel ſic. Dil. venerab. fra. noſt. Taurinen. & Aſten. ac montis regalis epiſcop. vicarijs in ſpiritualibus, generalibus.

Gubernatori patrimonij protonatario. Dil. fil. magfo Lud. de Agnellis, notario noſtro pro nobis & Ro. eccle. prouin. nr̄æ patrimonij B. Pet. in Tuſcia gubernatori.

Canonico ciuitatis Venetiarum tempore Pauli ſecundi ſcribitur ſic. Dilecto filio Ty. Barbatigo canonico Venetiarum.

Epiſcopo. & vicario committit pœnitentiaria diſiunctiuē, ſed cancellaria nullo modo, olim ſic. vt in cap. inſinuante. de offiic. deleg.

Et nota, ꝙ regulares ſemper præferunt̄ ſecularibus, vt licuit videre in exēplis, niſi in canonico regulari, qui poſtponitur omnibus, præter quàm vicario vel officiali.

Quando ſcribitur habēti dignitatē in eccleſia ciuitatis, vel diœc. vbi fit cōmiſſio non ſolet apponi nomē delegati: Sed ſi reſideat extra, ſit: vt viſum eſt in exēplis. & hoc habeat locum ētſi pars impetrans reſcriptum hoc peteret. & quid differat vel interſit an apponatur locus reſidētiæ delegati, vel nō, vide Ioan. An. in c. fi. de rer. permu. & doct. Gallicanos, in c. nonnulli.

Circa qualitatem perſonarum, quibus poſſint cōmitti cauſæ per reſcripta apoſtolica: eſt ſemper menti tenenda diſpoſitio Bonifacij 8. videlicet c. ſtatutum. de reſcr. lib. 6. nā illa eſt nūc in viridi & vigenti obſeruantia cancellarię. Sed circa quædā dubia poſita ibi per doct. ſtylus habet quæ dicentur. Archipreſbytero rurali nō committūtur cauſæ. nec officiali capitulo expreſſo nomine capituli, nec cōſeruatori, de quibus dubitarūt gl. in clem. & ſi principalis. de reſcrip. Inquiſitorib⁹ aūt & prælatis mendicantium poſſunt cōmitti, cum clauſula quæ eſt in quinterno iuſtitiæ, quāuis nō ſoleant cōmitti vide c. cū olim. de maior. & obed. Plebanis aūt collegiatorum committuntur & in partibus venetorum ſolet dici eccleſię: in Tuſcia vero plebis. Preceptoribus autē maioribus S. Antonij per conſtit. Sixti papæ 4. committūtur cauſæ, & aliquibus Canonicis Collegiatarū in Allemania, & S. Petronij Bononienſi, & alibi per cōſtitutiones deſcriptas ī quinterno cācellariæ de gratia, de quo fit mentio in 1. reg. cancel. ſub tit. de diſpēſ. Monachis autem eccleſiarum cathedraliū non ſolent committi de ſtylo hodie, quæ habentur in cap. cauſam quæ. de iudic.

Circa loca autē, ad quę trahuntur perſonę in reſcriptis eſt etiā obſeruanda forma d. c. ſtatutum. cū diſtinctione, aut actor & reus ſunt eiuſdē diœceſis, vel diuerſarū &c. Item an allegetur per horreſcentia: & dantur tunc literæ extra cum clauſula, per horreſcentia. Dantur etiam literæ extra, ſi actor dicat ꝙ ciuitatis & pieceſis rei intrare non audeat, vel quod ſufficiēs perſona, cui cauſa committi poſſit in ciuitate ſeu diœceſi rei non reſidear. Aut quòd vniuerſitas, epiſcopus vel capitulum. Et breuiter, in his eſt ſeruanda forma d. c. ſtatutum. & etiam clem. abbates. de reſcrip. quę dipoſuit quomodo ſuperior impetrat reſcriptum, volens agere ratione membrorum ſibi ſubiectorum, quæ ſunt in alia

diœceſi

diœcesi quam dignitas principalis, cui illud membrum subest. Ad cuius cle. intelligentiã, lege quæ scribit Collect. & alij doct. Gallicani in c. nonnulli. de rescrip. & in c. ex parte. de for. cõp. vbi inter alia dicunt, quòd si quis Abbas ratione membri in alia diœcesi q̃ sit abbatia sua siti, velit impetrare contra quondã tertiæ diœcesis, & habere iudices in diœcesi abbatiç tanquàm in tertia, non debent ei dari iudices in illa, ne fiat per fictam & indirectã viam contra dispositionem d. c. statutum.

nota Et nota, quòd causæ appellationũ, matrimoniales sententiæ latæ ab ordinarijs possunt cõmitti extra ciuitatem vel diœcesim, ẽt si actor & reus sunt eiusdẽ diœcesis de stylo, nec solẽt cõmitti nisi epis. Simplices aũt commissiones causarũ matrimonialiũ, hoc est, in quibus non est appel latũ iudicialiter à iudice, licet esset fortè appellatũ extraiudicialiter à parte cõmittũtur de stylo episcopo diœcesano, rei vel reæ, & non dantur in tertia, q̃is actor & reus sint diuersarũ diœc. nisi fuerit suspectus diœcesanus impetranti, & tunc dãtur extra cũ cla, Cùm in ciuitate &c. nõ sit alius quis eps, qui de huiusmodi causa ad præsens tutè cognoscere possit, fraternitati tuæ &c. Et debet prius narrari causa suspicionis. sed si forte episcopus diœcesanus agat in remotis, & hoc narretur, committitur de stylo cã matrimonialis simplex alteri epo in diœc. rei cõmoranti, vel victori. ad quod facit cle. de fo. cõp. &c. eos qui. de tempo. ordi. lib. 6. vbi tñ tunc posse committi maiorem dignitatẽ in ecclesia habenti vt in c. literas. de rest. spol. Præterea aduerte, quod si aliqua vniuersitas impetret contra aliã vniuersitatẽ, possunt iudices dari extra de stylo si pars petat si vide Collect. de hoc in d. c. nonnulli. si aũt causa prophana includens matrimonialẽ: non hꝰ constans stylus super cõmissione fienda. vide tamen not. per gl. in c. dispendiosam. & per Lud. cons. 249. & per Oldr. cons. 320. de partiũ uerò consensu causa etiam non matrimonialis trahitur extra. debet tñ fieri mentio in rescripto de dicto consensu. vide ad hoc decis. Aegid. de Ballamatre, siue Bellamere. & sit fides de consensu per auditorẽ contradictarum correctoris, si partes sint præsẽtes in curia. Et aduerte quod ratione rei immobilis, super qua impetratur rescriptũ, siue agatur actione reali, siue personali, debent dari iudices in loco vbi est sita res illa: & ita obseruat cancellaria, interpretando d. c. statutũ. nihil immutasse quoad immobilia de iure antiquo. & sic remanet dispositio. c. dilectus. de rescr. & c. fi. de fo. comp. nec tunc attenditur de stylo locus domicilij rei, licet doct. communiter teneant, q̃ sit electione actoris conuenire reũ in loco rei sitæ, vel loco domicilij ipsius rei. & not. in l. fi. C. vbi rem act. & sic immobilibus discindimus dispositionẽ d. c. statut. vi delicet, q̃ nõ fiat differẽtia, an actor, & reꝰ sint eiusdẽ diœc. &c. sed semper dẽtur iudices in loco immobiliũ, nõ aũt i loco domicilij rei, ẽtsi pars peteret, adeò q̃ si in eodẽ rescripto impetrentur iudices super immobilibus & mobilibus, nõ dabuntur iudices nisi in loco immobiliũ, ne uideanẽ ẽt dari in loco seu domicilio rei: & si pars uelit in loco mobiliũ, nõ dabũtur iudices per cãcellariã cõtra diuersas, personas, nisi in diuersis re scriptis, nec ẽt curat cancellaria de loco ubi fuit appellatũ, uel grauamen illatũ quo ad hoc, ut nõ dẽtur in tertia, quia dari possunt in tertia, si actor & reus fuerint diuersarũ diœc. nec ẽt si reus originarius appellãs uelit iudices contra appellatũ in loco eiusdẽ rei, non dantur ei de stylo, licet contrariũ uideanẽ uoluisse doct. in d. c. statutũ. Cõtra eũ aũtẽ, qui interdũ moratur in una diœcesi, interdum in alia, dantur iudices in utraq; si hoc exprimat impetrãs. In laico aũt, qui iurisdictioni cuiuscũq; iudicis ecclesiastici se submisit, non dantur iudices, nisi in diœcesi rei uel tertia, & aliàs. iuxta formã c. statutum supradictã in immobilibus. & in causis ꝓphanis laicorũ subiectorũ ecclesiæ ẽt seruat forma. d. c. statutũ. de stylo. licet alii qui uideantur uoluisse cõtrariũ. vide eos in c. decernimus. de iud. & c. sua nobis. de appel. & Bellam. in d. c. statutũ In testibus aũt, ad perpetuã rei memoriã, solet dari iudices in loco ꝑetrantis. vide ad hoc doct. in c. si quis contra. de fo. cõp & c. signarunt. de testi. in forma autẽ, humilibus q̃ plus taxatur, & hẽt in hoc aliqd gratiæ, põt de stylo absq; signatura papæ cã committi extra diœc. cũ derogatione d. c. statutũ. Et in rescriptis ea q̃ de bonis super reuocandis indebitè alienatis, & rescripto significauit, & post iter arreptũ, dãtur iudices vbi pars petierit, qa nõ exprimunt rei Itẽ aduerte, quòd nõ solet cancellaria dare iudices in loco contractus, vel destinatæ solõis, ẽt si impetrãs dixerit reũ ibi inueniri. nisi cõmoretur. vide ad hoc not. in

c.dilecti.de fo.compe. & in.l q̃ro.ff.de fol. p̃sertim cum non appareat de cõsensu ordinarij rei.vide ét ad hoc. Spec. tit.de cõpet.indi.§.1.vers.in clericis aũt.qui videntur ét in hac tacita prærogatione requirere consensum ordinarij.& vide tex.3.q.6. nõ lleat.& Ang.in l.1.de iudi.Et nota,q̃ si reus est vnius diœc.& cõmoratur in alia cancellaria nõ dat iudices, nisi in loco cõmorationis,etiãsi impetrans petat in vtroque. In loco aũt prædicto cõmoratio dãtur iudices ét si non dicatur reum habere domicilium,& stylus iste facit pro opi. In noc.& aliquorũ in c.ex parte B.de fo.cõp. & vide doct.in c.q̃ clericis.eo.tit.& tex.in l.est verũ.C.de incol.lib. 10.Cõtra hæredem autem alicuius defuncti, non dat iudices cancellaria, nisi in loco diœc.hæredis, vel vbi ipse hęres cõueniatur ratione legatorum soluendorum, siue ratione debitorũ defuncti. nam non dat iudices in loco vbi defunctus fuisset conueniendus, de quibus in l.hæres absens. & l.si fidei cõmissum.de iud.ff.& in c.fi.de fo.comp per doct. & ita stylus cancellariæ interpretatur, d.c statutũ. plura sustulisse de dispositis per iura antiqua saltẽ quo ad effectũ cõmissionũ q̃ faciant interpretationes doctorum qui in multis cõtrarium sentiũt, nec ét dantur hodie literæ per cancellariam laico contra laicos raptores aliarum rerum,q̃ ecclesiarum, nisi tales raptores, vel fures essent occulti, & tunc dantur literæ excõicationis generales, ad satisfactionẽ in forma, significauit. vide ad hoc no.in c.cum sit generale.de fo.cõp. &. fundantur dictæ literæ generales excõicatoriæ ex multis iuribus, videlicet ex.c.2.de offi.ordi.& 5.q.1.quidam. & cle volẽtes de hære.& gl.in cle.maiorum.eo tit & ex not. per Host.in c.nobis de sent. exc. & p Io.And.in c.cũ in mult. in Nouel. & not. 35.q.6.episcopus,in Synodo.& in c.ad nostram.& 1.de iureiur. & c. constitutus. de testi & c. tuæ.de pœnis.per Collect. Et in prædictis literis in forma, significauit, interdum denunciatur quis excõicatus ipso iure generaliter,& mõetur ad satisfactionem interdum mouetur per duos terminos,& deinde excõicatur, & hoc vltimum fit in casibus, in quibus non est quis excõmunicatus ipso iure. Vlterius nota,q̃ non solet etiam cãcel. dare iudices in loco delicti, & in summa,non da. iudices, nisi in loco domicilij, seu commorationis, & in loco rei mobilis sitæ, adeò, q̃d ministris & general. ordi. comitibus & baronibus, & huiusmodi nõ dat iudices, nisi in locis vbi commorantur, vel in loco vnde deuominantur,si illa prouincia cõcluditur vna diœc.tantum, vide Abb. ad hoc in c. dilectus.de rescr. coll.3 & no in l.2.C.vbi Senator.& in c.omnes de maior. & obed.& in c.q̃m.de offi.delega. Nota etiam,quod si actor inpetret cõtra plures reos diuers. diœc. quamuis illi rei sint diuersarũ prouinciarum & etiam sii cã communis,dantur iudices in singulis diœcesibus reorũ, vel in tertijs si actor sit diuersæ diœcesis ab eis,non sufficit dare in vna ex diœc.reorũ; in simplicibus cõmissionibus. Secus in cã appellationũ,in quibus non est necesse accipere iudices, nisi i altera ex diœcesib⁹ reorũ, neq; actores computantur,nisi pro vno,si dicant se esse litis cõsortes. vide ad hũc stylũ.no.in c.dilectus.de rescr.& c.ex parte.de fo.compe.& l.1.2.& 3.si unus ex plu.& in l.1.de di.resc.C.& l.1 & 2.si plu vna senr.& l.sępe de re iud. & l.1.si in cõmu. eademq; cau.& in l.scire debemus.de ver.ob.& l.de pupillo § si plurimi de no. ope.nunc.& cle.1.de appel.in cle.Et dicit Io.Gãfredi cum alijs doct.Gallicanis fuisse determinatũ in cancellaria, q̃d si quis habet impetrare contra duos, quorũ vnus est diœcesi impetrantis, alius de alia, q̃d debet dare iudex in tertiam.cum minora sequantur inconuenientia, & addit longe minorem esse inconuenientiã, q̃d vbi duo vel plures rei conuenti sunt in eadẽ causa, q̃ censeantur loco vnius, q̃ pluriũ.arg. c.in multis.li.6. de rescr.& de iurepat.c.j, eo.lib.de elect.scriptũ, & vide ad hoc.no. per Inn.& alios in c.pastoralis. de rescrip. hodie tñ sit vt supra dictum est. Dnt etiã prædicti docto.Gallicani, in c.causam. de off.deleg.& Bellam.iud. in d.c statutũ.cãcellariam committere causam matrimonialem, ét si sit super fædere, epo, & alijs non epis,cũ clausula, tu frater epe,& q̃ appellatur à grauamine, vel interlocutoria in matrimonialibus, etiam committitur epo,vt ibi per eos, & ita seruatur hodie. Facit contra c.constitu.2. de appella. Sed si maritus impetret literas contra aliquem detinentem vxorem suam inuitã, potest tunc absq; dubio committi aliis,q̃ episcopo,cum talis cognitio sit misti fori. vide Io.An.& alios in c.non est.de sponsi. & c.illud.de præsump.& Anto.de But.in c.tuã. de ord.cog.Et nota q̃ si priuilegiatus traxit me extra suam diœcesim,& ego

appello

appello ab snīa, committebātur olim cau sæ per cancellariam extra diœcesim appel lati. per no. in c. prudentiam. de mut. peti. Verum postea visum est obstare d. c. statu tum, & negata est commissio extra diœce sim. Et iterum postea cancellaria in simi libus casibus debit extra, tpe Clementis IIII. interpretando stylum per ius cōmune, per no. in c. cum dilectus. de cons. qua re stylus in cancellaria fuit in hoc incon stans. Et in his & pluribus alijs indigeret declaratione Pontificis d. c. statutum. q̄ vī confuse & generaliter tollere multas æquitates iuris antiqui. Et noa q̄ si epi scopus impetret literas vna cum alio suæ diœc. pro re cōi contra eius subditū, dan tur iudices extra, ēt in simplicibus, arg. d. c. vnici. de iur. patro. lib. 6. & ff. de quib. re adeund. iud. ea. l. 1 & c. per tuas de arbi. & l. si ita. ff. de lib. & posth. ff. si seruit. vend. l. si cōem. & C. de temp. in integr. restit. pe tent. & de concess. præb. autoritate. li. 6. & l. 1. C. si commu. eademq; causi. in inte. re stitu. poss. & l. inter de minor. l. per fundū. ff. de seruit. rustico. prædior. & de condit. & dem. l. pater. & faciunt dicta supra de litis. consortibus.

*Circa personas, q̄ possunt li teras im petrare.*

Personæ aūt, quę possunt impetrare li teras, sunt laicus contra laicum in terris ecclesiæ. vide in c. si duobus. de appell. Itē laicus conrra clericum, & clericus contra laicum. ēt de antiquissimo stylo, & cleri cus cum laico contra laicum, si ad eos cō muniter res ptineat, sed non econtra. Sed in hoc vltimo casu cōtrarium vñr voluis se docto. in l. præcipimus § eodem. C. de appel & in l. fi. de hono. non conti. C. Mathes. in quodam nota. & Abb. recētior in quadam disput. de quo per Collecta post Fed. in c. forus. de ver. sig. in causis autem feudalibus, non dantur literæ ēt clerico, vide c. cęterum. de iudic. & c. ex transmis sa. & c. verum. de foro comp. Dantur autē literæ laicis contra laicos, super vsuris vel contractibus in fraudem vsurarum initis, vel iuro vallatis. Itē super iure patronat' uel ptatione, aut iure funerandi, aut do te, vel donatione pp nuptias, & super ad ministratione rerum piarum & ppea dan tur confraternitatibus. vide ad hoc Paul. & Abb. in cons. Dantur ēt ratione voti. Vide ad hoc in c. licet. de voto. & qūo lai cus conuenitur super re, quam tenet ab ecclesia, vide ad hoc Spec. in titu. de com. iudi. adi. §. 1. & not. in c. nullus. de fo. com pet. & not. in c. si clericus laicum. Dantur ēt pro & contra executorem vltimæ volū tatis laicum, etiam cōnō pijs causis, licet quo ad hoc vltimum, videantur obstare huic stylo not. inc. tua. de testa. & breui ter dantur literæ inter laicos super causis ecclesiasticis. & aliàs absque dubio fo rū ecclesiasticum concernentibus. Super ob seruatione autem pacti inter laicos non dātur, nisi diceretur in illis locis tales cau sas de antiqua consuetudine pertinere ad forum ecclesiasticum. vide ad hoc Collec. in c. 1. de pact. super iufamatione autem de crimine incestus inter laicos, cum pe terentur literæ tempore meo à cancella ria, de consilio dnorum de parco negaui mus eas, quāuis mihi uideretur esse cōce dendas pluribus rōnibus, & inter alia qa Cancelaria maxime innititur textibus al lega. i c. fi. de sepult. sed qa nō in uenimus exemplū alicuius formæ antiquæ, acqui cui opinioni eorum. Sed contrà feci in cri mine contra naturā. cum peterētur literæ inter laicos iuxta formam l. diffamari. vi de de his doctor. post. glos. in c. nos inter. de purg. cano. & in c. clerici. de excess. præ la. & cap. in archiepiscopatu. de rapto.

Et nota etiam, quod Iudæis vel Sarace nis cōtra laicos Christiāos, vel econtra, nō dant literæ per Cancellariā, nisi sup cau sis cōcernentibus forū ecclesiasticum sim pliciter vel mixtim nec fit mentio de ne gligentia iudicū secularium, sed si essent de terrris ecalesiæ, bene dant. vide ad hoc not d. c. quod super his de voto. per doct. & in d. c. in archiepiscopatu. Magistris, seu præ fectis fabricę ecclesię, & perpetuò oblatis, & rectoribus hospitalium, laicis pro bonis ad fabricā vel hospitale spectantibus bene dat literas cancellaria & contra eos pro di ctis bonis, & fratribus & sororibus eriā ter tij ordinis sancti Frācisci, & cōtra eos. sim plicibus autē eremitis nō solent dari lite rę, nec seruitoribus clericorū laicis. Bizo caris autē sue mantellatis dātur, vxori cle rici coniugati, & multo magis cōtra eum videtur dari posse per l. 1. C. de incol. libr. 10. & de digni. l. mulieres. lib. 12. ff. de se na. fęminæ. Et nota, q̄ laico de terris ec clesię, nō dantur literæ cōtra laicū extra terras ecclesiæ, sed econtra sic. Et attēde, q̄ in tutore, & curatore, & procuratore in rē suā, cōsideratur pson pupilli, vel adul ti, seu furiosi, aut procuratoris, an sit cleri cus vel laicus, nō ipsius tutoris vel curato ris super impetratio. Idē ad hoc vt traha ē extra, nā in hoc, videlicet, quo ad cōmissio

nẽ,non ſolet attẽdi diœceſis vel locus cõmoration.tutoris vel curatoris, ſed pupilli vel adulti Faciunt ad hoc not.in l.ſi ex plu.tuto.C.& an.l.1.§.libelli .de appel. ff. & l.1.quan.nup.inter pu.& not. l. 1. ff. de admini.tut.& l.ad ea,ff.de re iudi. & in c. ſua nobis.& c.ex parte.de appel.& ĩ c.que relã.de elec.& in l.1.C.de ſent.& inter.iudi.& in c.1.de proc.li.6.vbi non attẽditur qualitas ꝓcuratoris, & de ꝓcuratore in rẽ ſuam,vide no.in c.licet.de offi.deleg & l'apud.de dol.excep.In patre aũt laico ad miniſtratore bonorũ filij clerici nõ hꝫ firmus ſtylus. Aliqui ex correctorib⁹cõſiderarunt perſonam patris, ꝓp intereſſe eius in vſufructu,& non dederunt lras contra laicũ:alii dederunt,quaſi pro re, quaſi cõi patri laico & filio clerico, & hanc partem nos ſecuti ſumus,tñ quo ad trahendũ extra impetrante literas patre: aut ſi contra cum ratione prædictorũ bonorũ impetrẽtur,ſemper attenditur diœceſis,patris nõ filij,ſi fuerint diuerſarũ:qa cõſideratur vexatio & cura cõparendi per iura ſupra allega.& verbũ trahere.vt not.doct.Gallic. in d.c ſtatutũ.&in executore quo ad hoc. & vide ad hoc gl.& Bar.in l.1.C.de agric. & cenſi.Dantur ẽt literæ laico contra laicũ,qui ſubeſt iuriſdõni tꝑali alicuius epi vel prælati,ſi hoc narretur,quamuis olim Cancellaria non dederit lras niſi inter laicos eccleſiæ Romanæ tm̃,quod,Collec. in c.ad petitionẽ de accuſ.dicit obſeruatum fuiſſe, vel ex effectu pſidentium in literis expediendis,vel ex errore abbreuiatorũ. Et ſi laicus percuſſerit laicũ in eccleſia,nõ dantur lræ ad inſtantiã percuſſi,ſed rectoris eccleſiæ.& vide ad hoc not.in ca.cũ ſit gñale. Dantur quoq; literæ cõtra laicum mulieri cõquerenti ſuper dote, ſiue cum viro, qñ eſt nupta,ſiue abſque viro ſoluto matrimonio,vel viro ipſo ad inopiam vergente,& dẽt fieri mẽtio in reſcripto,quòd res ſuper qbus laicus mulieris pertineãt. Viro aũt cõtra laicum dantur ẽt literæ ꝓ dote ſibi promiſſa.uide ad hoc c.p noſtras de do.int.vir.& vx.& formã quin terni cã cellariæ iuſtitiæ,in titu.de matri. Viro ẽt cõtra vxorẽ,ad doté ꝓp adulteriũ vxoris perditã,videtur poſſe dari literas ꝓ c.plerunq;de don.int.vir.& vxo.& c. ex parte de conſti.& not.per Abb.in c.cũ ſit gñale, de fo.cõpet.& idẽ forte videt,ſi agat ſuper parafernalibus per mulierem non contra tertium,ſed acceſſorie ad dotem, ſeu vna cum dote.vt in c.plerunq; & ca.ſignifica-

uit.& c.& ſi neceſſe.de don. int.vir.& vx. ar.l.ſi ego.§.dotis.de iur. dot.ff. &l. fi. C. de pac.conuen.& arg.l. ſponſa. ff. de iure dot.& de priui.credi.l.2.§.fi. ſed ſi mulier eſt vidua,vel pauper orphanus,bene impetrat literas ẽt nulla facta menlione de dote,cũ clauſula, illos ſub quorũ iuriſdõne, & q̃ dãtur qñ pauper orphanus,vel vidua nõ pñt conſequi iuſtitiæ cõplementũ a iudicib⁹ ſecularibus,& vocaẽ pauper orphanus miſerabilis perſona,vt not.in c.ſuper quibuſdam.de ver.ſig.iuncto.c.1.87.diſt. & l.orphanotrophos.C. de epiſ. & cler. & c.grandi.de ſup.negl.præl.lib.6 & c.1.ne cler.vel monac. Nc capitur orphanus, vt in c.admonere. 33. q. 2. pro eo qui caret patre.Et dantur ẽt pro orphano, quãuis habeat tutorem vel curatorem, vt vidi in forma Martini de Ebulo.videtur obſtare d.l.orphanotrophos.ſed poteſt eſſe pauper miſerabilis,ẽtſi habeat tutorem vel curatorẽ.Pro nobili paupere orphano ẽt dantur literæ.vide no.in c.ſignificantibus. de off.deleg & l.humilem. C.de inceſt. nup. Item dantur literæ pro clerico cum vnica & virgine coniugato,& cõtra eum de ſtylo.licet videatur obſtare.c vnicũ. de cler. coniu.li.6.tm̃ pro ſtylo faciunt no.p Abb. c.1.de vit.& hone.cler. Et nota, q̃ pauper orphanus,vel vidua non impetrat in eiſdem literis cõtra clericos & laicos ſimul, cum diuerſæ ſint concluſiones. Et aduerte etiam,q̃ laicus nõ impetrat literas cõtra clericũ generaliter ſuper iniuriis, ſed eſt neceſſe ſpecificari iniuriam. vide not. in c.grauis.de reſt.ſpol.& c.olim.de iniu. Nec clerico,& laico dantur literæ ſimul ſuper iniuriis,ẽtſi diceretur cõiter. Item ſi conquerentes ſint plures, etiamſi pater vel filius,vel fratres debent poni ſuper bonis & rebus aliis ad eos cõirer ſpectantibus, ſed in vniuerſitate conquerente vel alio corpore,ſeu collegio non dicit cõmuniter pectantibus. Monachis autem vel aliis religioſis,aut mendicantibus nõ dantur literæ nomine proprio, ſed ſuperioris & conuentus,niſi talis religioſus habeat aliquod officium obedientiarũ, vel adminiſtrationem,aut beneficium ſui ordinis, vel ex diſpenſatione Apoſtolica,vel impetret ſuper abſolution.ab excõicatione vel infamation.aut alimentis,alias non dantur,ẽt ſi ſit in ſtudio.Et ẽt olim obſeruauit cancellaria, vt per Collecta.in c. dilectus de reſcrip & vide Rot.de iudi. in nouis.& in deciſ.Bella.Mihi tamẽ ſp viſum

fuit

fuit posse dari litteras pro existente in studio, si asserat se de licentia prælati & conuentus esse in studio, per not. gl. in c. non dicatis. 12. q. 1. & si longius de iudicibus, & per Arch. & Io. A. in c. 2. ne cle. vel mona. dummodo narret iniuriari sibi super debitis rõne studij contractis. Aliqui tñ correctores sequuti sunt exactè stylum antiquum, ne sub hoc prætextu studij detur occasio monachis impetrandi literas sup alijs debitis, & administratione proprii, & noluerunt dare ẽt cum dicta narratiua. Contra religiosum aũt hodie bene dãtur literæ, sub noĩe proprio indistinctè in loco commorationis. & vide not. in c. quanto. de offi. ordi. Mendicantibus verò dantur litteræ pro erogatis eis, vel ecclesiæ eo tũ in eleemosynam, cum possint implorare officiũ iudicis, ad hñda illa bona, & ẽt agere si dixerint se posse obtinere bona ex priuilegio sedis Apostolicæ, cui nõ sit d erogatum. Ad quod vide not. in c. fin. de pact. li. 6. olim tñ cancellaria nõ admittebat appellationes super immobilibus mẽdicantium, quamuis allegarẽt priuilegiũ Apostolicum super eis, vt no. Collect. in c. significantibus. de noui ope. nunc. Abbati aũt soli dantur, pro spectantibus ad mẽsam Abbatialem, si fuerint ordinis S. Basilij vel Benedicti, aliàs aũt non dantur absque conuentu. Præceptoribus aũt siue cõmendatoribus militaribus dãtur indistinctè, ẽt pro pluribus commendis, sed non p pluribus prioratibus in militibus Rhodiẽsibus, seu fratribus Hierosolymitanis, vt vidi in eorum statutis, seu stabilimẽtis, dum peterent confirmationem eorũ. & vide no. in c. quia nos de appel. per Inn. & Hosti. vide ad hoc not. in c. cum deputati. de iudi. & Oldra. cons. 127. viro autem & vxori dantur litteræ absque verbo, cõiter. Non dantur literæ si quis velit impetrare contra homines talis loci, nisi dicatur vniuersi homines vel vniuersitas hominum talis loci. vide ad hoc no. in c. cum in multis. de rescr. li. 6. Old. con. 315. & not. gl. in c. cum dilectus. de ord. cogni. Et quando ignoratur, an quis sit clericus vel laicus, solet poni disiunctiuè clericus vel laicus, pro quo stylo facit. l. 1. §. quia autẽ. ff quorum leg. & de rest in inte. cõstitutis. & c. vnic. de postu. præl. li. 6 Filio aũt familias non solent dari literæ contra patrẽ, nisi exprimat sibi iniuriari sper Castrensibus, aut alimentis, vel aliàs in casibus, in quibus possit agere contra patrẽ. vide ad hoc. l. lis nulla. ff. uẽ iudic. & l. actiones. ff. de act. & q. 23. q. 4. si ecclesia. & in c. quæritur. 2. q. 7. nã prohibito consequenti, videtur prohibitum antecedens, videlicet impetratio literarũ facit quod not. Inno. in c. 2. de dilat. Emancipato aũt bene dãtur, cũ nõ prohibeatur agere, nisi nõ pterita venia, q̃ per impetrationẽ literarũ nõ tollitur, et iudex hoc examinabit. arg. l. sed & in hac. §. pter. & l. quãuis in fi. ff. de in ius voc. & facit l. fi. C. eo. Super furt. vero, vel falsitate cõmissa per patrẽ aduersus filium q̃ possunt dari. vide l. congruentius. C. de datr. pot. & not. in c. prohibemus. 2. q. 1. & in d. §. ptor Cistercien sibus non dantur literæ super castris, hominibus vasallis, vel decimis. nisi adiiciatur, quod habuerint illa antequam ipsorũ monasteriorũ Cistertiẽ. ordo reciperet institutа. vide c. recolentes. de stat. mona. & on. in c. cũ ordiné. de rescr. Super diuersis beneficiis cõtra diuersos reos nõ datur vnũ rescriptum, nec cũ clausula, & quidam alii. Sed est necesse exprimere reos nec vbi agitur super beneficio, nõ debet hodie addi in rescripto super rebus aliis, quã fructibus illius. Cãcellaria nõ dat literas cõuentui, vel Capitulo, vel cõtra eos, nisi super bonis discretis, & aliis q̃ vacãte sede p eos necessario expediũtur, vt per Colle. in c. illa. ne sede vacante. Et pro iniuria illata ecclesiæ cathedrali, vel intra ipsam, vel in eius cœmiterio non dantur literæ episcopo, siue capitulo. vide Collect. in cap. cum deputati. de iudic. sed contra sic.

Nec in aliquo rescripto ponuntur vltra tres ciuitates siue diœc. computatis actoribus & reis, vel quatuor, si iudex fuerit ex illis quatuor.

Item, nõ ponuntur vltra octo nomina reorum, absque clausula, & quidã alii, sed cum ea septem nomina, vero conquerentium possunt esse quot placet.

Contra reges & principes, seu magnos duces nõ dantur literæ sine signatura Papæ. facunt not. per Spec. tit. de leg. §. nunc videndum. vers. Item non obstat.

Et nota, q̃ cõmunitas, seu vniuersitas de stylo cõputatur pro quatuor personis, licet. l. mortuo. ff. de fide uss & ex quib. caus. mai. l. ait prætor. §. itẽ inquit. cũ aliis iuribur faciant cõtra. & iedo nõ dãtur literæ in vno rescripto, nisi cõtra duas vniuersitates, si velis ponere clausulam, & quidã alii, & cõmunitas dicit ciuitatis. Diuersitas vero castri, vel villæ, aut populi, vide

tur facere contra clemen. vnica de vſur. & not. per Bart. in extrauag. ad reprimendã. Nec dantur literæ, niſi cõtra tria monaſteria tam. vel domos in eodẽ reſcripto. Nec ſuper iniurijs verbalibus dãtur literæ per cancellariam. vide ad hoc c. cum te. de re iudic. & deciſ. Rotæ.

In ciuilibus plures agentes appellant litiſconſortes. In criminalibus verò plures rei cõplices. facit cõtra gloſſ. in clem. 1. de pœnis. vide text. & Ioan. And. in. c. cum oporteat. de accuſat.

Quando agit ſuper pecuniarũ ſummis, ponitur in concluſione poſt illa verba, apre. vſuris ceſſantib. de quo in c. dilect. de foro compe. niſi conquerantur epiſcopus, capitulũ, cõuentus, vel perſona eccleſiaſtica ratione beneficij, aut religioſus, vel familiaris Papę, vel de cur. Romana. quia præſumitur pro eis. vide not. in c. cùm in iuuentute. de præſumptio. cum ex in iuncto de no. oper. nunc. 61. diſtin. miramur. 9. quæſt. 2. Lugdun. nec hodie ponitur in reſcriptis appellationum.

Mortuum non appellat Papa dilect. fil. de ſtylo nec venerabilẽ fratrem, ſed quondam talem, & bo. me. epiſcopum.

In reſcripto ſuper defectu natalium, ponitur clauſula, ita tamen, & c. alias eſt falſum, & committitur diœceſano niſi ſit ſuſpenſus: quia tunc committitur officiali vltra montes. & hodie etiam idem quando diœceſanus agit in remotis, & hoc ex primitur, facit c. daturum. de præb. lib. 6. ſi vacet eccle. tunc ſcribitur maiorem poteſtatem in ea obtinenti. vide de hoc in quinterno, tit. de defect. natur. Spec. in tit. de diſpen. §. nunc de epiſcoporum. & in fi. & quis dicatur Diœceſanus vide gl. in cle. vnic. de fo. comp. & datur hodie hęc diſpenſatio tã præſentibus in curia quàm abſentibus, etiam. progenitis ex non ſoluto & ſoluta. & de dicta clauſula, ita tamẽ, vide Oldradum conſi. 165. & Rot. in anti quis: & glo. in cap. ſi pro clericis. de præbend. lib. 6. & in c. non poteſt. & Salicet. in leg. præſcriptio. C. ſi contra ius vel vti. publ.

Et in confirmationibus in forma cõi, nunquã ponitur in narratione diœceſis; in qua eſt beneficium, ſed in ſalutatione tm.

Nec datur, Poſt iter arreptum, mulieri, ſed religioſo ſic, ſi habeat adminiſtrationem. vide not. in cap. cum deputati. de iudi. & gloſ. in Cle. & ſi principalis, de reſcript.

Regulæ Cancellariæ Papæ viuenti ad futuram rei memoriã dantur ſub hac forma, Ad futuram &c. cũ literis maiuſculis, Cunctis diſponentes fidelibus, iuſtitiam miniſtrari tenorem cuiuſdam per nos dudum editæ conſtitu. quæ die decima nona Menſis &c. Anno Incarnationis &c. Põtificatus &c. Anno primo, publicata fuit ad Inſtantiam dilecti filij A. Decani &c. ſe illa pro ſui conſeruatione iuris, indigere aſſerentis, præſentibus inſeri fecimus, volẽtes & auctoritate Apoſtolica decernẽtes, vt huiuſmodi ſic inſerto tenori ſtetur, & plena fines adhibeatur, vbicunque in iudicio vel extra illud exhibitus fuerit vel oſtenſus: dictus verò tenor talis eſt, Item voluit &c. nulli etiam. dat. &c.

Si papa fuerit defunctus, dãtur ſic à ſucceſſore, Cunctis &c. quarum quidem conſtitutionum, quas ſuo duntaxat tempore duratas obſeruari voluit. &c.

Si vero non petantur ad futurã rei memoriam. ſed per commiſſionem iudicum, dãtur ſub hac forma directè iudicibus, coram quibus cauſa pendet: Cunctis &c. per nos nuper editæ conſtitutionis anni &c. Põtificatus noſtri &c. ad inſtantiã dilect. fil. ſe illa pro ſui iuris cõſeruatione & executione quarundam literarum Apoſtolicarum per eũ ad vos cõiter impetratarũ facienda indigere aſſerentis præſentibus &c. volentes &c. Tenori plenã fidem adhibeatis, & ſecundum eum ad executionẽ procedatis. literarum verò earumdem dictus tenor talis eſt.

*De quatuor clauſulis, prouiſo, & alijs.*

CLauſula, prouiſo, qñ quis cõqueritur, ſuper cenſibus, penſionibus, & humõi prouiſione cenſus humõi cõtra ſtatuta Lateranenſis concilij impoſiti ſint, vel adaucti. vide c. prohibemus. de cenſi. & ponitur in reſcripto ante ſam, teſtes. Nec datſi minor impetret contra maiore, nec cõtra laicum tm. vel clericum & laicum ſimul.

Clauſula, prouiſo qñ quis conqueritur contra cõitatem vel vniuerſitatẽ, & hæc. Prouiſo ne aliqua ſingularis perſona dictæ vniuerſitatis auctoritate præſentiũ ad iudicium euocetur, ſeu in illam, aut locũ prædictum interdicti ſnam proferatis, niſi à nobis ſuper hoc mandatum receperitis ſpeciale, & contra capitulum, hæc clã non ponitur, vide Bellam. de hac clauſula in c. cum in multis. de reſcr. lib. 6.

Clau-

Clauſula, prouiſo, qñ quis cõqueritur contra conſulas, aut proconſules, aut nobiles, aut gubernatores ciuitatis vel hmõi, eſt hæc, Prouiſo ne in terras dicti nobilis, vel eãdem ciuitatem, vel oppidum auctoritate præſentium interdicti ſententiam ꝓferatis, niſi ſuper hoc à nobis, &c. & hæc clauſula ponitur, qñ conqueritur aliquis in pecuniarijs vel alijs ciuilibus cauſis cõtra prædictas perſonas: vide in extrauagã. Bonifacij proinde. Super criminibus verò remanet ius antiquum. c. ſi ſententia, §. cęterum. de ſenten. excom. lib. 6. cum alijs iuribus. non tamen ponitur in reſcrip. ſuper vſuris nec ſuper manuum iniectione, etiam ſi agatur ciuiliter: nec in matrimonialibus, vide c. non eſt. de ſponſalib. & c. 1. de vſur. lib. 6. & c. penult Clauſula, prouiſo, non datur in commiſſionibus appellationũ, nec olim aliquo tpe data fuit in partibus Gallicãis: quia male parebãt nobiles & vniuerſitates iudicibus Eccleſiaſticis, ut legi in notis quinterni Cancellariæ gratiæ. Nec etiam ponebatur in certis Diœceſibus Germaniæ, per conſtitutio. in concilio Conſtanti. nunc ſic factam, videlicet in Caminen. Trazeburgen. Nauelburgen. Zuerinen.

Clauſula, prouiſo, qñ excõicatus cõtra formam Concilii generalis petit abſolutionem prouiſo, ꝙ ſi pro manifeſta offenſa dicta ſententia ſit prolata, nec ab excõicato ſufficienter præſtetur emenda nulla tenus relaxetur. vide c. ſacro. de ſentẽ. excom. & c. ab excommunicato. de reſcri. & c. ex parte, de verb. ſignific.

Inuocatio brachij ſecularis hodie non datur abſq; ſignatura per Cancellariam, nec tempore Collect. dabatur, vt per eum in ca. 1. de offi. deleg. olim verò data fuit: ut in quinterno iuſtitiæ, de vſuris. forma 21. quare ſtylus eſt inconſtans. & an delegatus hoc poſſit ſine expreſſa commiſſione, vide docto. in cap. ſignificaſti. de offic. deleg. & in c. ſi quis cõtra clericum. de ſo. compet. & ca. ut officium. de hæret. lib 6.

Super ſpõſalibus de futuro, vt cogatur vir vel mulier implere per verba, de præſenti, non ſolet Cancellaria dare literas, ẽt ſi dicatur interueniſſe iuramentum. vide quę ſcribo in alijs memorialibus meis. & not in c. requiſiuit. de ſponſalib.

In reſcripto appellationis à principio, vbi formatur libellus actoris vel rei ſuper petitio n. ſemper debet poni quis petat, à quo petat, ſeu petierit, quid vel quare petat, & in his vltimis, qñ ignoratur res, vel quantitas aut cauſas, ſolet dici rẽ tunc expreſſam ex cauſis tunc expreſſis, vide materiam libellorum, & quę infra dicentur.

Item in abſolutione ab excommunicatione dẽt poni cauſa ccommunicationis. vide doct. Gallic. poſt alios in c. ex parte. de offi. ordin. & Hoſtien. tit. de reſcript. §. quis impetrare.

Et nota, ꝙ per Cancellariam datur monitio ſub cenſuris in notorijs iutis: vt ſuper decimis & hmõi. vt in tit. de decimis. in prima forma quinterni. vide glo. de his poſt tex. in cle. diſpẽdioſam. de iudic. & docto. in c. conqueſtus. de for. compet. & in c. noſtri. de elect. & de probat. qm̃. & de appel. perſonas. & de iniur. ad noſtram.

Et conſidera, ꝙ Cancellaria in reſcriptis ſæpius utitur verbo, temere, quod verbum excludit rectè vel ritè, aut utrumq; & poteſt cõuenire parti, vel iudici: ut not. in l. eum qui temere. ff. de iudic. & Inſtit. de pœn. temeliti. c. ex literis. de diuor. c. tuarum. de priui. de elect. prouida. lib. 6 & c. ut piculoſa. ne cler. vel monac. eod. lib. Inſti. quib alie. licet. §. econtra. & in c. bonæ. de poſtu ꝓlat. & in multis alijs iurib.

Et aduerte ꝙ Cãcellaria vtitur his duobus terminis in conuentione, videlicet, traxit in cauſam, vel fecit ad iudiciũ euocari. De primo vide not. in c. paſtoralis de cauſ. poſ. & proprie. de alio in l. 1. tit. de in ius vocand ff.

Si cõtra Epiſcopum, Archiepiſcopum, vel Patriarcham, impetrẽtum literæ, vbi dr̃ per cenſuram, dẽt dici, auctoritate noſtra. vide c. quia periculoſum. de ſent. excom. lib. 6. & quia pontificali. de offic. deleg. eo lib. Contra electum verò qñ dantur literæ, dr̃ per cenſum de ſtylo. vt contra dicere c. 2. de offic. deleg. ob reuerentiam ſacri officij. Sed aliud eſt pontificale officium, aliud pontificalis ordo, & aliud põtificalis dignitas. vide ad hoc gl. in cle. archiepiſcopo. de priuileg. & quãdam deciſio. Bellam. & contra perpetuum adminiſtratorem etiam dicitur per cenſuram. vide not. in c. is cui de elect. lib. 6.

Super ſpollo contra iudicem non ponitur dicto tali, ſicut iuſtũ fuerit, reſtituto ſed ſimpliciter ponitur clauſula, vocatis, cum inſinuatur pro ea. extra de renun. in præſentia. & c. dilectus. de reſcr. vide Oldrad. conſ. 227.

Item nunquã dãtur niſi unus, duo, vel tres iudices, vide c. prudentiã. de off. dele.

Item ordo prȩcedit Diœcesim, sed non Ciuitatẽ, vt abbas S. Petri Perusinen. ordinis S. Benedicti. Abbas S. Cucuphatis ordinis S. Benedicti Barchinonẽ. diœcesis.

Nomina ordinum Camaldulensium, Cistercientium, Cluniacensium, Carthusiensium, Præmonstratensiũ præferuntur, alia postponuntur, ordinis S. Benedicti, ordinis humiliatorum &c. Cistercien. ordinis Præmonstraten, ordinis &c.

Clausula, non obstante, facit conquestũ duplicem. Vide de ea in capi. ne aliqui. de priuil. lib. 6. & ponitur etiam in rescrip. de iustitia.

Ep̃o non dãtur literæ super iuribus epi scopalibus generaliter, nisi exprimat aliquod ex eis. vide Specul. de rescript. præsent. & not. in ca. constitutus. de reg. do. & Bellam. in decisionibus.

Debet poni in rescripto ẽt appellationis de stylo nomen & cognomen Actorũ & Reorũ, & appellãtis ac appellati, aliàs non dantur literæ, nisi diceretur Titius & Mæuius, & alij hac parte litis consortes, quos non est necesse exprimere. Nomen verò Iudicis ordinarii, à quo appellatur, non est necessarium apponi, sed delegati sic, licet videat aliud doctoribus. vide Specul. tit. de appella. &c. oblatæ. & Bar. in l. 1. §. libelli. de appellatio. ff. & decis. Rot. Item est necesse q̃ ponatur diœcesis rei. Itẽ dẽt poni qualitas vel dignitas personarũ, Laicus, Canonicus, Rector, Armiger, Ciuis. Nec dẽt q̃s intitulari duobus titulis, sed vno tm̃ super quo impetrat, sed si impetrat super pecuniarum summis, aut alijs orphanis, potest assumere titulũ quẽ voluerit, & dabuntur ei Iudices, iuxta diœcesim de qua se intitulabit. Vide ad hoc not. in c. ad aures. de rescript. & Bellame. in deci. & nota in quadam deci. in antiquis, de rescrip. Et si est religiosus actor vel reus, debet exprimi ordo, ut per Hostien. & Collect. in c. cum ordinem. de rescrip. Et Iudæus non dicitur laicus vel ciuis, sed dicitur incola vel habitator talis loci, vel in tali ciuitate commorans.

Et mulier dẽt poni post clausulã, & quidam alij clerici & laici, cum non comprehendatur sub nomine laici' de stylo, vide Specu. in tit. de rescrip. præsentatione, & olim ponebatur ante, dummodo esse nominatus vnus laicus.

Si est mulier quæ appellet, debet semper poni, dilecta in Christo filia Anna. &c & si est nobilis, debet etiam poni nobilis, & si vidua, debet semper dici talis relicta quondam talis vidua. Sed si mulier nõ appellet, sed conueniatur, non debet dici dilecta in Christo filia, nec etiam in cõquestibus. Dicitur etiam in actrice, dilecta in Christo filia Ioanna dilecti filij Antonij &c vxor. Et idem dicitur in patre administratore bonorum filij, & tutoribus, & curatoribus, dilectus filius A. dilecti filij B. genitor in muliere appellata non dicitur, dilecta in Christo filia. In forma sua nobis, in forma autem, humilibus, tam in appellante, q̃ appellato, q̃ etiam iudicibus semper dicitur, dilectus filius, & dilecta in Christo filia in forman. querelam. In actore ponitur dilectus & dilecta, non in reis & conquestibus. In conclusion. ponitur, Ideoque & alijs quo circa &c.

Nota, quòd in forma, sua nobis, non datur expressa absolutio ad cautelam. & expressa commissio attentatorum in forma, humilibus, sic. Et in omnibus rescriptis iustiriæ ponitur clausula, quòd si non ambo vel omnes, præterquam in rescripto in forma, humilibus, in quo ponit, vos, vel duo, aut vnus vestrum. Et huiusmodi clausula ponitur post clausulam, testes. Et si in rescripto non ponitur clausula, testes, debet poni statim post conclusionem. Vide de ea c. prudentiam. de officio deleg. & ca. cũ dilecti. de emptio. & vend. & c. sciscitatus. de rescript. Et si excommunicatus impetrat absolutionem, non debet dici dilectus filius, sed sua nobis Antonius &c.

Et cum Cardinalis impetrat rescriptũ non dicitur, sua nobis, vel significauit, vel conquestus est nobis, & sic de alijs. Sed exposuit nobis dile. fil. noster. tit. sanctæ Praxedis.

Et quando fit mentio de ordine Carmelitarum per constit. Sixti III I'. poni debet, ordinis gloriosissimæ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, quam constitutionem quidam ex abbreuiatoribus non obseruarunt, à me autem fuit semper obseruata, ob honorem Virginis & antiquitatem ordinis Carmelitarum.

In Abbate. Priore, Sacrista, vel Decano ecclesiæ, semper debet dici Abbas, vel Prior secularis, & collegiatæ eccl'æ talis.

Et nota, quod in in saluatione inter primum & secundum iudicem ponitur, inter secundum verò & tertium ponitur, ac ut dilecto fil. Decano & succentori ac capifero eccl'æ sanct. N.

Et ad.

Et aduerte, ꝙ Cancellaria magnã vim facit in uerbis, vt proprie ponantur, & sub certo ordine, ut innuit Collec. in c. dilectus. de c. monach. & not. in c. venerabiles. de confir. vtil, uel inutil. & 54. reg. Cãcella. & c. causam. de rescrip. Et quantum fieri potest non reperit uel conculcat verba, nec sententiam, præsertim in decisiuis & dispositiuis.

Vbi appellatur ab euitatione præiudicij, vel molestationis inferendi extraiudicialiter de facto admittitur appellatio, & ponitur clausula, vocatis: & taxantur minus literæ. Vide ad hoc not. in c. dilecti. de maior & obed.

Quando mandatur confirmari vel infirmari sententia lata super crimine, uel aliàs committitur, semper ponitur in conclusione, in his quæ pœnam sanguinis nõ contingunt. Vide not. in c. in archiepiscopatu de rap. & in c. fi. ne cler. vel monach. lib. 6. & c. sententiam sanguinis. eod. titu. in antiquis. aliàs non valeret commissio, nisi ex certa scientia. Vide Anto. de Butr. in c. quæ in ecclesiarum de constitu. Item quando impetrantur literæ pro Canonicis Alemanię, uel Beguinabus, vel confraternitatibus, aut Iesuatis, seu alijs pijs Collegijs, vel congregationibus non approbatis. Ponitur in fine ante datam, per hoc autem dictarum Canonissarum statutum non intendimus in aliquo approbare, vel dictam confraternitatem non intẽdimus &c. pro quo stylo facit tex. ie c. indemnitatibus. de elect. lib. 6. & in cle. accedentes. §. illas. de statu monach.

Item nota, ꝙ appellato nisi post terminum octo mensium, non dantur literæ in illa causa appellationis, & sic de stylo practicatur hodie. c. oblata. Vide Rot. in antiquis tit. de rescr. & cons. 204. tñ olim non dabantur literæ appellato nisi confirmatoriæ. ut per Collect. in c. significantibus. de noui operis nunciatione.

Et nota, ꝙ si pars appellet à tarditate uel negligẽtia iudicis, in expeditione causæ solet dici, ꝙ anno & amplius iam elapso, in dicta causa procedere non curat loco & tempore congruis requisitus, alias, nisi sit lapsus annus, non solẽt dari, nisi iudex expresse denegaret iustitiã ministrare, quia tunc non diceretur aliquid de anno. Vide Io. And. in c. dilecto, de appellationibus. & Abba. in c. ex parte. eo. titu. & in c. propositi. de foro compet. & glos. c 2. de appellatio. lib. 6. & c. nullus. de iure patro. & in authen. vt differen. iudic. & c. ad aures. de simon. & Bart. in l. Titia cum nuberet Caio Seio. ff. de leg. & Bal. in l. fi. C. illud. de temp. appella. Et formam quin terni iustitiæ primum: in tit. de iudi tenẽ. diu causam in suspen. & Specula. tit. de appellatione, qui interpretatur illam primã formam, quando non est commissa causa appellationis, quia tunc habet remedium desertionis. In ordinatio autem non dicitur aliquid de anno secũdum stylum, sed dicitur diutius tenuit causam in suspẽso, & tunc dantur tres menses ad expediendum, iuxta prædictam formam primam.

Item dantur literæ in quibus conceditur adiunctus, propter suspicionem iudicum ab aduersario impetratorum, & si nõ dum est ad litis contestationẽ processum, ut in tertia & quarta forma supra allegat. tit. de mandatis quæ fiunt iudi. de quibus vide doct. in ca. insinuante. de offi. delega. & c. causam quæ. eod. titu. & causam quæ. de iudi c. & Feder. in consi. Non autem ad solam allegationẽ suspicionis iudicis datur nouus iudex, cum habeat allegans remedium arbitrorum, vel collegarũ, & multo minus quando recusatur executor in forma dignũ, vel alijs huiusmodi qui non teneantur vocare partes, cum illi non possint recusari. Vide not. in ca. cũ venissent. de iudic. per Anto. & c. nouit. & c. postremo. de appel. & Rot. eod tide concess. præben. in nouis.

*Clausula, testes, non solet apponi in aliquibus rescriptis, que sa quuntur.*

SVper vsuris, qũ impetratur contra clericos tãtũ, vel clericos & laicos simul & nec in causis matrimonialibus, aut consanguinitatis, vel affinitatis, nec dotis accessoriæ, vide c. de prudentia. de donat. inter vir. & vxor. nec super manuũ iniectone, contra clericũ & laicum simul, vel contra clericũ tm̃, etiam si dicatur super alijs rebus iniuriari conqueren. nec super crimine vel diffamatione eius, nec quando dicitur contra iuramentum super hoc prę stitum temere veniendo: nec cum in literis dicitur extra tenorem priuilegiorum vel indulgẽtiarum, nec in literis post iter arreptum, nec cum cõmittitur causa iuxta priorem continentiam literarum, nec in literis preces & mandata, & cum olim, quę dantur volentibus ingredi religionẽ,

nec qũ

nec qñ dicitur in appellationis cauſa huiuſmodi, nec quando petitur obſeruatio ſnīæ deſerta appellatione, vel quia tranſiuit in rem iudicatam, nec vbi compellitur ferre arbitrium arbiter, uec in literis ſuper abſolutione monachorum, nec qñ dr de vtroq; proceſſu, nec in literis ſuper defectu natalium, nec quando petitur abſolutio ab excommunicato, qui concordauit cum parte, nec in literis cum ſecundū Apoſtolum, quæ dantur ordinibus non habētibus beneficia. nec in cruce ſignatis. & quando denunciatur excommunicatus, vide in quinterno tit. de excommunicantibus, aliàs in literis cum mādantur executori, relaxatio ſentētiæ excommunicationis latæ contra formam c. ſacroſan. de ſententi. excommunica. & c. reprehenſibilis. de appel. ſed in executoria eius bene datur, nec in literis ſi tibi, de qbus vide in quinterno tit. de reſt. in iuteg. nec qñ petit cōfirmatio laudi, ſecus vbi petitur reuocatio vide in quinterno tit. de arbitr. & compoſiti, nec vbi de obedientia agitur, vel vbi ſubiectio, vel viſitatio denegatur, nec in literis cōtra indulta, nec in beneficio ad cuius collationem quis ſe per parentes literis obligauit: quia iam conſtat per literas, prout in multis ſuperioribus, nec qñ dicitur, ꝓut in literis inde confectis, nec in literis ꝙ excōicatum clericū recipiat ad diuina, nec qñ literæ bullantur cum ſerico, nec qñ publicatis atteſtationibus teſtes qnandoq; admittuntur & appellatur. Super iniurijs non eſt ſtylus firmus, quidā dederunt, alij non prepter verbum, iniuria, quod trahitur etiam ad crimen.

Et quādo quæſtio principalis eſt ſuper crimine, aut aliqua materia, in qua nō ponitur clauſula, teſtes, ſi appellatio interponitur ſuper grauamine per iudicem illato, non ponitur ie reſcripto clauſula, teſtes. ꝓp euentum cognitionis cauſæ principalis. in c. vt debitus. de appe. faciūt not. per Oldr. conſi. 320.

Clauſula, legitimi impedimenti, & exrōne eſt huiuſmodi, de qua in quinterno, tit. de præſentationibus. Sed dictus A. legitimo, vt aſſerit impedimento detentus, non fuit appellationem huiuſmodi infrà tempus debitū proſecutus. Quare nobis humiliter ſupplicauit, vt lapſu dicti temporis non obſtante ſibi ſuper hoc opportunè prouidere paterna diligentia curaremus. Quocirca. &c.

*Sequuntur formæ concluſionum, quibus hodie vtitur Cancellaria in reſcriptis merę iuſtitiæ. Nam in forma, humilibus, aliquid gratiæ concedit Vicecancellarius, ſi Cancellaria in adminiſtratione iuſtitiæ circa commiſſionem iudicium de antiqua conſuetudine, ne partes expectādo ſignaturam quam omnino haberent, vexarentur expenſis & diſpendio moræ, quod maxime debet euitari, tam in Rota, quàm in Cancellaria, vt in concluſ. Rot. 657.*

CONCLVSIO communis in conqueſtibus & quærelis, & quomodo appellat ab interlocutoria vel grauamine. Vocatis, qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde præpoſitis, quod iuſtum vel canonicum in matrimonialibus fuerit, appellanti reo decernas facien. quod decreueris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. In cauſa ſpolij dicitur, & dicto tali, ſicut iuſtum fuerint, reſtituto.

Nota quòd in conqueſtibus contra vniuerſitatem officialem, ſiue dominum alicuius terræ poſt verbum obſeruari, dicens prouiſione in vniuerſitatem prædictam, vel in terram dicti officialis, vel comitis, excommunicationis vel interdicti ſententiam proferas, niſi à nobis ſuper hoc mandatum receperis ſpeciale, niſi impetretur ſuper vſuris, vel iniectione manuum violenta in clericos, vel cauſæ matrimoniali

Appellatio ab vnica diffinitiua in cauſa matrimoniali, mādan. quatenus de ſententia huiuſmodi legitime cognoſcens, quod canonicum fuerit appellanti reo decernas, facien. &c.

Appellatio à duabus diffinitiuis nō matrimonialibus in qua ſecunda confirmat primam. Mandantes quatenus in cauſa vltimè appellationis hmōi legitimè procedens, dictam poſteriorem ſententiam confirmare vel infirmare app. teo. curetis, pro vt de iure fuerit faciendum.

Appellatio à ſecunda ſententia confirmatoria primæ, in cauſæ matrimoniali. Mandan. quatenus de vltima ſententia huiuſmodi cognoſcens legitimè, quòd canoni-

canonicum fuerit appel. reo. decernas facien. &c.

Vbi sunt contrariæ sniæ diffinitiuæ, & appellatur ab vltima, etiamsi sint duæ cõsequẽter latæ pro vno. Mandamus &c. de vtroq; processu cognoscens, legitime, illũ ex eis quem ritè factũ fore repereris, auctoritate postea appel. reo approbes, reliquo sicut iustum fuerit reprobato.

Vbi sunt contrariæ sententiæ in causa matrimoniali. Mandan. quatenus de vtro que processu cognoscens legitime, quod canonicum fuerit appel. reo. &c. facie. &c.

Qando mortuo iudice qui cognoscebat de causa, committitus alijs. Quocirca quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, & causa ipsa in statu debito p̃ vos resumpta illam vlterius audiatis, & quod istum fuerit appel. reo. decernatis, facientes, quod decernetis. &c.

*Comissio admissionis, cessionis bonorum, pro clerico excommunicato, qui est paratus satisfacere quàm primum peruenerit ad pinguiorem fortunam.*

QVocirca &c. si est ita, vocatis creditoribus præfatis, & alijs q̃ fuerint euocandi, receptaq; per vos ab eodẽ cessione bonorum prædictorum, necnon idonea cautione, vt si ad pinguiorem fortunam peruenerit, debita persoluet, sententiam prędicta relaxere procuretis, prout de iure fuerit faciendum. & vide c. Odoardus. de solut. &c. peruenit. de fide iuss. sup̃ monasterio grauato onere debito rũ. vide formã in quinterno. tit. de vsuris.

*Quomodo petitur obseruari sententia interlocutoria, à qua nulliter fuit appellatum, vel quia deserta fuit & committitur eisdem iudicibus.*

QVocirca &c. vocatis &c. si vobis de nullitate, siue desertione appellationis hmõi legitime constiterit, cõtra prædictum Ioan ad vlteriora procedatis, iuxta ipsam formam & cotinentiam literarum Olim hmõi literæ ẽt committebantur alijs sub forma, vt postq̃ cognouissent de nullitate vel desertione, remitterẽt causam priorib⁹ iudicibus, vide not. in c. ad hæc el primo. & cap. ex ratione. de appel. & de verbis continentiam, & reno rẽ in formam, & hmõdi. vide no. in c. si cũ. & c. si Apostolica. de præb. lib. 6. & c. significante. de appel. & c. quia V. de iudic. & in multis alijs iuribus.

*Quomodo petitur obseruatio sententia diffinitiua, & excommunicationis.*

QVocirca &c. si est ita, diffinitiu. sicut rite excommunicationis sicut rationabiliter prolatæ sunt, snĩas huiusmodi faciatis auctoritate nostra, vsq; ad satisfactionem condignam inuiolabiter obseruari. vide glo. & doc. in c. qm̃ Abbas. de offi. deleg. & Spec. ti. de remissionibus.

Conclusio absolutionis ab excommunicato, qui est paratus satisfacere de consensu partis & parere iudicato, & literis.

Quocirca &c. Mandan. quatenus si est ita, prædictũ P. postq̃ literis ipsis legitime paruerit cum effectu, & ad hoc dicti S. consensus expressus accesserit ab eadẽ snĩa, & alijs cẽsuris per eum occasione ræmissarum incursis, hac vice duntaxat, auctoritate nostra absoluatis in forma ecclesiæ cõsueta, & iniungatis ei pro modo culpę pœnitentiam salutarem, & alia quæ de iure fuerint iniungenda. Et si iniuriatus ex non rationabili causa retineret absolutioni, vide not. per Hosti. in summa depenit.

*Conclusio pro excommunicato ratione contumaciæ; qui est paratus parere.*

QVocirca &c. E. si hoc legitime petierit, recepta tñ prius ab eo cautione idonea super eo, quo excõicatus hf. ab excõicationis snĩa huiusmodi de ipsius dñi consensu hac vice duntaxat absoluatis in forma ecclesiæ consueta, iniungatisq; ei pro modo culpę pœnitentiam salutarem, & alia &c. vide de his bbsolutionibus, an sint pro cõtumacia, an pro offensa in c. qua fronte de appel. & c. ex parte. de verb sign. el primo. &c. venerabilibus. de sent. excom. lib. 6. & glo. in c. ex litesis. de offic. delegat. & Spec. tit. de contuma. quãdo verò cõmittitur absolutio ruper iniectione manum, tunc ponitur præstatio iuramenti, q̃ deinceps talia non committeret &c. & idem fit in violatoribus ecclesiasticæ libertatis, & alijs huiusmodi. vnde in c. ex timore. de sent. excom.

Obseruatio sentiæ, quę per desertionem transiuit in rem iudicatam cũ taxatione expensarũ Mandan. quatenus si, vocatis qui fuerint euocandi, vobis de de

sertio-

sertione, appellationibus hmõi legitime constiterit, sniam prædictam sicut ritè plata est, faciatis auctoritate nfa appel. reo. firmiter obseruari, & expẽsas prouida moderatione taxare curetis, & si taxationem ipsam per vos fieri contigerit, faciatis idẽ B. per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, de expensis ipsis debitam satisfactionem impendi. Iste stylus super uocation. videtur cõsonare cum opi. Bart. in l. 1. ff. nil noua appell. pen. & Bald. in l. eos. C. de appell. Satis probat text. in l. 2. vers. si. C. de temp. appel. & uide Canonistas recẽtiores in c. ex ratione. de appell. post Inno. Butr. & Imol. cõtrariũ tenẽtes.

*Quando excõmunicatus petit absolutionem, & relaxationem interdicti,*

QVocirca &c. vocatis, qui fuerint euocandi, si vobis constiterit dictum B. eidem G. de præmissis satisfecisse, prædictum B hac uice duntaxat autoritate nostra absoluatis, in forma &c. Salnta re & interdictum hniusmodi relaxetis.

*Cõclusio qnãdo petitur obseruatio laudi siue arbitrij, à quo non fuit intra tempus debitum declaratum, nec acceptatum.*

MAndamus, quatenus dictum arbitrium, sicut iuste latum est, faciatis per pœnam in compromisso huiusmodi appositam autoritate nostra appell. reo firmiter obseruari. vide doct. iu c quintaual lis. de iureiur. & C. de arbit. l. pen.

*Obseruatio sententiæ, quæ transiuit in rem iudic.*

QUocirca &c. vocatis dicto tali, & alijs qui fuerint euocandi, si uobis de re iudicata huiusmodi legitimè constiterit, sententiã prædictam sicut ritè probata est faciatis, autoritate nostra firmiter obseruari. vide quæ habentur in c. ea quæ. de re iudica. Et hæc forma quo ad uocationem & citationem, consonat opinio. glo. l. 2. de inoffic. testa. & Cyn. in l. ab executore. C. quorum appo. non recip. de quo per Innoc. in c. ex ratione. de appell. & c. cum super. de re iudic. & Bart. in l. diuo pio §. in uenditione ff. de re iudica. In causis autem matrimonialibus, quamuis quo ad aliquos effectus transeant in rem iudicatam, ut in ca. dilecte. & sua nobis. de appel. per doct. tamen cancellaria non solet dare executionem, siue obseruationẽ sub prædicta forma, sed quando petitur, dat simpliciter clausulam, uocatis &c. In sententia autem super separatione thori, bene datur obseruatio: licet Ioan. And. & quidam alij doctor. videantur sentire in c. ex literis. de diuort. & cap. lator. de sentẽ. & re iudic.

*Si non obstante lapsu temporis committatur iudicibus ut ad ulteriora procedant.*

QVocirca &c. Mandan. quatenus si quod de impedimento huiusmodi proponitur, veritate fulcitur, lapsu dicti temporis non obstante &c. vlterius in causa ipsa, iuxta literarum prædictarum continentiam & tenorem, procedatis. & vide Specu. tit. de remis. & not. in c. si eum. de præben. lib. 6. & in c. exhibita. de iudic. per Ioan. Andr.

His formis cancellaria utitur hodie in rescriptis iustitiæ, & in appellationibus, quamuis clausula, vocatis & c. sit communis & frequentissima in simplicibus conqueſtibus, querelis, & quibusdam alijs rescriptis. Reliquà autem formæ rescriptorum simplicium, in quibus ponũtur clausulæ speciales in conclusionibus eorum, & in quibus non sit mentio de appellatione, possunt colligi ex quinterno cancellariæ, super quibus hodie nõ est aliquid immutatum, videlicet, in materia arbitrorũ iniectionis manuum, vsurarum matrimoniorum, indebitarum alienationum, neq; in quibusdam aliis, sed seruatur antiquus stylus curiæ. Super reuocatoriis uerò in causis appellationum uon ponuntur hodie formæ quæ habentur in libro reuocatoriarum, & referuntur per Specu. titu. de appell. §. de officio vers. ut autem. & in rubri de remis. sed plerunque in illis exemplis Spec. ponitur clausula, uocatis, in conclusion. vel clausulis de quibus supra Præ dicta autem clausula, uocatis, quæ, ut dixi ponitur, creberrime in simplicibus rescriptis, & in appellationibus à grauamine vel interlocutoris, ponitur etiam in casibus sequentibus, quãdo pars reclamat laudo uel arbitrio: & quando iudex vel pars post appellationẽ ia grauamine vel interlocutoria procedit ad diffinitiuam, vel ad ulteriora temere attentaudo, uel quando processus vel sententia petitur nulla decerni,

cerni, & quando sunt latæ duæ interlocutoriæ contrariæ, nec tunc dicitur de vtraque &c. Et quando iudex, qui nullam habet iurisdictionem, de facto processit, vel quando remittitur causa per iudicem ad examen sedis Apostolicæ, vel ad curiam, quod idem est vt not. glo. in c. statutum. de præb. lib. 6. & in similibus ponitur dicta clausula vocatis.

Et quia diuersa est conclusio in appellationibus, & diffinitiua, & interlocutoria, ponentur aliquæ remissiones, ostendentes quæ dicantur diffinitiuæ vel interlocutoriæ secundum doctrinas doctor. & stylum, seu consuetudinem cancellariæ.

Impositio perpetui silentij est diffinitiua. Vide Bald. post Spec. tit. de sent. prolata. Sententiã lata super articulis iuris, est interlocutoria. not. Bald. in c. sua nobis. de appel. & l. præses. de sent. & interlocu. iud. C.

Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, habetur pro interlocutoria, & ponitur de stylo clausula, vocatis. not. glo. 2 q. 1. In summa, nec proprie debet appellari sententia. vide Archid 18. dist. c. fi. nec transit in rem iudicatã, quin possit semper agi per viam querelę, vt no. in c. sacro. de senten. excommunic.

Confirmatio electionis absque contradictore, non habetur pro sententia, & si fiat cũ causæ cognitione per controuersiã. Cõtradictoria habetur pro diffinitiua, ponitur clausula, in appellationis &c. vide Host. & doct. in c. constitutis. el tertio. de appe. & Io. And. in c. auaritiæ. de elect. lib. 6. & vide decis. Aegi. de Bella. ti. de re iud.

Sententia qua approbantur fideiussores habetur ꝑ interlocutoria, & ponitur clausula, vocatis &c. Vide Lud. cons. 72. Præceptum iudicis factum in confessum de soluendo absque termino ad respondendũ quare non debeat fieri præceptum, nõ est diffinitiua, vide Bart. in l. non fatetur. ff. confess. vide Ang. in l. si debitori. ff. de iudic. Et an sententia qua pronunciatur aliquem esse absoluendum sit diffinitiua, vide dom. meum Alex. in l. 1. ff. de iurisdi. omn. iud.

Sententia quæ ꝑfertur in actione, quod motus causa, & similibus propter pænam, vel restitutionẽ, habetur pro diffinitiua, & ponitur clausula in appellationis, &c. vide doct. in c. 1. quod met. cau. & Bar. in l. fine exceptione. §. hæc autẽ actio. ff. quod met. caus. Pronunciatio ꝙ aliquis sit, vel nõ sit legitimus ꝑ curator, vel tutor, & huiusmodi habetur ꝑ sententia interlocutoria. vide Bal. in l. 2. de epi. au. & c. expar. de app.

Sententia super cessione bonorum habetur pro diffinitiua, & vide Dominos de Rot. in duabus decis. & Aegid. decis. 199.

Sententia per quam pronunciatur esse locum purgationi, habet vim diffinitiuæ, & ponitur clausula, vocatis &c. sed per quam mandatur purgatio, est interlocutoria, & per quam diffinitur aliquid, nisi se purgauerit, est diffinitiua, & ponitur clausula appellationis &c. vide doct. in c. cum p. de purg. cano. & d. c. quod ad consultationem. de re iud.

Sententia qua pronunciatur aliquando non audiendum si lis contestata fuerit, habetur pro diffinitiua. vide doct. in l. diffamari. de iure. & mand. C.

Sententia super nullitate, oblato super hoc libello, habetur pro diffinitiua, alias secus vide doct. in l. quod iussit. de re iud. ff. & Bal. in l. 1. de fer. & Rota in duabus decis. 86. & 341 Sententia qua aliquis absoluitur a contẽtis in libello, vel ab obseruatione iudicii habetur ꝑ interlocutoria habẽte vim diffinitiuæ. & ponitur clausula, vocatis &c. vide doc. in l. Titia de accu. & Bal. in l. 2. de epis. au. & Angel. in cons.

Sententia quæ imponit alicui silentium ex lapsu dilationis est interlocutoria, & datur clausula, vocatis &c. vide Bald. in addi. Spec. de dila.

Sententia super alimentis, nisi agatur incidenter, est diffinitiua. vide doct. in l. si quis a liberis. §. si quis. de lib. agno. ff.

Sententia super æstimatione seu condemnatione eius habetur pro diffinitiua, vide in l. vinum. si cert. pet. ff. & Bald. in l. fideicommiss. lib. C.

Sententia super possessorio, lite contestata, in eo est diffinitiua, & ponitur clausula, in appellationis &c. vide Bald. in l. 2. de epi. aud. & vide doct. in l. quod iussit. de re iud. & c. consuluit. de offi. deleg.

Pronunciatio super compromittendo, vel non, est interlocutoria habens vim diffinitiuæ, vide Bal. in l. 1. si quacunque ptẽpo. C.

Sententia quæ fertur super reuocatione attentatorum habet vim diffinitiuæ, & in ea ponitur clausula, vocatis &c. vide gl. in c. nõ solũ. de app. li. 6. & Ro. decis. 80.

Reuocatio inhibitionis, vel inhibitoria quæ fit per iudicem, ad quem est interlocutoria. Vide Feder. in cons. & doct. in ca.

cum

cum teneamur. de appel.

Sententia ſuper executione inſtrumenti, vel ſnīę eſt interlocutoria, vide Ang. in l. ab executore. ff. de appel. & Bald. in l. ab executore, quorum appell. non recip.

Sentētia ſuper liquidatione inſtrumenti, vel ſnīæ eſt interlocutoria, vide Bal. in l. fi. C. de ſenten. quæ ſine cert. quantit.

Snīa ſuper probatione admittenda, vel nō, habeē pro interlocutoria. vide doct. in c. ſignificantibus. de no. operis nunciat.

Sententia qua decernitur veniendum eſſe ad primum vel ſecundum decretum, eſt interlocutoria. Bald. in l. per hanc. C. de temp. appell. & ipſa decreti impoſitio eſt etiam interlocutoria: vide Fed. in conſi. & not. in c. 1. de dilat.

Sententia ſuper taxationem expenſarum, vel expen. facta ſimul, vel cū principali diffinitiua, eſt diffinitiua ſeu pars eius ſed lata ante diffinitiuam eſt interlocutoria. vide Aug. in l. 1. ff. de vſuris.

Sententia ſuper verbis priuilegiorum, lite ſuper hoc conteſtata, eſt diffinitiua, aliàs eſt interlocutoria: vide doct. in c. olim. de priuil. & in c. veniens. de verb. ſignif.

Sentētia, qua pronunciatur appellationem eſſe deſertam, eſt interlocutoria, & in ea ponitur clauſula, vocatis, quamuis habeat vim diffinitiuæ. vide Bald. in l. 2. de epi. aud. & deciſ. Rotæ.

Sententia qua pronunciatur fuiſſe bene appellatum, vel laudatum, eſt diffinitiua, ſed ſi pronuncietur male appellatum, habetur pro diffinitiua reſpectu iudicis, & in ea ponitur clauſula, vocatis, &c. vide doct. in l. fin. C. commu. de leg. & Paul. de Caſt. conſi. 26.

Sententia ſuper potentia appellandi, habet vim diffinitiuæ, & in ea ponitur clauſula, vocatis, &c. Vide Bal. C. ne liceat tertio prouo. & deciſ. Rot. 83.

Sententia quia pronunciatur eſſe probatum, vel non eſt interlocutoria. Bald. in l. ante. C. quorum appel. non recip. Sententia ſuper recuſatione, eſt interlocutoria. vide Archid. in c. iudex. de offic. deleg. lib. 6.

Sententia quæ fertur ſuper proceſſu cauſæ, ſi agat principaliter, de validitate, vel inualiditate eius, eſt diffinitiua, aliàs non: vide Bal. in rub. ne liceat tertio ꝓuo. & in l. ſi præſes. C. qū̃o & qn̄ iud. & Collec. in c. ad conſultationem. de re iud.

Snīa, qua pronunciatur inſtantiam eſſe peremptam, eſt interlocutoria: vide Bald. in l. fi. ſi tutor, vel curator mort. fuerit.

Sententia ſuper quibuſcunq; exceptionibus, eſt interlocutoria: & ſi cōmittatur cā huiuſmodi appellationis, ponitur clauſula, vocatis, &c. uide c. fi. de appel. lib. 6. & gloſ. in clem fin. eod. tit. & Bald. in l. 2. de ſent. ex peri. reci. datio Apoſtolorum dicitur etiam interlocutora, & publicatio atteſtationum, & pronunciatio, quod teſtibus ab futuram memoriā examinatis creditur, vide Bald. in addi. Specu. de appe. & in l. publicati. C. de teſta. & in authen. ſi quis. C. de teſtib.

Commiſſio examinationis teſtium facta alteri iudici, & declaratio ſuper libello, ſunt interlocutoriæ, vide Bal. in l. iudices. C. de fid. inſtru. & in l. edita. C. de edē. & pronūciatio, quòd dos non ſit liquida. idem in l. fina. C. de ſenten. quæ ſine cert. quanti pro fer.

Pronunciatio ſuper incompetentia iudicis, eſt interlocutoria: uide glo. in auth. habita, ne fil. pro patre.

Sententia lata ſuper appel. interlocutoria, ēt eſt interlocutoria, & de ſtylo ponīt hodie clauſula, vocatis: vide Bal. in auth. hodie. C. de iur. cal. & Bart. in conſ.

Snīa per quā ponīt ſilentiū accuſatori, dē interlocutoria. in l. fi. de ſen. ex peri. recip. Deputatio loci, vel tribunalis, per iudicem, dicitur interlocutoria, vide Bal. in c. de prohi. feud. alien.

Sententia ſuper ætate vel ſuper inquiſitione, eſt interlocutoria: vide Bal. in l. fi. C. ſi minor dixerit. & l. etiam. C. de furt.

Quādo iudex procedit ad vlteriora, reiectis tacite exceptionibus, eſt interlcutoria, & ponitur de ſtylo clauſula, vocatis. vide Spec. tit. de appel.

Sententia qua pronuciatur ſuper ſyndicatu, quia pronūciatur nō eſſe probatū, & de reſtituendo in integrum, eſt interlocutoria. vide Bald. in l. cum iudex. C. de ſent. & in addi. Spec. de ſyndico. & in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.

Repulſio præſentati, non ſeruato ordine iudiciario in cognoſcendo, non dicitur diffinitiua ſententia, ſed potius decretum approbatorii vel admiſſorium, & idē dic in ſimilibus pronunciationibus ſuper admiſſione, vel non admiſſione ad aliquem magiſtratum, vel officium, & ponitur clauſula, vocatis, &c. vide Inno. c. in c. conſtitutus. de appel. & Oldrad. cōſ. 18. & l. hi qui. C. de app. & ibi doct. maximè Gallicanos.

Si appel-

Si appellatur à spoliatione, seu puiuatione propter non residentiam, ponitur clausula, vocatis. doct. de cle. non resid. & Oldrad. cos. 195.

Et generaliter aduerte, q̃ omnia casu quo proceditur super aliquo articulo oblato libello super eo & non incidenter, dicitur sententia diffinitiua, & ponitur clausula, in appellationis, &c. alias in dubijs ponitur clausula, vocatis &c. vide ad hoc Bart. in l. 1. ff. fi. de prætor. stip.

*Summa doctrinalis collecta ex formis antiquis Cancellariæ, & iuribus, & dictis doctorum, ad quem debeat vel possit appellari omisso medio vel gradatim.*

AD papam appellari potest omisso medio. 2. q. 6. ad Rom. cum aliis iuribus Fallit quãdo delegatus papæ, subdelegat causam alteri non in totum. c. super quæstionum. §. porro. de offic. deleg. & c. si delegatus. de offic. deleg lib. 6. & talis appellatio est nulla, quando fuit oppositum per partem. vt per Arch. in c. si deleg. & in tali casu, si iudex subdelegatus deferret appellationi, deuolueretur ad papam, nec posset delegatus reuocare, etiam si subdelegasset cum clausula, donec duxerit reuocandum Lap. in d. c. si delegatus & vide Rot. 3. vel antiquo tit. de appel. Si vero delegatus subdelet in totum, tenetur appellare ad ad papam, & non ad delegantem, vt d §. porro. Item in duobus, vel pluribus delegatis a papa, si vnus committit alteri, vel alicui tertio, etiam non in totum debebit tunc appellari ad papam, omisso medio. gloss. in d. cap. super quæstionum. & si duo de offic. deleg. lib. 6. & doct. ibi. licet Rota tit. de offi. deleg. in nouis, videtur dicere, quod possit non quod non debeat. Alius casus est in cap. si subdelegato. de offic. deleg. lib. 6. Et a subdelegato, vel delegato alterius quam papæ, potest appellari omisso delegante ad papam. doct. in d §. porro. & in c. cum Bertoldus in fin. & a delegato episcopi põt appellari ad legatum. vt in c. cũ veniissent. de eo qui mitt. in pos. & doct. in c. dilecti. de ap. sed in subdelegato delegati ad vniuersitatem causarum fit differentia, an in totum, vel non, vt in cap. dilecti, per doct. & cap. cum causam, de appel. Et a delegato episcopi ad eius vicarium valet appellatio secundum Rot. sed non a vicario ad episcopum etiamsi episcopus delegaret. c. 2. de cons. lib. 6. ab officiali foraneo sine vicario speciali appellari debet ad episcopum, nõ ad archiepiscopum, nisi appellaretur ad papam. vide doct. in cap. 2. & clem. 2. de rescript. Et à delegato officialis foranei appellari debet ad eum, non ad episcopum. vide glo. in d. clem. a sententia delegati, a vicario episcopi vel prælati, subditi episcopo, potest appellari ad episcopum vel vicarium eius, vel archiepiscopum, vel papam. vide glos. & doct. in dictis locis. & Rot. & a subdito episcopi ad vicarium eius, & ipsum episcopum vel Papam. Et si sunt duo delegati a sede apostolica, & vnus committit in totum vices suas, collega vero committit alteri sed non in totum, appellatur ab istis ad papam: per regulam Spec. & Io. Andr. in addit. tit. de appel. quod qualitercunque permisceas delegatam & subdelegatam in totum cum subdelegatis in partem semper appellatur ad papam: vt no. in d. §. si vera. Et si appelletur a prælato subdito alicui archidiacono, qui archidiaconus est subiectos episcopo, tunc poterit appellari ad episcopum omisso medio: nam archidiaconus non facit tunc gradum cum episcopo, sed ambo concurrunt simul, ex eo quod episcopus est ordinarius totius diœc ad quem appellari potest. vt in c. Romanus. §. 1. & 11. q. de persona: poterit ergo appellari ad vtrunque & idem in omni casu, vbi iurisdictio mediata & immediata concurrunt simul. vt per doct. in c dilecto Et quando episcopus recusatur suspectus, & ipse delegat causam alteri, tunc a sententia talis delegati non appellatur ad episcopum, sed ad archiepiscopum. glo in cap. si is cui de offi. deleg lib. 6. & vide doct. in c. si quis contra clericum de fo. compet. Et quando ꝓximus in gradu non est catholicus, vel est excommunicatus aut suspensus, tunc posset appellari omisso medio d. c. si is cui & c. qui diligentia. de elect. Ad legatum papæ in tota eius delegatione potest appellari omisso medio, vt fieret ad papam. gl. in c. 1. de offi. deleg. & d. c. Romana & Specul. & legatus debet committere causas iuxta formam c statutum. etiam si sit delegatus natus. Vide in d. c. in decis. Bella. de offi. deleg. Et quando archiepiscopus litigat contigat contra subditum episcopi, & appellatur ad papam. Io. Andr. in c. Romana. & Abb. in c. dilecti. de appel. Et quãdo episcopus litigat cum eius subdito, de

bent

bent eligi arbitri. 6. q. 1. si clericus. & ab eis appellari debet ad papam. gloss. in cap. ab arbitris. de offi. deleg. libro 6.

A sola citatione admittitur appellatio a cancellaria, si fiat narratio sub hac forma, Sua nobis, &c. falso referēte D. præposito. &c. quod idem L. quasdam pecunia rum summas tunc expressas &c. idem præpositus eundē L. quem nullam iurisdictionem ordinariam, seu etiam delegatam habeat, vt infra certum tunc expressum terminum, sub certis etiam tunc expressis censuris. &c. querelis dicti C. respōsurus coram eo compareret, citari fecit: vnde dictus L. sentiens, &c. appellauit, &c. vide Spec. tit. de citatione. & Paul. ibi. & Collect. in c. 1. de dilat.

A grauamine vel sententia lata a iudice seculari etiam extra terras ecclesiæ, contra clericum de facto admittitur appellatio, & datur clausula, vocatis, &c.

Quādo quis citatur ad locum non tutum, & appellatur, non dantur hodie literæ, nisi dicatur iudicem requisitum noluisse alium assignare securum, de quo per doc. in cap. ex parte. de appel. Et in hoc stylus cancellariæ fuit varius, nisi vbi impetrans narrat locum notorie fuisse non tutū vide de his formam quinterni de iustitia vlt. in tit. de mand. quæ fi. iud. diu. tenen. cau. in fine. & in tract. Martini de Ebulo. titu. de appel. & Ant. de But. & Imol. in d. c. ex parte. & Angel. in quadam disput. Et Collec. qui refert hanc varietatē cancellariæ. in c. accedens. vt lit. non contest. Et etiam ab arctitudine dilationis notorie nimis breui admittitur appellatio, & dantur literæ, alias non, nisi dicatur iudicem fuisse requisitum de competenti dilatione, & illam denegasse. vide ad hoc doct. in cap. 1 de dilat. & Bart. in l. 2. de re iud.

Et nota etiam quòd super spolio beneficii, vel alterius rei prophanæ, non solent dari literæ per cancell. nisi spoliatus dicat aliquid de proprietate, hoc est quòd tale beneficium canonice sibi collatum assecutus, aliquandiu tenuit &c. vel si esset res prophana, causa ad se spectare. vide Io. Gaufred. in c. literis. de restit. spol. qui meminit etiam huius styli.

Et aduerte, quod licet ubi est contrarietas doct. iudex eligendo vnam opinionem excusetur: tamen cancellaria non tolet dare literas pro appellante vbi sunt contrariæ opinion. notabiliorum doct. an illud sit grauamen, vel non, ne papa grauamen iustum fuisse, & alteram ex opinionibus approbare videatur, per no. per Abb. anti. & alios in c. Romana. § quod si obijciatur. de appel. lib. 6. & per recentiores in c. dilectus. el secondo. de rescript. & per infra nor. & decis. Bellam.

Nec solet multo fortius cancellaria concedere declarationes super casibus, in quibus celebres doctor. diuersa opinati sunt, & præsertim in sacramentalibus, uel concernentibus peccatū: vt no. per doct. Gallican. in cap. vir. de secūd. nupt. nisi per continuatam, & antiquam consuetudinem, & interpretationem cancellariæ, fuisset una ex illis opinionibus acceptata, & firmata: vt in l. minime. ff. de legi. & ad hoc Rot. de fil. presby. in nouis. & si de hoc non constat in dubiis, abstinet. Vide ad ho Io. Gaufre. in c. finem litibus. de dolo & contu. & alios docto. Gallic. & præsertim Ioan. de Censel in ca. accedens. vt lit. non contest. & Abb. antiq. in c. consulti. de reg. facit glo. in cle. dudum. de sepul. & c. deuastanda. de concess. præb. lib. 6. & not. in §. fin. inst. de satisd. tunc ergo stylus cancel. facit ius quomodo est tali antiquitate approbatus, de cuius contrario non extat memoria hominum, & fuit continue obseruatus. Secutus ergo quando stylus non est antiquus, nec constans & tenax, sed varius, & non firmatus: vt probatur in l fi. C. quę sit long. consue. & ibi per docto. Gallic. & Bald. in re collec. cum æquiparetur ibi stylus curiæ consuetudini antiquitus obseruatæ, & verbum antiquitus innuit, non extare memoriam hominum de contrario: ut not. gl qui feud dar. poss. in prin. & no. in cap. ad audientiam de reb. eccles. non alie. & facit l. fin. ubi hactenus. C. de iniu. facit ad hoc quod not. Collect. in c. ex insinuatione de rescrip.

A monitione & mandato ex abrupto per iudicem factis, admittit cancellaria appellationem, & dat literas super ea, etiamsi non dicatur fuisse requisitum iudicē de reuocatione mandati, & hoc quando iudex non adiicit terminum ad implendum mandatum, appossuit tamen pœnam: sed si non esset apposita cum adiectione termini, non darentur literæ super appellatione. Vide ad hoc doct. in cap. cum sit appel. & Collect. in c. consuluit. eod. tit. & Inno. in c. cum cessante.

Appellationem extraiudicialem a futuro grauamine, a iudice ex coniecturis inferendo, non admittit cancellaria: vt not.

Collec.

Collec. in c. de priore. de appel. Vide not. in c. cordi. eo tit. li. 6 & in c. bonæ a parte autē admittitur, iuxta l. diffamari ſuper iactatione. Vide Inno. in c. cām. qui fil. In iudicio autem, an admittatur appellatio conditionalis a grauamine inferendo, vide not. in c. ſignificauerunt. de teſt.

Si clericus qui taxit laicum coram iudice eccleſiaſtico, non aſſerat illum fuiſſe cōpetentem rōne conſuetudinis, aut quia cauſa forum eccleſiaſticum concernebat, vel alias, & appellelur a ſententia illius, negabantur olim literæ per cancellariam, attento malo initio, & iniuſta citatione. hodie dantur ratione tacitæ prorogationis, ſi ille iudex erat ordinarius clerici. Vide ad hoc l. epiſcopale. de epi. audi. & Coll. in c. dilecti. de app.

Baptizatus fuit infans in domo per neceſſitatem, deinde in eccleſia iterum baptizatus ſolenniter, pręcedente catechiſmo, tenuerunt aliqui infantem in ſolenni baptiſmo, cum dubitaretur, an eſſet contracta cōpaternitas ſaltem ratione catechiſmi in ſolenni baptiſmo facti, & peteretur ſuper hoc declaratoria ſub plumbo a cancellaria, videlicet, nullā compaternitatē fuiſſe contractam ab his qui in ſolenni baptiſmo infantem tenuerunt, fuit data per me de conſilio peritiſſimi viri domini Nicolai de Caſtello, & aliorum dominorum de Parco, accedente ēt conſilio Reuerendi atque optimi patris, & conſummatę doctrinæ viri domini Io. And. epiſcopi Alexandrini, quāuis R. P. D. Felin. auditor Rotæ, vir plurimæ lectiones, & ſplendidæ ac opulentæ doctrinæ eſſet in contraria opinione dicens, propter prædictum catechiſmū, & alias ſolennitates in primo baptiſmo omiſſas, quæ poſtea retrotrahuntur, fuiſſe contractam compaternitatem, per per not. in c. peruenit. cum gl. 30. q. 1. & 4. ſi quis. & quia finguntur tunc fuiſſe facta, ad quod c. ſicut. de conſec. diſt. 4. vide materiam gloſ 68 diſtin. §. quod vero. & ca. 2. de Apoſt. & Lap. in c. 2. de cog. ſpi. lib. 6. & not. in d. c. peruenit. Nec defuit quidam ex doctoribus, qui diceret materiam de contradictione compaternitatis propter catechiſmum non habere locum, quando conſecutiue, & abſque magno interuallo baptiſmus ſubſequitur catechiſmum cum eiſdē cōpatribus, & cōmatribus, vt fit hodie in infantibus, ſed habuiſſe locū olim in adultis, qui veniebant ad baptiſmum poſtquā aliquo tēpore prius fuerant catechumeni cum aliis compatribus. & ita intelligebat præfatus doct. d. c. peruenerit. & facit pro eo ca. in catechiſmo. de conſe. diſt. 4 cum multis alijs. Facit tamen contra d. c. ſi quis, quod loquitur in infante, hodie autē non ſolent eſſe diuerſi compatres ſiue patrini in catechiſmo & baptiſmo, vt ualebant iura antiqua. vide Hoſt. in ſumma, de hac materia. Quantum autē ad caſum noſtrū mihi viſum fuit debere dari declaratoriam, maxime propter d. c. in verſ. præcedit, q̄ indicat ita demum contrahi compaternitatem, ſi procedat quod hic non fuit: quia longo poſt tempore ſecutum eſt. Et ſi dicatur, præceſſit ſaltem iſtud ſecundum ſolenne, dico q̄ nō præceſſit baptiſmū verū; quia iſtud ſecundū baptiſmum, quamuis ſolenne, nihil fuit, cum non debeat reiterari: vt C. ne ſanct. bapt. reite. & ſi replicet, retrotrahit. Etiā hoc non inuenio in iure, quod habeat locum retractio in hoc, maxime cum nō ſit neceſſaria, nunc poſt perfectum actū, qui actus nō indiget illis adminiculis niſi ſuo tempore fiant. Hic vero fiunt tēpore quo non eſt neceſſe quod fiant, quia iam erat perfectus baptiſmus per ſua eſſentialia factus; c. 1. de ſacra non iter. & de conſ. diſt. 4. in multis canonibus. facit ēt d. c. 2. de apoſ. & illud quod recedit a tempore debito, recedit a forma. l. qui Ro. §. Augerius. l. bonorum. ff. rem rat. hab. ff. de accuſa. tu. l. ſcire. §. conſequens. fictio etiam nō habeat locum, per not. per Bart. in l. ſi quis pro emptore. ff. de vſur. cum extrema non ſint habilia & no. per gloſſ. in l. ſi ego. de neg. geſt. faciunt etiam not. in cap. non præſtat. de re iud. lib. 6. per Oldrad. 167. conſilio præſertim in ſpiritualibus. ad hoc 35. q. 9 & not. per Archid. in c. 1. de voto. lib. 6.

Cum quæreretur de iniqrate arbitri, quia arbiter non ſolum declarauerat debitum eſſe, ſed etiam adiecerat tempus ſolutioni fiendæ, non fuerunt datæ literæ. Vide tex. in ſeruos. de manu. teſta. & formam.

Si iudex ſecularis condemnet clericū in cauſa reali, dātur literæ per cancellariā ſuper nullitate, contra opinio. Gallican. vide doct. in c. qualiter. de iudic.

Cum appellatum fuiſſet, quia iudex non compulerat ſyndicum vniuerſitatis ad ſatiſdandum de iudicato ſoluendo, fuerunt negatę literæ. vide doct. Inſtit. de ſatiſd. §. ſinautem, & formam.

Vbi in reſcripto ſit mentio de ceſſione, donatione, vel aliena tione minoris, & hu iuſmodi, ſem per ponitur, quod prædicta ſint facta rite.

Cancellaria indiſtincte cogit arbitrato res ad laudandũ, ſeu arbitrandum poſtquã ſuſceperint onus. Vide in qninterno iuſti tiæ. tit de reuo. compoſitio. & tit. de arb. nec ſit differentia, an ſit oppoſita pæna vel non, de quo in cap. quintauallis. per doc. de iureiur.

Et notatur, quod literæ in forma, ſignificauit, minus taxantur per cancellariam pro clericis quam pro laicis: & ita debet fieri in aliis. arg. l. cum clericis. C. de epiſc. & clericis.

Citatio per edictum bene datur per cãcellariam abſque ſignatura in reſcripto in forma, humilibus, ſed abſolutio ad cautelam in excõicatione a iure non datur.

Cancellaria indiſtincte dat relaxationem iuramenti ſuper omni contractu, in quo quis narret ſe enormiter fuiſſe læsũ, propter præſumptionem doli aduerſarij, & peccati, vel temeritatis iurantis, vbi eſt conſcia, aut ſi non ſit conſcia, datur relaxatio, quia non videtur cogitatum de dolo etiam re ipſa per iurantem.

De verbo, curare aliquid fieri, quod poniſ ſemper in reſcripto ſignificauit, quid ſignificet, vide Paul. in c. generali. de elect. lib. 6. & not. in c. hac conſtitutione. de offi. deleg. eo. lib. & de verbo, inducere. vide eo. tit. de elect. cap. ſciant cuncti. de verbo aũt, inſtigare & ſolicitare, vide Bal. Angel. & Imol. in l. quid ergo. §. pen. de leg. & de verbo, per omnia, vide in d. c. hac conſtitutione. quia nihil adaptabile excludit.

Etiam ſi fuerit iuratum per partes ſtare laudo, nihilominus ſuper iniquitate eius & reductione, ad arbitrium boni viri dãtur literæ per cancellariã, cum non obſtãtia iuſti, Vide in quinterno iuſtitiæ. tit. de arbitr. in 4. forma. & Specul. eo. tit. & Inno. & alios in c. quintauallis. & cap. veniẽs. de iureiur. ſed cũ iſta reductio petere tur a cãcellaria inter laicos & arbitro laico, fuit dubitatũ an poſſit dari, & fuit concluſum quod ſic cũ ſit videndum primo, an iuramentũ de ſtando laudo laici, obliget iurantẽ in eo, quod prærendit inique vel nulliter arbitratũ, de quo non poteſt cognoſcere, niſi iudex eccleſiaſticus. Et ſatis videtur hoc ꝓbari in d. c. veniẽs. & c quin tauallis. & vide ibi Anto. de But. in 34. & 37. col. Vnde eſt notandum, quod vbi con promiſſum eſt iuratum, vt communiter ſunt, non poterit reduci ad arbitriũ boni viri, donec ſit declaratum per iudicem ec cleſiaſticum, iuramentum non obſtare ꝓpter iniquitatem vel nullitatem laudi. Et vide eundem Anton. in c. cum ſit. de foro competenti. 5. col. & c. dilecto. de appel. penul. col. & in c. ſi clericus, de foro comper. & Feder. in conſil.

Impetrabat reſcriptum quidam Panormitanus clericus coniugatus, ſuper hypotheca cuiuſdam nauis conſiſtentis Neapoli, contra quendam alium Panormitanũ, & petebat iudices in ciuitate Neapolita. fuerũt ei negati per l. 1. §. ſi quis. de naui. ff. de vi, & vi armata.

Verbum, niti, verificatur qñ aliquid tẽtatur fieri vel incipit fieri, vel eſt iam factum contra id, quod prohibitum fieri a lege vel ab hoie. vt not. in c. ex eo. & cap. certũ. de re iud. l. b. 6 & c. 2. de ſuppl. negl. Præl. & c. cum contingat. de iureiur. & c. dudum. el ſecondo. de elect. & ca. gratum. de poſt. præl. Oſius. de elect. c. dilecti. & c. gemma. de ſpon. cap. 1. & cap. clericis. de immu. eccle. lib. 6. c. Ioau. de cler. coniug. & c. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. cum multis aliis quæ not. pro reſcriptis in forma, conqueſtus. in quibus cancellaria ſæpe vtitur hoc verbo, nititur.

Et de verbo, nequiter, quo ſimiliter Cancellaria vtitur in reſcripto, in forma, ſignificauit. pro occultis detentoribus vide in c. ſedes. de reſcript. & c. a nobis. de Apoſta. & c. vt inquiſitionis. de hæret. lib. 6 & l. deinde. de liber. exhib. & l. bouem. §. mortis. de edict. ff. cum aliis. Et quid ſit proprie nequitia, & vnde dicatur vide beatum Auguſtinum in lib. de beata vita, poſt Varronem. Ouidius ait,

*Nequitia eſt, quæ te nen ſinit eſſe ſenem.*

De verbis, dinoſcitur pertinere, & huiuſmodi. vide not. in c. Cũ venerabilis. & de priuil. & c. fin. de offic. ord. lib. 6. & c. quoniã. de immunit. Eccle. lib. 6. & c. dilectis. de appel. & c. conqueſtus, de for. compe. & c. cum dilecta. de reſcript. & c. fin. de pigno. & multis aliis: vbi interdum eſt verbum narratiuum, interdum diſpoſitiuum, iuxta materiam in qua ponitur.

Et nota quod ſi aliquis impetret literas iuſtitiæ, in quibus faciat mẽtionem, quod obtinet duo incompatibilia; non ſufficit ꝙ dicat illa ſe canonice obtinere, ſed eſt neceſſe de ſtylo, vt aſſerat ſe illa obtinere ex diſpẽſatione Apoſtol. quia illud verbũ, canonice,

canonice, est nimis prægnans, vt not. in c. dudum el secondo. de elect & c. ordinarij. 5. certũ. de offic. ordin. lib. 6. & c. cum singula. de præbẽ. lib. 6. & solet referri tantũ ad potestatem conferentis, non autem ad habilitatẽ recipientis, vt not. ibi per Spec. tit. de dispen. §. videndum. versic. sed nunquid nocet. & Paul. in c. nõ potest. de præben. lib. 6. Et idem fit de stylo, quando aliquis impetrat rescriptum super aliquo, & dicit se canonice vel legitime obtinere, cuius commune resistit, necesse est eum exprimere consuetudinem, vel priuilegiũ vel huiusmodi: vt in religiosis qui dicunt se exemptos, vel in rectore qui dicit legitime pertinere ad se iurisdictionem in certis clericis, vel in similibus, & nisi allegetur priuilegium vel consuetudo, non dabuntur literæ, etiam si velit vt ponatur in eis verbum legitime vel canonice. Faciũt quæ habentur in decis. Bellame. deci. 65. & 17. not. in c. licet. de probat. & in c. fi. de restit. spol. lib. 6. & c. 1. de præscript. eod. lib. & decis. 116. eiusdem Bellameræ & per Oldrad. consil. 261. & facit optime quod not. Inno. in c. 2. de dilat.

Idem aduerte, quod si pars petat rescriptum in forma, querelam, vel conquestus, vel dilectus, & velit in eo facere mentionem de sententia lata, vel appellatione, vel aliquo actu iudiciali, non dantur ei literæ in dicta forma. Vide not. in cap. ex parte. de rescript. sed bene dãtur in extraiudicialibus grauaminibus in dicta forma, vbi non narratur appellatum, vel aliquis actus iudicialis. Sed si narretur appellatũ, vel aliquis actus iudicialis. Sed si narretur appellatum, dantur tunc in forma, Sua nobis. Et idem fit in casibus in quibus nõ obstant. sententiis potest vniri de nouo: nã tunc si petantur literæ cum narratione literarum vel litis præteritæ & iustæ causæ impetrandi dabuntur in forma, Sua nobis. & ita fit in matrimonialibus. faciunt ad hunc stylum not. in c. ex parte de rest. spol. & Bald. in l. Deo nobis. de episc. & cleric. & Lapus videtur velle, quod valeat rescriptum in matrimonialibus absque mentione litis.

Solet Cãcellaria, si impetrans rescriptũ hoc petat, committere causam nullitatis laudi, vel reductionis ad arbitrium boni viri disiunctiue in eodem rescrieto, pro quo stylo facit decis. Rot.

Quando aliquis fuit præsens interemptioni alicuius, & petit declaratoriã super irregularitate, inuenio fuisse datũ sub hac forma, Et licet dictus L. in mortem eiusdem P. minime spirauerit, nec præceptũ, consilium, auxilium, cooperationem, vel causam prædictæ morti præstiterit, nec alias in ea culpabilis existat, dubitat tamẽ, quia presbyter est. se pramissorum occasione status, & famæ, ac rerum suarum dispendiis affici, a suorumque ordinum executione repelli indebite posse. Super quibus per nos opportune sibi prouideri humiliter supplicauit. Quocirca fraternitati tuæ per Apostolica scripta mãdamus, quatenus si vocatis, qui fuerint euocandi, & inquisita per te super præmissis diligentius veritate, ré repereris esse, prout superius enarratur, auctoritate nostra nũcies prædictũ presbyterũ occasione præmissorum nullã incurisse irregularitatis, & inhabilitatis, aut infamiæ maculam, siue notã, prout iuxta casus huiusmodi successũ fuerit de iure faciendum. & Et hæc forma ita gñalis est tutior, si cõcordat cum narratiua: nã materia irregularitatis in casu mutilationis vel homicidij circa particularia, habet multã difficultaté in recte declarando, propter non satis exactã theoricã doctorũ in hac materia, & difficultatẽ cognoscendi culpã, & causam, remotas, vel propinquas, seu consecutiuas ad actũ, ex quo contrahitur irregularitas, maxime cũ possit contrahi sine culpa. Quãdo vero dat interfectori, narrat hoc modo, Quod cum L. P. præfato C. vim inferẽte, ex qua nisi illam vi repulisset, mortis periculum ineuitabiliter incurrisset idem C. se defendendo, & vim huiusmodi vi, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, repellẽdo, præfatum L. vulnerauit, vnde idem L. expirauit. Et licet idem C. minime operam dederit rei illicitæ, ex qua dictus L. ad inferẽdum eidem C. vim huiusmodi impulsus, aut ,uocatus fuerit, nec alias, quam, vt præmittitur, in eiusdem L. morte culpabilis sit, tamen dubitat &c. Et hę formæ probantur per totum titu. de homicid. & de cleri. percus. & in c. quæsitum. de pœni. & remis. cum aliis iuribus Et de verbo repereris. vide decis. Rot. in antiquis. & Bellam. & not. in ca. dudum. de præsump. per doctor.

Et pro accipiente ordinem sacrum anteq̃ esset doli capax, & postea volente cõtrahere matrimonium, fuit data declaratoria per Cancellariam de consilio peritorum, & præsertim Dñi Alexandrini sub

hac forma, Dilectus filius Augustinus &c. proponi fecit corã nobis, ꝙ alias eius genitor dum in humanis ageret, & certus prior desideran. eundem Augustinum ad sacros ordines promoueri, ipsum Augusti num impuberem, & minime doli capacẽ, & quid facer ordo importaret insciũ, per certum catholicum Antistitem ad subdia conatus ordinem promoueri fecerunt. Et postmodũ eodem eius genitore vita functo, præfatus August. impubes, & sup hoc melius informatus, ad continẽtiam se ob ligari nolens, super præmissis reclamauit, & priusquam ad pubertatem deuenit sub diaconatus ordinẽ hmõi ratũ gratũ hfe, eoque vti, ac ante pubertatem huismodi, & post continentiam seruare nolle asseruit, prout etiam pro testatus fuit. Quare pro parte eiusdem Augustini asserentis, se postquam doli capax effectus fuit, & pubertatem peruenit, ordini subdiaconatus huiusmodi nunquam consensisse, nec eo vti voluisse, sed matrimoniuni contrahere, & patrem liberorum offici desiderare, nobis fuit humiliter supplicatum, ne famæ suæ dispendium patiatur, vt in præmissis ei opportune prouidere de benignitate sed. Apost. curaremus. Quocirca traterni tati tuæ per Apost. scripta mãdamus, qua tenus sit inquisita per te super hoc diligen tius veritate, rem ipsam inueneris ita esse prout superius enarratur, auctoritate nostra denuncies dictum August. præmissorum occasione ad seruandam continentiam non teneri, alio non obstante canonico matrimonium huiusmodi contrahere libere & licite prout iuxta casus huius modi successum fuerit de iure faciendum. Vide doct. in c. 1 de clem. per sal. promo. & Cald. in cons. & non ponitur clausula, vocantis, de stylo in similibus, non apparente aperto interesse alterius, nec existẽte materia iudiciali, nec veniunt vocandi qui non possunt contradicere cum effectu. ff. de fideicom. liber. l. ergo. § illud. de reg. iur qui potest, vt probatur in noua & fin. forma. ti. de dilig. quinterno Faciunt not. in c dudum. de præsump. & de cætero. de re iudi. & reor tamen, ꝙ si quis vellet se plene assecurare, non tantum quo ad famam & conscientiam, sed etiam quo ad bona & alia quæ possent cõcernere interesse vel præiudicium aliorum, ne in futurũ molestaretur, esset fienda quædam vocatio generalis eorum, quorũ interesse posset: iuxta not. in c. fi. qui ma, ac post, & l. 1. C. si minor ab hær. se abstin. cum auctoritate ibi posita. & in l. Titia. ff. de accus. & l. de ætate. de minor. & l. decem. de verb. oblig. & l. admonendi. de iureiur. & c. fin. de elect. & c. exhibita. de iud. cũ multis alijs. Nec credo sic ordinatum teneri ad dicendum officium, cũ non habeat executionẽ ordinis, alias quam culpa sua, faciunt not. per glo. in c. si tibi. de præb. lib. 6.

Pro eo autẽ, qui inuitus suscepit sacros ordines, seu coactus, data fuit ẽt declaratoria per Cancellariam sub hac forma: Dilectus filius N. quod olim eius genitor dum in humanis ageret, cupiens quod idem L. ad sacros ordines promoueretur, ipsum L. aliquem ex ordinibus huiusmodi suscipere renitentem, multis verberibus & minis, & alias iusto metu ab eo ad id coactum & ad ordinem ipsum, ac continẽtiam obseruandam se volentem obligare, per certum Antistitem ad subdiaconatus ordinem promoueri fecit, præfatusque L. quam primum, metu huiusmodi cessante, commode potuit super hoc reclamauit, quare pro parte dicti L. asserentis se prædicti subdiaconatus ordini nunquam libere consensisse, nec illum postea gratum, aut ratum habuisse, nec ad eum promoueri, aut eo vti vllo vnquam tempore voluisse nec velle, sed matrimonium contrahere & patrem effici liberorum desiderare, nobis fuit humiliter supplicatum, ne famæ suæ dispendium patiatur, ei in præmissis oportune prouidere de benignitate sedis Apostolicæ dignaremur. Quocirca &c. vt supra.

Et nota, ꝙ testes, ad perpetuam rei memoriam, pro volente se defendere in futurum, dantur per Cãcellariam sub hac forma: Dilecti filij Abbas & Conuen. &c. nobis humiliter supplicarunt, vt cum super concessione quarundam decimarũ canonice eis facta, quas se a prima ipsius monasterii fundatione obtinere proponunt, aliqua non appareant publica instrumenta, & super eisdem decimis moueri sibi timeant in posterum ab aliquibus quæstionem, ne per defectum probationũ ius suũ deperire contingat, prouidere super hoc eidẽ monasterio paterna solicitudine curaremus. Nos iraq; &c. Testes quos idem Abbas &c. super præmissis duxerint, pdu cendos, prudenter recipere, & diligenter examinare curetis, & ipsorũ dicta redigi faciatis in publica monumenta, denunciãdo illis quorum interest, vt huiusmodi te

stium

ſtium receptioni, ſi velint, interſint, & ſuper denunciatione ſibi facta confici faciatis publicum inſtrumentum. Vide de hac materia doc. in c. ſignificauit. de teſt. & formam in ti. de teſt. & in quinterno iuſtitiæ.

Forma autem pro teſtibus, de quorum morte, vel abſentia timetur pro actore, iuxta cap. quoniam frequenter. & c. cum dilecti. de confir. vtil vel inutil. dantur in hũc modum, Vene. frater noſter C. epiſcopus, nobis humiliter ſupplicauit, vt cum ſuper Caſtro diœceſis ad menſam capitularem & c. pertinente, nonnulli teſtes exiſtant de quorum morte vel diuturna abſentia timeatur, & ſuper eodem caſtro & eius pertinen. cum illorum detentoribus quamprimum poſſit capiat iudicialiter experiri, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur, prouidere ſibi ſuper hoc de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati &c. quatenus vocatis eiſdem detentoribus, & aliis qui fuerint euocandi, ſenes, & valetudinarios, ac alios teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, quos idem epiſcopus ſuper præmiſſis duxerit producendos, prudenter recipere & diligenter examinare curetis, prout de iure fuerit faciendum. Teſtes autem præfatos ſi ſe gratia, odio &c.

Si remittatur cã ad examen ſedis Apoſtolicæ per delegatum vel etiam ordinarium, & aliqua ex partibus velit habere iudices ſuper illa cauſa, petens, vt committatur in partibus, dantur ei per Cancellariam indiſtincte, quamuis non exprimatur cauſa remiſſionis. Et ſi à delegato fiat remiſſio, ſolitum fuit dici, quod cauſa in debito ſtatu reſumpta, ad vlteriora procedat, iuxta priorem coutinentiam litera rum. Si vero ab ordinario, dicitur q̃ cauſa in ſtatu debito reaſſumpta quod iuſtum fuerit: vt apparet in formis antiquis Mar. de Ebu. de qua remiſſione, vide not. in l. j. C. de relat & in auth. in medio litis. nõ fieri ſacras iuſſiones. §. ſi vero. & ca. pruden tiam. de offic. deleg. & de offic. leg. licet & de teſtibus. cum olim. & in c. intimaſti. ne appel. Ego autem vt tutius agerem, & ne iudex, maxime ordinarius, temere remitteret cauſas, & grauaret partes in expẽ. poſui ſemper in huiuſmodi reſcriptis clauſulas, vocatis, & c. quod iuſtum fuerit, nihil dicens de aſſumptione cauſæ. per not. in d. authen. & l. 3. de peda. iudi. C. & l. 2. de legi. C. & c. cum æterni de re iudi. & ſi diceretur pars cõſenſiſſe, videtur tacite, ex quo non appellauit tempore remiſſionis. Reſpondebitur, quod potuit eſſe, quod aliqua ex partibus. cuius inter eſt non remitti, erat abſens, & hæc ignorabat, & etiamſi non appellauit contradixit tamen, & in actis potuit conſtare de contradictione euidenter. Et ſic tutius videtur, vt committatur ſimpliciter quod iuſtum fuerit, & includetur iuſtitia, vel iniquitas remiſſionis, antequam cognoſcatur de cauſa princip ali. Faciunt no. per gl. & doct. Gailican. in d. l. licet. de offic. leg. quando vero de vtriuſque partis conſenſu remitteretur, tunc haberet locum materia. c. vnici. de lit. conteſt. & veniret ponenda clauſula, vocatis &c. vide ad hanc materiam quandam deciſ. ſeu concluſionem Bellam.

Declaratoria ſuper matrimonio contracto per vim, & publicæ honeſtatis iuſtitia. Dilecta in Chriſto &c. Tua diœc. præponi facit coram nobis, quod olim ipſa cũ Barant. laico dictæ diœce. matrimonium per verba de præſenti contraxit, & ad hoc coacta per vim, & metum, qui cadere poterant in conſtantem, copula tamen carnali inter eos minime ſubſecuta: poſtea vero dicta dilecta, vi & metu huiuſmodi ceſſantibus, quamprimum potuit contra huiuſmodi matrimonium, in quod nutu, ſigno, vel facto nunquam conſenſit expreſſe, reclamauit, & deinde cum Io. P. eiuſdem B. fratre laico dictæ diœc. matrimonium per ſimilia verba contraxit, illudq; carnali copula conſummauit, dubitat tamen ſe præmiſſorum occaſione quominus cum præfato Io. in huiu, modi matrimonio licite remanere poſſit. Super quibus per nos ſibi oportune prouideri humiliter ſupplicauit. Quocirca &c. vocatis, &c. & inquiſita per te ſuper præmiſſis diligentius veritate, rem ipſam repereris ita eſſe, prout ſuperius enarratur, dictum primum matrimonium inter B. & D. præfatos contractum, nullum, & ſecundum inter eoſdem Io. & D. contractum, alio cano nico non obſtante, validum fuiſſe auctoritate noſtra denuncies, prout iuxta caſus huiuſmodi ſucceſſum fuerit de iure faciendum &c.

*Declaratio super secundo genere affinitatis.*

DIl. filius Ia. B. laicus, & dilect. fil. in Christo filia, eius in præsentiarum vxor, coniuges proponi fecerũt coram nobis, quod licet ipsi olim nullo eis canoni co obstante impedimento matrimonium inter se per verba de præsenti contraxissent, illudque carnali copula consummassent: quia tamen certa prima Iacobi vxor, & certus Mariæ prædictorum primus maritus dum viuerent tertio consanguinitatis gradu inuicem coniuncti erant, dubitãt prædicti coniuges indebite impediri, seu alias in eorum statu, & fama præmissorum occasione dispendiis affici, super quibus per nos opportune eis prouideri humiliter supplicatur. Quocirca &c. Si vocatis, qui fuerint euocandi, & inquisita per te super præmissis diligentius veritate, rem ipsam repereris ita esse, prout superi⁹ enarratur, auctoritate nostra nuncies matrimonium prædictum, alio non obstante canonico, validum fuisse, & esse, in illoque eodem coniuges licite remanere posse, prout iuxta casus huiusmodi successum fuerit, de iure faciendum. Dat.

*Declaratoria super proponente seu vouente ingredi, & infra tempus exeunte, non tamen vouente perseuerante.*

DIl. filius Crispinus clericus &c. cum nimio ex quadam eius infirmitate fuisset mortis pauore cõcussus, si eũ Deus ab huiusmodi infirmitate liberaret, domũ aliquam fratrum ordinis minorum de obseruantia intrare velle, verbis affirmauit, & corporis per eum sanitate resumpta, domum &c. cum illo proposito, quod si asperitatem ordinis sustinere valeret, disciplinã profiteretur eiusdem, alioquin liceret ipsi ad statum pristinum remeare. Quam quam simplicitate ductus, propositum suũ non fuerit protestatus, verum cum idem Crispinus propter suæ complexionis debilitatem, præfati ordinis non valeat tolerare rigorem, ab eo, nulla facta professione, domum prædictam exiuit, ac habitu eiusdem ordinis dimisso ad seculum est reuersus, in illoque sub timore Domini in statu clericali dies suos finire concupiscit: vnde nobis humiliter supplicauit, vt prouidere sibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Quocirca &c. mandamus quatenꝰ nisi præfatus Crispinus expresse vel tacite professus fuerit, seu alias euidenter appareat, quod absolute vitam mutaret, seu perpetuo in religione Domino seruire voluerit, denuncies eundem Crispin. propter præmissa ad regularem obseruantiam non teneri, prout de iure fuerit faciendum.

Ei nota, quod rescriptum in forma, ea quę de bonis, non extenditur ad futura, vt per Ioan. Ganfr. in cap. ad hoc. de rescrip. & in dicta forma possunt trahi plures, quã quatuor: vt per Ioa. And. in c. cum in multis. & Collect. in c. sedes de rescript.

Cancellaria non dat literas appellanti propterea, quod impetrans nõ habeat speciale mandatum. Vide Archi. 81. dist. Maximianus. & Collec. in c. nõnulli. de rescr.

Committens vices suas, in totum commisisse videtur: ut not. in c. super quæstionum. de offic. deleg. & in c. si duo, eod. titul. lib. 6. tamen Cancellaria non admittit, nisi exprimatur, quod iudex totaliter vices suas cõmiserit, qui stylus tam olim tẽpore Collect. obseruabatur, vt ipse no. in d. c. super quæstionum.

Et nota, quod vbi Canonicus impetrat pro iudice canonicatum, vel vbi alias causa suspitionis in rescripto aperitur, vel enunta, vt quia impetratur filius, vel pater pro iudice &c. Cancellaria non solet concedere literas: vt not. per Collect. in c. cũ P. de offi. delegat in 1. tamen casu vidi cõcedi, cum non sic faciliter recusetur canonicus, sæpe satisfacit magis parti aduersæ quam alius, nec est suspitio valde vrgens, nisi allegetur in partibus, & interea subit expensas impetrans quas perdet si legitime recusetur iudex. Ad quod faciunt no. per Ioan. And in addi. Specul. tit. de testibus, §. 1. & in cap. accedens, vt lite non cõtest. el. 1. & c. postremo. de appel.

Si petatur rescriptum contra hæredem eius, aduersus quem est interpretatum rescriptum, Cancellaria solet dare literas: quamuis regulariter non soleat dare, vbi iudex, coram quo causa pendet, possit de iure communi facere id, quod pars in rescripto petit. ad quod l. vnica. de thesauris. dicit tamen Collect. in c. quia in causis, q̃ si impetrato rescripto appelletur, & pẽdente appellatione moriatur impetrans, non dantur literæ per Cancellariã etiam vniuersali successori absque signatura papæ. Vide ad hoc not. in c. significante.

de appel.

de app. & de reſcr. ſignificauit. & in cap. quia V.

Clericus in cancellaria reputatur potentior laico. Collec. in c. 1. de alien. muiud. cau fac. Vide ad hoc quæ not. in tit. de cẽſi. in qnterno iuſtitiæ. & Rot. in nouis.

Cancellaria non dat literas captionis ſuper debito ciuili. Vide ad hoc in c. ex re ſcripto. de iureiur. & ita negaui etiam allegata conſuetudine, nec per ſignaturam conceditur, niſi forte in debito camerali ſeu fiſcali.

Super appellatione alternatiua, vel ad ſedem Apoſtolicã dantur literæ per Cancellariam, & videtur tunc ponenda clauſula, vocatis, &c. non autem in appel. cauſa, niſi iudex deferret quo ad appellationem ad ſedem. Faciunt not. per Collect. in c. ſi duobus. de appel. & c. dilecti per alios.

Victori appellanti propter expenſas, dãtur literæ. Vide Specul. de appellat. §. in quibus. & Collect. in c. ſi duobus.

Hodie non ſeruatur tanta ſeueritas in Cancellaria vt olim, videlicet, quod non detur vnicum reſcriptum ſuper pluribus grauaminibus, ne vno tantum expreſſo de legatus nequeat de aliis cognoſcere. Ideo narrãtur plura grauamina, & datur ſuper omnibus vnicum reſcriptum. & vide de his Paul. de Elcaza. in clc. appellanti. & Collect. in c. bonæ. de appel. & not. in cap. cum olim. de offic. deleg.

Et nota, quod quando ſententia fertur lata cõtra impetrantẽ reſcriptũ, ſolet de ſtylo dici, in reſcripto appellationis, ſententiam promulgauit iniquam, quamuis iniquitas ſi tm̃ re ipſa & non iuxta acta. Dicit tamen Ioan Ganfredi. in c. vt debitus. de appel. ſtylum Cancellarię habere, ꝙ vbi proceditur per viã extraordinariã, puta inquiſitionis, ille contra quem fertur ſententia ſi appellat, exprimit cauſam, vt puta ſi reus fuerit abſolutus, dicet actor licet pro parte dicti talis intentio ſua probata fuiſſet, & ſimilia. Et ſi reus condemnetur, dicetur, cum nihil contra dictũ talem legitime probatum fuiſſet. Faciunt ad hoc notat. per Innoc. in c. conſtitutis el 3. c. de appellat. Et ita ſeruamus hodie in narratione ſuper proceſſu delegatorũ, in priuationibus, & ſimilibus.

Cancellaria nõ dat literas ſuper cõpoſitione, vel arbitrio rectoris, niſi auturitas ordinarij interuenerit ſi agatur de iuribus eccleſiæ. Vide in forma quinterni. tit. de arbit. & collec. in c. ex multiplici de deci.

Nec etiam dat confirmationem ſententiæ latę coram eccleſiaſtico, tracto laico a clerico, niſi dicatur de expreſſa prorogatione, vel allegetur conſuetudo, aut ſit caſus concernens forum eccleſiaſticum. Vide ad hoc Collect. in cap. ad petitionem. de accuſat.

Iudæus percutiens clericum, non incidit in canonem. vide Hoſti. in ſumma de Iudæ. ſed poteſt per eccleſiam alias puniri. Et ideo in reſcripto ſuper manuũ iniectione ponitur clauſula, vocatis. &c. Nec etiam abſoluitur a iuramento ſecundũ ritũ ſuum præſtito, nec relaxatur ei ſi fuerit enormiter læſus. Sed tunc vidi poni in literis, quod non obſt. iuramento per dictũ Iudæũ in dicto contractu, iuxta ritũ ſuum præſtito, admittat eum ad effectum agendi, vel reſtituat in integrũ &c. Et hoc vbi alias papa in cauſa Iudæi, alias quam ratione iuramenti Iudaici eſſet Iudex: nã ſi non eſſet Iudex papa, quia non ageretur ſuper contractu vſurario, vel alijs forum eccleſiaſticum concernente, licet per Iudæum iuramento vallato nõ legi vnquã, nec audiui a Cancellaria fuiſſe conceſſas literas, nec ego dedi, niſi inter Iudæos terrarum eccleſiæ. Quid autem de catechumino, an iniiciens manus in eum incidat in canonem? vide Archi. de conſec. diſt. 1. eos. Et vide Collect. in c. poſtulaſti. de Iudæ. & ad prædicta faciũt no. per Bellame. in quodam celebri conſilio fundata ſuper materia cap. gaudemus. de diuort. & vide etiam Durandum theologum.

Si ſententia fuerit lata in curia, & dati executores, & appellet ab eis in caſu a iure permiſſo, Cancellaria nõ ſolet dare literas: quia ſæpe poſſet ſic appellari, & nũquam eſſet finis litiũ. Vide Collec. ad hoc in c. ſignificantibus. de noui oper. nunc.

Solet Cancellaria dare reſcriptum in forma, ſignificauit, pro omni reſtõe ſecreto fienda, ſeu ſatisfactione ſuper quacunque iniuria illata, ẽt infamiæ verbalis facti, vel ſcripturæ, de quibus in c. quod dicam. 14. q. 4. & in toto tit. ad legem aquil. ff. & l. 1. §. iniuriam. & 5. q. 1. quidam. & l. item. §. ait prætor. de iniur. & 6. q. 1. ex merito. & cap deteriores. & 6. q. 1. ſunt plurimi. Et ad hoc quod not. glo. in c. ſi quis cõtriſtatus. 90. diſt. & tex. 45. diſt. qui emendat. & c. de occidendis. 23 q. 5. & in multis alis iuribus. Et datur prædictum reſcriptum pro damnis, ratione iniuriæ patri ꝙ filio in poteſtate, & viro, vel ſponſo pro

vxore, aut ſponſa, non autem e contra. Et dantur hæredi propter damna illata defuncto, vel cadaueri, aut expẽſas, ad quod Inſti. de iniur. §. patitur. & l. 2. ff. de iniurijs. & l. 1. §. ſed & ſi forte. & faciunt no. in c. olim de iniur. & c. 1. eod. tit.

Si tamen iniuriatus remiteretur recipere ſatisfactionem rationabilem, & moderatam, vide Hoſti. in ſumma de pœni. Pro iniuria facta clerico ſuo, non vidi dari literas epiſcopo, nec formam antiquam ſed videntur poſſe dari, etiam ſi eſſet diſſimulata per clericum. Vide c. parochianos de ſenten. excom. & quæ habentur ff. de iniur. & not. in cap. ſi diligenti. de for. compe.

Reductio ad arbitrium boni viri, cõmittitur per Cãcellasiam ſuper laudo lato à clerico, et inter laicos. Et dantur iudices, prout in appellatione. Vide Bar. in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & in l. 2. C. vbi, & apud quem. & doct. in c. quia tauallis. & Ange. in diſpu. duo inuicem.

Secundum reſcriptum dans formam ſuper prima commiſſione cenſetur eſſe idẽ, ſed pinguius conclu. Roma. 39. de Bella.

De conſuetudine curiæ, Cardinales poſſunt committere eorum auditoribus ob ſeruationes terminorum, abſque ſpeciali mandato papæ. vide Bellam. concluſ. 43.

Signatura contra ius, non eſt conceſſa Vicecancellario, Bellam. concl. 46. & 81.

Commiſſio de procedendo, omiſſo grauamine, non tollit effectus grauaminis, vide concluſ. 53.

Ius quæſitum etiam ſuper ordine iudiciario in partibus non eſt auferendũ per ſtylum curiæ. conclu. 74.

Proceſſus extra Rot. de partibus modi cũ valent, ibid. Expreſſa in gratia debent probari, tacita vero non. Vide conclu. 76.

Citatus pro intereſſe, & admiſſus, habetur pro principali. vide conclu. 95.

Lite pendente, poteſt a quiri nouũ ius in poſſeſſorio, & petitorio. vide concluſi. 102. & 449. & tit. de reſcript. in nouis.

Gratia, ante confectionem literarũ, eſt informis. & ſic non habet proprie eſſe. vide conclu 9. & eſt regula Cancellariæ.

Actus ſunt indiuiduorum, non generum, ibi.

In confirmatione requiritur expreſſio defectuum ſpecifica. 116

Ius in re non poteſt ex pluribus cauſis quæri. conclu. 222.

Verbum, ex certa ſcientia, non tollit expreſsam ſurreptionem. conclu. 158.

Rectoria, & vicaria non poſſunt eſſe apud eundem. conclu. 162.

Confeſſio in beneficialibus, non valet ad effectum adiudicationis. concluſ. 183.

Ante acceptationem, gratia eſt conditionis, & acceptatio præſumitur durare, & inualida poteſt ratificari, & acceptatio dat ius ad rem. conclu. 358. & non recipit conditionem neque diem ibidem.

Quæ veniunt contra ius commune, & ſunt ſecundum ius commune, non ſtricte interpretantur. conclu. 507.

Perinde valere, trahitur ad confirmationem. concluſ. 532. nec inducit nouam prouiſionem. ibidem.

Aequitas eſt perficere gratiam, quæ caſu fuit impedita perfici. conclu. 544.

Non ſubintelliguntur tacita in gratia, quæ potuiſſent principem mouere ad difficilius concedendum. ibidem.

Conditio nunquam ſubintelligitur, quæ poſſet magis iuſtificare gratiam ſi neutri, nec alia qualitas ex qua euitaretur ſurreptio. Et piene ſunt narrandæ reliquæ facti inutilis in gratia impetranda. ibidem.

Vicecancellarius dicitur miniſter papæ limitatus. conclu. 556.

Per mandatum, de prouidendo, non cauſatur ius in re. conclu. 563.

Nec titulus habilis de futuro cauſat ius in re. conclu. 564.

Omnes cauſæ quæ ſunt de iuſtitia, poſſunt committi per Cancellariam. conclu ſio. dict. 2. & conclu. 47.

Commiſſiones in curia late ſunt interpretandæ. conclu. dict. 6.

Reſeruatio habet vim nouæ prouiſionis. conclu dict. 35.

Non præſumitur papam tollere ius ad rem, niſi per clauſulas tollentes, dict. 55. Et facilior eſt gratia de vacantibus in curia, quam extra. ibidem.

Ad purificandum gratiam non eſt præfixus terminus ab homine, nec a iure. conclusio. dict. 63.

Expectans in forma pauperum, ante purificationem nõ habet ius ad rem. dict. 67.

Non vitiat gratiam illius taciturnitatis, quod ex narratis, & eorum forma principi debet eſſe notum. conclu. dict. 98. & in not. tit. de reſc.

Sufficit tacita vel contenta narratio, aut

aut inclusa, seu notoria expressio ad tollendam surreptionem, ibidem.

Præsumitur papam non ignorare stylum, sed gratiam fuisse factam, iuxta stylū & regulas eius, ibidem.

Requiritur in impetratione, vt fiat mētio de iure competenti alteri, licet sub cōditione, vel modo, quę per impetrantem impediri possint. concl. dict. 39.

Taciturnitas iuris, quod posset alteri competere, nisi præueniretur per impetrantem, non inducit subreptionem. consi. dict. 152.

Consultus à quodam amico super regula Cancellariæ, de publicanda resignatione beneficii infra sex menses &c. An resignans, qui post terminum remanet in detentione beneficii & capit fructus, & ille in cuius fauorem fuit resignatum, sint tuti in foro conscientiæ, Credidi, saluo saniori consilio, quod non posito primo constanti, & in veritate beneficium non vacet in casu d. regulæ, sed titulus sit penes eum in cuius fauorem est facta resignatio, licet veniat resoluendus, & cassandus ipso iure in euentum, quo resignans decesserit in possessione, vel proprius detentione beneficii resignati. Nā proculdubio resignās non est tutus, cum mala fide capiat fructus beneficii, in quo non habet amplius ius, quod per resignationem, seu renuncia tionem amisit. c. post translationem. §. rursus. de renunc. & c. dilecto. de præb. cum aliis iuribus, imo & possessionem dicti beneficii amisisse videtur, vt voluit Oldr. cons. 237 & per Ror. de renunc. in nouis. nec nomine illius, in cuius fauorem est facta resignatio, non potest salua cōscientia capere, quia literis non expeditis, cum qui de præb. lib. 6. ergo &c. Ille autem in cuius fauorem est facta resignatio, etiam videtur esse in mala fide, siue capiat fructus, siue non. nam vbi capit, aut capit absque literis, & sic peccat per supradicta, & tenetur restituere fructus, vel concordare de eis cum ordinario, vel camera. ar. cap. sacro. de sentent. excomm. & c. pastoralis. de appel. cum ibi not. aut non capit, quia non vult infra terminum d. regulæ expedire literas, siue publicare, cum possit: sed vult resignantem capere fructus quandiu vixerit aut ad aliquod tempus, & etiam peccat, quia non vult subire onus ad quod tenetur per acceptationem beneficii, & permittit alium, videlicet resignantem capere fructus, & deseruire beneficio, in quo certo scit deseruientem nō habere ius, & etiam impedit per eius negligentiā, vel dolum, quominus aliquis tertius, qui expediret literas, ei publicaret & caret possessionem & deseruiret beneficio si illud habeat. ar no. in c. ex tuæ. & c. ad audientiam. & ibi Abb. de cler. non re. & no. in c. commissa. de elec. lib 6. ad qu od fac. c. quod semel. de reg. in. & in auth. de litig. §. omne. & C. de emen. Iustin. Cod. in fin. & quod not. Collec. in cap. ad quæstiones. q fin. de simo. & facit etiam tota materia de inobedientia legis positiuæ fundatæ in ratione naturali, diuina, vel morali, quod censeatur peccare. Ad quod vide Abb. in c. tua. de vsur. & doc. in cap. canonum.

Bona quę auferuntur damnato, non acquiruntur fisco de iure naturali, Bellam. concluſ. 7. 144. & ita videtur quibusdam Theologis. Vnde considerarunt nonnulli, quod non teneatur quis, quanuis condemnatus de crimine, propter quod veniant bona etiam ipso iure dublicanda fisco. in foro conscientiæ exhibere, & manifestare bona sua, sed possit illa celare, dummodo absque scandalo id fiat. & hoc arg. not. per Ino. in c. quia plerique. de immu. eccles. & in c. licur dignum. de homi in l. fin. C. cum de iure naturali, non perdatur dominum illorum absque vero consensu domini, propter crimen etiam non occultum. ad quod l. nihil de re. iur. & l. in ambiguis. §. quatenus eod. tit. ff. not. per Archid. in c. felicis. & Bald in tit. de feu. & Bartol. in l. post contractum. Et per Abb. in cap. cum non ab homine. & doct. in aliis locis intelligantur in foro iudiciali, non autem in foro conscientiæ. Sed cogita, quia delinquens tacite videtur consentire in pœnam committendo delictum, & sic in amissione dominii, vt l. 1. §. bestias. ff. de postulati. & ibi gl. in epistola. inter claras. §. liquet. C. de summa Trinitate. & videtur text. in c. impares. 11. q. 3. Posses respondere, quod ille consensus non est naturalis, nec proprius, aut verus sed fictus, & ciuilis, ideo non obligat in foro conscientiæ, vbi non curatur de fictione in proprietate & præsumptione. c. tua. de spōsa. c. literas de restit. spol. c. a nobis. de sent. excom. el 1. faciunt not. per Bal. in l. 1. C. de sacros. eccl & 11. q. 3. c. sententia, sed tantum curatur in conscientia de vero interesse. sed in hoc casu fisci naturaliter non vere interest, cum nihil ei absit in veritate propter delictum: nam nil de suo perdidit,

nisi

niſi quod delinquens cenſetur eum. i. principem, & legem contempſiſſe delinquendo, qui contemptus iam purgatur per pœnitentiam, nec quo ad Deum curandum eſt de pœna exteriori extra id quod abeſt, vt dixi, nec obligatur quis in foro conſcientiæ ad huiuſmodi pœnas, niſi vbi ſequitur ſcandalum in non parēdo principi vel legi: præſertim quando non delinquitur ex contemptu legis, ſeu principis, ſed ex iracundia, vel calore concupiſcentiæ, vel negligentia, vbi non cenſetur contemnere delinquens, vt per Zab. in clem. eos. de ſepul. & Collec. ad quæ faciūt not. per Io. Andr. in cap. quanquam. de vſur. & Calde. in proę. Decret. & Feder. in conſ. & not. in c. ſignificaſti. de homi. & in cap. fraternitatis. 12. q. 2. & facinat optime not. per Cardin. in clem. paſtoralis. verſ. cæterum.

Vbi papa concedit gratiam per ſupplicationem, vel alias, & expreſſe vel tacite, vult ꝙ dicta gratia non valeat, niſi expediantur literæ: vtens effectu illius gratiæ literis non expeditis, non vſ tutus in foro conſcientiæ. arg. not. in c. quia pleriq;. per Innoc. Cum gratia prædicta depēdeat tantum a ſola voluntate papæ & principis, quæ quidem voluntas poteſt per eum limitari per modum & conditionem tacitā vel expreſſam, quantum ſibi placet, & pōt ipſe ſolennitates & formas prout ei libuerit, ad perfectionē, & eſſe dictæ gratiæ apponere. Secus autem eſt in his, quæ de iure naturæ dependent a voluntate & conſenſu partiū duntaxat, non ſuperioris, vel principis, vt eſt in cōtractibus, & vltimis voluntatibus, & huiuſmodi; in quibus ex ſola voluntate partium valent contractus, etiā ſi per principem & iura poſitiua adhiberi debeant certæ ſolennitates. Et faciunt hæc ad quæſtionem, quòd quis ſalua conſcientia non poſſit recipere, aut ſoluere penſionem ſuper aliquo beneficio eccleſiaſtico aſſignatam, niſi literis expeditis, cum conſenſus partium non poſſit operari vltra conſenſum papæ, ſeu principes, qui quidem princeps in hoc caſu vult tacite, quòd ad effectum perfectionis gratiæ, literæ expediantur: nam per ſignaturam cenſetur papa facere gratiam iuxta ſtylum per cancellariam limitandum ſeu declarandum, & illa eſt tacita voluntas ſua, vt vult Bellam. cōclu. 598. de quo per Oldr. conclu. 226. & per Bal. in cap. 1. per quos fiat inueſt. & Mil. in verſ. gratia. & facit optime 20. regula cancellariæ. Et ſic neceſſe eſt, vt literæ ꝑdictæ conficiant, & expediantur iuxta ſtylum cācellariæ, & dictis literis expeditis, tūc gratia dicitur habere eſſe ſuū. Bell. concluſ. 110. & in ea tunc oſtenditur aperta mēs principis, & exp̄ſſa, ſed in dictis literis penſionis ponit de mēte papæ. poſtquā dictæ literæ tibi p̄ſentatæ fuerint &c. ergo ante præſentationē, & multo minus ante expeditionem nō poteſt exigi vel ſolui penſio. Credo tamē ꝙ in foro cōſcientiæ, ſi partes eſſent certæ de expeditione literarum, quanquam non præſentarentur literæ, poſſent ſoluere vel exigere penſionem, cum tacita voluntas principis non excludat hunc caſum, hoc eſt, quod velit neceſſario literas præſentari, & non habere pro præſentatis, cum hæc præſentatio ſit inducta in fauoré partis ſoluentis. & ne recipiantur penſiones ſuper beneficijs eccleſiaſticis abſq; aſſignatione ſuperioris, & voluntate, de qua voluntate ſi mihi aliter conſtat quā per præſentationem, quoad conſcientiam videor eſſe tutus, dummodo, vt dixi in veritate literę ſint expeditæ. Et idem videretur mihi eſſe dicendum in omni caſu, in quo eſſet de voluntate principis tacita vel expreſſa, quod deberent literę expediri; ꝙ ante expeditionem, non poſſet quis vti eis abſque peccato. Et ſic in omnibus commiſſionibus gratioſis habentibus clauſulam, vocatis, vel requirentibus informationem, aut cognitionem vel huiuſmodi, vt eſt in diſpenſatione ſuper irregularitate, & huiuſmodi, qui requirunt aliquam pręcognitionē de iure, vel ex ſtylo, & ſit ex mente papæ. Secus forte in diſpēſationib⁹ ad duo, & ſuper defectu natalium, & ſimilibus in quibus non videtur eſſe de mente papæ expreſſa, vel tacita, ꝙ dictę literæ neceſſario expediantur, ad hoc, vt in foro conſciētię releuent diſpenſatum, ſed tantum vt non ſuffragentur impetrantibus abſq; expeditione: vt habetur in reg. cancel. de diſpenſ. Et verbū ſuffragari, nō videtur trahi ad forum conſcientiæ, ſed potius ad cōtentioſum, cum ſignificet proprie aliquid repulſiuum & controuerſiale. arg. not. per Spec. de adult. in fin. & per docto. in rub. de ſuffrag. C. Si ergo habenti ſupplicationem ſignatam ſuper diſpēſatione ad duo non moueatur lis, neq; obijciatur de inhabilitate & per aduerſarium, neq; detur ei de illa regula, videtur quod non expeditis literis poſſit illa tenere in foro cōſciē-

tiæ,

clæ, cum mens papæ, vt dixi, fuerit grauare eum ita euentum, quo moueretur ei cõtrouersia p aliquẽ cuius interesset. Secus si absq; cõtradictione posset dicta duo etiã literis nõ expeditis. Et ita vidi quosdam doctores, & vnum notabilem, & eruditissimum prædicatorem tenere, p quorum opinio facit gl. in c. fraternitas. 12. q. 2. & not. per Bart. in l. sequitur. §. viam. sed facit contra eorum opinionem principium dictæ regulæ, & verba temere, & facere, in dicta regula posita: quare cogita, quia magis declino pro nunc in partem quod non sit tutus in foro conscientiæ, & sic quod teneatur ad fructus restituendos cameræ, nullo existente contradictore, deductis alimentis suis necessariis, & si quæ vertit in vtilitatem ecclesiæ, quam non dispensatus possedit: quia non habetur pro dispensato, ex quo non expediuit literas per supradicta. Sin autem viuæ vocis oraculo esset ei concessa gratia, vel p sola signatura sufficeret, tunc bene esset tutus vtens gratia in foro conscientiæ, cum appareat de voluntate concedentis non curãtis expeditionem literarum, & ita videtur debere intelligi text & glos. in clementi. dudum. super verbo, de sepultu. & glos. in capitu. institutionis. 25. quæst. 1. quod gratia papę verbo solo facta valeat, quando papa hoc expresse vult, & ita quotidie practicatur in curia. Postea dixit mihi quidam Theologus se credere, quod si mens principis volentis tacite, quod super gratiis per eum factis expediantur literæ, & aliter non valeant, moueatur non propter intentionem vt melius examinetur in expeditione, sed tantum vt ex illa expeditione veniat ei lucrum, quod eo casu etiam non expeditis literis, ego possum vti gratia mihi concessa propter malam intentionem principis & iniquam: & si super hoc fecerit legem, esset iniqua talis lex: quia lex debet fieri ad vtilitatem communem, non autem propriam. & facit pro dicto suo quod not. in cap. canonum. de const. & c. erit autem lex. 4. dist. & 8. dist. quæ contra, & quia tũc excedit potestatem constituentis, quo ad Deum, qui non ligat nos ad parendum in foro conscientiæ principi iniuste præcipienti, non dederit di potestatem, iniquã legem condendi, ad quod cap. qui resistit. 11. q. 3. & si is qui. § Sed nolo intrare: pro nunc hanc materiam, quia difficilis. & in dubiis constat esse parendum principi, & præsumendum quod ad bonum finem fecerit legem, ex quo aperte non est contra decalogum, vel bonos mores, per not. in c. 2. de maior. & obed. & in d. c. canonum. & 11. q. 3. non semper. c. Iulianus. & c. Imperatores, cum aliis iuribus. Et si est incommoda lex soluenti taxam, non est mirum, quia, vt ait Liuius, nulla lex satis cõmoda omnibus esse potest. Licet ergo interdum incommoda sit lex singulis secũdum quid est, tamen commoda in communi, & ex alio respectu commodissima. Et satis bene nobiscum ageretur si huiusmodi pecuniæ distribuerentur in eos vsus, ad quos destinatæ sunt, qui vsus est commodissimus Reipublicæ Christianæ. In illo autem semper dubitaui, an cõstet esse veram opinio Innoc. & sequacium. in d. c. quia pleriq;. quod vbicunque est tradita aliqua solennitas per iura positiua seruanda in contractibus & inualidantia cõtractuum, si non seruentur, puta in alienationibus rerum ecclesiasticarum, & minorum, quod nihilominus si dictæ alienationes fiant alias legitime, sed non seruata forma prædicta, quod emens, & vendens sint tuti in foro conscientiæ: nam videtur eos non esse tutos, cum non sint domini rerum emptarum absq; solennitate, & sic possideant illa emptores mala fide. Item quia continue stant in peccato detinendo rem emptam contra voluntatẽ, & præceptum superioris, qui potuit in huiusmodi rebus pertinentibus ad curam suam apponere legem, quam ei libuit: & cura sacrorum & spiritualium pertinet ad eum, & per consequens bonorum pertinentiũ ad rem spiritualem, vel sacram, & sunt in continuo contemptu superioris, ergo in peccato. per not. in d. c. 2. & c. canonum. cum aliis iuribus, maxime cum sit de mẽte doct. & præsertim Bal. in c. si quis per triginta. ii de veri. §. contra. quod quando lex aliquid prohibet fieri propter aliquod valde æquum & bonum publicum, & contra illud fiat, ligat in foro conscientię. & facit etiam ad hoc quod ipse notat in extraoag. ad reprimendam, loquens de Macedoniano & Velleiano. & facit etiam optime p sint in peccato not. per Abb. in c. sacris. cum ibi not. de his quæ vi met. ve cau. fiu. Quare cogita, & quo ad materiam pensionum, credo etiam quod si literæ non præsentarentur, nisi post duos, aut tres annos post assignationem, nihilominus deberent solui pensiones integre pro

tempore

tempore præterito etiam in foro conſciẽtiæ, quanquam nunc fuerint expeditæ, cum illa conditio poſtquam tibi prædictæ licerę præſentatæ fuerint &c. non ſuſpenderit obligationem, ſed ſolutionem & exactionẽ: vt in illo qui promittit & aſſignat ex nunc 10. menſtrua ſuper tali fundo ſuo, quæ tamen non vult ſoluere donec merces ſuas vendiderit, vel poſtquã creditor preſentauerit ei literas ſalui conductus; & aliis huiuſmodi exemptis. qđ nota ad practicam. ad quod l. his verbis. C. quand. dies leg. & quia fuit oppoſita dies ſeu conditio gratia penſionarij. ad quod. l. ſi ita. §. pegaſus. de leg. 2. Ad materiam contractus qui ſoluitur & violatur per mortem alicuius, & Canthalonia appellatur violarium; quia facile perit, vt violæ, an ſit licitum, vide quæ not. Coll. in c. 1. de emp. & ven. vbi dicit, ſed nunqd licet alicui emere redditus ad viram ſuã, ita quòd ſalua conſcientia poſſit retinere? Dicendum quòd ſi veriſimile eſt quòd emptor debeat recipere redditus magno tempore, & vltra communem valorem, vt cum homo iuuenis emit magnum redditum, hoc caſu, quia eſt veriſimile, qꝫ ſatis vltra viuet, totum id quod receperit vltra pecuniam quam dedit, ſana conſcientia retinere non poteſt, quia quodam modo vſura eſt in c. nauiganti. de vſur. & facit quia ratione incertitudinis licita eſt conuentio, quæ alias eſſet illicita. C. de vſur. ſi ea. nec obſtant iura quæ videntur ſimpliciter velle, quod liceat ad vitam emere propter incertitudinem, quod dicendum eſt verum eſſe, dum tamen data fuerit pecunia ſecundum probabilem modum contrahendi. Et ita refert Ie. determinatum fuiſſe. hæc Cyn. in d. l. ſi ea, vide quæ colliguntur infra. c. ad noſtram. per quæ fraude vſurarum ceſſante, aliud videretur poſſe dici. hæc Collec. & vide Anch. & Ioan. de Anan. poſt Innoc. in c. in ciuitate. qui tenent eſſe licitum, quod Roder. negat ſi redditus emantur ad vitam emptoris, propter votum captãdæ mortis, quo ceſſante non eſſet peccatum. Et vendi tione violarii, vide vnam no. Cy. in l. ſi pater. 2. C. de inoffi. teſtam. Et an appellatione, vſufructus, veniãt penſiones violariorum, allegari poſſet l. ſancimus. C. de dona. vbi uidetur proprietas non uſufructus. Et videtur quod ſi uiolarium quod emerã ad uillam delegauero creditori meo, quod ſoluens penſionem teneat illam præſtare quandiu creditor viuat, nec morte mea finiatur, ſed creditoris. vide not. in l. ſi vſusfructus. ff. de noua per doct. Gallica.

Refert Ioan. Ganfre. in c. ad noſtram. de empt. & uenſe vidiſſe dubitari in cancellaria, quod cum quidam emiſſet quaſdam poſſeſſiones appoſito pacto, quod vẽditor aſportando pretium, poſſet poſt certos annos illas poſſeſſiones recuperare, & venditionem reſcindere. Dom. Feder. de Senis iurabat, & defendebat contractum non eſſe uſurarium; ſed alij tenebant contrarium, & ita dicit fuiſſe obtentum congregatis doctoribus, cum appoſita fuerit conditio contra naturam contractus propter quod dicebatur non eſſe recurrendũ ad coniecturas. Vide ibi per eum, & aduerte, quia non loquitur in pacto de reuertendo.

Stante conſuetudinr, quod eccleſia habet lectum, qui cum funere ad eccleſiam portatur, rector vult permutare ius lecti huiuſmodi cum uno prædio, quod perpetuo ad eccleſiam pertineat, nunquid poſſit? Feder. arguit quod non poſſit fieri: quia ſimonia eſſet, tamen ius decimale, permutari poteſt, quod eſt ſpirituale cum re temporali, de rer. permut. cum uniuerſorum. Ipſe tamen ſolus hoc non poſſet alienare. de reb. eccleſ. non alie. cap. 1. lib. 6. cum ſimil. non enim omnia quæ fiunt ratione ſepulturæ ſunt facta ſpiritualia; ut not. 13. q. 2. clerici. uide Collec. in c. relatum. de ſepult.

Duo tractauerunt de beneficijs permutandis adinuicem. & data fide promiſerũt procurare dictam permutationem per ſuperiorem, uel illos quorum intereſt, an poſſit aliter pœnitere? Et ſi aliter inſtet qꝫ eſt paratus implere ex parte ſua an poſſet alius compelli ad implendum? Et uidetur quod non, cum talibus debeat ceſſare omnis pactio, & conuentio de pactis. c. fi. & not. in c. cum pridem. cum ſimi. &c. Feder. de Senis no. contrarium; quia iſti non ſimpliciter paciſcuntur, ſed promittunt inuicem dare operam & curare, ut hæc permutatio ueniat ad effectum per debita media, uidelicet per ſuperiorem, uel illos qui eam admittere, & quorum autoritate perfici poteſt, quod de iure non uidetur prohibitum. de reſtit. ſpol. c. ex parte. & c. uenerabiles. de confir. util. uel inutil. & facit quod not de reſcript. ad audientiam. in glo. & de præb. ſignificatum. com fidei datio æquipolleat iuramento, quod quidem

iuramentum

iuramentū debet seruari, nisi vergat &c. vnde postquam ipse partes adinuicē promiserunt ad curandum, videntur quantū in se est conditionaliter consentire, habito consensu superioris, a quo non possunt resilire, nisi fecerint quod in se est respectu habendę volūtatis a superiore, & procurandi, vt conditio eueniat ad quam procurationem sunt obligati, non conditionaliter, sed pure, quæ promissio procurationis in hoc casu non videtur prohibita per supradicta. Et ideo post hāc promissionem, non est iam amplius in facultate alterius resilire, sed superioris admittere, vel non. Vide ad hoc Collec. in c. cū olim de rer. permu. Nihilominus cum olim fuissent petitæ literæ à cancellaria super hac promissione, & de curando & dando operam contra partem quam pœnituerat, fuerunt negatæ. Credo propter fundamenta Host. Io. And. in c. quæsitum de rer. perm. & dicit Inno. in cap. inter. de præb. quod permutantes habent ius in beneficiis permutatis statim quod superior auctoritatē interposuit. & vide Fed. q. 27. & Abb. in d. c. inter. vnde nō tantum habet regressum permutans ad beneficiū suum alio nolente permutare, sed etiam videtur quod possit nolentem permutare, seu resignare ex causa permutationis cōpellere. Sed dictū Innoc. intelligitur vbi sunt admissæ hinc in de resignationes, licet non sit facta traditio possessionis. & vide ad hoc Fed. cōs. 156. & omnino ad hanc materiam multas decis. Rot. tit. de renunc. in antiq. & de rer. perm. & quandam regulam cancellariæ ad hoc.

Parochiani habent nominare rectorē Capitulo, & Capitulum vnum de nominatis habet præsentare episcopo, quidam expectāt ad præsentationem, vel collationem Capituli, nunquid tale beneficium cadat in gratiam? Dicit Collec. in c. cum dilectus. de iurepatro. quod audiuit multos dicere quod sic, cum tale beneficium videatur esse de patronatu. Quare &c. de præben. c. cū illis. in fin. & quia nominatio habet vim præsentationis, nec ius tribuit. c. nobis. tit. de iurepatro. de elect. cum terra. sed vbi Capitulum nō haberet præsentare de nominatis, credit Collect. bene habere locum. Sed in casu nostro non est libera potestas præsentationū penes Capitulum & sic non dicitur solide patronus. Quare &c. de rest. spol. Pisanis & cum illis. in fi. præiudicaretur parochianis, quibus papa præiudicare non intendit, nisi exprimat. c. quanuis. & c. cum in illis.

Inter duos nominatos, de quorū anteriori nominatione non cōstat, quis alteri debeat pręferri, vide Oldrad. cons. 218. Quod pensiones, quæ constituūtur & assignātur hodie super fructu beneficiorū, non sunt beneficia, neque habent effectū eorū, nisi in casibus expressis, videtur probari ex definitione beneficii, & requisitis ad illud de quo per Oldr. in quodam consil. & Anto. in reg. 1. de reg. iur.

Et inter cætera est necessaria perpetuitas, vt in c. pastoralis. 7. q. 1. in gl. in c. vnico. de capel. mo. lib. 6. quæ quidem cessat in his pensionibus, cum extinguuntur lapso tempore quo impositæ sunt, vel per obitum recipientis. Facit etiam definitio Matth. de monte Lau. in cle. 1. de sup. neg. præl. & gl q. 1. in summa. Item quia huiusmodi pensionem recipientes possunt illas remittere ad tempus, vel in perpetuum, vel illis renūciare absq; auctoritate superiorum: nec tunc impetrantur, nec vacāt, sed extinguuntur tanquam debitum pecuniarum per remissionem, nec requirūt residentiam, nec habent nomen tituli, nec illas recipientes habent vocem, vel stallū in choro beneficiatorum. Item in regulis antiquis cācellariæ ponuntur vt diuersa in expectatiuis, nec examinantur per cācellariā hi quibus pensio assignatur, vt solet fieri in titulatis. Si tamen assignaretur aliqua pars fructus alicuius beneficij, pinguis, non ad particulare commodū vnius, sed ad hoc, vt deinceps esset beneficiū Ecclesiasticum dictū, forte pensio vel portio tunc bene esset beneficium, vt in c. si conquerente. de cler. nō resid. & c. ex diligēti. de simo. & 16. q. 6. illud. & q. 5. possessioni. 2. q. 3. clerici. & c. si epūs. & vide ad hoc not. in clem. si Romanus. de præben. & in c. postulasti. & c. ad audientiam. de resc. & clem. 2. de vita & honest clerici. & c. quāuis. de præb. lib. 6. ad hoc Rabar. in c. cōsti tutis. de relig. domi. & Anto. de Butr. & Bald. in d. c. ad audentiā. & not p Castrē. & Pont in cōs. & Rot. in antiquis. titu. de rescrip. Et forma literarū satis ostēdit nō deberi pro beneficijs, cū plerunque fundetur, ne resignantes nimium dispendiū patiantur, & sic exonerantur a titulo, & per consequens ab onere. Recipiūt tamē partem fructuū quasi tanquam laici qui possunt recipere pro alimētis & victu vel statu decēter tenend. & not. 23. q. fi. tributū.

& 18.

& 18.q.2.Eleuterius.& c. quãto. de iure patron.& l.cõmodis.ff.de re iudic.& l. ſtipendia.C.de execu.rei iud.Faciũt hæc ad materiã,an penſio faciat incõpatibile ſub eodem tecto cum beneficio,& an recipiẽs penſionem non intitulatam, prout ſunt hodie,teneatur dicere officium, vel intereſſe proceſſionibus huiuſmodi? Et ex his poteſt etiam determinari,an huiuſmodi penſiones modernæ poſſunt redimi.

De regno Scotiæ ſeu rege dubitatur, an ſit verus rex:vt per gloſſ.32.q.2.&per Brixien.in reperto.ſuper verſ.Rex.& appellatur regulus a glo.in c.venerabilem. de elect.& videtur olim fuiſſe ſubiectus regi Angliæ,vt patet in chronicis,& præſertim in hiſtoria,quæ dicitur mappa mũdi.not.in clem.1.magiſtris.& de eo fit mentio in c.cum dilectus.de fid.inſtr.& cap.ſane.de temp.ordi.& non vngetur, vi patet in prouinciali eccleſiæ Romanæ. Iſta inter alia adduxi coram Reuerendiſſimo domino meo vicecancellario, contra oratores præfati regis, contendentes de prælatione, cum oratoribus Ferdinandi regis Siciliæ ſiue Apuliæ.

An per aſſecutionem ſecundi beneficij ſub eodem tecto,vacat ipſo iure primum. Vidi,concludi,quod non,per not.in c.literas.de conceſ.præb.ſed habere locum in materia monitionis,de qua in cap. referente.& c.præterea.de præb.vide doct. in cap.quia nonnulli.& c.fin.de cleri. nõ reſiden. tamen cancellaria expedit literas tanquam pro vacante,& vide Rot. in antiquis, & late Mileum in repertorio.

Beneficium reſidentis in curia non promoti infra annum dicitur vacare in curia ſecundum Collect.in c.eccleſia. de ſortileg.

Præſtantiſſime doctor, cupit ſcire humanitas veſtra perſtrictiſſime, & reſolutiſſime a tenuitate noſtra, quid mihi videatur de gratiis p literas apoſtolicas cõceſſis, per quas committitur conſtitutio & aſſignatio penſionis in partibus, an expirauerint,ſeu extinctæ fuerint per mortẽ papæ concedentis illas re integra? Rñdeo videri mihi non expirare, nec extinctas eſſe,cum teneam pro conſtanti,q̃ vbi alicui quauis tertio,eſt quæſitum ius in re, vel ad rem, aut ſaltem officij iudicis imploratio per literas apoſtolicas gratioſas, ſiue gratiæ ſint puræ,ſiue in diem,ſiue conditionales,tales gratiæ non extinguuntur per obitum cõcedentis, nec executorum iuriſdictio,ſeu poteſtas finitur. Et propter rea idem credo in literis priuationis in forma iuris,cum prouiſione alteri fienda; & in literis in forma,dignum.& vnionum in literis accedens ſuper diſpenſation. ex defectu nataliũ, & ferme in omnibus quæ hodie emanant a cancellaria. Et ſit ratio quia in omnibus his gratia eſt iam facta, non fienda,quanuis non executa,cũ quæſitum ſit ius in re, vel ad rem, vel ſaltem ius implorandi officium iudicis, ſeu executoris.Hoc credo per not.in c.ſi cui nulla.de præb.& c.ſi ſuper gratia de offi.del. lib.6.quanuis gl.& quidam doct. forte nõ ſatis practici, aut parum aduertentes ad ſtylum cancellariæ modernum, & illius temporis exemplificent mandata de prouidendo dici gratias fiendas, & factas, Cum fiendæ ſint,ubi ius non eſt quæſitum alicui modis prædictis,ſed eſt conceſſa facultas.Sed poteſtas ad contemplationem ſeu fauorem tertij, eſſe voluntarium miniſtrum,ſiue mandatarium gratiæ fiendæ illi tertio, vt puta, ſi papa intelligens aliquem ſcholarẽ ſtuduiſſe in aliquo ſtudio longo tempore, & eſſe ſufficientẽ ad gradum doctoratus, contemplatione ſeu fauore illius ſcholaris det alicui perſonæ facultatem,ſiue poteſtatem doctorandi illũ non tñ mandet,vt requiſitus id faciat,ſeu facere tenetur,nam in tali vel ſimili caſu expiraret gratia per obitum concedentis re integra,cum non ſit proprie mandatũ, nec aliquod ius quæſitum illi doctorãdo, nec etiam ipſi commiſſario, cuius cõtemplatione,ſeu fauore non fuit data ei a papa prædicta facultas,ſeu poteſtas doctorã di illum.Et verbum, mandatum, ibi in §. ſecus,capitur pro cõmittitur,ſeu facultas datur,vt declaratur in princ.d.§ & etiam verbum ſeu fauorẽ,declarat non eſſe proprie factam gratiam illi doctorãdo.Et ita eſſet in ſimilibus caſibus ſi hodie papa illo modo antiquo ſcriberet, & ita reſoluo me in hac male exemplificata, & ideo intricata materia dictorum capitulorum,vi ſis omnibus ſcibentibus ſuper eis. & Oldr in conſi & deciſ Rot in nouis, quæ videtur facere differentiam inter mandatũ de prouidendo de beneficio vacante, aut vacaturo,non quoad durationem gratiæ, ſed quoad durationem poteſtatis executoris,vt in vacaturo non duret,nec quando committitur cauſæ cognitio vna cum gratia.Et bene valeat præſtantia veſtra. Et vide Bellam.in quodam conſilio, qui

videtur

videtur dicere conſona prædictis.

Concurrentibus duobus magiſtris in Theologia, cæteris paribus, in quodã beneficio, quorum magiſtrorum vnus erat prædicator, & valde eruditus in doctrina Theologiæ concernente partes iuſtitiæ, & curæ animarum, & confeſſionum, & ſacramentalium, & alijs materijs miſtis cũ iure canonico, & concernentibus vitam actiuam. Alter vero de Trinitate, & de natura Angelorum, & Metaphyſicalibus, & aliis ſubtilitatibus. Vidi, concludi eſſe præferendum primum, per not. in ca. niſi cum pridem. & in cap. cum ſit ars artium. Facit iudicio meo cap quia nonnullis. §. ſan cimus. ibi præſertim. & ca. ſuper ſpecula. ibi ad iuſtitiam. de mag. & c. cum ex iniũcto de hærdd. & inuenies multa iura in decretis ad hoc, & faciunt not. in cap. inter cætera. de offi. ordi.

Quod exigentes talias, gabellas, & vectigalia, quæ ſunt præciſe pedagia, & guidagia, non ſint ipſo iure excommunicati. Vidi, concludi inter doctos viros, cum ca. quamuis. & cle. præſenti. extendi non debeant, ſed in alijs exactionibus remaneat diſpoſitiu cap. non minus. & c. aduerſus. & aliorum iurium decretalium. & c. Quamuis. Pet. de Anch. & quidam alij videant aliud ſentire, exponendo pedagiũ pro omni vectigali, ſeu portione: cum tñ glo. ſentiat pedagia & guidagia, & ſalinaria eſſe ſpecies vectigalium, non autem eſſe idẽ, & iõ diſpoſitum in vna ſpecie non extenditur ad aliam, & multo minus ad genus. Facit optime forma cancel. in titu. de pedagijs. for. 1. quinter. de iuſt. ad 1. opinionem. & ita obſeruamus. & vide Bald. in rubr. de reb. credit.

Quod papa non poſſit legitimare filiũ regis non recognoſcentis ſuperiorem, tenet. Imol. in c. grandi. de ſup. neg. præl. in præiudicium alicuius de ſanguine regio, ad quem pertineat de conſuetudine ſucceſſio in regno. Nec obſt. not. per Bart. & alios in l. gall. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſth. quia habent locum in alijs perſonis: quibus licet de primo ſuo libere, diſponere, & non in rege, quia non poteſt abſque cauſa auferre ſucceſſionem illis de ſanguine ſuo, facit aperte contra hoc dictum tex. in cap. per vene. vbi papa legitimauit filium Regis Franciæ, quod non potuerat eſſe abſque præiudicio illorũ de ſanguine Regio. Sed vide Iac. Cijonem epiſ. Ilerd. doctorem Cathalanum, in d. c. ſuper verb. gratiam, qui dicit, quòd rex Franciæ habebat filium ex priori coniuge, vt ait apparere ex antiq. Decret.

Prædictus Epiſcopus Illerdenſis, in ca. fraternitatis. de frigid. narrat. quòd tempore ſuo fuit quidam homo in Cathalonia tantum potens in re venerea, quod qualibet die cognoſcebat exacte vxorem ſuam triginta vicibus, quæ vxor ſecrete recurrit ad regem Aragonum, qui vocato viro, confeſſus eſt ita rem ſe habere; vnde mandauit ei ſub pæna capitis, ne amplius quam ſexies in die vxorem ſuam cognoſceret: ne, vt ait, mortis periculum mulier incurreret. Sed de potentia viri nõ tantum mirari oportet, quantum de querela vxoris. Vnde illud. Et laſſata viris nõdum ſatiata receſſit. Et Prouer. 30. c. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, ſufficit. Infernus, & os vuluæ. & terra quæ non ſatiatur aqua, ignis vero nunquam dicit, ſufficit.

An ſi legatum pro pia cauſſa efficiatur caducum, vel quaſi, remaneat penes hæredem ſimpliciter, uel debeat conuerti in aliam piam cauſam Vide Guaſquinum doctorem Cathalanum. q. 32. in quæſtionibus ſuis. & concludit quod nõ ſicut, in alio legato caduco. Adde no. per Bar. in l. pater §. Tuſculanus. de leg. 3.

An appellatione paramentorum intelligitur ſupellectilis? Guaſquinus q. 4. tenet quod ſic. videtur mihi indigeſta deciſio, & remittenda ad theoricam. l. quod Iabeo. de ſup. leg. & l. vniuerſorum. & l. ſi ſeruos. de pign. cum ſimi.

Franc. de Maronis, in 4. lib. ſententiarũ ſuper Auguſt. de Ciuitate Dei, ait, quod in tota ſacra ſcriptura non reperitur, quod fœmina vnquã ſucceſſerit in regno, in alijs autem hæreditatibus ſic; vt patet Num. 23. & 27. cap. Ego in Ioſepho legi, Alexandram clariſſimam Reginam regnaſſe in Iudæa etiam viuentibus filijs; ſed ibi videtur fuiſſe ex voluntate teſtatoris, & conſenſu filiorum, non vi ſucceſſionis debitę. Lege Ioſeph. libr. 13. antiquit. Iudaicę. Imo viderur cum maiore filio cõ regnaſſe, vt uidere licet in eodem autore lib. 1. de bello Iudaico, uide Bald. in l. in multis. de ſtat. hom.

Licet tutela impuberis finiatur captiuitate. vt Inſti. quib. mod. tut finian. §. item finitur tutela. ſecꝰ tñ in curia adoleſcẽtis. Ita tenet Guaſqui. Cathalanus in quæſt. ſuis. q. 183. fundat ſe quia ille principaliter

ter datur perſonę, iſte uero bonis. Facit pro dict. curatore P. captiui in Tunitio, & geſtis. per eum.

Ioan. de Seyſello doct. Gallic. in Apoſt. egregij patricij Petri Iaco. de Montepeſſulano, ſuper ti de ſtatu Cu. Rom. danans hanc vaſtitatem, & intricationem opinionum quæ multiplicatæ ſunt in iure noſtro dicit perneceſſarium fore, vt fieret noua reformatio, tã in iure ciuili, quam Cano. & reſeruatis argumentis diſputationum, & ſubtilitatibus, & varietate opinionum fierent nouæ deciſiones per electionem alicuius, ex illis opin. Et quod fieret noua æditio iurium magis conueniens iſti ſeculo quod fluxit poſt illa antiqua iura, maxime circa ſubſtitutiones, trãſmiſſiones, ſuitiones, præteritiones, in quibus, iura Romana magis conſideraſſe videntur acumina, & vtiliratem, quam præſumptam mentem defuncti. Item circa interdicta, & actionum varietates, & teſtamentorum diuerſitates captioſas, & inutiles. Item circa ſeruos, & officia iam oblita in tribus libris C. Item circa ſeruitutes, in quibus eſt mera ſubtilitas potius, quam æquitas, aut ratio vrgens. Item circa publicæ honeſtatis iuſtitiam, & redditionem, & non exactionem debiti coniugalis, & circa matrimonia viderentur immutanda multa, & quod quis poſſet eſſe hæres ad tẽpus & decedere inteſtatus pro parte, & quod intricatio bon. poſ. contra tab. & ſec. tanquã pœna pueris tolleretur, & quod ieiunia non obligarent ſub pœna mortali, ſed darentur indulgentiæ ieiunantibus. Item q̃ ſummus Pontificatus non eſſet perpetuus. Et ſuper ingreſſus religionis, quod non obligaret vſque ad 21. annum, nec matrimonij contractio abſque copula. Et circa compaterniratem, & varietatem religionum, & quòd Abbatiæ vel huiuſmodi non eſſent dignitates, nec committerentur eis cauſæ, & quod omnes legendæ ſanctorum Apocryphæ tollerentur, & quod ordo Antoniſtarum extingueretur & applicaretur Militiæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani. Et alia quædam reformarentur, vt ibi per eum, quod pauciſſimis daretur facultas interpretandi, aut gloſſandi. Et quod interpretata non redigerentur in ſcriptis, niſi eorum qui longo tempore practicaſſent, alias credit rem venturam in tantam confuſionem, quod nihil habebitur liquidum judicantibus. Vnde vt dicit, timens ipſe hanc immutationem, & cupiens conſulere nomini ſuo, poſt 30. annos exactos, in exercitio iuris ſcripſit librum de natura animalium, exiſtimans illud opus fore magis duraturum, quam ſcripta iuris: ſed an illud opus durauerit, ego ignoro. Non inficior tamen, quod ſcribentes res naturales, hiſtoriam, & medicinam, certiorem perpetuitatem ſperare debeant, cũ huiuſmodi ſcripta cuicunque nationi, & religioni, ac tẽpori, vtilia ſint, & placeãt, præſertim ſi ſale eloquentiæ condiantur. Sed quid dixiſſet prædictus doctor, ſi vidiſſet tot libros poſt tempora ſua fuiſſe a centum annis citra in vtroque iure æditos? Et vide Zabar. in c. nobis de iurepatro. ad hæc & Iaſon. in operibus ſuis.

Cum in ciuitate Neapolis quidã ex noſtris Cathalanis reliquiſſet in teſtamento libertatem cuidam ſeruo ſuo nigro poſt quinquennium, & fuiſſem interrogatus an quinquennium inciperet a tempore conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris, dixi, quod de hoc erat caſus not. in l. qui duos. §. fi. ff. de manu. teſt.

Quod filiusfamilias rixoſus poſſit inuitus emancipari a patre, caſus eſt ſecũdum Iac. de Inſula. in l. quidam cum filio. de verb. oblig.

Seruus ſtipulatus alternatiue illis, aut illis dominis ſuis, nihil agit ratione incertitudinis. caſus eſt not. in l. cum ſeruus. §. & ſi non duo. de ſtip. ſer. allegaui ſępe ad materiam incertudinis & l. duo ſunt Titij.

Si ſeruus ſtipuletur 10. quando erit ſui iuris, alienatus nihilominus acquirit dño cuius erat tempore ſtipulationis factæ, in l. fi. de ſtipul. ſer. eſt tex. no. allegaui cõtra monachum, qui ſtipulatus fuerat à quodã conſanguineo centum libras quando tranſlatus fuiſſet ad ordinem Canonicorum regularium, tamen videtur nunc mihi exactius cogitandum, an deberentur primo vel ſecundo monaſterio, tunc credidi per illum tex. deberi primo.

Ad validitatem ſtatuti dantis licentiam deprædandi cum allegaretur Bald. poſt tex no. in c. 1. de milit. vaſal. qui cõ. eſt. dixi intelligendum Bald. iuxta terminos illius text. videlicet, ex iuſta cauſa propter defectum iuſtitiæ: vt in repræſalijs per not. in glo. in l. nullus. C. de Iudæis. & eorum quæ not. Abb. in cap. cum non ab homine. de iudic. & in l. ait prætor. §. ſi debitorem. de his quæ in frau. cred.

Quantum

Quantum tempus dicatur vetustum, vide glo. quod. 40. anni in l. ius. de fund. patri. lib. 11. & in l. fi. de fun. rei priua. de longouo. vide c. cum consuetudinis. de consue.

Non dicitur quis morari posse in loco vbi sine pudore, & verecundia morari, nō potest: neque; ad illum locum posse accedere, qui non potest adire locum absq; verecundia. vide gl. in cap. an ille qui fratrē domini. & vide etiam glos. in l. fin. §. si fænator. quod met. cau. iuncto text. facit materia. l. nepos. de verb. signi. & quæ no. in c. vt iuxta. de offic. ordin.

Cum esset quæstio inter duos scholares Perusij, an affinitas & incestus inter affines esset de iure gentium. allegaui q̄ sic, tex. in l. fi. de cond. sine caus. & l. fi. de rit. nupt. quod facit ad multa, & parificat consanguinitati. vt l. adoptiuus. §. 1. eod. tit. facit pro compositionibus datarij.

Materia de bonis vacantibus nō habet locum in rebus habitis pro derelicto. l. 1. nec in casu aut omnes peregrini. C. commu. de succes. nec in l. conicularij. de appa. præfect. prætor. nec in feudalibus, vt not. Petrus Iacobi doctor Gallicus, in tit. de conditio. ex moribus. Vide ad hoc c. 2. de feudis. nec in rebus inuentis vel thesauro. vide Bertran. de Ocreo. l. 1. de naufrag. & de thesauris quod glo. in rub. de bon. vacan.

Quærebatur Romæ, an emptor rei hipothecatæ teneatur euincenti per hipothecam de deterioratione rei absque culpa sua facta? Dixi quod non, sicut econtra liberatur præstando primam æstimationem: vide l. in his. de præd. & omni. te. nauicul. lib. 11. & l. fin. de censi. & censito. & facit l. Paulus. §. domus. de pigno.

An post didicita testificata, si testes nisi se nescire, vel nō recordari possunt testes alij produci. Pater meus do. Iacobus Paulus, doctor optimi iudicij, & celebris doctrinæ, in prouincia nostra solebat distinguere, aut ille qui volebat produxit testes illos, & tunc aut ipsemet in eadem instantia, vel causa appellationis, vult alios producere, & non potest propter timorē subornationis: quia videns se non probasse, facile subornaret alios ad probandū deducta per se. Aut est aduersarius, qui velit producere, & videtur quod possit admitti ad producendum, cum nō assit timor subornationis, cum si nollet alios producere non esset sibi necessariū, cum id quod per eius aduersarium producentem probandum erat, minime fuisset probatum, & ita intelligebat Bald. in cap. si enim domino. quid sit inuesti. & hæc distinctio dicitur obseruari in multis Curijs.

An lucrum quæsitum per filiumfamil. ex peculio Castrensi censeatur Castrense vel aduentitium, & quod partim cēseatur Castrense, & partim aduentitium faciunt not. in simili, videlicet, de lucratis ex peculio profectitio in l. cum oportet. de bo. liber. per Bart. & Bald. not. in l. qui cōtra. de iurepatro. & l. quæritur & in l. in seruitute. §. si patroni. ff. de bon. liber. In contrarium vero, quod censeatur Castrense, monent vrgentissime text. in l. pater. §. si seruus. & l. hæreditate. §. 1. ff. de Castren. pecul. & l. 1. C. de Castrens pecul. lib. 12 in quibus ponderatur medium seu instrumē tum, cum quo res quæritur, cogita.

Aduerte, q̄ quanuis regulariter in contractibus non habet locum ius quæsitum, tamen videtur valere vbi aliquid esset cōcessum duobus quandiu ipsi vixerint: nam in tali casu, etiam post ius quæsitum habet locum ius accrescēdi inter eos. Vide tex. in c. vnico. de duob. fun. a cap. inuest. Facit ad restringendum materiam. l. si mihi & Titio. de verb. oblig. & accidit de facto, & solebat dictus pater meus etiam allegare illum tex. ad limitationem Bart. in materia. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel.

Cum quereretur in ciuitate Nepesina, an si ornarius, qui delegauit causam vni committāt illam alij, non facta mentione de litispendia vel prima cōmissione, posset opponi de surreptione? Dixi quod Collect. videbantur tenere, quod sic. in c. ex literis. de offi. delegat. & vide not. in Clem. 2. de offi. ordin. & per Bellam. post alios, in c. cum in multis. de rescrip. & decis. 362. & not. per Spec. tit. de remis.

Iudex, referens, vel secundā iussionem expectans, nō incidit in pænam rescripti. Vide Collect. in c. licet de offi. deleg.

In quadam terra patrimonij, cum quidam mandasset cuidam cōsanguineo suo fieri certa malefica & damna in armentis & bonis cuiusdam inimici sui, & ille noluisset exequi, sed mandasset certis amicis suis vt illa suo nomine & mandato facerent, quærebantur an primus mandans teneretur de illo maleficio, & damnis? Et cū quidam aduocatus allegasset super hoc multas rationes, dixi videri mihi casum

in l. ſi ego. ff. quod vi aut clam.

Quidam reus introrſus eccleſiam fuerat abſolutus per præuaricationem, & poſtea mortuus eſt, quærebatur an poſſet de crimine cognoſci? Allegabatur inter alia tex in l. eius qui delatorem. verſic plane. de iur. fiſc. vbi videtur tex. quod licet ficta confeſſio reſultans ex corruptione delati non noceat hæredi, vt ex hoc cõuinci poſſit, tamen operatur quod cito de præuaricatione cognoſcetur de crimine, de quo per præuaricationem fuerat reus abſolutus. Sed reſpondebatur, quod in caſu dictę legis, etiam non ſtante confeſſione, potuiſſet agi contra hæredem, quia agebatur de confiſcatione bonorum propter crimen aut indignitatem poſſeſſoris, quæ etiam ab hæredibus extorquetur. l Lucius eod. tit. Videtur ergo, quod vbi ciuiliter ageretur de crimine, ficta confeſſio bene poſſet operari quantum litis conteſtatio, quæ ſufficeret. vt l. ex iudiciorum. §. fin. de accuſat. vbi vero criminaliter ageretur, vi deretur dicendum quod non, cum ficta confeſſio non debeat plus operari, quam vera: ſed vera non ſufficeret niſi lata ſententia. vide in titu. ne ex delict defunct. & ſi replicares, imo debet haberi ſententia condemnatoria prolata, ex quo malo facto delati lata non fuit, dico non obſtare; arg. l. 1. ff. de requi. reis. quid fuerit poſtea concluſum, ignoro.

Pæna ſtupri in virgine, an habeat locũ in prima defloratione tantum, vide not. in l. ſtuprum. de rit. nup. & in c. 2. de adul. & 36. q. 1. § ſtuprum. & optimam gl. in c. nemo. 23. q. 3. In concubina autem alterius, non videtur habere locum, per not. per Bar. in l. ſi vxor. ff. de adult. cum poſſit haberi res cum ea ſicut cũ meretrice, vt ibi per eum, & ſic eſt penitus impunibilis coitus cum concubina alterius ſecundum eum. Tamen cogita circa dictũ Bar. & parificationem cum meretrice, per no. in iurib. ſupra alleg. & not. per docto. in l. neque natales. C. de probat l. data opera qui accuſ. non poſ. nam ſi concubina alicuius non eſt meretrix, videtur habens rẽ cum ea puniendus, vt punietur habens rem cum ſoluta non meretrice. Nec obſtat l vxor. quia non negatur ibi quin alia pæna, quam adulterij, veniat coiens puniendus. & vide ibi gl.

Referebat dom. meus Fran. de Are vir acutiſſ. variæ lectionis. quod olim apud Romanos eadem erat pæna inceſtus, & eius qui habebat rẽ cum virgine Veſtali id eſt, Templo deæ Veſtæ, & ſacris ignib' dedicata. & alleg. Liuium, Tu vide etiam Suetonium ad hoc. Et hanc vitam videnẽ hodie imitari moniales, & qua pœna puniatur hodie habens rem cum eis, vide tex. in auth. quomodo opor. epiſcopus eligi. §. oportet. & §. qui vero eas. & l. ſi quis non dicam rapere. & gloſ. in c. virginibus. 27. q. 1. & c. ſi quis eſt. cum aliis. & vidi, concludi Bononiæ a multis magiſtris in Theologia, & doctoribus, quod eſt grauius, & magis peccatum habere rem cum moniali, quam cum Iudæa. vel Saracena quamuis popularis opinio ſit in cõtrariũ. Allegabatur, quia cum moniali committitur ſtuprum, & adulterium, item ſacrilegium, & inceſtus, & violatio clauſuræ, & perſuaſio fractionis voti, & corruptio anicillæ Dei. Quæ autem eſſet pœna violantis virginem Veſtalem, vide in Liuio & Plutarcho, in problematibus. De pæna autem habentis rem cum Iudæa, aut Saracena, non memini me legiſſe aliquid ſpeciale in iure. In patria noſtra infidelis habens rem cum Chriſtiana punitur ad mortem, & etiam ipſa; Sed Criſtianus cum infideli muliere non, cum tamen uideretur eſſe contrarium propter periculum partus, qui ad tempus ſequitur matrem infidelem. Sed lex noſtræ patriæ conſiderauit incontinentiam, & famiam maiorem in muliere ſubijciente ſe ſeruo, uel quaſi ſeruo infideli, quam econtra. ar. l. vnicæ. de mul. quæ pro ſer. ſe con. C. & l. ſi. commu. de manu. & c. & ſi Iudæos. de Iudæis. ideo grauius punit mulierem fidelem, & ſeruum infidelem, quam virum. Et vide Oldrad. conſ. 333. & Deuterono. vbi non punitur ad mortem coitus cum alijs, quã filiabus Iſrael & ad idem Leuit. 11. c. de coeunte cum ancilla gentili.

Ad inteligentiam tit. de c. & poſtlim. reuerſ. nota. quod poſtlimium non habet locum in his qui ſe dedunt hoſtibus, id eſt, pactione ſibi vitam paciſcuntur, & ſeruire, vel cum hoſtibus fideliter morari abſque fuga promittunt. vt l. poſtlimia carent. ff. de captiui. & l. eos. §. fi. eod. tit. ſed tantum gaudent poſtliminio illi, qui abſque deditione, vt compulſiua ab hoſtibus capiuntur; quamuis glo. & aliqui doctor. non ita intelligant. d. §. 1. gloſſ. tamen in d. l. apoſtliminio. ſatis aperit hunc intellectum. Et ratio; quia fides etiam metu, vel vi cauſatiua promiſſa ſeruanda eſt

hoſti

hosti per præsidem, siue ducem de dato statu belli, & per militiem de eo quo ipse de se promittere potest, puta, de non fugiendo. vel huiusmodi, vt in l. 5. §. fi. de capti. & l. 1. ff. de legat. 22. q. 1. cap. noli. & not. in l. conuentionum. ff. de pact. Si ergo post promissionem factam captiuus fugit, non gaudet postliminio, vt dixi. Nec ob. l. nihil, eo. tit. de c. ibi, vi uel fallacia. & c. quia non loquitur ille tex. de captiuo dedito, sed de alio captiuo, qui non promittit fidem, vel pretium redemptionis. nec etiam obst. l. 1. ff. de dolo. quia non dicitur ibi esse bonum dolum, quando est promissa fides, & facta deditio: & quia quod semel placuit. &c. Et placuerunt hæ considerationes do. meo. Dom. Franc. de Are. cum essem Senis. Faciunt hæc ad quæstionem quæ tangitur per Bal. post tex. & glo. in l. nam & Seruius. ff. de negot. gest. & in l. in adoptionem. C. de adoptio. & vide gl. in c. ius gentium. d. distin. & Fulgos. in l. ex hoc inire. de instit. & iur. & Saly. in l. ab hostibus. de c. & Beatũ Tho. & l. cum tres. de neg. gest. & in Clem. Pastoralis per gl.

An Imperator, vel aliquis Rex Christianorum possit iure pacem, aut longas inducias cum Saracenis, vel Turcis sine voluntate aut consensu summi Pontificis? Et videtur quod non, cum Saraceni, & Turci sint hostes fidei, & Christianorum, propter nomen & religionem Christi, & consequenter vicarij Christi, qui est papa præest Imperatori, & cæteris Principibus Christianorum, tum ratione fori pœnitentialis, tum etiam quia in pluribus casibus habet iurisdictionem in laicos etiam principes. c. nouit. de iudic. per venerabilem. qui fil. sint legiti. &c. Imo videtur crimino sum inire pacem cum hostibus illius cui quis subest, præsertim contra hostes religionis, & fidei iuxta l. 1. cum seq. ff. ad l. Iul. maiesta. Committunt. n. laici crimẽ læsæ maiestatis contra Papam. c. felicis. de pœnis. lib. 6. Tenentur etiam principes seculares auxilium præstare ad arcendũ hostes ecclesiæ. vt per Ioan. Andr. in c. fi. de dilat. & glo. 23. q. 5. administratoris & nulli sunt duriores, quam hostes fidei. Si enim principes absque consensu papæ ineant parcem. aut fœdera cum Turcis aut Saracenis, facilius alij Christianorũ expugnabuntur ab ipsis infidelibus. Et q̃ non possis Imperator, videt text. in Clemen. vnica. de iureiurand. §. porro. & eadẽ ratio videt esse in aliis Principibus: quia licet Reges non præstent iuramentũ fidelitatis papæ, vt facit Imperator, vt in d. Clem. tamen vt dictũ est, subsunt papæ ratione fori pœnitentialis. Itẽ successerunt Imperatori in eorũ regnis. & sic videntur succesisse cum eisdem honoribus, cum quibus illæ terræ vbi sunt instituta regna, tenebãtur ab Imperatore. Vnde aliqui doctor Gallicani tenuerunt, quod papa potest cõpellere Reges ad præstandum ei iuramentum, vt facit Imperator, per not. in §. fuerat. Instit. de action. & l. 2. de adopt. C. l. sæpe. §. Gaio. de fund. instruct. 93. dist. legimus. cum sim. & faciunt not. per Bal. in c. 1. quæ sint regalia. in fi. & in c. 1. §. fi. Valal lus. de pace iur. fir. & in multis alijs casib. recognoscunt papam reges vt per Innoc. in c. cum te. de re iudic. Item hoc saltem videtur, quod Reges Christianorum præstant obedientiam papæ, faciunt ad hoc not. per Oldr. consi. 71. & 2. & c. dispar. 23 q. 8. & cap. alius. 15. quæstio. 6. cum glo. & c. iuratos. ea q & nota. per Bal. & alios doctc. in l. conuentionum. ff. de pact. vbi concluditur, quod nisi sit caput & dominus totius belli, non possit facere pacem, & nullus Regum Christianorum censetur esse caput, vel princeps, aut dominus belli aduersus hostes fidei per supra allega. Sed principaliter cõtingit papam, qui est princeps fidei, & oppugnator inimicorum eius, & ad eum spectat infidelibus indicere bella, & conficere pacẽ. Vt legit de beato Gregorio, qui ét inuito Imperatore fecit pacem cum Longobardis, propter periculum quod videbat imminere Vrbi, & Italiæ ob malitiã & segnitie Imperatoris degentis Constantinopol. Vide ad hoc c. si vt morte Longobardorum. 23. q. 8. & faciunt ad prædicta 23. q. per totum, & præcipue cap. pro membris & non inferenda. c. qui potest. vbi bonus text. ad hanc materiam. c. ostendit. c. si quis a catholica. & c. quando vult. & ca. sicut. vbi etiam bonus textus cum c. seq. & c. cõuenient. versu fi. & ca. infames. 6. q. 1. not. in ca. consuluit. de appel. el tertio. Et cum fuisset de facto hoc dubium, & tractaretur pax per Mahometum Hocor Oratorem Regis Tunizij nomine eiusdem Regis clariss. & Ioãnem Regem Aragonum, fuimus aliqui doctor. consulti a Rege præfato Barchione. Et declinauimus in partem, q̃ non posset facere pacem inconsulto papa. Postea occurrerunt mihi duo text. ad hoc, videlicet cap. significauit. & cap. q̃ olim. de Iudæ. &

nota.in extrauagant.vnam sanctam, & ꝙ not.Oldr. consil. 87. vbi ostendit Papam in huiusmodi personis infidelibus, & circa illas esse superiorem,& posse præcipere regibus,& faciunt etiam nota.per eum consilio 70.& 128.

Quod nouus emphiteota nō teneatur ad census præteritos,tenet Bertrand. in l. fin.C.de fide instru.Sed aduerte, quia fundamenta eius sunt duo. Primo quod actio personalis non sequitur fundum.respondebitur,quod etiam competit hipothecaria, vt alleg.text.Bald.in authen.si quas.C.de sacrosanct.eccles.& Bart.hoc tenet in l.1. ff.in quib.caus.pig.tac.cōtr.in addit. & al leg.tex.in l.ēt.C.qui potior.in pig. Aliud fundamentum est,fatendo quod hipotheca competeret,tamen ex quo dominus directus cōsensum præstitit alienationi,iuxta l.fi.C.de iure emphi. tacite videtur remittere hipothecam l.itē liberatur.cum alijs. Hæc ille.Sed posses replicare,quod necessario habebat dominus directus consentire,quia lex stringit eum: alias eo inuito fieret & talis consensus necessarius non debet ei præiudicare.arg.l. cum quidam.de ad mi. tut. sed replicaretur, quod non præcise compelli poterat, & habebat etiam remedium saluandi sibi ius hipothecæ,iuxta l.si debitor.§. primo, quibus mod.pign.vel hipo.solu.& sic videtur imputandum sibi. Vnde examinata hoc modo hac quæstione concluditur, Bertrand. bene dicere, nisi vbi nouus emphyteota absque consensu domini directi obtinuisset possessionem rei emphyteoticæ, cum remaneat hipotheca in re propter censum Petrus de Anchar.cons.379. videtur velle,quod etiam si tēpore contractus considerato,venditio fuerit iusto pretio celebrata,tamen si postea nihil, aut minus dimidia præcipitur de re empta, habeat locum remedium.l.2.C.de rescind.vendi.ꝙ profecto videretur esse falsum,ꝙ not.Bartol. in l.cotem. de public. allegantem l. si voluntate.in fi.C.eod.tit.& l.3.§.diui fratris. de iure fisci. & ita dixi.pro hospite Anticulano in Campania Hernicorum.

Cathalani fecerunt pacē cū Genuensibus,vt commune, singuli teneantur seruare sub certa pœna.Vnus priuatus contrauenit,an commune incidat in pœnam? vide Rapha Cu.in similibus terminis, quod non, sed ipsi priuati tantū incidant in l. Cæsar,de pub.& vide not.in c. in nostra. de iniur.nam illa conuentio, seu pax habet vim legis,vt est glo.in d.l.Cæsar.& vide not.ꝙ Bart.in l.4.§.actor.de re iudic.

Cū quæsitum fuisset a me Romæ,an vēditor post venditionem, & ante traditionem posset impignorare rem venditam, & an teneret impignoratio, seu hipotheca:dixi quod sic, & idem in promittente rem ante traditionem. Vide l. ad eum quem.§.Lucinus. ff.de donat. Imo absque speciali obligatione huiusmodi res promisse,vel venditæ,veniunt in generali hipotheca:vt l.1.iuncta gl.C. de iure fisci.

Ad declarationem tit.de manumiss.vin dict.hæc scrutatus sum, quæ maxime placuerunt dom. meo domi. Bald. Nouello fundamentale doctori. & solido. Manumissus vindicta dicitur ille, qui manumittitur inter viuos, & causa cognita:vt probatur per totum tit. ff. de manumiss. vindict.& C.eo. præsertim in l.iuxta causam & l.illud. ff.& C.l.1.& l.2.C.si aduer.lib. & est glos.instit.de liber. §. multis. super versi. vindicta. Et consequitur seruus taliter manumissus plenam libertatem, & efficitur ciuis Rom.vt Insti. de lider.§.liberti.& C.de manu.vindi.l.nihil.& C. de lati.liber.tol.§.illo,& l.2. C. com. de manu.& hoc voluit gl.sub dubio in l. qui Romæ.§.Flauius.de verb.oblig. & habuit ortum hæc liberatio, & manumissio vindicta a Vinditio quodā seruo dom⁹ nobilis Romæ Vitellorum,qui primus eo modo, id est, cognita cā,manumissus fuit:nā coniurationem quandā Romæ patefecit:vt innuitur in l.2.§.cum placuisset. & ibi glos. ff.de origin.iur.& declarat hoc Titus Liuius in prima Decade lib.II.sic dicēs,Prosequendo historiam, & coniurationē prēmium indici pecunia ex ærario, libertas, & ciuitas data. Ille primum dē vindicta liberatus, Vinditio ipsi nomen fuisse post illum seruatum,vt qui ita libertati essent, in ciuitatē accepti viderētur. Hæc Liuius. Quidam aūt ferunt Boetium dicere, manumissum vindicta dici a virga Prætoris, eum qua percutiebatur manumissus,& dicebat ei Prætor tribus vicibus percutiendo,Aio te liberum.& hoc refert glo.in d. §.multis.Ad quod facit illud Perusij.Vindicta postquā meus a prætore recessi. Et illud Horatij.Postquam vindicta ter quaterq; imposita.Imperator aūt absq; causæ cognitione potest plenam libertatem conferre:vt l. apud. ff. de manumiss.& posset forte dici,quod illa virga prętoris accepit nomē ab illo seruo Vinditio,& virga Cē

turionis

turionis dicebatur Athis. Qui autem manumittebantur vindicta non consequebãtur plenam libertatem, nisi a principe id fieret, vt dixi, & vide Cornel. Tacitum.

Quærebatur in ciuitate nostra, an pater qui exhæredauerat filium, videretur etiam reuocasse donationes. Et allegabatur gl. in l. fi. ff. pro donato. quod sic. Sed contra d. glo. solebat allegare pater meus tex. l. 1. de affi. liber. §. assignare. vers. sed si potest assignatio.

Qualiter maritus teneatur de bonis dotalibus ad debita vxoris, distingue: Aut n. maritus cõuenitur ad dotem, vel ad res dotales ex delicto vxoris, aut ex cõtractu. Si ex delicto, tunc nunquam est priuatus dote, nisi in quinque casibus. l. quinque. ff. de bon. damn. Si ex contractu, aut mulier contraxit ante matrimonium, & tunc obligauerat res quas postea dedit in dotem, & tali casu capiuntur res dotales, & in eis fit executio, vt l. Mæuia. § j. solu matrim, & l. qui res. in princip. de solut. ff. & idem si conuenitur rei vendicatione, vt l. 1. C. de iure do. cum multis alijs. qnia non potuit mulier res alienas dare in dotem: Aut mulier contraxerat nõ obligando aliqua de suis bonis, & tunc aut dedit bona in dotem in fraudem creditorum, & distingue, vt in text. l. fi. §. si quis a socero. ff. de his, qui in fraud credit. vbi tex. concludit, quod si quis non fuerit particeps fraudis, non tenetur, nec in talibus rebus est fiẽda executio, cum vir dicatur habere causam onerosam in dote. Aut mulier contraxit post dotem datam, nec tunc multo minus tenetur vir, neque ad bona talia potest haberi recursus, ne sit in potesta te vxoris auferre dotem viro. argu. d. §. si a socero. & vide Ioan. Andr. in addit. Specul. titu. de senten. execut. §. sequitur videre. vers. quid si filius. Et nota hanc materiam ita discussam, & distinctam in practica.

An cessio bonorum, facta cũ vno ex creditoribus, noceat aliis? tex. videtur quod sic, in l. is qui bonis. §. Sabinus. de cessio. bon. etiamsi alij non fuerint vocati, nec oportet quod iterum cedat, si alij creditores postea egerint. Credo tamen quod creditores possent cessionem impugnare ar. in authen. de hære. & fal. §. pen. & l. fi. §. licentius de cessio bon. faciunt not. per Canon. in c. fi. de offic. iudi. & ita vidi practicari, nisi omnes fuerint vocati, & si post cessionem contrahat cum alijs, illi præferuntur creditoribus ante cessionem in bonis de nouo quæsitis, vt voluit Cyn. in l. 3. C. de bon. auto. iudi possi. per tex. in l. 3. quod cum eo. vide Bella. cõclu. 197.

Aduerte, quod creditor etiam ex causa lucratiua præfertur legatarijs, iuxta §. & si præfatam. l. fi. de iur. deliber. tex & iũcta glo. 2. in l. hæreditarium ff. de bon. auto. iudic. possi. & l. 1. eo tit. Allegabatur Romæ à quodam aduocato contra hæredem beneficiati, & legatarios qui conueniebantur a donatario, cui veniens beneficiatus certa bona ex causa donationis hypothecauerat, quæ tamen moriens legauerat.

Concurrebat Romæ, creditor qui exposuerat pro funere defuncti, & alius qui exposuerat pro alio funere, ad quod defunctus tenebatur, quæsitum fuit quis esset præferẽdus? tex. in l. quæsitũ. de priuat. delict. videtur sentire quod pariter concurrant.

Fuerat mihi legata res & Titio coniunctim, & accesserat tanquam fideiussor quidam tertius in parte mihi soluenda: Titius vel repudiauit legatum, vel conditio defecit, & totum legatũ debetur mihi iure accrescendi, an etiam passim agere contra fideiussorem pro toto legato, & obligatio fideiussoria censeatur extensa non tantum ad accessoria, sed etiam in æque principalibus, cum fuisset de facto? Pisis fuit determinatum, quod competeret actio cõtra fideiussorẽ pro tota re, per text. in l. fina. quorum leg. & vide text. in l. pen. vt leg. no. cap. & vide gloss. in l. stipulatio ista de no. oper. nunc. multis hominibus boni iudicij, sed non iuristis visum est iniquum iudicium, seu iniqua determinatio.

Relictum fuit legatum pro liberatione carceratorum quolibet anno, an possit distribui in impediẽdo, ne intret quis carcerem? Videtur quod non, quia non dicit liberatus, vt in l. decem. de verb. oblig. & l. 1. vers. eum qui. de vi & arm. sed contrarium videtur probari in l. pen. de aqua plu. arc. & l. quominus. de solut. nã paria sunt impedire consequens, vel impedire actũ per quem peruenitur ad consequens. Faciunt etiam not. veteres de itin. actuque priuat. & adde §. cum qui posset responderi, quod de natura illius interdicti est restitutio possessionis, quæ præsumit priuationem, credo hoc tamen in dubio præferendos carceratos, qui essent in loco relicti

co relicti carcerandi .

Quod donatio Cõstantini etiam de facto non fuerit, lege Laurentium Vallã,& Papam Pium in Dialogo. nec de tali donatione quicquã legi apud probatum Historicum,præsertim eos qui scripsetunt illa ætate,vel illi proxima.Nã nec Eusebi' qui fuit diligentissimus narrator rerum Christianorum,non meminit, quod tamẽ nullo modo videbatur obmittendum,nec Hieronymus, Augustinus, Ambrosius,Basilius,Io. Chrysostomus, nec Ammianus, nec historia tripartita,nec ipsemet Damasius papa in sua Chronica, nec Beda, nec Orosius meminerũt,& cõstat per plures, quam 300.annos post Constantinum Imperatores tenuisse gubernacula vrbis , & Italiæ per Duces,præsides,& exarchos Vrbis Roman. vsque ad tẽpora Innocen. II. vt patet aperte in Chronicis,& historijs. & de Iustiniano patet l.1.& 2.offic. præfect prætorio.& in procem. Institu. & in epist inter claras.ibi,nostrum firmat Imperium.& in l.fi.C de vet.iur.enucl. & in l.bene a Zenone.& in auth.vt etiam Romana ecclesia.ibi ad ecclesias nostras , & vsque ad Oceani recessus. & in auth. vt proprio nomine imperato.Et in vita Phocæ Imperatoris legitur impetrasse pantheon Bonifacium papam ab eo.vnde ergo habuerit terras ecclesia,vide gesta Caroli Magni,& Pipini,& pium in dicto Dialogo,& collecta nouissime per dom. Bartholomæum de Platina Bibliothecarium, qui omnia instrumenta pertinentia ad statum Ecclesiæ in temporalibus, præsertim circa acquisitionem terrarum, & aliorum iurium,& censuum , collegit in valde magno volumine, ad cuius collectionem etiam operam nostram præbuimus in reuidendo.Et de dicta donatione,& curatione lepræ Constantini , lege quæ late scribit Renus episcopus Paduanus in historia sua de vitis Pontificum . Et nota , ꝙ translatio Imperij a Romanis in Germanos,quæ prius fuerat facta per ecclesiam a Græcis in Romanos seu Gallo tẽpore Caroli magni,fuit facta Anno Domini 1484.tempore Gregorij V.qui fuit cõsanguineus Ottonis Imper. Germanicæ nationis.Res ergo fuit ordinata per Theutonicos,nec mirum ergo, vt quidã dicũt, si ordinauerint, ꝙ electio fieret per eos , & fuerint contempti Italici, & Galli , & Hispani clarissimæ nationes Christianorum,quia quidẽ Hispani,& Galli nunquã consenserunt hic translationi,nec multominus potestati eligendi Theutonicis concessæ per Pontificem Theutonici generis, vel secundum alios per Gregor. V. Licet in prædicta potestate ad colorem dicatur Archiepiscopum Colonienſ.esse cancellarium pro Italia.& Treuerens.pro Gallia, tanquam,si Itali & Galli non habeant prælatos suæ nationis aptissimos ad electionem,& oporteat suppleri per Theutonicos,quos est verisimile nõ eligere alios, quam suæ nationis,& ideo noluerint habere Italos, & Gallos,nisi nomine tantũ, cum tamen Itali,& Galli,& Hispani sunt antiquiores in fide Christiana , & gentes habiliores ad gubernationẽ , & mouenda arma per mare , & per terram contra hostes fidei Et forte foret longe commodius & vtilius pro Christiano.Imperio,& religione,vt ex omnibus Principib' Christianis eligeretur vnus ad Imperiũ aptior non a Theutonicis tantum,cui alii parerent,qui forent adeo potens, vt facile esset ei expugnare Barbaras,& infideles gẽtes.Nam postquam Christianæ terræ fuerunt diuisæ in plura regna,non recognoscientia superiorem,inualerunt infideles contra nos: nam segnius expediunt commissa negotia plures,& quod comune est facile negligitur.l.1. C.quando & a qui. quot.par.lib.10.&c.arg.c.in apibus.7.q.1. & eorum quæ disputat Aristo.in Politicis & no per doct.Canon.& Legistas.ac Tholo.in multis locis.Item expediret hoc maxime clarissimæ Italiæ,quæ continue vexatur tyrannis & factionibus,& cuius incolę solent optare & fouere mutationes & rebelliones in statu,& dominatibus:vnde frequentes cædes, confinationes , proscriptiones , & exilia quotidie videmus apud eos propter has mutationes & diuersas gubernationes,& dominia nullo capiti suppositа.Vnde quantum sit Italia exposita periculo,& cladi infidelium hostium , ex defectu vnius magni principis temporalis,cui totam Italiam parere oporteret, satis aperte cognoscitur:& vtinam in futurum,Deo per clementiam auertente, non videatur,cũ sit Italia regio,& situ & vbertate maiori ex parte consummate felix,& Imperij ingeniorum & moderationis vitæ ac cultu patens, vt indignissima profecto, vt a Barbaris incolatur,quos si irruerint, aut mansuefacit,aut diu non patitur . Solẽt vulgares Italici frequenti acclamatione extollere nomen libertatis,cum tñ , si

recte

recte inspixeris, nulla gens Christianorũ magis hodie seruiat primoribus communitatum, seu mauis tyrannis, seu nomine libertatis quæ vera est sub principe, & dignior.

Vnde Claudia.

*Fallitur egregio quisquis sub principe credit*
*Seruitium, nusquã liber tas gratior vlla est,*
*Quam sub rege pio.*

Vide ad hoc no. per Oldr. consi. 69. & p glos. Chronicæ Damasci, in vita Pauli j.

An officialis creatus a Rege aliquo extra regnum creãtis, possit exercere ea quę sunt voluntariæ iurisdictionis? Videtur ꝙ sic, per not. in l. 1. de offic. proconſ. Sed vꝰ contra, quia creans non posset ergo nec creatus. & illa l. loquitur de tẽpore, quo omnes officiales erant sub vno Principe, ad quod faciunt not. per gl. in rub. de stud. liber. vrb. Rom. Sed Bar. in l. 1. si vt proponis in repet; C. de digni vꝰ sentire, quod possit voluntariã exercere, cum possit milites creare. Certũ est autẽ, quod si reges in quorũ territorijs exercebatur iurisdictio, erunt fœderati exercentis, aut nõ hostes, quod possit exerceri per eos, vel eorũ officiales voluntaria iurisdictio. per l. non dubito. de cap. postlimij ius. §. postliminio eod. tit. & vide ad hoc Bellam.

An, qũ agitur ciuiliter de crimine, conuentus qui non potest cauere, admittatur cum cautione iuratoria. Videtur ꝙ sic, cũ titulus qui satisd. cogã. generaliter loquatur de causis ciuilibus, quæ causa dicitur ciuilis etiamsi ex crimine descendat; vt in l. defuncto ff. de pub. iudic. & l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudic. In contrarium vꝰ facere diuersitas rationis, quia in causa ciuili non est mirũ si stetur iuratoriæ cautioni, quia nõ potest succedere pœna corporis loco solutionis, cum cedendo bonis liberetur reus; iuxta l. 1. C. qui bon. ced. poss. quod secus est. vbi agitur ciuiliter de crimine; quia tali casu qui non habet in ære & c. nec admittitur cessio bonorum, vt not. doct. in d. l. j. quicunque. de seru. fugit. & ideo talis iuratoria cautio esset elusoria pœnæ corporalis; vnde videtur eadẽ ratio quæ in criminali, ergo idem ius. Faciunt ad hoc no. per Bald. in l. 1. de cust. reo. & hanc partem tenuit Callitius doctor Cathatan⁹ in simili materia de treug. & pa. 17. dubio Vnde posset inferri, quod in camere ciuili, si sit talis in qua nõ admittatur cessio bonorum, quod in tali casu sit locus iuratoriæ cautioni, attento, ꝙ in causa condemnationis veniret detinẽdus in carceribus, quos non posset euadere cum non valeret cedere bonis.

Vendita fuerat, & tradita res emphiteoticaria cum cõsensu domini ne caderet in commissum; fuit postea de consensu vẽditoris & emptoris resoluta venditio, absq; tamen reuenditione, fuit quæsitum de facto, an requireretur consensus domini de recti in hac resolutione, & consequenter an haberet solui laudimiũ, quod solet solui in patria nostra tantum pro libra domino directo. Et videtur quod non sit necessarius consensus domini: quia hic non est vẽditio, sed resolutio prioris vẽditionis q̃ nõ est necesse dissoluere p̃ nouã reuẽditionẽ, vt dicit glos. in l. 1. quando lice. ab emept. dis. quam sequitur Cyn. Bart. An gel. & omnes, propter quod tenet Bar. in l. ab emptione. de pactis. quod nec noua gabella solui debet ratione solutionis talis venditionis, ex quo non causatur cõtractus reuenditionis. Sed in contrariũ, quod requiratur domini directi cõsensus, & sit locus solutioni laudimij, videtur. facere quia licet talis resolutio non sit vẽditio, tamen si rutraditio, & dominij trãslatio, & per consequens censetur aliena tio, & sic videtur habere locum l. fi. C. de iure Emphitheo. & consequẽter laudimij solutio, ad quod facit l. quicunque. C. de seruis fugit. Nec obstat, quod Bar. dicit de gabella, quia gabella soluebatur ratione contractus: & ideo cum prædicta resolutio non sit proprie contractus, se potius distractus, non fuit locus gabellæ, sed in casu nostro nõ soluit laudimiũ ratione cõtractus, sed quia in alium trasfertur dominium rei empitheoticariæ, iuxta dispositionem d. l. fi. quæ de dominij translatione loquitur. Sed cum pertalẽ resolutionẽ auferatur dominium per traditionẽ, videt requiri domini directi consensus, & p consequens dẽt solui laudimium pro laudation. & approbation. retradition. Sed instabitur, hic non est translatio dominij, quia non est reuenditio, nec alius titulus, sed mera resolutio, & nuda ex qua non transfertur dominum, cum non assit; titulus, vt in l. nunquã. ff. de acq rer. dom. & not. in l. traditionibus Respondere poteris, ꝙ hic nõ est nuda traditio, cum habeat cãm. videlicet, resolutionem & distractionem. ex consensu, quę sufficit; vt d. l. nunquam

Telius de Galletla origine natus,& educatus a teneris annis in Græcia, & habēs ibi domicilium,& vxorem virginem Grecā, volebat promoueri ad sacros ordines, & opponebatur ei q̄ nō posset, cum esset natione Latinus,quia ex patre Latino,& Occidentalis. Allegabantur ad hoc not. per Bar.in l.1.§.remouet.ff. postu.& l. pro uinciales,& l.is qui natus.de verb. signifi. & l.vrbana.eo tit.& not.in c.Nicena.& c. aliter.30.dist.& per doct.in c. olim.de cleric.coniug.ibi pater eius &c.Ex quibus vī colligi quod nō poterat:& intellexi emanasse quādam declarationem Eugenij 4. super huiusmodi dubijs, videlicet etiam super illo,quando pater est Græcus,& mater Latina,& econtra, quam nondum vidi.& vide ad materiam.c.illa.13.distin.& Archid.32.dist.quoniam.& not. per Inn. de temp.ordi.cum seruus.

Procurator cum cautione de rato pōt solam directam actionem iudicati intentare.l.non solum.§. interdum. de procu. ff.& sic illa directa habet effectum mandati debiti,alias nisi caueat de rato, non potest agere iudicati.

An absens causa mercaturæ, dicatur absens ex causa probabili, vide not. in l. inter minores.per Bar.de restit. in integ. & Pet.Ia.qui tenet quod non in tit.de restit.in integ.secus in absente causa peregrinationis,ex voto tamen, & non alias. & vide Rofred.in libellis, & glos. in l.2. §.legatis.in vers. venerat. ff. de iud. quæ videtur tenere absentiam causa religionis esse probabilem,non distinguendo de voto ad aliam simplicem deuotionem.

Quidam vendiderat vsumfructum certorum castrorum in territorio Montispesulani Titio ad certum tēpus,decessit Titius ante tempus,an finietur vsusfructus per mortem Titij ante tempus? Ista quæstio mouetur in lib.Apocrypho, qui appellatur additionis Barto.in l.necessario. §.si.de peri.& commo. rei vend. vbi allegabatur Iacob.Butr.tenere quod non, nisi elapso tempore, etiamsi vsusfructuarius decesserit medio tempore. In contrarium vero videtur text. in l.ambiguitatem. C. de vsufru. & ibi vide an Bald.hoc notet, & cogita, quia valde fuit agitata hæc q̄stio me tunc adolescentulo, & existente causa studij in Montepesulano,& vide no. ff.de noua,l.si vsusfructus.

Quidam mercator noster nauigans in Siciliam,deposuerat quendam seruū Barchinonæ apud quempiam affinem suum, cui ille seruus surripuit notabilem quantitatem pecuniarum,cum prima facie diceretur dominum serui non teneri, nisi ad dādum seruum pro noxa,postea fuit declaratum dominum prædictum teneri insolidum, per l.si seruus cōmunis. §. quod vero.ff.de furt.& visum est omnibus esse casum notab.

Duo contraxerunt societatem omniū bonorum,an tempore diuisionis quilibet eorum percipiet dimidium bonorum omnium, an vero fiet diuisio, quod quisque capiat partem bonorū quam habebat tempore contractæ societatis? videlicet,si vn⁹ habebat tunc mille in bonis,& alius centum, tempore diuisionis detrahat prius vnusquisque eorum capitale quod posuit. Glos.& doct.incidenter in l.1.C. pro socio dicunt, quod in diuisione societatis, capitale vnius sociorum non remaneret ei saluum, imo communiter diuiditur. & mouentur per text. l.1.§ fi. ff. pro socio & sic glos.aperte sentit,quod illa communicatio,quæ fit in societate omnium bonorum,intelligitur taliter fieri, quod etiam tempore diuisionis quilibet habeat dimidiam. docto. autem ibi omnes, videlicet Cyn.Bald.Salic.tenent contra.gl. in casu ipsius gl.sentiunt tamen in societate omnium bonorum idem quod glos. quia respondentes ad l.1.ff.pro socio. dicunt illum text.loqui in societate omnium bonorū.Quare satis aperte ostendunt doct. quod dissoluta societate omnium bonorum,quilibet capit dimidiam partem, nō habito respectu ad quotam tempore contractæ societatis:vnde ex his aperitur optima via ad ea quæ dicentur, & fuerunt practicata.Liquidum est de iure,quod societas omnium bonorum potest contrahi inter virum & vxorem,iuxta l. alimenta. §.fin.ff de ali.leg.ergo quilibet eorum tēpore diuisionis habebit dimidium bonorum,licet non æqualiter habuerint tempore contractæ societatis. Tamen contra hoc videtur facere text.in l. cum hic status.§.si inter.de do.int.vir.& vxo.vbi tex. dicit,quod causa donationis non potest inter eos societas contrahi, sed tantum hoc casu causatur tacita donatio inter eos. Potes dicere,quod tex.loquitur,quando volebat alter donare,sed in frandem diceba tur societas, in casu autem nostro fiebat vera & aperta societas, & licet in consequentia iuerit tacita donatio,lex non improbat.

probat: propterea mutua donatio non reprobatur a iure int. vir. & vx. vt dicũt doct. in l. si pater. C. de inoff. test. vnde videtur hic mutua. Cogita, quia esset magna cautela ad donationes inter virum & vxor. & fuit practicata de facto Romę vt dixi.

Quod per sententiã relegationis non efficiatur quis inhabilis ad beneficia, faciunt not. per gl. in §. relegati. Instit. quib. mo. ius pat. pot. sol. & quod not. per Pet. de Anch. in cle. si Romanus. de præb. & not. in c. cum non ab homine, & in c. at si clerici. de iud. sed cogita de infamia in dignitatibus, & vide not. in decis. Rot. tit. de re iud. 3. vol. anti.

Quod habilitatus ad alia quæcunq; & qualiacunque beneficia, expressis quibusdam secularibus nõ censeatur habilitatus ad regularia, faciunt not. de dictione, alia, per Oldr. cons. 190. Domi. in c. cũ illis. de præb. cum relatiuũ similitudinis nõ dissimilitudinis. l. fi. §. cui dulcia. de vino tri. & oleo. leg. ad hoc l. non solum. §. quæritur. de procur. & c. sedes. de rescri. nam relatiuum alius refert similitudinẽ cum expressis: vt in clem. 1. de rescri. quæ non est, quia sunt dissimilia in perpetuitate & aliis: & quia habilitatio est stricte interpretanda &c.

Quod regulæ etiam reuocatoriæ expectatiuarum, absque tamen decreto irritante, non ligent manus executorum expectatiuarum, videtur probari in c. fin. princip. de concess. præb. lib. 6. ibi nullius fore decernimus firmitatis. iuncto ca. fi. & in c. quodam. eodem titu. tamen cogita.

Quid si presbyter clericus simplex, vel cum vnica & virgine coniugatus, delinquat tali crimine, quod bona eorum patrimonialia debent confiscari cui applicabũtur, an fisco ecclesiæ, vel potestatis temporalis. Bal. aliquid tangit in l. si quis presbyter. Cod. de episc. & cler. Guliel. de Cu. in l. 1. C. de hæred. decur. & ibi distinguit inter immobilia, vt illa applicentur domino temporali, & mobilia fisco ecclesiæ. Oldr. cons. seu q. 17. vel 18. videtur ẽt aperte sentire, quod applicetur domino temporali. Tamen in prosecutione videtur innuere idem si non essent bona quæ pro tali domino non tenerentur, dummodo in eius territorio sita essent. Et pro hoc videtur facere c. cum secundum. de hæret. lib. 6. vbi bona condemnati de hæresi, sita in territorio dominorum temporalium eis applicantur, nec distinguuntur an damnati de hæresi essent laici vel clerici. Videtur tamen quod Ioan. Andr. in cle. nolentes. de hære. sentiat quod c. cũ secundum, intelligatur in laicis de hæresi damnatis, non autem in clericis: sentiẽs ibi super verſ. ecclesiarum., quod bona clericorum propria fisco ecclesiæ applicarentur, nec distinguit mobilia ab immobilibus. Idem tenet glos. quæ habetur pro singulati, in c. quia diuersitatem. de concess. præben. & pro hoc facit text. in c. excommunicamus. §. 1. de hæreti. licet Ioan. And. in d. cle. nolentes in verſ. applicare. velit quod d. c. excommunicamus. §. 1. loquatur de bonis ecclesiæ, sicut clem. nolentes. quod profecto est violare text. qui expresse dicit clericorum bona. Præterea doct. in d. clemen. scribentes, dicũt simpliciter clericorum propria fisco ecclesiæ applicari, non distinguentes mobilia ab immobilibus. Ad hæc videmus quod ecclesia succedit clerico decedẽti ab intestato deficiente parentela in omnibus bonis patrimonialibus, siue mobilibus, siue immobilibus, nam nulla differentia fit in hoc, vt in c. 2. de succes. ab intest. & l. si qs presbyter. C. de epis. & cler. excluso fisco. Idem ergo videtur posse dici damnato clerico, vt ecclesia omnia capiat. Et quod d. cap. cum secundum. debeat intelligi in laicis de hæresi damnatis, & non in clericis, videtur probari in authi. vt cum. de ap. cog. §. generalem. verſ. si vero. col. 8. quę est breuiata in authen. idem de Nestorianis. C. de hæred. vbi text. vult. quod bona clerici hæretici, qui coniunctos orthodoxos non habet, ecclesiæ debeant applicari. nec fit ibi dicta, an sint bona mobilia, vel immobilia. Et quando tenentur pro laico, quod ei applicentur, satis innuit Inoc. in c. verum. de for. comp. Et pro prædictis etiam faciunt no. per eundem Inn. in cap. postulasti. de for. compet. Et ex dictis ibi per Inno. & in d. c. verum. videtur ostendi, quod dicta applicatio per secularem fiscum fieri nequeat, donec talis clericis sit condemnatus per ecclesiasticum iudicem, ad quem spectat cognitio criminis, cum iudex secularis, neque criminaliter neque ciuiliter de crimine cognoscere valeat: iuxta cap. 1. de cleric. coniug. lib. 6. etiam quo ad effectum priuandi talem a feudo, vel emphiteosi, vt dicit Inn. in d. c. verum. Ergo multo minus poterit sibi dominus temporalis alodialia clerici applicare, nisi præcedente condemnatione iudicis

ne iudicis eccleſiaſtici. Pro quo optime d. c.cum ſecundum §.fi.vbi in caſu quo iudicium ſpectat ad eccleſiaſticū,etiamſi dño tēporali bona veniant applicanda,tñ non poteſt dñs tēporalis occupare, donec per eccleſiaſticum ſit iudicatum. Et ſi iudex eccleſiaſticus nollet iuſtitiam facere, tūc videtur ſentire Innocen.in d.c.poſtulaſti prout Hoſtien. voluit eum loqui in eccleſiaſtico,q̄ poſſet dominus ſecularis repreſalire, hoc eſt bona ſita in ſuo territorio occupare iuxta c.dominus noſter 23.q.2. & ideo poſſet conſuli,q̄ ſi aliquis ex talibus clericis,præcipue ſimplicibus vel coniugatis aliquod graue crimen committeret,quod forte ſi laicus foret,bona perderet,quod tali caſu fiſcus principis ſecularis inſtaret literatorie requirendo , aut alias condemnationem coram iudice eccleſiaſtico,& ſi denegaretur, aut retardaretur, tunc videretur excuſatus dominus tēporalis, ſi bona patrimonialia talis clerici occuparet,propter offenſam in ſua re publica,& violatum eius territorium, de qua iuſtitiam conſequi non valuit coram iudice eccleſiaſtico,per ſupra nota.Innoc. in d.c.poſtulaſti.licet Anto. de But.in d. c.poſtulaſti dicat Innoc.non loqui in clericic.ſed dicta per eum habere locum in laico delinquente;& habente bona in loco iniurati,extra territorium tamen delinquēte ſed velle cōſulere dñis temporalibus, vt multi doct. in partibus noſtris Hiſpaniæ conſuluerunt , quod ante iudicium factum per iudicem eccleſiaſticum, aut denegatum , vel retardatum per eū, domini temporales apprehendere valeāt bona clericorum delinquentium , etiam immobilia,& etiam ſi pro eis tenentur in feudum,vel emphyteoſim,nō videtur per ſupradicta poſſe defendi. Licet gloſſ. in l. ad dictos.de epiſc.audien.videatur innuere,q̄ poſſint: ſed poteſt intelligi poſt eorundem notionem per proprium iudicem eccleſiaſticum factam,& Oldr.cum intelligit ſuper dicto modo , cum in quæſtione ſua præſupponat clericum per epiſcopum condemnatum,& vide eum conſ.83. licet ſit verum quod prædictus Oldr. in dicta q.6.& propter hoc ſentiat,quod dominus temporalis poſſet clericum ad rerum a miſſionem ſui territorij condemnare de quo eſt vehementiſſime mirandum. Et ad leges per eum ibi allegatas videtur perquam facilis reſpoſio : quia tempora earum ita erat de facto etiam in omnibus,cum non haberetur reſpectus clericorum,imo nec Chriſtianorum ante tēpora Cōſtantini;vt in l.habeat.C.de ſacroſan. eccle.ſed poſtea ſecus,vt in authen ſtatui mus.Item contra ius canonicum. & forte Oldr. tenebat opinionem Gallicanam, quod in actionē in rem , clericus poterat conueniri coram laico,quam refert Petr. Iacobi in tit. de duello. & videtur ſequi Hoſti.in ſumma. quæ tamen opinio non tenetur per canoniſtas communiter. nec per Bertrand. de octo. in l.2.C. de imp. lucr.de ſacri.vide ad hoc Guliel.de valle Sicca,doct.Cathalanū in 21.chart.not.& ad totam materiam non omittas dicta Innoc.in c.non minus.de immuni.eccleſ. vbi dicit, quod licet perſonæ clericorum ſint de foro eccleſiæ,res tamē eorum ſunt de foro laici. & vide Petr. Iacobi in illa magna additione,quæ incipit,illi Philippo,vbi illud dictum declarat.Lege præterea eundem Inno.in c. nouerint.de ſentē. excomm.& vide not.per Ioan.Andr cap. ex parte.de cleric.coniug. & Innoc. in c. ſignificaſti.de offic.deleg.

Cum petijſſent quidam amici Romæ, an filia haberet regreſſum contra patrem euicta dote ei per patrem data , dixi quod ſic,vſque ad concurrentē quantitatem legitimæ,cum dos ipſa computetur in legitimam.l.quoniam de inoffi. teſt.& ſi datū pro legitima euincitur,datur regreſſus cōtra patrem,vel eius hæredem,vt l.ſcim⁹. in prin.de inoffi. teſta.ergo conſequenter in dote.& ſic videtur limitandus. §. ſi fundus.l.Mæuia.ff.ſolut. matr. & idem videt dicendum in donatione propter nuptias facta filio eadem ratione.

Quod poſſit conſtitui procurator ad præſentandū aliquem ad certū beneficiū vacaturum per reſignationem, facit c. fin. in ratione ſui. de conceſſ.præb. & gl. in c. accedens.eo.tit. & alias fuit ita determinatum in Rota. Et quod poſſit concedi ius præſentandi ad beneficium vacaturum pro vna vice , vide doct. poſt text. in cap.ex inſinuatione.de iurepatro.quod not.

Ad pater , qui habet vſufructum bonorum aduentitiorum, poſſit dimittere illum pro alimentis præſtandis filio , & alias , an teneatur præſtare filio alimenta de aliis bonis ipſius patris , an vero poſſit deducere vt fructibus aduentitiorum. Cū eſſet de facto,viſum eſt eſſe tex. quod teneatur præſtare alimēta de bonis ſuis,in

l.ſi.

l. fi. §. ipsum autem. C. de bonis quæ liber. secus si pater non haberet vsufructum ex illis bonis, vel essent castrēsia, vel quasi, per l. si quis a liberis. §. sed filius. ff. de lib. agno.

Contingit sæpe in ciuitate nostra, quod post factum testamentum per testatorem, & receptum per notariū, ipsi testatores super viuentes, aut alias sani solent repetere scripturam aliam testamenti a notario & prædicti testatores recuperata dicta scriptura testamenti, nihil in ea cassant, adiiciunt vel mutant, deinde moriuntur, quæ situm fuit an tale testamentum censeatur reuocatum eo ipso, quod fuit repetitum ab ipso, testatores. Maior pars notoriorū ciuitatis nostræ interrogati de hoc iuris peritis, vt intellexi a patre meo, tenebāt quod tale testamentum esset reuocatum, dicentes, quod tali animo censentur testatores illud repetere, tum quia nondum erat publicatum nec redactum in formam publicam nec positum signum eorum; tū quia potuit ipse testator, vel alius, hoc medio tempore aliquid addidisse vel immutasse, maximæ si manu testōris erat scriptum, præsertim in dicta ciuitate vbi frequentissime Tabelliones nihil sciunt de scriptis in testamento; quomodo ergo salua conscientia poterunt post mortem testatoris illud publicare, & pro certo testamento in publicam formam redigere, & tale esse affirmare, quod ipsi olim habuerant, videretur ergo quod potius notarii deberent abstinere a tali assertione, quando medio tempore fuit apud testatorem, cum debeant habere veram scientiā de his quæ asserunt; vt in auth. de Tabel. per totum, in contrarium potest argumentari; quia ad hoc quod testamentum censeatur reuocatum, aut habet contingere verbo, aut facto. Verbo fit per aliud testamentum. instit. quib. mod. test. infir. §. ex eo. & per Bar. in l. si de iure. leg. 3. facto vero fit per intercisionem, cācellationem, indictionem, deletionem, lineationem, & huiusmodi; vt in toto tit. de his quæ in testi. dele. & l. nostrā. C. de testa. Cum ergo in casu prædicto, nec verbo nec facto cognoscatur aliquid immutatū, videtur constare suis iuribus. Et pro hoc uidetur facere. quod olim, vt satis aperitur ex multis iuribus testamentum apud testatorem stabat, & id quod faciebāt in testamento in scriptis, videlicet, subscriptiones, & sigilla. facit nunc notarius. Et quod apud testatoré staret, maxime probatur in l. 2. C. quemad. testa. aper. illa ergo eadem cōtraria, quæ diximus, poterant contingere olim in testamento in scriptis cum etiam testes, qui se subscribebant ignorabant contenta in testamento; ut patet Instit de pupil. Item ad hoc adduci potest l. fin. de his quæ in test. delen. quod testator tabulas in publicum dispositas abstulit, atque deleuit &c. ergo non simpliciter sufficiebat abstulisse, nisi & deleuisset. Nec obstat ratio, quomodo notarius publicabit, cum aliquid potuerit addi. Quia idem timor, & eadem ratio esset in testibus subscriptis in testamēto inscriptis facto, tamen nihilominus iura permittere vidē tur tale testamentum posse stare apud testatorem, vt postea testatore mortuo cognitis subscriptionibus & sigillis in publicam formam redigatur. Idem ergo facit notarius, cum nihil cognoscat immutatū, etiam si suspitio posset esse de contrario, sicut in testamento scriptis more antiquo, maxime quia hic tractatur de interesse illius qui actus faciebat. & est verisimile, quòd ipse in re sua fuit diligens custos. Item quod aliquid ipse non addiderit, cū non ignoraret id fieri non potuisse absque periculo euersionis totius testamenti; cū ergo facile esset sibi addere, vel immutare accersito notario, cum videtur se exposuisse illi periculo. Facit l. 3. de test. mil. nec de opinione tabellionum est curandum, cum non adducant aliquid iuris, & in hoc potius est inspicienda mens testantis repetentis testamentum, quam mens Tabellionum tradentium, ad declarationē l. illa institutio, & l. captatorias. de hæred. instit. ff. quia vidi accidere de facto, aduerte, quod materia d. l. vt optime declarari ex l. si ita scripsero. de cond. & demō. & l. Theopōpus. & ibi not. ff. de dote præleg hoc modo, nam interdum committit dispositio in aliam voluntatem, in casu proculdubio est voluntas captatoria, & non valet, nisi ad pias causas, iuxta latissime dicta per Bart. in l. 1. de sacrosa. eccle. interdum vero non committitur dispositio in alienam voluntatem, sed reuelatur, seu aperitur tertio per testatorē eius mēs siue voluntas: quia testator dicit talē scire eius voluntatem & mentem, & consequenter mandat stari dicto suo, in casu reputet talis dispositio captatoria, & nihil ualeat. Videtur Bart. sentire, quod sit captatoria, non tamē totaliter; nam si ex ali

quibus

quibus coniecturis potest apparere, quod illud quod tertius ille dicet, fuisse mentē defuncti, sit de mente defuncti, debet stari dicto illius tertij. & ita secundum Bar. debet intelligi d. l. Theopompus. l. quæ hæred. de dub. Et sic tali casu non est simpliciter voluntas captatoria: & ita videtur intelligenda & limitanda d. l. captatorias, ibi, dum dicit in secretum alienæ voluntatis, quod intelligatur non de secreta voluntate per tertium declaranda, & testatorie iam ei manifestata seu commissa, sed de voluntate dicti tertij de nouo, & ex se formanda, aperienda, dummodo assint coniecturæ, vt sup. dictum est. Interdum vero non committitur dispositio voluntatis alteri, nec etiam manifestatur, vel reuelatur ei dispositio defuncti verbo, sed est tradita in scriptis manu defuncti: & tali casu nullo modo est captatoria, imo simpliciter valet. Et est ratio, quia nihil in effectu commissum est tali, nisi deposito scripturæ manu propria defuncti scriptæ, quæ etiam potuisset in aliqua arca deponi. & nulla fraus etiam committi, quo casu per comparationem literæ de manu defuncti appareret. & ita loquitur Bart. in l. si ita scripsero. de cond. & dem. Si autem scriptura esset de manu guardiani, prout ibi loquitur Bar. vel alterius ad cuius manum testator se retulisset, sentit Bar. ibi talem voluntatem simpliciter non valere, cum posset talis scribere quod libet. Videtur tamen illud limitandum, prout dicitur per ipsum Bar. in d l. Theopompus, videlicet, quod tali scripturæ stetur casus, quo habet suffragia verisimiliū coniecturarum, quemadmodum si dicto eius, tanquam scientis voluntatem defuncti, testator stari voluisset. Cum eadem sit ratio. Quod nota, quia vidi aliquos se pro doctis gerentes, cum accidisset in facto non ita exacte intellexisse. & vide Paul. de Castr. & Alex. in l. stipulationum. §. illud. de ver. obli. & Io. de Imo. in l illa institutio. de hære. instit. & c. cum tibi. de test. ad materiam. Institutus fuerat quidam in testamento, deinde in eodem exhęredatus, an valuerit exhæredatio? Aduerte ad hanc materiam, quia secundum literam negatiuam est tex. quod non, in l. si certarum. §. si eod. ff. de test mil. & hoc videtur Bart. sentire, & sequi gl. in l. pater ff. de hære. instit. videtur contradicere. Verum est tamen, quod d. glo. loquitur quando erāt duo instituti, & vnus in eodem testamento exhæredatus: & est aperta ratio, quia tunc testamentum remanet validum, cum sit ibi alius hæres: secus autem quando solus esset quis institutus & in eod. testamento exhæredatus: nam tunc videtur non posse stare exhæredationem, cum tali casu remaneret testamentum absque hæredis institutione, quod fieri nō potest. Inst. de fidei. hæredi. §. in primis. & l. proxime. de his quæ in test. del. ff & ita videtur limitari §. si eodem. per d. glos. pro qua videtur esse tex. secundum lecturam Ganfredi de Sillaniaco doct. Gallic in l. 1. ver & si hæreditatis. ff. de his quæ in test. del. vbi secundum eum est casus, quod ademptio hæreditatis facta eodem testamēto valet, si ille a quo admititur, habeat cohæredem aut substitutum; quia videtur nō data per rationem tex. ibi, secus si solus esset institutus. & Raph. videtur hoc tetigisse ibi. tamen. in l. pater sequen. Ange. videtur tenere, quod etiam si solus sit institutus teneat exhæredatio, & allegat. §. 1. dicta l. proxime, qui tex. in veritate loquitur, quando habet substitutum, & hoc sentit Imo. quod exhæredatio valeat in l. si ita, §. 1. de lib. & posthum. & Nicolaus de Matar. in illa notabili dist. relata per Sal. in l. hæreditas. de his qui vt indig. simpliciter allega. d. §. 1. l. 1. quod ademptio valeat in eodem testamento, quia videtur non data. Et hæc omnia procedunt quando in eodem testamento, & consistet differentia inter dictos doct. in hoc. Quia secundum illos, qui tenēt quod etiam ademptio seu exhæredatio potest fieri in eodem testamento solo hærede instituto, cui non est datus substitutus, quia videtur non institutus, tale testamentum remanebit nullū, ac si nemo esset in eo institutus. Secundū vero alios, qui tenent quod ademptio non valeat, remanebit institutus hæres ex ipso testamento. Vbi autem in alia voluntate quā testamēto fit adēptio vel exhæredatio, tunc distingue iuxta distin. Nicol. de Matar. in d. l hæreditas. recensita per Bald. Vnum tamen non omittas in hac materia, videlicet, falsum esse quod dicit Bart. in d. l pater. de hæred. instituē. quod exhæreditatio facta coram septem testibus, de hærede instituto in alio testamento, si habeat cohæredem, valeat: quia nullo modo valet, cum liquidissimū sit exhęreditationem non fieri, nisi in testamento. d. l. hæreditas. nec potest dici testamentum absque hęredis institutione

d. §.

d. §. in primis. Ex his fuit responsum ad dubium testamenti hospitis nostris Viterb.

Differentia quo ad restitutionem fructuum iter illum, qui venit vi directæ substitutionis, & illum, qui venit iure fideicommissi, consistit in hoc: quia fructus sunt præcepti medio tempore, hoc est, an tequam sit locus fideicommisso vel substitutioni directæ, si tales fructus sint iam consumpti tali casu, sicut non veniunt in fideicommissaria, iuxta legem in fideicõmissa. ita nec in directa. in l. Centurio. in fin. de vulgar. & pupillar. ibi iuuentis in hæreditate. Si autem sunt percepti, sed non consumpti, & tunc etiam non veniunt in fideicommissaria, sed in directa sic, vt in d. l. centurio. Si vero essent fructus pendentes nondum collecti tempore quo locus est fideicommisso, etiam tales venirent in restitutione fideicommissi, vt voluit gloss. in l. in fideicommissi. de vsu & hæc nota sic declarata pro causa Dionysiij & Iacobi fratrum tuorum; & Brigidæ sororis.

Quærit P.V.R quid sentiam de verbo, quilibet, super quo fuit facta tanta vis hodie in congregatione. Certum mihi videtur, quod proprie & latine loquendo, prout loquebantur Iurisconsulti, qui enumerantur in libris Digestorum, quilibet capitur pro, aliquis ex pluribus: vt probat passim apud Ciceronem & alios probatos autores. & in l. possideri. §. 1. ff de acquir. pos. & l. si pater. §. qui duos. de adop. 17. dist. multis. & 41. delitiæ. & l. si seruus. §. j. de legat. 1. & l. 1. si pluribus de leg. 2. & l. si hæred. de cond. insti. & l. institor. de instit. & l. peculium. de peculio. & in mille alijs legibus, & decretis antiquis. Et facit compositio, quia componitur de quis & libet. Nec ob. l. non distinguemus. allegat. per Bart. in §. complures. quia illam exponebat Franc. de Aret. quilibet, id est, aliquis, non determinato certo, vel vnus, id est, certus: aut potest dici quod ponatur vel pro, id est, postea vero deficiente illa puritate linguæ latinæ, præsertim p tẽpora Decretaliũ Sexti, ac Clementinariũ, cœpit dictio, quilibet, capi pro quisq; Et ita legitur in cap. fin. de his quæ fi. a ma. par. c. Vnde nostra ætate dictio, quilibet, videtur capi pro quisque, licet, vt dixi, non ex vera & antiqua latinitate: vt si quis in testamentis, vel contractibus, aut alias vellet exponere pro aliquis, faceret directe contra voluntatem testatoris, vel contrahentium; nam si diceretur, lego cuilibet ex seruitoribus meis decem, certum est hodie quod debet exponi illud, cuilibet pro cui ex eis voluerit, vel libuerit, vt exponebatur olim per nota. in l. quod labeo. de supell. leg. cum attendenda sit potius consuetudo loquendi in hoc, quam barbara seu minus latina, quam vera antiqua significatio. per not. in d. l. quod labeo & l. non aliter. cum sua materia. de leg. & l. cum de lanionis. §. afinam. & c. præterea. de verb. signi. & c. intelligentia. eod. tit. & c. ex literis. de spon al. Et miror aliquando de nostris doctoribus, qui non distinguentes tempora cum discutiunt proprietatem alicuius vocabuli, allegant pariter iura. ff & iura Decretaliũ & Sexi ac Clement. cum aliter locuti fuerint illi antiq, & aliter posteriores, & locutiones notariorum hodie maiori ex parte sunt impropriæ & semibarbaræ, si respicias ad illam tersam latinitatem antiquam. Vidi etiam allegari text. feudorum ad significationẽ veram alicuius vocabuli, quibus textibus nihil est fœdius, aut magis barbarum, tã in sensu, quam etiam in contextura & verbis. In casu ergo congregationis, videlicet, in verbo, quilibet, posito in statuto, ego non dubito, quin debeat capi pro quisque per ea quæ supra dixi, & feliciter valeat P.V.R. sed priusquam clauderem epistolam occurrit mihi text. Suetonij in vita Octauii, vbi inquit, Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumq; cognitu aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare vt Rhinocerotem apud septa Tygrini in scena anguem quinquaginta cubitorum pro comitio. In hoc text. aperte videtur significatio huius verbi. Et iterum optime vale pater amplissime.

Legatus fuerat aquæductus ex certa palude pluribus dominis diuersorum prædiorum, non tamen communium, quærebatur an esset locus inter eos iuri accrescendi? Allegabam glos. in l. aquam. ff. quẽ ser. amit. quod sic, & si prædia essent communia pro indiuiso, tunc haberet locum ius non decrescendi, per not. in l. re coniũcti de legat.

Relicta fuerat quædam domus Romæ a quodam Curiali certis fratribus, cum his verbis: Relinquo domum meam in qua habito preciose ficuti est Monasterio. &c. Fuit factum dubium, an intelligeretur

domo

domo instructa, vt erat, vel nuda tantum, & quod paramenta, & suppellex, ac vtēsilia, & alia spectarent ad hæredem? Dixi videri mihi casum, quod spectarēt ad monasterium. in l. prædia, §. pen. ff. de fund. instruct. Adducebatur contra, quod videretur intellexisse testator de trabibus, & aliis cementis, & lapidibus paratis ad absoluendum dictam domum, quæ nondum erat in totum perfecta, non de alia instructione. Videtur amplius cogitandum, tamen magis moueor in primam partem per d. text. & verbum, præcisse, per quod ostenditur maior voluntas & exactior de functi facit. c. 2. de rescript. & c. pen. de arbit. & ibi not. & per alios in l. cunctos populos. & dominum meum Alexand. in quodam consil. & Ang. in alio. & quia fuit legatum pio loco. quod autem parata & destinata domus perficiendæ etiam debeantur, faciunt not. in l. cætera §. fin. de legat. 1.

Testator fecerat quædam legata Romæ certis personis, quæ personæ postea exercuerunt graues inicitias cum testatore, propter quandam suspitionē falsi testimonij in eum: & postmodum lapsis duobus annis a tempore ortæ inimicitiæ, mortuus fuit testator, dicebatur legata tacite fuisse ademptā, per §. non solum. l. si quis. de adi leg. Replicabatur de gl. no. in l. athletæ. § dat remissionem. de excus. tutor. in vers. priusquam videlicet, quod tātum temporis effluxerat, infra quod testator prædicta legata potuisset expresse reuocare, vel adimere, quod tamen non fecerat. ergo videbatur, non obstantibus inimicitiis, velle persistere in relicto facto: maxime quia erant consanguinei, & nemo præsumitur sanguinē suum odio habere, saltem in fine obitus. Cōtra prædictam glo. allegaui tex. in l. pen. quem in simili casu allegabat pater meus. de adim. leg. vbi post ortas inimicitias testatrix habuit tantum temporis, quod fecit codicillos in quibus nil ademit & tamen remanet prima tacita ademptio. & videtur iste text. fortiter vrgere contra prædictam gl. Sed posset forte responderi, quod in casu d. §. pen. non negatur peti legatum a calūniatrice, ratione tacite ademptionis, sed ratione delicti, in quo tamen est cogitandum. Et vide ad hoc not. in l. cum tabulis. §. quoram. de his qui. vt indig. per Bart. in l. si inimicitiæ. eod. tit. sed vbi essent consanguinei, vt in casu nostro, bene sequerer glos. quia intentio testatoris fortasse fuit non adimere legatum consanguineo, quamuis inimico, sperans per mortem legitarii extingui inimicitiam, & bona legata permanere apud filios, vel consanguineos illius sui consanguinei, & sic apud personas de sanguine suo, & ita odiū tm restringebatur ad hanc mediam personam, non ad alios ad quos postea volebat vt bona legata deuenirent, cum videatur respexisse totam consanguinitatem. ar. l. 1. & 2. ff. de liber. caus. & l. raptos. de episco. & cle. maxime cum votum successionis in bonis consanguineorum sit de iure naturali. l. fi. C. quorum bono & c. sciant cuncti. de elect. lib. 6. & Cle. vnica. de homi. l. cum acutissimi de condi. & demonst. cum annus. ff. de pact. l. tale pactum §. fi.

Aduerte, ꝙ aut legatur, vel fideicōmittitur a primo hærede instituto, eadem res vel quantitas diuersis & sub variis, seu diuersis conditionibus, & tali casu quilibet potest petere sibi cauere ab ipso hærede. ut l. 3. vt leg. nomin. & l. etiam §. 1. vt in pos. leg. & hoc in euentū suæ conditionis. Aut legatur vel fideicommittitur ab hærede alicui, puta Gaio, pure, vel sub conditione, & ab ipso Gaio Mæuio sub conditione, tali casu habet locum dispositio. §. si vero. l. ius cui vt i possess. leg. videlicet, ꝙ possit petere Mæuius satisfari sibi a Gaio pēdente conditione ipsius Gaii. Et etiam si non caueat Mæuio Gaius, tenebitur sibi cauere hæres primo loco institutus, si prīo non caueat Gaio. Si autem cauerat Gaio, Talis cautio ex iuris dispositione, Gaio non cauēte ipsi Mæuio, transfertur ad Mæuiū, ita quod Mæuius in vim cautionis pstitiæ Gaio per hæredem poterit aduenīte conditione agere contra hæredem, vt in d. l. is. cui §. fi. vt legat. nomi. c. & hæc nota bene extritata cum accidissent de facto.

An possint codicilli euerti per querelā tāquam officiosi, cum accidisset de facto. Quidā allegabāt quod sic, ex no. per Bald. in l. parentibus de inoffi. testam. C. vbi dicit esse locum inofficiosæ diuisioni, sed intelligo de inofficiosa diuisione facta in testamento, quod rescinditur per querelā. Secus si fuerit facta in codicillis, & rō qa tali casu filius iam est hæres ab intestato vna cum aliis. Reor, tamen, quod si quartā non habet, potest illam petere a cohæredibus ab intestato vel legatariis. l. quotiens. & l. si cogitatione. fam. ercisc. C. hæredes. n. etiam ab intestato habent ius de-

falcandi

falcandi.vt innuit d.l. si cogitatione.& ibi not.per glos. quæ falcida computatur in quartã.l.Papinianus.§. quarta.ff.de inoffic.test.Et ideo non immerito non reperies aliquam legem,ni fallor,quæ loquatur de codicillis inofficiosis,quod per q̃re lam inofficiosi possint euerti; & est ratio in prõptu, quia filius,& hæres potest defalcare ab intestato,si legata excesserit dodrãtem.secus autem est conditio in testamento,quia tunc filii omni medio sunt destituti,nisi querelam intentent.Et satis vt hoc innuere Azo in summa huiusmodi,de inof fi. test. & Ganfred de Saliniaco doctor Gallicanus,in l. non est nouum. de bon. posses. contra tabu. in 8. charta apertius hæc dicit. Et etiam tangit quid sit hodie aucta legitima quia triens de iure auth.cũ teneatur quarta falcidiæ Trebellianicæ si filii ab itestato grauati essent legatis, vel fideicommissio non sufficeret ad legitimã imo deficeret vna vntia, quod remedium esset pro illa vntia,vide ibi per eũ. Quid autẽ aduersũ iofficiosã donationẽ cã mortis. Idem videtur quod in codillis eadem ratione,quod etiam tenet idem Ganfred. in l.filius emancipatus.ff. de leg. præst. & idem in cæteris donationibus,quæ morte confirmantur.puta inter patrem & filium, vt probat tex.in l.2.de inoffic. don.

Quod pater teneatur dotare filiam diuitem de proprio,allegabatur l.si pater.de dot promiss cum ibi nota.dicebam non videri mihi,quod probaretur,neque ibi,neque alibi: imo in dicta l.si pater.innuitur, quod si pater non simpliciter,sed expresse dotaret filiam suam de bonis ipsius filiæ, quod non tenetur dotare de suis, ibi versic. vtraque igitur.& ibi,paternæ liberalitati.& ibi,liberalitas.,itaque quia in necessitatibus nemo liberalis &c.& est ratio,euidens cum pater non teneatur alimentare filiam diuitem.ff. de liber. agno. l.si quis a liberis.§.sed si filius.ad quæ alimenta fortiori vinculo obligatur,quia de iure naturæ.1.dist.Ius autẽ naturale post datam autem dotem,& ius filiæ in ipsa dote quæritũ, si filiæ supervenirẽt alia lucra, aut relationes dotis, aut alia, non credo quod pater posset reuocare, quod filiæ semel in dotem constituisset,cum semper attendatur temporis quo filia incipit dotari. in auth.de æqual.dot.§.quia vero iam legem.& vide dominum meum dom. Barb. virum celebratissimæ & fæcundissimæ memoriæ,aliquid tangentem in quodam cõ filio.Esset tamen difficile in practica contra communem opinionem, in re quæ tã sæpissime occurrit, obtinere.

Collato beneficio mihi absenti per ordinarium,si papa conferat illud alteri non facta mentione de collatione ordinarii ante ratih abitionem, non valet collatio ipsa tanquam surreptitia. vide ad hoc Collect.in c. ecclesia. de sortileg.

Solebat frequẽter dicere domi meus, domin.Frãciscus de Aret. quod doctores nostri superioris ætatis multum large, & plusquam veritas esset,extenderãt, seu interpretati fuerãt l.1.C.de sacrosanctis ecclesiis.dicens se non credere, quod mens Constantini Imperatoris cõditoris illius legis voluerit aliud disponere, quam facere deinceps capaces ecclesias, & collegia Christianorum ad suscipienda legata, & concedere liberam facultatem cuilibet relinquendi eis,cum antea non liceret;nam prædicta legata,velut facta collegio reprobato per Imperatores Paganos,applicabãtur fisco,nam Christiani non poterant habere coilegia,nisi clam:vt probatur apud Historicos,& in l.diui.de natur. liber. C. & 12.q.1.c.futuram.& 15. dist. Canones. Et sæpius arguebat prædictos doctor. qđ fuerint parum curiosi Historiarum.& tẽporum.præter Spec.Io. Andr. & Oldrad. tu vide ad hoc de hac licentiosa extensione seu interpretatione d.l. Abb.in c.relatum.de testam.

In quadam terra Italiæ est statutum super crimine peruersæ veneris,quod rei illius criminis condemnentur pœna pecuniaria,& confinationis extra terras eccle siç,pro qualitate personarum,& excessus, arbitrio potestatis moderanda. In eadem terra fuerunt nonnulli rei inuenti de dicto crimine per varia interualla temporis, in quorum punitione circa maiorita-tem pœnæ pecuniariæ, & diuturnitatem confinium,Potestas, quæ tunc erat,seruauit hunc modum. Nam adolescentulos minori pœna condemnauit, quam senes; & non coniugatos, vel incarceratos etiã minori multo coniugatos, uel non incarceratos;quosdam autem, qui cũ propriis vxoribus illud scelus commiserant, minori pœna condemnauit, quam eos qui cũ maribus. Visum fuit quibusdam probis Iurisperitis fuisse rectum iudicium. per not. in tit.de derelict.puer,& l auxiliũ §.ĩ delictis.ff.de minor.& per not.in c vt clericorum.§.fi.de vit.& honesta.clerico. cũ

aliis

aliis iuribus. quod & mihi idē visum est, præterquam in vltimo delicto, in quo certe videtur acrius cæteris puniendus, cū tale crimen longe detestabilius & grauius sit, si cum coniuge perpetretur: vt in cap. adulterij. 32.q.7. & est ratio, quia prēter paritatem sceleris cum aliis, & maiorita tem, quia in vxore habet promptum vas debitum, vir quærens insana diuerticula: in vxore est quidam ēt abusus quodammodo carnis propriæ, cum reputētur vna caro. c. 1. de coniug. leprof. & de conuers. coniug. ad Apostolicam. Item est violatio fidei tacite promissę de coniunctione carnali inter eos fienda, propter bonum prolis, quæ etiam promissio in benedictione nuptiali confirmatur, quod bonum per hunc nefandum coitum apertissime tollitur. Præterea est maior, & specialior contemptus Dei, qui instituit matrimonium illum effectum ad multiplicandum prolē. Est etiam contemptus Reipublicæ, quæ maxime faueat matrimoniis ad effectum extendi Rempublicam per sobolem. Item est ibi ludibrum & prophanatio fœderis matrimonij, & irritatio vxoris ad quærē da adulteria, & omne nefas patrandum. Et ad consonantiam dicti iudici potestatis adduxi tex. cuiusdam canonicis, in cō cilio Anticynensi, qui loquitur sub his verbis sub rubr. de his, qui cum masculis polluuntur. hi qui irrationabiliter in his versati sunt, ante vicesimum annum, tale crimen commiserint, quindecim annis exactis communionem mereatur, & infra Qui autem exacta 20. annorum ætate, vel vxorem habentes hoc peccato prolapsi sunt 25. annis pœnitudinem gerentes in communionem suscipiantur, infra. Quod si qui & vxorem habentes & transcedentes 50. annum ita delinquerint, in exitu vitæ duntaxat communionis gratiam cō sequantur. Et in similem sententiam est alius canon super incestuosis, quem refert Martinus Archiepiscopus Bracaren. in Collectaneis Conciliorum antiquorū, & subsequitur ibi alius Canon, qui appellat huiusmodi vitium morbum lepræ, & præcipue vt pœnitentes de hoc vitio non possint orare, nisi in angulis ecclesiarum, vt dæmoniaci. & vide ibi glo. ordinariam, quare dicatur morbus lepræ, forte propter contagionem, & difficultatem curationis. Postea legi Martinum magistri Theologum Parisien. qui videtur tenere, quod grauius peccatum si coire contra naturam cum masculo, quam fœmina, cum ibi sit abusus personæ & vasis, hic autem vasis tantum. Tenet euidenter etiam idē doctor, quod maius peccatum sit seipsum polluere, quam cum masculo coire, cum in primo sit ausus personæ suæ, & modi, & vasis, de quo dubito, nec iura videntur aperte imponere pœnas ita in hac pollutione, sicut in alio peruerso coitu, nec tantum lædit Respublica. & ibi abusio personæ suæ, & alterius, hic suæ tantum. Ad quod facit quod not. glo. in c. omnes. 32.q.7. & in eo saltem qui se polluendo cogitat de vase muliebri, omnino credo esse minus peccatum, cum tantum peccet in emittendo vas, re non mente. Et auth. vt non luxur. contra natur. loquitur in coitu extranaturali vere Sodomitico. Nec obstat quod ibi dicitur semetipsos &c. nā glo. ibi intellexit de Sodomitico vero, vt declaratur infra in text. & glo. ibi, & ciuitates cum eorum habitatoribus pereant. &c. Præterea ibi alleg. l. cum vir. C. de adult. quæ expresse loquitur in vero Sodomitico, quamuis non defuerunt qui dicerent d. l. loqui in viris, qui de facto nubūt alij viris, quod execrabile scelus olim factum fuisse legitur apud Historicos & Poetas, Iosephum contra Apionem, Suetonium, Martialem, Iuuenalem, & alios. Et quod ait Paulus: Neque molles, neque masculorum concubitores. &c. apud idoneos & antiquos autores exponuntur molles, id est, patici, cathamiti, & cuitati, nō autem se polluentes. ad quod facit quæ not. August. in lib. de Ciuitate Dei loquens de sacerdotibus Cybelis. Hæc respondi cuidam docto viro, qui nitebatur velle tueri opin. dicti magistri Parisiens. aut saltem parificare etiam quo ad pœnā ista duo crimina, & allegabat dictam auth. & dictum Pauli. Et contra eum est aperte §. Item lex Iulia. de adulteriis. Insti. de publi. iudic. quia declarat tex. illius auth. quamuis etiam non defuerint qui velint illum tex. habere locum in frequentissime delinquente, propter verbum exercere. Ad quod ca. clerici. de excess. pl. Et qualiter debeant cohiberi pueri ab his flagitiosis limidinibus, lege sapientissimū doct. Iason.

Quod crimina possint deferri pupæ absque denunciatione vel accusatione, & ēt non præcedente monitione, & per solā viam querelæ. Et quod in delictis, vnde cunque pateant, non teneatur papa obser-

uare

uare formam iuris, sed possit ponere pœnam condignam, allegantur not. per Hostien. & in cap. tam literis. de testib. & per Abbatem in cap. cum super. de confes. & Imo. & alios in cap. cum olim. de rer. permut. quod not. Hosti in cap. in nostra. de sepul. & Bal. in l. princeps. de legat. & no. in c. sicut de iureiur. & in c. nouit. de iudi. Adducta fuerunt hæc in causa processus extraiudicialis, super prætensa dilapidatione, & aliis criminibus Episcopi Leodien. coram Reuerendissi. domino meo Vicecancellario, & aliis tribus Cardinalibus Commissariis domini nostri papæ in dicta causa, quod an indistincte in alio crimine, q̃ dilapidationis sit verũ, vide quæ posui infra in alio memoriali, & in apostillis ad allegationes celebris aduocati & optimi viri dñi Baptistæ de S. Seuerino.

Super beneficio potest transigi auctoritate delegati, dummodo habens ius in eo non renunciet, alias non posset, nisi auctoritate ordinarii fieret transactio in nõ re seruatis, vel corã eo, vel alio non habẽte facultatẽ resignandi. Et posset imponi alia pensio interdicti legati, vel census, ẽt absque consensu ordinarii. Compositio autem gratuita potest fieri absque voluntate alicuius superioris delegati, vel ordinarii, nisi interueniat renunciatio iuris alterius possidentis beneficium, quia tũc requiritur cõsensus ordinarij modo quo supra Hæc colligũtur ex not. per Abb. post alios in c. statuimus. c. de cætero ca. super eod. de transactio. & in cap. nisi essent. de præbend. & vide ad prædicta Collect. in c. forus. de verb. signif. qui innuit, quod dare aliquid pro expensis, causa concordiæ, non sit simoniacũ, & quod pẽsio imposita ex prædicta causa, transeat ad successores, si fuerit facta concordia auctoritate ordinarii. & vide Hostien. in dict. c. nisi. Et dicitur gratuita compositio, quando partes promittunt acquiescere dicto peritorum super lite, vel discedere simpliciter a lite tanquam ius non habentes Et hęc nota ita declarata, quæ passim de facto accidũt. Et quod super spolio beneficii possit transigi, vide Abb. in c. 2. de arbit.

In causa mea Maioricen. An iuspatronatus alicuius beneficis a laico rite fundati, & competens præfectis fabricæ laicis, dicatur laicale, vel ecclesiasticũ, seu clericale? Et capio pro fundamẽto, q̃ iuspatronatus nõ iõ dicitur laicale, quia quasi possideatur a laicis, nã a clerico, poßessum dicitur iuspatronatus laicorum, dummodo ex prima fundatione, seu successione patrimoniali, siue laicali venerit ad clericũ. Et sic nõ videntur curare iura ad distinguendũ iuspatronatus clericorum, a iurepatronatus laicorũ, de persona quæ illud possidet, sed de prima radice & fundatione, vt delicet, an fuerit fundatum in persona laicali vt laica. & ab eo, & successoribus in patrimoniali tenendũ, & tũc dicatur esse de iure patronatus laicorum, vt probatur per omnia iura loquentia de iure patron. laicorũ. & præsertim in c. filiis & c. quicũ que. cap. si plures. & cap. considerandum. 16 quæstio. 7. vbi fit mẽtio de hæredibus & successoribus in iurepatrona. rõni patrimonij & idem probatur in c. 1. & c. cum secundum. & cap. cum dilectus de iurepatron. & in d. c. cum dilectus. gloss. in duobus locis hoc sentit, exponendo quid sit præsentare tanquam laicum. & idẽ not. in c. cũ nos. de offic. ordin. per Abb. & per gl. fi in Clem. plures de iurepatro & p̃ doct. in c. vnico de iurepatron lib. 6 & in c. 2. de præbend. & in aliis iuribus. adeo, q̃ si quis laicus, vel clericus de bonis patrimonialibus in fundatione alicuius beneficii rite de auctoritate episcopi fundati expresse vellet episcopum, aut Abbatẽ, aut aliquã personã ecclesiasticã esse patronatum, & successores in dicta ecclesia, nemo dubitat quin talis patronus censeatur ecclesiasticus, seu secularis, cũ hic nulla sit successio patrimonialis, seu laicalis de succedendo. Ergo ad casum nostrũ, cũ voluntas fundatoris huius beneficii fuerit facere magistros fabricæ ecclesiæ, seu operarios patronos illos, qui tũc erãt, & p̃ tpe forẽt apparet manifeste eũ nõ habuisse voluntatẽ fundandi iuspatronatus p̃dictum, vt patrimoniale, seu laicale, sed potius voluisse fundare in personis illorũ & successoribus eorum ratione officij pij, quod gerebant, & administrationis bonorũ ecclesiæ, non curando alias de qualitate personarum, an essent consanguinei sui, vel descendentes clerici, an laici, sed curauit administrationẽ, & pietatẽ exercitij, q̃d est maxime pium, & necessarium ecclesiæ, vt dicit tex. in c. fin. de his quæ fi. a ma. par. c. Cum ergo hic non fuerit aliqua consideratio patrimonialis, seu laicalis successionis, nõ dicetur iuspatronatus laicale, p̃ supra alleg. Erit ergo iuspatronatus ecclesiasticũ siue clericale, cum huiusmodi magistri fabricæ quãuis forte laici, quo ad hãc

administrationem & curam, habeantur p̃ personis ecclesiasticis cum possit & trahi, & trahere super dictis bonis, & eorũ administratione coram iudice ecclesiastico tanquã personæ ecclesiasticæ: vt not. doct. in cap. nullus. de foro competen. & Cãcellaria quotidie dat literas magistris fabricæ, & cõtra eos quamuis laicos, dummodo agant, vel conueniantur ratione officij prædicti, nec immerito, quia in illa cura & administratione repręsentant personas eorum, qui de iure habent curam fabricæ, vel bonorum illi destinatorũ: vt not. in. in c. decernimus. de iudi. & ibi Abb. Cura autem, & administratio prædicta, pertinet ad Episcopum, Capitulum, & Rectorem ecclesiæ, prout late not. per doct. in cap. 2. & ca. de his. de eccles. ædifi. & in d. c. fi. de his quæ fi. a ma. par. c. & in c. si propter. de rescript. & in c. fi. de testa. & in extrauag. suscepti. & facit optime c. si monachus 16. q. 1. vbi cura fabricæ vocatur opus ecclesiasticum, & sic iuspatronatus fundatum super personis tenentibus illam curam ecclesiasticam, debet appellari ecclesiasticum. facit cap. vnio. 10. q. 3. & ea. cau. q. 1. & multa alia iura. Concluditur ergo, dictum iuspatronatus esse ecclesiasticam ratione finis, cum persona fundans illud in prædictis ministris, qui sunt media, videtur, vt dixi, habuisse respectum fundamẽtale ad illas personas, cuius illi vices gerunt, qui finis debet potius quam medium, seu qualitas laicalis medij attendi c. ad nostrã. de app. l. quicquid. §. 1. de acquiren. rer. dom. ff. cũ alijs iuribus seholasticis notissimis. facit illud, quod isti operarij sunt subrogati, & quasi procuratores personarum ecclesiasticarũ, & subiecti eis, vt dictum est, quo ad hanc administrationem rei ecclesiasticæ, ergo est iuspatronatus clericorum ratione huius subiectionis, per not. in d. c. cum dilectus. nam nomine ecclesiæ censentur hoc facere. Et facit ad hanc opin. quam proculdubio puto verissimam, decis. Rot. in antiquis tit. de iurepatr. quæ loquens de benignis, inter alias rationes, dicit iuspatronatus earum esse ecclesiasticum, cum possit conueniri coram iudice ecclesiastico, prout diximus cõueniri operarios ratione huius officij, ad quod direxit fundamentum & finem testator, seu fundator beneficij.

Cum verteretur in dubium, an in ciuitate Romana duraret vniuersitas, siue studium generale, prout olim. de quo in tit. de stud. lib. vrb. Rom. & proœ §. discipuli. Euge. 4. concessit ciuitati Roma. nouum priuilegium studij generalis, quod vidi. Curiæ autem Com. iam olim Bonifac. 8. priuilegium concesserat, in corpore postea iuris clausum per constit. cap. cum de diuersis. de priuileg. lib. 6. Cum quidam a domino nostro petijsset, voce secum dispensari in diuersis votis & aliis concernẽtibus tantum conscientiam, & papa viuæ vocis oraculo respondisset, Placet nobis, dixit sufficienter secum fuisse dispensatũ, etiam quoad omnia capita. Et inter cætera allegabam quæ possunt notari, & not. in c. Ouus. de postul. præl. & c. inter dilectos. de fide instrum.

Quantum ad id quod R. V. expostulat; an sciens aliquem commisisse furtum, vel habere rem furto sublatam, incidat indistincte in excommunicationem contra scientes, & non reuelantes promulgatã, si non reuelet vel manifestet. Breuiter, credo quod in casu vestro, tum quia, vt dicitis, esse periculum & scandalum reuelanti, tum etiam quod non potest probare, si opus esset, cum iste vester solus viderit illum furantem, & ille intellexerit se visũ ab eo, & si furtum etiam secrete detegeretur, & fieret etiam ipsi furi per superiorẽ monitio secreta de restituendo, semper oriretur suspitio contra hunc reuelantem de reuelatione, & negante fure, & insurgente cõtra reuelantem semper infamia sibi incussa, forte oporteret reuelantem publice referre crimen, quod non posset probare. Nam vt colligo ex doctor, in variis locis, videlicet in c. si quis cũ fure. de furt. & in l. ciuile. ff. eod. tit. & de simon. c. nemo. & c. 2. de offic. ordin. & ex aliis locis, & Scoto in quarto. non tenetur quis reuelare, & secrete, vbi timet scandalum aut periculũ sibi, vel secũdũ aliquos etiã aliis, vel vbi non posset probare, & reuelatio esset fienda publice: vt in c. placuit. 6. q. 2. & c. si peccauerit. 2. q. 1. & ĩ Clẽ. de hæret. Et fm aliquos, etiãsi secrete & priuate. quamuis alias sciret, cum tali casu periculi, vel scandali, vel quia nõ posset probare, immineret sibi periculum corporis proprij, aut bonorum suorũ, quæ videtur præferenda periculo, vel damno bonorũ alterius, cum sit maius periculum corporis, quam bonorum, & in pari dispendio bonorum charitas incipiat a seipso, vt potius conseruem mea, quã aliena; maxime

ex

ex quo reuelatione criminis non est de veritate vitæ, presertim in hoc casu furti iuxta not. in c. sane. de tẽpor. ord. per doct. iuncta gl. in l. 4. §. si tibi. ff. de cõdi. ob turp. caus. cũ l. 1. in fin. & l. 2. eod. tit. arg. l. in seruorũ. ff. de pœnis. & in authen. de mãdat. princip. §. oportet. & 2. quæst. 7. plerũque. & 13. distin. nerui & l. si præses. C. de ser. & aqua, & artic. not. in c. 2. de nou. oper. nũciat. & c. qui scãdalizauit, de regul. iur. cum tota materia de scandalo. & faciũt optime ad hoc no. p Abb. Sicul. in c. officij. d pœnit. & remiss. Et videmus q̃ Cancellaria in excommunicationibus generalibus in forma, significauit, pro furtis, vel occulte detentis, caute ponit iniquitatis filios detegtores, & temere ac malitiose occultãtes, vel nequiret detinẽtes. non ergo intendit ligare eos qui non inique, vel temere non reuelant, sed ex iustis causis, puta superius expressis, abstinẽt a reuelãdo maxime cum excommunicatio non extẽ datur in personas vltra tacitã vel præsumptam volũtatem excõmunicatoris. vt not. doct. in c. ex parte. el primo. de offic. deleg. & faciunt not. in c. 1. & Gem. de offic. deleg. & c. 1. de iudic. & l. si cui. de seruit. sed excõmunicator hic censetur hmõi personas tacite eximere, & si non faceret, sentẽtia esset iniqua, quæ in foro cõscientiæ non esset timẽda. 2. q. 3. §. ex his. & idẽ crederem vbi ex alia iusta causa, in rõne naturali fundata, nõ tenetur reuelare, vtpote filius patrem furem, vel econtra. Et forte idem posset dici in omni casu, vbi quis non posset cogi ad testificandum expresse, quia multo minus ad iudicandũ vel reuelandum. Et satisfaceretur ad hoc not. per Arch. 22. q. 2. §. itẽ. not. per doct. in c. 1. de testi. cog. & per Abb. Sicul. in cũ super. de confes. & alios in c. 2. de maior. & obe. & in c. quisquis. 2. q. 3 & c. qui resistit. & faciunt not. in c. qualiter & quando vtroq; de accus. & peroptime tex. 6. q. 1. si omnia. & c. oues & c. cũ ex merito. & not. per Innoc. c. 1. de scrut. in ordi. faci. Non tamen propterea negarem, quin posset habere locum materia denunciationis Euangelicæ fiendæ per hunc scientem illum furẽ, seruatis loco, & tempore, & debita forma. ad hoc d. c. plerunque, & 24. q. 2. tam sacerdos.

*Notabilia de expectatiuis, & alijs literas gratia concernentibus, excerpta ex notulis Antonij de Corcheſiis, & aliorum Abbreuiatorum.*

PRincipium gratiarum expectatiuarũ est scire, an partes impetrantes sint p̃sentes in curia, an non. Et si sunt præsentes, debent examinari, nisi forte graduati vel officiales papæ, fuerint, vel gratia fiat motu proprio, vel pro commenda, vel pensione, & pro præsentibus examinatis graduatis officialibus, & habentibus motu proprio, dantur duæ literæ; vna gratiosa, & alia executoria. Absentibus vero datur vna litera in forma, dignum

Item præsentes in curia impetrantes, habent in literis apostolicis vitæ, ac morũ honestas, &c. vel literarum scientia, aut nobilitas generis, seu religionis zelus, &c. secundum qualitatem eorũ. Absentibus vero datur indifferenter, in forma, dignum &c. Nisi esset doctor, vel officialis, aut motu proprio: quia licet sint absentes, dantur duæ literæ tanquam præsentibus, quia non examinãtur. Et similiter nõ examinãtur quãdo beneficia nõ dãtur in titulũ, vt in commendis & pensionibus.

Nota, quod licet quis tempore datæ nõ fuerit præsens, si tamen est præsens datæ tempore expeditionis, debet dari litera tãquam pro præsente. Item si tempore datæ, vel expeditionis fuerit absens, dummodo aliquo tempore fuerit præsens, & examinatus, dantur tanquam pro præsente.

Item nota, quod in expectatiuis in clausula, aut si hodie pro alio vel aliis &c. debet exprimi collatio eius, ad quam datur beneficium, nisi haberetur in genere ad cuiuscunque collationem, quia tunc diceretur in fine illius clausulæ, de similibus beneficiis prædicta diœcesis tacito de collatione vt lib. B. fol. 22.

Item nota, quod quando dicitur ratione dignitatum, personatuum, administrationum, vel officiorum, debet sequi, quos, quas, seu quæ in illis obtinent. secus si dicitur administrationum; & officiorum, qa tũc sufficit dicere, quæ in illis obtinet. *Electionem.*

Item nota, quod non debet dici electionem, nisi quando ponitur, etiamsi consueuerit quis per electionem assumi. *Inhibitio.*

Item, q̃ quando creatur canonicus in Ecclesiis collegiatis, inhiberi debet Episcopo, & aliarũ Ecclesiarũ Capitulis: secus si nõ creatur canonicus in dictis colle

*Statutis.* gliatis, quia tũc solũ inhibetur Capitulis.

*Clausula volumus autem, etc. vide folio 2. 8. lib. B. & fol. 123 eod. & fo. 10. h.*

Item nota, quod quando in gratia expectatiua non datur aliquod beneficiũ in cathedrali, vel collegiata, tunc in non obstantijs, non fit mentio de statutis.

Item nota, quod quando creatur canonicus, & reseruatur dignitas, personatus, administratio, vel officium curatum, & datur aliud curatum, in fine ponitur clausula restrictiua. Volumus autẽ, quod quamprimum vigore præsentium dignitatem, &c. Aliter non, vel nisi dispensetur ad compatibilia.

*Secularis ad regulare.*

Item nota, quod si secularis petit ad collationẽ episcopi, & Capituli alicuius ordinis, dicitur sic, beneficium ecclesiasticum clericis secularibus assignari solitum, & non ponitur clausula dummodo canonicatus, & præbenda ecclesia Cathedralis existat.

*In executoria.*

Item nota, quod in executoriis expectatiuarũ, & corrector Anselmus cassauit consuetum clericis secularibus assignari, etiamsi canonicatus &c. in collegiata, vel eisdem cura immineat animarum, tamen hodie est ad placitum.

*Fol. 96. lib. B.*

Iem cassauit, per se, vel procuratorem suum ad id legitime constitum infra vnius mensis spatium, postquam sibi &c. vsque ad conferenda.

*Clericus.*

Item nota, quod si in supplicatione gratia expectatiuæ dicat, supplicat Ioannes Anton. Perusinus, & non dicitur clericus, quod in minuta potest addi clericus, quia Papa intendit prouidere clericis, secus si esset secularis.

Itẽ, si clericus Francigena impetrat gratiam expectatiuã ad duas collationes quarum vna sit in Frãcia, & alia in Alemania, in valore debet dici, librarum Turonens. paruorum, quæ est moneta Franciæ, & nõ marcarum, quæ est moneta Alemaniæ.

*Llb. turon. paruo.*

Item, si in gratia expectatiua datur ad minorem valorem, quam dicat regula, literæ non sunt scribendæ si pars contenta tur de minori valore. & hoc intellige vsque ad tertiam partẽ valoris expressi, iuxta regulam cancellariæ Apostolicæ.

Item nota, quod in minuta semper potest addi. & gratia aggrauari, non autem impinguari vltra tenorem supplicationis. facit text. in l. veteribus. ff. de pactis.

Item, quando datur gratia expectatiua pro graduato ad vnum beneficium datur ad vnum cuiuscunque taxæ. Sed si gratia expectatiua datur ad duo, ponitur taxa, secundum regulas limitatas.

*Perpetua administratio.*

Item nota, quod nunquam datur perpetua administratio, nisi quando est petitum in supplicatione, & quando petitur, datur indifferenter, siue creatur canonicus, siue non: consuetudo tamen est, pone re quando creatur canonicus, alias non.

Item nota, quod qñ datur gratia expectatiua ad vnum, vel duo, tũc ponitur collatio retro, videlicet, ad venerabilis fratris nostri episcopi & dilectorũ filiorum Capituli Amaen & abbatis, ac cõuentus monasterii &c. Sed qñ creatur Canonicus, dat ad illud beneficiũ, tunc primo dr ad collationẽ. &c. venerabilis fratris nostri &c.

*Non obstan. etc.*

Item nota, quod quando est in forma vnum vel duo ponitur non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: quia expectatiua non debet dari nisi ad vnum beneficium.

Item nota, quod quando quis creatur canonicus, vel habet ad vnum, vel duo, tunc dicitur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis: Secus si datur ad vnum beneficium duntaxat, quia tunc dicitur, nõ obstantibus quibuscunque statutis & consuetudinibus &c. cum consuetudines, constitutiones, ordinationes apostolicæ tunc non obstent, nisi habeat alia Beneficia.

*Portiones.*

Item nota, quod ad portiones datur gratia, quãdo in supplicatione petitũ fuit.

*Patrimonialia.*

Item nota, quod nunquam datur ad pstimonia patrimonialia, quia sunt de iurepatronatus laicorum.

*Inhibitio.*

Item nota, quod quando creatur canonicus, & reseruatur præbenda, tunc inhibetur solum episcopo, & Capitulo, & non dicitur Decano, Capitulo, canonicus, & personis: quia solum ad episcopum, & Capitulum pertinet collatio præbendæ.

Item nota, quod qñ quis creatur Canonicus cum reseruatione præbendæ, ac dignitatis &c. tũc tibi inducens dicitur corporalem possessionem præbendæ ac dignitatis &c. & non additur canonicatus, & dicitur inducens &c. corporalem possessionem canonicatus, & præbendæ &c.

Item nota, quod quãdo prouidetur de canonicatu, & creatur canonicatus cũ reseruatione præbẽdę & dignitatis, & datur gratia ad aliud beneficium, tunc dicitur, Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de canonicatibus & præbendis ip sius ecclesiæ, ac huiusmodi speciales, vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis patri-

bus

*Litera speciales, generales, &c.*

bus generales. In forma vero vnũ, vel duo dicitur speciales, vel generales. Quando vero creatur canonicus in vna vel pluribus ecclesiis, tunc dicitur de canonicatibus. & præbendis, ac dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs earundẽ ecclesiarũ, vel ipsius ecclesiæ speciales, vel aliis beneficijs &c. generales. Rõ est, quia ponitur in fauorem impetrãtis, quia illa clausula, & huiusmodi speciales, refertur & ponitur respectu illorũ, habentium similem gratiam: qũ ponitur speciales, vel generales, ponitur respectu aliorũ habentiũ in forma, vnum vel duo.

*Inhibitio.*

Item nota, quod quando datur ad collationem duarum collegiatarum in forma, vnum vel duo, ibi districtius inhibendo, non dicitur, uenerabili fratri nostro, quia datur tertia collatio, & hoc quando dicitur, vnum vel duo; secus si creatur canonicus ad alteram.

*Per priorem soliti gubernari.*

Item, quod clausula, per priorem soliti gubernari, non debet poni quando dicitur ad collationem dilectorum filiorum, prioris, & conuentus monasterij &c. quia fortassis vltra priorem est Abbas: sed bene ponitur in iudicibus, quia est necesse quod prior sit in dignitate monasterii constitutus.

*Derogatio statutorum de optando.*

Nota, quod nunquam debet derogari statutis de optando in gratijs expectatiuis etiamsi habens signaturam in supplicatione; sed debet dici, non obstantibus statutis, & consuetudinibus, in quibus derogatur dictis statutis, vel datur indultum.

Quando datur gratia expectatiua ad collationẽ certã, vt Abbatis, & conuentus, clausula ibi, aut si hodie pro alio &c. debet repeti dicta collatio ad collationẽ &c. Abbatum & conuentuum prædictorum, secus si non habet gratiam ad certam collationem, sed in genere ad collationẽ totius diœcesis; quia tunc diceretur de similibus beneficijs prædictæ diœcesis, non ex primẽdo in specie ad collationẽ alicuius. Et si exprimatur, debet dici collationem ordinariorum. Sed si regularis petit gratiam expectatiuã ad collationem Abbatis alterius monasterii, vbi non est professus, tantum debet dici clausula, vt ad illud monasterium ad cuius collationem beneficium assequitur, transferatur.

*Translatio.*

*Dispen. in regalari.*

Quando conceditur gratia expectatiua alicui regula, cum quo fuisset dispensatũ, vt vnum beneficium obtinere posset, tũc effectus dictæ dispensationis debet poni in principio literæ, ibi existit, cui nos dudum, vt quodcunque &c.

*Expectatiua in prælato.*

Aliqñ gratia expectatiua conceditur p prælato ad beneficia sibi commendata, & tũc dẽt poni clausula, & per te, vna cum ecclesia magna cui præesse dignosceris.

Si vero dantur dicta beneficia eidẽ prælato in titulum, tunc in fine literæ debet poni dispensatio, vt illa beneficia possit tenere vna cum episcopatu suo. &c.

Sed in primo casu episcopus nõ habet possessionem episcopatus Maguntinensis, tunc quia debet dici, vt possit tenere illa beneficia vsquequo assequatur possessionem episcopatus, vel aliter secundum formam supplicationis.

Aduerte, qñ datur gratia expectatiua ad beneficia tantũ, debet dici vt in formis si vero datur ad hospitalia vel portiones, tunc debet præmitti in principio literæ. Cum itaque, sicut accepimus, in ciuitate & diœcesi M. sint nonnulla hospitalia, seu nonnullæ perpetuæ portiones.

*Perpetuæ portiones.*

Quãdo datur gratia expectatiua ad collationem episcopi & illi inhibetur, potest poni executior vicarius, vel officialis suus fol. 544.

*Executor.*

De ætate, puta quod in 20. anno si fiat mentio in gratia expectatiua quod datur ad curatum, tunc in fine literæ apostolicæ debet poni clausula, Ante quod de defectu ætatis pateris antedictum, & postea debet sequi, quod sit in dicta ætate constitutus. & si ponitur, non debet dari gratia ad curatum beneficium, ex quo apparet, quod potest illud habere iure, vel habet dispensationem, vel si daretur, tunc deberet dici in illa clausula, aut hodie pro alio duxerimus conferendum, nos. n. tam illas, quam præsentes casu quo ad hoc p postquam legitimæ fueris ætatis, ipsarum præsentium vigore literarum tibi de dignitate, personatu. &c.

*Super ætate.*

*Dignitas non obtinenda, nisi præbendatum.*

Nota, quod si statutũ, vel consuetudo, quod dignitas non possit teneri, nisi per canonicum actu præbendatum, vel alia similia, tunc aut debet creari canonicus cũ resignatione præbendæ & prouideri de dignitate; aut debet derogari dictis statutis, ibi, non obstantibus &c. statutis, consuetudinibus, in illis præsertim quibus caueri dicitur &c. cæterisq; contrariis; & in fine debet poni indultum ante decretum, vide licet, & insuper eidem N. vt in ecclesiis prædictis dignitatem huiusmodi, si sibi vigore præsentium conferatur recipere &c.

valeat quod canonicus actu præbendatus in illis non existat. vt præfertur supradictis quoque statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus &c. indulgemus.

*Volum⁹ autem.* Clausula, quod quam primum, ponitur eo quando in duabus collationibus datur dignitas, personatus, administratio, vel officium curatum, & creatur canonicus, aliter non.

Si habens gratiam in forma pauperũ, impetret gratiam in speciali, debet ex tũc cessari prima litera in forma pauperum: si vero impetraret beneficium vacans, tunc literæ prædictæ debent dici quod sunt cessæ, postquam possessionem beneficij fuerit assecutus.

Inhibentes pro præsente, inhibendo pro absente.

Prima vice dum communiter vel diuisim in collationibus, postea in clausulis generalibus coniunctim vel diuisim separatim spectantibus.

Quando quis creatur canonicus cũ reseruatione præbendæ, dignitatis, personatus, administrationis, vel officij, tũc si quæ vel si qua. Si vero creat canonicus in vna ecclesia, dicitur ad aliud beneficium, tunc ponitur in neutro genere, & dicitur, si qua vacans ad præsens. Et similiter in aliis, vbi debet repeti, & quas, quos, seu quæ tantũ acceptandas, acceptandos, vel acceptanda & similiter in aliis conferendis.

Aduerte, quod quando reseruatur dignitas &c. debet dici sic, ad dignitates, personatus, ad ministrationes, vel officia, ita quod ponatur vel officium, quia non debet stare, & officium. Sed postea ibi, etiam ratione dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, potest dici, & officiorum; & debet sequi tunc quæ in illis obtinent. In literis gratiosis incipitur, si non obstant. & postea dicitur, seu: sed in executorijs incipitur, per seu.

*Aut, seu*

*Specialẽ gratiã faciem. facere volentes*

Quando creatur canonicus in duabus vel in vna sola ecclesijs, & ad aliud beneficium, tunc non dicitur specialem gratiã facientes, sed in forma vnum, vel duo, dicitur semper specialem gratiam scientes, & vide in char. se. verbo.

Aduerte, quod quando sit expectatiua in forma vnum, vel duo &c. & dicitur, etiamsi quod libet eorũ canonicatus &c. administratio vel officium fuerit. Et ad dignitatem, administrationem, vel officium huiusmodi consueuerit quis per electionẽ assumi, debet dici. Eorum q; cura imminet animarum, & non, eique cura immineat animarum: quia refertur ad illud quod libet.

Item quando expectatiua dispensatur ad incompatibilia, & parochiales, debet narrari regula dispensationis, videlicet, quod per quamcunque signaturam.

*Dispen. ad 2. in expe.*

Nota, quod quando quis non creatur canonicus, non potest in literis derogari statutis, de non recipiendo, nisi nobiles, vel aliis statutis similibus: quia derogatio est specialis, gratia vero generalis, sed debet dari indultum per literam ad partem.

*Derogatio statu de nõ recipiendo ignobiles.*

### *Notabilia super vacantibus non reseruatis.*

GRatiam beneficii impetrans, non tenetur facere mentionem de qualitate ordinis annexorum in beneficio impetrato secundũ Ant. vt not. Cal. de rescr. in nostra. vers. 3. quæro. nec etiam facere mentionem de titulo beneficii patrimonialis. vt ibi not. Innoc. vers. seq. De primo dicto text. in cap. ei qui. de præbend. in 6. & ibi hoc not. Ioan. Andr. super verbo quod possit. in nouella.

Gratiam beneficij collegiati vel conuentualis impetrãs, si hoc exprimit quod sit collegiatum, vel conuentuale, non tenetur aliter facere mentionem de cura, etiãsi habet curam parochialem extra collegiũ vel conuentum, nisi essent duæ ecclesiæ separatæ, scilicet collegiata, vel parochialis simul iunctæ & vnitæ, ita quod vna non fit alteri annexa, nec ei subsit, not. Lap. in c. cum in illis. de præb. in 6.

Gratia non est subreptia, licet impetrans tacuerit modum vacationis beneficii: sufficit. n. quod vacationem expressit. & dicetur simpliciter, vacet, intelligitur quod vacatione iur. & facti. no. Lap. alleg. 89. col. 7.

Curata ecclesia proprie dicitur, quæ habet curam actu: illla autem quæ habet curam habitu duntaxat, habetur pro non curata, saltem quoad vitandam pœnã cõstitutionis de curata loquentis. not. Ioan. And. de elect. licet canon. in 6. in glos. ordi. &c.

In beneficiis habitu curatis non ponitur constitutio, execrabilis, nec in beneficio cui cura per vicarium perpetuum exerce-

ercetur,& tunc nõ ponitur c.de multa sed ponitur per assecutionem &c.

Nota quod clausula,considerationis talis &c. ponitur quando supplicat Cardinalis, vel Imperator, aut Rex, seu Regina.

Clausula vero, pro quo talis supplicat, ponitur quando supplicat episcopus, vel dux aut alia persona.

Item nota,quod cum dicitur,Cum itaque,&c.Ecclesiam S.Mariæ loci de Canispeneſtren.diœc.debet postea dici, Volẽ. dilectum filium M.dilecti loci &c.non dicere decanis,& dictæ diœce.

Si vacant canonicatus & præbenda,aut dignitas cuiusdam ecclesiæ, & conferãtur vel mandentur conferri alicui,non est de stylo, & in minuta ponitur, quod ille simul obtinere possit.c.1.de consue.li.6.

Item si beneficium vacans est dependens a monasterio,vel alio loco regulari, vel dicatur in supplicatione, quod illud beneficium dependeat, vel pertineat ad collationem regularium, semper debet dici,per clericos seculares regi consuetũ, quando confertur seculari.

Item,si beneficium dependens ab aliquo monasterio,cõsueuerint regi per secu lares, & conferatur religioso, debet dari regulariter,In commendam, alias titulũ cum dispensatione.Si vero consueuerit regi per Monachos monasterij, debet dari fratri mendicanti in commendam. Ratio enim diuersitatis est, quod si daretur beneficium, quod consueuerit regi per monachos, in titulum, nunc est necessaria translatio.

Nota,quod impetrans parochialem ecclesiam solitam regi per canonicos regulares,debet dici talis monasterii.& inhibetur Abbati,& conuentui, & derogatur statutis, & ponitur clausula admitti, &c.

Si prouidetur mendicantibus de parochiali ecclesia,dicitur,Dilecto filio.N.ordinis fratrum minorum professori,& non dicitur rectori. In non obstant.dicitur,ac dicti ordinis statutis quodque ordinem prædictum expresse professus existis,dicitur, quando in domo ordinem prædictũ expresse professus fuisti.

Si cardinali prouidetur de beneficio regulari tunc debet dari,in commendam tenendum,vnã cum aliis suis beneficiis quæ obtinet.Et sic rationabiliter fieri. Si vero velles dare in titulum,tunc deberes pone re in fine dispensationem, vt illud posset obtinere.

Aduerte,quod in executoriis de beneficiis vacantibus non ponitur pecialẽ gratiam,sed simpliciter dicitur,hodie dilecto filio M.&c.& idem in expectatiuis, nisi quando datur in forma, vnum vel duo, vnum tantum, quia tunc executoriis dicitur,hodie dilecto filio Ioanni &c.specialem gratiam.Et ita obseruat stylus. Sed si poneretur specialem gratiam in vacan. propter hoc literæ non essent scribendæ nec subreptitiæ.

Si quis petat sibi de pluribus beneficiis prouideri in vna supplicatione, per fiat vt petitur, intelligitur esse prouisum de omnibus:dum tamen valeant vltra centũ florenos.& ita obseruat cãcellaria, & hoc quando vacant per vnum modum,ut per mortem vnius.Si vacarent ex diuersis capitibus,tunc non uenit nisi primus modus vacationis, nisi signatura diceret, fiat vt petitur de omnibus.

Quãdo prouidetur de præstimonijs,ponitur clausula,admitti, quoniam ad canonicos pertinere consueuit, admittere tales.Et nota quod generaliter vbicunque præsit superior de iure vel de facto, debet poni clausula, & quando requiritur alicuius vel aliquorum consensus.

Nota,quod in regularibus,cathedralibus, seu collegiatis ecclesiis ac monasteriis,nũquam ponitur clausula, Aut si præsens non fueris,quia beneficiati in illis sẽ eer debent esse præsentes, & residere in eisdẽ:& quia dum emittũt professionem, tunc præstant iuramenta.Et si alicui conferatur beneficium in ipsis ecclesiis seu monasteriis,quod consueuisset regi per seculares clericos,etiam dicta clausula poni non debet, quia statuta & consuetudines duntaxat extenduntur ad regulares earundem ecclesiarum & monasteriorum.

Quando aliquis ex officialis in curia, tunc debet affirmatiue poni;vt tibi qui se creatarius noster existis. Si vero est officialis extra curiam,tũc assertiue;vt tibi,qui, vt asseris, dilecti filii nobilis viri E.ducis Mediolani secretarius existis.

Clausula,alias ius quæsitum, ponitur quando vacatio beneficii est in suspensu, quia adhuc non uacat,sed debeat vacare; vt est in beneficio quando quis uult resignare in partibus, quando committitur quod recipiat resignationem beneficij &

illud alteri conferat. Et ista clausula, dūmodo tēpore datæ præsentium non fuerit alicui specialiter ius quæsitum, ponitur in omnibus beneficiis non reseruatis. Ponitur etiā in beneficiis reseruatis, qū exprimis detētorē: alias in beneficio reseruato ponitur clausula, dūmodo eius dispositio.

Item nota, quod illud quod ponitur in præiudicium supplicantis non repetitur.

Gratiā beneficii impetrans, licet de beneficio quod detinet, teneatur facere mētionem, siue de iure siue de facto teneat, si tamen dicit se id canonice tenere quod de facto obtinebat, non propterea gratia vitiatur; quia quod iuste vel iniuste teneat, est quid extrinsecum a gratia, nisi iniusta detentio redderet eum inhabilem ad beneficia. not. Fran. in cle. si Romanꝰ, in fi. de præb. & vide infra char. 1. in ver. gratiam beneficii, & in alia char. 2. verb. gratiam beneficii. & sequen.

Super eo quoq; dicitur quādo pertinet ad collationem, alias dicitur, & super eo lis &c.

Per diligentem examinationem, dicitur in curatis, in aliis dicitur, si post diligentem examinationem.

Clausula alias de vitæ ac morum &c. illud alias ponitur quādo impetrans est inhabilis vel minor annis. & ponitur, ibi merito ad hoc alias idoneū. Licet in supplicatione dicatur nullū beneficiū obtinens, in litera Apostolica illud non debet dici; quia ex quo ipsa litere non dicitur quod habeat alia beneficia, apparet quod nullum habet: ideo superflue diceretur nullū beneficium ecclesiasticum obtinens.

Clausula cæterisq; cōtrarijs quibuscūque, nunquam debet poni qū debet subnecti aliud contrariū. Et ideo tunc debet poni, statutis & consuetudinibus contrariis quibuscunque;. Et nota debet dici cæteris. & postea debet subnecti, aut si aliqui vel aliter. secundum materiam.

Si quis petit prouideri de beneficio, & nō dicit illud esse cum cura uel sine cura, tunc in minuta potest addi, quod sine cura sit, & posset addi, quod esset curatū, nisi dicetur quod sine cura est. Et postea in clausulis generalibus esset dictum in supplicatione, etiamsi ei cura immineat animarum in dignitatibus, secus in aliis, vt not. 2. infra verb. in vacante.

*Alias quouis modo,*

Clausula, aut ex alterius cuiuscunque persona, quę consueuit poni in vacan. ideo ponitur, quia alias si beneficium vacaret per obitum alterius personæ narratæ, vel alias quomodocunque, non veniret beneficium: etiamsi esset apposita clausula, vel alias quouis modo. Cuius vigore licet veniat alius modus, non tamen venit, nisi ex persona illius de quo est facta narratio, siue merito in literis, quia verbū alius, est relatiuum similitudinis. vt in c. sedes. de rescript. & per gl. in c. damnamus. in verb. alius. de summa Trini. & habetur in l. si fugitiuus. C. de ser fug. & quid si exprimitur modus vacationis per consti. execrabilis, cū clausula, vel alias quouis modo, & vacet per non promotionem, vel ingressum religionis. vide Rot. de rescr. in nouis prima in ordine, & in nu. 27.

In vacāte debet dici affirmatiue, quod sit curatum, vel sine cura, & non potest tolerari, quia duceretur, etiamsi ei cura immineat animarum, nisi in dignitatibus in quibus posset dixi. vide supra in secunda notula.

Item nota, quod si capella est corpus de per se. non venit clausula, admissionis, sed quo ad altaria, & vicarias, quæ sunt in ecclesiis venit clausula admissionis, etiā quo ad altaria quæ sunt in ecclesiis parochialibus.

Item, si altaria sint in ecclesia parochiali, non oportet facere mentionem de statutis, & iuramento, & tunc debet inhiberi Capitulo, Seu si venerabili fratri nostro. & c. Capitulo ecclesiæ p̄dictæ, & idē si dependerent monastrijs, vel aliis regularibus locis, quæ haberent statuta.

Item nota, quod quando non datur reseruatio de principali dignitate, puta quia cōmittitur resignatio ad partes, nunquā debet doceri de principalitate; ratio est, quia non datur reseruatio. Item tunc non debet dici, dummodo eius dispositio, sed dummodo in ea non sit alicui specialiter ius quæsitum.

Item, non debet poni decretum de reseruato.

Item nota, quod quando beneficium, vel prioratus dependet ab alio, semper debet poni clausula, facientes dictum Ioannem &c. ad beneficium, vel procuratorem huiusmodi, vt est moris, admitti.

Item omnis prioratus. qui non est conuentualis, dependet ab alio: & ideo debet poni clausula, admitti, & etiam in conuentuali si dispendeat. & non obst. monasterii a quo dependet.

Item

Item si in supplicatione dicatur, Lis in Romana curia, vel extra eam pendeat in decisa, tũc simpliciter dicetur in minuta, altàs dicetur sic, & super eo inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa. & nõ intitulatur quis de beneficio litigioso, etiam si illud possideat.

Gratiam beneficij impetrãs tenetur facere mentionem de alio beneficio quod obtinet, licet de facto, & non de iure, sed occupatum teneat. c. cũ teneamur. de præben. & facit c. in nostra. de rescrip. & ibi vi de plenissimè & copiosè per R.P.D. Feli. not. de præb. eum qui lib. 6. in glo. eadem ratione. Item tenetur facere mentionem de beneficio in quo ius habet, licet possessionem non habeat dummodo sciat sibi collatum esse: secus si ignoret. de rescrip. c. gratia. li. 6. nam etsi spoliatus est beneficio, tenetur de illo facere mentionẽ. not. Io. Andr. de rescr. in nostra. versi. nemo ad quæstiones. in impetrationibus literarum ad beneficia, debet fieri mentio de beneficijs super quibus essent signatæ supplicationes. licet super illis literæ Apostolicæ confectæ non fuissent. Et ét de gratia expectatiua, cuius habet supplicationem signatam si intendit illam expedire.

Item, qñ in narratiua dr, parochialis ecclesia, postea in processu literæ non debet dici, de dicta ecclesia, cui cura imminet animarum: quia ex quo dictũ est ꝙ est parochialis, superfluè dicitur quòd cura illi immineat animarum.

Item nota, quod prioratus, siue administratio monachalis cõmitti alicui, vel conferri non potest, nisi expressè professus fuit ordinem monachalem, vt in clene in agro. §. sanè, & hoc verum, nisi diceretur, in commendam, quia tunc non requiritur, quòd sit professus.

Item nota, quod clausula, quæ ponitur in beneficijs deuolutis, videlicet, dummodo deuoluta sint, vt præfertur, non debet poni, nisi quando beneficium est de iure patronatus laicorum: quia Papa non intendit aliquo modo prouidere, secus in alijs beneficijs.

Item nota, quod qñ vni est prouisum de beneficio, & postea per assecutionem vacat, non est necesse quòd exprimatur qũo tũc vacauit, sed sufficit dicere, tũc certo modo vacante prouisum fuit, si nõ fuisset prouisum, puta ꝙ literæ non fuerant executæ, aut non fuerant expeditæ, tunc debet incipi, & narrari primus modus vacationis. Rõ diuersitatis est quia in primo casu vacat per assecutionem fiendam, ex quo prouisum fuit. In secundo casu vacat adhuc per primum modum vacationis, & ideo ille modus vacationis debet narrari.

Itẽ nota, ꝙ in secularibus, & regularibus, cathedralibꝰ ecclesijs, ac Monasterijs Canonicorum regularium, dicitur capitulum in alijs regularibus dicitur Conuentus.

Item nota, quod quando dicitur beneficiũ simplex, nunquam debet dici, quòd sine cura est.

Item nota, quòd in supplicatione non est necesse exprimere valorem beneficij, quod per assecutionem alterius dimitti debet.

Itẽ nota, ꝙ quando vnus intitulatur de beneficio dũmodo non dicatur parochialis &c. semper debet dici clerico, vel presbytero perpetuo beneficiato. Sed si dicãt rectori parochialis ecclesiæ, non debet ad di presbytero, vel clerico: quia de necessitate nullus potest esse rector parochialis, nisi presbyter, vel clericus, qui infra annũ promoueatur.

Itẽ nota, quòd ordinatio semper inhibetur, licet ad eius collationem non pertineat beneficium, & ita inhibetur ordinario, & Abbati, vel illi ad quem pertinebit collatio.

Item nota, quòd si ecclesia cathedralis vacat, vel sit commendata, debet dici, ibi inhibentes, seu ipsi episcopo pro tempore existenti. Si tamẽ est dubiũ de vocatione vel commenda, potest dici, Seu si venerabili fratri nostro epo Magalon. &c. si certum est de vacatione, vel cõmenda, sic dicẽ, Seu venerabili fratri nostro epo Magalonen. credo quòd litera transiret, & nõ esset rescribenda.

Item nota, quòd pro tempore existenti, etiam ponitur quando ordinarius se intromiscet prouisioni, &c.

Itẽ nota, quòd dictio, vel apud nos debitè &c. commẽdatũ, tũc ponitur, quãdo narratur aliquod factum prius, vt defectus natalium, vel inhabilitatio, & similia.

Item nota, qnòd tunc ponitur verbũ, assecutus, quãdo de iure fit assecutio: si autem de facto, tunc dicitur & ponitur verbum apprehendit. *Assequitur de iure, apprehendit de facto.*

Item nota, quòd in beneficijs vacantibus ponimus extensè, videlicet, Præpositura[m]

turam quam q. F. ipſius eccleſiæ Præpoſitus dum viueret obtinebat, per ipſius F. obitum qui extra Rom. Cur. &c. In nouis vero prouiſionibus, & aliis narratiuis debemus dicere breuiter, videlicet, Præpoſiturā per obitum F. extra Rom. Cur. defuncti vacan.

Gratiam beneficij impetrans, licet de beneficio, adde quod non ſolum de iniuſta detentione, ſed etiam fructibus perceptis tenetur facere mentionem. niſi ipſos in vtilitatem eccleſiæ conuertiſſet: vt not. Io. And. in addic Spec. in tit. de diſpēſa. §. videndum. circa fi. verſ. ſed ſponte aliquis fuit factus inhabilis ex perceptione fructuū ad beneficia, ſecundū Hoſt. vt not. Spec. ibidē. & idē Ioā. And. ſm Hoſt. c. dudum. 2. de elect. ſuper verb. canonice.

*Conſciētiā onerauimus.* Item, quod ſemper debet onerari cōſcientia, niſi quando ponitur, vocatis vocandis, & tunc conſueuit dari vnus iudex tantum.

Item nota, quod quando fit mentio de cathedrali, dicitur eccleſiæ Bononien. Si autem nominetur in eadem litera alia eccleſia Bononien. dicitur maioris Bononien.

Item nota, quod pro abſente datur vnus iudex, quia oneratur eius conſcientia propter examen, ſed quando non habet examinari, poſſent dari tres iudices, vt in graduatis, & alijs quibus datur gratia motu proprio.

*Vt aſſerit.* Item nota, quod vt aſſerit, dicitur quādo impetrans eſt ſupplicans. vt aſſeritur, *Vt aſſeritur.* quando duo ſupplicant, vt in permutanti bus, quando alius pro eo ſupplicat. vt ac- *Vt accepimus.* cepimus, quando motu proprio papa facit.

Itē nota, quod aduerbiū, ſemper, debet iungi verbo, vt Canonice prouiſum &c.

Item nota, quod, & nihilominus, eſt cō tinuatiuum ad ſuperiora, vnde quando di uerſificat factum, debet dici, Et inſuper eidem Macario &c.

Item nota, quod forma dignum &c. nō datur, niſi quado beneficium mandatur da ri in titulum, & non quando mandatur commendari, vel penſio reſeruari in qui bus non examinabuntur.

Item nota, quod in forma dignum, di- *Fauore proſequi gratioſo.* citur fauore proſequi gratioſo, & non ſpe cialem gratia facere. Item dicitur, effe- *Effectus earum.* ctus earum & huiuſmodi gratiæ.

Item nota, q̄ eccleſia debet poni poſt Romanā, vt Romanæ eccleſiæ nomine &c.

Clericus impetrans beneficium, nō habet neceſſe exprimere locum originis, ſed ſufficit dicere L. vel N. Diœceſis.

Nota, quod ſi ille, per cuius obitum vacat beneficium, non habet cognomen, tūc dicitur vltimus rector: vt dicendo, præpoſitura. &c. N. diœceſis, quam q. F. ipſius eccleſiæ vltimus præpoſitus. *Quando ſuppleē cognomē*

Per, fiat vt petitur, venit vnum forte, & aliud debite quando plura petuntur.

Item nota, quod ciuitas dicitur cōmunitas terræ, vel loci, & locorum, & caſtrorum vniuerſitas, vnde dilectis filijs, communitati ciuitatis, & vniuerſitati terrarum, caſtrorum, & locorum.

Gtatiam beneficij impetrans, licet teneatur facere mentionem de alijs beneficijs, & præſtimonijs quæ obtinet, tamen non de hoſpitali, quia non in titulum, ſed in adminiſtrationem conceditur. & ſimiliter nec de penſione, quia non habet in titulum, ſed in ſtipendium. not. Ant. in Clem. fi. de offi. ordin. & not. Rot. q. 133 in antiq. Et ſimiliter non tenetur facere mentionem de titulo ſui patrimonij, ad quem fuit ordinatus. no. Io. Andr. de reſcr. poſtulaſti. nec de victualib. clerico pro victu ſuo aſſignatis, ſuper quibus epiſcopus eum ordinauit. not. Pau. in Cle. 2. de vita & hone. cler. vt not. 3. q. 2. clericos. Similiter non tenetur facere mentionem de beneficio ſibi ad temporis, & non in perpetuum collato. vt no. An. in d. c. poſtulaſti.

In literis Apoſtolicis ſufficit opponere nomen & cognomen, maxime quando vnum ex eis eſſet nomen ſingulare, & recognitibile. Si vero eſſent nomina multū communia, tunc eſſet bonum addere agnomen. vt per Ioan. Andr. in dict. cap. poſtulaſti. & l. 3. ff. de liber. & poſthum.

Quando non præponitur reſeruatio, nunquam in literis ad beneficia debet in clauſulis generalibus dari aliqua clauſula generalem reſeruationem importās. Sed ſi ego poſſideo beneficium ex collatione ordinarij, vel ex alio capite, & non sū pacificus, & litigans cedit, & impetro de nouo, tunc poteſt dari clauſula, etiamſi per ceſſionem huiuſmodi generaliter reſeruata exiſtat.

Quando litera expeditur ſuper beneficio, quod de ſui natura tale eſt, quod veniat appellatione beneficij, vt parochialis eccleſia, vel capellania, tunc in clauſula, ſeu ſi ſuper prouiſionibus ſibi faciendis debet

debet dici, de huiusmodi, vel aliis beneficijs ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales. Si vero beneficiū quod confertur, non comprehenderetur appellatione beneficij, nisi exprimeretur, vt in canonicatu, & præbenda cathedralis ecclesiæ, vel dignitate. in c. super eo. de præbend. in 6. tunc in dicta clausula debet sic dici: Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de canonicatibus, & præbendis, ac dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs Lodonens. ecclesiæ, ac huiusmodi speciales, vel aliis beneficijs ecclesiasticis in illis partib. generales, & hoc habet locum tam in expectatiuis ponitur, ad huiusmodi vt supra. in vacantibus. Sed in expectatiuis ponitur.

Aduerte, quod quādo in beneficialibus est derogandum alicui regulæ, semper illa regula debet narrari in principio literæ, videlicet, post exordium, ibi hinc est, quod nos, qui dudum inter alia voluimus & postea in non obstantibus debet poni, non obstante voluntate priori, & ordinationibus præmissis, ac cōstitutionibus &c.

Ad gratiam liberales, dicitur in beneficialibus, specialibus fauoribus dicitur in dispensationibus, in alijs specialibus fauoribus & gratijs, vel aliter pro libito voluntatis possumus, dicere sanctæ Marię, vel beatæ Mariæ, vel placeat.

Quando quis dimittere debet beneficium, non est necessarium vt ponatur in non obstantibus beneficialibus, sed sufficit quod ponatur clausula, volumus autem.

Literæ Apostolicæ, quamuis debeant narrare dispositiue, tamen literæ gratiæ expectatiuæ possunt narrare dispositiue, vel assertiue, vt dicendo: Nos qui dudum tibi, vt asseris, de vno &c. & in vacantibus reseruatis, papa loquitur dispositiue; vt, cum itaque parochialis ecclesia &c. in non reseruatis loquitur, sicut accepimus literarum vigore. quando habet titulum prætextu vel obtentu, quando propter illius literas illud facere non poterat.

Si quis supplicauit sibi prouideri de duobus beneficiis vacantibus, quorum fructibus &c. 30. flor. aur. de camera, & simul expressit valorem dictorum beneficiorū, vt dicendo, quorum fructus &c. vt supra, & postea velit expedire literas super vno beneficio, tunc in valore ipsius præsentis beneficii debet sic dici; Videlicet, cuius cū tali ecclesia &c. de qua hodie tibi concessimus prouideri fructus &c. 30. flor. vt in forma, alias, si non vellet propter Cameram, quod fieret expressio de valore illius alterius beneficii, super quo literæ Apostolicæ non conficerentur, tunc est necesse quod habeat reformationem, & exprimat valorem beneficii, cuiuslibet de per se &c.

Gratia motu proprio facta de beneficio curato. vel in principali ecclesia, dicitur surreptitia, nisi in ea fiat mentio de cura & principalitate beneficii. not. Rot. §. 128. Hoc limita, nisi in dicta gratia sit posta generalis clausula, non obstant. &c. quæ clausula hodie ponitur in supplicationibus super beneficiis. & not. Lap. in ca. si eo tempore. & c. quamuis. & cap. si propter. de rescript. lib. 6. sed Lap. de Castillione tenet, quod dicta clausula generalis nil operatur quo ad præmissa. nota. infra. §. proximo.

Quando est examinatus quis ad beneficium, ponitur, mandamus, quatenus per vos, vel alium, seu alios. Si vero non est examinatus, & sua natura indiget examinatione. & quod debeat aliquis vocari, tunc ponitur, inducens per te, vel alium, seu alios: quia ad examinationem, vel ad habendam informationem, videtur electa industria iudicis. Ideo non potest alteri committere, vt dicitur mandamus quatenus si per diligentem examinationem. & tunc postea in clausula, inductionis in possessionem, ponitur, Inducens per te, vel alium, seu alios &c.

An episcopus, qui est in curia, possit cōferre beneficium vacans in partibus. Alleg. not. per Io. And. in Nouel. in c. si Apostolica. de præb. quod sic. & alleg. Ioā. Monachum ita tenentem. Tamen communiter episcopi vadunt extra vrbem ad conferendum ad hoc, vt dicatur esse in aliena diœcesi, aut practicatur. vide in c. volētes. de offi. leg. & in l. fin. de offic. procon. & leg. ibi Bar.

Beneficii appellatione continētur præstimonia, quando clericis solita sunt concedi iu perpetuum beneficium not. Feder. in tractatu permut. q. 9. & Cōpost. de elect. statuimus. & per Ioan. de rescript. postulasti. & ibi per Anto. & eo tit. in nostra. vers. veniamus ad questiones. Sed licet præstimonia appellentur beneficia, non tamē intitulantur, nec in titulum, siue pro titulo beneficii assignantur, vt not. doct. d.

Cle-

Clemen. non resid. c. fin. de pręb. de multa. in 1. distin. & Guiliel. in Clem. gratiæ. de rescrip. quem ibi sequitur dom. Anto. in 6. Sed idem do. Ant. in Clem. fin. de offi. ordi. tenet, ꝙ præstimonia dantur in titulum. pro hoc videtur tex. in c. fi. in fin. de concess. præb. lib. 6. & vide Feder. in tract. permut. q. 9. alleg. 14.

Beneficia non possunt vacare in ecclesia, in qua non est certus numerus canonicorum, nec distinctio præbendarum. not. Lap. super tractatu per Feder. quæst. 33. in addi. ibi posita, & tunc non fit de uolutio ad superiorem ex negligentia semestris, iuxta statuta Lateranen. Concilij, & est casus notabilis in c. ex parte. de concess. præb. Idem si esset certus numerus, sed statutum & ordinatum est, ꝙ ad minorem numerum reducatur, ita quod aliquo ex eis cedente vel decedente, nullus eius loco substituatur, donec sit deuentum ad numerum rescriptũ, vt not. Fede. in tract. prædict. quæst. 33. & 35. seu 43. & 44.

Beneficium potest conferri sub alteruato modo vacandi, veluti si vacat tali modo, vel tali, vel quocunque modo alio.

Item potest conferri etiam non expresso aliquo modo vacandi, sed sufficit dicere, conferendo tale beneficiũ vacans. not. Lap. alleg 6.

*Concessimus. Mandamus prouideri.* Concessimus prouideri, dicitur quãdo est signata supplicatio, & literæ non sunt expeditæ. Mandamus prouideri, dicitur literis expeditis per quas mandatur prouideri.

*Prouidimus. Prouisũ fuit Siue præmisso. Siue vt præmittitur.* Prouidimus, dicitur quando prouidit. Prouisum fuit, quando auctoritate Papæ, vel alterius fuit facta prouisio literis expeditis, & executis: siue præmisso, siue alio quouis modo, dicitur in reseruatis, & in his quibus affirmatur modus vacationis: siue vt præmittitur, siue aliàs quouis modo dicitur, quando modus vacationis non affirmatur.

Gratiam beneficij impetrans, licet de omnibus beneficijs quæ obtinet, teneatur facere mentionem, tamen non de qualitatibus ipsorum beneficiorum. not. Glos. in Clem. 1. de præb. & not. Rot. cons. 59. licet ergo qualitatem ex superabundanti exprimat, puta si dixit, illa beneficia fuisse per eum creata, & dotata, probare nõ tenetur. not. Ro. cons. 81. Sed si valorem ipsorum beneficiorum expressit, illum probare tenetur si negatur, aliàs non not. Ro. cons 28. Licet autem regulariter non teneatur impetrans dictas qualitates exprimere, fallit in tribus casibus, in qualitate dignitatis, in qualitate continuæ residentiæ, & in qualitate curæ, secundum Calder. vt not. Ant. de rescrip. in nostra. in vers. tertiò quæro. tamen dicit glo. contrarium, in d. Clem. 1. de qualitate curæ.

Gratia beneficialis censetur subreptitia, si impetrans habens Canonicatum & Prębendam, expressit Canonicatum, & tacuit de præbenda, quod est verũ quando præbendæ sunt distinctæ in ecclesia, aliàs secus. not. Rot. cons. 43. Si autem solum Canonicatum habet, & illum tacet, an gratia sit subreptitia? Glo. in c. nostra de rescript. dicit quòd sic. Idem dicit Archi. de præben. si motu proprio. in verbo beneficij. lib. 6. vide Rot. cons 426. & idem dicit Lap. in Canonicatu supernumerario in d. c. si motu proprio.

*Notabilia super vacantibus reseruatis.*

NOTA, quod præsens in Curia, & qui non examinatur, semper intitulatur de beneficio reseruato, quod sibi cõfertur, etiamsi esset portio in ecclesia reseruata. Fallit in portione præstimoniali, quia potest teneri per laicum, sed absenti mandatur conferri beneficium reseruatum.

Nota, quod in omnibus reseruatis, nisi in dignitatibus maioribus post pontificales, vel principales, in collegiatis ecclesijs ponitur clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat. In beneficijs verò non reseruatis, semper ponitur clausula, dummodo tempore datæ præsentium nõ sit in eo alicui specialiter ius quæsitum. *Clausula dummodo.*

Item quando confertur beneficium vacans per mortem familiaris Cardinalis, licet in hoc debeat accedere voluntas ipsius Cardinalis, secundum regulam Nicolai V. tamen de dicta voluntate non debet fieri mentio in literis Apostolicis, sed de dicta voluntate per scripturam Cardinalis debet fieri fides in Cancellaria. *Quando per obitum familiaris Card.*

In reseruatis vacantibus dicitur, siue præmisso, siue alio quouismodo. In non reseruatis dicitur, siue vt præmittitur, siue alio quouismodo &c. & ita de stylo. *Dicitur siue præmisso, siue alio, siue vt præmittitur, &c.*

Nota, ꝙ in maioribus post pontificales & prin-

& principalibus in collegiatis ecclesiis, ac conuentualibus dignitatibus, si vacent extra Curiam, non ponitur clausula, earum dispositio, vel dummodo tpe datæ &c. qa sunt reseruata ratione beneficium. sed si vacant apud sedem, tunc ponitur clausula, dūmodo eorum dispositio: quia tunc sunt reseruata ratione personæ morientis apud dictam sedem.

*Clausula dummodo.*

Quando habenti dignitatem prouidetur de beneficio quantumcunq; modico reseruato, si litera est gratiosa, semper debet intitulari de illo reseruato quod confertur, licet habeat aliud beneficium magis dignum.

*Quando cui prouidetur qui non est clericus.*

Nota, quod vacante beneficio reseruato, si scholaris præsens in Curia non Clericus illud impetrat, litera non potest esse gratiosa, ex quo ille debet insigniri clericali charactere, antequam sibi beneficiū conferatur. Sed debent sibi dari tres iudices, vt in gratiis expectatiuis, quando vult creari Canonicus.

Quādo prouidetur dē principali dignitate in Collegiata, & Canonicatu, & præbēda reseruatis, debet dici dummodo eorum Canonicatus & præbendæ dispositio &c. nulla debet fieri mentio de dignitate principali, si vacat extra Curiam. Si vero vacat apud sedem, debet poni clausula, dummodo, vt supra in alijs.

*De patronatu laicorū.*

De beneficio iurispatronatus laicorum quandocunque vacet in Curia vel extra eam, etiāsi derogetur iurispatronatus, nō datur reseruatio. Idē de hospitalibus quæ committuntur iuxta formam Clementis editam in concilio Vienen. Secus si hospitale daretur in titulum beneficij, quia tūc daretur reseruatio.

*Vacant. per assesutionē.*

Vacante Canonicatu, & Præbenda, ac dignitate, tunc in reseruatione debemus dicere, dudum siquidem omnes Canonicatus, & præbendæ, ac dignitates, cæteraque beneficia &c.

Beneficia vacantia per assecutionem alterius beneficij ab expectante, sunt papæ reseruata, nec de illis valet renunciatio facta in manibus ordinarij, vt iuxta extrauag. Cum super Ioan. 22. posita in titu. de censibus. hodie ista extrauagans reseruatur, quia Cācellaria dat literas de reseruatis, secundum constitutionem ad regimen.

Item omnia beneficia reseruata sunt ex tribus Capitibus: aut ratione loci, vt de vacan. apud sedem: aut ratione personæ: vt officialium sedis Apostolicæ; aut ratione beneficiorum, vt in dignitatibus maioribus post Pontificales, & in principalibus Collegiatis ecclesiis, ac dignitatibus Cōuentualibus.

Affectum dicitur beneficium ratione litis, ratione commendæ, & ratione expectantis, qui acceptauit, & non fecit sibi p̄uideri, & vbicunque papa apposuit manū etiamsi moriatur, vide not. in ca. tibi qui. de reser. lib. 6.

In parochiali ecclesia reseruata hodie debemus dicere, dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura. Et non dicimus, dudum siquidem omnes parochiales ecclesias, prout dicebatur antiquitus.

Quando beneficium est curatum dicimus, dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica, cum cura & sine cura. Si vero est sine cura, omittimus dicere, cum cura & sine cura, & dicimus, dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica apud sedem Apostolicam vacantia.

Quando dignitas maior post pontificalē in cathedralibus vel principalis in collegiatis ecclesiis vacant, tunc in reseruatione non fit mentio de vtroque, sed solū de vacant. videlicet, dudum siquidem omnes dignitates in collegiatis ecclesiis, principales tunc vacant.

Clausula, dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat, non ponitur rōne reseruatio expressæ in litera: quia ex quo reseruatio probatur, certum est q̄ illius beneficii dispositio ad papam pertinet, sed ponitur ratione clausulæ generalis, siue præmisso, siue alio quouis modo &c. vnde quando non poneretur alius modus vacationis, quam expressus in reseruatione, tūc omittitur clausula, siue præmisso, & illa omissa non ponitur clausula, dūmodo eius dispositio.

*Clausula dummodo eius dispositio.*

In clausulis generalibus non debet poni aliqua clausula conditionalis de ipso impetrante. Noua prouisione de reseruato, non debet dici, etiamsi per reseruationem ipsius impetrans; quia de factis suis supplicans non debet dubitare, sed de illis certus pure, & simpliciter, & non dubitatiue, & non conditionaliter exprimere.

In beneficio reseruato quod tenetur p alium occupatum, ponitur clausula, dummodo tempore datæ p̄sentium. & non, dummodo eorum dispositio. & clausula,

sue

siue vt præmittitur, siue alio quouis modo vacare repereris. & nõ dicitur siue præmisso, siue alio &c. vacet &c. vt de reseruatis dici consueuit.

*In beneficij non reseruatis, & occupatis & alios.*

In beneficio occupato per alium, si non est reseruatum, dicitur vacauerit, & vacet ad præsens. licet dilectus filius L. illud obtineat indebitè occupatum, vel in absente, nos volentes dilectum filium N. asserentem, quod dilectus filius P. &c. detinet indebitè occupatum. Ratio est, qa in non reseruatis incipit. Cum itaque sicut accepimus. vnde bene sonat, licet dilectus filius. Sed in reseruatis loquitur Papa assertiue: vt, cum itaque parochialis &c. vacet, vnde si sequatur, licet dilectus filius P. illam detineat indebitè occupatam, videtur Papa asserere illi occupati ius non competere. Et ideo, quia ibi nõ cadit bene, postea sequi debet quod pars asserit illum occupare.

*Commissio*

In beneficio occupato per A. semper debet iudici committi. quod vocato dicto A. & alijs qui fuerint euocandi ecclesiam prædictã cuius fructus &c. siue, vt præmittitur, vel alias quouis modo &c. repererit beneficiũ vacare, amoto exinde dicto A. & quolibet alio illicito detentore, & est hoc verum in non reseruatis, sed in reseruatis non dicitur, sed solum ponitur, vocato dicto A. & alijs qui fuerint euocandi ecclesiam prædictam &c.

*Dudũ si quidem.*

Nota, quando vacat dignitas principalis, vel maior post pontificalem apud sedem, tunc datur reseruatio sicut de vacantibus apud sedem, & non de vacantibus ratione principalitatis, seu beneficij; dicedo sic: dudum siquidem omnes dignitates cæteraq; beneficia ecclesiastica apud sedẽ &c. Et tunc ponitur clausula, dummodo eius dispositio, propter alios modos vacationis, videlicet, quia non datur reseruatio tanquam de reseruatis ratione principalitatis, vel maioritatis: & tunc, quãdo tunc est dignitas principalis, vel maior, debet dici ibi, dum dicit decanatum prædictum qui dignitas &c.

*Dudũ si quidem.*

Quando verò vacet extra Curiam, tũc datur reseruatio tanquam de reseruatis ratione principalitatis, vel maioritatis, dicendo: dudum siquidem omnes dignitates in collegiatis ecclesijs principales. Et tunc non ponitur clausula: dũmodo eius dispositio &c. quia docetur in Cancellaria de principalitate, vel maioritate. & tunc debet dici in principio, quod est dignitas, videlicet, ibi, cum itaque postmodum decanatus ecclesiæ &c. qui inibi dignitas &c. Si verò detinetur per aliũ occupata, tunc ponitur clausula, dummodo tempore datæ præsentium &c. Et idem dicendum est in dignitatibus conuentualibus, & præceptorijs generalibus quorumcunque ordinum, non tamen militiarum reseruatis, per regulas Nicolai Quinti.

Item nota, q̃ si conferatur canonicatus, & præbendæ, dignitates ecclesiæ reseruatæ, tunc debet intitulari de vtroque vt dilecto Filio Petro Canonico, & Decano Mediolanen.

Et aduerte, quòd dignitatibus maioribus post Pontificales, aut principalibus in collegiatis ecclesijs requirit iuramentum, vnde si impetrans est præsens iurat in Curia. Et nunc si litera est in forma, dignum, debet poni, inducens per te, vel alium eundem A. recepto prius ab eo. &c. Iuxta formam quam sub Bulla nostra mittimus introclusam solito iuramento. Si verò pro absente est in forma gratiosa, vt vitæ, &c. puta, quia non debet examinari quia doctor, vel motu proprio, & tunc de iuramento prẽstando non debet fieri mentio, sed litera gratiosa, sed in executoria ibi, inducens te, &c

*De iuramento.*

Prẽterea quando vacat sola dignitas in ecclesia cathedrali, vel collegiata, & non est maior post pontificalem, nec principalis in collegiata, & aliàs est reseruata, tũc litera Apostolica debet in omnibus, & per omnia expediri, ac si esset dignitas maior, vel principalis, excepto quòd de iuramento nulla fiet mentio, quia non iuratur nisi ratione dignitatis maioris, vel principalis.

*De iuramento.*

Item nota, quòd in vacantibus dicitur apud sedem Apostolicam, diem clausit extremum, apud sedem ipsam vacauerit, & vacet ad præsens, & apud sedem bis repetit, quia primò ponitur narratiuè, secũdò affirmatiuè.

*Constitutio execrabilis.*

Nota, quòd quando beneficium vacat per Constitutionem execrabilis, & non fit mentio quanto tempore detinuerat, semper simpliciter dicitur quòd beneficiũ tale vacat ex eo, quia talis talẽ parochialem ecclesiam obtinens aliam parochialem Ecclesiam talem extitit assecutus, tũc ponitur, mandamus quatenus si est ita &c. Si verò dicatur quòd detinuerit per annum vel tot menses, tunc dicitur, vocatis

catis dicto tali & alijs &c. & ſi, vt præmittitur, vacare repereris, &c.

Nota, quòd in literis Apoſtolicis ſemper gratioſa debeteſſe de per ſe, & executoria in alia litera: & hoc per Cancellariam, quia per Cameram poſſunt poni gratioſa & executoria in vna litera.

Aduerte, quòd quando beneficium reſeruatum, de quo prouidet ſucceſſor, vacauit tempore obitus prædeceſſoris, in principio non debet narrari reſeruatio, ſed dicitur hoc modo: Dilecto filio &c. Cũ itaque tale beneficiũ vacauerit & vacet ad præſens nullusq; de illo præter nos hac vice pro eo quòd nos dudum &c. & narratur reſeruatio hic.

Item, quòd quando beneficium eſt de iure reſeruatũ, ſicut quando vacat apud ſedem, tunc debet narrari in principio iuris, videlicet, Papæ, & nunquam fit mentio de declaratione, & remanſerint affecta, quia remittitur iuri, ſed fit ſimpliciter ſcilicet nulluſq; de illo præter Rom. Põt. hac vice &c. reſeruatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis &c.

Item non obſtan. quando narratur, & poſtea ſequitur aliud, dicitur obtinere: ſi verò non ſequitur aliud, dicitur, noſcitur obtinere.

In vicaria perpetua parochialis eccleſiæ, quando de illa prouidetur, debet poni clauſula, admitti &c.

Nota, quòd monaſteria monialium de ſtylo Cancellariæ nunquam ſunt reſeruata, etiamſi vacarent per liberam reſignationem in Curia in manibus Papę, & ita d. A.d. Cor. de conſilio præſidentium in parco. & d. Spoletanen. expediuit quoddam monaſterium monialium Mediolanen. vacan. per liberam ceſſionem in manibus Papæ, quia non erat reſeruatum, & poſuit in litera de ſimili conſenſu, quòd alia, pro qua fuerat ſupplicatum, præferatur in Abbatiſſam, ſi ad hoc Conuentus dicti Monaſterij accederet aſſenſus. Nota, quòd hodie dãtur reſeruatio de Monaſterio Monialium per obitum, vel reſignationem vacan. in Curia.

*Sequuntur beneficia reſeruata generaliter.*

OMnes dignitates etiam Patriarchales, & beneficia vacantia apud ſedẽ Apoſtolicam.

Item, beneficia per diſpoſitionem, prouationem, tranſlationem, auctoritate Apoſtolica factas, & fiendas.

Itẽ, beneficia ſuper quibus electio, vel poſtulatio facta auctoritate Apoſtolica eſt caſſata, vel repulſa, vel renunciatione admiſſa.

Item, beneficia Cardinalium, & legatorum, & quorumcunque officialium Romanæ eccleſiæ & ſedi Apoſtolicę, venientium ad Curiam Ro. vel recedentium ab eadem, ſi prope curiam infra duas dietas obierint, dummodo inibi non habeant proprium domicilium.

Item, beneficia vacantia per promotionem ad epiſcopalem dignitatem, & ſuperiores, vel ad regimina Monaſteriorum.

Item, vacan. per aſſecutionem alterius beneficij auctoritate Apoſtolica collati &c.

Item, vacan. per conſtit. Ioan. Papæ 22. quæ incipit, Execrabilis. ſunt etiã generaliter reſeruata.

Item, dignitates maiores poſt pontificales in Cathedralibus & Metropolitanis, & principales in collegiatis eccleſijs, necnon prioratus, præpoſituræ, & præpoſitatus, ac aliæ dignitates conuentuales, Præceptoriæ generales, quorumcunque ſed non militiarum.

Item, beneficia familiarium Papæ, & Cardinalium, de beneficijs quæ obtinẽt, & in poſterum familiaritate huiuſmodi durante obtinebunt, etiamſi ab illa per obitum Cardinalium vel aliàs receſſerint.

Item, beneficia collectorum, & in ſingulis diœceſibus ſubcollectorum, ſicut in dictis regulis, &c.

Item, quorumcunque curialium, quos, dum Rom. Cur. de loco ad locum tranſfertur eam ſequendo decedere contigerit quouis loco, etiam a dicta curia remoto.

Item, quorumcunque cubiculatiorum & curſorum ſuorum.

Item, beneficia ad collationem Cardinalium à Romana Curia abſentium ratione quorum & eorum cardinalatus eccleſiarum, & titulorum pertinentiũ, quandiu abſentia huiuſmodi durauerit, ſint Sedi Apoſtolicæ generaliter reſeruata, vt in literis Nic. v.

Alia

*Alia beneficia reseruata.*

ITem beneficia reseruata per prædeceſ ſorem, & tempore obitus ipſius vacan. remanent affecta.

Item, erunt reſeruata generaliter omnia beneficia, quæ per Pontificem ex cauſa generaliter reſeruabuntur. Et qa generali reſeruatio quæ in iure ſcripto decidit, vt in ſedem vacan. apud ſedem apoſtolicam, vt in c. 2. de præb in 6. dignior, & efficacior eſt cæteris aliis reſeruationibus. Idcirco vbi illa reſeruatio dari poteſt, illa dari debet, & non alia ex prædictis modis generaliter reſeruatis, vel ex aliis modis ſpecialiter reſeruatis, vt in eccleſiis cathedralibus, & metropolitanis vacantibus Quæ ſi vacant extra curiam, ſunt ſpecialiter reſeruata ſecundum regulas. Si vero in curia, ſunt generaliter reſeruata vt vacan. apud ſedem apoſtolicam, eccleſia cathedrali, tunc dicimus &c.

Dudum ſiquidem prouiſionem eccleſiarum omnium apud ſedem apoſtolicam tunc vacan. & in antea tunc vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ reſeruamus decernen. &c.

*Reſeruatio eccleſiarum. Reſeruatio monaſteriorũ*

Si vero vacat monaſterium apud ſedẽ, tunc dicimus ſic, dudum ſiquidem prouiſiones eccleſiarum: & monaſteriorum quarumlibet apud ſedem apoſtolicam tũc vacan. & in antea vacaturorum collationi &c.

Si vero dignitas poſt pontificalem maior vacat apud ſedem apoſtolicã per mortem officialis, tunc non debet dari reſeruatio tanquam de dignitate maiori, vel tanquam de reſeruatis poſt mortem officialis propter conſtitutionem ad regimẽ: ſed tanquam de reſeruato apud ſedem vacan. & dicimus ſic; Dudum ſiquidem omnes dignitates, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura tunc apud ſedem apoſtolicam vacan. Si vero dicta dignitas vacat extra curiam, tunc addetur quod ſit dignitas maior, & dicetur ſic: dudum ſiquidem omnes dignitates maiores in cathedralibus poſt pontificales tũc vacan. &c.

Si vero non fuerit dignitas maior poſt Põtificalem in cathedrali vel principali in collegiata eccleſia, ſed alia dignitas fuerit, dicetur ſic: Dudum ſiquidem omnes dignitates, canonicatus, & præb. ac dignitates, cæteraque beneficia eccleſiaſtica; prout in antiquis formis obſeruabatur.

Et aduerte, quod in beneficiis curatis, vel aliis in quibus cura ſolet imminere, vt in dignitatibus ſemper debet addi, cũ cura vel ſine cura. In non curatis vero dicimus: Dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica apud ſedem &c.

Quando dignitas maior poſt pontificalem in cathedralibus, vel principalis in collegiatis vacat, tunc in reſeruatione nõ fit mentio de vtraque, ſed ſolum de vacã. videlicet; Dudum ſiquidem omnes dignitates in cathedralibus eccleſijs poſt pontificalem maiores vacan. &c. vel ſic, omnes dignitates principales in collegiatis eccleſiis principales &c.

Nota, de beneficiis officialium, quod a patriarchali vſque ad infimum beneficij deſcendendo cadens, alias reſeruatione ex conſtitutione ad regimen, quæ habetur in quinterno cancellariæ, eſt reſeruatum & debemus ſcire ſi in curia, ſiue extra eam vacent &c.

Per obitum extra curiam, Dudũ ſiquidem omnes canonicatus, & præb. cæteraq. beneficia eccleſiaſtica, quorumcunque capellanorum ſedis apoſtolicæ vbicunque decedentium, tunc vacan. & in antea vacatura &c. Cum itaque poſtmodum canonicatus, & præb. eccleſiæ N. quos quondam N. ipſius eccleſiæ canonicus dum viueret obtinebat, per obitum eiuſdem N. qui capellanus præfatæ ſedis, & Palatii apoſtolici cauſarum adiutor exiſtẽs, extra Rom. curiam diem clauſit extremum, vacauerit &c. Nos volent. &c. Vel ſic, per obitum N. qui familiaris noſter, ac ſcriptor, et abbreuiator, necnon corrector literarũ apoſtolicarum exiſtens, apud ſedem prædictam &c. die clauſit extremum.

Per obitum Cardinalis in curia, Dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica, tunc apud ſedem apoſtolicam vacan. in antea vacatura &c. per obitum ipſius Cardinalis extra curiam &c. Dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica quorumcunque ſanctæ Rom. eccleſia Cardinalium, tunc vacan. & in antea vacatura. Idem eſt iudicium de Cardinalibus & omnibus officialibus infra ſcriptis, videlicet.

Vicecancellarii.

Camerarij.

Septem notariorum.

Auditorum Rotæ.

Audi-

Auditoris literarum contradictarum.

Correctorum, & scriptorum apostolicorum, tam cancellariæ, quam pœnitentiariæ, qui cancellariæ centum vnus, & pœnitentiariæ vigintiquatuor existunt.

Abbreuiatorum literarum apostolicarum.

Secretariorum, & Solicitatorum. Familiarium commensalium.

Capellanorum sedis apostolicæ in Epitaphio descriptorum.

Legatorum, seu Collectorum sedis apostolicæ.

Rectorum & Thesaurariorum in terris ecclesiæ.

Et sicut prius dictum est de beneficijs officialium, militer de beneficijs familiarium Papæ, & Cardinalium, collectorum in singulis diœcesibus vnicorum in subcollectorum, ac curialium, etiam in quouis loco, dum curia transfertur de loco ad locum decedentium, necnon cubiculariorũ, & cursorũ, vt supra p regulas.

*Notabilia de vacantibus speciali reseruatione.*

NOta, quod beneficia specialiter reseruata dicuntur quatuor modis. Primo per matrimonium contrahendum, per ingressum religionis & professionem faciendam, & per assecutionem auctoritate ordinaria faciendam, per munus consecrationis impendendum.

Item, si reseruetur beneficium per contractum matrimonij, non dentur alij modi vacation. de futuro, nec conferatur beneficium reseruatum specialiter vel affectum, nisi sequatur matrimonium.

In beneficijs per promotionem, vel assecutionem vacaturis, ponatur clausula, cum beneficia huiusmodi præmisso vel alio quouis modo &c. præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, & si vacet &c. vt habetur in regula Nicol. 5.

Impetrans beneficium & narrans illud vacare per consecrationem, vel assecutionem alterius beneficij. si re vera non vacat, sed speratur vacare præmisso modo ante confectionem literarum, poterunt confici literæ tanquam de vacaturo. Idem seruatur in econuerso, videlicet si narrat vacaturum, & re vera vacat, quia antequam literæ conficiantur poterit habere tanquam de vacan. Ioan. 22. in reg. 2. & Nicolai 5. & 38.

Beneficia promoti ad ecclesiam cathedralem non possunt conferri per papam, vt vacan. antequam promotus possessionẽ ecclesiæ pacifice adipiscatur, not. gl. in cl. 1. vt li. pend. quod intelligitur de potestate ordinaria: sed de absoluta potest, cum in beneficialibus liberam habeat potestatem, vt patet in tex. d. cle. in si.

Beneficia non vacant per sponsalia sed per matrimonium per verba de præsenti contractum, licet non consummatũ: quanquam de hoc secundo fuerit dubium. no. Rot. 137. alias 13.

*Nota plura notabilia tam circa beneficia reseruata, quam non reseruata.*

QVando examen non committitur in prouisionibus beneficiorum, dicitur effectus huiusmodi gratiæ. Similiter dicitur in omnibus gratiis, quando dicitur in principio gratiam facere specialem, tunc dicitur, effectus huiusmodi gratiæ. Secus fit permutationibus, vbi tantũ dicitur, effectus earum, &c. quoniam nulla videtur fieri differentia, vbi vnum pro reliquo datur.

Quando prouidetur præsenti, tam de beneficio reseruato, quã non reseruato sẽ per post verba, vos, vel duo, &c. ponitur immediate post vos, vel aliũ, seu alios &c. vt reperitur in minutis antiquis quando vero absenti mandatur prouideri, ponitur Inducens per te, vel alium seu alios.

Quando in literis apponitur clausula, vocatis, &c. nõ possunt dari iudices extra ciuitatem, vel diœcesim absque derogatione constitutionis Bonifacij, nisi in casibus in eadem constitutione expressis.

In mandato de prouidendo habenti in forma dignum &c. si beneficium non sit reseruatum, ponitur in fine clausula decreti: Si dictus N. repertus fuerit idoneus. &c. vel ignoranter contigerit attentari, ac si de data præsentium &c. In reseruatis vero non ponitur, si dictus &c. sed datur magnum decretum.

Item, quando beneficium vacat per cessum, vel decessum, aut alias possessione non habita, debet exprimi modus vacationis per quem sic cedens, vel decedens obtinuit. Intellige quando est duntaxat concessum, vel mandatum prouideri.

Commissio hospitalis, dispensationes matrimoniales, & super defectu natalium

proſcholari in forma, ex parte &c. debent fieri ordinario.

*Vnio.* Quando fit vnio de parochiali eccleſia alicui monaſterio, vel alteri regulari loco, debet poni clauſula reſeruata congrua portione pro vicario &c. vbi melius poterit aptari. In literis facultatum non ponitur clauſula, Nulli ergo &c.

*Quando ſcribitur non habēti dignitatem.* Quando ſcribitur alicui iudici, niſi ſit in dignitate, vel perſonatu conſtitutus, dicitur ſic: Diſcretioni tuæ, licet forſan tu fili prior non ſis in dignitate præditus, aut perſonatum obtineas, ac ciuitatis, vel diœceſis aliquis prælatus S. R. E. fidelis non reperiatur ad præſens per apoſtolica ſcripta mandamus &c.

In nouis prouiſionibus beneficiorū vigore gratiarum expectatiuarum prædeceſſoris acceptatorum, bonum eſt dicere hoc modo, videlicet, Vigore gratiæ expectatiuæ ſibi præferre N. prædeceſſorem noſtrū conceſſæ, prout &c. acceptauit, & de illo eodem prædeceſſore adhuc in humanis agente prouideri obtinuit. Cum autem eadem petitio ſubiungebat.

Et ſi detur noua prouiſio ſuper beneficio acceptato vigore gratiæ papæ tunc viuentis, aduerte in fine literarum caſſare. &c. videlicet quando ad beneficium ſuper quo datur noua prouiſio.

In noua prouiſione de beneficio collato per legatum ſe. vacan. Venerabilis frater noſter N. epiſcopus Oſtienſ. tunc in illis partibus apoſtolicæ ſedis Legatus, habens ad hoc, vt dicebat, ſpecialem ab eadem ſede per ipſius literas facultatem illius vigore beneficium prædictum, vt præmittitur, vacans eidem N. contulit &c.

In duobus caſibus tanquam iuri contrarijs, etiam ſi ſignatura ſit pinguis, non debes extendere vltra, quam in corpore ſupplicationis cōtineatur videlicet, in diſpenſationibus, & expectatiuis in quibus non datur clauſula, ad curatis, & electis, niſi in ſupplicatione contineantur.

In narrationibus ſemper debes ſequi ordinem rerum, ita vt prius referas quæ prius acta fuerunt.

Quando intitulas aliquem beneficiatum, præponas clerico, vel beneficiato, & deinde immediate perpetuo beneficiato in eccleſia &c.

Item ſuper prouiſionibus factis per papam, vel vigore literarum eiuſdem de certo beneficio, nunquam datur noua prouiſio, ſed perinde valere.

In beneficiis de iurepatronatus laicorum, ſi patroni præſentāt aliquē papæ, debes dicere: Nobis infra tēpus legitimum præſentarunt, prout in quodam publico inſtrumento, ſiue literis authenticis &c. plenius continetur. Non autem quādo datur noua prouiſio per papam de beneficio, ad quod quis præſentatus fuit ordinario.

Item in literis prouiſionum eccleſiarū cathedralium, & monaſteriorum, quando promotus eſt conſtitutus in minoribus, & abſq; aliqua dignitate, tunc debet exprimi eius cognomen, verbi gratia, Dilecto filio Ioanni Dominici electo &c.

Item comites, & principes non ponuntur alicuius diœceſis in literis gratioſis.

Si quis tenet beneficium ſine titulo, & percipit fructus, ſi petat de eo prouiſionē a papa, debet ponere clauſulam, abolitionis, etiamſi non petatur in ſupplicatione, ex qua ſi cōſtiterit illum non percepiſſe fructus tunc non indiget. Et ſimiliter quā defectum natalium tacuiſſet in impetratione beneficij.

Nota, q; in eccleſia cathedrali nullus pōt eſſe canonicus, niſi perfecerit 14. annum, & ita tenet Abb. in c. ſuper inordinata. de præb. licet gl. in c. ex eo de elect. lib. 6. teneat contra & poſtquam peruenerit ad 14. annum, ſi non fecerit ſe promoueri ad ſacros ordines infra ſemeſtre, & priuatus omni iure canonicatus & præbē dæ, in extrauag. Nicol. 5. quia Roman.

In his quæ ſunt contra diſpoſitionem iuris cōis, datur, diſpenſatio, in alijs vero non: talibus, vt puta contra ſtatuta fundationis vel regulas, datur indultum &c. *Diſpenſatio.* *Indultū*

Nota, quod ſi mādatur inhiberi epiſcopo, dicitur autoritate noſtra, ſi inferioribus, per cenſuram eccleſiaſticam &c.

Quando ex narratiua conſtat beneficiū detineri & vacare, ſi ſit reſeruatū, dicitur: cum autem ſecundum præmiſſa prædictū adhuc, vt præfertur vacare noſcatur. Si vero non ſit reſeruatum, dicitur: Cum autē ſecundum præmiſſa collatio, & prouiſio prædictæ viribus non ſubſiſtant, & ſicut accepimus beneficium adhuc, vt præmittitur, vacare noſcantur.

Non derogantur conſtitutioni Bonifacianæ in literis gratiæ, niſi hoc in ſupplicatione petatur, vel niſi papa in ſignatura det iudicem, in literis iuſtitiæ, ſic.

In ſubrogationibus, ſi neutri, & nouis prouiſionibus, non oporret narrare in ſupplicatione modum vacationis, ſed poteſt

in

in minuta supplicari, nisi beneficium esset reseruatum, tunc enim non venit reseruatio nisi in supplicatione exprimatur.

Quando papa mandat prouideri de beneficio reuocabili ad nutum ordinarij collatoris, quia deuolutum, non desinit propterea, quin ille cui confertur, possit ad nutum ipsius collatoris amoueri. vt in extrauag. Nicol. 5. cum de beneficio. & not. Ioan. And. in c. dilecto. de præben. & in c. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. in nouella.

*Resignatio ima nibus patronorũ.*

Si obtinens beneficiũ de iurepatronatus laicorũ, illud resignat in manibus patronorum, & ipsi resignationem admittant, admissio est de facto, & quicquid inde sequitur impetrãdo quis super hoc nouam prouisionem, debet omnia annullare, & datur sibi prouisio cum huiusmodi annullatione, nec tenet resignatio, vt in c. ꝙ in dubijs. de renun. dicit tamen glo. eo. c. ꝙ tenet, quo ad resignantem, ita ꝙ nõ potest repetere ecclesiam, sed non quoad ecclesiam vel superiorem, quin possit repetere sic resignantem.

Obtinens beneficium aliquod, cui ad eius vitam duntaxat, vel qua diu obtinuerit, est aliud beneficium vnitum, est verus titularis vtriusque constante vnione sunt vnum corpus, & ideo per eius obitum, dissoluta vnione, vacat. Sed in vnito dices quod per N. obitum dissoluta vnione, vacat &c. Et si obtinens resignet beneficiũ, cui est vnitum, vacat per dissolutionem vnionis factam per eadem resignationem &c.

Impetrando dispẽsationem quãcunq;, si obtinens aliquod beneficium, maxime si ei cura immineat animarum, teneris exprimere qualitates eius, videlicet si curatum & electum: ut in c. cum illis. de præb. lib. 6. & clem. 1. eo. tit. nisi si narraueris priorem dispensationem, & illa fuerint expressæ qualitates &c.

In noua prouisione beneficij collati per electum, non cobfirmatum, inficies collationem, quia de facto facta: vt c. nostri. de elect.

Si vero fit confirmatus, dabis, Cum autem dubitet &c. Ex quo potuit conferre: vt in c. transmissa eod. tit.

Si super quouis beneficio litigioso sententia contra vnum ex collitigantibus feratur, & ab illa appellet, & causa appellationis non commissa cedere velit, cedat iuri & liti, quia causæ non potest renunciare, cum non sit aliqua causa commissa.

Nota, quod per quamcunq; litis pendentiam in Ro. Cura, in qua non fuit dictum de iure actoris, post annum non censetur beneficium iure affectum, quin per eius collatorem libere de illo prouideri possit. vide in extrauag. Martini. 5. statuimus. caue quia istud est contra ius cõe. c. 1. & 2. vt lit. pen. lib. 6. & cle. 1. 5. si vero. eo. tit. & contrarium obseruatur in practica. vide decis. Rotæ in tit. vt lit. pen. in antiq quæ est 4. in ordine, & nu. 423. quæ incipit, nunquam reor. posset tamen habere locum in casu regulæ de ann. pos.

Item, quando mandatur prouideri absenti de beneficio curato reseruato, non ponitur in si. literæ, Et insuper si dictus Ioan. ad hoc &c. sed solum, Et insuper ex nunc prout ex &c.

Nota, quod in beneficijs cũ cura semper ponitur, vel per constitutionem execrabilis.

Canonicatus non dicitur esse sine prębenda, quia alias esset nomen inane, contra c. relatum. & c. dilectus. el primo. de præbend.

Nota, quod in spiritualibus quæritur dominium sine traditione. Imol. in c. inter cætera. de pręb. & habetur in c. si postquam. de præben. lib. 6.

Nota, quod beneficia secularia curata vnita regularibus, debent regi per seculares instituẽdo per ordinarium sicut prius consueuerant. in extraua. cum nonnullis. Bonif. 8.

Canonicatus, & præbendæ ac dignitates, semper dicũtur ecclesiæ, nisi dignitas sit cognominata, & tunc dicitur in ecclesia: verbi gratia, Archidiaconis de certo in ecclesia Rodonen. &c.

*Clausula mandati sup iformationib.*

Clausula fraternitati tuæ, de qua in his, & alijs specialem fiduciam obtinemus, ponitur, quando mandat recipi informationem de his, quæ committuntur, & in casibus sequentibus.

In dispnesationibus matrimonialibus. In tabellionatus officio. In commutatione voti. In absolutionibus incendiariorum. In alienationibus votorum, ecclesiasticorumque locorum. In concessionibus reseruationum & conditionum monasteriorum, & aliorum ecclesiasticorum locorum.

Quando committitur, quod dentur alimenta patrono ecclesię redacto ad paupertatem.

Quando mãdatur de incertis male ab-

latis assignari vsq; ad certam summam.

Quando mandatur recipi informatio de aliqua re ardua, & postea referri.

Quando cõmittitur erectio parochialis ecclesiæ in collegiatam, & statuorum per patronum laicum in eadem æditorum.

Quando mãdatur absolui ministrũ inutilé a regimine, & administratione, quam habet. Sed aduertæ quod moderni abbreuiatores præmissa clausula nõ vtuntur, ni si in dispensationibus matrimonialibus, & interdũ quãdo iudex datur in signatura.

In licentia pro ecclesia ad recuperandũ rem alterius ecclesiæ male a laico detentam, appone hanc clausulam, priori ecclesiæ N. præstita cautione, vt si ad pinguiorem fortunam deuenerit, rem ei restituat, prius sibi de pretio satisfacto.

In translatione monasteriorũ & ecclesiarum de loco ad locũ, ne primũ monasterium destruatur, pone clausulam, Prouiso quod ad prophanos vsus non redigatur.

Autores Rotæ, clerici came. & accolyti, papæ sunt capellani.

Nullius illegitimus intitulatur nobilis nec dicitur pro eo nobilitas generis, nec, qui, vt asseris, de nobili genere procreatus existis. sed bene dicitur, qui, vt asseris, defectũ natalium pateris ex nobili coniugato, & moniali &c. genitus, nec etiam aliquis religiosus dicitur nobilis, nec pro eo nobilitas generis, se in in prosecutione bene dicitur, qui, vt asseris. de nobili genere &c. procreatus existis.

Nota, q̃ quando aliqua constitutio cõtinet decretum, indiget derogatione, & ad hoc, vt ei derogetur, est opus signatura speciali. Si vero nõ contineat decretum, tunc sufficit dicere simpliciter, non obstante tali constitutione, qua cauetur &c.

In beneficiis de iurepatronatus laicorum, quorum collatio est deuoluta ad sedem apostolicam, ponitur clausula, Dummodo eius collatio deuoluta sit. &c. Et tẽpore datæ præsentium &c. In alijs vero deuolutis, non ponitur clausula, dummodo eius collatio: sed duntaxat, dummodo tempore datæ præsentium.

Si in prouisione alicuius beneficij, ille cui de illo prouidetur, aliud obtineat q̃d dimissurus sit, semper debet intitulari de beneficio dimittendo, nisi de illo sibi gratiose prouideretur, & tunc de illo intitulandus est.

Quando impetrans possedit, & percepit fructus de facto, indiget habilitatione si illud de facto est contra ius scriptũ, alias non: vt puta, cõtra regulas cancellariæ, vel contra aliquam reseruationem non clausam in corpore iuris, & similia quæ iuste potuit impetrans ignorare.

Quædam sunt qualitates, quæ quamuis in supplicatione non ponãtur, possunt tamen in minuta suppleri, vt si quis sit doctor, licentiatus, familiaris alicuius prælati, vel principis, & similia, quæ potius mouerent papã ad concedendũ gratiam &c. quam suppletionem, intellige veram, q̃ principalis est præsens: quia alias cum difficultate suppleretur propter malitiam solicitatorum &c. Imo debet attendi ad solicitatores.

Conseruatoriæ debent committi episcopis vel superioribus prælatis, aut abbatibus, vel personis in dignitatibus constitutis, non autem canonicis, vt in c. fin. de offic. deleg. lib. 6.

Nota, quod quando aliquid committitur de iure, non datur exordium in literis nisi daretur humilibus &c. vel honestis supplicium votis &c. Sed in concernentibus gratiam, semper ponitur exordium, nisi in matrimonialibus in quibus nullũ ponitur.

In beneficio dicitur intrusus, qui illud tenet sine auctoritate illius, ad quem de iure spectat collatio. vt in ca. 3. de concess. præb. & in c. ex frequentibus de instit.

Quando quis tenetur dimittere beneficium, non est necesse vt ponatur, in non obst. sed sufficit quod ponatur clausula, volumus autem &c.

Clausula, cõtradictores, ponitur in omnibus literis ante, non obstantibus exceptis executionibus litterrum gratiosarum, quia in illis ponitur in fine, videlicet ante datam.

Nota, quod quando cõceditur aliquid alicui prælato, sicut abbati, & successoribus suis, vel pro tempore existẽti, semper debet fieri mandatum: sed quando conceditur moderno abbati tãtum, tunc debet fieri facultas, vt quando conceditur quod dispenset cum monachis in 22. annis &c. sed quando ista concessio concerneret futura, fit indultum.

Nota, quod si obtinens beneficium curatum quod requirit residentiam, reciperit secundum beneficium non curatum, quod simpliciter requirit residentiã, quod non vacat primum.

Beneficium curatum non vacat, licet

quis

quis in eadem ecclesia assequatur parochialem ecclesiam annexam præbendæ: quia præbenda est beneficium, quod non est curatum, & parochialis ecclesia est illi accessorium, cui deseruitur per vicarium: vt c. super. de præb. lib. 6. in extrauag. execrabilis. in fi.

Beneficia quæ sunt de mensa episcopatus, vel monasterij, non dicuntur vacare per obitum rectoris, vide Feder. in tract. permut. & domi. de Rota conclu.

Habens beneficium curatum, si aliud simile assequatur, nisi primum infra mensem dimittat in manibus ordinarij, efficitur inhabilis secundum Ioan. Andr. in clem. si plures. de præbē. Et idem dicit in dignitatibus, & ita intelligitur extrauag. execrabilis.

Nota. q̄ Baptismus & Chrisma non faciunt beneficium no. Host. in c. quia non nulli. de cler. non resid.

Habens canonicum titulum, ēt si violenter capiat possessionem, nō dicitur intrusus secundum Dom. de S. Gemi. in c. cum qui. de præb. lib. 6.

Abbas non potest conferre monachis beneficium ad tēpus, vel perpetuo, quod erat consuetum gubernari per clericos seculares, neque impetrans illud tenetur facere mentionem de tali possessione, neque est contra Archidiac. in clem. vnic. de supp. neg. prælat.

Abbas non potest conferre prioratum vacantem monacho alterius monasterij. c. cum singula. de præb. lib. 6.

Abbas si est negligens, infra tempus se mestre non deuoluitur potestas, ad conuētum, sed ad episcopum. not. in cle. 1. de suppl. neg. præla.

Collatio facta per papam ex causa resignationis, vel permutationis, de beneficio alias reseruato, vel noua promissio, seu confirmatio collationis ordinarii cum clausula, nō obstā. reser. &c. nō tollit præcedentem reseruationem, ita q̄ cedentibus, vel decedentibus illis, qui ex eisdem prouidentur, & illa fuerunt assecuti, nullus præterquā papa de illis disponere poterit: vt in extrauag. cle. 6 quæ incipit. Sed in extrauag. nonnulli. Benedicti 22.

Itē, de beneficiis per assecutionē aliorum vacant. de quibus fuit auctoritate ordinaria prouisum, & deinde habita confirmatione, siue perinde ualere, a papa illis ceden. vel deceden. non potest de illis prouideri per alium quam per Rom. Pontif. vt in dictis supra nominatis extrauag. videlicet. Sed & nonnulli.

Reseruato beneficio regulari intelligitur reseruatio loci, qui deberetur in ecclesiis illud obtinentibus, vt in extrauag. si quando cle. 6. & in decis. Rot.

Si de beneficio reseruato mādatur prouideri, seu prouiso confirmari, & antequā fuerit assecutus decesserit, & beneficiū sub reseruatione permanet sicut prius: vt in extrauag. execrabilis. vide in decis. Ror.

Consuetudo optandi non cadit in beneficiis reseruatis, vt in decis. Rot. titu de consuet. in nouis. num. 296. eod. tit. in antiq. nu. 219.

Si dispensetur cum monacho, q̄ possit obtinere vnum beneficium etiam curatū, non ponitur, prouiso tamen.

Quādo scribitur monacho ponitur, cognomen; sed non abbati vel priori.

Nota, quod beneficium curatum non potest conferri existenti in sacris, si est ante tempus promotus, & ex hoc multo fortius vitiatur impetratio beneficii. not in c. pro illorum. de præb per Abbatem.

Quando defectus ordinum impedit impetrationem, vide doct. in c. si clericis. de præb, in 6.

Nota, q̄ si executor literarum apostolicarum occulte excommunicatus, mihi scienti excommunicatum ipsum conferat aliquod beneficium, collatio non tenet, vel est retractanda, secus si ignorabam, quia tunc tenet collatio Ita dicit Abb. in c. dilecto. de præb. & est limitatio ad l. Barbarius. de offic. prætor.

Collatio beneficii potest fieri absenti. l. labeo. de pact. c. si tibi absenti. de præb. lib. 6. Et si tale beneficium vacabit in curia, & reseruatum collationi papæ, moritur antequam acceptet, vel post acceptationem, ante assecutionem autem desinat esse sub collatione papę, & ordinarius possit illud conferre. vide in c. 3. de præb. lib. 6 & per Ioan. Andr. in addit. Spec. tit. de act. & petit. §. 1.

Quando resignatio fit per procuratorem, dicitur, per dilectum filium N. procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum.

Quando est substitutus procurator, sit dicitur: per dilectum filium N. procuratorem substitutum a dilecto filio procuratore dicti N. ad hoc ab eo specialiter substituto.

Quando est beneficium reseruatum,

non dicitur illicito detentore, ſed detentore tantum.

Quando quis eſt diſpenſatus per legatum, dicimus: Exhibita ſiquidē nobis nuper pro parte tua petitio continebat, ꝙ venerabilis frater noſter T. &c. tunc in illis partibus apoſtolicæ ſedis legatus, tecūque vt vna cū parochiali eccleſia &c. In Sardinia omnes præbendæ & canicatus ſunt annexæ.

Quando in manibus papæ fit aliquis actus, vtputa ceſſio commēdæ, nunquam dicitur: Cum itaque ſicut accepimus: ſed, cum itaque dilectus filius &c.

Si habet beneficium, ponitur ſic; qui, vt aſſerit, parochialem eccleſiam cuius fructus &c. Et ſemper ponatur valor, etiāſi in ſupplicatione non ponatur.

Quando impetrans petit extra ſuam diœceſim, tunc ſcribitur ordinario loci in quo impetratur: ſed ſi petat ad collationem ordinarij per ſe, tūc ſcribitur tribus iudicibus in ſua diœceſi.

Quando aliquis impetrat extra ſuam diœceſim, tunc dicitur: vbi dictus T. ſuam propriam manſionem, ſe aſſerit elegiſſe. Volumus autē quod ſi tu præſentes literas non potueris, ſeu volueris exequi, dilecti filii, præpoſitus, & decanus eccleſiarum literas ipſas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, ſecundum ipſarum literarum tenorem exequi poſſint, & debeant, ſuper quo eis tenore præſentium mandamus, & etiam poteſtatem &c.

Et inſuper præfato &c. Iſta clauſula ponitur duntaxat, quando ſcribitur ordinario: ſed quando ſcribitur aliis, tunc ponitur vt in textu infra, vbi eſt totus tenor gratiæ expectatiuæ. & tunc ſubiungitur, quod ſi non omnes &c.

Attento, clauſula ponitur, quando reſignatio, vel ceſſio fit in manibus pape.

Quando in clauſula, permutandi, diſpenſatur, quod aliud diſſimile recipere poſſit &c. ponitur etiam iſta clauſula, ꝙ conuentuale, vel clauſtrale, vt præfertur non ſit, vt in text.

Non obſtant. Bonifac. ponitur propter, tranſlationem, alias non, quod nota.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, non ponitur quando eſt expectatiua ad vnum beneficium, niſi ille cui conceditur intituletur de alio beneficio.

Non obſtant. ſtatutis dictæ Eccleſiæ, ponitur quando eſt in cathedrali vel collegiata, & non ponitur ſe. re. Boni. &c. & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, quod ponitur in execrabili. Si vero non eſt in cathedrali, aut collegiata, & habet obſtātia, aut abſolutionem, ponitur: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & aliis contrariis quibuſcunque. Si vero non habet obſtantia aut abſolutionem, ponitur, non obſtante ſi ali qui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis &c.

Volumus autem, quod idem presbyter quam primum vigoræ præſentium aliquod beneficium fuerit pacifice aſſecutus dictam Eccleſiam, quam, vt præfertur, obtinet, & quam ex nunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, quodq; ſi tu præſentes literas &c. quando autem litigat, vt in aliis, de gratia, conſueuit poni.

Sepultura nedum eſt de iure Canonico, ſed diuino &c. facit c. 1. de ſepultur. & vide 13. q. 2. per totum. Et nota quod Adam fuit ſepultus in ciuitate Abrahæ. ead. cau. & quæſt. cap. vnaquæque.

Obligatio contra ius non valet. c. fi. de pac. c placet. de ſim. l. non ſortem. ff. de condit. indeb.

Merita ſemper præcedunt defectus. Quando eſt ætatis 14. annorum, vel circa, non dicitur: & Et inſuper tecum, ſed ponitur, duxerimus concedendas. Nos. n. tam illis, quam præſentes, & quo ad beneficiū cum cura huiuſmodi quam primum ad illud obtinendum legitimæ fueris ætatis, effectum ſortiri volumus, quacunq; conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante, nec ponitur prouiſo.

*Notabilia ſuper penſionibus.*

NOta, quod in penſionibus, & commendis quis non examinatur, nec datur forma, dignum, quia examen, & forma dignum &c. habent locum, quando beneficium confertur in titulum.

Literæ reſeruationis, vel aſſignationis, & motu proprio cuiuſuis pēſionis annuæ ſuper alicuius beneficii fructibus, expediri non poſſunt, niſi de conſenſu illius, qui dictam penſionem ſoluere habebit. Nicolaus 5. ſecunda 38.

Si illi, quibus ratione ſenii, vel impotentia corporali aſſignatur penſio ſuper beneficiis curatis, ſeu dignitatibus, ſunt inhabiles ad ſimilia beneficia: niſi tēpore aſſignationis huiuſmodi ius habuerint in

illis

illis, & si receperint, & per mensam alia beneficia obtinuerint, cessat pēsio: vt habetur in extrauag. Nicol. 5. quæ incipit, Ad futuram rei memoriam. &c. Detestabiles.

Non valet pactum, vel conuentio inter Abbates & institutos Priores ante vel post institutionem de prouisionibus vel alio onere temporali, vel perpetuo prioratui imposito, vel imponendo, vt in extrauag. intelligitur Alexand. 4.

Pensio immoderata respectu aliorum reddituum Ecclesiæ, vel quæ ex post facto inceperit multum grauare, potest reduci ad debitam moderationem, vt per nota. in c. præterea. de iure patro. faciunt not. in c. 1. de consuet.

Episcopus cum consensu capituli sui potest imponere pensionem Ecclesiæ abūdanti soluendam ad sustentationem virorum religiosorum, vt in ca. Pastoralis. de his quæ fiunt a prælat. Et sic habes casum quod non solum papa, sed etiam Episcopus potest imponere pensionem Ecclesiæ. Et intelligitur, quando detracta pensione potest rector Ecclesiæ cōgrue viuere, alias autem non debet cooperiri vnum altare vt discooperiatur aliud, vt in c. cum iam dudum. de præb & vide Nicol. in d. c. Pastoralis. & in c. extirpandę. in fin. de præb. vbi bonus text. Religioso licite constitui tur aliqua pensio seu prouisio non vt eam habebat vt proprium, & sic potest eam dare, vel in testamento relinquere, sed habebit vt dispensator, vel in administratio nem, & poterit illam Abbas ad libitum auferre, nisi haberet ex confirmatione papæ, quia tunc per Abbatem non posset illa priuari. Ista dicit Nicol. per illum text. in c. nisi essent. de præbend. Not. glo. & doctor. in c. exposuisti. de præb. & si portio vel pensio duntaxat statuitur Canonico ex redditibus capellæ, tunc presbyter instituēdus in capella est prælatus capellæ, & habet curam animarum. Sed si capella annectitur præbendæ, tunc presbyter illi constituendus, habetur *loco prælati domini*. vide dom. Landulph. in Clem. 1. de offi. vicar. & Io. de Lignano post eum concludit, quod si certa portio datur Canonico, tunc vendicatio rerum, & iurium capellæ, & cura pertinet ad presbyterum. Si vero certa portio pertinet presbytero, tunc vendicatio rerum & iurium capellæ pertinet ad Canonicum, & cura habitu, sed actu pertinet ad presbyterum. Et loquitur quando ecclesia est annexa præbēdę nam vbi non annexio, sed solum statuitur pensio, tunc nihil habet agere Canonicus in capella. Ita dicit Nicol dict. ca. exposuisti Et circa materiam pensionum, vide quæ habentur supra, chart 52. & 53.

### *Notabilia super clausula perindere valere.*

NOta, quod literę super gratia, perinde valere, semper debent esse gratiosę, & dirigi petenti

Item nota, quod perinde valere, non datur supra gratia facta per alium, quam per papam.

Item nota, quod in dicta gratia ponuntur non obstantes bebeficiales.

Item nota, quod si datur, perinde valere, pro gratia expectatiua, dicimus ab earum data, Si autem in aliis, dicimus a data præsentium.

*Item, in gratia, perinde valere, sup gratia expectatiua dicimus, in beneficiis q̄ vacat ad præsens, aut cum vacauerit, &* non in beneficiis quæ vacauerint ante datam perinde valere, in quibus aliis posset esse ius quæsitum.

*Item nota, quod debemus dicere perinde valere super gratia expectatiua, q̄ literæ prædictæ, & processus habiti per* easdem ab eorum data, & quæcunque inde secuta, ita quod data non possit re fer ri ad quæcunque inde secuta.

Item nota, quod supra dicta, perinde valere, super gratia expectatiua debemus dicere, non obstantibus præmissis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis quæ in dictis literis non obstare volumus. Et ponitur constitutionibus Apostolicis, quia obstant constitutiones Apostolicæ, ex quo fit præiudicium tertio, quia validantur ab eorum data. & in perinde valere, super vacantibus non ponitur, non obstantibus constitutionibus *Apostolicis, quia literæ* reualidantur a data præsentium, & non data literarum primæ impetrationis.

Item in prædicto, perinde valere, in narratione gratiæ expectatiuæ, si papa prouiderit, debet dici gratiose prouidimus.

Si vero mandauit prouideri, debet dici gratiose mandamus prouideri, & debet addi, certis executoribus desuper deputatis.

Si in fine literæ dicitur, quod executores possunt procedere, vel detur eis alia potestas, alias non debet dici certis executoribus desuper, &c.

Item nota, quod in gratia perinde valere, non debet suppleri vltra illud quod est in supplicatione, propter iudicia quæ super illis solent exoriri.

Item nota, quod si quis creetur Canonicus in gratia expectatiua, & postea impetratur: perinde valere, potest intitulari de Canonicatu ex quo literæ, & processus realidantur ab eorum data.

*Si in euidentem, notabilia.*

NOta, quod quando committuntur diuersa, nisi in euidentem, videlicet si vocatis &c. Ita esse, necnon venditionē prædictam in euidentē dicta Ecclesiæ cessisse repereris. non debet dici post, repereris super quo tuam conscientiam oneramus. Sed bene debet dici post, necnon hoc modo, necnon super quo tuam conscientiam oneramus venditionem &c. ratio est, quia si poneretur in fine, intelligeretur de vtroque, & nunquam dicitur super quo &c. quando dicitur, si vocatis &c. non repereris. Si petuntur suppleri defectus in contractu facto super locatione rei ecclesiasticæ, vel alia materia, nullatenus litera desuper concedatur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimatur, vel per fiat vt petitur, supplicatio signata fuerit. Nicol. 5. 2. 36. Fuit petita confirmatio obligationis, si in euidentem, cum insertione instrumēti, papa signauit, Fiat vt petitur, & exhibeatur, & clausulā cum insertione instrumenti cassauit, fuit determinatum quod litera daretur grossa non tamen cum insertione, sed diceretur, quod prout in euidentem vtilitatem facta fuit, confirmamus.

Nota, quod quando dicitur in litera Apostolica, prout in instrumento publico desuper confecto plenius dicitur contineri non potest postea dici, nos instrumenti prædicti tenorem præsentibus pro expressis habentes, quia esset contrarietas.

Item, qñ petitur confirmari concessio facta de re ecclesiastica si in euidentem, non potest dici concessionem prædictam, ac omnia & singula in prædicto instrumēto contenta autoritate prædicta adprobes sed debet dici sic: Concessionem prædictam, & prout illam concernunt omnia & singula. Qñ narratur aliquid fiendum, tūc debet poni, Mandamus quatenus de præmissis omnibus & singulis, ac eorum circūstantiis vniuersis te diligenter informes. Sed quando narratur factum, tunc debet poni, Mandamus quatenus postquam tibi de præmissis legitime constiterit. Quādo narratur causa, tunc oneratur cōscientia. Quando nulla causa narratur, tunc conscientia non oneratur. Quando aliquis Rex, vel Prælatus supplicat pro alio in litera, quæ datur in forma exhibita, tūc de Rege vel Prælato non debet fieri mentio in principio, videlicet: exhibita pro parte Regis, vel episcopi &c. Sed tantum de Rege vel Prælato prædicto debet fieri mentio ibi, quare pro parte Regis &c.

*Notabilia super dispensationibus matrimonialibus.*

FIlius ex secundo matrimonio natus censetur legitimus, licet pater cum alia contraxisset primo si secundum matrimonium fuit contractum, & secunda vxor ignorauit primū matrimoniū eius. Secus si sciuit, vel scire debebat. vt, quia primum esset publice cōtractum, sed quia secundum matrimonium fuit clandestinum, tunc ex illo natus est illegitimus, licet marer primum matrimonium ignorasset. Si tamen super primo esset lata sententia diuortii, a qua non esset appellatū, tunc natus in secundo esset legitimus, licet sententia diuortii postea retractetur. not. Innoc. & Io. And. in c. cum inhibitio. de clande. despon. Filius natus ex muliere cum qua non potuit contrahi, obstante impedimento consanguinitatis, aut affinitatis, aut publicæ honestatis, habetur pro legitimo si de facto fuit matrimonium publice contractum, cum verisimiliter, vel alter ipsorum ignorat impedimentum, quod præsumitur si publice contraxerūt, & succedit patri, vt in extraua. Alexan. cum quidam. de sponsa. secus si clandestine, quia tunc non habetur pro legitima. &c. vt not. Ioan. And. & Innoc. de clandest. despon. c. habito

Dispēsationes matrimoniales semper committi debent ordinario. Nota, quod clausula, de qua in his plenam in domino fiduciam obtinent. proprie debet poni in dispensationibus matrimonialibus, vbi agitur magis de conscientia, quam in aliis. In dispensationibus matrimonialibus debet

bet proprie dici committimus,& mandamus. Licet matrimonium sit contractum per verba de præsenti,si nondum est consummatum per carnalem copulam, potest papa dispensare, vt ego possim assumere aliam vxorem, relicta prima: secus si post cap.carnalem,secundnm quod not. Archid.27.q.2.c.quia.

In literis dispensationum super aliquo gradu prohibito,ponatur clausula,& mulier rapta non fuerit.Nicolaus.5.Nota, q̃ nati ex concubina retenta per clericum in minoribus constitutum, non legitimantur per subsequens matrimonium, si ille clericus erat beneficiatus, alias sic secundum Bart.in l.4.ff.de concubi.

Affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitum:vnde nati ex fornicatione, non poterunt contrahere matrimonium cum his,cum quibus non possunt contrahere legitimi Bald.in l. cum acutissimi. C.de fideicom.& not.32.q.4.c.obiiciuntur.& de eo qui cogno.consang.c.discretionem, & eod.tit.c.penul.Et an per talem coitũ oriatur *impedimentum ad contrahendum* matrimonium,not.35.q.3.c. extraordinaria.

Affinitas nunquam inducitur sine coitu.Archid.*de sponsi.cap.1.lib.6.*

Affinitas non contrahitur inter consãguineos mulieris,& consanguineos viri, sed tantum inter consanguineos *ipsius viri*,& ipsam mulierẽ,vt est text.in c.quod super.de consanguin.& affinitate.

Dispensare potest papa matrimonium contrahi in secundo consanguinitatis gradu in linea æquali,in linea inæquali non. Io.And.in c.literas.de restit.spol.& de diuort.gaudemus. sed ex causa potest etiam in linea inæquali,vt in quolibet gradu lege diuina prohibitio dispensare.not.Ioan. Andr.qui filii sunt legit.cap.per venerabilem.in gloss.in fin.debet tamẽ esse magna causa secundum Innoc.Hostien. & Ioan. Andr.Archid.vbi omnino vide.

Item,potest dispensare etiam in primo gradu affinitatis.text.est in c.fi.de diuor. nec obstat quod sit prohibitum lege diuina, quæ non potest per humanam tolli, quia nõ totaliter:ex causa enim distingui tur,& hoc fieri potest,vt not.Inno.de consti.quæ in ecclesiarum.ad quod optime facit quod not.Ioan.Andr.in regula factum legitime.de reg.iur.lib.6. in mercurialib.

Dispensare potest papa quod matrimonium consummatum dissoluatur, si non interfit copula.not.glo. de conuers. coniug c.ex publico. quod ultimum procedit ex absoluta potestate,sed ordinata nõ potest,nisi subsit causa secundum Ioan.And. & Hostien.ibidem Maior est potestas papæ in dispensando in matrimonio contrahendo,quam dissoluendo cõtractum: quare libere dispensat quod contrahitur contra legem Canonicam,etiam sine causa. contra legẽ diuinam, cum causa,vt supra proxime dictum est.In contracto aut dissoluendo, si est simpliciter ratum, & lege Canonica validum,dispensat libere sine causa de potestate absoluta, sed si est consummatum,tunc quia per ipsum reputatur conformitas carnis inter Christum & ecclesiam,nulla ex causa rumpitur. & qui aliter sentit hæreticus est. not. Ioan. Andr.in dict. cap.ex publico.in fin. vide glos.in cap.fin.de transacti.

Dispensatio facta super impedimento affinitatis valet, & in vim eius potest dispensatus matrimoniũ cõtrahere, licet in dispensatione nulla fiat mentio de impe*dimento publicæ honestatis iustitiæ.*

*Nota pro subscriptionibus literarum,& primo de ordinibus inusitatis.*

PRiori & fratribus domus de Lenis ordinis Vallisscolatũ N.Dœcesis.*& sũt ibi Canonici.Prior & fratres domus ordinum* humiliatorum de N.Diœcesis Magister generalis ordinis de Sempig.& habẽtur sorores & monasteria eiusdẽ ordinis. Abbati & conuentui monasterii sancti Archangeli in insula Robolan. N. diœcesis, quem ordinem fecit Ioachim,& caput est in Calabria.

Priori Monasterii sancti N.de A. militiæ sanctæ Moriæ gloriosæ diœcesi. Archimodritæ Monasterii N.ordinis sancti Basii N.diœcesi.

Præpositus generalis Monasteriorum Alemaniæ & Bohemiæ sub beatæ Mariæ Magdalenę nominibus fundatorum, Roman.ecclesiæ immediate subiectorum,ordinis sancti Augustini N.diœcesis.

Ministro & fratribus domus sanctæ Trinitatis Ortesii ordinis eiusdem sanctæ Trinitatis, & redemptionis captiuorum Aquen diecesi.

Raymundo de Francholanchiis, fratri domus de Ortesio ordinis S. Trinitatis de N.diœcesis N.

Magistro & fratribus hospitalis sancti

Ioan.

Ioan.de N.Romanæ eccleſiæ ſubiectis ordinis ſancti Auguſtini N.Diœceſis.

Ordo ſancti Victoris non eſt approbatus ordo.

Dilectis filijs fratri Io.de Ceſe. ac vniuerſis Eremitis de ſocietate quondam fratris Petri de ipſis præſentibus & futuris, Salutem &c.

Maiori miniſtro, & vniuerſis miniſtris & fratribus ordinis ſanctæ Trinitatis, & redemptionis captiuorum tam præſentibus, quam futuris profeſſis, necnon fratribus, ſororibus, & donatis eiuſdem ordinis. Salutem &c.

Ordo fratrum ſecundum inſtituta beati Petri confeſſoris viuentium.

Abbati & Conuentui Monaſterii ſanctæ Iuſtinæ Paduan. aggregationis monachorum vnitat alias de obſeruantia ſanctæ Iuſtinæ nuncupat. ordinis ſancti Benedicti.

Dilectis filiis Gubernatori, & pauperibus ſocietatis Ieſuatorum nuncupatorũ, Salutem, vel ſic. Dilectis filiis rectori gubernatori nancupato, & fratribus congregationis pauperum Ieſuatorum nuncupatorum, Salutem.

*De Monialibus.*

Dilectæ in Chriſto filiæ Ioannæ natæ dilecti filii nobilis viri Ioannis ex Comitibus de Sabmona, Moniali monaſterij de Oriente ordinis N. Diœceſis.

Sorores pœnitentiũ beatæ Mariæ Magdalenæ ordinis ſancti Auguſtini N. Diœceſis.

Et militi Senen. ſub habitu beati Dominici domino famulanti.

Prioriſſis & Conuentibus ſororũ inclu ſarum Monaſterij N. diœceſis ſancti Auguſtini ſub cura, & ſecundum ſtatuta fratrum ordinis prædicatorum viuentium.

Mariæ de N.mulieri Ianuen.tertii ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupati.

Abbatiſſæ, & Conuentui monaſterij N. diœce.ordinis S. Clarę &c.

Magdalenæ de Perulio, tertii ordinis S.Franciſci de pœnitentia nuncupati generali miniſtræ.

Dilect.in Chriſto filiabus Io.& Be.de N.ſororibus tertii ordinis ſancti Dominici de pœnitentia.nuncupati in vrbe commorantibus.

Prioriſſæ & Conuentui Monaſterii N. diœceſ.per Prioriſſam ſoliti gubernari ordinis S.Auguſtini. ſub regulari inibi obſeruantia degentium.

Abbatiſſis & cõuentibus vniuerſorum Monaſteriorum ſancti Germani, & minoriſſarum, & ſanctæ Claræ ordinis eiuſdem ſanctæ ſub generalis miniſtri, aliorumq. officialium fratrum minorum cura vbilibet conſtitut.

Sororibus tertij ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupati, de N diœceſi de pe.locus N.diœceſis degentibus, Salutem in Dimino.

*De Mulieribus.*

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri N.relictæ quondam B. de cellario domicelli viduæ Soran. Diœc. Salutem, &c.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Iſabellæ relictæ quondam Conradi militis viduæ, Traiacten.diœc. Salutem &c.

Dilectis in Chriſto filiabus virginibus & viduis in domo dicta ſororũ Oiten.oppidi Buſcodicis Leodien.diœceſis in communi viuentibus, Salutem &c.

Ioannæ de N.mulieri in ciuitate N.ſub habitu ſororum pœnitentium Reginarũ nuncupatarum degenti.

*De viris.*

Dilecto filio nobili vero Ioanni, Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Portugalliæ illuſtris nato, Comiti Carcelen.Salutem &c.

Dilecto filio nobili viri Ioanni Domicello, necnon Caſtellano officialibus communium, & hominibus ciuitatis noſtræ Nepeſin. tam clericis, quam laicis, Salutem &c.

Dilecto filio nobili viro Ioanni N. domicello Xachon. Salutem &c.

Chariſſimo in Chriſto filio P.regi Caſtellæ, & legionis illuſtri &c.

Chariſſimo in Chriſto filio Remulo regi Roman.illuſtri &c.

Chariſſimo in Chriſto filio Maximiliano Roman. Imperatori ſemper Auguſto ac Bohemiæ Regi illuſtri &c.

Chariſſimo in Chriſto filio Io. electo Regi Portugalliæ illuſtri &c.

Excellentibus Principibus L.Regi, & Ioanne Reginæ Siciliæ illuſtribus, quia munus in præſenti quo &c.

Dilecto

Dilecto filio nobili viro Comiti Melfiten. magno Regi Siciliæ Marescalco.

Dilect. fil. nobili. C. de vite mouentibus, Comiti Virtutum, in ciuitate Medio lanen. Imperiali Vicario, Salutem &c.

Dilecto filio nobili Io. de Cæsarinis domicello Romano in ciuitate nostra Narmanen. pro nobis & Ecclesia Rom. in temporalibus Vicario &c.

Dilecto filio nobili viro Carolo Duci, & dilectæ filiæ nobili mulieri Ioannæ Duciss. Britanniæ, Salutem &c.

Dilecto filio Io. de bonis ciui Mediola. ac dilectæ in Christo filiæ Petronillæ eius vxori, & ipsorum liberis, Salutem &c.

Duci, & consilio, ac communi Ianuen. vel secundum antiquos Genuen.

Nobili viro A. de N. in arce nostra Crescentii, alias castro sancti Angeli de Vrbe Castellano nostro, Salutem &c.

Nobili viro Ioan. Duci Columbriæ, charissimi in Christo filii nostri Ioannis Regis Portugallię illustris secundo genito.

Dilectis filiis parlamentum Regium charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Francorum illustris tententibus, Salutem &c.

Dilectis filiis Ancianis, Conciliis, ac Vexillifero iustitiæ ciuitatis nostrę Bononien. Salutem &c.

*De exordijs beneficiaribus.*

GRata tuæ familiaritatis, & deuotionis obsequia, quæ nobis, & Apostolicæ sedi hactenus impendisti, & adhuc solicitis studijs impendere non desistis, necnon vitæ, ac morum honestas, aliaq. laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam familiari experiētia, quam side dignorum testimoniis iuuari percepimus nos inducūt, vt tibi reddatur ad gratiam liberales. Cum itaque &c.

Nota, omnibus Graduatis, etiam Magistro in Artibus, & Baccalaureo in Decretis datur literarum scientia, ac morū honestas &c. Baccalaureis vero in Artibus non, quia non reputatur Gradus, neq; in titulatur Baccalaureus in Artibus, sed dicitur, Volentes itaque tibi qui, vt asseris, Parisijs in artibus Baccalaureatum suscepisti.

In prouisionibus Ecclesiarum cathedralium dicitur literarum scientia, in electi commendatine, licet electus non sit graduatus &c.

Nobilitas generis, literarum scientia vitæ, ac morum honestas, aliaq. laudabilia, probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendatis testimonio, nos inducunt vt tibi reddamur ad gratiam liberales, volentes &c.

Religionis zelus, literarum scientia, vitę, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita &c. dicitur quando est clericus minor 14. annis: vitæ, se morum, dicitur quando est clericus, vel scholaris maior 14 annis.

Gratia deuotionis. quando sunt clerici, & officiales perpetui, pro clerico minore 14. annis, pro quo nunquam debet dari litera gratiosa, sed committitur vni soli propter examen &c.

Laudabilia dilecti filij Io. clerici Venetiarum, indolis, & iuuentutis indicia, super quibus apud nos, quod in virum se debeat producere virtuosum, fide digna testimonia perhibentur, merito nos inducūt, vt ipsum Apostolici fauoris suffragio prosequentes sibi reddamur ad gratiam liberales &c. Volentes dictum Io. qui vt accepimus, in 14. vel 15 suæ ætatis anno cōstitutus exiſtit &c. Mandamus, quatenus, si post diligentem super præmissis indicijs per te habendam indaginem, præfatū Io. huiusmodi circunspecta ętate alias ad hoc idonea oppositione personarum, super q̄ tuam conscientiam &c.

Laudabilia infantilitatis indicia, prout fide dignorum testimoniis accepimus, verisimiliter præsumitur, quod te in virum producere debeas virtuosum, nos inducūt vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Volentes itaque tibi, qui, vt asseritur, in quarto tuæ ætatis anno constitutus exiſtis &c.

Laudabilia infantilitatis indicia &c. vt supra.

Dignū arbitramur, & congruum, vt illis se reddat sedes Apostolica gratiosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Volentes itaque dilectum filium Io. N. diœcesis N. apud nos de religionis zelo, de nobilitate generis, de literarum scientia, de vitæ, ac morum honestate, vt supra, secundū eius qualitates.

De exordijs in reseruationibus, & resignationibus simpliciter vel ex cā p̄mutationis, vel reseruata pensione, ac in pensionibus

nibus ſimplicibus, commendis, habilitatio nibus, vnionibus, erectionibus, monaſteriis, videbis infra in rubricis congruentibus.

Nos volen. tibi qui vt aſſeris.

Volentes itaque tibi, qui presbyter, & magiſter in artibus exiſtis, vt aſſeris, ac in iure Canonico ſtudes, præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, necnon conſideratione dilecti fratris noſtri A. tit. S. Laurentii in Damoſo. presbyteri Cardinalis, pro dilecto familiari ſuo continuo commenſali nobis ſuper hoc humiliter ſuppli cantis gratiam facere ſpecielem &c.

Volentes itaque dilectum filium &c. commendatum horum intuitu, necnon conſideratione cariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Regis pro ipſo a dilecto ſuo Capellano, ac dilectæ in Chriſto filię noſtræ Eliſabeth Reginæ Hungariæ illuſtrium nobis ſuper hoc humiliter ſuppli cantium fauore proſequi gratioſo &c. Mãdamus &c. vel ſic, Chariſſimi in Chriſto filij noſtri Io. Allanis Regis illuſtriſſ.

Volentes itaque tibi, pro quo etiam venerabilis noſter epiſcopus Allerien. aſſerens te dilectum familiarem ſuum commenſalem forte, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicauit, præmiſſorum mentorum intuitu gratiam facere ſpecialem &c.

Nota, quod non dicit præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, aut quod vt aſſeritur, parochialem eccleſiam N. N. diæceſis nunc obtinere &c. Nota, quod non dicitur. aſſeris, propter terminum ſupplicantium.

Ad collationem &c. Epiſcopi Amelię. pro tempore exiſtentis, ac dilectorum filiorum &c. Et poſtea quãdo repetitur non dicitur, niſi eidem epiſcopo, & non additur pro tempore exiſtenti.

Volẽtes itaque dilectũ filiũ &c. multipliciter commendatum, pro quo etiam venerabilis frater noſter Ioan. Epiſcopus Beratomen. aſſerens eum dilectum familiarem ſuum continuum commenſalem fore, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicauit horum intuitu fauore proſequi gratioſo, ipſumque in eadem eccleſia amplius honorare &c. & tunc dicitur, in non obſtan. aut ſi præſens non fuerit ad præſtandum de obſeruandis ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ ratione dignitatis, perſonatus, ſeu officii huiuſmodi ſolitum iuramentum, dummodo &c.

Necnon conſideratione dilecti filii noſtri Franciſci tt. quatuor Coronatorum presbyteri Cardinalis, in ſpiritualibus & temporalibus eccleſiæ Burdegal. generalis adminiſtratoris per ſedem Apoſtolicã deputati, pro ipſo vel pro ſe &c.

Hinc eſt, quod nos dilecti filii Ioan. Cardinalis Mediolan. pro te dilecto filio &c. ſupplicantis, ac tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati &c.

In literis gratioſis non debet fieri mentio de inſtantia ſupplicantis de Cardinalibus, Regibus, & Reginis. Ioan. 22.

Item, de Diœceſanis, & cap. Eccleſiæ, in qua beneficium exiſtit, etiamſi beneficiũ ad eorum collationem non pertinet. Io. 22. &c.

Item, de Abbate & Conuentu, ſi beneficium fuerit in monaſterio. Ioan. 22.

Item, de quocunque alio collatore, vel patrono. Ioan. 22.

*Officiales Curiæ.*

VOlentes itaque tibi, qui de nobili genere procreatus, ac Accolytus vel Subdiaconus, aut Cubicularius, ſiue Notarius Referendarius noſter exiſtis, præmiſſorum obſequiorum, & meritorum tuorum intuitu &c.

Vel ſic, tibi, qui etiam cauſarum palatij Apoſtolici auditor exiſtis. Vel ſic, tibi qui etiam Clericus cameræ Apoſtolicæ exiſtis.

Vel ſic, tibi, qui etiã Cubicularius noſter, Apoſtolicarum literarum abbreuiator, & in illarum expeditione Ioan. ti. ſanctæ Rom. Eccleſiæ Vicecancellario aſſiſtis, aut pœnitentiariæ noſtræ ſcriptor literarum, & apoſtolicæ cameræ Clericus exiſtis.

Vel ſic, tibi, qui etiam Apoſtolicarum literarum abbreuiator exiſtis, & illarum expeditione &c. venerabili fratri noſtro Epiſcopo Portuec. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario aſſiſtis.

Qui literarum Apoſtolicarum regiſtrator exiſtis.

Vel ſic, tibi qui literas noſtras de mandato noſtro ſcribis.

Vel ſic, tibi qui cantor, & capellanus in capella noſtra exiſtis, præmiſſorum meritorum &c.

Vel ſic tibi qui Cubicularius noſter, ac ſupplicationum per nos, ſeu mandato noſtro ſignatarum regiſtrator exiſtis.

Vel ſic tibi qui in palatio Apoſtolico

ſeruitor

seruitor existis.

Vel sic, tibi qui, vt asseris, in thesauraria nostra aliquandiu seruiuisti, vt præsẽtialiter in regiſtro ſupplicationum per nos, ſeu de mandato noſtro ſignatarum ſcribendo labores, præmiſſorum intuitu &c.

Vel ſic, qui curſor noſter exiſtis.

Vel ſic, qui, vt aſſeris, in cõclaui, in quo nuper ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti ſumus tempore aſſumptionis huiuſmodi venerabili fratri noſtro, P. Epiſcopo Tuſculan. ſeruiuiſti præmiſſorum, &c.

Vel ſic, qui aſſerit, pro vnione nuper Piſis in vniuerſali Eccleſia celebrata ſcribẽdo fideliter laborauit horũ intuitu &c.

Volentes itaque eundem E. qui vt aſſerit, in 22. vel circa ſuæ ætatis anno, vel circiter cõſtitutus exiſtit, apud nos de vitæ ac morum honeſtate &c.

Syncere &c. ſupplicationibus inclinati, vt liceat tibi qui etiam V. I. D. & ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor exiſtis, habere altare portatile &c.

Volentes itaque tibi, qui, vt aſſeris, pro parte dilecti filii Alberti electi Ratiſpon. nuncius ad generale Concilium Piſis nouiſſime celebratum deſtinatus fuiſti, præmiſſorum &c.

Vel ſic, qui, vt aſſeris, nuper cã veniendi ad curiam in quadam naui chariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludouici regis Hieruſalem, & Siciliæ, illuſtris, in mari per quoſdam hoſtes ipſius regis captus, & bonis tuis apud te repertis ſpoliatus fuiſti, præmiſſorum &c.

Vel ſic, te qui, vt aſſeris, de nobili comitum genere procreatus exiſtis, præmiſſorum &c.

Vel ſic, volentes &c. qui, vt aſſeritur, ex vtroque Parente de nobili Baronum genere procreatus exiſtit &c.

Volentes itaque, qui vt aſſerit, nullum beneficium Eccleſiaſticum obtinet, & in vniuerſitate ſtudij pacifice exiſtit, & per triennium N. & vltra in ſacra Thologia ſtuduit apud nos &c.

Vel ſic, qui, vt aſſerit, cum rigore examinis licentiatus in Decr. exiſtit præmiſſorum &c.

Vel ſic, qui, vt aſſerit, in artibus & medicina magiſter exiſtit.

Vel ſic, qui, vt aſſerit, Baccalaureus in artibus exiſtit, & ſimilis non intitulatur Baccalaureus in artibus, qa nõ eſt gradus.

Vel ſic, qui, vt aſſeritur, Subdiaconus & Coloniæ ſtudet.

Vel ſic, qui, vt aſſeritur, Bononiæ in iure Canonico ſtudet.

Nos igitur volentes te, qui, vt aſſeris, ex vtroque parente de militari genere procreatus, & in artibus Baccalaureus exiſtis ac in regiſtro ſupplicationum aliquandiu ſcribendo fideliter laborasti.

Nos igitur, &c. procreatus exiſtit, & in iure Canonico per plures annos ſtuduit, necnon per vnione nuper Piſis in vniuerſali Eccleſia celebrata ſcribendo fideliter laborauit, horum intuitu &c.

Volentes itaque tibi, qui, vt aſſeris, de Iudaica cæcitate, cooperante domino, ad catholicam fidem conuerſus exiſtis in ſacra Theologia ſtudere proponis præmiſſorum &c.

Volentes itaque tibi, qui presbyter es, & cum quo dudum, vt duo beneficia Eccleſiaſtica curata, ſeu alias incompatibilia, et ſi parochiales Eccleſiæ, aut dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in Metropolitanis, & cathedralibus maiores poſt pontificales forent, & ad eos conſueuiſſent, qui per electionem aſſumi eiſque cura &c. ſi tibi alias Canonice conferrentur, vel aſſumeris ad illa recipere, & quoad viueres ſimul retinere libere & licite valeres, Apoſtolica fuit auctoritate diſpenſatum, præmiſſorum &c.

Vel recipere, & vſque ad quinquenniũ inſimul retinere, illaque ſeu eorum alterũ iterũ toties, quoties tibi placuerit, ex cauſa permutationis, vel alias dimittere, & loco dimiſſi vel dimiſſorum aliud vel alia ſimile vel diſſimile, aut ſimilia vel diſſimilia beneficium, ſeu beneficia, Eccleſiaſticũ vel Eccleſiaſtica, duo tantum incompatibilia recipere, & etiam vſque ad quinquẽnium huiuſmodi retinere libere & licite valeres, Apoſtolica fuit auctoritate diſpẽſatum, præmiſſorum meritorum &c.

Nota, quod ſi quis diſpenſatur ad compatibilia huiuſmodi obtineat gratiam ad curata, tunc fiat mentio in loco vt proxime ſupra: ſi autem ad non curata, tunc narretur in fine literæ, non obſtan. Vitæ &c. Volentes itaque tibi, cum quo dudũ, vt aſſeritur, vt non obſtante defectu natalium, quem pateris de presbytero genitus & ſoluta, ad minores ordines promoueri, & vnum fine cura trium, ordinario primo, & deinde vt ad minores ẽt ſacros ordines promoueri, & vnum cum cu

ra, &

ra,& aliud ſine cura beneficia Eccleſiaſtica obtinere poſſes, Apoſtolica fuit auctoritate ſucceſſiue diſpenſatum. Et pro quo venerabilis frater noſter &c. ſupplicauit, præmiſſorum intuitu gratiam facere ſpecialem &c.

Dignum &c. Volentes itaque N. diœceſis, cum quo dudum, vt aſſerit, ſuper defectu natalium, quem patitur de presbytero genitus & ſoluta, vt eo non obſtãte ad minores ordines promoueri, & vnum ſine cura ordinario primo, & deinde vt ad omnes etiam factos ordines promoueri, vt tria alia beneficia inuicem compatientia, etiamſi vnum &c.

Illorum dignitas, perſonatus, uel officiũ in Metropolitana vel Cathedrali Eccleſia foret, ſi tibi alias Canonice conferretur recipere & retinere valeres, Apoſtolica fuit auctoritate diſpenſatum apud nos de literarum ſcientia &c.

Vel ſic, Volentes itaque tibi, cum quo dudum, vt aſſeris, ſuper defectu natalium, quem patris de ſoluto genitus, & de ſoluta, vt eo non obſtante ad omnes etiam ſacros ordines promoueri, & beneficium Eccleſiaſticum, etiamſi curam haberet animarum, obtinere poſſes, Apoſtolica fuit auctoritate diſpenſatum, poſt quam quidem diſpẽſationem clericali charactere fuiſti inſignitus, præmiſſorum &c.

Vel ſic, Volentes itaque tibi, cum quo dudum, vt aſſeris, ſuper defectu natalium, quem pateris de presbytero genitus & ſoluta, vt eo nõ obſtante, ad oẽs ordines promoueri, & beneficium Eccleſiaſticum ſine cura recipere, & retinere libere & licite valere, ordinaria fuit auctoritate diſpenſatum, poſt quam quidem diſpenſationem clericali charactere ſuiſti inſignitus, præmiſſorum &c.

Vel ſic, Volentes &c. M. magiſtrum in artibus, qui vt aſſerit, olim in diœceſi Leodien. moram trahens, ab Epo Leodien. qui tunc erat ordinarij ſui ſuper hoc licẽtia non obtenta, ſe alias tamen, vt erat, rite clericali fecit charactere inſigniri, quam quidem inſignitionem ratam habẽs & gratam, apud nos de literarum ſcientia &c.

Nos volentes te præmiſſorum meritorum tuorum fauoribus proſequi, gratioſis tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus & tibi, vt aſſeris, altare ſanctorũ Symonis & Iudæ in Eccleſia ſancti N. in N. diœc. cuius fructus &c. non excedũt obtinẽti, & cui nuper de beneficio Eccleſiaſtico cum cura & ſine cura ad collationem &c. communiter vel diuiſi ſpectante, vacante vel vacaturo per alias noſtras literas gratioſe mandauimus prouideri, auctoritate Apoſtolica concedimus, quod prædictæ &c.

Volentes itaq; qui in Diaconatus ordine conſtitutus exiſtis, præmiſſorum, &c.

*Quando creatur Canonicus in pluribus Eccleſijs.*

VNum in B. & aliũ in C. Eccleſijs Canonicatus cum plenitudine iuris Canonici Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & de illis ẽt prouidemus, ac vnam in B. & aliã præbendas in C. Eccleſiis prædictis necnon dignitatem, perſonatum, ad miniſtrationem, vel officium alterius earundem Eccleſiarum, & ſi ad illam, illum vel illud cõſueuerit quis per electionem aſſumi &c.

Vnum Morurianen. & alium D. Eccleſiarum Canonicatus &c. prouidemus, vnã vero M. & aliam D. prædictarum præbendarum, necnon dignitatem, perſonarum, adminiſtrationem, vel officium earundẽ Eccleſiarum, etiam ſi ad illam, illum, vel illud conſueuerit &c. aſſumi.

Vnum Paduan. & alium Veron. Eccleſiarum Canonicatus &c. prouidemus, vnã vero Paduan. & aliam Veron. prędictis præben. ac dignitatem, vel officium alterius earundem Eccleſiarum &c.

Vnum beatæ Mariæ ad gradus Magunti. & aliũ ſancti Petri Verſidien. N. Diœceſ. in qua maiores & minores præbendæ fore noſcuntur Eccleſiarum Canonicatus &c. prouidemus, ac omnem in beatæ Mariæ, & aliam ex huiuſmodi maioribus pb. in ſancti P. Eccleſiis prędictis præb. necnon dignitatem, perſonatum, vel officiũ alterius earundem Eccleſiarum &c.

Vnũ Iſpalen. & alium Salaman. Canonicatus &c. prouidemus, ac vnam Iſpalẽ. & aliam Salaman. præb. prædictis, nec nõ dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia alterius earundem Eccleſiarũ, etiam ſi ad illas, vel illa &c. animarum dummodo aliqua dignitatum huiuſmodi. maior poſt pontificalem non exiſtat &c. plurium cedentium vel decedẽtium, ſeu illam quomodolibet dimittentis vel dimittentiũ, cuiuslibet ipſarum Eccleſiarũ Canonici, aut Canonicorum in eiſdem

Eccleſijs,

Ecclesijs, ac specialem quorum quidem præstimonium,& præstimonialium portionum & beneficiorum &c.

Vnum in Lubicen,& alium in B.in quibusquidē,videlicet, Lubicen.maiores,mediæ,minores,distinctę,Charoles,Psalmales,Capitulares,non Capitulares. Incorporatæ,& Christianæ in B. Ecclesiis etiā maiores distinctæ,& minores præbē. fore noscuntur Canonicatus &c. prouidemus ac vnam Lubicen,& aliam B.Ecclesiarum earūdem etiam ex huiusmodi maioribus præb.& si quæ vacent ad præsens &c.

Vnum in Pisant.& vnum in Florētin. ac vnum in Pistorem. & vnum in Lucan. necnon vnum in Vulteran.maioribus Ecclesiis Canonicatus &e.prouidemus.Nec non vnam in Pisan.& aliam in Florentin. & vnam in Pistoren. & aliā in Lucā. necnon aliam in Vulteran. Ecclesiis prædictis præb.necnon dignitatem, vel personatum,aut officium in vna ipsarum.

*Quando mandatur creari Canonicus in pluribus Ecclesiis.*

DE vno B.& alio D.Ecclesiarum Canonicatibus cum plenitudine iuris Canonici auctoritate nostra prouideas,faciens ipsum,vel procuratorem suum eius nomine in eisdem Ecclesiis eadem auctoritate & cætera,assignatis,vnam vero B. & aliam A.prędictarum præbendarū necnon dignitatem, personatum & administrationem perpetuam,vel officium alterius earundem Ecclesiarum,etiam si ad dignitatem,personarum,& adm inistrationem vel officium consueuerit quis per electionem assumi,eiq; cura immineat personarum dummodo dignitas ipsa altera prædictarum Ecclesiarum maior post pontificalem non existat, siquæ, siqui, vel siqua,vacant ad præsens &c.

De vno maioris,& alio sancti I.maioris Pictanen.Romanæ ecclesiæ immediatæ subiectæ Ecclesiarum &c. assignatis, vnam vero maioris,& aliam sancti I.maioris Ecclesiarum prædictaru m præben. necnon dignitatem,personatum, perpetuam administrationem vel officium alterius earundem Ecclesiarum,etiam si ad illam,illum, vel illud consueuerit quis per electionem assumi &c.

Oneramus &c.eiq; postquam ipse clericali charactere fuerit insignitus,de vno in L.& alio Canonicatibus in B.Ecclesijs, cum plenitudine &c.assignitatis, ac vnā in L.& aliam in B.Ecclesiis prædictis p̄b. si quæ vacent ad præsens.

De vno Abulen.& alio Sapren. Ecclesiarum Canonicatibus &c.assignatis,vnā vero Abulen.& aliam Segobien. earundem Ecclesiarum præben. non præstimonialis portiones & simplicia in Ecclesiis prædictis,aliarumq; Ciuit.& Diæc.vnius duorum,aut pluriū cedentis aut decedentis,seu cedentium vel decedentiū,aut illa alias quōlibet dimittentis,vel dimittētium ipsarum Ecclesiarū,vel alterius earum Canonici,vel Canonicorum, quorū quidem præstimonium , portionum , & beneficiorum fructus &c.

*Quando creatur Canonicus in vna Ecclesia.*

CAnonicatū Ecclesiæ Lubicen.in qua maiores,mediæ,distinctæ, minores, nonnullæ aliæ præb.fore noscuntur , cum plenitudine iuris Canonici; Apostolica ti bi auctoritate cōferimus,& de illo ēt pro uidemus,ac vnam ēt in hmōi maioribus præbendis,nec non dignitatem,personarum,vel officium ipsius ecclesiæ &c.

Canonicatum ecclesiæ Cabilon.in qua licet sit certus canonicorum numerus,p̄bendarum,tamen distinctio non habetur &c.prouidemus,præbendam vero,ac perpetuam administrationem , vel officium ipsius ecclesiæ &c.

Canonicatum &c.prouidemus,præbēdam vero,necnon oblegia vnius cedent . vel decedentis,vel illa alias quomodolibet dimittentis ipsius ecclesiæ canonicæ, quorum quidem obligiorum fructus &c.

*Quando mandatur creari canonicus in vna ecclesia.*

DE Canonicatu &c.assignatis, præbēdam vero eiusdem ecclesiæ, si qua vacet &c.

*Quando creatur canonicus in vna Ecclesia, & datur ad illud beneficium.*

CAnonicatū ecclesiæ Claro montem &c.prouidemus,præb.vero ad dignitatem,personatum administrationem,vel officium eiusdem ecclesiæ, necnon beneficium ecclesiasticum &c.etiam si canonicatus.

catus, præbenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio, ve lofficium in cathedrali vel collegiata eccleſia exiſtat.

Canonicum eccleſiæ ſanctæ N. dięc. N. prouidemus præben. vero eiuſdem eccleſiæ, necnon beneficium eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura, etiam ſi adminiſtratio, vel officium in cathedrali, ſeu canonicatus, & præbenda in collegiata eccleſia exiſtat.

Canonicatum ſecularis eccleſiæ ſanctorum Coſmæ & Damiani, Aſſuden. Colonien. diœc. in qua præter dilectas in Chriſto filias Abbatiſſas, & canoniſſas, nonnulli canonici canonicatus, & præb. obtinentes & capitulum facientes fore noſcũtur, cum plenitudine iuris canonici &c. prouidemus, præbendam vero eiuſdem eccleſiæ, necnon beneficium &c.

*Quando mandatur creari canonicus in vna eccleſia, & datur ad aliud beneficium.*

MAndamus, quatenus ſi per diligentem examinationem eundem N. ad hoc idoneũ eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, decanatum eccleſiæ Remen. cum plenitudine iuris canonici autoritate noſtra prouideas, faciẽs ipſum N. vel procuratorem ſuum eius nomine, in dicta eccleſia N. in canonicum recipi, & in fratrem, ſtallo ſibi in choro, & loco in capitulo eiuſdem eccleſiæ cum dicti iuris plenitudine aſſignato, præbendã vero, & perpetuam adminiſtrationẽ, vel officium ipſius eccleſiæ, necnon beneficiũ eccleſiaſticum ſine cura, etiamſi canonicatus, & præbenda, adminiſtratio vel officiũ in collegiata eccleſia exiſtat, cuiuſquidem beneficij &c.

De canonicatu &c. aſſignatis, prębendam vero, & officium ipſius eccleſiæ, necnon beneficium eccleſiaſticum; cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus, & præbenda, vel officium in collegiata eccleſia exiſtat, & ad officia huiuſmodi conſueuerint, qui per electionem aſſumi, eorumq; alteri cura immineat animarum cuiuſquidem beneficij fructus &c.

De canonicatu &c. aſſignatis, præbendam vero, & dignitatem, perſonatum, perpetuam adminiſtrationem, vel officium eiuſdem eccleſiæ, necnon beneficium &c. ẽt ſi canonicatus, & præb. aut dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officiũ, aut integra, vel dimidia ſeu commenſalis portio in cathedrali, vel collegiata eccleſia, aut decanatus, vel archipresbyteratus ruralis, quæ dignitas, extra tamen cathedralem eccleſiam reputetur, exiſtat, & ad dignit. &c. aſſumi eiſque cura immineat animarum, dummodo aliqua dignitatum huiuſmodi in Hadren. & alia in N. cathedrali maior poſt pontificalem, ſeu collegiata eccleſia huiuſmodi principalis non fuerit. cuiuſquidem beneficij fructus &c.

De canonicatu &c. aſſignatis præb. vero ac dignitatem, perſonatum, perpetuam adminiſtrationem vel officium dictæ eccleſiæ, necnon beneficium &c. etiam ſi canonicatus, & præb. perſonatus, adminiſtratio, vel officium metropolitanæ, vel collegiatæ eccleſiæ fuerit.

*Prouincia in quibus decima reducta eſt, ſunt ſex, & vnus Epiſcopatus.*

Archiepiſcopatus Lugdunenſis.
Rothomagenſis.
Remenſis.
Turonenſis.
Senonenſis.
Bituricenſis.
Epiſcopatus Claromontenſis.

*Nota circa Collationes.*

AD collationem, prouiſionem, præſentationem, electionẽ, ſeu quãuis aliã diſpoſitionem, Venerabilis fratris noſtri epiſcopi Eboracen. ratione perpetuæ capellaniæ, quam in eccleſia ſancti N. dictæ menſæ epiſcopali canonice vnitæ pertinen. &c.

Ad venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Caren. & dilecti filij abbatis monaſterij ſancti Andreæ iuxta Lugdunum, ordinis ſancti Benedicti viciſſim pertin. collationem &c.

Ad collationem &c. venerabilis fratris noſtri epiſcopi, & dilectorum filiorum capituli Firman.

Ad collationem &c. Venerabilis fratris noſtri epiſcopi Amelen. & dilectorum filiorum priorum, & capituli, ſingularumq; perſonarum eccleſiæ Amelen. ordinis ſancti B. communiter vel diuiſim pertinet &c.

Ad collationem &c. dilectorum filiorum

tum prioris, & portionariorum secularis ecclesiæ sanctæ Mariæ Madalenæ Vlixbonen. communiter pertinen.

Ad collationem &c. Dilecti filij rectorum præpositi, & capituli sanctorum Cosmæ, & Damiani ecclesiarum de N. inuicem canonice vnit. N. diœcesis communiter, vel diuisim. pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum Sacristæ, & capituli secularis ecclesię sancti Vincentij N. diœcesis communiter pertinent.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum Sacristę, Decani, & seniorũ de capitulo ecclesiæ N. communiter, vel diuisim pertinen. Et tunc dicitur ibi seu si eidem Decano, & seniori de capitulo &c.

Ad collationem &c. pertinen. dilectorum filiorum clericorum perpetuorum beneficiorum, hebdomadariorum nuncupatorum ecclesiæ N.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum capituli sancti. N. episcopalis Ceble dictæ tuæ diœcesis cõmuniter pertinent.

Ad collationem &c. dilectorum filiorum quinque presbyterorum perpetuorũ beneficiatorũ maioris altaris ecclesiæ *N.* cõmuniter pertinent. & successorũ, & eisdẽ beneficijs dicti altaris, & tunc in duabus partibus circa finẽ ponuntur hæc verba, Et successoribus: videlicet in vobis, Et si eisdẽ quinque presbyteris, & successori bus suis &c. Vel sic, Venerabilis fratris nostri epi N. & dilectorum filiorum Decani & capituli, singulorumque canonicorum, & personarum N. necnon hospitalarij, seu præbendarij quinque vicariorum, & Sacerdotum maioris altaris N. communiter, vel diuisim pertinen.

Ad collationẽ &c. Dilecti filij Ioannis Sacristæ ecclesiæ *N.* ratione sacristæ. & quorundã perpetuorum beneficiorũ quartorum vulgariter nuncupatorum, quæ in diœces. N. obtinet & successorem eius in eisdem sacrista, & beneficijs perrinent.

Ad collationem &c. Dilecti filij *N.* de N. canonici N. ratione capellanarum, quas idem N. in ciuitate N. obtinet, & successorum suorum canonicorum dictæ ecclesiæ capellanis tempore obtinen. pertinen. &c.

Ad collationẽ &c. Dilecti filij præpositi secularis ecclesiæ B. Marię de N. pertinen.

Vel sic, Rectoris plebani nuncupati parochialis ecclesiæ N. diœces. pertinent.

Ad collationem &c. Dilecti filij rectoris ecclesiarum de N. & A. adinuicem canonice vnitam pertinent.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum duorum rectorum parochialis ecclesiæ N. per duos solitæ gubernari rectores, quorum vnus duas & quilibet eorũ quartam ipsius ecclesiæ partes obtinent. Ad collationem &c. Dilecti filij rectoris quartæ partis ecclesiæ N. per tres solitæ gubernari rectores, quorum vnus &c.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum perpetui vicarij, & portionariorum parochialis ecclesiæ sancti N. diœcesis, dictæ tuæ diœcesis communiter vel diuisim pertinen.

Ad venerabilis fratris nostri episcopi D. & Dilecti filij abbatis monasterij sancti N. ordinis *N.* vicissim pertinen. collationem &c. Ad collationem &c. Dilectorum filiorum capituli ecclesiæ *N.* ordinis *N.* communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum abbatis, & conuentus monasterij sancti N. diœcesis Romanę ecclesiæ immediatè subiecti ordinis sancti Benedicti, &c.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum abbatis, & conuentus monasterij *N.*

Ad venerabilis fratris nostri episcopi *N.* & dilectorum filiorum sancti *N.* necnon dictæ diœce. monasteriorum abbatum & conuentuum collationem &c.

Ad dilectorum filiorum abbatis de *N.* & dilectorum in Christo filiarum prioris & conuentus de *N.* per abbatem de N. qui est pro tempore, & priorissam soliti gubernari monasteriorum ordinis sancti *N.* diœcesis collatione &c.

Ad collationẽ &c. abbatis & cõuentus monasterij sancti D. ordinis sancti B. &c. ad collationem &c. Dilecti filij præpositi, & dilectarum in Christo filiarum abbatissę & conuentus Monasterij de N. per præpositum & abbtissam soliti gubernari Ciftertienſ. ordinis. N. diœc. communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilecti filij maioris prioris ecclesiæ *N.* vel monasterij de *N.* ordinis & diæc. prędicti, in qua, vel in quo duo priores, quorum vnus maior, alter verò minor prior ipsius ecclesiæ, vel monasterij nuncupati existunt, pertinent.

Ad collationem, vel præsentationem dilecti filij magistri domus militiæ de N. Cistertien. ordinis N. diæcesis. Ad cõmendationem dilectorum filiorum commendatorum, & fratrum domus hospitalis sancti Ioannis Ierosolymitan. in sua diæc. communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem dilectorum filiorum magistri, & fratrum domus hospitalis sancti N. Crucifixorum ordinis S. Augustini, communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. dilectorum filiorum Sacristæ secundi, & portionariorum ecclesiæ N. ordinis N. communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum prioris, & fratrum domus sancti sepulchri dominici Ierosolymitani ordinis S. Augustini communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilectarum in Christo filiarum abbatissæ secularis ecclesiæ S. N. N. Diæcesis communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem dilectorum filiorum magistri. & fratrum domus hospitalis beatæ Mariæ Theutonicorum Ierosolymitan. N. diæcesis communiter vel diuisim pertinen.

Ad collationem dilectarum in Christo filiarum prioris sæ, & conuentus monasterij sanctæ Mariæ N. per priorissã soliti gubernari ordinis N. sub cura, & secundum institutа ordinis fratrum prædicatorum viuentium communiter, vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. abbatissæ & cõuentus monasterii sanctæ N. diæcesis eiusdem sanctæ communiter, vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilecti filii præpositi, & dilectarum in Christo filiarũ abbatissæ, & conuentus monasterii N. Cistertien. ordinis N. diæcesis per præpositum, & abbatissam soliti gubernari communiter, vel diuisim pertinen.

Ad collationem &c. Dilectarum in Christo filiarum magistræ, & sororum, ac dilectorum filiorum magistri domus leprosariæ N. diæc.

Ad dilectorum filiorum Præpositorum Decanorum, cantorum, custodum, capitulorum, singulorumque canonicorum, & personarum sanctorum N. & felicis N. diæc collationem ecclesiarum &c. Ad dilectorum filiorum vniuersorum presbyterorum, clericorum, & laicorum fratrũ maiorum calendarum nuncupatorum, certis anni temporibus parochiali ecclesia beatæ N. maioris oppidi N. diœcesis cõmorantium, & ecclesiastica beneficia insimul conferentium collationem &c.

Ad venerabilis fratri nostri episcopi Elnen etiam ratione maioris cappellaniæ ecclesiæ N. mense episcopali Elenen. & dilectorum filiorum Albien. capitulorum, nec non Archid. Sacristæ & præceptorum, Albien. hebdomadariorum sancti N. singulorumque canonicorum, & personarum earundem Ecclesiarum collationem &c.

Ad collationem &c. Dilectorum filiorum decani, & vniuersorum presbyterorum clericorum, & personarum calendarum nuncupatorum in parochiali ecclesia N. diæcesis certis anni temporibus viuentium communiter, vel diuisim pertinen.

Ad venerabilis fratris nostri episcopi Geben. Ac dilectorum filiorum capituli Geben. S. Iacobi prioratus nuncupati N. diæc. ecclesiarum, necnon rectorum priorum, nuncup. & portionariorum ecclesiæ parochialis N. in qua quidem parochiali ecclesia nonnulli clerici, nonnulli perpetui beneficiati portionarij nuncupati, fore noscuntur, collationem &c.

*De expectatiuis pro Regularibus.*

VOlentes in artibus &c. præmissorum meritorum tuorum intuitu, gratiam facere specialem, beneficium ecclesiasticũ cum cura, vel sine cura per monachos monasterii N. ordinis N. diæcesis, in cuius monachus, vt asseris, ordinem ipsum expresse, professus existis, gubernari consuetum. Cuius fructus &c.

Volentes itaque præmissorũ meritorũ tuorum intuitu, gratiam facere specialem beneficium ecclesiasticũ cum cura, vel sine cura per monachos monasterii N. ordinis N. Diæcesis gubernari consuetum, cuius fructus &c. & in medio literæ, videlicet, post districtius inhiben. & ante, non obstã. dicetur sic. Decernen. te quamprimũ vigore præsentium huiusmodi beneficium fueris pacifice assecutus, dum Monasterio in hospitali dicti ordinis N. Diæ. cuius Monachus, & vt asseris ordinem ipsum expresse professus existis, ad dictum Monasterium N. transferendi &c.

Cum

Cum fructus,redditus,& prouen. ſi beneficium ipſum in partibus, quibus antiqua taxatio decimæ,ad medietatem eiuſdem taxationis eſt reducta,& cū cura 60. & ſine cura 30.Si vero in aliis partibus & cum cura 60.& ſine cura fuerit 40.lib.Turon.ſecundum taxationem.huiuſmodi decimæ va.an.non exceden.

Vel ſic, Ad duo beneficia,cuius , ſeu quorum fructus,redditus,& prouen.ſi illud,vel illa in partibus , in quibus antiqua taxatio ad decimæ ad medietatem eiuſdem taxationis eſt reducta , & ipſum vnum,vel ipſorum duorum alterum,cū cura 60.& ſine cura 40.li.Turō.par. ſecundū taxationē huiuſmodi decimæ valorē &c.

*De non obſtantibus generalibus.*

NOn obſtan.quibuſcunq; ſtatutis, & conſuetudinibus eccleſiæ,in qua huiuſmodi beneficium forſan fuerit , illis pſertim quibus caueri dicitur, quod nullus in dicta eccleſia N.prębendam aſſequi valeat,niſi de minori prębenda ad maiorem gradatim,& per optionem aſcendat contrariis iuramento confirmatione Apoſtolica &c.cum clauſula , etiam ſi Canonicatus & prębenda.

Vel ſic , quod antiquiores Canonici gradatim meliores,ſi voluerint, poſſint, cum vacant , per ſe vel per alios optare prębendas &c.

Vel ſic,niſi de minori ad mediam,& de media præb.ad maiorem gradatim,& optionem aſcendant contrariis &c.

Vel ſic,non obſtant.quibuſcunque ſtatutis , & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ , iilis præſertim quibus caueri dicitur , ꝙ nullus præfatam prębendam aſſequi valeat, niſi de inferiori prębenda ad prædictam prębendam gradatim,& per optionem aſcendat contrariis &c.

Non obſtant.quibuſcunque ſtatutis , & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ,ſeu eccleſiarum,in qua ſeu quibus beneficium,ſeu beneficia huiuſmodi forſan fuerint , illis præſertim in quibus forſan in aliqua huiuſmodi cauetur,quod nullus inibi dignitatem,vel perſonatum,ſeu beneficiū obtinere valeat,niſi Canonicus actu prębendatus,& capitularis,ac emancipatus eiuſdem,ſeu maioris herbipolen.eccleſiarum exiſtat,contrariis &c.

Non obſtan.quibuſcunq; ſtaturis,& cō ſuetudinibus dictæ eccleſiæ , illis præſertim in quibus caueri dicitur , quod ipſam prębendam pro tempore obtinens , infra annum a tempore aſſecutionis eiuſdē cōputandum,ad presbyteratus ordinem ſe promoueri facere teneatur. Alioquin ipſis Canonicatu,& prębenda eo ipſo priuatus exiſtat,quodque nulli fructus,redditus,& prouentus miniſtrari debeāt,niſi in ſacerdotio huiuſmodi fuerit conſtitutus.

Vel ſic,illis præſertim quibus caueri dicitur,quod nullus Canonicatum , & prębendam eccleſiæ S.Germani prædictæ obtinens illas,niſi de licentia Decani pro tē pore exiſtentis,& dilectorum filiorum capituli eiuſdem eccleſiæ permutare valeat contrariis &c.

Non obſtant.tam ſe.re.Boni. papæ 8. & bon.me.N.prædeceſſoris noſtri , q̄ aliis quibuſcunq; conſtitutionibus Apoſtolicis necnon ſtatutis , & conſuetudinibus ipſius eccleſiæ ſancti G.iuramento &c.

Vel ſic,quando tolluntur regulæ Cancellariæ,videlicet conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis , atque noſtris , necnon ſtatutis &c.

Non obſtant. ſtatuto Vrbani , ex quo cauetur ne quis duos Canonicatus & prębeud.ſimul infra muros N.obtinere valeat.

Non obſtant.ſe.re.Bonifa.papæ 8 prædeceſſoris noſtri & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus,& qbuſcūq;aliis, præſertim quibus dudum,volumus,quod in quibuſcunq; beneficialibus impetratio . a nobis exiſtat inantea obtinendum,non obſtāt.beneficiali impetration.,&c.exprimentur,& quecunque;ſuper huiuſmodi impetrā.ſine expreſſione dictarū non obſtan.prætextu impetrando conceſſionem,quod non obſtan.huiuſmodi non expreſſe haberentur expedientiæ literæ nullius forent roboris vel momenti,cum illa alias in ſuo robore permanſura, hac vice dū taxat ſpecialiter & expreſſe derogamus &c.Non obſtan.ꝙ ipſa præpoſitura sācti P.per ſe.re.C.papā 11.prædeceſſorem noſtrum ea de cauſa,vt dicitur, ſuppreſſa fuerit, vt de fructibus , redditibus, & prouen. ipſius præpoſituræ tres Canonicatus, & præben. ac vicarias in dicta eccleſia S.N.de nouo crearentur, quæ quidem ſuppreſſio nondū ſortita eſſe ſuū imo de ipſa præpoſitura pluribus , & ſpecialiter dicto clerico per ſe. G papam 6.prædeceſſorem noſtrū poſt dictam ſuppreſſionem dudum vacauerit ipſa ſuppreſſione nō obſtāt.fuerit cōpromiſſum , nec-

non quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius eccleſię ſancti N. cõtrarij &c.

Non obſtã. quòd idem G. vt aſſerit, cauſam quam ſuper dicta præpoſitura contra quendam aduerſarium ſuum mouere intendebat, coram clerico auditori cauſarũ, dicti palatij per nos committi obtinuit. Cuius ſtatutum etiam habere volumus pro expreſſo & per me Boni. Papam 8. prę deceſſorem noſtrum, quam aliis quibuſcunque cõſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis dictę eccleſiæ, contrariis iuramento &c. aut ſi aliqui &c.

Non obſtan. quòd prædictæ, vel alicuius regularis ordinis profeſſor non exiſtit, & quibuſcunq; conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, Monaſterij & ordinis prædictorum, iuramento &c. contrarijs &c.

Non obſtan. ſi dictus G. eidẽ hoſpitali tanto tẽpore non ſeruierit, quanto ante adeptionẽ beneficij ẽm ſtabilimenta, ſeu ſtatuta, & conſuetudines dicti hoſpitalis ſeruire forſan teneretur, vel fuiſſet aſſecutus, ẽt ſi non ſit in ætate legitima, ſeu requiſita, Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis prædictis, ſtabilimẽtis, ſeu ſtatutis, & conſuetudinibus cõtrarijs, ẽt iuramento &c. Seu ſi magiſtro pro tẽpore exiſtenti, & dilectis filijs fratribus dicti hoſpitalis, quod ad præſens magiſtro caret, vel quibuſuis alijs. Et nota, q̃ quando mandatur prouideri de præceptoria alicuius domus in non obſtan. generalibus, videlicet, non obſtan. ſe. re. Bo. &c. Apoſtolicis additur, necnõ domus, & ordinis prędictorũ ẽt iuramento &c. quibuſcunque, aut ſi pro alijs in dicto hoſpitali Apoſtolica forſan ſint ſcripta directa, ſeu ſi aliqui &c.

Non obſtã. quod dictus Lucas tibias, & pedes tortos habet, ita q̃ vni pedũ extortorũ ſibi inuicem correſpondeant, & quibuſcunq; caueri dicitur, q̃ nullus non liber membrorum in eiuſdem Monaſterii Monachum recipi poſſit, contrariis, iuramento &c.

Seu ſi venerabili fratri noſtro epiſcopo N. dilectis filiis Abbati Monaſterii eiuſdẽ ac prioratus ipſe conuentualis exiſtat cõuentibus, vel quibuſuis aliis &c.

Legato, & cõditione huiuſmodi, & aliis conſtitutionibus, & legibus Imperialibus & conſuetudibibus non obſtan. quibuſcunque dat. &c. quodque præfatus P. literarum prædictarum vigore nonnulla beneficia eccleſiaſtica, tunc certis modis vacatura, cum proteſtationibus in talibus fieri ſolitis, infra tempus legitimum acceptauit, ſibiq; de eiſdẽ prouideri obtinuit. Aut quod vt aſſeris, idioma, quod gens illarum partium communiter loquitur, nõ bene intelligis, nec ſcis intelligibiliter loqui. Nos enim recum, vt eccleſiam prædictam &c. diſpenſamus, præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtol. necnon prædictis ſtatutis, & conſuetudinibus, & aliis contrariis nequaquam obſtan. autoritate Apoſtol. concedimus per præſens, prouiſo &c.

Aut ſi præſens non fueris ad præſtandũ de obſeruandis ſtatutis, & conſuetudinibus eiuſdem eccleſiæ ratione dignitatis, perſonatus, vel officii huiuſmodi ſolitum iuramentũ, dummodo &c. Seu, ſi hodie p̃ alio, vel aliis ſuper æquali, vel æqualibus gratia, ſeu gratiis in dicta eccleſia S. Io. literas duxerimus concedendas. Nos. n. tã illas, quam præſentes effectum ſortiri volumus, quacunq; conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante. Nulli ergo &c. Seu ſi hodie pro alio, vel aliis ſuper æquali, vel æqualibus gratia, ſeu gratiis in dicta eccleſia ſancti Io. necnõ de ſimili beneficio ad Collationẽ pro præſen. ſeu quãuis aliam diſpoſitionem epiſcopi, Prępoſiti, Decani, Capituli Canonicorum, & perſonarũ prædictarum, communiter, vel diuiſim pertinen. literas noſtras &c. Seu, ſi hodie p̃ alio, vel aliis, ſup̃ æquali, vel æqualibus, gratia, ſeu gratiis in dict. Aquilejen. & beatæ Marię eccleſiis, necnõ prioratibus, ſeu plebaniis huiuſmodi literas duxerimus concedendas &c.

Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon indultis, prouiſionibus, & literis derogatoriis. Nicolao, & Bertoldo præfatis ſuper dictis Canõicatu, & preben. ac ſpecifica, ſeu quãuis forma, uel expreſſione verborũ cõceſſis, & aliis cõtrariis nõ obſt. q̃buſcunq;.

### *De non obſtantibus beneficialibus.*

SEu quòd beneficiũ eccleſiaſticũ cũ cura vel ſine cura ad collationem, vel præſentationem directorũ filioru Præpoſiti, Decani, & capituli eccleſiæ ſancti Petri Maguntin. communiter pertinen. autoritate liberarum noſtrarum in ea forma, ſecũdum quam pro pauperibus clericis beneficiãdis dudũ ſcripſimus, te aſſeris expectare, quas quidẽ literas, & proceſſus habitos per eaſdẽ, & quęcunq; inde ſecuta ex nũc

caſſa-

cassamus, & irritamus, nulliusq; esse volumus roboris, vel momenti Nulli ergo &c.

Et prædicto modo dicitur, quando impetrat aliā gratiam expectatiuam. Si vero impetraret beneficium vacans, tunc ponitur clausula, & literæ sint cassæ, postquā fuerit assecutus beneficiū &c. Vel sic, aut quod idem N. beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura ad collationem, vel præsentationem dilectorum filiorum Abbatis, & conuentus Monasterii sancti N. Diæcesis ordinis sancti Benedicti.

Et nota, quod licet impetrans non fecerit mentionem de beneficio, quod sibi ignoranti per ordinarium collatum erat, propterea impetratio non est surreptitia, vt in cap. gratia. de rescript. in 6.

Seu, quod nos dudum tibi de vno, vel duobus, aut tribus beneficio, seu beneficiis, ecclesiastico, seu ecclesiasticis, etiam si ipsum vnū, vel ipsorum duorum seu triū aliquod curatum, aut dignitas, vel persona tus, seu officium cum cura, vel sine cura in Cathedrali, vel collegiata, & dignitas ipsa in Collegiata ecclesia huiusmodi principalis foret, & ad eādem quis per electionem assumeretur. Ad venerabilium fratrum nostrorum &c. Collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliā dispositionem communiter, vel diuisim spectan. seu spectan vacan. vel vacaturum per alias nostras literas gratiose mandauimus prouideri. Volumus autē, quod quāprimum vigore præsentium dictam ecclesiam sis pacifice assecutus, prædictæ literę quas tibi de huiusmodi beneficio, seu beneficiis prouideri mandamus vt præfertur, & processus habiti per easdem, & quæcunque inde secuta quo ad dignitatem, vel personatum, seu curatum beneficium, aut officium duntaxat sint cassa, & irrita nulliusque roboris, vel momenti.

Seu, quod nos nuper tibi per alias literas de Canonicatu sub expectatione præbendæ ecclesiæ Patauien. prouidimus, & de beneficio &c. gratiose mandamus prouideri, & tecum vt huiusmodi beneficiū cum cura, vel sine cura, si earundem literarum vigore conferretur recipere, & vna cum dicta parochiali ecclesia quoad viueres retinere valeres duximus dispensandum. Nos enim tecū &c. vt habetur infra in dispensatione ad incompatibilia.

Vel sic, aut quod nos eidem Io. vt asserit, de Canonicatu sub expectatione præbendæ ecclesiæ S. Io. in Haugu. extra muros Herbipol. gratiose concessimus prouideri &c.

Vel sic, de Canonicatu sub expectatione præbendæ & supplementi ecclesiæ S. Ioan. in Haug. extra muros Herbipolen. ac beneficio ecclesiastico cum cura, vel sine cura, ad collationem, prouisionem, præsentationē, seu quamuis aliam dispositionem venerabilis fratris nostri epi P.

Ad idem etiamsi dignitas, personatus, vel officium pertinen. vacan. vel vacaturo gratiose concessimus prouideri.

Ad idem etiamsi dignitas, personatus, vel officium, etiam electi fuerit &c.

Aut, quod nos dudū sibi de expectatione maioris præbendæ ecclesiæ S. Ioannis in qua maiores, & minores præbendæ existunt, per alias nostras literas gratiose mādauimus prouideri &c.

Seu, quod nos dudum eidem P. de vno in N. & alio in N. Eccles. Canonicatibus sub expectatione præbendarum, ac beneficio Ecclesiastico &c.

Seu, quod, vt asseris, dudum de Canonicatu sub expactatione præb. ac oblegiorum Ecclesiæ maiorum Bamberger. quorum quidem obligiorū fructus, redditus, & prouentus quinquaginta marchas argen. se. co. est. va. an. nō exce. ac dignitatis personatus vel officij in eadem Maiori vel sancti Stephani Bambergen. aut sancti Iacobi extra muros Bambergensis Ecclesiis gratiose concessimus prouideri, cum Clausula impartira volumus propter litem quam habet &c.

Vel sic, aut quod idem N. beneficiū Ecclesiasticum cum cura, uel sine cura, ad collationem, vel prouisionem dilectorum filiorum Abbatis, & Conuentus Monasterij sancti Vincentij ordinis sancti Benedicti Simen. Diæc. cōiter, vel diuisum auctoritate, & literarū nostrarum in ea forma, ꝛm quam pro pauperibus clericis beneficiandis dudum scripsimus, ibi concessarū se asserit expectare. Quasquidem literas, & processus habitos per easdem, & quæcū que inde secuta, ex nunc cassamus, & irritamus, ac nullius esse roboris, vel momenti &c. Nos insuper &c.

Seu, quod dudum, vt asserit, de beneficio cum cura, vel sine certa ad collationē, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionē venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Magūtin. ac dilectorū filii Præpositi, Decani, & Capituli, singulorumq; Canonicorum, & personarum

Eccleſiæ Maguntin communiter, vel diut ſim pertinent. vacant. vel vacaturum gratioſe conceſſimus prouideri, vel per alias noſtras gratioſe mandamus prouideri.

Quodq; dudum eidem M. aut aliud beneficium Eccleſiaſticum curatũ, aut alias cum dicta Eccleſia in N. incompatibilia etiamſi dignitas, vel perſonatus, ſeu officium cum cura, vel ſine cura in Cathedrali, vel collegiata eccleſia, ac dignitas ipſa in cathedrali maior poſt pōtificalem, aut in collegiata huiuſmodi principalis foret ad dignitatem huiuſmodi, quis per electionem aſſumeretur recipere, & vna cũ dicta eccleſia in N. Diœceſ. quo aduenire retinere libere, & licite valeret, fuit auctoritate prædicta diſpenſatum. Nos enim &c.

Vel ſic, obtinere, & nos dudum ſibi de beneficio eccleſiaſtico & vacan. vel vacaturo etiamſi Canonicatus & Præb. eiuſdem eccleſiæ foret per alias noſtras literas gratioſe mandamus prouideri.

Vel ſic, aut, quod nos dudum tibi, ut aſſeris, de vno ex prioratibus, ſeu plebanatibus ſecularium & collegiatarum eccleſiarum ciuitatis, vel diœc. Floren. vacan. vel vacaturum per alias noſtras literas gratioſe mandauimus prouideri.

Seu quod nos nuper eidem Io. vt aſſerit, de vna in S. Andreæ, & de alia in S. Iuliani, Vlixbon. eccleſijs perpetuis portionibus &c. vacan. vel vacaturum gratioſe conceſſimus prouideri. Et nos hodie tibi Canonicatum ſub expectatione præbendæ, ac offici eccleſiæ beatæ Mariæ Traiecten. per alias noſtras literas gratioſe duximus prouidendum, quas quidem literas & proceſſus habitos per eaſdem, & quæcũque inde ſecuta, in ſuo volumus robore permanere, quacunque conſtitutione ſeu ordinatione Apoſtolica contraria, non obſtant.

Aut, quod dictus Nicolaus, vt aſſeritur parochialem eccleſiam de N. Diœceſis, cuius fructus, redditus, & prouentus illã pro tempore obtinenti, & in ea non reſidenti vltra 40. lib. Turon. ſimilium non valere annuatim noſcitur, obtinere volumus &c.

Aut quod, vt aſſeris, dudum in Canonicum Aſten. Eccleſię auctoritate ordinaria fuiſti receptus. Aut quod idem Nicolaus, vt aſſeritur, parochialẽ eccleſiã prædictam & perpetuam Vicariam ſine cura ad ſanctæ Luciæ in dicta eccleſia, ac perpetuum beneficium ſine cura dimiſſaria nũcupatum, ad Beatæ Mariæ virginis in parochiali de N. dictæ Diœc. eccleſiis altaria ſita, & quorum omnium fructus &c. ſex marc. arg. ſe. æſti. va. an. non exced. no ſcitur, obtinere volumus &c.

Et dudum Canonicatum, & Præbend. eccleſiæ S. Bartholomæi Andeganen. vigore quarundam literarum Apoſtolicarum, prout ex ipſarum forma poteris, infra tempus debitum acceptaſti, & tibi de eiſdem obtinuiſti prouideri, cum clauſula volumus &c.

Et tibi de Theſauraria eccleſiæ ſancti N. Maguntin. quæ ſimplex officiũ exiſtit, certo modo uacan. Apoſtolica fuit autoritate prouiſum &c.

Vel ſic, aut quod dudum eidem Alphõſo, vt aſſerit, de parochiali eccleſia S. Eulaliæ de N. prædictæ Diœceſis, cuius fructus &c. non exced. tunc certo modo uacan. & cuius poſſeſſionem nondum habet, Apoſtolica fuit autoritate prouiſum, cum clauſula uolumus &c. Ad idem conceſſimus prouideri.

Aut quod nos dudum eidẽ Alphonſo, ut aſſerit, de Archidiaconatu plebis ſancti Blaſij N. Diœceſis, cuius 300. at de parochiali eccleſia ſanct. N. Diœceſis, quæ tũc certo modo vacare ſperabantur, quorum omnium fructus &c. non exced. gratioſe conceſſimus prouideri, cum clauſula uolumus &c.

Seu, quod nos dudum eidem Io. ut aſſeritur, de prępoſitura eccleſiæ Melden. quę dignitas curata, & principalis in eadem eccleſia exiſtit, & ad quam quis conſueuit per electionem aſſumi, cuiuſque fructus &c. non excedunt certo modo uacan. cuius poſſeſſionem non habet, per literas noſtras gratioſe mandauimus prouideri &c.

Aut quod, ut etiam aſſeris, in ſingulis beatæ Mariæ de N. & in ſancti N. N. Diœceſis, & in ſanctæ N. & in ſancti P. necnon in ſanctæ A. de N. parochialibus eccleſiis N. Diœceſis ſingula perpetua beneficia, quorum omnium fructus &c. obtinere, noſque dudum tibi de uno &c. Contradictores &c. non obſtan. quod idem C. ut aſſerit, cauſam ſupradictam ſuper prædicta præpoſitura, contra quendam ſuum aduerſarium mouere intendebat, coram certo auditore cauſarum dicti palatij per nos committi, cuius ſtatum etiam habere uolumus pro expreſſo, etiam pie me. &c.

Vel

Vel ſic, aut quod ſuper altari ſine cura S. Gulielmi virginis ſito in eccleſia ſanctorum, P. & M. Argen. cõtra quendam ſuum aduerſarium cauſam mouere intendis, & in Palatio Apoſtolico committi citationem ad partes decerni obtinuiſti, ac dudum &c.

Aut, idem M. vt aſſerit, ſuper Parochiali eccleſia ſancti N. dictæ Diœceſis cuius fructus &c. in palatio Apoſtolico noſcitur litigare, cum clauſula volumus &c.

Vel ſic, ſuper Parochiali eccleſia de Malamotte dictæ Diœceſ. in Rom. cur. noſceris litigare, aut ſi hodie pro alio &c.

Aut quod, vt aſſeris, Canonicatum, & Præbend. ac theſaurarium eccleſiæ S. Godegrandi N. Diœceſis, dequibus tunc certo modo vacan. prouideri mandan. & per quorũ Canonicat. & præben. & theſaurariæ, quæ ſimplex officium eſt aſſecutionẽ dictos Canonicatum, & præbend. S. N. dimittere tenearis, ſi illos interim non dimiſeris in Palatio Apoſtolico. vt aſſeris litigare Volumus aut quod quamprimũ Canonicatum, & Præbendam ſancti N. eccleſiarum, cum vero dignitates, perſonatus, vel curati officij huiuſmod poſſeſſionem vigore præſentium fueris pacifice aſſecutus, Parochialem eccleſiam prædictã quos, vt præfertur, obtines, & quos ex tũc vacare decernimus omnino, prout ad dimittẽdum dictos Canonicatum, & Præbendam ſancti M. te ſponte obtuliſti, dimittere tenear s &c.

Aut quod idem M. vt aſſerit, ſuper Parochiali eccleſia in M. dictæ Diœceſis in Palatio Apoſtolico litigando pro ſe, & cõtra quendã aduerſarium diffinitatiuã ſententiã reportauit & ſuper reportat &c. & litigat. Seu, quod idem Io. aſſerit Canonicatũ & Præbendã Floren. & ſanctæ Mariæ Argen. necnon ſanctæ Mariæ de partura N. Diœceſis eccleſiarum plebanatus, qui curat. & dignitates principales in eiſdẽ eccleſiis exiſtũt, & ad quos conſueuerũt, qui per electionem aſſumi, & quorum omniũ fructus &c. non excedunt inſimul ex diſpenſatione per fe. re. Bonifac. Papam 8. prędeceſſorem noſtrum ſibi cõceſſa, noſcitur obtinere, quod ipſe &c. Vel ſic, ſeu quòd, vt aſſeritur, Canonicatum & Præbend. ac ſcholaſtriam in R. quæ dignitas eſt ad quã dam perpetuam vicariam ſine cura in Dolen. eccleſiis, quorum fructus &c.

Sed quod idem B. vt aſſeritus, quoddã S. Candichon nuncupatum conſuetum clericis ſecularibus in perpetuum beneficium eccleſiaſticum aſſignari, Redon. Diœceſis cuius fructos &c. noſcitur obtinere &c. Seu, quod idem M. quoſdam perpetuos redditus, & conſuetuos. in titulũ beneficij eccleſiaſtici aſſignari, quorũ fructus &c. Non excedunt, noſcitur obtinere &c. Seu quod idem M. quaſdam perpetuas decimas in parochia de N. Dictæ Diœce. in perpetuum beneficium eccleſiaſticum clericis ſecularibus aſſignari ſolitas, quæ illas obtineri & in eadem Parochia non reſidenti vltra quinque libras ſimiles turon. non valent annuatim, noſcitur obtinere.

Nota, quod talis non intitulatur de huiuſmodi redditibus, ſiue decimis ſed tantummodo dicitur clericus A. Diœceſis. Aut, quod idem N. vt aſſerit, vt alteram portionem Parochialis eccleſiæ per duos ſolitæ gubernari rectores N. diœc. noſcitur obtinere &c.

Seu, quod, vt aſſeritur, dudum in rectorem hoſpitalis pauperum domus Dei nuncupatæ de N. diœceſ. tunc certo modo vacan. per fratres dicti hoſpitalis electus exiſtit, ac Canonicatum & Præben. eccleſiæ Finiſt. quos tunc obtinebas, & quorum fructus &c. non excedunt de facto expoliatus exiſtit &c & ſuper Prioratu S. P. de R. ordinis S. Auguſt. dictæ Diœce. auctoritate Apoſtolica tibi commendato, quem poſſides noſceris litigare.

Seu, quod aſſeris Canonicatũ, & maiorem Præben. eccleſiæ N. in qua maiores, & minores præben. fore noſcuntur, ac Parochialem eccleſiam in G. necnon quoddam perpetuum beneficium in nono choro in Hagnenon obtines, & ſuper quadam perpetua vicaria in Sting in Palatio Apoſtolico litigas, & dudum tibi de Canonicatu, & Præbenda in Burgis dictæ Diœce. & quadam alia perpetua vicaria in M. Eccleſiis, quæ quidem beneficium, & vicariæ ſine cura ſunt, tunc certo modo vacan. Apoſtolica extitit auctoritate prouiſum. Aut ſi hodie &c.

### De *clauſula volumus.*

VOlumus autem quod quamprimum vigore præſentium Canonicatum & Præben. ac beneficium huiuſmodi fueris pacifice aſſecutus, huiuſmodi præſentes literæ, & huiuſmodi proceſſus habiti per eaſdem, & quæcunq; inde ſecuta, quo ad reliquum aſſequendi ſint caſſa, & irrita,

nulliuſq; roboris, vel momenti &c.

Volumus autem, quod quamprimum vigore præſentiũ dignitatem, perſonatum aut officium curatum fueris pacifice aſſecutus, eandem Parochialem eccleſiam, quam, vt præfertur, obtines, quam ex nũc vacare decernimus, omnino dimittere te nearis, quodque poſt trienniũ a data præſentium computau. præbẽdam, vel aliquã dignitatem, perſonatũ, ſeu officium, aut beneficium, aliquã ſeu aliquod, vigore ea rundem nõ acceptes, & de illa, vel de illo facias tibi prouideri adminiſtrareCanoni cus eiſdem eccleſiæ ſancti Stephani, ſi interim tibi de aliqua præbenda inibi non prouideatur, eſſe deſiſtas &c decernentes irritum, & inane, ſi ſecus actum fuerit in præmiſſis. Nulli ergo &c.

Volumus autem quod idem A. quamprimum vigore præſentium beneficium curatum huiuſmodi fuerit pacifice aſſecutus, dictam Parochialem eccleſiam, quã ex nunc vacare decernimus &c. omnino, prout ad id te ſponte obtuliſti, dimittere re tenearis. Nulli ergo &c.

*De Iudicibus, & eorum ordine.*

IN ordinatione Iudiciũ, præpoſitus, vel Decanus alicuius eccleſiæ, tanquam maiores, Priori, Præpoſito, vel Decano alicuius Monaſterij tanquã minoribus poſtponuntur.

Priori prædicatorum, & Guardianus Minorum, poſſunt eſſe vna cum aliis Iudicibus, ſed ſoli non, & debet ſemper poni poſt alios Iudices &c. Canonicos, & tunc datur clauſula, non obſtan. indulgentiis, Nota, quod ordo præponitur Diæceſi, & ordo S. Benedicti Hanuetẽ. Diæceſis, ſed prẽponitur ciuitatis & monaſterij S. Dominci Naunen. ordinis S. Benedicti, Item titulus Præmonſtratenſis præcedit ordinem Præmonſtraten. ordinis, & ſimiliter beatæ Mariæ de pitieris ordinis S. Benedicti. Item, dicitur Prioratus S. Petri de monte Felico Camaldulen. Diœce. ordinis Panorum. Diæceſ. & non dicitur Prioratus Monaſterij S. N. quia non vocatur Monaſterium, ſed prioratus.

Item nota, quod Iudices qui ponuntur in literis Apoſtolicis, debent poni & ordinari ſecundum maioritatem, in quibus exiſtunt prælationum, dignitatum, & officiorum in quibus exiſtunt, prout proſequitur. Electo enim non ſcribitur epiſcopo, niſi fuerit conſecratus, & epiſcopus conſecratus eſt præponendus in literis Apoſtolicis Electo.

Item, Præpoſitur poſtponitur Decano, & Decanus Archidiacono, & Archipreſbytero, Prior, Plebano, Archidiaconus Archipresbytero.

Item locus ſemper debet iungi cum Diæceſi, niſi ſit aliquid impediens.

Item, in domibus, vel locis Hoſpitaliũ vel militiarũ, ſemper cognomen huius loci, ſeu domus particularis poſtponi debet generali titulo, ſeu cognomini hmõi hoſpitalis, ſeu militiæ: vñ male diceretur Alſua vel militiæ &c. ſed potius dici debet domus hoſpitalis S. Ioan. Ieroſolymitani in Alſua, vel domus militiæ de Calletia deuatello, vel in Olſerdi. Itaque locus, vel Oſua, vel macello, & ſimilia poſtponuntur, vt ſupra.

Item, quãdo ſcribitur Sacriſtæ, ſemper ponitur ſecularis eccleſiæ. Si vero fuerit Sacriſta maioris eccleſiæ, dicetur eccleſiæ tantum.

Item, Sacriſtæ, Cuſtodi, & Camerario Monaſterii ſcribi non poteſt: vt not. gloſ. in Clem. etſi principalis de reſcript. quia habent officia, & non dignitates, vt dicit Spec. in tit. de iudic. deleg. §. fin.

Item, Decano rurali ſcribi non poteſt, vt dicit glo. in d. Clem. & ſi principalis.

Item, quando ſcribitur Plebano pro Iudice, tunc non dicitur eccleſiæ, ſed ſolum plebis, vt eſt ille qui tenet ſub ſe Canonicos, vel alios Subplebanos, ſed Plebanus Parochialis eccleſiæ ſimpliciter, non eſt ille, & hic non poterit eſſe Iudex.

Item, quod non vni, vel duobus, aut tribus Iudicibus ſcribi conſueuit.

Item, ſi ſcribatur pluribus Canonicis, tũc dicitur Canonicis eccleſiæ Florentin.

Item, quando ſcribitur Officiali, non dicitur eccleſiæ, & non ſcribitur niſi officiali maiorum prælatorum.

Item, quãdo ſcribitur Abbati, ſi ſit Monaſteriũ, ſcribitur Abbati Monaſterii: ſi vero ſcribitur Abbati ſecularis eccleſiæ ſcribitur Dilecto filio Abbati ſecularis & collegiatæ eccleſiæ. Nota, idẽ fit ſi Sacriſtæ, qñ ponitur ſecularis eccleſiæ niſi in eccleſia cathedrali, quia tunc nõ dicitur ſecularis, ſed ſolũ Sacriſtæ eccłæ Meldẽ. Et quãdo ſcribitur duob⁹ Sacriſtis, ſed Cathedralis, & Collegiatæ eccleſię, dicitur ſic: Dilectis filiis maioris, & ſeculario S. Stephani Meten. eccleſiarum Sacriſtis Salutem &c.

Item,

Item, qñ scribitur Priori, non debet dici eccleſia, niſi fuerit Prior eccleſiæ Cathedralis. Sed qñ ſcribitur Priori Monaſterii, vel præpoſito Monaſterij, vel Decano ſemper debet dici per Priorem, vel Decanum, aut prępoſitũ ſoliti gubernari.

Item, non ponitur ordo in ſalutatione.

Item nota, quod in partibus vltramõtanis cõmittitur officiali, in Italia vicario.

Item, quando ſcribitur præpoſito Decano, Cantori &c. ſemper debet dici eccleſiæ, ſed quando ſcribitur Archidiacono, vel Canonico maioris Eccleſiæ, non eſt neceſſe quod ponatur Eccleſiæ.

Item, Capellano, vel Rectori alicuius Eccleſiæ, non ſcribitur vt Iudici.

Item nota, quod quando ſcribitur vni Canonico cathedralis, & Decano, vel alii Prælato Collegiatæ Eccleſiarum, tunc Canonicus eſt poſtponendus. Si vero ſcribatur duobus Canonicis cathedralis, & vni prælato Collegiatæ Eccleſiarum, tunc Canonici ſunt præferendi, non ſeruatur hodie, quia Prælatus præponitur, & ſæpius duo officiales, & vicarii dantur.

Item nota, quod in Iudicibus nunquã dantur duo Iudices, hodie iſtud non ſeruatur.

Item nota, quod non datur pro Iudice perpetuus Commendatarius ſub nomine commendæ, etiam ſi peteretur in ſupplicatione, ſed poſſet dari ſub alio titulo, & ſub nomine clericali; & ſi committeretur ſub nomine clericali, attẽde derogationẽ. c ſtatutũ. de reſcript. in 6. videlicet, q̃ non ſis de perſonis quibus cauſa committitur.

Item nota, ſecundũ ordinationem Bonifacii papæ 8. cauſæ audiẽdæ auctoritate literarum ſedis apoſtolicæ, non cõmittuntur, niſi perſonis dignitate prẽfulgẽtibus, vel perſonatũ habentibus, ſiue eccleſiarũ Cathedralium canonicis, qui ſi fuerint regulares, debet fieri mentio de ipſorũ ordine, vel officiis principalibus ſuperiorum prælatorũ, id eſt, ipſorũ, aut præteritorũ, prædictorum, a Guardiano minorum cũ clauſula, non obſtantibus indulgentijs, q̃a ſi Guardiani, vel filii prior ordini tuo a ſede apoſtolica dicitur eſſe cõceſſa quod ipſius ordinis fratres non teneãtur ſe intromittere de quibuſcunq; negotiis, quæ ipſis per eiuſdem ſedis literas cõmittuntur, & poni debet hæc clauſula, immediate poſt teſtes. Et ſi eſſet litera quare teſtes immediate poni debet poſt concluſionem Clauſulæ, non obſtantibus indulgentiis &c. & ſi non omnes &c. Dat. &c.

Si ille cui ſcribitur non eſt prior, vel Guardianus, ſed forte Inquiſitor hæreticæ prauitatis, tunc dicitur hoc modo, non obſtant. indulgentia, quæ ordini fratrum prædicatorum, ſiue minorũ, cuius tu filius Inquiſitor profeſſor exiſtis, a ſede apoſtolica &c. & debent poni dicti Guardianus & prior vltimo poſt alios iudices etiam canonicos. Et nota, quod poſt clauſulam, non obſtan. indulgent. ſequitur clauſula, Et ſi non omnes. &c.

Item nota, quod principalis officialis epiſcopi, & prior conuentualis, licet obedientiarius, dari poſſunt iudices, officialis vero forenſis & prior clauſtralis non: vt in clem. Et ſi principalis. de reſcript. Et ſimiliter poteſt dari Iudex officialis datus per capitulum ſe. va. vt dicit gloſ. in dicta clem.

Itẽ, an cõſeruator poſſit dari iudex dubiũ eſt, & eget declaratione, vt dicit gl. ibi.

Item nota, quod omnis prioratus eſt dignitas ſi eſt cõuentualis, & aliter nõ: vt dicit gloſſ. in dicta clem. & ſi principalis. Et iſta eſt ratio, quod prior Conuentualis poteſt dari Iudex, quia eſt in dignitate.

Item nota, quod quando literæ impetrantur ad tres iudices, debet poni poſt clauſulã teſtes, clauſula illa: Et ſi non oẽs his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Sed ſi ſunt duo epiſcopi, & vnus Abbas, vel decanus, vel perſona alia, non mutatur regula illa, ſed ponitur per ordinem vt ſupra, videlicet, duo veſtrum &c.

Item, quando iudices dantur ex vtriuſque partis conſenſu, vel voluntate partis, tunc debet dici, per Apoſtolica ſcripta mãdamus &c. quando vero etiam ponitur locus, tunc dicitur ſic, mandamus quatenus apud locum de N. vtriu que &c.

Item nota, quod in matrimonialibus ſcribitur ſemp epiſcopo, q̃ ſi fuerit ſuſpectus, ſcribitur alteri epiſcopo, & dicitur ſic ideoque F. T. cum dicta E. venerabilem fratrem N. Archiepiſcopum N. cui eſſet in hac parte ſcribendum, habeat ea ratione ſuſpectum, quod dictus Io. Andr. ſuus familiaris exiſtit, per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus &c.

Item nota, quod in cauſis quæ debent committi epiſcopo, ſicut in matrimonialibus &c. quando epiſcopatus eſſet alicui commendatus, & eſſet commendatarius in epiſcopatu, vel ciuitate ſua, tunc dici-

tur

tur in commissione, ac si esset episcopus, videlicet, venerabili fratri nostro episcopo Sagien &c. quãdo vero esset absens ab episcopatu, tunc committitur proximiori Episcopo sic dicendo, cum dilectus filius noster Ludouicus ad sanctum Laur. in Damaso presbyter Cardinalis, qui tunc ecclesiæ apostolicæ præesse dignoscitur, & cui tanquam Episcopo Canen. esset scribẽ dum dum in hoc casu ad præsens in Ro. cur. resideat.

Venerabili patriarchæ Constantinopolitan. simpliciter episcopo Beneuen. similiter episcopi Deranten.

Dilecto filio Ioanni electo Veracten.

Similiter magistro Ioanni de Colacello, notario nostro.

Similiter magistro Ioanni N. capellano nostro & causarum palatij Apostolici auditori, salutem &c. Similiter Abbati monasterij Cassinens.

Similiter abbati monasterij de sancto Vito Veracten. Diœcesis.

Similiter priori monasterij sancti Petri N. Diœcesis sic dicitur, quia prioratus nuncupatur. Similiter priori monasterij sancti N. diœc. N. per priorem soliti gubernari, sic dicitur, quia monasterio non est alius maioris dignitatis.

Similiter priori monasterij S. N. per priorem soliti gubernari N. Diœcesis.

Similiter priori monasterij sanctorum 40. Martyrum extra muros N. per priorẽ soliti gubernari &c. Similiter Præposito & decano monasterij, videlicet, præposito monasterij sancti N. per priorem &c. Decano monasterij sancti N. Florent. per decanum solit. gubernari &c. Guardiano domus fratrum ordinis Ieroſolimitani sãcti Augustini N. diœcesis. Abbati secularis & collegiatæ Ecclesię S. P. Alben. diœcesis. Priori domus fratrum prædicatorũ ordinis prædicatorum N. diœcesis. abbati ecclesiæ Tholosan. Priori ecclesiæ S. Andreæ in Scotia.

Priori secularis & collegiatæ ecclesiæ sancti P. Floren. Præposito ecclesiæ S. N. N. Diœcesis. Similiter decano, archidiacono, cancellario, Thesaurario, cantori &c. in dignitate constitutis. Archidiacono ecclesiæ Herbipolen. & hoc intellige de maiuri Archidiacono. Archidiacono de Marsallo ecclesia Meren.

Plebano plebis sancti N. Venetiarum ad Palatium, similiter canonico in cõmuni possunt dicere, & est melius, Archidiacono vel Canonico Herbipolen.

Francisco Masses Canonicæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe.

Ioanni Petri canonico Venetorum. Vicario Veronen.

Priori ecclesiæ non dicitur, nisi sit Cathedralis. Officiali Veronen.

Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Apolitan generali. Sacristæ ecclesiæ Musten. Sacristæ secularis ecclesiæ Fir. N. diœcesis.

Dilectis filiis S. Lamberti de N. & S. Antonij N. Diœcesis monasteriorum Colonien. & Herbipolen. plebanis &c. Dilectis filiis, Priori de Præstolio, & beatæ Mariæ de N. ac sancti Ioan. de N. plebum &c.

Dilectis filijs, sancti Petri, & sancti Agricoli Auinionen. Decanis & Sacristæ eiusdem sancti Agricolæ ecclesiarum, salutem.

Dil. fil. priori secularis & collegiatæ S. Thomæ, & Ludouico in maioris ac Viterbien. Leodien. & Bononien. ecclesiarum canonicis &c.

Dil. filiis, sacristæ & præceptori ac F N. canon. Barchionen. salutem &c.

Dile. fil. vt supra duobus abbatibus & decano ecclesiæ ciuitatem.

Dile. fil. abbati de N. & præposito Bononien. per præpositum soliti gubernari monasterij N. diœc & priori maiores ecclesiæ Vlten. in qua maiores & minores priores fore noscuntur, salutem &c. Dilectis fil Zamen & Examen. Colonien. diœc. decanis ac archidiacono inserta Hildesemen. diœcesis ecclesiarum, salutem &c.

Dile fil. Decano S. Petri, ac cãtori maiorum ecclesiarum Leodien.

Dile. filio Ioanni N. canonico ecclesiæ O. ac officiali M. dilectis fil. decano N. ac de N. & de Oliua in eadem ecclesia &c. dil. fil. montis sanctæ Mariæ, & sanctorũ Marię & Georgii Frankoforden. Magunti nen. diœc. decanis & cantori eiusdẽ montis sanctæ Mariæ ecclesiarum, salutem, &c. Dilect. fil. montis S. Iacobi, ac secularis & collegiatæ S. Alfonsi Victen. abbatibus ac præcentori Victen. ecclesiarum. salutem &c.

Dil. fil. abbati S. Petri de N. & sancti N. ac sancti P. de N. per præpositum soliti gubernari N. diœc. monasteriorum prępositis, salutem &c.

Dil. fil S. sepulchi N. & sancti P. de D. præpositis, ac scholastico Serlen Leodien.

Ma-

Maguntin.& Colocen.diæc. eccleſiarum. Dileſtis fil.Io.& Petro de N. canonicis, ac decano S.Mauritij Maguntin. eccleſiarum.Dil.fil.ſancti P.& ſancti Io. Herbipolen.monaſteriorum abbatibus,ac decano eccleſiæ S.Io.in nam.extra muros cameracen.Dilectis filiis, de cano maioris, ac eiuſdem & ſancti P.Cayn,eccleſiarum theſauriis.

Dil.fil.monaſterii in ham per præpoſitum ſoliti gubernari,Verdenſis diæceſ.& Brexinen.præpoſitis,ac decano S.Sebaſtiani eccleſiarum .

Dilectis ſiliis,priori beatæ Mariæ de N.& præpoſito maioris eccleſiarum ac officiali N.ſalutem &c.Dilectis filiis,decano ſancti *P.*& Ioan.N. canonicis maioris Victen.eccleſiarum.

Dilectis filiis,Ioan.& *P.* ac Ia.canonicis eccleſiarum.&c.

Dil.fil.præpoſito S.N Maguntin.& eiuſdem ac ſancti A.Ammonen. eccleſiarum *D*ecanis &c.

Dilect.fil.Theſaurario ſancti Io.de N. & G ac.B.maioris Treueren.eccleſiarum canonicis,ſalutem &c.

Dilect.fil.S.Ioan. Columbien. & S.Agricoli Auinionen.ac S. Iaco.Viterb. eccleſiarum decanis.

Dilectis filiis, decano ſancti Agricoli & præpoſito ſancti Agathi Allen.ac ſacriſtæ maioris Amonen. eccleſiarum, Salutem.

Dilectis fil. beatæ *M*ariæ montis ſancti Angeli Colonien.& S. Victoris decanis, ac *L*udouico N. canonico Colonien. eccleſiarum.

Dilectis fil.de Caſa Dei & de Floriaco ac Axitan.monaſteriorum abbat.

Dilect.filiis abbati Monaſterii N. & Meten.ac ſancti P.Auinionen.eccleſiarū decanis.

Dilect.fil.abbati monaſterii ſancti N. colonien.& Guſtan.ac Belicen.eccleſiarū præpoſitis.

Dilectis filiis S.Agricoli Auinionem, & beatæ Mariæ *N.*decanis,ac ſcholaſtico eiuſdem S. Mariæ Camerien. eccleſiarum .

Dilect.fil archidiacono Cuſan. & B.ac Io.canonicis Buten.eccleſiarum .

Dilectus filiis abbati S. Benedicti de Bario,& præpoſito de Gallo, monaſteriorum *V*ticen. ac officiali Vticen. Salutem &c.

Dilectus filii, S. Io.prope nouum & S. Saluatoris Honenen. *N*orman. diæceſis, monaſteriorum abbatibus, ac officiali not.

*V*ener.fratri epiſcopo Culmen.& dil. filii præpoſito eccleſiæ Culmen. ac officiali. *N.*

Dilect. fil. præpoſito S.Anneti, & decano beatæ Mariæ ad gradus,ac Ioan.*N.*canonico maioris Camnen. eccleſiæ, Salutem &c.

Dilect. fil. monaſteriis in finibus terræ Leon. ac Purin. eccleſiarum abbatibus.

Dile.fil.decano ſancti *N*. Auinionen. & præpoſito Vicen.& ſacriſtæ eiuſdem S. *N*.eccleſiarum.

Dil.filiis, abbati monaſterii S. Iuſti & S. Saluatoris,ac Ioan. *N*.eccleſiarum decanis.

Dil.fil.abbati monaſterii S. Nicolai d. *N*.& priori ſecularis & collegiati *N*icolai,ac præpoſito Acten.eccleſiarum.

Venerabili fratri epiſcopo Eboracen. & dil.fil.Salamantin.& Ambulen. eccleſiarum decanis .

Dilec.filiis præpoſito S. Thomę argen. & decano ſancti Angeli Auinionen. ac cantori eiuſdem ſancti Thomæ *N*. eccleſiarum.

Dilec.filiis,decano S.Agricoli Auinionen.& præpoſito S.Clementis de Caſtello,ac archipresbytero S. Martini de N. Frinſingen.eccleſiarum.

Dilectis filiis, præpoſito Patauien. & eiuſdem ac S.Agricoli Auinionen. eccleſiarum decanis.

Dilect.filiis S. Petri argen. Lugdun. & ſancti A.dięc.monaſteriorum abbatibus, ac officiali Lugdunen.

Venerabilibus fratribus Meten.& Virdunen epiſcopis,ac dilect.fil.archipresbytero collegiatæ B Mariæ *N*.diæce.

Dilectis fil.maioris & ſecularis ac collegiatæ *S*.Stephani Caſtellan. eccleſiarū ac ſacriſtæ.

Vener.fratri Io.epiſcopo Curien. noſtro in vrbe in ſpiritualibus vicario.

Vener,fratri Iacobo,olim archiepiſcopo Ydioten. in patriarcham Conſtantinopolitan. Electo adminiſtratori in ſpiritualibus, & temporalibus eccleſiæ Ydioten. Salut.&c.

Venerab. fratri E. epiſcopo olim Theoten. in archepiſcoporum Reginen. electo.

Vener. fratri *P*. epiſcopo Sabin.adminiſtra-

niſtratori in ſpiritualibus & temporalibus eccleſiæ Aquilan. peſ ſedem apoſt de putato, ſalutem.

Dil fil. Io. N. [illegible] cauſarum cameræ apoſtoli[illegible] auditori &c.

Dilecto filio Vicegerenti auditoris generalis cauſarum Curiæ cameræ apoſtolicæ in ciuitate N. ſalutem.

*De Intitulatione.*

NOta quod omnes presbyteri Cardinales intitulantur hoc modo.

Dil. filio F. tit. Sāti Laurentii in Lucina presbytero Cardinali excepto vno videlicet 12. Apoſtolorum, qui intitulatur hoc modo N. Baſilicæ 12. Apoſtolorum preſbytero mar. vt in c. cū olim. de priuilegiis & in c. ad Apoſtolicam ſedem. de ſent. & re iud. lib. 6. Epiſcopi autem Cardinales intitulantur hoc modo, F. epiſcopo portuen. & non fit mentio de titulis. Diaconi Card. ſimiliter ſine titulis nominantur hoc modo, N. S. Georgii ad velum aureū diacono Card.

Nota, quod nullus debet intitulari de duobus titulis perſonalibus vel beneficialibus. Vnde incongrue diceretur, Dilecto filio M. de Maguntiis de Palicanis canonico Aquilan quia debet tolli vnus ex dictis titulis.

Nota, quod creatus canonicus in gratia expectatiua, ſi poſtea alias literas impetrarer, debet intitulari canonicus, licet non ſit prębendatus.

Nota, quod ſi papa ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet vel honoret per hoc verbum, in dignitate, approbat cle. Romanus de ſent. excom.

Nota, quod in ſalutatione literarū papæ non ponitur, in Chriſto. puta, Ven. in Chriſto fratri. vel dilect. in Chriſto filio, alioquin falſa eſt litera. vt crimine fal. c. quam graui. quod verum eſt, dummodo non ſcribitur Abbatiſſæ ac Monialibus: quia tunc bene ponitur in Chriſto. vt de reſcript. cap. cum dilecta. vel regibus, vt chariſſimo in Chriſto filio de conuerſa. coniuga. cap. chariſſimis.

Item, in ſalutatione non ponitur, noſtro, puta, ven. fratri noſtro, vel dilecto filio Capellano noſtro. vel Subdiacono noſtro, Salutem &c.

Item, vbi in ſalutationibus nomen proprium nō exprimitur, puta, cum ſcribitur Epiſcopo, debent poni duo puncta priuſquam pronatur nomen eius cui ſcribitur, ſicut. Epiſcopo: præpoſito; Decano: Abbati &c.

Item nota, quod papa vocat Epiſcopos & ſuperiores Venerabiles fratres. Abbates vero & inferiores, ac etiam principes ac alios Barones, filios indifferenter: Reges autem Chariſſimos appellat.

Nota bene hoc, quod quando dicitur dilecto filio N. Canonico Herbipolē. Decretorum doctori, Salutem &c. poſtea in proſecutione literæ ibi, tibi, vt aſſeris &c. Abbreuiator &c. non debet dici Decretorum doctor, ex quo ante in ſalutatione poſitum eſt affirmatiue quod eſt Doctor, ſimiliter de quibuſcunque aliis titulis.

Item, in intitulationibus quando ſcribitur Regi & epiſcopo, debet Rex prępponi epiſcopo: vt in c. 1. ne ſed. vac. ibi, Rex quoque cum regni &c.

Quando ſcribitur monacho & canonico, prępponitur monachus, vt in c. Deus q. de vit. & honeſt. cler. vbi primo nominantur monachi, ſecundo canonici regulares tertio alii religioſi. Ex ordine illius literæ habes, arguere prærogatiuam in nominando & ſcribendo prædictis, & pro hoc facit, quia monachi ſeu monachorum inſtitutio eſt antiquior, quam inſtitutio canonicorum irregularium, vel aliorum religioſorum.

Item aduerte, quia quando deberent nominari aliqui notati de aliquo vitio, tunc debet primo nominari non dignior, ſed ille qui magis eſt infectus in illo vitio, ſecus in actu virtuoſo. Ita dicit Nicol. in c. auaritiæ de prębend. per illum textū quia tibi fuerunt primo nominati canonici regulares quam monachi, licet ſint digniores, vt in nota præcedenti, quia canonici regulares magis peccabant in illa auaritia.

Quando non eſt certum quod quis ſit excommunicatus, vt quādo petit abſolui ab excōmunicatione, ſi quam incurrerit, & non apparet ex narratis ipſum eſſe excommunicatum, vel pars dicit talem preſbyterum eſſe excommunicatum, tunc nō obſtan. præmiſſis debet appellari, dilectus filius, quia in primo caſu non apparet ipſum eſſe excommunicatum, & tamen ſecundo caſu non creditur aſſertioni partis.

De gradibus ſemper debet quis intitulari de gradu: vt dilecto filio magiſtro Iaquet de Iaquetis canonico Iaqueten. Decreto-

cretorum doctori, literarum apostolicarum abbreuiatori, Salutem.

*Nomen officij. Secus in literis iustitiæ.*

Et aduerte, quia quãdo quis est officialis, semper nomen officij debet poni ante Salutem, vt in notula præceden. ita, vt semper sit vltimus titulus &c. Monachus si est Licentiatus, vel graduatus, debet de illo intitulari, vt dilecto filio monacho N. diœc. Licentiato in Decret.

Itẽ nota, quod in intitulatione Decani & Capituli, non dicitur ecclesiæ, sed dilectis filiis Decano & Capitulo Melden. vt habetur in cap. dilectus filius. C. de præben.

*Intitulationes pro secularibus.*

VEnerabili fratri Patriarchæ Ierosolymitano, & dilectis filiis priori & capitulo eccl'æ dominici sepulchri Ierosolymitani ordinis sancti Augustini, Salutem &c.

Dilect. fi. Ioan. An. primicerio ecclesiæ Marci Venetiarum.

Dilect. fil. Io. An. Archidiacono Magalon. in ecclesia Ventrilien.

Dilect. fil. Io. An. rectori archipresbytero nũcupato parochialis plebis nũcupatæ S. Vincẽt. N. diœc. Dilec. fil. Io. An. Decre. doctori, officii appellationum prouinciæ nostræ Marchiæ Anchonit. Iudici &c.

*Iudex in March.*

*Persona*

Dilect. fil. Io. An. psonæ personatus in Hagno v v. in rebus N. diœc. Dilect. fil. Io. rectori priori nũcupatæ curatæ, & secularis eccl'æ priora tus nuncupatæ D. N. diæc.

*Canonico s. pet. Portionario.*

Dilect. fil. Ioan. An. canonico Basilicæ principis Apostol. de vrbe.

Dilect. fil. Io. An. perpetuo portionario ecclesiæ sancti Iacobi Columbrien.

Dilect. fil. Io. An. rectori minoris portionis de capella. N. per duos, quorũ vnus minorem, alter verò maiorem ipsius eccl'æ portionẽ obtinet solitis gubernari rectorũ Examen diæc. Dilect. fil. Io An. rectori parochialis ecclesiæ S. Ia. in Hamen. diæc.

Dilect. fil. Ioan. An. perpetuo beneficiato ad altare S. Petri N. Diœcesis.

*Capellanus capellaniæ*

Dilect. fil. Io. An. Capellano capellaniæ beatæ Mariæ Perusin. sic dicitur quando est chorus de per se.

*Scriptori pœnitentiariæ.*

Dilecto fil. Ioan. An. perpetuo beneficiato in Basilicæ principis Apostolorum de vrbe.

Dilecto fil. Magistro D. literarum sacræ pœnitentiariis scriptori familiari nostro &c.

*Auditori.*

Dilecto fil. Io *An.* capellano nostro, & causarum Palatii Apostolici auditori.

*Acolito*

Dilect. fil. Io An. Acolito nostro. volen. itaque tibi, qui etiam Capellanus noster existis.

*Legato*

Venerabili fratri N. episcopo Portuen. Apostolicæ sedis Legato,

*Nuncio*

Venerabili fratri N. episcopo Melchinon. Apostolicæ sedis Nuncio.

*Cardinali vicario. Vicario in vrbe.*

Dilecto filio Ioan. An. tr. sanctorũ Marcellini & Petri Presbytero Cardinali in Prouincia nost ra Marchiæ Anconitanus pro nobis, & Ecclesia Roman. in temporalibus Vicario generali, Salutem &c.

Venerab. fratri Io. An. Episcopo Spolotan. nostro in bonis spiritualibus vicario.

*Auditori camera.*

Dilecto filio magistro Ioan. An. Capellano nostro, causarum curiæ cameræ Apostolicæ generali auditori.

Dilecto fil. N. ppetuo vicario in Ecclesia domus N. ordin. Carmelitarum Burdegalen.

*Scholari.*

Dilecto filio scholari N. Diœcesis.

*Abbreuiatori. Gubernatori patrimonij.*

Dilecto filio magistro *N.* rectori literarum *Apostolicarum* abbreuiatori. Gratia familiaritatis & deuotionis obsequia.

Dilect. fil. C. in prouincia nostra Marchiæ Anchonitan. pro nobis, & Rom. Ecclesia in temporalibus vicario generali, rectori, prouinciæ nostri patrimonii B. Petri in Tuscia.

*Rector. Marchi*

Dilecto fil. nobili viro N. militari Neapolitum prouinciæ nostræ Marchiæ Anchonitan. pro nobis & Rom. Ecclesiæ Rectori.

*Aduocato consistoriali.*

Dilect fil. N. legum doctori, & consistorii *Apostolici* aduocato, ac terræ nostræ Corneti pro nobis, Rom. ecclesiæ in temporibus rectori & potestati &c.

*Vicario alicuius vrbis ecclesiæ.*

Dilecto fil. *N.* in ciuitate nostra *N.* eiusdem comitatu, territorio, & districtu pro nobis, & Rom. Ecclesiæ in temporalibus vicario generali.

*Pluribus.*

Venerabilibus frattribus Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, *Præpositis*, Ministris. Guardianis, & aliis Ecclesiarum Prelatis, & Rectoribus, nec non & vniuerso clero, tam religionis cuiuscunque professionis, & ordinis, quam secularibus in beati Petri patrimonio constitutis, Salutem &c.

Venerabilibus fratribus, Archiepisco. po Craccuien. eiusque Suffraganeis, & dilectis filiis electis, Abbatibus, Priori-

bus,

bus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, Archipresbyteris, & aliis eccleſiarum Prælatis, & Rectoribus, Capellanis quodq; & Collegijs, & Cõuent. Aſtertien. Cluniacen. Præmonſtraten. ſanctorum Benedicti, & Auguſtini Carthuſien. Grandi monten. & aliorum ordinum, cæteriſque perſouis Eccleſiaſticis, tam regularibus, quam ſecularibus, exemptis, & non exemptis, prioribus deſuper, & præceptoribus, ſeu magiſtris, & aliis fratribus domorum hoſpitalis ſancti Ioannis Ieroſolymitan. & domus ſanctæ Mariæ Theutonicorum, & Caluteran. eorumque loca, & locatis per ciuitates, diœceſ. & prouincias, & Terracinen. conſtitut Salutem &c.

*De ordine fratrum Minorum.*

DIlecto filio Ioan. Iacobo de Alexandria, ordinis fratrum Minorum, profeſſori in Theologia magiſtro, Salutem &c.

Miniſtro prouinciali ordinis fratrum Minorum prouinciç Panen. Antonio Petri de A. fratri tertii ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupati, Eccleſiæ S. Franciſci domus fratrum Minorum. Io. de N. ordinis fratrum Minorum profeſſori prouinciæ ſancti Franciſci, ſecundum morem ipſius ordinis prouinciali Miniſtro.

*De ordine pradicatorum.*

DIlectis filiis N. magiſtro, & diffinitoribus, ac fratribus ordinis Prædicatorum Rothomagen. in generali capitulo cauſarum ibidem celebrant. proxima conuenien. Salutem &c.

Dilecto fil. Ioan. N. ordinis Prædicatorum conuentus N. diœceſis.

Priori prouinciali, & fratribus ordinis: fratrum Prædicatorum prouinciæ Alemaniæ, ſecundum maiorem ipſius ordinis.

Ioan. de N. conuerſo ordinis Prædicatorum.

Ioan. N. ordinis fratrum Prædicatorũ, & Theologiæ profeſſori in regno Franciæ hæreticæ prauitatis inquiſitori.

*De ordine Carmelitarum.*

DIlecto filio N. Prouinciali ordinis fratrum Carmelitarum, prouinciæ N. ſecundum morem dicti ordinis per ſedem Apoſtolica deputati.

Prior generalis, & fratres ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli Eccleſiarũ, domus fratrum Carmelitarum ordinis, perpetuus Vicarius in Eccleſia domus fratrum ordinis Carmelitarum Benen.

*De ordine fratrum eremitarum S. Auguſtini.*

DIlecto filio Priori generali fratrum ordinis eremitarum ſancti Auguſtini.

Ioan. An. domus Papien. ordinis fratrum eremitarum S. Auguſtini profeſſori Prior, & fratres domus fratrum eremitarum ſancti Auguſt. S. Io. N. Herbipolen. diœceſis.

Dilecto filio Io. An. ordinis fratrũ eremitarum ſancti Auguſtini, ac ſacræ Theologiæ profeſſori in Inſula Cypri, minori pœnitentiario noſtro, Salutem &c.

*De alio ordine S. Auguſtini.*

DIlecto fil. Io. An. Canonico Eccleſiæ Taurien. ordinis S. Auguſtini. Vel ſic, Canonico Eccleſiæ ſancti Io. in nu. ordinis S. Auguſtini diœceſis N. Salutem &c.

Io. An. canonico Monaſterii ſancti Antonii ordinis ſancti Auguſtini Meten. diœceſis, Salutem &c.

Dilectis filiis, capitulo eccleſiæ Melden. ordinis S. Auguſtini.

Dilectis filiis, magiſtro, & fratribus domus hoſpitalis S. Franciſci cruciferorum Cõſtella in Pedepontis Thianen. ordinis S. Auguſtini, Præceptori domus S. Antonii Mediolanen. ordinis ſancti Auguſtini

Fratri domus S. Pauli primi eremitæ in mat. ordinis ſancti Auguſtini. N. diœceſis.

Fratri eremitarum ſancti Pauli primi eremitæ, ordinis ſancti Auguſtini. domus fratrum ſancti Pauli primi eremitæ, ſanctæ Mariæ virginis, ordinis ſancti Auguſtini N. diœceſis, Salutem &c.

Priori, & fratribus domus Sepulchri Dominici Ieroſolymitani ſanctæ Annæ Barchinonen. ordinis S. Auguſtini. Vel ſic, Priori prioratus eccleſiæ Sepulchri Dominici ordinis S. Auguſtini, Romanæ eccleſiæ immediatæ ſubiecti, quia ſunt exépti.

Nota bene, quod ſuperior ipſius ordi. dicitur Prior, & papa eſt abbas ipſorum

Prio-

Priori, & fratribus domus seruorum sanctæ Mariæ Senen. ordinis S. Augustini.

*S. Hier.* Priori, & eremitæ sãcti Hieronymi nũcupati Prioratus. Hunc ordinem approbauit Gregorius 8. anno 4.

Priori prioratus de N. ordinis sancti Augustini N. Diœcesis.

Præposito prioratus sanctæ Mariæ ordinis sancti Augustini N. Diœcesis.

Præceptori, & fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de vrbe, ordinis sancti Augustini.

Antonio Io. fratrum seruorum sanctæ Mariæ, ordinis sancti Augustini professori, minori pœnitentiario nostro.

*De ordine sancti Benedicti.*

Dilecto filio Ioanni An. Monacho Ecclesię sancti N. ordinis sancti Benedicti N. Diœcesis, Salutem &c.

Priori Monasterij beatæ Mariæ de pietate, per Priorem soliti gubernari ordinis Monachorum sancti Hieronymi.

*Monachi sancti Hieronymi.*

Venerabili fratri Episcopo Dulẽ. & dilectis filijs Priori, & Capitulo, singulisq; personis Ecclesiæ Dulen. ordinis sancti Benedicti,

Abbati monasterij sancti N. Beneuentan. Rom. Ecclesiæ immediate subiecti, ordinis sancti Benedicti &c.

Abbati monasterij sancti N. ordinis sancti Benedicti diœcesis N. Salutem &c.

Monacho monasterij sanctæ Marię Catuanen. ordinis sancti Benedicti.

Abbati, & cõuentui monasterij loci eremitarum, ordinis S. Benedicti N. diœcesis.

Ioanni Iacob monacho monasterij S. Stephani Floren. ordinis S. Benedicti.

Abbati monasterij S. Ioannis seruorũ Dei, ordinis S. Bened. territorij manasterij Cassien quod nullius diœcesis existit. Vel sic, Abbati monasterij S. Matth. seruorum Dei, ordin. S. Bened. territorij monasterij N. quod quidem territorium nullius diœcesis existit.

Priori prioratus S. Hieronymi ordinis

*S. Eusb. de vrbe* S. Benedicti N. diœcesis.

Prioratus Monasteri S Eusebij de Vrbe per priorẽ soliti gubernari, ordinis S. Benedicti, cuius Monachi ẽm instituta regularia beati Petri confessoris viuunt.

Eleemosynario sancti Io. ad Roma. Eccles. nullo medio pertinẽtis, ordinis S. Benedicti N. diœcesis &c.

*De ordine Præmonstraten.*

Dilectio filio Ioanni Iacobi Militan. Præmonstraten. ordinis N. diœcesis

Venerabilibus fratribus, Patriarchæ, episcopo, & episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Prępositis, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, Rectoribus, & alijs ecclesiarum, Monasteriorum Prælatis, ipsorumq; vicegeren. Capitulisque, & Conuentibus ecclesiarum, & Monasteriorum ipsorum, ceteriśq; personis ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, exẽptis & non exemptis, Cistercien. Cluniacen. Præmonstraten. Camaldulen. Cartusien. sanctorum Benedicti, & Augustini, Valisumbrosæ, & aliorum ordinum, & domorum hospitalis S. Ioan. Hierosolymitanẽ. sanctæ Marię Theutonicorum, & Calatẽ. humiliatorũ, & Cruciferorum, Magistris, Prioribus, Præceptoribus, necnon principibus, Ducib⁹, Marchionibus, Comitibus Capitaneis, Potestatibus, Vicarijs, Castellanis, Comitib quoq; ciuitatũ, & vniuersitatum terrarum, & locorum, ac Prioribus Præpositis ancianis, & alijs vniuersis, & singulis, ad quos præsentes literæ peruenerint. &c. *Plurib.*

Dilectio filio Abbati monasterij Cluniacen. ordinis N. Diœcesis.

Nota q; omnes religiosi ordinis Cluniacen. censetur Monachi Cluniacen. & sic quoad eos non habet locum Translatio, quod prouidet illis de beneficijs. *Cluniacẽ. Translatio.*

Dilecto filio Raymundo Abbati monasterij Cluniacen. Prioratus S. Ioan. de Cilleyo Meten. Diœcesis ordinis sancti N.

*De ordine sancti Dei.*

DE ordine fratrum eremitarum S. Augustini habetur vt supra.

Idem habetur suprà de eremitis sancti Pauli.

Dilecto filio Ioanni Antonio Monacho eremi Camaldulen. Melden. Diœcesis decretorum doctori.

Prioris, & conuentus monasterij N. per priorem soliti gubernari Cartusien. ordinis Melden. Diœ. commendator, & fratres domus B. Mariæ Theutonicorum Ierosolimit.

*In literis iustitiæ extenduntur.*

TEstes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, cēsura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

*Si vero duo.*

QVod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum nihilominus exequatur.

*Si vero plures.*

QVod si non omnes &c. Duo aut vnus vestrum ea nihilominus exequatur.

*Ideoque.*

SI Cardinali: Circumspectioni tuæ. Si episcopo: Fraternitati tuæ. Si plures: Vestræ. Si sint alii inferiores discretioni vestræ, vel tuæ. Si episcopo cum vno vel duobus inferioribus, dicitur, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernatis, faciem. quod decreueritis per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Quod si non omnes &c. Si episcopus, auctoritate nostra.

*Rationi congruit* Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu, literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint suum consequantur effectum.

*Communis forma pauperum expectatiue pro graduatis &c.*

Innocentius &c.

*In regularibus præsentationib⁹. Quādo impetrans ad collatio* Venerabili fratri &c. vel dilectis filijs &c.

Dilecti filij Ioan. de N. pauperis clerici N. Diœcesis apud sedem Apostolicam constituti supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de vita, & conuersatione ipsius Io. qui, vt asserit, beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, & quē per certos examinatores super hoc a nobis deputatos, de literatura ipsius examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus est idoneus ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, solerter inquiren. si eum vitę laudabilis, & honestæ conuersationis esse repereritis, & aliquid beneficium ecclesiasticum non obtineat, aliudq; Canonicum non obsistat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura, vel sine cura, consueto ab olim clericis ecclaribus assignari, dummodo in Cathedrali ecclesia non existat. Cuius fructus, redditus, & prouentus, si cum cura 40. si vero sine cura fuerit 24. lib. turon. par. secundum taxationem decimæ, si taxatum fuerit, & si taxatum non fuerit secundum quod de illo pro decima huiusmodi persolui communiter consueuit, va. an. non excedat. Ad collationem, vel prouisionem, Venerabilis fratris nostri episcopi Ostien. pertinen. si quod in ciuitate, vel dicta diœcesi vacat ad præsens, aut cum vacauerit, & idem Io. per se, vel procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, infra vnius mensis spatium postquam sibi, vel eidem procuratori de ipsius beneficii vacatione duxerit acceptandum, auctoritate nostra quideri curetis. Inducen. per vos, vel aliū seu alios eundem Io. vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem dicti beneficii. Et defendem inductum ac facien ipsum Io. vel pro eo procuratorem prædictum ad illud, etiam si canonicatus, & præb. fuerit, vt est moris, admitti, sibique de ipsius beneficii fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus, vniuersis integre rideri. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstan. si alicui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel alijs beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, vel legatorum eius sub quacunque verborum forma literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodoliqet sit processum. Quibus omnibus, præterquam auctoritate nostra beneficia huiusmodi expectantibus præfatū Io. in huiusmodi beneficii assecutione volumus anteferri. sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorū præiudicium generari. Seu si eidem episcopo, vel quibusuis aliis communiter

*nem Ad batis, & conuen- tus, vel aliarum persona rum re- gulariū tunc sem per ponē tur com muniter vel diui sim per tinētib. Si vero ad colla tionem persona- rum non regula- riū, tūc ponitur commu- niter, dū taxat in alijs ve ro, vt in textu.*

*Quanas vnus li*

vel

*dictū est epūs, tūc ponitur; Tu frater epe cū eorū altero ea nihilominus exequaminī. Reseruato canonicatus, et preb. ac dignitat ecclesia cathedralis primo vacaturum.*

vel diuisim à dicta sit sede indultum, quo ad receptionem, vel prouisionem minimè teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint. Quodque de beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem vel prouisionem coniunctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto homini mentionem. & qualibet alia dictæ sedis indulgentia finali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quā præsentibus non expressam, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat qūolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mētio specialis. Nos. n. præfato epo, ne de beneficio huiusmodi interim etiā ante insinuationem præsentium, & processuum per eas habitorum ei factam, nisi postquā sibi cōstiterit quod Io. vel procurator prędict. beneficium hmōi acceptare noluerint, disponere quoqūo præsumant, districtius inhibemus, decernen. iritum, & inane si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quòd si non oēs his exequēdis poteritis interesse, duo vestrū ea nihilominus exequantur. Datum &c.

*Aliud proœmium Ro. pontifex ad quē omnium beneficiorum ecclesiasticorū dispositio pertinet, nonnulla ex eis prius quā vacent, sua & sedis Apostolicę dispositiōi qñque reseruat, vt de illis cū vacāt per*

Ad futuram rei memoriam, illa quotidiana nos pulsat istātia, & ecclesiarū omnium impellit solicitudo, vt promotio ciuitatis ecclesiarū, & præsertim Cathedralium successa vtilitū, sub quarū felici directione salubriter generari valeant, personarum fulciatur præsidio, Apostolicos diffundamus iugiter excogitatus. Hinc est, quod nos capien. de vno Canonicatu, vna præben. & dignitate, personatu, administratione, vel officio ecclesiæ *N.* quos per cessum, vel decessum, aut dimissionem, vel aliàs qualitercunq; vacare contigerit per nos, vel sedem Apostolicam personæ idoneæ, prouideri motu proprio.

Et si omniū ecclesiarum, ac Canonicatuum, & præbēd. aliorumq; beneficiorum ecclesiasticorum, tā cum cura, quam sine cura, plenaria dispositio ad Roma pontificem pertinere noscatur. Nōnunquam tū idem Pontifex, priusquam vacēt suæ, & sedis Apostolicæ dispositioni, ac collationi specialiter reseruatū, & de illis cū vacāt per dictæ sedis prouidētiam salubriter vacant prouideri. Cupien. igitur &c.

*Nota alia euidentialia.*

*sui et dicta sedis prouidentiā salubris valet prouideri. hinc est &c.*

NOta, quando impetrans petit ad collationē ordinarij, tunc scribitur Iudici eiusdē Diœcesi. alias scribitur ordinario, nisi impetrans per annum stetisset in Cu. tunc .n. scribitur tribus iudicibus, & poterit Iudex scribere processum in curia. Nec ponitur illa clausula, quòd si tu præsentes, sed illa, quòd si nō omnes. Quādo ponitur in communi forma ad collationē episcopi, semper dantur tres iudices, & episcopus in illo casu non potest esse aliquis eorum.

Si sit dispensatū super defectum natalīū, dicitur sic, cū quo aliquas, vt nō obst. &c. vel cum quo dudum super defectu natalium &c. vel qui, vt asserit. Alij ponunt defectus post verbum, videlicet, post non obstant, beneficiales.

Quandocunqs in communi forma pauperum tres Iudices dantur pro non graduaris, tunc oportet omnes illos tres, vel in partibus, vel in curia tantum accipere.

Nota, q̄ omne beneficium est incomparabile cū ista forma, de se: sicut, religiosis quodlibet beneficium est incomparabile per se, licet non per accidens, videlicet, per commendam, vel &c.

Nota tamen, quòd vigore regularum Cancellariæ Apostolicæ beneficium minoris valoris quam xxiiij. non facit incomparabile.

Quando impetrans aliquod beneficiū obtinet, debet sequi hæc clausula: Volumus autem, quòd idem clericus quàm primum vigore præsentium beneficium aliquod fuerit pacifice assecutus, prędictam parochialem Ecclesiam, quam, vt prędfertur, detinet, & quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, quòd si tu præsentes litteras &c.

Nota, qñ scribitur tribus iudicibus, videlicet, si impetrans petit ad collationem episcopi vel per trienniū fuit in curia &c. Et impetrans aliquod beneficium obtinet tunc post verbum teneatur, ponitur hæc clausula. Nos. n. prafato Archiepiscopo, vel Episcopo ne de beneficio huiusmodi &c. vsq; attentari. Et sequitur tunc clausula, quæ semper ponitur in hoc casu, quòd si nō omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Si autem impetrans nihil habet &c. tūc post illa verba, mentio specialis di-

citur. Nos enim præfato Episcopo, vel Archiepiscopo ne de huiusmodi beneficio &c. vsque, quod si non omnes &c.

*Communis forma pauperum.*

Venerabili fratri Archiepiscopo Maguntinen.

*Similimõ Patriarchę & Epõ Clerici Diaconi, vel subdiaconi, mutatis mutandis; & non debet poni nomẽ proprium. Beneficiũ, vel sic, parochialem ecclesiã S. N. Diœcesis vel t. Diœc. cuius fructus &c. non ex libro vel flo. auri de camera secundũ tax. decimę. Vel sic, qui vt asserit, vigore quarundam literarũ Apostolicarum Parochialem Ecclesiam cuiusfructus &c. acceptauerit, et in palatio Apostolico litigare intendit, et nullũ aliud beneficium Ecclesiasticum obtinet, semper ponitur consuetudo aboli. Secundũ regulas Nicolai Pont. etiam apponi, ꝙ procuratorem. Non sequitur*

Dilecti filij N de N. pauperis clerici N Diœcesis apud sedem Apostolicã cõstituti supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ ꝙ Apostolica scripta mandamus, quatenus de vita & conuersatione ipsius clerici, qui, vt asserit, beneficium aliquod ecclesiasticum nõ obtinet. & quem ꝙ certos examinatores super hoc deputatos à nobis, de literatura examinari fecimus diligẽter, quiq; in illa repertus est idoneus ad beneficium ecclesiasticũ obtinendũ solerter inquirentes, si eum vitę laudabilis, & honestæ conuersationis esse repereritis & aliquod beneficium ecclesiasticum non obtineat, aliudq; Canonicum non obsistat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cũ cura vel sine cura consuetudo ab olim clericis secularibus assignari, dũmodo in cathedrali ecclesia non existat. Cuius fructus &c. si cum cura 20. si verò sine cura fuerit 15. mare arg. se. tax. decimæ, si taxatum fuerit, vel si taxatum non fuerit secũdum quod de illo pro decima huiusmõdi persolui communiter consueuit valorem an. non exce. Ad collationem vel præsentationem dilectorum filiorum, Præpositi, Decani, & Capituli ecclesiæ beatæ Mariæ N. Diœce. commu niter pertinẽtis si quid in ciuitate Augu. vel dicta Diœcesi vbi dictus N. ꝑpetuam mansionẽ se asserit ele gisse, vacat ad præsens, aut cum vacauerit quod idem clericus per se, vel procurato rem suum ad hoc ab eo legitime constitutum, infra vnius mensis spatium postquã sibi, vel eidem procuratori de ipsius bene fic j vacatione cõstiterit, duxerit acceptandum, autoritate nostra prouidere procures. Inducens per te, vel alium, seu alios eundem clericum, vel procuratorem suũ eius nomine in corporalem possessionem huiusmodi beneficij, & defenden. inductũ amoto, ac facien. ipsum clericum, vel pro eo procuratorem prędictum ad illud, etiã si Canon catus & præbẽ. fuerit, vt est moris, admitti, fibiq; de ipsius beneficij fructibus &c. integre respõderi Contradictores &c. Nõ obsta. si alicui super prouisionibus sibi faciẽdis de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, vel le ganorum eius sub quacunque verborum forma literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretũ, vel aliàs quomodolibet sit processum. Quibus omnibus, præter quam autoritate nostra huiusmodi beneficia expectãtibus, in huiusmodi beneficij assecutione dictũ clericum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præiudiciũ generari. Seu si eisdem Prępositio, Decano, & Capitulo, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eandem sit sede indultum, ꝙ ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut ꝙ interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem, seu prouisionem coniunctim, vel separatim spectãtibus, nulli valeat prouideri per literas Apostolicas nũ facien. plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi

*vel procuratorem suum eius nomine, ex quo videtur superfluum cum aliquis in acceptatione beneficij per se facere potest hoc, & procuratorem, imò non esse creditur & per amicum Quando est ad collationem Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi, dicitur ad collationem vel prouisionem.*

*Quando scribitur ad collationem Abbatis, & conuentus Abbatissæ, & conuentus Præpositi, & conuentus, & sic de alijs regularibus ponitur, communiter vel diuisim. Quando autem ad Decani & Capituli, videlicet, de secularibus dicitur communiter pertinent. Et intelligitur, si sint plures personæ. Quando non petitur ad collationem Abbatis & conuentus, Abbatissæ & conuentus, Prioris sæ, & conuentus, vel Prępositi, & Decani vel Cantorum &c. Ecclesiæ N. Diœcesis. Quando autem litigat, dicitur, volumus autem quòd post quam idem clericus vigore præsentium beneficium aliquod fuerit pacifice assecutus, dictam ecclesiam, si eam interim euincat & assequatur quam ex tunc vacare decernimus, omnimodo dimittere teneatur, alioquin omni iuri sibi in ea vel ad illam quomodolibet competendi cedere teneatur. Vel sic, competenti prout ad id se sponte obtulit cedere teneatur.*

iusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem, quod situ præsentes literas non potueris, seu nolueris exequi possint, & debeant super quo tenore præsentium mandatum damus, & etiam potestatem. Et in super præfatis *Præposito*, Decano, & Capitulo ecclesiæ beatæ *Mariæ*, ne de beneficio huiusmodi interim, etiã ante insinuationem præsentium, & processuum per eas habitorum ipsis factam, nisi postquã eis constiterit, quòd idem Clericus per se vel procuratorem prædictum huiusmodi beneficium acceptare noluerint disponere quoquomodo præsumãt districtius inhibemus. Decernentes irritum & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari. Dat. &c.

Aut quod nos alias eidem B. qui, vt asserit, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacan. tunc, vel vacaturo cõ sueto ab olim &c. si sit regularis. Ad collationem, vel ꝓuisionem dilecti filij Præpositi &c. pertinen. in ea forma, secundum quam pro pauperibus clericis benefitiandis dudum scripsimus, per alias nostras literas mandauimus prouideri. Volumus autem quòd quamprimum dictus H. vigore præsentium dictam ecclesiam N. fuerit assecutus, aliæ nostræ literæ, & huiusmodi processus &c. secutæ extunc omnino sint cassæ, & irritæ, nulliusq; roboris vel momenti. Et insuper extunc &c.

*Nota alia euidentialia.*

VIde, pro graduatis in hac forma, communiter dantur tres iudices sicut in speciali, & datur vnus in curia, & duo in partibus si petantur, sicut in speciali forma.

In capitulo, communiter. dicitur: sed in regularibus communiter vel diuisim, in ista forma communiter.

Quando quis, qui in forma pauperum gratiam habuerit, expedire vult literas in secunda forma pauperum sibi fact. tunc superius nõ fiet mentio de expectatiua, sed inferius in loco solito, & dicitur sic, Nos enim alias nostras literas per, quas idem clericus beneficium ecclesiasticum cum cura, vel sine cura &c. expectabat, & ꝓcessus habitos per easdem. & quæcunque in de secuta cassamus, irritamus & annullamus, nulliusque roboris sint, vel momenti

Quando vero literæ non sunt cõfectæ, dicitur sic. Nos enim assignamus super prouisione dicto clerico facienda.

Nota quod in communi forma pauperum, in literis pro graduatis siue non graduatis, nunquam ponitur clausula, Seu si hodiæ &c.

Quãdo mandatur prouideri, vel fit processus alicui de certo beneficio vacan. ꝙ nondum possider, dicitur sicut superius in prædicta forma &c. cui, vt asserit nuper de parochiali ecclesia N. Diœcesis tunc certo modo vacã per alias nostras literas duximus prouid endum.

Quando literę non sunt confectæ, tũc dicitur post verbum vacan. gratioſe concessimus prouideri, super qua quidem cõcessione gratiæ, Apostolicæ literæ minime sunt confectæ, & quę per certos examinatores super hoc à nobis deputat. &c.

Inferius verò dicitur sic, Volumus aũt quod idem Clericus, quamprimũ vigore præsentium huiusmodi beneficium fuerit pacifice assecutus, præfatã ecclesiã si eam minimè conferri contigat, & assequatur, omnino dimittere. Alioquin omni iuri sibi in ea, vel ad eã fieri contiger, non ponuntur in his literis confectis &c. prosimus.

Si verò sit expectans in speciali, non fit mẽtio superius, sed inferius, & dicitur sic quodque concessionis gratia per nos dicto Clerico nuper facta de beneficio ecclesiastico cũ cura ad collationẽ pertinen sint cassa & irrita, nulliusque roboris, vel momenti, nisi expectans de Canonicatu sub expectione præben. quia tunc superius, qui, vt asserit Canonica tum sub expectatione præben. non obtinet.

*Forma pauperum pro graduatis.*

DIlecto filio *N.* de N. presbytero *N.* Baccalaureo in legibus, Salutem &c. Honestatis & scientiæ meritis placere studen. libenter prosequimur Apostolicæ sedis munificentia specialiter, vt dum noua perceptione bonorum ꝓsperexerint se fęcundus virtute, adiectione cõtinua se reddere gaudeant insignitus. Cum itaque si-

cut accepimus, tu per literarum exercitiũ Iuris ciuilis ſtudio laudabili inſiſtendo, ad ea, diuina gratia tibi fuffragante, profeceris quòd in eodẽ gradum baccalaureatus obtinere meruiſti. Nos volentes tibi, qui in Iure Canonico, vt aſſeris, ſtudes, vt ex ipſius ſtudij commendando labore fructum tibi gaudeas peruenisſe, præmiſſorũ meritorum tuorum intuitu, gratiam fecere ſpecialem, beneficium eccleſiaſticum cum cura conſuetum clericis ſecularibus aſſignari, dummodo in Cathedrali eccleſia non exiſtat, Cuius fructus &c. ſi cum cura 25. ſi vero ſine cura fuerit 18. mar. ſe. ta max. deci. vel an non exce.

*Non ponitur ab olim clericis ſecularib. aſſignari, niſi i communi forma pauperum.*

Ad collationem, prouiſionẽ, preſentationem, ſeu quauis aliam diſpoſitionẽ, Venerabili fratris noſtri epiſcopi *N.* pertinen. ſi qđ in Ciuitate, vel *Diœce N.* dũmodo in Cathedrali eccleſia non fuerit, vacat ad præſens, vel cum vacauerit, ꝙ tu per te, vel procuratorem tuum ad hoc legitime conſtitutum, infra vnius mẽſis ſpatium poſtquam tibi vel eidẽ procuratori de ipſius beneficij vacatione cõſtiterit, duxeris aceptandum, conferẽdum tibi poſt acceptationem huiuſmodi cum omnibus iuribus, & pertinẽ. ſuis donationi Apoſtolicæ reſerues, diſtrictius inhibẽtes eidem epiſcopo ne de huiuſmodi beneficio interim, etiam ante acceptationem eandẽ, niſi poſtquam ei conſtiterit quòd tu, vel procurator p̃dictus illud nolueritis acceptare, diſponere quoquomodo p̃ſumant, ad decernen. ex nũc &c. attentari. Nõ obſtan ſi qui ſuper prouisionibus sibi faciẽdis de hmõi, vel alijs beneficijs eeclesiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel gñales dictæ ſedis, vel legatorũ eiuslieras impetrarint etiam si p̃ eas &c. proceſſus, quibus omnibus, præterquã auctoritate noſtra bñficia huiuſmodi expectantibus, te in hmõi beneficij affecutione volumus anteferri, ſed nullũ p̃ hoc eis quoad aſſecutionẽ &c. generari, aut ſi eidem epiſcopo, vel quibuſuis alij communiter, vel diuisim à dicta ſit ſede indultum, ꝙ ad receptionem, vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut ꝙ interdici, ſuſpendi. excommunicari non poſſint, quodque de huiuſmodi, vel alijs beneficijs ad eorũ collationẽ, vel præſentationẽ &c. effectus huiuſmodi gratiæ impediri &c. vſq; ſpeciales. Seu ſuper t. de parochialibus eccleſijs inuicẽ Canonicè vntiis quarũ fructus &c. 26. li. tur. par. ſec. co. ex. va. ã. vt aſſerũt non excedunt noſceris litigare. Volumus autem, quod quamprimum vigore præſentium huiuſmodi poſſeſſionem fueris pacifice aſſecutus, dictas parochiales eccleſias, si interim eas euincas & aſſequaris, quas ex tũc vacare decernimus omnino, prout ap id te ſponte obtuliſti, dimittere. Alioquin omni iuri tibi in eis, ſeu ad eis quomodolibet competenti cedere tenearis. Nulli ergo &c.

Quocirca &c. Mandamus quatenus vos &c. alias beneficium huiuſmodi per nos, vt præmittitur, reſeruatum, si tempore noſtræ huiuſmodi reſeruationis vacabat vel poſtea vacauit, aut cum vacauerit, præfato N. poſt acceptationẽ eandẽ cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſupra dictis auctoritate noſtra conferre, & aſſignare curetis. Iuducen. eum, vel dictum procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem beneficiorum iuriumq; & pertinentiarum prædict. & defenden. inductum &c. admitti. Sibique de ipſius beneficij &c. fructibus. Non obſtan. omnibus ſupradictis Seu ſi eidem epiſcopo vel quibuſuis &c.

### *Nota alia euidentialia.*

NOta * quãdo impetrans petit ad collationem, tunc ſcribitur tribus iudicibus

* *Nota, quod quando impetrans petit extra ſuam Diœceſis tunc ſcribitur ordinario loci in quo impetratur. Sed ſi petat ad collationem ordinarij per ſe, tunc ſcribitur tribus Iudicibus iu ſua Diœceſis. Si habet beneficium ponatur ſic, qui, vt aſſerit, parochialem eccleſiam N. cuius fructus &c. non excedunt. Et ſemper ponatur valor, etiam ſi in ſupplicatione non ponere tur. Vel ſic, qui ad decimam ſi non ſunt taxat. ſic ponitur hodie. In regularibus præſentationem. Quando impetratur ad collationem Abbat. & Conuen. vel aliarum perſonarum regularium, tunc ſemper ponitur communiter vel diuiſim pertinen. ſi verò aliarum perſonarum non regularium, tunc ponitur, communiter tantum ſi verò in alijs, vt in text. Quando quis impetrat extra ſuam Diœceſim, tunc ponitur, vbi dictus N. propriam manſionem, vt aſſerit, elegiſſe &c. Iſta clauſula, per vos, vel alium, ſeu alios, ponitur quando ſcribitur tribus iudicibus. Quando autem ſcribitur uni tantum, tunc dicimus, Inducen. per te &c. Nota quod vbicunque ſit præiudicium ordinario ſemper dicitur auctoritate noſtra, ſed vbicunque ipſi non ſit preiudicium, dicitur, per cenſuram eccleſiaſticam.*

cibus eiusdē Diœcesis, alias ſp ſcribit ordinario niſi impetrans ſtetiſſet per trienniū in curia, quia tunc etiam ſcribitur tribus iudicibus in Curia, vel extra. Et poteſt recipere proceſſum in curia, ſi placet.

*Forma pauperum clericorum expectantium.*

Innocentius &c.

Dilecti filij N. pauperis clerici N. Diœceſis apud ſedem Apoſtolicam conſtituti ſupplicationibus inclinati &c. Mandamus quatenus de vita, & conuerſatione ipſius N. qui, vt aſſerit, beneficium aliquid eccleſiaſticum non obtinet, & quem per certos examinatores ſuper hoc à nobis deputatos, de literatura examinari fecimus diligenter, quiq; in illa repertus eſt idoneus ad beneficium eccleſiaſticum obtinēdum ſolerter, ſi eum vitæ laudabilis, & honeſtæ cōuerſationis eſſe repereritis, & beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtineat, aliudq; Canonicum non obſiſtat, ei de aliquo beneficio eccleſiaſtico cū cura, vel ſine cura conſuetо ab olim clericis ſecularibus aſſignari, dūmodo in Cathedrali eccleſia non exiſtat. Cuius fructus, redditus, & prouentus, ſi cū cura 20. ſi verò ſine cura fuerit 15. marc. argen. ſecundum tax. decimæ, ſi taxatū fuerit: ſi verò taxatum non fuerit, ſecundum quod de ipſo pro huiuſmodi perſolui communiter conſueuit va. an. non excedunt. Ad collationem, vel prouiſionem venerabilis fratris noſtri epiſcopi N. pertinēt. ſi quod in Ciuitate, vel Diœceſi N. vacat ad præſens vel cum vacauerit. quod idem N. infra vnius menſis ſpatium, poſtquam ſibi de illius beneficij vacatione conſtiterit, duxerit, acceptandum auctoritate noſtra prouidere curetis. Inducē. eundem N. in corporalem poſſeſſionem huiuſmodi beneficij. Et defenden. inductum, ac facien. eum ad illud, etiam ſi Canonicatus, & præb. fuerit, vt eſt moris admitti, ſibiq; de ipſius beneficij fructibus, redditibus, pronen. iuribus, & obuen. vniuerſis integre reſponderi Cōtradictores &c. Non obſtan. ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis injillis partibus ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, vel legatorum eius ſub quacunque verborum forma literas impetrauerint, & ſi per eas ad inhibitionē, reſeruationem, & decretum, vel alias quolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus, præterquā auctoritate noſtra huiuſmodi beneficia expectentibus, in huiuſmodi beneficij aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorū præiudicium generari. Sed ſi eidem epō, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim à dicta ſit ſede indultū, q; ad receptionem, * vel prouiſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut q; inter dici, ſuſpendi, vel excommunicari nō poſſint: quodq; de beneficijs eccleſiaſticis ad eorum collationem, vel prouiſionem cōiunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat prouidæri per literas Apoſt. non facientes plenā, & expreſſam, ac de verbo ad verbū de indulto huiuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunq; tenoris exiſtat, per quā præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat qūolibet vel differi. Et de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus aūt, q; idē Clericus quamprimum vigore præſentiū beneficium aliquod fuerit pacifice aſſecutus, dictam eccleſiam, quam, vt præfertur obtinet, & quam ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur, quodq; ſi tu præſentes literas &c. quando autem litigat &c. Vt in aliis de gratia conſueuit poni. Nos enim præfato epiſcopo ne de beneficio huiuſmodi interim, etiam ante inſinuationem præſentium, & proceſſū, per eas habitorum ei factam, niſi poſtquā ei conſtiterit q; idem N. huiuſmodi beneficium acceptare noluerit diſponere quo quomodo præſumant diſtrictius inhibemus. Decernen. irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequamini Dat. Romæ &c.

Volumus autem quòd ſi tu præſentes literas nō potueris, ſeu volueris exequi, * Dilecti filii Præpoſitus & Decanus N. eccleſiarum literas ipſas, ac omnia & ſingula in eis contenta, ſecundum ipſarum literarum tenorē exequi poſſint, & debeant, ſuper quo eis tenore præſentium mandatum damus, & etiam poteſtatem. Et inſuper præfato &c.

FINIS

* *Aſtum de ſi prius dictū fuit ad præſentationem aut prouiſionē Vide 4. regulam Vrbani 5. cū ſequentibus. Vide titulos excōicatorum in cōi forma in regulis Grego. 11.*

* *Qū vnus iudicū eſt eps tūc ponitur Tu frater epe. cū eorū altero ea nihilominus &c. Iſta cla, dum taxat ponit quā do ſcribitur ordinario ſed qñ alijs ſcribit, tūc ponitur vt i tex tu & tūc ſubiungitur, & ſi non omnes &c.*

# PROVINCIALE OMNIVM ECCLESIARVM CATHEDRALIVM VNIVERSI ORBIS,

## Cum cuiuſque regionis monetæ nomenclatura ac valore, nuper ex libro Cancellariæ Apoſtolicæ excerptum.

IN ciuitate Romana ſunt quinque Eccleſiæ, quæ Patriarchales dicuntur videlicet.

Eccleſia S. Ioan. Lateranen. quæ conſueuit habere priorem ordinis S. Auguſtini modo Decanum.

Eccleſ. ſancti Petri, quæ habet Archipreſbyterum, qui debet eſſe Cardin.

Eccleſ. ſeu Monaſterium ſancti Pauli extra muros Vrbis, quod habet abbatem ordinis S. Benedicti.

Eccleſia ſanctę Mariæ Maioris, quę habet archipresbyterum, qui debet eſſe Card.

Eccleſia, ſeu monaſterium ſancti Laurentij extra muros, quod habet abbatem ordinis ſancti Benedicti. Quibus eccleſiis aſſignati ſunt Epiſcopi ſeptem, videlicet.

Dominus Papa.
Epiſcopus Oſtien. & Velletrenſis
Epiſcopus Portuenſis, & S. Ruffinæ
Epiſcopus Sabinenſis.
Epiſcopus Tuſculanenſis.
Epiſcopus Prænęſtinenſis.
Epiſcopus Albanenſis.

*Singulis autem Vrbis Eccleſiis aſſignati ſunt presbyteri, Cardinales viginti-octo, Diaconi verò ſunt octodecim.*

In primis de eccleſiis presbyterorum Cardinalium.

Tituli ſanctæ Crucis in Ieruſalem presbyter Cardinalis.
Tituli ſanctorum Marcellini, & Petri presbyter Cardinalis.
Tituli ſanctorum Ioannis, & Pauli presbyter Cardinalis
Tituli ſanctæ Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis.
Tituli ſanctæ Sabinæ presbyter Card.
Tituli s. Stephani in Cælio monte presbyter Card. Tituli s. Clementis presbyter Card.
Tituli ſanctorum, Nerei, & Archilei presbyter Cardinalis.
Tituli ſanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis.
Tituli ſanctæ Potentianæ presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Sixti presbyter Card.
Tituli ſancti Petri ad Vincula presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Martini in montis presbyter Card.
Tituli ſancti Euſebii presbyter Cardinalis.
Tituli ſanctæ Priſcæ presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti praxedis presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Vitalis presbyter Card.
Tituli ſancti Ciriaci in Thermis presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Maurici presbyter Card.
Baſilicæ duodecim Apoſtolorum presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Marcelli presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Laurentii in Damaſo presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Balbinæ presbyter Cardinalis.
Tituli s. Mariæ in Tranſtiberim prebyter Cardinalis.
Tituli ſanctæ Ceciliæ presbyter Cardinalis.
Tituli ſancti Griſogoni presbyiter Cardinalis.

*De Eccleſiis Diaconorum Cardinalium.*

Sanctæ Luciæ in Septiſolis.
Sanctæ Mariæ in Aquiro.

San-

Sancti Theodori.
Sanctæ Mariæ in Cosmedin.
Sancti Georgii ad Velum aureum.
Sanctorum Cosmæ & Damiani.
Sanctæ Mariæ nouæ.
Sanctæ Hadriani.
Sanctorum Georgii, & Bacchi.
Sanctæ Mariæ in via lata.
Sanctæ Mariæ in porticu.
Sancti Angeli.
Sancti Nicol. in carcere Tulliano.
Sanctę Mariæ in Dominica.
Sancti Eustachii.
Sancti Nicolai inter imagines.
Sancti Viti in macello.
Sanctæ Agathæ.

*Episcopi qui sunt sub Roman. Pontif. & non sunt in alterius prouincia constituti.*

Ostiensis, & Valletrensis.
Portuensis & s. Ruffinæ.
Sabinensis. Prænestinensis.
Tusculanensis. Albanensis.

## CIVITATES MVNDIQVAE vltra vrbem tenentur à Christianis.

*In campania & maritima.*

Anagnin. Feretnin.
Verulan. Soran.
Aquinas Sangnin.
Alatrin. Terracinen.
Fundan. Tiburtin.

*In Aprucina, & Marsicana Prouincia.*

Aquilen. Forcanen. Vniti.
Marsican. Valuensis, seu Sulmonen.
Theatinus Adrien.
Pennensis. vniti.
Aprutinus, seu Theran.

*In Tuscia & patrimo.*

Nepesin. Sutrin. Vniti.
Ciuitaten. vel Ciuitatis.
Castellanen. vniti.
Ortan. Balneorigen.
Montis falconis.
Cornetan. vniti.
Vrbeuetan. Viterbien.
Tuscanen. vniti.
Castren. Clusinus.
Castellanus. Grossetan.
Suauen. Perusin.
Aretin. Vlteran.
Senen. Archiepiscopus. Lucan.
Pientin. Pistorien.
Florentin. Archiepiscopus. Fesulan.
Lunensis. Corthonensis.
Binensis. Sarzanen.

*In Ducatu Spoletano.*

Assisinas. Nuccerin.
Spoletan. Amelien.
Interamnensis. Fulginas.
Eugubin. Tudertin. Narnienſis.

*In Marchia Anchonitana.*

Asculanensis. Camerinensis.
Firman. Auximanensis.
Humanas. Anchonitan. conniuncti.
Esinensis, vel Exinas. Senogalien.
Pisaurensis. Callien sis.
Arbinas, seu sancti Leonis.
Racanatensis. Fanensis.
Forosempronienſis. Maceratenſis.

*In Romandiola.*

Archiepiscopus Rauennas hos habet suffraganeos.
Ariminensis. Cersanetensis.
Brittonorienſis. Imolensis.
Sarenien. vel Sarsinaren.
Mutinen. Bononien.
Bobien. Foroliuiensis.
Ceruiensis. Foropompilienſ.
Fauentinus. Regien.
Ferrarien. Comaleden.
Parmen. Placentin. Barcinen.

*In Insula Regni Sicilia.*

Archiepiscopus Panormitanus hos habet suffraganeos.
Agrigentin. Mazaren.
Meleuitan. vel Malten.
Archiepiscopus Montis regalis hos habet suffraganeos.
Siracusanensis. Cathanienſis.
Archiepiscopus Messanensis hos habet suffraganeos.
Cephaludensis. Pacen. & Lipparien. sunt vniti.

Sancti Marci. Militen. iſti duo ſunt exempti & vniti.

*In Calabria.*

Archiepiſcopus Regien. hos habet ſuffraganeos.
Lucrenſis. Caſſanenſis.
Cotronienſis. Cathacenſis.
Neocaſtrenſis. Giracenſis.
Toropeten. aliàs Tropienſis.
Bonenſis. Squilacenſis.
Archiepiſcopus Conſentin. hunc habet ſuffraganeum.
Marturanenſis.
Archiepiſcopus Raſſanen. non habet ſuffraganeos.
Biſignanen. eſt exemptus.
Archiepiſcopus ſanctę Seuerinæ hos habet ſuffraganeos.
Ebriacen. vel Vmbraticen. Strangulen. vel Seronien. aut Inſulen.
Geneocaſtren. vel Genicocaſtren.
Gerentinen. ſancti leonis.

*In Apulia.*

Archiepiſcopus Larcatin. hos habet ſuffraganeos.
Mutulenſis. Caſtellanen. vel Caſtellanaten.
Archiepiſcopus Brunduſien. hunc habet ſuffraganeum
Aſtrinen. vel Oſtrinen.
Archiepiſcopus Hidronti. hos habet ſuffraganeos.
Caſtrenſis. Gallipolitan.
Licienſis, vel Licenenſis.
Vgentinen. vel Ogentin.
Lucenſis, vel Lucadenſis.
Neritonen. eſt exemptus.
Archiepiſcopus Barenſis hos habet ſuffraganeos.
Betontinenſis. Caelphaian.
vel Nelphiten. Iuuenacenſis,
Rubentinenſis, vel Rubenſis.
Salpenſis. Bitterenſis.
Mineruienſis. Catherinenſis.
Caurienſis. Conuerſan.
Polienianenſ. Lauellinenſis.
Archiepiſcopus Tranenſis hos habet ſuffraganeos.
Vigilienſis. Andren. vel Adrien.
Penenſis. coniuncti.
Archiepiſcopus Sipontin. vel montis Gargani hos habet ſuffraganeos.
Veſcanenſis. Troianenſis exempti.
Melphienſis.
Monopolitanen. Rapollen. exempti.
Archiepiſcopus Conſan. hos habet ſuffraganeos.
Aueranenſis. Montiſuiridis.
Sarranenſis. Laquedonen.
Sancti Angeli de Lombardis.
Biſacienſis.
Archiepiſcopus Acheronti. hos habet ſuffraganeos.
Potentienſis. Venuſienſis.
Angolenſis. Gricarienſis.
Grauinenſis.

*In terra laboris.*

Archiepiſcopus Beneuentanus cuius ciuitas eſt Romanæ eccleſiæ, hos habet ſuffraganeos.

Theleſien. Sanctæ Agathæ.
Aliphienſis, vel Alipharen.
Montis Marani Vican.
Boianenſis, vel Raianen.
Auellinenſis. Arienenſis.
Aſculanenſis. Tertibulenſis.
Vlturanenſis. Ferentinenſ. vel Florentin.
Ciuitatenſ. Leſinenſ.
Triuentinenſis. Vadienſ.
vel Gadienſ. Muſanenſ.
Nucerin. Draconenſis.
Alarinenſis. Termolenſ.
Freqnentinenſis. Biminenſ.
Sanctæ Mariæ.
Archiepiſcopus Salernitan. hos habet ſuffraganeos.
Caputaquenſis. Policaſtrenſis.
Nuſauitan. vel Nuſcan.
Sarnenſis. Aceruenſis, vel Acernen.
Marciſcenſ. Rauellenſis eſt exemptus.
Archiepiſcopus Amalphitan. hos habet ſuffraganeos.
Capricanenſis. Scalenſis, vel Camens
Minorenſ. Siteranenſis.
Archiepiſcopus Surrenti. hos habet ſuffraganeos.
Lobrenſ. Salpenſ.
Equen. vel Aquen. aliàs Vicen.
vel Vican Caſtellimaris. Vel Scabienſ.
Archiepiſcopus Neapolitanus hos habet ſuffraganeos.
Auerſan. eſt exemptus, Nolan.
Cumanen. Iſcalan.
Puteolanenſ. Acerran.

Archiepiscopus Capuanus hos habet suffraganeos.

Theanensis. Calmens.
Caluensis. Suessan.
Venafran. Aquitanen. vel Aquinaten.
Isernien. Casertanens.
Caiacien. Casinen. est exemptus.

*In Tuscia, & Corsica.*

Archiepiscopus Pisan. hos habet suffraganeos.

Messanens. Alarien.
Ciuitatens. Aiacens.
Segonens.

Archiepiscopus Ianuens hos habet suffraganeos.

Bobiens, vel Robiens.
Aprumacens, vel Brumacens?
Metenens, vel Maranens.
Accien. vel Amprumacens.
Mubiens, vel Nebiens.
Nauens Albiganens.

*In Sardinia.*

Archiepiscopus Calaritanensis hos habet suffraganeos.

Sulcitan. vel Sulcien.
Dolien. Suellens, hodie est vnitus Calaritan.

Archiepiscopus Turitan. hos habet suffraganeos.

Sorren. Plonaten.
Ampurien. Gisacens. vel Girardens.
Castren. Othauens. vel Othaicens. Bosanens.

Archiepiscopus Alborens hos habet suffraganeos.

Vsellens. Terræ albæ.
Sanctæ Iustæ. Ciuitatens.
Galtellinens. Isti duo sunt exempti.

*In Flaminia, & Lombardia.*

Archiepiscopus Rauennas hos habet suffraganeos.

Adrien. Ceruien.
Foropompilien. Comaclens.
Foroliuien. Velliuien.
Cesenaten. Sarenien.
vel Sarsinaten. Fauentin.
Mutinens. Reginens.
Barcinens. Imolens.
Bononien. Parmens.

Archiepiscopus Mediolanens hos habet suffraganeos.

Bergomens. Cremens.
Nauarien. Ipporregien.
Asten. Albens.
Saonens. Vintimilens.
Brixien. Laudens.
Vercellens. Vigleuien.
Aquens. Terdonens.
Albinganens. Placentin.
Papien. Ferrarien.
Isti duo sunt exempti.

Archiepiscopus Thaurinensis hos habet suffraganeos.

Casalen. Montisregalis.
Salutiarum.

*In Dalmatia supra mare.*

Patriarchatu Aquilegien. hos habet suffraganeos.

Mantuanen. Tridentinen.
Marauens. Vincentinens.
Concordien. Cuman.
Veronens. Paduens.
Teruisinens. Ceneten.
Feltren. Bellunens.
Isti dno sunt vniti.
Polanens. vel Ponens.
Parentinens. Triestinens.
vel Tergestinens.
Comactens. vel Petenens.
Capitis Istriæ, vel Iustinopolitan.
Maiorens. Ciuitatis nouæ vel Emonensij.

*In Istria super mare.*

Patriarchatus Grandens. hos habet suffraganeos.

Castellanens, vel Venetiarum.
Torcellanens. Equilens,
vel Ensulan. Caprulien.
Clodien. Ciuitatis nouæ.

*In Sclauonia.*

Archiepiscopus Iadrens hos habet suffraganeos.

Ausarens. Arbens.
Veglens.

Archie-

Archiepiscopus Spalatensis hos habet suffraganeos.

Tragurien sis. Scardonen sis.
Nonen sis. Sibinicen sis.
Tenien sis. Tenien s.
Almisien s. Farensis.

Archiepiscopus Ragusin. hos habet suffraganeos

Stagnensis. Rossonen s.
vel Bossonen s. Tribuniensis.
Catharen s. Bacensis.
Rosensis. coniuncti.
Biduanensis.

Archiepiscopus Antibarensis hos habet suffraganeos.

Dulcinensis. Driuastensis.
Scodrensis. Sardens.
Suacinensis. Polastrensis.
Arben s. Surtarensis,
vel Acittarensis.

*In Regno Vngariæ.*

Archiepiscopus Strigoniensis hos habet suffraganeos.

Agriensis. Vacien s.
Nicien s. Quinque Ecclesien s.
Vesprimiensis. Lauriensis.

Archiepiscopus Colocensis hos habet suffraganeos.

Zagabrien sis, vel Zagrabien s.
Transsiluanensis. Voccadren s.
Suiniensis. Visemburgensis
Cenadiensis. Bosnensis.

*In Regno Polonia.*

Archiepiscopus Guerzensis hos habet suffraganeos.

Vratislauiensis. Lubricensis.
Vaniensis est exemptus. Plorensis.
Cracouien s. Poznauien s.
Mazouiensis. Pomeuariensis,
vel Vadislaniensir.

*In Alemania.*

Archiepiscopus Maguntin. hos habet suffraganeos.

Prageosis caput regni Boemiæ.
Marouien sis, vel Olomensis.
Fistetensis. Constantien sis.
Argentinensis Vorgacensis.
Hildes hemensis. Paldeborensis.
Curien sis. Spiren sis.
Verdesis. Halberstaten sis.
Bambergensis est exemptus.

Archiepiscopus Colonien sis hos habet suffraganeos.

Leodien sis. Monasterien sis.
Traiectensis. Minden sis.
Osnaburgen sis, vel Osembuigen sis.

Archiepiscopus Bremensis hos habet suffragneos.

Barduicensis, nunc destructus.
Cadeburgensis, vel Conuermen.
Lubicensis. Auernien.
vel Mihiliburgen.

*In Liuonia, & Prussia.*

Archiepiscopus Rigensis hos habet suffraganeos.

Olisien sis. Curomensis.
Trabaten sis.

De iusula sanctæ Mariæ in Prussia.

Lithonien sis. Vermen sis.
Sambien sis. Culmen sis,
vel Curladen sis. Zimalien sis.
Pomezanien sis.

Archiepiscopus Magdeburgensis hos habet suffraganeos.

Huergen sis. Misnen. vel Misen.
Manserburgen sis. Citen.
vel Neuburgen. Brandeburgen sis.

Archiepiscopus Salseburgensis hos habet Suffraganeos.

Patauien sis. Frisrenen. vel Fisingens
Gurcen sis. Sequouen sis.
Ratisponen sis. Brisinen sis.
Reinen. vel Enimo. de nouo creat.
Lauendinen. vel Lauentin.

Archiepiscopus Treuerensis hos habet Suffraganeos.

Metensis Virdunen sis
Tullen sis.

*In Burgendia & Sabaudia.*

Archiepiscopus Bisuntin. hos habet Suffraganeos.

Basilien sis. Bellicen sis.
Lausanen sis.

Archiepiscopus Bisuntin. hos habet suffraganeos.

Basilien sis. Bellicen sis. Lausanen sis.

Archiepiscopus Tarentasien sis hos habet suffraganeos.

Seduen sis. Augusten sis.

In

*In Prouincia Proninciæ.*

Archiepiscopus Eduensis hos habet suffragaueos.

Dignensis. Grassensis. Senetensis.
Nicensis. Glaudatensis. Vencensis.

Archiepiscopus Abuensis hos habet. suffraganeos.

Aptensis. Foroiulensis. Sistaricensis.
Regensis. Vanicensis.

Archiepiscopus Arelatensis hos habet suffraganeos.

Massilensis. Vasionensis.
Tricastrinensis. Caualicensis.
Auinionensis. Aurasicensis.
Carpetoracensis. Thelonensis.

Archiepiscopus Viennensis hos habet suffraganeos.

Valentinen. Diensen. sunt coniuncti.
Viuariensis. Maurianensis.
Gabennensis. Gratianopolitan.

*In Francia.*

Archiepiscopus Lugdunensis hos habet suffraganeos.

Edunsis. Gabilonensis.
Matisconensis. Lingonensis.

Archiepiscopus Seno hos habet suffraganeos.

Parisiensis. Aurelianensis.
Antisiodorensis. Meldensis.
Carnotensis. Niuernensis. Trœcensis.

Archiepiscopus Rhemensis hos habet suffraganeos.

Suessiionensis. Cameracensis.
Morinensis. Ambianensis.
Siluanetensis. Laudunensis.
Cathalonensis. Tornacensis.
Attrebatensis. Nouionensis.
Beluacensis.

*In Normandia*

Archiepiscopus Rothomagensis hos habet suffraganeos.

Baiocensis. Ebroicensis.
Iexouiensis. Abrincensis.
Sagiensis. Constantiensis.

*In Britannia.*

Archiepiscopus Toronensis hos habet suffraganeos.

Cenomanensis. Carisopitensis.
Leonensis. Andegauensis.
Matlouiens. Dolensis.
Nannetensis. Venetensis. Trecorensis.
Briocensis. Retonensi.

*In Ducatu Aquitania.*

Archiepiscopus Bituricensis hos habet suffraganeos.

Claromontensis. Lemouicensis.
Ruthenensis. Mimatensis.
Albiensis. Castrensis. Tutellensis.
Cafurcensis. Fabrensis. S. Flori.
Anicensis est exemptus.

Archiepiscopus Tolosanus hos habet suffraganeos.

Pictauiensis. Engolismens.
Agennensis. Xantonnensis.
Petragoricensis. Condomiensis.
Mallacensis. Lucionensis.
Sarlatensis. de nouo creati.

*In Vasconia.*

Archiepiscopus Auaitan. hos habet suffraganeos.

Aquensis. Conuenarum.
Taruiensis. Vasatensis.
Lascurensis. Ledrcensis.
Conseranensis. Olorensis.
Baionensis. Adurensis.

*In Gotia.*

Archiepiscopus Narbonensis hos habet suffraganeos.

Carcassonensis. Agathensis.
Sancti Pontij Thomeriarum.
Electensis, Magalonensis.
Elnensis. Bitercensis.
Ledouensis. Nemausensis.

*In regno Aragonum.*

Archiepiscopus Tarraconensis hos habet suffraganeos.

Barchinonensis. Vicensis.
Vrgellens.s. Valentinensis.
Gerundensis. Illerdensis.
Dertusensis. Maioricensis.

Archiepiscopus Cæsaraugustan. hos habet suffraganeos.

Oscensis. Pampilonens.

Sego-

Segobricens. Tirasonensis.
Calaguritan

*In Regno Castella, & Legionis.*

Archiepiscopus Toletanus hos habet suffraganeos.

Segontinensis. Burgensis.
Segobiens. Cordubens.
Oxomensis. Palentin.
Conchensis. Carthaginensis.

Archiepiscopus Compostellanus hos habet suffraganeos.

Abulensis. Salamantin.
Caurinens. Placentinens.
Elborens. Vixbonensis.
Legionensis. Ouetensis. exempti.
Samorensis. Egitaniensis.
Pacensis. Ciuitatensis.
Lamentensis.

*In Regno Portugalia.*

Archiepiscopus Bracharensis hos habet suffraganeos.

Portugalensis caput regni.
Columbriensis. Aurien.
Lucens. Mindoniensis.
Visensis. Tudensis.
Astoricensis.

Archiepiscopus Ispalensis hos habet spffraganeos.

Gienensis. Godicensis, vel Gaden.
Siluensis. Mariachitan.
in Aphrica. Rubicensis.

*In Regno Anglię.*

Archiepiscopus Eboracensis hos habet suffraganeos.

Dulenensis. Barleobensis.

Archiepiscopus Cantuariensis hos habet suffraganeos.

Londouiensis. Ciceftrens.
Viconiens. Roffeens.
Exouiensis. Vellens.
Barthonien. vniti.
Careshinens. Vnigornien.
Herefordensis. Conuertensis.
Lichefeldensis. coniuncti.
Lincolinensis. Helienfis.
Laudanens. Noruicens.
Menenens. Bangorens.
De sancta Asahph, siue Assanen.

*In Regno Hybernia, siue Islandia.*

Archiepiscopus Amarchan. hos habet suffraganeos.

Dundelegalensis. Mirdens.
Argadens. Bathugurens.
Darcikiensis. Dundalerkglan.
Tubernens. Drumorens.
Lugundunens. Conuarensis.
Bachabonens. Damligiriarens.
Cluanensis. Lumidinens.
Cluenacia.

Archiepiscopus Dublanensis hos habet Suffraganeos.

Gledoralens. Offorien.
Ferruens. Leglinens.
Rildarensis, vel Darensis.

Archiepiscopus Casselensis hos habet suffraganeos.

Laonien. vel Linuricensis.
Finabrensis.

*De Insula Cathai.*

De Kerua. Roffensis.
Lisinoren. Corkarensis.
Lumbricensis. imilicensis.
Vatrafordensis. Clonensis.
Derosaylichit.

Archiepiscopus Tuanien. hos habet suffraganeos.

Duacensis. Guacdunens.
Decolam. Achadens.
Detelmunduach. Demageo.
Deroscomon. Clonfertensis.
Alacdensis. Elfinens.

*In Regno Dacia.*

Archiepiscopus Lundensis, Suetiæque hos habet suffraganeos.

Rostrildensis. Sestleuicens.
Rauelien. Arusien.
Othomensis. Ripensis.
Vuibergiensis. Burhlanens.

*In Regno Norwegia.*

Archiepiscopus Nidrosiensis hos habet suffraganeos.

Bergensis. Hemetens.
Horcdadensis Sodrens.
Baensis. Olensis.
Nelladuensis. Stauagiensis.
Asloens. Pharens.
Greualadiensis. Scalacnsis.
Grandensis.

*In Regno Suetia.*

Archiepiscopus Vpsalen. hos habet Suffraganeos.

Scarens. Lincopens.
Stirunens. Aloens.
Abdens. Agurien.
Vaxionens.

*In Regno Scotia.*

Archiepiscopus Sancti Andreæ hos habet Suffraganeos.

Glasquens. Candidæ casę.
Abredonens. Brichinens
Rossens. Glauidens.
Ergadien. Catanens.
Dumblanens. Murenens.
Dumkeldens.

*In Regno Sardinia.*

Archiepiscopus Calarita. hos habet suffraganeos

Sulcien. vel Sulcitan.
Dolens. vel Dolien.
Suellensis.

Turitanus Archiepiscopus hos habet snffraganeos.

Sorren. Ampurien.
Castrensis. Rosan.
Flonaccens. Gisarden.
Othanens.

Archiepiscopus Arborensis hos habet suffraganeos.

Vselens. Terræ albæ.
ciuitatens. est exemptus
Galcellinensem. Sanctum Iustum.

*In Vltramarinis partibus, & quæ tenentur ab infidelibus.*

Patriarcha Hierosolymitanus hos habet suffraganeos.
Ebronens. Ascalonen. qui dicitur Bethleem. Lidensis.

Archiepiscopus tyrensis hos habet suffraganeos.

Aconens. Bericen. vel Bencens.
Pencens. vel Paueadens.
Sidomensis.

Archiepiscopus Cesareæ hunc habet suffraganeum.

Sabasten. qui aliàs dicitur Samaria.

Archiepiscopus Nazarenus hunc habet suffraganeum.

Thiberiadien.

Patracensis Archiepiscopus nullum habet suffraganeum.

In patriarchatu Antiochensis sunt cliij. Ecclesiæ Cathedrales, ad instar illius verbi Euangelici impletum, est rete magnis piscibus cliij. de quibus his temporibus hos habet Archiepiscopos, qui inferius annotantur.

Suffraganei verò sunt isti.

Gabulens. Anencendens.
Biblien. qui dicitur Gibiler.
Laodicens. Tripolitan.

Archiepiscopus Tarsen. nullum habet suffraganeum.

Archriepiscopus Edesen. qui aliàs dicitur Rex Medorum, nullum habet suffraganeum.

Archiepiscopus Apparien. hunc habet suffraganeum.

Valanien.

Archiepiscopus tulupden. qui aliàs dicitur Eliosopolitan. nullum habet suffraganeum.

Archiepiscopus Conzen. nullum habet suffraganeum.

Archiepiscopus Manustren. nullum habet suffraganeum.

Iuxta traditiones veterum, & etiam quædam scripta, quæ autoritatem habet non modicam apud Palæstinos, & maximè Græcos, Ierosolymitana Ecclesia

vsque

vsque ad tempora D. Iustiniani Augusti Episcopum habuit nulla vel modica dignitatis prærogatiua gaudentem. Tempore verò prædicti Principis, cogregata est Synodus generalis apud Constantinopolim, tempore domini Vigilij Papæ, Elicij Constantinopolis, Apollinarij Alexandrini, Dom. Eustachij Antiochen. Patriarcham super tribus capitulis, videlicet, super scriptis Theodorici Thitil. Item scriptis Theodorini Mopsuestæ Episcoporum, & epistola Hibæ ad Marim Persan. In qua Sinodo post alias Ecclesiæ Dei necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreuerat sanctorum Patrum, qui ad eam conuenerant autoritate prædicta Deo amabilem honorare Ecclesiam, & eius Episcopo locum inter Patriarchas dare communi sanxit voluntate, reuerentiam exhibens sanctæ Resurrectionis. Et quoniam prædicta Dei Ciuitas Ierusalem, & ciuitas quasi in limitibus Alexandrini, & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberent vnde illi vrbes ordinarent Suffraganeos, nisi vtrinque Patriarchæ aliquid detraheretur. visum est expediens, ab vtroque aliquid decerpere, vt eidem iuxta formam aliorum Patriarchatuũ ordinarent subiectas. Subtraxerunt ergo Antiochen. Cęsarienſem, & Sutopolitan. Metropoles. Alexandrinum verò Raquibenſem, qui est hodie Patracenſis, vbi non Archiepiscopus Metropolitan. & quoniam eundem patriarcham oportebat habere præter supradictos Metropolitana, familiares suffraganeos, quos Græci Euicellos vocant, subtraxerunt prædictis Metropolitan. quosdam episcopos, & quosdam de nouo creauerunt, vsque ad 25. quorum vrbium numerum, & nomina subiunximus, computatis prius Metropolita. & earum Suffraganeis. Et ordo est talis.

### In Palæstina.

Prima sedes Cæsarea Manconia, quæ & Peleſtin. vocatur, quam reædificauit Herodes, sub hac sunt Episcopatus decem & octo.

Semantipatrida. Yamas, id est, Assur.
Nicopolis. Sorucis.
Rasias, aliàs Rabos.
Regum Apogos.
Regum Serico.
Regum Homas.
Bemmemgadaron.
Adotus Regum.
Pamlias, id est, Palmenum.
Aziotus typum. Ephromason.
Eistliou. Tricomias.
Texus, vel Trexus.
Scalcum. Constantunaquis.

### In Galilæa.

Sedes secunda Scitodolis, sed hodie ob venerationem Annunciationis Dominicæ, & Natiuitatis beatæ Mariæ virginis translata est sedes ad Nazareth.

Sub hac sunt Episcopatus ix. videlicet.

Capitelidos. Gedeum.
Mulius Tretacomas.
Comanas Miru.
Pelon, vel Pilen. Yppus.
Climangaulanus.

### In Arabia, & Syria.

Sedes tertia Vetera Arabiæ. Sub hac sunt Episcopatus xxxv.

Adrason. Ierapolis.
Phenustus. Tricomias.
Exacconnas. Comastanis.
Comonilutinos. Conoseraconas.
Philodelphios. philopopoles.
Pontaconicas. Vocaneos.
Nein. Neupolis.
Constandas. Saltum.
Comogonias. Comocoreatus.
Conuseatis. Diatreraſon.
Esuis. Dionysias.
Canofados. Comiseraconas.

Suffraganeorum prima Ledda, quę est hodie sanctus Georgius.

Ioppe, id est, Iaffe.
Assaon. Neapolis.
Tyberiadis. Capicolmo.
Meunas. Iericuntus.
Legionum. Mittonen.
Nazareth, vbi hodie est Archiepiscopus.
Tabor vbi Transfiguratus est Christus.
Caraca, vel Petra.
Helrenopolis. Hadraga.
Eram.
Monsina', vbi in pede montis est Abbatia in vertice Episcopatus.

Hæc est ordinario sub Apostolica sede Antiochiæ Catholicorum Metropolitanorum Archiepiscoporum, & Episcoporum.

Catho-

Catholicus Yrampolis, quæ est Baldoch.
Catholicus, qui est perfidus.
Sedes prima secundæ ordinationis, sub hac sede sunt hi Episcopatus.
Porphireon. Sidon.
Biblium. Orchosia.
Plomaidis. Sarepta.
Berion, Beritus.
Secunda sedes secundæ ordiuationis Tharsus, sub hac sede sũt hi Episcopatus.
Sabastis. Tina.
Mallos. Thoricos.
Poderatos.

Sedes tertia Edessa, sub hac sunt hi Episcopatus.

Virromi. Caron.
Vachaon. Intheria.
Tapasaron, Canstantia.
Metropolis. Cedmaron.
Querquensia. Calimicos.

Sedes quarto Appamia, sub hac sunt hi Episcopatus.
Epiphania. Riphania.
Archusa. Lariſſa.
Valanea.
Sedes quinta Terapolis, id est, Malbech, sub hac sunt hi Episcopatus.
Scoma. Varnallis.
Petri. Balichi.
Sunon. Neasemea.
Ertimon. Europi.

Sedes sexta Rostra, id est, Buselech, sub hac sede sunt hi Episcopatus.
Ceraſon. Philadelphia.
Auscadon. Hetri.
Parambo. Heylon.
Zotoyma. Yem.
Dionysia. Lorea

*In Armenia.*

Sedes septima Anauersa, sub hac sunt hi Episcopatus.
Epiphania. Alexandres.
Camprisopolis. Castanelli.
Siria. Rossos.
Vmorpolis. Flamas. Eguas.
Sedes octaua Seluisia, sub hac sede sunt hi Episcopatus.
Claudiopolis. Oropi.
Senila. Anemori.
Iamos. Irmopolis.
Ristra. Philadelphia parua.
Diocesaria. Dalixandos.
Kelederis. Sicopolis.
Antiochia parua. Nepelia.
Yompi. Germanico.
Domeciopolis. Adrason.
Neapolis. Mobda.
Zinoepolis. Miloi.

*In Syria.*

Sedes nona Damascus, sub hac sede sunt Episcopatus innumerabiles.

Pamiponi. Gauukonechora.
Laudacia. Zabrudaldanabi.

Archiepiscopus Tornualensis, qui est primus totius Bulgariæ, & nullum habet suffraganeum.
Archiepiscopus Velesbudien.
Archiepiscopus Prosexalmensis hos habet suffraganeos.
Scopien. Budinensem.
vel Brusiberensem.
Luosiensem. Pizriensem.
Bruciberensem.

*In Romania.*

Ecclesia Constantinopolitana hos habet suffraganeos.
Calubriensem. Naturensem.
Spigacensem. Paudensem.
Dorkensem. Chalcedonensem.

Archiepiscopus Trachliensis hos habet suffraganeos.
Redeseonensem. Galipolensem.
Curlotensem. Missinensem.
Peristaciensem Dernensem.
Archadapelitan.
Archiepiscopus Patrecen. hos habet suffraganeos.
Lapsacensem. Dinensem de Sallana.
Archiepiscopus Squisicen. vltra brachium sancti Georgij hos habet suffraganeos.
Troianum. Iacerensem.
Ludiensem. Libariensem.
Andrucieusem. Decandimonia.
De Epigonia.
Archiepiscopus Verisien. hos habet suffraganeos.
Rossiensem. Aprensem.
Ripsalensem.

Mandri-

Mandricensis Archiepiscopus, & Andrinopolitanus Archiepiscopus, nullos habet suffraganeos.

Traianopolitan. Archiepiscopus vnum habet sufftaganeum.

Auiensem.
Malziacen. vnum habet suffraganeum.
Maronensem.

Messopolitan. Archiepiscopus huuc habet suffraganeum.

Xanocien sem.
Philippensis Archiepiscopus hos habet suffraganeos.

Christonopolitanum. Crysopolitanum.
Dragonensem.
Archiepiscopus Seress. nullum habet suffraganeum.
Archiepiscopus Thessalonicen. hos habet Suffraganeos.
Citren. Verien sem.

Archiepiscopus Lariss enus hos habet suffraganeos.
Dinutrien. vel Dinutricen.
Cardicensem. Almurensem.
Nazarocensem, Sidonien sem.
Dinucensem.

Archiepiscopus Neopatensis hos habet suffraganeos.

Lariaten vel Lauacen.
Archiepiscopus Thebanen. hos habet suffraganeos.
Zorocensis. Castorien sis.

Archiepiscopus Athenien. hos habet suffraganeos.
Termopilensis. Salonensis.
Albelonensis. Molgarensis.
Daualiensis. Nigropotensis.
Reonensis. Eginnensis.

Archiepiscopus Corinthien. hunc habet suffraganeum.
Aguinensis.
Archiepiscopus Patracensis hos habet suffraganeos.
Colonien sis. Coronensis.
Andreuillensis. Mothonensis.
Amiclensis.

Archiepiscopus Corsinens. hos habet suffraganeum.

Archiepiscopus Duracensis non habet. suffraganeum.

In *Insula Creten.*

Archiepiscopus Cretens. hos habet suffraganeos.

Kirotensis Gerapetrensis.
Milopatanien sis. Calamonien sis.
Rissanien sis. Archadien sis.
Sicinensis. Arien sis.
Agien sis.

Archiepiscopus Atridensis hos habet suffraganeos.

Casensis. Nadronensis.
Scopulensis. Marcaricensis.

Archiepiscopus Soltanien sis hos habet suffraganeos.

Helenensis. Monauasien sis.
Marrochitanien sis. Sudensis.
Taurien sis.

Archiepiscopus Vosprenien sis hos habet suffraganeos.

Thelphelien sis. Cerson.
Matrehen.

Archiepiscopus Colloss en. qui dicitur Rhodon. non habet suffraganeum.

Archiepiscopus Cambalien. in dominio Tartarorum, non habet suffraganeum.

Tempore Pipini regis Francorum fuit composita hæc descriptio.

Ex parte Aegypti detinet Soldanus super maritimam Senlonam, vbi fuit tempore Græcorum sedes Archiepisc.

Item detinet Gazarum, & Caronem, quæ fuerunt castra Templariorum, & fuit sedes Episcopalis tempore Græcorum. Versus Ierusalem detinet Sebasten, quę fuit, & est sedes Episcopalis.

Item detinet Neapolim, quæ est vna cum

terra Sebasten. antiquitus Samaria dicebatur.

Item detinet grande Gericum, & Castrum planorum, & Castrum Falbarum, quæ fuerunt Castra nobilissima Templariorum, hęc omnia detinet cum pertinentijs suis.

Versus Arabiam, & in Arabia detinet Ebron quæ nunc sanctus Abraham nuncupatur, & est sedes Episcopalis.

Item Castrum nobilissimum, quod Caphila dicitur.

Item Patracen. Cumatē. & Archiepisc. sedes, quæ nunc Eracum vulgariter nuncupatur.

Item Castrum montis regalis & Sebe cum pluribus aliis Castris quorum nomina ignorantur, & hæc terra debet esse filiæ principis Pipini, & protenditur a Ierusalem per 16. dietas

Item vallem de mossa, quæ est pars Idumeæ, & hæc est versus Damascum vbi sunt plura Castra & villæ, quorum nomina ignorantur, & debent esse domicillæ prædictæ.

Item versus Atton, & versus Nazaret castrum Saporiæ, quod fuit regis.

Item montem Tabor, & Castrum Buriæ, quæ fuerunt Abbatis dicti montis.

Item ciuitatem Vaim, vbi olim fuit sedes Episcopalis.

Item Bethasaidam ciuitatem Petri & Andreæ.

Item castrum, quod Bellum videre dicitur quod fuit hospitalis Ieroſoymitani.

Item in terra de Gor, vbi fuit Sodoma & Gomorrha, castrum quod Marescalcia dicitur, quod fuit dicti regis.

Item Iericho, quod fuit Abbatissæ sancti Lazari de Bethania, & distat ab hac parte Ierusalem per septem leucas.

Item supra mare Galilææ ciuitatem beriadis, quæ est sedes episcopalis & protenditur hæc terra per duas dietas, & amplius, & hæc omnia detinet cum pertinentiis suis.

Item versus Arabiam ex hac parte castrum quod dicitur Cauadesuet quod est Fluuius, qui iuxta Tyberiadim fluens Fluuio Iordanis iūgitur, Dominus autem Tyberiadis est princeps Galilææ.

Item Tyron & Accon versus mōtanā, Castrū Saphet quod fuit templarariorū.

Item Castrum Nouum quod fuit dūi Tyronis, quod esse debet filię dicti principis

Iteē vadū Iacob quod est tēmplariorū

Item Cęsaream Philippi, quod Bellinas vulgariter appellatur, & est episcopalis sedes; & debet esse filiæ dicti Principis, & hæc terra protenditur per vnam dietā supra Tyrum in cauas maximas.

Item Episcopatū Symoden. Castrū, qđ Belfeth dicitur, & Canā Belciasē, & protenditur hæc terra per dietam & plus.

## In *Aphrica.*

Qui colliguntur ex Concilijs Aphricanis.

Archiepiscopus Tingensis.
Septensis. Bugiensis. Feffensis.
Cyrenensis, qui dicitur Bonadrensis.
Hipponensis.

Archiepiscopus Carthaginensis siue Tunicensis.

Tripolensis. Capritanensis.
Basilitanensis. Vsulensis.
Martirienſis. Constantin. hodie.
Tagastensis. Abri itanensis.
Vticensis. Verensis.
Adrumetinensis. Massylitanensis.
Fulsiculensis. Horocellorum.
Aurensis. Rusurensis.
Pusquilensis. Baianensis.
Baiensis. Sebastianensis.
Estuagensis. Calamensis.
Madaurensis. Seleniseliatensis.
Neapolitanensis. Vsiparensis.
Lacularienſis. Sunensis.
Aquisregni. Sitiphensis.
Opoensis. Abiritanensis.
Icositanensis. Vuilenitanensis.

Et est sciendum, quòd in primitiua ecclesia fuit assignatum & determinatū per dñm Papam, & de consilio fratrum ipsius qūo deberent venire ad ecclesiam Romanam pro soluendo tributo domino Papæ. Et hoc de exemptis intelligitur, & aliarū ecclesiarum Prælatis, vel p legitimos procuratores ipsarum ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum aliorum religiosorū seu domorum, & de filiis quæ tenent seu dū à dicta Romana ecclesia. Et Ita describitur ad soluendum tributum.

Apuli, Italici, singulis ānis quando curia est vltra montes; quādo verò citra, singulis biennijs.

Gallici prouinciales, Cathalani singulis biennijs quando curia est vltra montes; quando vero curia est citra montes, singulis annis.

Teutonici, Vngari, Siculi, singulis bien nijs.
Anglici, Hispani, singulis triennijs.
Vltramarini singulis quadriennis.

*Imperatores Christianorum*

Imperator Romanorum.
Imperator Constantinopolensis,

*Reges Christianorum.*

Rex Francorum.
Rex Castellæ & Legionis.
Rex Ciciliæ. Rex Vngariæ.
Rex Maioricarum. Rex Armeniæ.
Rex Scotorum. Rex Daciæ.
Rex Trinacriæ. Rex Poloniæ.
Rex Suetorum, vel Sueciæ.
Rex Angliæ. Rex Aragonum.
Rex Portugaliæ.
Rex Nauarræ. Rex Cypri.
Rex Sardiniæ. Rex Norvveyę.
Rex Bohemiæ.

*In Ibernia.*

Catholicus. Rex Colonienſis.
Comachiæ. Rex Minauię.
Menæ, Cathelinæ.
Ibi hodie non sunt reges, sed tota Ibernia est sub rege Angliæ.

*Isti sunt feudatarij Ecclesiæ Romanę.*

Rex Siciliæ. Rex Hierosolymitan.
Rex Vngariæ. Rex Sardiniæ.
Rex Aragonum.

Dominus clemens Papa V. fecit fratrem Ioannem de monte Coruino ordinis minorum exiſtẽtem in Dominio Tartarorum Archiepiſcopum Cambalienſis inpartibus Orientis, & fecit conſecrari in curia nouem fratres eiuſdem ordinis in Epiſcopos, quos miſit ad partes illas Suffraganeos, & in auxilium ipſius Archiepiſcopi, & fuit ſibi miſſum Pallium de Curia, & ordinatũ etiam quòd eſſet pro ſucceſſore propter loci diſtantiam.

Domi. Ioannes Papa XXII. fecit quẽdam de ordine Prædicatorum Archiepiſcopum.

Soltamen. in partibus Aquilonis, & eodem modo miſit ſibi ſeptem fratres ipſius ordinis pro ſuffraganeis quos fecit conſecrari i Curia In Epiſcopos, & fuit ſibi miſſum pallium ſucceſſorum, vt ſupra.

Et eſt ſciendum, quod hodie non ſunt plures eccleſiæ Patriarchales, ſeu Epiſcopales, niſi de nouo crearentur per ſedem Apoſtolicam.

*Iſti eligunt Romæ Imperatorem.*

In primis Archiepiſ. Magantunenſis, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.

Item Archiepiſcopus Colonienſis, ſacri Imperii per Italiam Archicãcellarius

Item Archiepiſcopus Treuerenſis, per regnum Arelatenſis Archicancellarius.

Rex Bohemiæ, qui fuit Dux.
Marchio Brandeburgenſis.
Dux Saxoniæ. Comes Palatin. Rheni.
Vnde verſus.
Maguntinenſ. Treuerenſis, Colonienſis.
Eſt palatinus dapifex Dux, portitorenſis.
Marchio Præpoſitus Cameræ.
Pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per ſecula mundi.

*Imperator Roman. debet coronari tribus coronis, videlicet.*

Prima Ferrea, quæ ſignificat potentiã & fortitudinem, & de iſta Corona Ferrea debet coronari per Archiepiſcopum Colonien. in villa, quę Aquiſgrana dicitur, Colonien. prouincię Leodien. Diœceſis.

Secunda eſt de Argento, quæ ſignificat, quod in ipſo eſt clara iuſtitia & munda; & de ipſa argentea cnrona coronatur per Archiepiſcopum Mediolanen. in Eccleſia Hodotienſ. & eſt Mediolanenſ. Diœceſis.

Tertia eſt de Auro, quæ ſignificat maioritatem & nobilitatem omnium metallorum, vnde per ipſam cumparationem debet eſſe in ipſo Imperatore ſemper iuſtitia; & debet eã firmiter ſeruare, & ſemper permittere reddere vnicuique quod ſuum eſt; de iſta corona aurea vltimo debet coronari in vrbe per dominum Papam, in Baſilica ſancti Petri, in altari ſancti Mauritij in ſignum quod eſt Imperator, & ſub eo ratione ſuæ confirmationis. Vnde dictus Imperator ſtare non. debet in vrbe, niſi per vnam noctem poſt ſuam coronationem. & in exitu vrbis aſcendit montem vnum prope Eccleſiam S. Petri extra muros per duo milliaria, qui vocatur mons Maurus, qui quidem mons altior eſt omnibus alijs de contrata dictæ vrbis, & tunc quando eſt in vertice montis eleuans manum, voluendo ſe dicit, omnia quæ videmus noſtra ſunt, & ad mãdata noſtra perueniunt. Et ſtatim mittit per vniuerſum mundum, vt ad mandata ſua veniant omnes Barones, & principes Chriſtiani, & Pagani totius mundi, qui ſibi debent reſpondere; vt in primo folio Codicis, vbi dicitur omnia quæ videmus noſtra ſunt, continetur.

SE-

# SEQVITVR MODO CONVENIENTER VIDERE DE ORDINIBVS, ET RELIGIONIBVS CHRISTIANITATIS.

## Et eorum nominibus per Romauam eccle ſiam approbatis, & qui ex eis dicantur non mendicantes, & qui mendicantes, & qui militarum. Et primo de non mendicantibus.

MOnachi, Ordo ſancti Baſilij, & caput vocatur Archimandrita.

Monachi, Ordo ſancti Benedicti, Gilbertus inſtituit ordinem in Anglia ſub regula ſancti Benedicti.

Monachi, Ordo Ciſtercien.

Monachi, Ordo Cluniacen.

Canonici, Ordo Præmonſtraten.

Et iſtis tribus non additur ordo, Dilecto filio Abbati Monaſterij Ciſtertienſis. Cabilonenſis Diœceſis. & ſic de alijs.

Canonici, Ordo s. Auguſtini.

Fratret, Ordo ſanctæ Mariæ Cruciferorum.

Frat. Ordo Cruciferorum cum ſtella.

Magiſter, & fratres hoſpitalis ſancti Franciſci Cruciferorum cum ſtella in pede pontis. pragen. ordinis s. Auguſtini.

Ioanni priori domus fratrum ſanctę Mariæ de Venetijs, ordinis Cruciferorum Caſtellan. *Dięceſis*.

Frat. Ordo s. Petri confeſſoris de Magella.

Fratres, Dominici Sepulchri ordinis s. Auguſtini.

Prioratus domus Sepulchri dominici Calatambio ordinis ſancti Auguſtini Tiraſonenſi Dięceſis.

*Magiſter, & Fratres.*

Prior, & capitulo eccleſiæ Ieroſolymitan. & Sepulchr dominici, ordinis ſancti Auguſtini, per fratres dicti Sepulchri, cuius idem Ioannes frater, &, vt aſſerit, ordinem ipſum expreſſe profeſſus eſt gubernari ſoliti.

Frat. Ordo Cartuſien.

Frates, Ordo vallis vmbroſæ ſub regula s. Auguſtini degen.

Fratres, Ordo Camaldulen.

Ioanni primi eremit. Camaldulen. ad Romanam Eccleſiam nullo modo pertinentis. Aretin. *Dicœceſis*.

Frat. Ordo Grandimonten.

Frat. Ordo fontis Ebrandi ſub regula S. Benedicti.

Frat. Ordo vallis Scholarium, ſub regula *S.* Auguſtini.

Frat. Ordo vallis caulium mo. Ordo Floren.

Frat. Ordo humiliatorum.

Ioanni Præpoſito domus Piſtorien. ordinis Humiliatorum.

Fratres, Ordo ſancti Guglielmi ſub regula s. Auguſtini.

Fratres, Ordo Silueſtrinorum de montefano.

Ordo ſancti Victoris ſub regula ſancti Auguſtini.

Ordo de Sempingam.

Innocentius VII. Dilecti filij Priori & Conuentus *Monaſterij* de Sempingam, per priorem ſoliti gubernari, ad Roma. Eccleſ. nullo modo pertinentis, ordinis ſancti Gilberti de Sempingam Licolmen. *Dicœceſis*.

Ordo ſanctæ Trinitatis & redemptionis captiuorum, ſub regula ſancti Auguſtini.

Ordo fratrum Beati Pauli primi Eremitæ. ſub regula s. Auguſtini degen.

Dilecti filij præceptori præceptorię ſancti Antonij in P. Lan. *Dicœceſis*.

Ordo beatæ Marię de Mercede & redemptione capiiuorum.

Ordo beatæ Mariæ de mercede capt.

Ordo fratrum de pœnitentia beatorum martyrum Car.

Ordo sancti Hieronymi secundum instituta sancti Augustini, & sunt fratres, & habent Priorem, & Conuentum, & Monasteria, & sunt in Hispania plura Monasteria.

Ordo Monachorum eremitarum sancti Hieronymi, erectus per Martinum v. & sunt Monachi monasteriorum in Hispania, & habent priores, & sunt pauca monasteria ordinis sancti Benedicti Celestinorum nuncupati.

Fratris tertij ordinis sancti Francisci de pœnitentia nuncupati, Iohannis monachi Monasterij S. Nicolai Malfitan. ordinis S. Benedicti, in quo moachi secundum instituta beati Petri confessorijs viuunt,

*Mendicantium ordinis sunt hi, videlicet.*

Ordo fratrum Prędicatorum.

Magistro, ac vniuersis Prædicatorum.

Ordo fratrum Eremitarum sancti Augustini.

Priori generali fratrum Eremitarum s. Augustini.

Ordo fratrum beatæ mariæ de monte Carmelo.

Ordo fratrum seruorum sanctæ Mariæ ordinis s. Augustini.

Priori generali. & fratribus seruorum sanctæ Mariæ, ordinis s. Augustini.

Priori prouinciali fratrum seruorum s. Mariæ, ordinis s. Augustini patrimonij beati petri in Tuscia secundum morem dictorum fratrum.

Ordo fratrum *Minorum*.

Sorores viuentes sub cura fratrum Prædicatorum.

Vide in tit. ea quæ de bonis. in quinterno.

Sorores viuentes sub cura fratrum minorum, ordinis sanctæ Clarę. sorores pęniteutium beatæ *Mariæ* Magdalenæ, ordinis s. Augustini.

*De ordinibus militiarum.*

Ordo sancti Ioannis Ierosolymitani.

Ordo sanctæ Mariæ Theutonicorum.

Ordo militiæ sancti Iacobi de spata in Hispania.

Ordo militiæ Calatrauen. sub regula Cistertien.

Ordo militiæ Iesu Christi.

Abbas & conuentus monasterij sancti Spiritus prope Sulmonam, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti Velluen. Diœces. cuius beatus Petrus de Murrone extitit institutor.

Abbas & Conuentus beatæ *Mariæ* de monte oliueti, ordinis sancti Benedicti Aretin. Diœcesis. Vel sic, *Monasterij* & cæt. sancti Oliueti nuncupati.

Sancti Ioannis Ierosolymitani sub regula S. Augustini & sanctæ Mariæ Theutonicorum.

Magistro hospitalis sancti Ioannis Ierosolymitan. & Conuentui Rhodi hospitalis eiusdem Colocen. Diœces.

Sancti *Iacobi* de spata Calatrauen. ordinis sancti Augustini.

Magistro & fratribus militiæ hospitalis sancti Thomæ martyris Camariē Accon in bulla Alexandr. iiij. sancti Thomæ Magistro & fratribus hospitalis sancti Thomæ martyris Acconen. in bulla Io. xx.

Conuentus est in monasterio Castri B. Mariæ de Mūtesia d. ordinis Valēt dicœce.

*Militia* beatæ Mariæ de Mūtesia, & *S.* Gregorij Cistertien. ordinis.

Magistro & fratribus hospitalis sancti Iacobi, de Alto passu Rom. Eccles. immediate subiecti, ordinis *S.* Augustini Lucanensis Diœcesis. Dilectis in Christo filiabus Priorissæ & conuentui monasterij de Xixena, per priorissam soliti gubernari, ordinis sancti Augustinj Ilerden. diœcesis sub cura & secundum instituta fratrum sancti *Ioannis* Ierosolymitan. degentibus. *Altopas su.* *Xixena.*

Ordo fratrum sancti *Lazari* sub regula sancti Augustini degentium.

Dilecto filio A de Corduba generali magistro hospitalis sancti Lazari Ierosolymitan. ordinis sancti Augustini. Cum itaque generalis magistratus.

Ordo fratrum S. templi Domini sub regula S. *Augustin* degen.

Ordo fratrum Cruciferorum cū stella

*Intitulatio mulierum Ecclesiasticarum vel religiosarum.*

*Maria* monialis monasterij monialium Sancti Nicolai, ordinis sancti Augustini, sub cu- *Vide in quinter.*

*ne cancellaria, tit. ea quæ de bonis.*

sub cura & regimine fratrum prædicatorum degent.

Priorissa & conuentus monasterij per Priorissam soliti gubernari, ordinis sancti Augustini sub cura & secundum instituta fratrum ordinis Prædicatorum quibus ex Apost. sedis priuilegio licet, dicitur habere facultates.

*Pœnitentes.*

Dilectæ in Christo filiæ vniuersæ mulieres pœnitentes nuncupatæ in domo sancti Hieronymi oppidi Viennen. Patauien. Diœcesis.

*Inclusę.*

Dilectis in Christo filiabus, Aabatissis & Conuentibns monasteriorum, monialium inclusarum siue ordinis S. Claræ siue sancti damiani siue minorissę dicantur.

Dilecti filij canonici, & dilectæ in Christo filiæ canonissæ secularis ecclesię Assinden. in qua certus numerus Canonicorum existit Golonen. Diœcesis.

Abbatissa, & conuentus, ac fratres, & sorores monasterij, siue domus in Marientione ordinis sancti Augustini sancti Saluatoris nuncupati Suermen. Diœcesis.

Pro parte dilectæ in Christo filię Abbatissę Monasterij Thoren. ordinis sancti Benedicti Leodiens. Diœcesis, in quo etiam præter dilectas in Christo filias inibi Canonissas ipsa duntaxat Abbatissa dictum ordinem expresse profiteri consueuit, aliqui seculares clerici Canonicatus, & præben. ibidem obtinentes, ac capitulum insimul facientes fore noscuntur, nec non Capituli huiusmodi petitio continebat. Ad collationem etiam dilectarum in Christo filiarum Abbatissę, & Canonissarum ac dilectorum filiorum Præpositi, Decani, & Capituli, singulorumque Canonicorum & personarum secularis & collegiatę Ecclesię sanctę Gertrudis Niuellen. Leodien. Diœcesis. in qua præter easdem Abbatissam & Canonicas nonnulli Canonici seculares huiusmodi capitulum inibi facien. fore noscuntur communiter vel diuisim pertinere.

### *De monetarum valore.*

Libera Turonensium paruorum valet ducatum vnum auri de camera.

Libra Turonensum monetæ in Francia Tres libræ faciunt ducatos duos.

Libra Maioricen. Tres libræ faciunt duos ducatos.

Libra Barchinonen. Iacen. Valentin. quælibet libra ducatum vnum.

Libra monetæ Normandię, tres libræ valent duo scuta non antiqua.

Libra monetæ Britanniæ valet minus vno duca. quia x. libr. valent duca. viij.

Libra Parisien. valet modicum minus libra Britanniæ, & modicum plus monetæ Francię.

Libra monetę Sterlingorum in Scotia. valet duca. duos cum dimidio.

Libra monetæ Vsualis in Scotia valet ducatum vnum auri, & tres libræ similes valent tres ducatos, qui faciunt vnam libram sterlingorum. Et tunc componentur lib. sterlin. ex compositione antiqua ad duca duos cum dimidio Reuera, vt intellexi. valet ducatos tres.

Libra Sterlingorum in Anglia valet ducatos sex, tamen ad duca. quatuor.

Libra monetæ Meten. valet ducatum vnum auri.

Libra monetæ Flandriæ valet duc. tres Franchus in Francia, tres franchi faciunt ducatos duos.

Floreni tres auri de Aragonia, valent ducatos duos.

Florenus Renen. auri valet grossos Papales octo, & computantur in Cam. Apostolica quatuor floreni, pro tribus ducatis.

Florenus Sabaudiæ valet baiocchos ij. duo floreni cum dimidio, & vnus grossus Sabaudiæ facit ducatum vnum.

Floreni septem Rhenen. ad rationem xl. grossorum monetæ Flandriæ pro quolibet, faciunt ducatos qnatuor.

Floreni tres regni Nauarræ valent ducatum vnum auri.

Floreni tres monetæ prouinciæ faciũt ducatum vnum.

Marchia sterlingorum in Anglia valet ducatos quatuor.

Marchia Sterlingorum in Ibernia valet duca. duos cum dimidio.

Marcha argenti, valet ducatos quinque auri de camera.

Marcha argenti puri valet ducatos sex similes.

Marabatini in Hispania cccc. faciunt ducat. vnum auri, tamen solet augeri, & minui pretium. mille Marabatini valent ducatos duos cum quart. iij alterius ducati.

Scutum antiquum Franciæ valet ducatum vnum.

Scutum nouum auri Franciæ valet ducatum

catum vnum, minus vno grosso papali, & sic computantur in Cam. Apostollica Salutrin. valet ducatũ unum auri.

Vncia valet duc. sex auri.
Florenus Carolen. valet medium duca.
Floren. Brabandiæ valet med. ducatum.

FINIS.

# REGISTRVM

a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Gh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt.

Omnes sunt duerniones præter T t est folium.

ROMAE,

*Apud Guglielmum Facciottum.*

M. D. X C I V.

# REGISTRVM

a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q S T V X Y Z

A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Gh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt

Omnes sunt duerniones praeter T t qui folium.

# ROMAE,

Apud Conradum Pacificum.

M. D. XCIV.